Pœna extrahentium inuitos ab eccleſia locum habet, etiam non ſequuto effectu. nu. 322. in appendice. Declara, vt ſola cogitatio non producta ad aliquem extraneum actum non ſufficiat. nu. 323.

POENAS *extrahentium inuitos ab eccleſia incurrunt non*

ſolum

ſolum birruarij, exequutores, ſeu alia priuata perſona, quæ confugientem per vim extrahunt de mandato Iudicis ſecularis, ſeu alterius ſuperioris magiſtratus, ſed etiam ipſe Iudex aut ſuperior magiſtratus ſic mandans. nu 324. in appendice.

Pœna extrahentium inuitum ab eccleſia, habet locum etiam contra extrahentes aliquem ad bonum finem, vtputa pro componenda pace, & euitandis ſcandalis. num. 325. in appendice.

Pœna corporali ab Eccleſiaſtico Iudice puniri non poteſt is, qui ad eccleſiam confugit. nu. 335. in appendice.

Pœna carceris puniri non poteſt ab Eccleſiaſtico Iudice is, qui ad eccleſiam confugit. nu. 336. contra. nu. 337. in appendice.

Porticvs, atrium, clauſtrum, ambitus, dormitorium, ſepta, & tota fabrica eccleſiæ, gaudet immunitate. nu. 268. in appendice.

Principes ſeculares nihil ſtatuere poſſunt in præiudicium immunitatis eccleſiaſticæ. nu. 25. & 26. in appendice.

Principis ſtatua numquid gaudeant immunitate eccleſiarũ. nu. 277. & ſeq. in appendice.

Proditorivs homicida immunitate eccleſiæ non gaudet. nu. 135. licet alij contra. nu. 136. in appendice.

Proditoriè aliquem vulnerans morte non ſequuta, immunitate eccleſiæ gaudere debet. num. 145. licet alij contra. nu. 146. in appendice.

Pvblicvs latro, eccleſiarum immunitate gaudere non debet. nu. 147. & ſeq.

Publicus latro, quis dicatur. nu. 149. in appendice.

Publicus latro dicitur is, qui publicè, & palàm furatur, ſecus ſi clam. nu. 150. in appendice.

Publicus latro dicitur is, quo in via publica, & frequentata homines aggreditur, & inſidias furatur, ſecus ſi non in via publica; & ſi in via non per inſidias. nu. 151. contra. nu. 152. in appendice.

Publicus latro dicitur is, qui latrocinia committit cum armis, & violenter, ſecus ſi ſine armis, & ſine violentia. nu. 153. in appendice.

Publicus latro dicitur is, qui ſolitus ſit, & frequenter homines depredare, ſecus qui ſemel aut bis aliquem ſpoliauerit. nu. 154. in appendice.

Publicus latro immunitate eccleſiæ non gaudet, dummodo iam conſtet illum eſſe talem. & donec hoc cognoſcatur ab eccleſia extrahi non poteſt etiam quod prætendatur à Curia ſeculari hoc eſſe notorium. nu. 155. & etiam quod idem confugiens fateatur ſe latronem publicum. n. 156. in appendice.

Publicus latro dicitur, qui vt ſupra homines aggreditur, & furatur, etiam quod eos non occidat. num. 157. in appendice.

R

Raptores, & adulteri confugientes ad eccleſiam, gaudent illius immunitate de iure Canonico. num. 88. 89. 90. ſecus de iure Ciuili. num. 91. in appendice.

Renvnciare An poſſit confugiens ad eccleſiam immunitati eccleſiæ, & ſic numquid de eius conſenſu poſſit inde extrahi. nu. 303. & 304. in appendice.

Resistere licet Iudicibus ſecularibus volentibus extrahere inuitum ab eccleſia. nu. 46. & 47. in appendice. Vbi quomodo fieri debeat hæc reſiſtentia.

Revs læſæ maieſtatis ad eccleſiam confugiens, de iure communi illius immunitate non gaudet. num. 179. contra. num. 180. in appendice.

Rei læſæ maieſtatis in perſonam Principum inferiorum ſuperiorem recognoſcentium, ſi ad eccleſiam confugiant, illius immunitate gaudent. nu. 187. & ſeq. vbi in propoſito quis dicatur Princeps ſuperior.

Rei læſæ maieſtatis contra ſtatum Principis, ſi ad eccleſiam confugiant, illius immunitate gaudere debent. nu. 190. in appendice.

Reus læſæ maieſtatis non dicitur is, qui offendit Principem, cui ſubditus non eſt. nu. 191. in appendice.

Rex, ſeu Imperator, non poteſt extrahere confugientem ad eccleſiam. nu. 24. in appendice.

S

Sacrilegvs ad eccleſiam confugiens, gaudet illius immunitate. nu. 99. contra. nu. 100. diſtingue, vt nu. 101. in appendice.

Sacrilegium committitur pluribus modis, de quibus remiſſiuè. nu. 102. in appendice.

Saracenvs, Paganus, ſeu quilibet alius Infidelis, ſi ad eccleſiam confugiat, illius immunitate non gaudet. n. 79. licet alij contra. nu. 80. in appendice.

Secvlares Principes, nihil ſtatuere poſſunt in præiudicium immunitatis eccleſiaſticæ. num. 25. & 26. in appendice.

Secularibus Iudicibus reſiſtere licet volentibus extrahere inuitum ab eccleſia. nu. 46. & 47. in appendice. Vbi quomodo fieri debeat hæc reſiſtentia.

Secularis Iudex, ſi ad eccleſiam confugientem extraxerit, tenetur ex officio, etiam nemine petente, ipſum relaxare, ſecundum aliquos. n. 52. & 53. in appendice. Vbi quod iſto caſu debet taliter relaxare, vt poſt relaxationem non poſſit iterum facilè capi.

Secularis Iudex, ſi confugientem ad eccleſiam inuitum extraxerit, omnia inde ſequuta ſunt ipſo iure nulla. nu. 56. in appendice.

Servvs ad eccleſiam confugiens, non poteſt à domino authoritate propria inuitus ab ea extrahi. num. 67. in appendice.

Seruus ad eccleſiam confugiens timore Iudicis, & ne ab eo capiatur propter aliquod delictum, vt domino reſtituatur, & ab eo caſtigetur, domino non reſtituitur, niſi ab eo recepto iuramento, ſeu ſecuritate de illum non offendendo. quo vero ad Iudicem gaudet omnino immunitate eccleſiæ. nu. 68. in appendice.

Seruus ad eccleſiam confugiens cauſa vitãdi ſæuitiam domini, numquid ab eccleſia arcendus ſit, & dominõ reſtituendus. nu. 69. in appendice.

Seruus ad eccleſiam confugiens cauſa ſe monachandi, numquid gaudeat immunitate eccleſiæ. n. 70. & ſeq. in append.

Seruus ad eccleſiam confugiens cum Armis, numquid illius immunitate gaudeat. nu. 72. in appendice.
Seruus ſi ad eccleſiam confugiat, domino reſtituendus eſt, recepto ab eo iuramento, vel cautione de ipſum non offendendo. nu 73 in appendice.
Seruus ad eccleſiam confugiens ex cauſa iniuſta à domino ſibellata, gaudet illius immunitate, ſecus ſi ex cauſa iuſta. nu. 74. contra. nu. 75. in appendice.
Seruus ſi ad eccleſiam confugit propter magnum delictum ab eo commiſſum, domino reſtituitur ſimpliciter. & quid ſi ob paruum delictum. nu. 76. in appendice.
SIMONIACVS *confugiens ad eccleſiam, illius immunitate gaudet. nu. 177. licet alij contra. num. 176. in appendice.*
SODOMITA *confugiens ad eccleſiam, illius immunitate gaudet. nu. 98 in appendice.*
STATVAE *Principis, numquid gaudeant immunitate eccleſiarum. nu. 277. & ſeqq. in appendice.*

T

TEMPLORVM *immunitas, quo ad confugientes ad ea, etiam apud Gentiles, Ethnicos, & Infideles, nota erat, grauiterq; puniebantur violatores immunitatis Templorum. num. 13. in appendice.*
TECTVM *eccleſiæ, numquid gaudeat illius immunitate; & ſic ad tectum confugiens numquid inde extrahi poſſit. nu. 282. in appendice.*
TESTIS *falſus, & periurus, ſi ad eccleſiam confugiat, illius immunitate gaudet. nu. 140. niſi cum falſitate, & periuro aliquem occidat. nu. 141. in appendice.*

V

VENENO *aliquem necans, immunitate eccleſiæ non gaudet. nu. 142. in appendice.*
VIARVM *graſſator ad eccleſiam confugiens, illius immunitate non gaudet. nu 162. in appendice.*
Viarum graſſator, quis dicatur. nu. 163. in appendice.
Viarum graſſator in quo differat à publico latrone. n. 164. in appendice.
Viarum graſſator dicitur is, qui graſſatur in vijs publicis, & frequentatis, aliter ſecus. nu. 165. licet alij contra. nu. 166. in appendice.
VVLNERANS *aliquem in eccleſia cum effuſione ſanguinis, eccleſiæ immunitate non gaudet. nu. 226. contra. nu. 227. in appendice.*

FINIS.

PROSPERI FARINACII I.C. ROMANI

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM, ET CONFVGIENTIBVS AD EAS APPENDIX.

ARGVMENTVM.

Diffinitio, & Etymologia Immunitatis, & An, & quæ ſit differentia inter Immunitatem ſeù libertatem Eccleſiaſticam.

SVMMARIVM.

Immunitatis, ſeu Emunitatis diffinitio. n. 1.
Immunitatis etymologia, n. 2.
Immunitas Eccleſiaſtica, & libertas Eccleſiaſtica An ſit vnum, & idem. n. 3. 4. & 5.

CAPVT I.

IN hac Eccleſiaſticæ Immunitatis Appendice te candide Lector monitum velim, me id argumenti genus, iuxta Iuris communis diſpoſitionem, ac regulas à Doctoribus traditas, pertractaſſe: ſed quia Conſtitutio à fel. rec. GREGORIO XIIII. ſuper hac reedita, claram certamq; normam in huiuſmodi tractatione præſcribit, ſicuti profiteor me ne latum quidem vnguem ab ea recedere voluiſſe, ita tuæ partes erunt, omnes regulas, ampliationes, limitationes, ac cętera quæ per me hic traduntur, ad eiuſdem Conſtitutionis normam redigere, eiusq; diſpoſitioni accomodare, ac ſubijcere.

1 Præmitto igitur primo. Quid ſit Immunitas, qua in re vide gloſ. in c. cum deuotiſsima. & ibi Archid. 12. quæſt. 2. Hoſtien. in Summa in verbo, *Immunitas*. n. 1. Armill. in verbo, *Immunitas*. etiam num. 1. Sanct. Antonin. in Sua ſumma par. 3. tit. 12. cap. 3. in princip. & §. 4. verſ. Eſt ergo Immunitas. Villagut. de extenſione Legum cap. fin. n. 1. Vbi ponit diffinitionem Immunitatis Eccleſiæ in genere. Azzor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 8. rubr. de Immunitate Eccleſiarum. in princ. vbi pariter ponit diffinitionem Immunitatis in genere, ex Goffred. in Summa. Franciſc. Suarez de ſtatu Relig. lib. 3. cap. 8. rubr. de multiplici Immunitate Eccleſiarum num. 1. Vbi aliam ponit diffinitionem. Marius Italia. in tract. de Immunitate Eccleſiarum. lib. 1. c. 1. in initio n. 1. & ſeqq. Vbi dixit, Immunitatē in genere nihil aliud eſſe niſi *Iuris relaxationem quo quis antea adſtringebatur*, & ibi ſingula huius diffinitionis verba di-

ſcutit, & declarat. Et d. c. 1. §. 4. in ſpecie declarat, quid ſit verbum, *Relaxatio*, in hac diffinitione poſitum. Et eod. c. 1. §. 1. ponendo diffinitionem Immunitatis in ſpecie eorum ſcilicet, Qui ad Eccleſiam confugiunt, dixit eſſe *Corporalis* pœnæ relaxationem, qua antea confugientes adſtringebantur in aliam ſatisfactionem arbitrio Epiſcopi transferendæ. Et ibi pariter ſingula huius diffinitionis verba diſcutit, & declarat. Et in §. 2. reprobat diffinitionem Goffredi in Summa, necnon etiam diffinitionem Gloſſæ in c. cum deuotiſsimam. 12. quæſt. 2. ſed hæc diffinitio Marij Italiæ, non videtur recipienda quo ad Iudices laicos in caſibus exceptis, in quibus etiam dicti Iudices poſſunt etiam corporaliter punire, vt dixi infra n. 306. Cogita igitur de alia diffinitione, quia in his qua nominis quæſtionem reſpiciunt, & ad praxim huiuſmodi ſubtilitates parum proficiunt, non diu immorandũ eſſe arbitror.

2 PRAEMITTENDVM II. eſt, Vnde dicatur Immunitas, & eius Etymologia. De qua vide Goffred. in Summa. rubr. de Immunitate Eccleſiarum. n. 2. Hoſtien. in Summa de Immunitate Eccleſiæ. n. 2. verſ. Et quidem Immunitas. Angelica in verbo, *Immunitas*, in princ. Silueſtrin. eod. verbo, *Immunitas*, in princ. nu. 1. Thabien. in eod. verbo, *Immunitas*, n. 1. verſ. Et dicitur Immunitas. S. Antonin. in Summa. par. 3. tit. 12. c. 3. in princ. verſ. Et dicitur Immunitas. & §. 4. verſ. Dicitur etiam Immunitas. & verſic. ſeq. Villagut. in tract. de extenſ. legum. cap. fin. num. 2. Et latius per Italiam in tract. de Immunit. Eccleſ. lib. 1. c. 1. §. 3. n. 1. & ſeq.

3 PRAEMITTENDVM III. eſt, An, & quæ ſit differentia inter Immunitatem Eccleſiaſticam, & ſeu libertatem Eccleſiaſticam. Nam quod nulla ſit inter eas differentia, & quod vnum, & idem ſint, voluit Hoſtien. in ſumma in rubr. de Immunitate Eccleſiarum. n. 1. verſ. Quid ſit Immunitas. Card. Zabarell. in c. perpendimus. in princ. de ſent. excomm. quam refert & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo, *Eccleſia*, concl. 8. nu. 5. Vbi etiam allegat Couar. var. reſolut. lib. 2. c. 20. n. 1. vbi & ipſe reprobat Caietan. contrarium tenentem in loco per eum relato. licèt bene ſubdat, Eccleſiarum Immunitatem differre ab Eccleſiaſtica libertate. quia libertas ad perſonas, Immunitas verò ad Eccleſias, res, & templa pertinet, vt ibi per eum. qui ſic declarando intelligendã eſſe affirmat Caietani contrariam ſententiam. Facit pro hac eadem opinione tex. in cap. final. de reb. eccleſ. non alienandis. in illis verbis, *Immunitatem Eccleſiaſticæ libertatis*. quæ verba ſine dubio comportare videntur quandam Communionem inter Immunitatem, & Eccleſiaſticam libertatem. n. 4. in fine.

4 Contrarium, quod Immunitas Eccleſiaſtica differat à libertate Eccleſiaſtica, Armilla in Summa *Emunitas*, n. 24. Villagut. de extenſione legum cap. fin. n. 3. Vbi ſub n. 1. facta concluſione, quod largo modo Eccleſiaſtica Immunitas, & Eccleſiaſtica libertas confundantur, ſtrictè tamen quo ad cenſurarum incurſum differant inter ſe. Nam per Eccleſiaſticam Immunitatem, intelligenda erit exẽptio loci ſacri, ſed per libertatem Eccleſiaſticam intelligenda erit exemptio perſonæ Eccleſiaſticæ. Et propterea ſi quis locum ſacrum violauerit, non erit reus violatæ libertatis, ſed ſolum Immunitatis Eccleſiaſticæ, & per conſequens nec inde incurrat cenſuras latas contra violatores Eccleſiaſticæ libertatis. ſecus qui iniuriam infert perſonæ Eccleſiaſticæ, libertatem eius impediendo. quia tunc incurrit cenſuras latas contra violantes Eccleſiaſticam libertatem. & ideò Benedictus XI. in Extrauagan. inter cunctas. §. Incendiarios. ſub tit. de priuileg. ponit diſtinctos caſus, violationem ſcilicet libertatis, & violationem Immunitatis Eccleſiaſticæ, vt ibi per eum. Verum Benedicti XI. extrauagans prædictas licet loquatur per dictionem copulatiuam, &, quãdoque tamen eadem copula ponitur inter ſimilia l. fin. §. dubium. ff. de tritico, vino, & oleo legato.

5 In hac contrarietate, vide omninò benè diſcurrentem Marium Italiam in tracta. de Immunitate Eccleſiarum. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 6. & ſeqq. vſque ad num. 19. Vbi referendo dicta per Caietan., Couar. & Villagut. in locis præallegatis, concludit in hac quæſtione eſſe conſiderandos tres terminos. Immunitatem ſcilicet Eccleſiaſticam, quę pertinet ad materiam de qua agitur. Immunitatem Eccleſiarum quæ pertinet ad ipſaſmet Eccleſias, tertiò, & libertatem Eccleſiaſticam quæ pertinet ad Eccleſiaſticas perſonas. & hoc modo inter ſe differrę Immunitatem Eccleſiaſticam, libertatem Eccleſiaſticam, & Immunitatem Eccleſiarum. Et tandem quo ad pœnarum incurſum, firmat concluſionem, quod violans Immunitatem Eccleſiaſticam, inferendo vim confugientibus ad Eccleſiam, reus erit non ſolum omnium pœnarum quas incurrunt violantes Immunitatem Eccleſiaſticam, ſed etiam earum quas incurrunt violantes libertatem, & Immunitatem Eccleſiaſticam, prout ſunt verba expreſſa Conſtitutionis Gregorianæ.

ARGVMENTVM.

Confugiens ad Eccleſiam, regularitèr gaudet illius Immunitate. Ampliatur & limitatur hæc Regula pluribus modis.

SVMMARIVM.

Confugiens ad Eccleſiam, regularitèr ex ea inuitus extrahi non poteſt. n. 6. & ſeqq. vbi reſpondetur contrarÿs.

Conſtitutio Gregorÿ XIIII. de Immunitate Eccleſiarum ſeruanda eſt vniuerſaliter in omnibus locis, & Prouincÿs, etiam habentibus ſpecialia Priuilegia nõ ſeruandi Immunitatem in aliquibus caſibus. n. 8.

Tem-

Templorum Immunitas quoad confugientes ad ea, etiam apud Gentiles, Ethnicos, & Infideles nota erat, grauiterq; puniebantur violatores immunitatis Templorum. n.13.

Eccleſiarum Immunitas, non ſolum de Iure Ciuili, & Canonico, ſed etiam Iure diuino introducta eſt. n.9. & ſeqq. vbi referuntur, & reprobantur contrarium tenentes.

Eccleſiarum immunitas, contraria conſuetudine tolli non poteſt, nec contraria conſuetudo valet. n.14. & ſeqq. vbi referuntur, & reprobantur contrarium tenentes.

Eccleſiarum immunitas conſuetudine ſublata non eſt, & in Vrbe præſertim ſeruatur. n.17. & 19. vbi referuntur & reprobantur contrarium tenentes.

Conſuetudo extrahendi confugientes ab Eccleſia, non excuſat extrahentes à pœna. n.328. in ſecunda limitatione, vbi referuntur, & reprobantur contrarium tenentes.

Clauſula, Sublata &c. & decretum irritans, tollit omnem contrariam conſuetudinem. n.15.

Conſuetudo in materia Immunitatis Eccleſiarum, attendenda eſt ea quæ pia ſit, & fauore Eccleſiæ alias ſecus. n.20.

Priuilegium Immunitatis Eccleſiarum fauorabile eſt, & ideo extendendum. n.21. & 22. vbi etiam referuntur contrarium tenentes.

Confugientem ad Eccleſiam nullus cuiuſcumque dignitatis ſit, extrahere poteſt. n.23.

Rex, ſeu Imperator non poteſt extrahere confugientem ad Eccleſiam. n.24.

Principes ſeculares nihil ſtatuere poſſunt in præiudicium Immunitatis Eccleſiaſticæ. n.25. & 26.

Ius Canonicum attenditur, & non Ciuile, in materia Immunitatis Eccleſiarum, vbi aliqua inter hæc iura adeſt contradictio. n.27. & 28. vbi hoc ampliatur procedere non ſolum in Terris Eccleſiæ, ſed etiam in Terris Imperij, licet alij contra. n.29. declara vt n.31.

Iudex Eccleſiaſticus compellit ſecularem Iudicem ad obſeruantiam Iuris Canonici in ſuo foro, in materia Immunitatis Eccleſiarum. n.30.

Confugiens ad Eccleſiam extrahi non poteſt non ſolum à Iudice ſeculari, ſed nec etiam à Iudice Eccleſiaſtico. n.32.

Confugiens ad Eccleſiam nemo extrahi inde inuitus poteſt cuiuſcumque conditionis ſit. n.33.

Immunitas Eccleſiarum non prodeſt Clericis, & Eccleſiaſticis perſonis. n.36. contra. n.34. præſertim in Clerico non beneficiato tonſuram & habitum non deferente, declara hanc materiam vt dicto nu.35. verſ. vide tamen.

Banniti, & condemnati ad Eccleſiam confugientes illius immunitate gaudent. n.40. præſertim pro alijs delictis. n.37.38. Contrarium quod Banniti non gaudeant. n.39. in hac contrarietate vide diſtinctionem. n.40. & 41.

Banniti, & Condemnati gaudent immunitate Eccleſiæ, ſi fuerint Banniti & condemnati pro crimine non excepto, ſecus ſi pro crimine excepto. n.42.

Banniti poſſunt extrahi ab Eccleſia de mandato Pontificis. n.43.

Excommunicati confugientes ad Eccleſiam, gaudent illius immunitate. n.44. licet alij contrarium dixerunt. n.45.

Reſiſtere licet Iudicibus ſecularibus volentibus extrahere inuitum ab Eccleſia. n.46. vbi quomodo fieri debeat hæc reſiſtentia.

Extractus per vim ab Eccleſia, eidem Eccleſiæ reſtituendus eſt. n.48. Amplia, vt interim, nec etiam pro alijs delictis detineri poteſt à Iudice ſeculari. n.49. Amplia ſecundo etiam quod Iudex ſecularis petierit terminum ad probandum, crimen ab extracto commiſſum, eſſe exceptum. n.51.

Iudex ſecularis ſi ad Eccleſiam confugientem extraxerit tenetur ex officio etiam nemine petente, ipſum relaxare ſecundum aliquos. n.52. & 53. vbi quod iſto caſu debet taliter relaxare, vt poſt relaxationem non poſſit iterum facile capi.

Confugiens ad Eccleſiam, ſi à Birruarijs captus fuerit numquid præſumatur captus in loco ſacro, vel extra, & An iſto caſu Birruarijs credatur. n.54.

Eccleſiarum Immunitas non ſolum quo ad perſonas, ſed etiam quo ad bona prodeſſe debet. n.55.

Secularis Iudex, ſi confugientem ad Eccleſiam inuitum extraxerit, omnia inde ſequuta ſunt ipſo iure nulla. n.56.

CAPVT II.

6 REGVLA ſit, quod Confugiens ad Eccleſiam, inde inuitus extrahi non poteſt, Text. eſt in l.2. C. de his qui ad Eccleſ. Confug. Vbi expreſsè dicitur, *Sancimus* nemini licere ad Sacroſanctas Eccleſias confugientes abducere. & ibi Odofred. n.1. verſ. hæc eſt regula. & Salyc. in ſummario. & de Iure Canonico eſt tex. in c. inter alia extra de Immunit. Eccleſ. Dum ibi dicitur, *ſi liber quantumcumque grauia maleficia perpetrauerit, nō eſt violenter ab Eccleſia extrahendus*; Et ibi communiter omnes Canoniſtæ. Alius tex. in c. frater 17.q.4. Vbi Epiphanius Epiſcopus excommunicauit duos Beneuentanos ciues, quia Inuitum Seruū abſente Epiſcopo de Eccleſia extraxerant. Item & Tex. in c. miror. eadem cauſa, & quæſtione, & in c. Reum. pariter eadem cauſa, & quæſtione. Vbi ad litteram dicitur, *Reum ad Eccleſiam confugientem nemo abſtrahere audeat*. & ibi præſertim Turrecrem. in ſummario. Item & Tex. in c. diffiniuit. eadem cauſa, & quæſtione. vbi dicitur *Diffiniuit S. Concilium, vt nullus audeat confugientes ad Eccleſiam, vel reſidentes, inde abſtrahere*. Alius Tex. in c. id conſtituimus. eadem cauſa, & quæſtione. in illis verbis. *Ab Eccleſia Atrijs* &c. Reos abſtrahere omninò non liceat. & vtrobique gloſ., & communiter omnes Canoniſtæ. Paul. de Caſtr. in rubr. C.

de his qui ad Eccleſiã confugiunt.n.1., Turrecrem. in c. ſi quis in atrio.n. 1. verſ. Queritur primo. 17. quæſt. 4. Azzo in ſumma de his qui ad Eccleſiam confugiunt. n. 1. Angelica in ſumma in verbo *Immunitas*.n.16. verſ. Vtrum committens maleficium. Silueſtrin. in eod. verbo *Immunitas*.il 3. n. 1. Thabien. in eodem verbo *Immunitas*. n. 9. Armilla in verbo *Emunitas*. n. 12. S. Antonin. in ſumma par. 3.tit.12.c.3.§.1. in princ. Roſella in verbo *Emunitas*.il primo, in principio, & in eodem verbo *Emunitas*.il ſecondo, in princ. verſ. nullus ad eccleſiam. Roman.conſ.227.n.1. & ibi Mandoſ. in additionib. littera A. in verbo Regulam. Alex. conſ. 145.n.3. in princ. & in verſ. Secundo probaturq. lib.7. Boer. deciſ.109.nu.3. Bellamer.conſ.13.nu.1.verſ. Et eſt ratio huius, quia regula facit pro Immunitate Eccleſiæ. & n. 2. verſ. Primò enim. Decian. cum allegatis per eum in tract.crimin.lib.6.cap.25.n.1.verſ. Et eſt regula certa. Mantua conſ.64.nu.4. Borgnin. Caualcan. in 1. par. ſuarum deciſionum in repert. verſ. Iudex Eccleſiaſticus & non ſæcularis. nu. 11. Idem Decian.conſ.80.nu.5. & ſeqq. vbi dixit hanc eſſe generalem, & certam regulam, eamq. pluribus comprobat & exornat lib. 3. & nu. 16. & ſeq. Vbi propterea dixit quod allegans caſum exceptum à regula, debet illum probare, cum pro regula præſumatur. Addo ad huius regulæ comprobatione n. Marſil. Iodoc. Soccin. Nicol. Moron. Monticell. Duen. Marant. Plach. Boſſ. Couar. Clar. Anton. Gomez. & Menoch. in locis per me relatis in tit. de Carceribus, & Carceratis, quæſt. 28. nu.1. Quibus addo Petr. Gregor. Syntagm. Iuris. lib.33. cap.21. n.3.& 4. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *Eccleſia* concluſ.10. nu.1. Alex. Ambroſin. in tract. de Immunit. & libert. Eccleſ. cap.1. n.2. Villagut. de extenſione legum.c. fina. nu. 4. & 5. Vbi & Iuribus & Doctorum authoritatibus pluribus hanc regulam exornat, Franc. Suarez de ſtatu Religionis lib. 3. cap.8.n.9. & cap.11.n.4. Azzened. in Conſtit. Hiſpan. lib.1.tit.2.lib.3.tit.16. verſ. ex quibus omnibus capi poteſt regula generalis. Et ex decreto Sacr. Conc. Tridentini 20. ſeſſ.25. Eccleſiæ Immunitatẽ, ſacroſq. Canones, & Concilia generalia, aliaſq. omnes Apoſtolicas ſanctiones deſuper emanatas omninò ſeruandas eſſe expreſsè ſtatutum eſt. quod & apertius ſtatuit Sanctiſsimus illæ Pontifex Gregorius XIIII. in ſua Conſtitutione promulgata de anno 1591. eius anno primo.

7 Nec præmiſſæ regulæ obſtet, quod à nonnullis imperitis, & malæ conſcientiæ hominibus dicatur hanc Eccleſiarum Immunitatem eſſe iniuſtitiæ fautricem, delictorum, & delinquentium nutricem, ac etiam contra Chriſti verba dicentis, *Domus mea, domus orationis eſt, vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum*, & his ſimilia, relata per Decian. in tract.crimin.lib.6.cap.25. nu. 2. verſ. ſed & in contrarium. & nu. 7. verſ. neque prædictis obſtabunt. His enim & ſimilibus obiectis, vide benè reſpondentem Chryſoſt. in 19. homilia ad Eutropium, cuius verba, & ſenſum benè retulit idem Decian. in loco præallegato. vbi & ipſe optimè huic obiectioni reſpondet. ſicut etiam reſpondet Ludou. Gomez. in §. pœnales.n. 50. Inſtit. de actionibus. & plenè etiã reſpondet idem Decian. in conſ. 80.nu. 12. & 13. lib. 3. Anaſtaſius Germonius de Sacrorum Immunitate lib.3.cap.16. nu.15. & ſeqq. vbi pariter Magiſtraliter reſpondet verbis Chriſti, prohibẽtis eiuſdem domum effici ſpeluncam latronum, & quod propterea ementes, & vendentes in templo eiecerit, quo exemplo multo magis eijciendos eſſe facinoroſos arguunt nonnulli, quorum argumento vide etiam benè reſpondentem Ioan. Guttier. practic. quæſt.ciuil.lib.3.quæſt.5.nu.9.

8 Nec etiam dicatur, prout latè contendit Ioan. Guttierez pract. quæſt.lib.3.quæſt.1.nu.36. quod Gregorij XIIII. Conſtitutio non ſit vniuerſaliter ſeruanda, ſed tantum in illis locis, & prouincijs in quibus eorum Dominis, & Principibus ſunt conceſſa aliqua Priuilegia extrahendi ab Eccleſia confugientes ad eam, adeo quod in reliquis Regnis, & locis nihil ſtatuere Pontifex ille voluerit contra ius Pontificium. Hæc enim intelligentia, vltra quod videtur contra communem ſententiam eorum qui poſt dictam Conſtitutionem de Immunitate Eccleſiæ tractarunt, dum eam generaliter, & vniuerſaliter, & in omni loco procedere præſupponunt; id tamen ni fallor ſatis etiam apertè expreſsè falſum videtur in illis verbis eiuſdem Conſtitutionis, vbi dicitur. *Ita tamen, vt quando præſens temporum calamitas, & nimia, quæ iam inualuit, peruerſorũ hominum malitia id expoſcit; aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora, vltra id quod priſca illa maiorum noſtrorum diſciplina, & vetus ſacrorum Canonum norma præſcripſerat in quibuſdam caſibus, congrua moderatione adhibita permittamus*. Ex quibus quidem verbis colligitur, quod illius Pontificis mens fuit non ſolum prouidere in locis vbi ſunt conceſſa Priuilegia prædicta, ſed etiam vniuerſaliter ad coercendum peruerſorum hominum malitiam, vltra id quod ſacrorum Canonum norma præſcripſerat congrua moderatione adhibita, & vide etiam quæ dicam infra nu. 315.

9 AMPLIA I. Vt hæc Eccleſiarum Immunitas non iure poſitiuo ſolum, videlicet Ciuili & Canonico, ſed etiam iure Diuino introducta eſt, vt per Igne. in l.1.n.26. ff. ad Syllan. Dec. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ.n.14. de Conſtitutionibus. cum allegatis per eum. qui tamen in libertate Eccleſiaſtica loquitur. Cagnol. in l. vinum poſt nu.51. ff. ſi cert. pet. Aufrer. ad Cappell. Toloſan. deciſ.423. nu. 5. Remig. Gond. in tract. de Immunit. Eccleſ. in princ. nu.5. Petr. Pecch. de iur. exiſtendi.c.6.nu.1. Decian.conſ. 80.nu.10. in fine princ. lib.3. Ioan. Lup. in tract. de libertate Eccleſiaſtica.par.1.quæſt.2. & par.2.q.2. Faciunt ſcripta per Card. Bellarminium de Contro-

uer.

uer. Chriſtianæ fidei tom.2.lib.1.c.29. in fine. vbi propterea dixit, multa fuiſſe ſigna & prodigia, quæ non rarò Deus oſtendit in eos, qui Eccleſiarũ Immunitatem violare præſumpſerunt. & expreſsè etiã poſt Bellarmin. in loco per eum relato, hanc eandem ampliationem amplexus eſt Paul. Leon. in Theſaur. for. eccleſ. par. 1. rubr. de Immunit. eccleſ. Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum Immunitate lib.3. cap. 6. n.5. & ſeqq. Vbi hanc ſententiam pluribus comprobat, communem & veriorem teſtatur. Couarruuiam contrarium tenentem reprobat, & illius rationibus reſpondet. Caualcan. de Brachio Regio par. 2. nu.31. Quæſada in ſuis quæſtionibus iuris quæſt. 1. nu.2. Guttier. practicar. quæſt. lib.1. quæſt.1. n.8. & nu.9. Vbi refert, & reprobat Couarruuiam contrarium tenentem. Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo *Eccleſia* concluſ.8. num.4. & latius in verbo *Immunitas* concluſ. 59. nu. 1. & ſeqq. & nouiſsimè Marius Ital. in tract. de Immunitate Eccleſiarum lib.1. c.2. per tot. vbi latiſsimè, & iuribus, & authoritatibus Sanctorum Patrum, & ſacræ Paginæ hanc ampliationem vti veriorem defendit, & contrarijs reſpondet.

10 Et licet Couarruuias var. reſolut. cap.20. lib.2. num.1. & Decian. in tract. crim. lib.6. cap.25. nu.2. quos poſt firmatam regulam pro immunitate Eccleſiaſtica obiter retuli ſupra in quæſt.28. nu.1. in fine, contrarium quod immo immunitas hæc, non de iure diuino; ſed de iure poſitiuo inducta ſit expreſsè affirment. Quibus addi etiam poſſent Abulen. cap.20. Ioſue quæſt. 7. Franciſ. Suarez de ſtatu Religionis lib.3. cap.8. n.9. Ludou. Peguer. in pract. crimin. cap.26. nu.1. Alex. Ambroſin. de Immunitate, & libertate Eccleſiarum c.1. nu.3. Et forſan Alij. Non tamen à propoſita ampliatione recedendum videtur. Tum quia ni fallor magis communiter recepta eſt. Tum etiam quia, & verior, & rationabilior, prout Magiſtraliter docet Marius Italia, omninò videndus in loco præallegato, ad quem lectorem remitto, ne vltra ſolitum morem longior ſim quam oporteat.

11 Et licet rurſus Canonica & Ciuilia reperiantur iura, quibus apparet, hanc eandem Immunitatem humanis conſtitutionibus ab Imperatoribus etiam, & à Sanctis Patribus ſancitam eſſe, vt in c. ſicut antiquitus, & in c. diffiniuit, & in c. Id conſtituimus 15. quæſt. 4. Et in c. Inter alia, vbi præſertim Anton. de Butr. nu. 2. de Immunitate Eccleſiarum. Innoc. in c. nouerit. nu. 2. ante med. de ſenten. excommunic. Card. Zabarell. in c. perpendimus. num. 13. eod. tit. de ſenten. excommunic. & alibi ſæpius Doctores. Non tamen per hoc ſequitur quin Immunitas prædicta iure diuino inuenta ſit, eamque propterea inuiolabiliter ſeruandam Iura Canonica, & Ciuilia decreuerint. Et in ſimili faciunt quæ paſſim traduntur à Doctoribus circa exemptionem Clericorum, eam ſcilicet de iure diuino eſſe. Gloſ. in c. Imperator. 96. diſtinct. Rot. decif. 10. nu.4. de conſuetud. in antiq. Grammatie. decif. 21. nu. 12. decif. 61. nu. 12. & ità etiam firmaſſe Senatum Pariſienſem refert Rebuff. in concordatis in rubric. de protect. concordator. hancq; opinionem crebriori Doctorum calculo receptam eſſe aſſeruit Alciat. in c. cum non ab homine, n. 2. de iudic. & nihilominus eam infinitis Summorum Pontificum decretal. apoſtolicis legibusq; Imperialibus ampliatam & confirmatam videmus, vt latiſsimè poſt alios cumulat Carolus de Graſsis de effectu clericatus, effectu primo nu. 1. verſus finem. Quod apertiſsimè probatur etiam ex decreto ſacroſanc. Trid. Concilij cap. 20. de reformat. ſeſſ. 25. Clarius in illis verbis, *Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum Immunitatem, Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam*.

12 Nec verum eſt, vt opinatus fuit idem Marius Italia in d. tract. de Immunit. Eccleſ. lib. 1. c. 2. §. vnico. n. 3. Quòd iſtud Decretum loquatur tantum de Immunitate perſonarum, & rerum Eccleſiarum, non autem de hac; de qua agimus Immunitate. Nam quòd non ſolum loquatur de Immunitate rerum & perſonarum Eccleſiæ, ſed ſimpliciter etiam de Immunitate Eccleſiæ colligitur ex eiuſdem Decreti verbis expreſsis, ibi, *Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum Immunitatem*, & ſic non ſolum de exemptione perſonarum, ſed etiã de Immunitate Eccleſiæ. & verba prædicta adeò mihi clara, & Iuri conſona videntur, vt aliorum aliter ſentientium interpretatione non indigeant.

13 AMPLIA II. Vt hæc Templorum Immunitas; quo ad confugientes ad ea, erat etiam antiquitus apud Gentiles, Ethnicos, & Infideles, aliaſq; nationes cognita. apud quos quam grauiter puniebantur templorum immunitatis violatores; videas per Decian. cum relatis per eum, in tract. criminal. lib. 6. cap. 25. n. 3. 4. & 5. & in conſ. 80. n. 10. & ſeqq. lib. 3. Vbi quod hæc; Eccleſiæ & locorum ſacrorum Immunitas etiam apud Infideles, & ab orbe condito obſeruata fuit, & etiam iure naturæ ab ipſis Beſtijs, Petr. Gregor. lib. 33. cap. 21. n. 4. & ſeqq. Alex. Ambroſin. de Immunit. & libert. Eccleſ. cap. 1. n.7. Vbi hanc Templorum Immunitatem ſeruatam fuiſſe docet apud Hebræos, Græcos, & Athenienſes. n. 8. Vbi etiam ſeruatam reſtatur de Iure naturæ ab ipſis Beſtijs. Franciſc. Leon. in Theſaur. fori Eccleſiaſtici par. 1. cap. 13. rubr. de Immunitate Eccleſiarum. n. 35. & omnibus ſeqq. vbi latiſsimè explicat, Reges, Imperatores, & Principes, apud quos Templorum obſeruantia in magna veneratione fuit. Franc. Suarez de ſtatu Religion. lib. 3. cap. 8. n. 12. vbi dixit, quod licet nihil certi conſtet quam ſit antiqua apud Chriſtianos hæc Eccleſiarum Immunitas, probabile tamen eſt credere; quod inceperit ab ipſa Templorum ſolemni dedicatione, & ſic à temporibus Conſtantini, cum & ab eo tempore Chriſtianæ Eccleſiæ publicè ædificatæ fuerint. Marius

Italia de Immunit. Eccleſiarum lib. 1. cap. 7. §. 1. & omnibus ſeqq. vbi latè probat, apud omnes nationes ſemper hanc Templorum Immunitatem cognitam fuiſſe. Quod & idem magiſtraliter probauit Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum Immunit. lib. 1. c. 15. per tot.

14 AMPLIA III. Vt hæc Eccleſiarum Immunitas, contraria conſuetudine tolli non poſsit, vt pluribus comprobat Alex. Ambroſin. in tract. de Immunit. Eccleſ. c. 14. per totum, pluribus ad ſic dicendum inductus rationibus. Primò, quia Populus nihil ſtatuere poteſt ſuper Immunitate Eccleſiarum, Ideo nec conſuetudinem inducere valet. Secundò, quia talis conſuetudo eſſet omninò irrationabilis. Tertiò, quia nec etiam introduci poteſt Pontifice ignorante, qui vbique locorum præſens non eſt. Quartò, quia nunquam talis aſſerta conſuetudo, in contradictorio iudicio obtenta fuit, ſingulasq; prædictas rationes & Iuribus & Doctorum authoritatibus probat, proponit contraria, & illis reſpondet. Facit pro hac eadem opinione benè ſcripta per Marium Italiam in tract. de Immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 3. §. 1. n. 3. & ſeqq. vbi hanc aſſertam conſuetudinem, abuſum, & corruptelam propriè eſſe affirmat, cum certum ſit, quicquid ab Apoſtolicæ Sedis Rectoribus, plena authoritate ſancitur, nullius conſuetudinis occaſione proprias proſequendo voluntates remoueri poſſe. Et cum conſuetudo omnis contra Eccleſiarum Immunitatem, ſit etiam contra Immunitatem Eccleſiaſticam, hoc ideò minimè valere, & Iuribus, & Doctorum authoritatibus comprobat. & latius in c. 6. in initio n. 1. & ſeqq. vbi refert, & ſequitur Alex. Ambroſin. in loco præallegato, & multa notabilia, & magiſtralia in medium affert. Quæ ſi ſeculares Iudices benè ponderarent, non ſic faciles eſſent ſub prætextu conſuetudinis, (quæ conſuetudo non eſt, ſed corruptela, & abuſus) Eccleſiaſticam Immunitatem violare in eorũ animæ perpetuam damnationem. Addo & Ioan. Guttierez pract. quæſt. ciuil. quæſt. 1. n. 12. verſ. Nec valeat talis conſuetudo. Azeued. in Conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. lib. 3. tit. 31. Quem benè loquentem in hac materia omninò videas.

15 Et quod omnis conſuetudo Immunitati Eccleſiarum contraria, ſit ſublata ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 20. quo renouatur obſeruantia immunitatis eccleſiarum ſecundum formam Canonum, & aliorum Conciliorum, benè aduertit Baiard. ad Clar. quæſt. 30. n. 5. Vbi propterea dixit in Patria ſua Concilium ſeruari ad vnguem. Et ego etiam aduerti ſupra in tit. de Carceribus, & Carceratis quæſt. 28. n. 74. vbi pariter dixi, quod ſuccedente Conſtitutione GREGORII XIIII. omnis prorſus conſuetudo Immunitati Eccleſiarum contraria ſublata fuit. Quod idem replicauit Franc. Leon. in Theſaur. Fori Eccleſiaſtici p. 1. c. 13. n. 27. & 28. Vbi eam reddit rationem, quia ſcilicet per Clauſulam, Sublata &c. appoſitam in dicta Conſtitutione, dicitur ſublata facultas omnibus alijs Iudicibus aliter iudicandi. c. ſi eo tempore. de elect. in 6. cum alijs ibi per eum allegatis. Addo ego idem eſſe per Clauſulam *Decreti Irritantis*, de qua in eadem Conſtitutione. De cuius clauſulæ vigore, non ſolum aduerſus dictam Conſtitutionem allegari non poteſt non vſus, ſed nec etiam contrarius vſus. Caſſad. deciſ. 2. de reſeruat. & deciſ. 11. n. 5. ſuper regulis Cancellariæ. Put. deciſ. 50. n. 5. par. 1. Caputaquen. deciſ. 134. n. 4. par. 3. Rot. Ianuen. deciſ. 180. n. 8. Et ſic non obſtat, quod in eadem Gregorij Conſtitutione, expreſsè non ſint ſublatæ contrariæ Conſuetudines, tum quia non erat neceſſe, quia per viam legis generalis emanauit, tum quia per clauſulas prædictas omninò ſublatas eſſe ex præallegatis apparet. Addò rurſus Alex. Ambroſin. de Immunitate Eccleſ. c. 1. n. 11. & 12. Vbi propterea dixit, hanc Gregorij Conſtitutionem emanatam eſſe ad refrænandam ſcribentium, & Miniſtrorum curiæ ſæcularis audaciam, qui hanc Eccleſiarum Immunitati contrariam conſuetudinem atteſtantur, & attendendam eſſe volunt. & latius cap. 14. per tot. pluribus comprobat, proponit contraria, & illis reſpondet. & clarè etiam ſic ſcripſit Marius Italia in tract. de Immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. in initio. vbi præſertim n. 3. bene demonſtrat, hanc aſſertam conſuetudinem, quam ſæcularis curiæ miniſtri ſupponunt, expreſſe Gregoriana Conſtitutione reuocatam fuiſſe in illis verbis. *Ne autem Curia ſæcularis prædicta miniſtri, facultate illos per ſe, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi ſibi olim, vt præfertur attributa, & per præſentes reuocata.* prout & has contrarias conſuetudines, ſeu potius abuſus, ab eadem Conſtitutione Gregorij expreſsè ſublatas fuiſſe, probatur euidenter in verſ. His igitur abſurdis, dum expreſsè ibidem dicitur, *Summum Pontificem voluiſſe per illam Conſtitutionem abuſus tollere*. Nec facit, quod quandoque Eccleſiaſtici Antiſtites, immo & ipſe Papa non contradixerint quando Eccleſiaſticam Immunitatem ſic à ſæcularibus Principibus, & Magiſtratibus violatam viderunt, & tacendo non contradixerunt. Non enim tunc conſentire, ſed obſcure ferre, & ſimulare eos dicendum eſt. ex allegatis per Pacian. de probationib. lib. 1. c. 29. nu. 87. Et per Lauden. deciſion. Piſan. 36. n. 265. par. 1. Et facit concluſio firmata in c. iamdudum. de præbendis. vbi dicitur, quod multa per patientiam diſſimulantur, quæ ſi in iudicium deducta forent non permitterentur. eoque maxime cum ea quæ ſunt iuris diuini, contraria conſuetudine tolli non poſſint. c. 1. & c. ad audientiam. & c. cum inter. de conſuetudine. c. clerici. de iud. vbi & Gloſ. fin. late Rot. d. deciſ. 10. n. 4. de Conſuetud. in antiquis.

16 Et à præmiſſa ampliatione nullo pacto, in conſulendo & iudicando recedas. quamuis contra-

rium;

ſium, quod talis conſuetudo in materia Immunitatis Eccleſiarum valeat, & attendenda ſit, voluerint complures Doctores per me allegati ſupra in quæſt. 28. per tot. in diſcurſu. Dicentes, quod licet in aliquibus caſibus pro Immunitate aſsiſtat ius commune, & canonicum, contrarium tamen de conſuetudine ſeruari teſtantur; & eam fore attendendam opinantur. & in ſpecie ſic etiam opinati ſunt Abb. in c. inter alia. n. 13. ante finem, verſ. Et iſta puto veriſsima. extra de Immunitate Eccleſiæ. Oldrad. conſ. 54. n. 2. verſ. circa hoc attenditur conſuetudo. Franciſc. Suarez de ſtatu Religionis lib. 3. c. 11. n. 4. Immo quod Eccleſiarum Immunitas non ſeruatur de conſuetudine, dicere auſi fuerint relati Doctores per Baiard. ad Clar. in practic. quæſt. 30. n. 5. Vbi teſtatur de Conſuetudine in Prouincia Aprutina, Ioan. Berber. Foller. Clar. Nicol. Moron. per me relati in tit. de carcerib. & carceratis. quæſt. 28. n. 73. Quibus addo Petr. Gregot. in ſyntagm. iuris. lib. 33. c. 22. n. 3. in diſcurſu.

17 Et in Vrbe quod Eccleſiaſtica Immunitas non habeat locum aduerſus iudices ſeculares Papæ, teſtatus fuit Nauar. in Manual. confeſſariorum c. 25. nu. 18. in fine. Baiard. ad Clar. quæſt. 30. nu. 6. Vbi teſtatur de conſuetudine in Vrbe, & in ſtatu Eccleſiaſtico niſi in leuibus delictis, & pro ciuili debito. Quod & idem ante promulgationem Conſtitutionis Gregorij xiiij. teſtatus fui ſupra in tit. de Carceribus & Carceratis. q. 28. num. 24. verſ. Benè verum eſt. Quam teſtificationem Typis mandaui fidem Nauarri ſequutus, & longè antequam officialis in Vrbe extitiſſem. ſed poſtquam Locumtenentis criminalis Sanctiſsimi D. N. Pauli Papæ V. dum A. C. Apoſtolicæ ageret, & ſucceſſiuè eiuſdem Papæ Pauli Procuratoris Fiſcalis generalis officijs functus fui, hanc corruptelam in Alma hac Vrbe non vigere re ipſa comperi. quia Reos ad Eccleſias propter grauia delicta confugientes, officiales nunquam extrahunt, niſi de licentia ſummi Pontificis, quem illico perſonaliter, vel per ſyngrapham adeunt. & ita ego pluries expertus ſum, & practicaui. nec mirum ſi in hoc Nauarrus allucinatus eſt quia huiuſmodi licentiæ per ſummum Pontificem oretenus officialibus conceduntur, & ideo pauciſſimis & interdum neque etiam, ipſis cauſæ notarijs innoteſcunt, cum principalibus curiæ officiales vocis oraculum habere ſint ſoliti.

18 Contrarium enim & optime, quod eccleſiarum immunitas ſeruetur, & quod Doctoribus de contraria conſuetudine teſtantibus, minimè credatur, præſertim extra locum in quo verſati ſunt, & quod immò adſint plures Doctores teſtantes Eccleſiarum immunitatem de conſuetudine ſeruari, pluribus probat Card. Tuſcus practicar. concluſ. in verbo *Immunitas* concluſ. 59. nu. 19. & ſeqq. Vſque ad num. vigeſimumquintum.

19 Nec ad validitatem conſuetudinis contra Eccleſiarum immunitatem iuuat allegare Vrbis conſuetudinem, de qua alias teſtatus fui in quæſt. 28. numer. 74. quod ſcilicet ante Gregorij Bullam non niſi pro leui delicto eccleſiæ Immunitas ſuffragabatur. Non enim inde inferri poteſt generaliter, quod vbique talis recepta conſuetudo valeat. ſic enim in Vrbe Roma tunc receptum fuit, ſpeciali ratione, nempe propter Principis qui legem tulit, præſentiam. qui propterea ſecundum contingentiam, & diuerſitatem caſuum, poteſt oretenus prouidere, concedere, & non concedere Immunitatem, prout dicam infra num. 346. Et ex hac ratione credendum eſt, in Vrbe Pontifice præſente hanc Immunitatem non niſi pro leuibus delictis ſuffragari ante dictam Bullam, quia forſan inde delictis aliàs occaſio dabatur, aut ex aliqua alia cauſa ſuæ Sanctitati bene viſa. Prout & pariter veriſſimum eſt, etiam eo tempore, pariter ex cauſa Pontifici bene viſa, plures ad Eccleſiam confugientes, illius Immunitate gauiſos fuiſſe, iuxta caſuum diuerſitatem. Et hanc ſpecialitatis rationem benè ſeruauit Imperator in l. præſenti. in princip. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. dum facta generali prohibitione, quod nullus de eccleſia expelli, aut extrahi poſſit, declarat hanc prohibitionem vbique ſeruandam, præterquam in Ciuitate Conſtantinopolitana, in qua ipſe Imperator regit. ea ratione motus; quia ſic præſens hinc in contingenti caſu, & oretenus præſentandi, ea remedia adhiberi poterit. & ibi hanc eandem rationem adnotarunt. Bellapertic. col. 1. in princip. verſ. Et hanc legem, & iterum infra verſ. Et ideò de Conſtantinopoli. Bar. num. 1. Vbi præterea infert, melius eſſe regi iuſto Rege, quam iuſta lege ſcripta. Alberic. in princ. Paul. de Caſtr. nu. 1. in fine. Et Fulgoſ. nu. 1. Et quod conſuetudo Vrbis permiſſiua delinquentes in eccleſia capi poſſe pro grauibus delictis, ante conſtitutionem Gregorij introducta fuerit propter præſentiam Papæ, & illius ſcientiam, quæ pro licentia, & diſpenſatione habetur in terminis, adnotauit Franciſc. Leon. in Theſaur. fori Eccleſiaſtici. par. 1. c. 13. rubr. de Immunitate Eccleſiarum. n. 28. in fine. & Marius Ital. in tracta. de Immunitat. eccleſ. lib. 1. cap. 2. §. initium. nu. 74. Vbi & aliam reddit rationem, quia ſcilicet delinquens in Vrbe, dicitur quodammodo delinquere in Eccleſia, cum Vrbs Roma tot Martyrum paſſionibus illuſtrata, ſancta meruerit vocari, meritoq; tanquam ipſamet eccleſia venerari debet. & propterea ſicut delinquens in eccleſia, illius Immunitate non gaudet, ita nec in Vrbe. Et cum prædictæ duæ ſpeciales rationes, non militent in alijs Prouincijs, & Ciuitatibus, meritò Vrbis Romæ conſuetudo, quæ exiſtebat ante conſtitutionem Gregorij, non poterat in argumento eſſe ad alia loca.

20 In hoc Doctorum conflictu, reperio diſtinctionem nonnullorum, qui dixerunt, conſuetudinem in materia Immunitatis eccleſiaſticæ, eſſe attendendam

 dam

dam & valere, quatenus ſit pia, & fauorabilis eccleſiæ, aliàs ſecus, ſecundum Innocen. in c. inter alia, col. 1. in verbo *Ad eccleſiam* verſ. Et maximè. extrà de Immunitate eccleſiarum. Vbi propterea dixit attendendam conſuetudinem ad fauorem eccleſiæ, etiam non conſecratæ, in qua diuina celebrantur officia, vt Immunitate gaudiat. & iterum infra col. 2. in fine, vbi pariter generaliter dixit, in hac materia cõſuetudinem quæ pia ſit, attendendã eſſe. & ibi etiam Hoſtien. ante num. 1. verſ. & maxime. & numer. 5. Ioan. Andr. n. 7. Anton. de Butr. nu. 12. Card. Zabarell. poſt num. 5. in quæſt. 10. verſic. ſed Innocentius dicit. Bonifac. de Vitalin. in Clement. 1. nu. 70. verſ. Et cum iſta conſuetudo ſit pia fauore eccleſiæ. de pœnitentia, & remiſſione, & nu. 73.

21 AMPLIA IIII. Quia Immunitatis Eccleſiaſticæ Priuilegium eſt fauorabile. & ideo extendendum. Decian. in conſ. 80. nu. 19. lib. 3. Et ibidem num. 22. Vbi propterea quod in dubio fauendum eſt Immunitati Eccleſiarum, & pro ea iudicandum Alexan. Ambroſin. de Immunitate eccleſiarum, cap. 10. nu. 7. verſ. Ac etiam, cum materia iſta Immunitatis ſit fauorabilis. Marc. Anton. Genuen. in pract. Archiepiſcopali c. 22. nu. 2. in fine, verſ. Præterea quando conſtitutio pœnalis continet fauorem eccleſiarum. Marius Ital. de Immunit. eccleſ. lib. 1. c. 2. §. vnico nu. 1. poſt Tiraquel. quem allegat. de vtroque retract. lib. 1. in præfatione, num. 62.

22 Contrarium, quod immò hoc immunitatis Priuilegium non ſit fauorabile, nec latè interpretandum, ſed ſtrictè; quia eſt contra ius commune volens delicta non remanere impunita, voluit Decian. quem retuli ſupra in tit. de Carcerib. & Carceratis. quæſt. 28. in princ. in tracta. crim. lib. 6. cap. 25. nu. 14. verſ. Neque etiam obſtet. & c. 28. il 2. nu. 6. in fine. Vbi poſt Couarr. in loco per eum relato, dixit cauendum eſſe, ne hanc immunitatem extendamus, cum oporteat audaciam reprimere eorum qui paſſim crimina committunt hac immunitati freti. & latius. c. 29. nu. 1. Vbi duas huius ſententiæ affert rationes. Primam, propter eccleſiarum frequentiam, & pluralitatem, quæ adeſt in qualibet Ciuitate. Secundam, quia concedentium immunitatem mens fuit non ſceleratis & truculẽtis hominibus fauere, & indulgere, eccleſiamque propterea latronum ſpeluncam facere, ſed ijs tantum miſeris refugium præſtare, & ſuccurrere, qui humana fragilitate, aut caſu in aliquod crimen incurriſſent: Prima verior, & communior.

23 AMPLIA V. vt nullus cuiuſcumque conditionis, & dignitatis ſit, poſſit inuitum ab eccleſia extrahere, tex. eſt in c. frater. 17. quæſt. 4. ponderando verbum illud *Nullus*, vniuerſale negatiuum, poſitum in Textu, quo propterea nemo excipitur. Alius Tex. in c. Reum. eadem cauſa, & quæſtion. pariter in eo ponderando verbum *Nemo*, quod etiam eſt Vniuerſale negatiuum, & omnes includit. Similis tex. in c. diffiniuit. eadem cauſa & quæſtione in illis verbis, *& nullus audeat, &c.* Item eſt tex. in l. præſenti. in princ. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. ibi *nullos penitus* cuiuſcumque conditionis ſint. Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib. 2. c. 16. num. 6.

24 AMPLIA VI. Et illatiuè ex præcedenti Ampliatione, vt extrahere inuitum ab eccleſia, nec etiam liceat Regi, Imperatori, aut alicui alteri Principi. tex. eſt in c. frater. 17. quæſt. 4. in illis, *Quod nec poteſtatibus quidem, vel Principibus vnquam licuit perpetrare*. Item & tex. in c. miror. 17. qu. 4. qui textus ſumptus eſt ex Epiſtola diui Auguſtini ad Bonifacium Regem, qui propterea excommunicatus abſolutus non fuit, niſi prius eccleſiæ per vim ab ea extractum reſtituiſſet. Refert hęc Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 27. nu. 1. Idem Decian. conſ. 80. nu. 6. lib. 3. quem retuli ſupra in tit. de Carceribus & Carceratis. quæſt. 28. nu. 1. in fine. Et hanc diui Auguſtini epiſtolam vna cum reſponſione, quam illi fecit Bonifac. refert Card. Baron. in loco relato per Alexan. Ambroſin. de immunit. & libertate eccleſ. cap. 1. num. 5. Villagut. de extenſion. legum. c. fin. ſub nu. 4. verſ. Et ſunt hæc verba generalia. & iterum infra in verſic. Quod nec poteſtatibus quidem, nec Principibus. Franciſ. Leon. in Theſaur. for. eccleſiaſtici. par. 1. c. 16. nu. 20. Vbi refert verba conſtitutionis Gregorianæ, comprætendentia omnes perſonas quacumque dignitate & auctoritate præditas. Ioan. Gutier. practic. quæſt. ciuil. lib. 3. quæſt. 5. num. 8. ver. Non enim Rex.

25 AMPLIA VII. Vt ſuper immunitate Eccleſiaſtica, in eius præiudicium ſeculares Principes nihil ſtatuere poſſunt. Alex. conſ. 145. nu. 4. lib. 7. qui loquitur in Imperatore. Decian. conſ. 80. n. 27. lib. 3. Dixi ſupra in tit. de Carcerib. & Carceratis quæſt. 28. nu. 6. Rebuff. ſuper conſtitutione de immunitate eccleſiæ. artic. 1. gloſ. 1. nu. 5. tom. 2. Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 20. nu. 3. in princ. Marius Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. in procemio. nu. 2. & 3. & cap. 2. in initio, num. 79. Ioan. Guttierez pract. quæſtion. lib. 1. quæſtion. 1. fere per tot. in diſcurſu, & præſertim. num. 9. 11. & 12. Et in idem etiam allegat Suarez de Paz. in ſua pract. tom. 1. par. 1. cap. 3. §. 3. nu. 52. & ſeqq. & eſt viua ratio, quia cum agatur de re eccleſiaſtica, abſurdum eſt dicere, quod ſeculares Principes, illi præiudicare poſsint. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit. lib. 2. c. 1. per tot. Vbi plura in idem iura ponderatur, quibus generaliter probatur, omnes conſtitutiones, pragmaticas, & ſanctiones, à ſecularibus Principibus promulgatas contra eccleſiaſticos canones, ſuo robore & firmitate penitus carere.

26 Nec verum eſt, prout aliquos ſic dicentes audiui, quod Pontifices in Conſtitutionibus ab eis factis, requiſiuerint conſenſum & voluntatem Imperatorum, qui ſuper eadem immunitate ſtatuerunt. cum certum ſit, Pontifices prædictos fuiſſe multo tempore poſt leges ciuiles ab Imperatoribus promulgatas

mulgatas

mulgatas ſuper eadem Immunitate, prout optimè aduertit Mar. Ital. in tracta. de Immunit. Eccleſ. lib. 1. c. 2. §. vnico. n. 2. Et licet ijdem Pontifices in hac immunitate, & eius Priuilegio, plurimi fecerint ad ſuarum Conſtitutionum obſeruantiam, ſecularium Principum auctoritatem, vt in c. inter alia. de immunitate eccleſiæ. & in c. id conſtituimus. 17. quæſt. 4. & in Concil. Toletan. 12. c. 10. vbi ſic dicitur. *Pro his, qui quolibet metu, vel terrore eccleſiam appetunt, conſentiente pariter glorioſiſſimo D. Noſtro Eringio Rege, hoc ſanctum Concilium definiuit, vt nullus audeat, confugientes ad Eccleſiam, vel reſidentes, inde vi abſtrahere.* Non tamen inde ſequitur, vt alij quidam male opinati ſunt, hanc Principum ſecularium voluntatem, & conſenſum, neceſſarium fuiſſe ad hoc vt ipſi Pontifices ſuper immunitate eccleſiaſtica ſuas promulgarent Conſtitutiones, vt bene aduertit Franciſc. Suarez de Statu Religionis. lib. 3. cap. 8. n. 13. & 14. Vbi propterea dixit, quod etſi ſeculares Principes potuerint pro ſua pietate, immunitatis Priuilegio eccleſiam præuenire, & condecorare, Pontificesque, & Concilia, ad maiorem ſuæ legis obſeruantiam, voluerint etiam Principum auctoritate iuuari; non tamen inde ſequitur, ipſos Pontifices, Imperatoria vel Regia poteſtate indiguiſſe ad dictæ immunitatis obſeruantiam.

27 AMPLIA. VIII. Vt in materia immunitatis eccleſiaſticæ, ius canonicum, & non ciuile ſeruandum ſit, quando vnum alteri contradicit ſecundum Alberic. in rubr. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. in princ. verſ. Et quo ad hanc materiam. & n. 1. Alex. conſ. 145. n. 4. lib. 7. Boer. deciſ. 109. poſt n. 3. Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 25. n. 7. Vbi bene reſpondet Alciato contrarium tenenti, & de contraria Conſuetudine Italiæ atteſtanti. Borgni. & Caualcan. in 1. par. ſuarum deciſionum, in repert. verſ. Iudex eccleſiaſticus, & non ſecularis. n. 6. & n. 12. Decian. conſ. 80. n. 28. lib. 3. Hanc eandem concluſionem ſequuti ſunt, Fulgoſ. Faber. Alex. Caſſaneus, & Iodoc. in locis per me relatis ſupra, in tit. de carcerib. & carceratis. quæſt. 23. n. 6. Vbi etiam retuli, & reprobaui contrarium tenentes. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *Eccleſia*, concluſ. 10. n. 19. & in verbo *immunitas*. concluſ. 59. n. 13. Vbi tamen quod ius ciuile poteſt augere pœnam extrahentibus inuitos ab eccleſia. Alex. Ambroſin. de immunitate eccleſ. c. 1. n. 4. Ludou. Peguer. in ſua pract. criminc. 26. num. 6. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 3. cap. 16. n. 21. Vbi alios refert ſic, vt ipſe inquit, vno ore dicentes.

28 Et in tantum eſt vera præmiſſa ampliatio, vt ius Canonicum attendendum ſit, & non ciuile, non ſolum in terris Eccleſiæ, ſed etiam in terris Imperij, ſecundum Alex. conſ. 145. n. 2. verſ. Sexto pro hoc facit. & n. 10. verſ. Non obſtat vltimum argumentum. lib. 7. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 25. n. 7. Vbi benè reſpondet Alciato, & alijs contrarium ſentientibus, & de contraria conſuetudine atteſtantibus. & c. 28. ſub n. 16. verſ. Neque obſtat ſi dicatur. Borgnin. Caualcan. in repert. ſuarum deciſionum par. 1. verſ. Iudex Eccleſiaſticus. n. 6. Ludou. Peguer. in ſua pract. crimin. c. 26. n. 6. Vbi ita apud eum in Cathalonia ſæpius fuiſſe declaratum in multis deciſionibus, in libris Regiorum Cancellariorum ſcriptis etiam cum interuentu plurimorum Doctorum Regij Conſilij.

29 Quamuis contrarium, quod in terris Imperij ſeruari debeat ius Ciuile alijs relatis, voluerunt addentes ad Angel. de malef. verbo, *Quod fama publica*. n. 59. littera B. Alciat. de præſump. reg. 3. præſumpt. 33. n. 5. Relati per Decian. in conſ. 80. num. 3. lib. Tertio. Sed à prima opinione non recedas. eo præſertim quia vt infra dixi. n. 356. in fin. Eccleſiæ non ſunt de territorio Principis ſecularis.

30. Immo Iudex Eccleſiaſticus compellit ſecularem ad obſeruantiam iuris Canonici in ſuo foro, in his in quibus ſeruari debet, & ſic in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ. tex. eſt in c. 2. de foro competenti. in 6. in c. decernimus. de ſenten. excommunicationis. eod. lib. Et in Clementina 1. de pœnitentia, & remiſsione. Et ibi etiam Anchar. nu. 4. alia concordantia iura allegat. Et ibi etiam Io. de Imol. n. 2. Cardinal. Zabarell. n. 3. in 8. notabili.

31 Bene verum eſt, quod ſi ſuper interpretatione iuris Canonici oriatur aliquod dubium, tunc ea interpretatio obſeruanda eſt, quæ cum iure Ciuili concordet, ſecundum Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 25. n. 7. ad med. verſ. Concludendo ergo dico. Iuxta tamen declarationem à Iudice Eccleſiaſtico faciendam.

32 AMPLIA. IX. Vt confugiens ad eccleſiam, ab ea extrahi non poſsit, non ſolum à Iudice ſeculari, ſed nec etiam à Iudice Eccleſiaſtico, ſecundum Io. Andr. in c. inter alia. n. 4. extra de Immunit. Eccleſiar. Vbi arguit ad partes ſic reſoluit & reſpondit contrarijs. & ibi etiam Anchar. n. 9. Anton. de Butr. n. 11. Abb. n. 11. & ſeq. Card. Zabarell. n. 4. verſ. Sexto quæro. & Ioan. de Anania. n. 9. Decian. reſponſ. 80. n. 7. verſ. Immo neque Epiſcopus. lib. 3. Baiard. ad Clar. q. 30. n. 3. Villagut. de extenſ. leg. cap. fina. poſt n. 4. verſ. Nec non Iudices omnes, vſque ad n. 5. in diſcurſu. Vbi ad huius concluſionis probationem, & iuribus, tàm ciuilibus, quam canonicis, & rationibus, ac Doctorum auctoritatibus latiſsimè comprobat.

33 AMPLIA. X. Vt nemo cuiuſcumque conditionis ſit, qui ad eccleſiam confugerit, inuitus extrahi poſsit. Ancharan. in clem. 1. n. 5. in 2. quæſtion. de pœnitentia, & remiſsione. & ibi etiam Ioan. de Imol. n. 11. Card. Zabarell. nu. 5.

& Bo-

& Boniſac. de Vitalin. n. 70. verſic. Nec obſtat, dicto c. inter alia. Vbi propterea dixit, hac Immunitate gaudere debere, tàm nobilem, quàm ignobilem, tàm pauperem, quàm diuitem, & tàm iuuenem, quàm ſenem. Mantua conſ. 60. nu. 5. Io. Guttier. poſt quæſt. ciuil. quæſt. 1. n. 7.

34 AMPLIA. XI. Vt etiam Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ gaudeant Immunitate Eccleſiæ qui ad eam confugient, nec ab ea exerahi poſsint inuiti, ſecundum Bonif. de Vitalin. in Clemen. 1. n. 70. de pœnitentia, & remiſsione. Vbi licet plura pro, & contra, in medium afferre videatur, in hac tamen reſidet ſententia. Addentes ad Roman. conſ. 227. littera D. Addentes ad Angel. de maleficie. in verbo, *quod fama publica*. n. 59. littera B. in princ. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 26. n. 1. Vbi hanc opinionem veriorem eſſe affirmat in caſibus non exceptis, pluribus eam probat, ſingulariterq; reſpondet contrarijs fundamentis, & rationibus adductis per Abbatem, vbi ſupra contrarium tenentem. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Eccleſia, concluſ. 9. n. 17. & concluſ. 11. n. 27. Vbi teſtatur de cõmuni, & concluſ. 10. n. 25. Alexan. Ambroſin. in tracta. de immunitat. eccleſiarum. c. 12. per tot. Vbi ad partes diſputata quæſtione hac, amplecti videtur ſententiam Ioan. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 3. n. 1. vbi relatis contrarium tenentibus, & etiam relatis pro hac ſententia concordantibus, eam in puncto iuris veriorem, & communiorem teſtatur, licet contrarium de conſuetudine ſeruari, & practicari affirmet. Et hanc contrariam ſententiam poſt antiquorum Doctorum auctoritates hinc inde relatas, & diſcuſſas, amplectitur Mar. Ital. in tracta. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 3. §. 1. Subdens eam omnino ſeruandam, non obſtante quacunque contraria conſuetudine. & demum optime probat ex Conſtitutione Gregorij XIIII. ſic etiam ſtatutum fuiſſe, reprobato Genuenſe contrarium tenente in loco vbi ſupra allegato, ad id bene ponderando verba ipſius Conſtitutionis.

35 Et hæc indubitanter procedit in duobus caſibus. Primo in Clerico non beneficiato, tonſuram & habitum non deferente, iuxta Concil. Triden. ſeſſ. 23. cap. 6. Nam & is poteſt ab eccleſiaſtico Iudice extrahi, cum tunc reputetur, vt laicus, & propterea non debet eſſe melioris conditionis quam laicus. Secundo, quando delictum pro quo Clericus ad eccleſiam confugit, eſt depoſitione, & traditione Curiæ ſeculari dignum. quia tunc Iudex eccleſiaſticus vel non debet illum extrahere, vel ſi extrahat, non debet illum brachio ſeculari tradere, ſecundum Diaz in pract. crim. Can. cap. 115. ad finem. Franciſc. Suarez de ſtatu Religion. lib. 3. c. 10. n. 7. vbi amplius declarat quomodo procedat concluſio huius ſecundi caſus. qua in re non recederem à diſpoſitione capituli inter alia.

Vide tamen Alex. Ambroſin. de immunitate eccleſiarum. c. 12. in fine. vbi dixit, quod ſi Clericus qui ad eccleſiam confugit, perpetraſſet aliquod delictum de exceptis, tunc abſque dubio poſſet extrahi, quia non debet eſſe melioris conditionis quam laicus. Et vide etiam Ioan. Gutietez practic. quæſt. lib. 3. quæſt. 3. num. 2. Vbi quo ad ſecundum caſum contra Diaz in loco præallegato tenet, quod in Criminibus quæ digna ſunt degradatione, & traditione Curiæ ſeculari, clerici non gaudeant immunitate eccleſiæ. Et nu. 4. tenet quod Iudex ſecularis nullo pacto poſsit ab eccleſia extrahere clericum in minoribus conſtitutum, & ita quotidie apud eum ſeruari teſtatur. & vide etiam quæ dixi ſupra in tit. de Carceribus & Carceratis, quæſt. 28. nu. 8. Vbi probaui, clericum non gaudere immunitate eccleſiaſtica ſi commiſerit delictum, degradatione & traditione Curiæ ſeculari dignum. ſequitur nouiſſimè Mar. Ital. in tracta. de immunitate eccleſiarum. lib. 1. c. 5. §. 14. per totum. Quod & ego verum credo, & modo declaro procedere ſi delictum eſt de exceptis, in conſtitutione noſtra, alias contrarium verius crederem per ea quæ dicam infra. nu. 86. Si enim laici gaudent immunitate eccleſiæ quantumcumque grauiſſimum cõmiſerint delictum & atrociſsimum, multo magis gaudere debent clerici. quia abſurdum eſt quod ſint peioris conditionis quam laici. Vide etiam Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 3. cap. 16. nu. 90. & ſeqq. Vbi relatis diuerſis Doctorum opinionibus, adhærendo vt dicit ſententiæ Bernardi Diaz, concludere videtur in delictis dignis degradatione & traditione Curiæ ſeculari, poſſe clericum ab eccleſiaſtico iudice puniri verberatione, perpetua incarceratione, & eiectione à Monaſterio ad tempus.

36 Contrarium, quod immunitas eccleſiaſtica non proſit clericis & eccleſiaſticis perſonis, & ideo ſi ad eam confugerint, poſſunt inde inuiti extrahi, ſecundum Abba. in c. Inter alia. nu. 13. extra de immunitate eccleſiarum. vbi pluribus hanc probat ſententiam. Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas*. n. 14. verſ. Vtrum Clerici, & Religioſi. Silueſtrin. in ſumma in verbo *Immunitas*. num. 7. in fine. verſ. clerici tamen. Armilla in verbo *Emunitas*. num. 10. Roſella in verbo Emunitas. il 2. num. 9. Decia. in tracta. crimin. lib. 6. c. 28. nu. 14. in fine. Nauar. in Manual. confeſſar. c. 25. nu. 22. Vbi tamen declarat, vt non per hoc ſecularis Iudex poſſit eccleſiaſticos ad eccleſiam confugientes extrahere. Et hanc eandem concluſionem ſequntus eſt etiam Diaz in loco per me relato ſupra in tit. de Carceribus & Carceratis. quæſt. 28. nu. 7. Vbi etiam retuli, & reprobaui contrarium tenentes, relatos per Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia* concluſ. 11. n. 26. Azzot. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. ſub verſ. Quid de Pagano. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 10. num. 5. & ſeqq. Vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, hanc veriorem & ſeruatam teſtatur ſententiam, & contrariæ rationi reſpondet. Villagut. de

exten-

extenſione legum, cap. fin. nu. 64. Vbi hanc ſententiam dixit communem, & vſu receptam, ex Diaz in practic. crimin. canonica. cap. 115. Marc. Anton. Genuen. in practic. Archiepiſcopal. c. 22. in fin. nu. 11. Vbi relatis Doctoribus hinc inde contrarium tenentibus, hanc ſententiam in Curia Archiepiſcopali vſu receptam teſtatur. ad effectum tamen vt Clericus puniatur ab eccleſiaſtico Iudice, & non à ſeculari. & amplius ſubdit, hodie ex Conſtitutione Gregorij xiiij. hanc ſententiam comprobari, cum in ea fiat ſolum mentio de laicis, & non de clericis. Ioan. Guttier. practic. quæſt. lib. 3. quæſt. 3. nu. 3. Vbi licèt antea contrariam ſententiam in puncto iuris dixerit, & veriorem & communiorem, hanc tamen in praxi intrepidè tenendam vti ſeruatam, & conſuetudine receptam, affirmat. quod tamen non probo, licet id teſtatur Aziued. in conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. num. 17. Vbi ex relatis ibi per eum, ita de conſuetudine ſeruari teſtatur. licet communis ſit in contrarium. Iuxta quam cum veram & magis receptam opin. quod ſcilicet clericus non poſsit extrahi, cenſuerunt ſacræ congregationes Illuſtriſsimorum Concilij interpretum: necnon etiam ipſorum negotijs præpoſitorum.

37 AMPLIA XII. Etiam in bannitis, qui confugientes ad eccleſiam gaudeant illius immunitate, ſicut conſulendo ſcripſit Mantica. conſ. 211. incip. Andreas Ratus. Nauar. in Manual. confeſſarior. c. 25. nu. 19. ad finem. verſ. Exules item ſiuè banniti. Vbi loquitur etiam in bannitis qui impunè occidi poſſunt. Clar. in pract. §. fina. quæſt. 30. verſ. ſcias autem. Vbi quod ita aliàs apud eum Mediolani Senatus ſeruauit. Azzeued. in Conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. lib. 3. num. 7. Vbi generaliter dixit, bannitos ex alieno territorio extrahi non poſſe.

38 Et procedit hæc ampliatio, etiam quod bannitus committat nouum delictum vltra illud pro quo eſt bannitus. qui propterea ſi ad eccleſiam confugiat ad euitandam pœnam noui delicti, illius immunitate gaudebit, ſecundum Decian. in tracta. crim. lib. 6. cap. 26. nu. 8. in fin.

39 Contrarium, quod banniti, & condemnati in contumaciam, ſi ad eccleſiam confugiunt, non gaudeant illius immunitate, ſcripſit idem Decian. qui pluribus hanc ſententiam probare conatur, in tracta. crimin. lib. 6. cap. 27. nu. 8. faciunt ſcripta per Nell. Boſſ. Burſat. & Baiard. in locis per me relatis ſupra in tit. de varijs, ac diuerſis quæſtionib. quæſt. 103. num. 324. Dum voluerunt, quod banniti, qui poſſunt impunè occidi, poſſunt etiam ſic impunè occidi in eccleſia. ergo multo magis poterunt in ea capi. Quod tamen vltimum quod poſsint banniti impunè in eccleſia occidi, minime verũ credo. quia hoc eſſet admittere ſacrilegium, & contra ſacrorum canonum, ac conſtitut. noſtræ diſpoſitionem.

40 In hac contrarietate vide diſtinguentem eundem Decian. d. c. 26. nu. 8. verſ. Putarem tamen ego in hac quæſtione ſic diſtinguendum. vbi dixit, quod ſi bannitus, non ſtudioſè & doloſè ad eccleſiam confugiſſet vt pœnam euitaret, ſed vt puta caſu pertranſiens per territorium quo erat bannitus, & à familia inſequutus, in eccleſiam confugerit, & tunc illius immunitate gaudeat, quando in caſu contrauentionis banni, erat puniendus pœna ſanguinis. Si vero in caſu fractionis confinium, pęna tantum pecuniaria plectendus eſt, & tunc non eſt tutus in eccleſia, & propterea eccleſiaſtici tenentur illum ab eccleſia eijcere.

41 Verum dicta per Decian. non militant in illis Bannitis & condemnatis in contumaciam propter delictum, prout hodie apud nos, & alibi condemnantur. Sed tantum loquitur in ijs bannitis, ſed potius relegatis à loco, vbi commiſerunt delictum ſub pœna in caſu fractionis exilij, ſeu bãni, quos nos potius exules, quam bannitos vulgo appellamus. Banniti enim noſtri temporis, ob delictum in contumaciam, ſi ad eccleſiam confugiant, potius dicendum eſt, eos eſſe tutos ſi fuerint cõdemnati in pœnam pecuniariam, quam ſi in pœnam ſanguinis. quia quod delictum eſt atrocius, illis, minus prodeſſe debet eccleſiaſtica immunitas. Ideò ſcripta per Decian. vbi ſupra, non faciunt ad bannitos noſtri temporis, qui dicuntur hoſtes ciuitatis, & ſecundum Bullas Apoſtolicas reputantur rebelles & rei læſæ maieſtatis. Circumſcriptis autem Apoſtolicis conſtitutionibus volentibus, contumaces, & legitimis præcedentibus inditijs condemnatos, haberi pro rebellibus, & reis læſæ maieſtatis, vt dixi, aduertendum eſt quod in ſancta Congregatione Epiſcoporum fuit reſolutũ, quod ſola ſententia contumacialis nõ ſit ſufficiens ad effectum, vt ex ea bannitus non gaudeat immunitate eccleſiaſtica. & propterea in loco in quo huiuſmodi conſtitutiones nõ vigent crederem, condemnatum ex ſolis ad inquirendum indicijs præcedentibus non autem ex plenis probationibus, & ſic non ob delictum, ſi ad eccleſiam confugerit, inde extrahi non poſſe. Si enim tunc iſte ſic in contumaciam ex ſolis indicijs condemnatus de iure communi conſtitutionibus Apoſtolicis circumſcriptis, non poſsit niſi in pœnam extraordinariam, & ad ſummum ad triremes condemnari; abſurdum videtur quod immunitate eccleſiaſtica non gaudeat. Faciunt quæ dixi ſupra in tit. de inquiſitione. quæſt. 11. nu. 16. vbi probaui de iure communi contumacem non poſſe condemnari, niſi præcedant plenè delicti probationes; ſecus ſecundum conſtitutiones Pontificum, quarum vigore ſola ad inquirendum indicia ſufficiunt.

42 Veritas eſt, vt dixi in quæſt. 28. nu. 47. quod banniti & condemnati, gaudent immunitate eccleſiæ, ſi banniti, & condemnati fuerint pro crimine non excepto, ſecus ſi pro crimine excepto à Bulla Gregorij. non diſſentit Baiard. ad Clar. q. 30. nu. 28.

43 Et hæc ſententia contra bannitos, quod poſſint extrahi ab eccleſia ſic iubente Pontifice, nullam habet difficultatem, tum ex his quæ dicam infra

n. 346.

n. 346. & tum in exemplo Pij Papæ V. quod retulit Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucen. 16. n. 31. & ſeqq. par. 1. Et in propoſito vide litteras ſcriptas iuſſu fel. mem. Clementis VIII. ab Alexandro Cardinali Florentiæ, qui poſtea ſucceſsit in Pontificatu & vocatus Leo XI. ad Illuſtriſsimum Neapolitanum Nuncium: regiſtratas à Mario Italiæ in tracta. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 5. in initio poſt n. 16. in quibus eidem Illuſtriſsimo D. Nuncio mandatur, vt prohibere faciat ſuperioribus Monaſteriorum Regularium illius Regni, ſub pœna priuationis officij, alijſque maioribus arbitrio Suæ Sanctitatis pœnis, ne audeant in futurum in eorum Monaſterijs receptare condemnatos, nec Bannitos. Verùm an hæc prohibitio ſit localis, & an per eam derogetur Conſtitutioni Gregorij XIIII. vide quæ dicam infra nu. 210.

44 AMPLIA XIII. Vt excõmunicatus confugiens ad eccleſiam gaudeat illius immunitate, quia hoc priuilegium, non eſt datum fauore perſonarum, & confugientium, ſed propter reuerentiam loci ſacri. Turrecrem. in c. diffiniuit. nu. 17. quæſt. 4. Anchar. in clement. 1. nu. 5. verſ. Et etiam excommunicatus. de pœnitentia, & remiſſione. & ibi etiam Ioan. de Imol. nu. 11. verſic. Quinimmo etiam excommunicatus, & Boniſac. de Vitalin. n. 79. Angelic. in ſumma in verbo Immunitas. nu. 11. verſ. Vtrum excommunicatus. Silueſtrin. in ſumma, in verbo Immunitas. il terzo. n. 2. verſ. De excommunicato vero. Tabien. in codẽ verbo *Immunitas*. n. 7. verſic. Vtrum excõmunicatus. Armilla in verbo *Emunitas*. n. 7. S. Antonin. in ſumma. par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. verſic. De Excommunicato. Roſella in verbo *Emunitas*. il ſecondo. n. 16. Boer. deciſ. 110. n. 5. & nu. 7. * vbi teſtatur de communi Docto. ſententia. Decia. in tracta. crimin. lib. 6. c. 26. n. 3. vbi alijs relatis * teſtatur de communi Doctorum ſententia, proponit contraria, & illis reſpondet. Mantua. conſ. 60. n. 6. Nauarr. in Manual. confeſſarior. cap. 25. n. 19. verſ. Tertium quod ex hoc infertur. vbi de * communi. Addo pro hac eadem concluſione Henric. Boyc. Couarr. & Clar. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. n. 39. & 40. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 10. n. 26. Azzor. Inſtitut. Moral. par. 2. lib. 9. c. 9. poſt verſic. Quid de pagano. Franciſc. Suarez. de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 10. n. 3. & 4. vbi ampliat etiam in eo, cui ſpecialiter interdictus eſt eccleſiæ ingreſſus. Reſpondetque contrarijs rationibus adductis per Felyn. contrarium tenentem, in c. à nobis. nu. 5. extra de exceptionibus. Alexand. Ambroſin. de immunitat. eccleſ. c. 8. n. 12. verſ. Et propterea vſque ad finem. vbi pariter reprobat Felynũ contrarium tenentem. Hanc teſtatur communem Doctorum ſententiam, contrarijsq; rationibus plene reſpondet Franciſc. Leon. in Theſauro fori eccleſiaſtici. c. 13. n. 29. Villagut in tractat. de extenſione legum. c. fin. n. 44. Et hanc concluſionem triplici medio comprobat Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 2. §. vnico. n. 1. & ſeqq. vbi & hanc eadem ſententiam reprobatis, contrarium tenentibus, pluribus comprobat. & eam declarat non procedere quando crimen pro quo quis eſt excommunicatus, eſſet de exceptis. quia tunc non gaudet, vt ibi per eum. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 3. c. 16. n. 72. & ſeqq. vbi declarat niſi excommunicatus, per annum in excommunicatione inſorduerit, quo caſu de eius fide dubitaretur.

45 Contrarium voluiſſe videtur Apoſtilla ad Azonem in ſumma C. de his qui ad eccleſ. confug. littera B. in fine. Vbi tamen cogitandum reliquit. Petr. Greg. ſyntagm. iur. lib. 33. c. 22. ſub n. 1. Prima verior.

46 AMPLIA XIIII. vt licitum ſit reſiſtere ſecularibus iudicibus volentibus inuitum ab eccleſia extrahere in caſu non excepto. per regulam, quia vim vi expellere licet, & voluit Hoſtien. in c. ſane. poſt n. 6. de celebratione Miſſarum. Remig. in tracta. de immunit. eccleſiarum. Ampliat. 18. n. 3. Franciſc. Suarez, poſt alios quos allegat de ſtatu Religionis. lib. 3. c. 13. n. 4. Quod & latius proſequitur Mar. Ital. in tracta. de immunitat. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 45. in fine, verſ. ſed ideo & ſeqq. Ea motus ratione, quia cum ſeculares iudices iniuſte agant extrahendo confugientes ad eccleſiam, ideo illis iure reſiſti poteſt. per regulam quod officiali iniuſte exequenti licite de facto, reſiſtitur. l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. 10. cum alijs ibi per eũ in allegatis. & n. 48. Vbi ampliando dixit reſiſti poſſe, non ſolum iudici ſeculari, ſed etiam eccleſiaſtico, non ſeruanti formam Conſtitutionis Gregorij XIIII. & n. 49. Vbi rurſus ampliat, vt reſiſtere liceat extraneo pro defenſione, ne ad eccleſiam confugiens extrahatur, etiam quod is auxilium non inuocet.

47 Quomodo autem hæc reſiſtentia fieri poſsit, & licita ſit, vide eundem Franciſc. Suarez vbi ſupra. d. c. 13. eod. n. 4. & 5. vbi dixit quod ex parte eccleſiæ reſiſtentia debet eſſe ſpiritualis, cogendo ſcilicet per cenſuras extrahere volentes ad reſiſtendum à tali violentia. poſt Remig. & Couarr. in locis per eum relatis. vel etiam claudendo fores, & omnibus alijs medijs externis ad impediendum vim aptis. abſque tamen aggreſsione, ſeu bello actiuo. Clericis autem, & eccleſiaſticis perſonis ad id ſumere arma non licet. licet bene interdum Paſtores eccleſiæ laicorum auxilio ad eccleſiam defendendam vti poſsint. etſi hoc rariſsime expediret propter maiora quæ eueniri poſſent ſcandala, niſi cum auctoritate Summi Pontificis hoc fieret, vt ibi per eum. ad quæ vide etiam Bouadigliam in ſua Politica. lib. 2. c. 15. n. 3. par. 1. Vbi teſtatur non fuiſſe exiſtimatum delictum, dum aliqui etiam eccleſiaſtici, lapides in inuaſores inijcientes, eis reſtiterunt, & impedimentum intulerunt,

runt,

runt, ne eum manciparent qui ad eccleſiam fugerat. Ex quibus non iuſtam apparet fuiſſe determinationem Senatus Luſitaniæ, qui mulctare voluit eiuſmodi reſiſtentem, teſte Antonio Gama deciſ. 52. Et vide rurſus Azzeued. in conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. lib. 3. n. 30. vbi pluribus probat, clericis, & eccleſiaſticis perſonis non licere cum armis contra ſeculares miniſtros extrahentes ab eccleſia eos qui ad eccleſiam confugerunt irruere, niſi quando manifeſtum eſſet extractionem iniuſtam, & periculum eſſet in mora.

48 AMPLIA XV. vt extractus per vim ab eccleſia, eiuſdem eccleſiæ reſtituendis ſit. ad text. in c. miror. 17. quæſt. 4. in illis verbis, *Eccleſia igitur illæſum reuoca quem vt irreligioſiſſimus rapuiſti.* & ibi gloſ. & Archid. n. 2. Bellamer. poſt n. 1. & Turrecrem. col. 1. verſic. in ſecunda. Bar. in l. præſente. n. 4. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. Anchar. in c. inter alia. n. 5. in 5. notab. de immunitate eccleſ. & ibi etiam Abb. n. 35. verſ. Nunc quæro. Angelic. in ſumma, in verbo *Immunitas*. n. 20. Sylueſtrin. in eod. verbo *Immunitas*. col. 3. n. 11. Tabien. in eod. verbo *Immunitas*. n. 2. Armilla in verbo *Emunitas*. n. 15. Roſella in verbo *Emunitas*. il ſecondo. n. 12. Oldrad. conſ. 154. n. 1. & n. 4. in fine. Alex. conſ. 145. n. 14. verſ. Cum igitur. lib. 7. Decian. in tracta. crim. lib. 2. c. 28. il ſecondo. nu. 7. Mantua conſ. 60. n. 14. in fine. & n. 17. etiam in fine. Baiard. ad Clar. quæſt. 30. n. 26. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo *Eccleſia*, concluſ. 10. n. 20. Azzor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. in fine. quæſt. 15. Franciſc. Suarez. de ſtatu Religionis. lib. 3. c. 13. n. 6. & n. 12. in fine. Marius Ital. cum allegatis per eum de immunitat. eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. n. 23. & ſeq. Genuen. in ſua pract. Archiepiſcopali. c. 22. n. 7. verſ. Anno ſequenti. Vbi quod, iſto caſu ſufficit extractum reſtitui Epiſcopo, vel eius Vicario.

49 Et in tantum verum eſt, vt per vim extractus ab eccleſia illi reſtituendus ſit, vt nec etiam interim poteſt pro alijs delictis à iudice ſeculari detineri. ex allegatis per Genuen. in pract. Archiepiſcopali. c. 22. n. 5. verſ. Præterea faciunt. refert & ſequitur eum Mar. Italia. in tracta. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 41. & ſeqq. vbi propterea reprobat Ant. Gamam in deciſ. 52. contrarium tenentem.

50 Et hoc etiam verum ſi iudex ſecularis velit præſtare iuramentum, vel cautionem de non puniendo corporaliter, & Dominus de non puniendo ſeruum per vim extractum. Nam & adhuc extractus, Eccleſiæ, ex qua extractus fuit, reſtituendus eſt in primis & ante omnia. Archidiac. in c. miror. n. 2. 17. quæſt. 4. & ibi etiam Bellamer. poſt n. 1. & Turrecrem. col. 2. in verſ. Sed nunquid habuit neceſſe. Abb. in d. c. inter alia. n. 26. in fin. de immunitate eccleſiarum. Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas*. n. 20. Silueſtrin. in eodem verbo *Immunitas*. il terzo. n. 11. verſ. Nec euitet iſte reſtitutionem. Tabien. in eodem verbo *Immunitas*. n. 12. & n. 13. verſ. Nec euitat reſtitutionem. Armilla in verbo *Emunitas*. n. 15. Roſella in verbo *Emunitas*. n. 12. verſ. & hæc procedit. Franciſc. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 13. n. 6. verſ. Vnde addunt prædicti Docto.

51 Immo verum, etiam quod Fiſcus, ſeu Iudex ſecularis terminum petierit ad probandum extractum ab eccleſia fuiſſe iure extractum, ſcilicet in caſu excepto, immo etiam quod iam ſecularis Iudex iuſtificauerit extractionem factam fuiſſe in caſibus exceptis etiam per partis confeſſionem, cum vt infra dixi. n. 304. ad eccleſiam confugiens non poſſit huic immunitatis priuilegio renunciare, & voluit Marc. Ant. Genuen. in pract. Archiepiſcopal. c. 22. n. 5. verſ. Item fuit reſolutum in curia. quem refert Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 23. & ſequen. & voluit etiam Maſtrill. loquens in terminis Bullæ Gregorianæ deciſ. 169. n. 11. in fine, lib. 2.

Quare ex præmiſsis non poſſum niſi improbare eos Metropolitanos, qui poſtquam Epiſcopi eorum ſuffraganei aliquem per vim extrahentem excommunicatum declarauerunt prætextu appellationis ad eorum Metropolitanam curiam interpoſitæ, ſtatim abſque vlla cauſæ cognitione non facta extracti reſtitutione extrahentem abſoluunt ſimpliciter, vel ad cautelam, aut cum reincidentia. quia vtique hæc facultas eis nō competit, cum hæc abſolutio prout infra dixi, ſit omnino Sedi Apoſtolicæ reſeruata. neque in cauſa appellationis procedere poſſunt niſi prius extracto reſtituto. per regulam quod ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt, qua reſtitutione facta de cauſa appellationis cognoſcere non tamen abſoluere poterunt.

52 Alij dicunt, quod ſi iudex ſciat aliquem captũ in eccleſia, debet eum relaxare ex officio etiam nemine petente. Roman. conſ. 227. in fine verſ. ex his igitur patet. Addentes ad Oldrad. conſ. 155. in noua additione. Alex. conſ. 145. n. 14. in fin. lib. 7. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 29. n. 7. Vbi amplius quod ſic à Iudice ſeculari relaxatus non poteſt amplius capi. ex Bart. & alijs, ibi per eum allegatis. Quod & idem voluit Marius Ital. in tracta. de immunitate eccleſiarum. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 28.

53 Et quãdo ſeculares iudex relaxat indebite ab eccleſia extractum debet ita caute, & taliter relaxare, vt non poſſit poſt relaxationem iterum facile capi, & ſic in locum tutum reconduci debet. ſecundum Alex. Decian. & Mar. Italiam vbi ſupra citatos cum allegatis per eos. quibus addo etiam Azzeuedo in conſtitut. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. n. 6. Villagut. de extenſ. legum. c. fina. nu. 42. in 19. Ampliatione.

AMPLIA rurſus præcedentem XV. Ampliatio-

tionem eccleſię eſſe ab ea extractũ à Iudice ſeculari non ſolum ſi extractus fuerit per vim expulſiuam; ſed etiam ſi per vim compulſiuam. Quamuis enim ſecundum opinionem Menoch. de recuperando poſſeſſionem remed. 1. nu. 102. ſpoliati reſtitutio detur in vi expulſiua; ſecus in compulſiua. Hæc tamen Menochij opinio non caret contradicentibus; vt late probat Honded. conſ. 23. num. 29. & ſeq. lib. 1. vbi alios plures refert concordantes; & eo maxime quando prout in caſu noſtro præceſſit factum iniuſtum ſuperioris. Ruin. conſ. 37. nu. 9. lib. 4. vel etiam ſi præceſsit ſpoliatoris culpa vel dolus. Surd. conſil. 28. nu. 93. & ſeq. & nihilominus idem Menoch. numer. 105. licèt aſſerat in ſpoliato vi compulſiua reſtitutionem denegari, fatetur tamen ibidem. n. 105. huiuſmodi geſta retractari actione quod metus cauſa. & idem tenet Natt. in conſ. 386. nu. 2. lib. 2. Vnde dummodo eccleſiæ ſua immunitas illæſa conſeruetur, parum refert quo titulo, quauè actione id fiat.

Et ex præmiſſa ampliatione infertur quod ſi ad eccleſiam confugiens ex ea non per vim expulſus fuerit; ſed inde aufugerit timens capi à Curia ſeculari, & extra eccleſiam capiatur, eccleſiæ reſtituendus eſt non ſolum ſi timor in fugiente ab eccleſia fuerit iuſtus, & cadens in conſtantem virum prout eſt terror armorum. l. 1. §. qui armati. & ibi Gloſ. in verb. Armorum. ff. de vi, & vi armata. Alex. conſ. 99. lib. 3. ſed etiam ſi fuerit timor in conſtantem virum non cadens; prout optime tradit Sarmient. ſelectar. interpretat. lib. 2. c. 11. nu. 8. Præcedente enim timore facto alterius iniuſto cauſato, propter quem qui ad eccleſiam confugit ex eccleſia poſtea aufugiat, non poteſt dici quod immunitatis beneficio ſibi competenti tacitè renunciauerit. cap. ſollicite. de reſtitution. ſpoliatorum. vbi Butr. Socin. regul. 465. incip. ſpoliatio. præſertim quando timor fugientis ab eccleſia cauſatur ex facto Iudicis extraiudicialiter procedentis. Felyn. in c. Dilectus. il 1. nu. 1. verſ. fallit primo. extra de reſcriptis. & in c. Cum cauſa. n. 2. de officio delegati. quem refert, & ſequitur Diaz regul. 691. verſ. 1. per text. quem allegat in c. conquerente. de reſtitutione ſpoliatorum.

54 AMPLIA XVI. Quia quod quis ſit captus in loco ſacro potius præſumendum eſt quam Contrarium, & in hoc creditur nuntio capienti; & ſic aſſerenti, ſecundum Roman. conſ. 227. n. 3. verſ. Præterea & ſi nunquam fuiſſe oppoſitum. vbi loquitur quando nuntius refert capturam fuiſſe factam in claustro eccleſiæ. Et vide etiam bene loquentem, & diſtinguentem Decian. in tracta. crim. lib. 6. cap. 29. nu. 10. Vbi diſtinguendo dixit credendum eſſe birruarijs & executoribus ad fauorem rei deponentibus, illum ſcilicet cæpiſſe in eccleſia, aut in loco ſacro, ſecus ſi deponant contra reum, dicentes capturam eſſe factam extra locum ſacrum, & extra eccleſiam. & hanc diſtinctionem pluribus comprobat Mantua. conſ. 60. nu. 9. Vbi pariter conſulit non eſſe credendum executoribus dicētibus capturam fuiſſe factam extra locum immunem. Baiard. ad Clar. quæſt. 30. nu. 24. Vbi dixit ſe credere quod non obtineretur in practica quod non credatur exequutoribus fecìſſe capturam extra locum ſacrum. quaſi ſentiens quod immò illis eſſe credendum (ſed labitur certè Baiardus loquiturq; ſine lege & ratione.) Card. Tuſc. Pract. concluſ. in verbo *Eccleſia* concl. 10. num. 17. Vbi pariter ex Roman. in loco præallegato dixit, credendum eſſe executori aſſerenti capturam feciſſe in loco ſacro. Mar. Ital. in tracta. de Immunit. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 98. & ſeqq. Vbi refert, & ſequitur dicta per Roman. & per Decian. in loco præallegato. & nu. 99. in fine. & ſeqq. dixit hãc cognitionem, quo ſcilicet in loco quis fuerit captus an in eccleſia vel extra, ſpectare ad Iudicem eccleſiaſticum & non ad ſecularem rationibus ibi per eum allegatis.

55 AMPLIA XVII. Vt non ſolum perſona confugientis ad eccleſiam ab ea extrahi non poteſt; ſed nec etiam eius bona inde ſubtrahi poſſunt. tex. eſt in c. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. in illis verbis, aut perſonam hominis, vel bona eius inde ſubtraxerit. Angelic. in Summa in verbo *Immunitas*. nu. 10. Vbi propterea dixit, quod bona quæ in eccleſia poſita ſunt, per vim auferri non poſſunt, & auferens pœna ſacrilegij tenetur. Thabien. in eod. verbo Immunitas. nu. 7. verſ. Nec ea quæ in ea poſita ſunt. S. Antonin. in Summa par. 3. tit. 12. cap. 3. in princ. verſ. Item ea quæ in eccleſia poſita ſunt. Roſella in verbo *Emunitas*. il primo. in princ. verſ. Item ea quæ in eccleſia poſita ſunt.

56 AMPLIA XVIII. Quod cum Iudici ſeculari prohibitum ſit confugientem ad eccleſiam extrahere, ſequitur, quod ſi extraxit, & carcerauit, talis extractio & carceratio eſt ipſo iure nulla, & propterea Iudex nullum ex ea acquirit ius, iuriſdictionem, ſeu poteſtatem in ipſum extractum & carceratum. Talis enim extractio & carceratio dici poteſt non actus iuriſdictionis, ſed violentiæ. & propterea ſi Iudex poſt extractionem & carcerationem confugientis ad eccleſiam ipſum interrogat, nec iuridicè interrogat, nec interrogatus reſpondere tenetur, & ſi vlterius idem Iudex procedat ad torquendum ad condemnandum, & ad exequendum pœnam vtique ſemper iniurias multiplicat, & tot excommunicationes incurrit, nullumq; actum veræ iuriſdictionis exercet, & omnia ſunt nulla, vt per Franciſc. Suarez, qui præmiſſa omnia magiſtraliter explicat, & declarat, de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 13. num. 12. & ſeqq.

ARGVMENTVM.

Debitor ex cauſa ciuili ád Eccleſiam confugiens nunquid illius immunitate gaudeat.

SVMMARIVM.

Debitor ex cauſa ciuili confugiens ad eccleſiam, illius immunitate gaudet. nu.57. Nec verum eſt, quod in hoc Clemens Octauus derogauerit conſtitutioni Gregorij xiiij. nu.57. verſ. & in hoc aduerte.

Debitor ex cauſa ciuili confugiens ad eccleſiam, illius immunitate gaudeat, etiam ſtante ſtatuto, vel quod alias poſſit carcerari. nu.58. licet alij contra. n.59.

Debitor ſuſpectus de fuga, confugiens ad eccleſiam, gaudet illius Immunitate. nu.60.

Debitor Fiſci ex cauſa tributorum, confugiens ad Eccleſiam gaudet illius immunitate. nu.61. contra num.62.

Debitor ex cauſa adminiſtrationis, & redditionis rationum, confugiens ad eccleſiam gaudet illius immunitate. num.63.

Debitores decocti & falliti, confugientes ad eccleſiam gaudent illius immunitate. nu.64. licet alij contra num.68.

Debitor ex cauſa ſyndicatus, confugiens ad Eccleſiam gaudet illius immunitate. nu.66.

CAPVT III.

57 REGVLA ſit, quod debitor ad eccleſiam confugiens pro debito, capi non poteſt in ea. tex. eſt in l. præſenti. & ibi communiter Doctores omnes notant. C. de his qui ad eccleſ. confug. In quo textu cum ibi notatis per Docto. latiſsimè tractatur materia an ſaltim idem in eadem eccleſia ad inſtantiam creditorum citari poterit, & contra ipſum quomodo procedendum, Abb. in c. inter alia. num.22. & nu.24. verſ. aut fuit propter aliud debitum. vbi quod ita tenent omnes Doctores. & Ioan. de Anan. nu.8. verſic. regulatiter quis pro debito non poteſt capi. Archid. in c. Id conſtituimus. ante nu.1. in verbo *Ecc* 17. quæſt.4. Et ibi etiam Bellamer. col.1. in princ. Bonifac. de Vitalin. in Clementina prima. nu.70. verſ. ſed certè videmus de pœnitentia, & remiſsione. vbi quod ita practicatur. Adde pro hac eadem regula, & quomodo iſto caſu contra debitorem ſit procedendum, Azzo. in ſumma rubr. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. numer.2. verſ. ſi autem liberi, & Chriſtiani. Hoſtien. in ſumma de immunit. eccleſ. nu.8. verſ. Aut liber, & Chriſtianus. Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas* nu.15. Silueſtrin. in eodem verbo *immunitas*. il 3. num.3. verſic. ſi vero debitum eſt propter aliud. vbi quod ita dicunt omnes. Thabien. in eod. verbo *immunitas*. num.8. eodem verſic. ſi vero debitum eſt propter aliud. Armill. in verbo *Emunitas*. num.11. Roſella in verbo *Emunitas*. il 2. nu.11. in fine. Oldrad. conſ.54. per tot. in diſcurſu. Decian. in tract. criminal. lib.6. cap.28. nu.34. vbi pluribus hanc probat opinionem. eamque veriorem, & ſeruatam in practica teſtatur Roderi. Suarez in declar. l.11. Foro lib.3. nu.1. in princip. Marſil. & Boſſ. in locis per me relatis ſupra in tit. de carcerib. & carceratis quæſtion.28. num.30. Ioan. Guttier. practicar. quæſtion. ciuilium. quæſt.1. per totum. vbi pluribus hanc probat ſententiam, alioſq; refert concordantes teſtantes de communi Doctorum ſententia, quam & ipſe veriſsimam affirmat. & etiam procedere ait non obſtante l. Regia ibi per eum relata, & ita ſæpius iudicatum. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib.2. c.16. nu.8. & ſeq. Vbi alia ad materiam. Ioan. Azzor. Inſtitut. moral. par.2. lib.9. c.9. quæſt.9. poſt verſic. Item dubiæ quæſtionis eſt. Franciſ. Suarez de ſtatu Religionis. lib.3. c.11. num.3. licet alij ibi per eum relati nu.1. contrarium dixerunt. Alexan. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. c.13. nu.1. vbi quod ita communiter concluditur.

Et in hoc aduerte quod licet. Mar. Ital. de immunitat. eccleſ. lib.1. c.5. in initio num.16. referat quaſdam litteras ſcriptas Illuſtriſsimo Nuntio Neapolis, à Cardinali de Florentia de ordine Clementis viij. quibus eidem Nuntio ordinabatur, vt omnibus Superioribus Monaſteriorum Regularium, ſub certa pœna prohiberet ne in eorum Monaſterijs receptarent debitores non tamen per hoc credas, prout ipſe Italia credit, per eaſdem litteras eſſe derogatum conſtitutioni Gregorij xiiij. & Canonibus dictis debitoribus eccleſiæ immunitatem concedentibus, ita vt ad eccleſiam confugientes, inde extrahi poſſint, & ſuis Iudicibus conſignari; ſed ſolum per dictas litteras fuiſſe prohibitum ne ijdem debitores in dictis Monaſterijs reciperentur, & expellerentur, vt dicam infra num.

58 AMPLIA I. Hanc concluſionem, vt procedat etiam ſtante ſtatuto quod debitor carcerari poſſit, vt per addentes ad Salycet. in l.1. in verbo Iudæi. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. Paul. de Caſtr. in rubr. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. num.4. Vbi reprobat Alberic. contrarium tenentem. Ioan. de Anan. in c. inter alia. nu.8. in fine verſic. mihi videtur. Decian. cum relatis per eum. In tract. crimin. lib.6. c.28. nu.34. Roderic. Suarez in declar. l.11. foro ll. lib.3. num.1. & 2. vbi quod ita alias in practica obtentum & ſeruatum fuit. Marian. Soccin. & Boſſ. in locis per me relatis ſupra quæſt.28. nu.30. Quibus addo Ioan. Guttierez practicar. quæſt. ciuilium. quæſt.1. numer.5. iuncto num.12. vbi teſtatur de ſeruata apud eum opinione relatis, & reprobatis contrarium tenentibus. Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunitate. lib.3. c.16. numer.99. & ſeqq. omnibus. vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, hanc & communem, & optimam eſſe ſententiam teſtatur. Alios refert cóconcordantes Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo eccleſia concluſ.11. num.31. & 32. vbi plures de communi opinione teſtantes refert Doctores in l. Vinum. ff. ſi cert. peta. Alexan. Ambroſin. de immunitat. & libertate eccleſ. c.13. nu.2. vbi quod contraria aliorum opinio nimis frigida viſa fuit, & propterea in practica non recepta.

59 Licet contrarium, quod quando contra debitorem fieri poteſt exequutio in perſonam, quod tunc nec etiam immunitate eccleſiæ gaudeat. Eo quia eccleſia ad ipſam confugientem liberat à pœna corporali. & non tollit aliam pœnam, voluerit Alberic. in rubr. C. de his, qui ad eccleſ. confugiunt. n. 2. & 3. Anchar. in c. inter alia. n. 7. extra de immunit. eccleſ. & ibi etiam Abb. nu. 22. Archidiac. in c. vxor. n. 3. in fine. in verbo *mancipatus* 17. quæſt. 4. Oldrad. conſ. 54. incip. An fugiens pro debito. per tot. in diſcurſu, relati per Anaſtaſ. Germon. (qui tamen eos non ſequitur) de Sacrorum immunit. lib. 3. c. 16. nu. 99. & ſeqq. relati per Card. Tuſc. Pract. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 11. n. 30. Franciſ. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. c. 11. n. 2. vbi tamen ſubdit quod licet iſte debitor poſsit ab eccleſia extrahi, extractus tamen carcerari non debet.

60 AMPLIA II. Etiam in debitore ſuſpecto de fuga. licet enim de fuga ſuſpectus poſsit capi, & carcerari à iudice incompetenti, & etiam die feriato in honorem Dei, & Sanctorum. Non tamen per hoc confugiens ad eccleſiam, inde inuitus extrahi poteſt. ſecundum Anaſtaſ. Germon. cum relatis per eum, qui de communi teſtatur, de Sacrorum immunitate. lib. 3. c. 16. nu. 99. & ſeqq. omnibus. vbi refert, & reprobat contrarium tenentes. & in ſpecie reſpondet rationi adductæ in contrarium per Iaſ. in l. Vinum. nu. 5. ff. ſi cert. petat. Nec diſſentit Alex. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. c. 13. n. 3. vbi etiam refert, & reprobat contrarium tenentes, & alios allegat concordantes pro hac, quam dicit communem, ſententia.

61 AMPLIA III. Etiam in exactore tributorum. ſecundum gloſ. in verbo *præſenti*. C. de his qui ad eccleſ. confug. vbi loquitur generaliter de debitore Reipublicæ. Bellapert. in l. præſenti. col. fina. verſic. aut propter debitum Fiſcale. C. eodem. vbi videtur tenere quod tributorum debitores non extrahentur de eccleſia, ſed ibi citabuntur, & ſi ſe non defenderit procedetur ad immiſſionem in poſſeſsionem ſuorum bonorum. & ibi etiam Cyn. n. 2. col. 2. verſic. aut quæritur de libero homine. Abb. in c. inter alia. n. 24. extra de immunitate eccleſiarum. Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas*. n. 15. Silueſtrin. in eod. verbo *Immunitas*. il terzo. n. 3. Thabien. in verbo *Immunitas*. n. 8. Armilla in verbo *Emunitas*. n. 11. Roſella in verbo *Emunitas*. il ſecondo. n. 11. verſ. Si propter debitum. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. n. 27. vbi tamen ſubdit, quod licet eccleſiaſticus iudex permittere non debet, tributorum exactores violenter ab eccleſia extrahi, curare tamen debet vt ſoluant, & ita eſſe verum ſenſum. tex. in d. S. publicorum. in authent. de mandatis Principum. Borgnin. Caualcan. in 1. par. ſuarum deciſionum. in verſ. Iudex eccleſiaſticus, & non ſecularis. n. 3. iuncto. n. 11. & ſeq. & n. 14. vbi hoc ſaltim procedere affirmat de iure Canonico. quo ius ciuile correctum eſſe affirmat. Cappell. Tholoſ. Couarr. & Boſſ. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. n. 31. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitat. lib. 3. c. 16. n. 110. Io. Azzor. inſtit. Moral. par. 1. lib. 9. c. 9. quæſt. 9. verſ. Item dubiæ quæſtionis eſt. Franciſ. Suarez. de ſtatu Religionis. lib. 3. c. 11. n. 3. verſic. Aliqui vero. Alex. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. c. 13. n. 2. in fine verſic. Quod ampliatur procedere etiam ſi debitum eſſet publicum.

62 Quamuis contrarium præſertim de iure ciuili ſuadeatur. per text. in Authen. de mandatis Principum. & ibi Gloſ. in verbo publicos exactores. Alberic. in rubr. C. de his, qui ad eccleſ. confug. verſic. Item in caſibus. Anchar. in c. inter alia. n. 6. ad finem. verſic. ſi propter tributum. & n. 7. in fine. verſic. Item in caſibus. extra de immunitate eccleſiarum. & ibi etiam Anton. de Butr. n. 18. Azzo in ſumma. C. de his, qui ad eccleſ. confugiunt. n. 4. Oldrad. conſ. 54. n. 2. vbi tamen ſubdit in hoc attendendam eſſe conſuetudinem. Igneo in l. 1. in princ. n. 55. ff. ad ſyllanian. Petr. Gregor. ſyntagm. iuris. lib. 33. c. 12. n. 2. quorum opinio mihi nullo pacto placet. maxime ſtante Conſtitutione Gregorij xiiij.

63 AMPLIA IIII. Etiam in debitore ex cauſa adminiſtrationis, & redditionis rationum, qui an gaudeat priuilegium immunitatis eccleſiæ ad quam confugit, vide text. cum ibi notatis per gloſ. & Docto. in c. vxor. 17. quæſt. 4. qui quidem tex. loquitur non in hominibus liberis, ſed in ſeruis ad ratiocinia obligatis, vt bene aduertit Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. n. 26. vbi loquitur de obligatis ad ratiocinia publica, concluditq; eos gaudere debere immunitate eccleſiaſtica, reprobato Igneo in l. 1. in princ. n. 56. ff. ad Syllanian. contrarium tenente. Nauarr. in Manual. confeſſor. c. 25. n. 19. in fine. vbi quod obligatus ad reddendas rationes gaudet immunitate eccleſiæ.

64 AMPLIA V. in debitore decocto, ſeu fallito, qui, quod gaudere debeat immunitate eccleſiæ, voluit Nauarr. in Manual. confeſſarior. c. 25. n. 19. in fine. verſic. & mercator qui decoxit. Et hoc vigore Bullæ Gregorij xiiij. nullam habere difficultatem, cum in ea inter caſus exceptos non ponatur iſte, optime. aduertit Ambroſin. in tracta. de immunit. & libertat. eccleſiaſtica. c. 13. in fine. nu. 4. Et quidem quod ita etiam ſit clara mens eiuſdem Conſtitutionis apparet, quia in ea reuocantur omnia indulta, & priuilegia data Principibus, vt poſsint ad eccleſiam confugientes extrahere, & præſertim fraudulentes decoctores. Et in hoc aduerte quod licet Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5. in initio. n. 16. referat quaſdam

litte-

litteras ſcriptas Illuſtriſsimo Nuncio Neapolis à Cardinali de Florentia, de ordine Clementis Octaui, quibus eidem Nuncio ordinabatur, vt omnibus ſuperioribus Monaſteriorum Regularium, ſub pœna prohiberet, ne in eorum Monaſterijs reciperarent fallitos, non tamen per hoc credas prout ipſe Italia credidit, per eaſdem litteras eſſe derogatum Conſtitutioni Gregorij xiiij. & canonibus dictis fallitis eccleſiæ immunitatem concedentibus, itaut ad eccleſiam confugientes inde extrahi poſſint, & ſuis iudicibus conſignari. ſed ſolum per dictas litteras fuiſſe prohibitum, ne ijdem debitores in dictis Monaſterijs reciperentur, & expellerentur.

65 Quamuis contrarium voluiſſe videatur Boer. deciſ. 215. n. 7. quem ſic dicentem refert Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 28. n. 34. ante finem Benuenut. Stracch. in tracta. de Mercatorib. par. 3. n. 41. & ſeqq. Rebuff. in 2. tom. ad Regias Conſtitutiones Galliæ. tit. de mercatorib. articul. vlt. gloſ. vnic. nu. 7. & 8. Suarez de Paz. in ſua prax. tom. 1. par. 5. c. 3. quæſtion. 3. n. 156. Et ab hac ſententia, poſt Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 20. n. 14. verſ. Nec Iaſonis argumentatio. in fine. Neque ego etiam diſſentio in tit. de carcerib. & carceratis. quæſt. 28. n. 33. Et late eam comprobat Ioan. Guttier. pract. quæſt. ciuil. quæſt. 1. n. 4. iuncto. nu. 13. verſic. in cæteris vero debitoribus fallitis, & ſeqq. Vbi tamen loquitur ſtante l. Regia, ibi per eum relata, & quando iſte decoctus Mercator aufugit cum ſuis bonis, vel ea aliter abſconderit. cum tunc vt fraudulentus decoctor, æquipararetur publico latroni. ſecus ſi ſolum perſonam ſaluando, bona ſecum non differat, nec abſcondat, vt ibi per eum. qui amplius teſtatur, ita pluries apud eum pronunciatum fuiſſe. Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum immunitate. lib. 3. cap. 16. n. 113. vbi facta concluſione, quod debitor etiam de fuga ſuſpectus, & qui alias carcerari poteſt, ad eccleſiam confugiens, in ea tutus eſt, declarat illam non procedere in mercatoribus, & Campſoribus, qui maximo Reipublicæ diſpendio, ex pecunijs, & rebus alienis, dum quæſtum exercent, operam vſuris quodammodo, & fœnoribus dantes, ac per negligentiam prodigalitatem, & luxum libidini intemperanter, ac voluptatibus indulgendo decoquant, ad templaq; fugiendo creditures omnes ſuos miſerrime fraudent. Hi inquam mercatores quos vulgo fallitos vocamus, & proprie, quia homines fallunt, eccleſiarum immunitate gaudere non debent, vt ibi per eum.

66 AMPLIA VI. Etiam in officiali debitore ex cauſa ſyndicatus, ex allegatis per Borgnin. Caualcan. in prima parte ſuarum Deciſionum, in repertorio, in verſic. Iudex eccleſiaſticus, & non ſecularis. nu. 1. & n. 10. vbi proponit contraria, & illis optime reſpondet.

ARGVMENTVM.

Seruus ad Eccleſiam confugiens, An, & quando gaudeat immunitate eccleſiaſtica.

SVMMARIVM.

Seruus ad eccleſiam confugiens, non poteſt à Domino auctoritate propria inuitus ab ea extrahi. n. 67.

Seruus ad eccleſiam confugiens timore iudicis, & ne ab eo capiatur propter aliquod delictum, vt domino reſtituatur, & ab eo caſtigetur: domino non reſtituitur, niſi ab eo recepto iuramento, ſeu ſecuritate de illum non offendendo, quo vero ad iudicem gaudet omnino immunitate eccleſiæ. n. 68.

Seruus ad eccleſiam confugiens cauſa vitandi ſæuitiam domini, nunquid ab eccleſia arcendus ſit, & domino reſtituendus. n. 69.

Seruus ad eccleſiam confugiens cauſa ſe monachandi nunquid gaudeat immunitate eccleſiæ. nu. 70. & ſeq.

Seruus ad eccleſiam confugiens cum armis, nunquid illius immunitate gaudeat. n. 72.

Seruus ſi ad eccleſiam confugiat, domino reſtituendus eſt recepto ab eo iuramento, vel cautione de ipſum non offendendo. n. 73.

Seruus ad eccleſiam confugiens ex cauſa iniuſta à domino ſibi illata, gaudet illius immunitate, ſecus ſi ex cauſa iuſta. n. 74. contra n. 75.

Seruus ſi ad eccleſiam confugit propter magnum delictum ab eo commiſſum, domino reſtituitur ſimpliciter, & quid ſi ob paruum delictum. n. 76.

CAPVT IIII.

67 REGVLA ſit, quod ſeruum ad eccleſiam confugientem, non poteſt dominus propria auctoritate ab ea inuitum extrahere. tex. eſt in c. nullus clericorum. 17. quæſt. 4. & in c. ſi quis contumax. eadem cauſa, & quæſtione. vbi pro pœna imponitur domino ſic propria auctoritate fugientem ſeruum ad eccleſiam inde inuitum extrahenti, ſolidi noningenti. Anchar. in clemen. 1. n. 5. de pœnitentia, & remiſsione. vbi facit concluſionem, quod nec etiam ſeruus criminoſus ad eccleſiam cõfugiens, inde inuitus extrahi poteſt. Franc. Azzor. inſtit. Moral. par. 2. lib. 9. c. 9. q. 9. in fine. verſic. Quid dicendum de ſeruo. Franciſc. Leon. in Theſaur. fori eccleſiaſtici. par. 1. cap. 13. rubr. de immunitat. eccleſ. nu. 11. Quamuis contrarium voluiſſe videatur Mantua. conſ. 211. n. 15.

68 AMPLIA I. Vt regula procedat in ſeruo confugiente ad eccleſiam timente ſe puniri, & caſtigare à domino. Tunc enim domino reſtituitur recepto iuramento, ſeu ſecuritate de illum non offendendo, & ſic non erit tutus in eccleſia. ſi vero

timet puniri & caſtigari à Iudice procedente per viam accuſationis, vel aliter, & tunc gaudet immunitate eccleſiæ, ſicut gaudet liber homo, ſiue delictum ſit paruum, ſiue magnum, quia apud Deum non eſt acceptio perſonarum, ſecundum Cyn. in l. præſenti. num. 2. col. 2. verſic. aut timet ab alio. C. de his qui ad eccleſ. confug. & ibi etiam Salyc. numer. 4. verſic. ſi autem à Iudice. Anchar. in c. inter alia. num. 5. verſic. ſi autem timet per Iudicem puniri. extra de immunitate eccleſiarum. & ibidem num. 6. ante finem. verſic. Aut timet ab alio. Anton. de Butr. nu. 17. in fine. verſic. Aut timet ab alio puniri Abb. nu. 23. verſic. ſi vero timet puniri ab alio. & Ioan. de Anan. num. 7. in fine. verſic. ſi autem timet puniri à Iudice. Roſell. in verbo *Emunitas*. il 2. num. 11. verſic. ſi vero timet puniri ab alio. Ioann. Azor. inſtit. Moral. par. 2. lib. 9. c. 9. quæſt. 9. in fine verſic. Quid dicendum de ſeruo. Franciſc. Suarez de ſtatu Religionis, lib. 3. c. 10. num. 2.

69 AMPLIA II. In ſeruo confugiente ad eccleſiam cauſa vitandi ſæuitiam Domini. qui nunquid ab eccleſia arcendus ſit & Domino reſtituendus. vide Salyc. in l. ſi ſeruus. in fine. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. vbi quod Domino non reſtituitur ſed compellitur ipſe Dominus ſeruum vendere, vt in inſtit. Quibus alienare licet, vel non. §. fina. Et vide gloſ. in authen. de mandatis Principum. in §. Publicorum. in verbo *Cogentur*. verſ. Nam ſeruus. & in l. præſenti. §. fina. in verbo *Sacroſancta*. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. vbi dixit, quod ſi ſæuitia fuit parua, non debet ſeruus conqueri ſi Domino reſtituatur, quia ob paruam ſæuitiam fugere non debebat: ſi vero ſæuitia fuit magna, tunc dominus cogitur illum vendere, & habet locum diſpoſitio d. §. fina. & idem dixit eadem gloſ. in ead. lege. in verbo *pauperum*. verſic. primo caſu. Bellapert. col. 3. in fine. verſ. aut fugit ad eccleſiam propter crudelitatem domini. Cyn. nu. 2. col. 2. in princ. verſic. Aut fugit propter magnam atrocitatem domini. Ant. de Butr. in c. inter alia. nu. 17. de immunit. eccleſiar. Abb. poſt num. 23. verſic. aut deliquit extra eccleſiam. & Ioan. de Anan. nu. 7. verſ. ſi ſeruus. Archid. in c. id conſtituimus. nu. 1. 17. quæſt. 4. & ibi etiam Bellamer. col. 1. in verſic. ſi ſeruus Azzo. in ſumma. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. nu. 2. verſic. Alioquin ſi propter ſæuitiã. Roſella in verbo *Emunitas*. il 2. nu. 11. verſic ſi ſeruus. Decian. in tracta. crim. lib. 6. cap. 26. num. 9. verſic. Quod ſi notoria foret. Ioan. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. in fine. verſic. Quid dicendum de ſeruo. Franciſ. Suarez de ſtatu Religionis, lib. 3. c. 10. nu. 2.

70 AMPLIA III. Et multo magis etiam in ſeruo confugiente ad eccleſiam cauſa ſe monachãdi, qui propterea eijci non debet, nec Domino nunciari, ſed retineri, & niſi Dominus intra triennium venerit, perdit eum, vt in authen. de Monac. §. ſi vero intra. & de ſanct. Epiſc. §. ſi quis autem. per quæ iura ſic voluit. gloſ. in authen. de mãdatis Principum in §. Publicorum. in verbo *Cogentur*. verſ. aut ob bonam conſcientiam. Salyc. in l. ſi ſeruus. nu. 2. verſic. oppono contra tex. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt.

71 Vide tamen tex. in c. Id conſtituimus. in fine, & duobus capitulis ſeqq. vbi probatur, occaſione Religionis ſeruum Dominum ſuum contemnere, & eius miniſterium deſtituere non debere. & ibidem hoc adnotarunt gloſ. & communiter omnes Canoniſtæ, & præſertim Turrecremat. expreſsè adnotauit, per baptiſmum non liberari ſeruum a Domini poteſtate.

72 LIMITA I. In ſeruo confugiente ad eccleſiam armato. quia ex ea extractus Domino reddendus eſt, vel eidem Domino indicandus. qui propria auctoritate poteſt ipsũ abducere, & ſi in abductione ſeruus ſe defendens occidatur, id fit impune, nec de hoc homicidio recipienda eſt accuſatio. tex. eſt in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt vbi communiter Docto. omnes, & præſertim. Fulgoſ. & Salic. in ſumm. Odofred. ante num. 1. Vbi huius concluſionis eam reddit rationem, quia ſcilicet, quando ſeruus ſic armatus ingreditur eccleſiam præſumptio eſt, vt non vadat ad offerendum munera ipſi eccleſiæ, ſed vt lædat Chriſtianos, vel perſonas eccleſiaſticas, & vt tumultum faciat. Azzo. in ſumma. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. num. 2. verſic. Et hoc ſi ſeruus. Hoſtien. in Summa de immunit. eccleſ. nu. 8. verſ. ſi vero cum Armis. Angelic. in ſumma. in verbo *immunitas*. num. 12. verſ. Aut venit cum Armis. vbi hoc intelligit, promiſſa tamen per Dominum impunitate. Thabien. in eod. verbo *immunitas*. num. 7. verſ. Vtrum ſeruus. Armilla in verbo *Emunitas*. num. 8. Decian. in tracta. criminal. lib. 6. cap. 26. num. 9. verſic. Verum ſi ſeruus ad eccleſiam cum armis confugeret. Franciſcus Suarez de ſtatu Religionis lib. 3. cap. 10. nu. 2. poſt medium. verſic. additur vero.

73 LIMITA II. Quando Dominus petit ſibi reſtitui ſeruum, recepto ab eo iuramento, vel ſi Iudici videbitur, recepta ſecuritate de illum non offendendo. tex. eſt in l. præſenti. §. fina. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. & ibi communiter notant Doctores omnes poſt gloſ. in verbo *interuentione*. Et de iure Canonico eſt tex. in c. Inter alia. §. ſi vero ſeruus. de immunitate eccleſiarum. Dum ibi dicitur. *Si vero ſeruus fuerit qui confugerit ad eccleſiam, poſtquam de impunitate ſua Dominus eius Clericis iuramentum præſtiterit, ad ſeruitium Domini ſui redire compellitur etiam inuitus, alioquin à Domino poterit occupari*. & ibi etiam Hoſtien. numer. 5. Ioan. Andr. in ſumm. & num. 7. in verbo *impunitate*, & in verbo *iuramentum*. Ancharan. in ſummario. Anton. de Butr. etiam in ſummario, & num. 13. Abb. nu. 1. verſic. ſeruus fugiens ad eccleſiam. Card. Zabar. ante num. 1. & nu. 5. in fine. & Io. de Anan. num. 1. Ad idem ferè ad litteram eſt alius tex. in c. Metuentes. in fine. 17. quæſt. 4. & ibi gloſ. in

verbo *Sacramenta*. Alius tex. in c. Id conſtituimus ead. 17. quæſt. 4. in §. ſeruus. vbi ad literam dicitur, *Seruus etiam qui ad eccleſiam confugerit pro qualibet culpa, ſi à Domino pro admiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit, ſtatim ad ſeruitium Domini ſui redire cogatur.* Et infra. *Seruum vero exire nolentē, à Domino liceat occupari.* & ibi gloſ. & communiter omnes Canoniſtę. Archidiac. Bellamer. & Turrecremat. Idem Turrecrem. in c. diffiniuit. num. 2. ad finem. verſ. Tertius ſi confugiens ſit ſeruus. eadem cauſa, & quæſtione. Azzo. in ſumma. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. n. 2. verſ. ſi ſeruo Hoſtien. in eadem ſumma. num. 8. verſic. Aut eſt ſeruus. Angelic. in ſumma. in verbo *Immunitas*. num. 12. verſic. Vtrum ſeruus. Siluestrin. in eodem verbo *Immunitas*. il 3. nu. 2. ſub verſic. quartum genus. Tabien. in eodem verbo *Immunitas*, num. 7. verſic. Vtrum ſeruus. Armilla in verbo *Imunitas*. num. 8. S. Antonin. in ſumma. par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. verſic. Item ſi confugiens ſit ſeruus. Decian. in tracta. criminal. lib. 6. cap. 26. num. 9. in princ. Nauarr. in Manual. confeſſariot. cap. 25. num. 19. Ioann. Guttier. pract. quæſt. ciuil. quæſt. 1. num. 3. & num. 18. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 3. c. 16. num. 55. Ioan. Azor. inſtit. Moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 9. in fine. verſic. Quid dicendum de ſeruo Franciſc. Suarez. de ſtat. Religionis, lib. 3. c. 10. num. 2.

Quamuis in contrarium, quod ſeruus confugiens ad eccleſiam inuito Domino, poſſit inde inuitus extrahi obiter dixerit Boer. deciſ. 109. num. 3. verſic. & etiam in ſeruo fugiente.

74 LIMITA III. Regulam procedere in ſeruo confugiente ad eccleſiam, & recedente à domino ex cauſa iuſta, ſecus ſi ex iniuſta. Primo enim caſu domino reſtituitur, & parum punitur. Secundo autem caſu, pariter domino reddetur præſtito per eundem dominum iuramento quod ſeruum non offendet. ſecundum gloſ. in l. præſenti, in verbo *præſenti*. in fine. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. & ibidem eadem gloſ. in verbo *humaniſſima*. vbi per illum tex. dicit, quod quando ſeruus confugiens non deliquit, & ſic quando diſceſſit ex cauſa iuſta ſi domino reſtituatur, debet ipſi idem dominus humaniſſima interceſſione præcedente veniam, & indulgentiam facere. & ibi etiam Salyc. n. 3.

75 Maxime tamen primo huius diſtinctionis capite obſtare videtur iudicio meo, quia magis hæc ſecuritas à domino requirenda videtur, quando ſeruus ab eo receſſit ex iuſta cauſa; quam ſi ex iniuſta, cum & tunc magis de eo timendum videtur.

76 LIMITA IIII. In ſeruo confugiente ad eccleſiam propter paruum delictum ab eo commiſſum, ſecus ſi magnum commiſerit delictum. Primo enim caſu domino reſtituitur ſimpliciter iuxta diſpoſition. l. ſi ſeruus. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. Quando autem ſeruus aut paruum, aut nullum commiſerit delictum, & tunc domino reſtituendus eſt. iuxta diſpoſit. l. præſenti. §. fina. C. eodem. præſtito ſcilicet iuramento per dominum de illum non offendendo. & voluit gloſ. in d. l. præſenti. in verbo *pauperum*. verſic. aut propter delictum. & ibi Bellapert. col. 3. verſ. Vnde dicit Azzo. vbi melius declarando materiam dixit. quod ſi delictum eſt leue, & tunc ſeruus domino reſtituetur præſtito per eum iuramento de non offendendo; aut graue, & tunc caſtigabitur. & idem concludere videtur paulo infra. in verſic. pro euidentia. Cyn. n. 2. col. 2. in princip. verſic. aut propter delictum. vbi dixit quod ſi ſeruus modicum deliquit erga dominum, vt puta, quia forte ſubripuit vnam menſuram vini, vt potaret, & tunc iuxta diſpoſitionem illius tex. domino reſtituitur, præſtito per eum iuramento de illum non offendendo. Si vero grauiter deliquit in dominum, & tunc ei reſtituentur præſtita ſecuritate; & ſic non ſufficiet iuramentum. Alia gloſ. in authentic. de mandatis principum. in §. publicorum. in verbo *cogentur*. verſic. vel propter maleficium. Anchar. in c. inter alia. n. 6. verſic. aut propter delictum. extra de immunitate eccleſiarum. vbi refert, & ſequitur Cyn. in loco prærallegato. & ibi etiam Anton. de Butr. n. 17. verſic. aut fugit ſine aliqua ſæuitia. Abb. n. 23. verſic. aut propter delictum. Archidiacon. in c. id conſtituimus. nu. 17. quæſt. 4. & ibi etiam Bellam. colum. 1. verſic. aut propter magnum delictum. Roſella in verbo *immunitas*. il ſecondo. num. 11. verſic. aut propter delictum.

ARGVMENTVM.

Iudæus, aliuſue Infidelis, ſi ad eccleſiam confugiat, nunquid illius immunitate gaudeat.

SVMMARIVM.

Iudæus ad eccleſiam confugiens, pro cauſa criminali vel ciuili, illius immunitate non gaudet. nu. 77. contra. nu. 78.

Paganus, Saracenus, ſeu quilibet alius infidelis, ſi ad eccleſiam confugiat, illius immunitate non gaudet. n. 79. licet alij contra. n. 80.

Iudæus, & Infidelis, ſi ad eccleſiam confugiat illius immunitate non gaudet, etiam quod dicat ſe velle fieri Chriſtianum, quia ſimulate hoc dicere præſumitur. n. 81. contra. n. 82. diſtingue, vt gaudeat, ſi conſtat, Iudæum ſeu Infidelem non ſimulate dicere ſe velle fieri Chriſtianum, ſecus ſi non conſtat. nu. 83. licet alij. Quando autem, & ex quibus præſumatur Iudæum, ſeu Infidelem ſimulate ſic dicere, vel non. n. 84.

CAPVT V.

72 REGVLA ſit, quod Iudæus confugiens ad eccleſiam pro cauſa criminali, vel ciuili, illius immunitate non gaudet. text. fere ad litteram. in l. 1. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt, & ibi hoc adnotarunt. gloſ. in verbo *Arceantur*. vbi Bart. in verſic. Nota quod Iudæi. Salyc. in ſummario, & in verſic. Nota quod eccleſia. Fulgoſ. pariter in ſummario. facit tex. in l. pateant in primis verbis. C. eodem. vbi arguendo à contrario ſenſu, ponderando illa verba *ſummi Dei templa timentibus*, videtur eccleſiæ immunitatem non eſſe conceſſam, non timentibus ſummi Dei templa, prout non timent Iudæi. gloſ. in authent. de mandatis principum. in §. publicorum. in verbo *cogentur*. in fine. verſic. in Hæretico autem, vel Iudæo. Anchar. in c. inter alia. poſt nu. 8. de immunitat. eccleſ. Archidiac. in c. diffiniuit. nu. 1. 17. quæſt. 4. & ibi etiam Bellamer. col. 1. verſic. & idem ſentit Azzo. in ſumma. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. nu. 2. verſic. ſi Hæretici, vel Iudæi. Hoſtien. in ſumma, de immunit. eccleſ. nu. 8. verſic. aut Iudæus. Angelic. in ſumma. in verbo *immunitas*. nu. 13. verſic. vtrum Iudæus. Armilla in verbo *emunitas*. n. 9. vbi teſtatur de veriori opinione, reprobata Silueſtrin. contrarium tenente. Oldrad. conſil. 54. n. 3. verſic. Quid de Iudæo. Boer. deciſ. 110. nu. 6. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 26. n. 2. vbi hanc veriorem, & communiorem teſtatur ſententiam, proponit contraria, & illis respondet, & lib. 5. c. 13. nu. 3. vbi pariter alijs relatis, teſtatur de magis communi Doctor. opinione Marquard. in tracta. de Iudæis. par. 1. c. 8. Mantua conſ. 211. n. 17. Verſ. Non Iudæus. Nauar. in Manual. confeſſar. c. 25. n. 20. Guttierez pract. quæſtion. ciuil. lib. 3. quæſt. 7. n. 51. relati per Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 10. n. 27. Alexand. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. c. 8. vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, & pro hac ſententia alijs relatis concordantibus, hanc teſtatur veriorem, magis communem, & æquiſſimam ſententiam. Franciſc. Leon. in Theſaur. fori eccleſiaſtici. par. 1. c. 13. nu. 30. Villagut. de extenſione legum. c. final. n. 65. Dixi iterum hac de re ſupra. in tit. de carceribus, & carceratis. q. 28. ſub n. 68.

78 Contrarium, quod immo Iudæus confugiens ad eccleſiam, illius immunitate gaudeat, voluiſſe videtur Innocen. in c. inter alia. col. 1. verſic. idem in Iudæo, extra de immunitate eccleſiarum. vbi tamen ad id allegat l. 1. C. de his, qui ad eccleſ. confug. quæ dicit contrarium, quod & idem in eod. c. inter alia. adnotauit Hoſtien. n. 1. in verbo *ab eccleſia*. Turrecrem. in c. diffiniuit. nu. 1. 17. quæſt. 4. poſt Guil. Innoc. & Butr. in locis per eum relatis. licet ſubdat in hoc conſuetudinem eſſe ſeruandam. Ancharan. in Clemen. 1. n. 5. de pœnitentia, & remiſſione. verſic. & etiam Iudæus. Silueſtrin. in ſumma, in verbo *immunitas*. il terzo. n. 2. verſic. primum Iudæus. vbi dixit hoc procedere indiſtincte, ſiue Iudæus petat ſe baptizari, ſiue non. S. Antonin. in ſumma, par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. verſic. his ergo exceptis. Io. Azzor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. c. 9. poſt nonam quæſtion. verſ. ſi quęras an Iudæus. vbi quod hæc opinio eſt probabilior, etiam quod Iudæus non petat ſe baptizari. Franciſc. Suarez. de ſtatu Religionis. lib. 3. c. 10. n. 9. & ſeq. vbi relatis contrarium tenentibus in hac ſententia reſidere videtur, dummodo Iudæus petat Baptiſmum non ſimulate. Hieronym. Cauall. in comm. contra communem. quæſt. 269. vbi relatis contrarium tenentibus, hanc teſtatur communem, & in ea reſidere videtur. & demum hanc eandem ſententiam pluribus rationibus latiſſime comprobat Mar. Ital. de immunitat. eccleſ. lib. 1. cap. 3. §. 3. per tot. vbi reſpondendo rationibus contrarijs, dixit, hanc ſententiam magis piam, & veriorem, eamque ſeruatam coram Cæſarea, Regiaque Maieſtate Caroli V. Imperatoris.

Prima verior declarata, vt infra.

79 AMPLIA I. vt regula procedat non ſolum in Iudæo, ſed etiam in quolibet Infidele, Pagano, & Saraceno, qui ſi ad eccleſiam confugiat, illius immunitate non gaudeat. Cyn. in l. præſenti. nu. 2. C. de his, qui ad eccleſ. confug. vbi generaliter loquitur de eo, qui non eſt catholicus, & ibi etiam Alberic. in princip. Anchar. in c. inter alia. n. 6. verſic. & vt circa prædicta. extra de immunitate eccleſiarum. & ibidem. n. 8. Anton. de Butr. n. 16. verſic. dic autem. Abb. n. 23. & Ioan. de Anan. n. 7. verſ. dic quod aut eſt infidelis. Archid. in c. diffiniuit. poſt n. 1. 17. quæſt. 4. & ibi etiam Bellamer. col. 1. in princ. verſic. & idem ſentit Armilla in verbo *Emunitas*. n. 9. verſic. idem dicas, de quolibet infideli. Roſella in verbo *Emunitas*. il ſecondo. n. 11. Oldrad. conſ. 54. nu. 3. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 26. nu. 2. vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, hanc opinionem æquiſſimam veriorem, & communiorem teſtatur. Nauarr. in Manual. confeſſar. c. 25. n. 19. & n. 20. dixi hac de re iterum ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. n. 68. vbi alios plures retuli concordantes. Ioan. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. q. 7. nu. 51. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 10. n. 27. & concluſ. 11. n. 24. Franciſc. Leon. in Theſaur. for. eccleſiaſtici. par. 1. c. 13. n. 31. & ſeq. & n. 34. vbi declarat hoc non procedere in Zingaris, quia & ipſi cum ſint baptizati, gaudent immunitate eccleſiæ, licet ex rebus furtiuis quodammodo viuant.

80 Quamuis contrarium, quod Infidelis gaudeat

immu-

immunitatis eccleſiæ, ſi ad eam confugerit, voluerit Turrecremat. in c. diffiniuit. n. 1. 17. q. 4. Siluestrin. in ſumma. in verbo *immunitas*. il terzo. n. 2. verſ. ſecundum de pagano. S. Antonin. in ſumma. par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. verſ. His ergo exceptis. Cardin. Tuſcus practic. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 9. in fine. n. 18. vbi remiſſiue. Ioan. Azzor. inſtitut. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 9. verſ. quid de pagano. Franciſc. Suarez, de ſtatu religio. lib. 3. cap. 10. num. 9. & ſeq. vbi relatis contrarium tenentibus, in hac reſidere videtur ſententia. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 3. per tot. vbi pluribus hanc probat ſententiam. Reſpondet contrarijs, eamque dicit veriorem magis piam.

81 AMPLIA II. vt eadem regula procedat etiam quod Iudæus dicat ſe velle Baptizari, & fieri Chriſtianum, quia ſimulate hoc dicere præſumitur, prout videtur de mente d. l. 1. C. de his, qui ad eccleſ. confugiunt, in illis verbis, *Simulant ſe Chriſtianæ lege velle coniungi*. & ibi Fulgoſ. in verſ. etiam ſi dixerint ſe velle fieri Chriſtianos. & Odofred. n. 2. verſ. Nam iſti Iudæi, ſub prætextu, quod volebant fieri Chriſtiani. & Paul. de Caſtr. in rubr. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. n. 2. verſ. etiam ſub colore, quod velint ad Chriſtianam fidem redire. Nec diſſentire videtur. Alexan. Ambroſin. cum allegatis per eum, de immunit. & libertate eccleſ. cap. 8. nu. 8. in fine. verſ. & quamquam. Franciſc. Leon. in theſauro fori eccleſ. par. 1. c. 13. n. 30. verſ. ſed quando Iudæus.

82 Contrarium quod ſi Iudæus ad eccleſiam confugiens petat baptiſmum, non ſit inde inuitus extrahendus, contra Abbatem in c. Inter alia de immunitate eccleſiarum, voluit Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas*. num. 13. verſic. Ego dicerem. Thabien. in eodem verbo *immunitas*. nu. 7. verſ. Vtrum Iudæus. Armilla in verbo *emunitas*. num. 9.

Prima verior declarata, vt infra.

83 LIMITA hanc ampliationem non procedere quando Iudæus ad eccleſiam confugiens non ſimulate diceret ſe velle fieri Chriſtianum, vt per addentes ad l. 1. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt in verbo *ſuſcipiantur*. nu. 6. in margine, allegat gloſ. in c. inter alia. in verbo *extrahendus*. de immunit. eccleſ. Hoſtien. in eod. c. inter alia. nu. 1. in fine. verſic. & hoc verum. extra de immunit. eccleſ. & ibi etiam
* Ioan. Andr. nu. 8. Abb. nu. 3. Vbi fatetur Doctores communiter tranſire cum gloſ. in loco præallegato (licet ipſe contrariam ſententiam veriorem credat.) & Ioann. de Anan. numer. 7. verſic. ſed ſi ſine ſimulatione. Ioan. de Imol. in Clementin. 1. numer. 11. verſic. quinimmò & Iudæus qui non fictè, vel ſimulatè confugiat, & ibi etiam Bonifac. de Vitalin. num. 80. Azzo. in ſumma. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. nu. 2. verſic. ſi Hæretici vel Iudæi. Boer. deciſ. 110. nu. 4. Nauar. in Manual. confeſſar. cap. 25. num. 20. in princ. verſic. niſi quando confugiunt, vt verè fideles efficiantur. Baiard. ad Clar. quæſt. 30. nu. 23. Ioan. Guttier. practicar. concluſ. ciuil. lib. 3. quæſt. 7. nu. 51. Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 10. nu. 28. Ioan. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. qu. 9. verſic. ſi queras an Iudæus. Franciſ. Suarez de ſtat. relig. par. 2. c. 10. nu. 10. ante finem, & nu. 11.

84 Difficultas eſt ſcire quando Iudæus, ſeu alter Infidelis ad eccleſiam confugit, & Baptiſmum petat nunquid ſimulatè illud petere præſumatur; & quando. Et quidem quod ſimulatè id petere præſumatur probat. tex. in d. l. 1. C. de his qui ad eccleſ. confug. Verum an hæc ſit præſumptio iuris, ita quod recipiat probationem in contrarium, an vero Iuris, & de Iure, dic eſſe iuris tantum, præſumptionem, non autem iuris, & de iure; & ſic probationem in contrarium admittat; vt benè probat Franc. Suarez de ſtatu Religionis lib. 3. c. 10. num. 11. & 12. vbi amplius ſubdit quod ſi Iudæus, vel Infidelis ante commiſſum delictum; & conceptum Iudicis timorem conuerſionis ſuæ voluntatis ſigna oſtenderit, tunc ſi poſtea commiſſo delicto ad eccleſiam confugiat; & petat Baptiſmum; illud non ſimulatè petere præſumitur; ſecus ſi fidei voluntatem ſolum poſt delictum, & fugam ad eccleſiam oſtendere inceperit. Tunc enim, quod confugiens ſimulatè ſe baptizari petat, & eſt præſumptio iuris dumtaxat, quia & etiã tunc poterit probare ſe non ſimulatè velle ad fidem conuerti, & propterea poterit eccleſia huiuſmodi ad ſe confugientem, & petentem baptiſmum, protegere donec examinet, an verè vel ſimulatè petat, vt ibidem benè declarat Suarez, cum quo & ego etiam conſentio.

ARGVMENTVM.

Pro quibus criminibus confugiens ad eccleſiam illius immunitate gaudeat.

SVMMARIVM.

Confugientes ad eccleſiam, gaudent illius immunitate pro quocunque crimine quantumcunque magno, & enormi. nu. 90. & 92. licet alij contra. num. 85. 87. contra. num. 86.

Raptores, & adulteri confugientes ad eccleſiam, gaudent illius immunitate de iure canonico. n. 88. 89. & 90. ſecus ſi de iure ciuili. nu. 91.

Falſæ monetæ fabricatores confugientes ad eccleſiam gaudent illius immunitate. num. 92.

Fures ſimplices ad eccleſiam confugientes gaudent illius immunitate. nu. 93. 94. licet alij contra. nu. 95. Quid in fure famoſo qui tria vel plura commiſerit furta. nu. 101. & quid in crimine peculatus, nu. 97.

Sodomita confugiens ad eccleſiam gaudet eccleſiæ immunitate. nu. 98.

Sacrilegus ad eccleſiam confugiens gaudet illius immuni-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

munitate. nu.99.contra.num.100.diſtingue,vt numer.101.

Sacrilegium committitur pluribus modis, de quibus remiſsiuè. num.102.

Incendiarij confugiẽtes ad eccleſiam, illius immunitate non gaudent.nu.108. & 103. ſeq. vbi multo minus gaudent comburentes, aut deijcientes eccleſiam contra.nu.105.

Eccleſiarum immunitate non gaudent, qui alias inuitos ab eccleſia extraxerunt. num.106.

CAPVT VI.

85 REGVLA ſit, quod confugientes ad eccleſiam, illius immunitate gaudent, nec inde extrahi poſſunt inuiti, pro quocumque crimine quantumcumque magnis & enormibus. Tex. videtur apertus in c. Inter alia.de immunit. eccleſiar. Vbi expreſsè cauetur.liberum hominem non eſſe violenter ab eccleſia extrahẽdum. *Quantumcumque grauia maleficia perpetrauerit*. & ibi.Hoſtien.num. 1. in verbo. *Quantumcumque grauia*. Anchar.nu.2.in 2.& 3. notab. & nu.6.in fine verſic.aut fugit propter delictum. Paul.de Caſtr. in rubr. C.de his qui ad eccleſiam confugiunt. numer.2.verſic.Quinimo pro alijs criminibus. Anton. de Butr.nu.4.in verbo *grauia maleficia*. Abb.nu.2. & num.14.& ſeqq. Et præſertim.num.17.Vbi præſertim reſpondet Anton. de Butr. contrarium ibi tenenti.& nu.35.vbi ampliat etiam in delictis enormibus commiſsis ex propoſito, & ſine naturali ſtimulo.S.Antonin.in ſumma par.3.tit.12. cap.3.§.1. verſic. Qualiter autem debeat defendi. Roman. conſ.227.nu.3.Alex.conſ.145.nu.1.verſic.Quarto pro hoc facit.& num.3.in princ.& d.num.3. verſic. quinto probatur. lib.7. Vbi ampliat hoc procedere etiam de iure ciuili. & ibidem.num.9. verſ. circa quartum.& num.10. Vbi reſtatur de communi Doctorum opinione.& reprobat Anton.de Butr.& Ancharan. contrarium tenentes, in locis ibi per eum relatis. Addentes ad Ang.de maleſ. in verbo. quod fama publica.nu. 59.littera B.Decian.in tracta. crimin.lib.6.c.28.num.1. & in conſ.80.nu.23.in fine. & nu.24.lib.3. Alex.Couarr. Gig.Corrad.& Monticell. in locis per me relatis ſupra in tit. de carcer. & carceratis. quæſt. 28. num. 15. vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, dixi hanc ſententiam eſſe communem & ſeruatam, nec ab ea in iudicando recedendum. Addo. & Ioann. Guttier. pract.quæſt.lib.3.q.1.nu.3.& quæſt.4.num.12.vbi alijs relatis teſtatur, in materia immunitatis eccleſiarum eſſe regulam veriſsimam, fortiſsimam, & receptiſſimam, quod quantumcumque quis grauiſſimum delictum commiſerit, pro eo ab eccleſia extrahi inuitus non debet, ſed immo eius immunitate gaudere niſi tãtum in caſibus à iure expreſſis. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitatibus. lib. 3. c.16.nu.54.in fine. verſ.ſi liber. Azzeued.in Conſt. Hiſpan.lib.1.tit.2.leg.3. nu.18. vbi reprobat Ang. de maleſ. in loco per eum relato, contrarium tenentem.

86 Contrarium quod hodie pro quocumque graui, & atroci crimine confugiens ad eccleſiam poſſit inde extrahi per tex.in auth.de mandatis Principum. §.neque autem. collat.3. qui tamen de iure canonico correctus eſt. voluit gloſ. in l. 2. in verbo *abducere*. verſ.Hodie idem.C.de his qui ad eccleſiam confugiunt.& ibi etiam Odofred. num.1.vbi quod committentes atrociora crimina, immo & criminoſi non gaudent immunitate eccleſiæ.& abducuntur ab ea.& Salyc.poſt. num.1. verſic. & ſic pro criminibus grauioribus. Bellapertic.in l.præſenti. col.2. in fine.verſ.diſtinguo. C.eodem. & ibi etiam Cyn. col.2.verſ.ſi liber homo.vbi & hanc opinionem admittere videtur in delictis atrocibus ex propoſito, & non naturali ſtimulo commiſſis. Alberic. num. 1. verſ.nec enormibus. Anton.de Butr. in c. inter alia. num.18.de immunitate eccleſiarum. Ang.de malefic.in verbo *quod fama publica*. num.59. in princ. & ibi addentes littera B.poſt med. Boer.deciſ.109. ante finem. Decian.in tracta.criminal. lib. 6.c.28. num.20.in fine.poſt Ignéum quem allegat in l.1.in princ.num.52.verſ. etiam de iure canonico. & nu. 54.verſic.ſecundo.&c. ff.ad Syllan.& conſ.80.numer.27.verſ.Cum igitur.lib.3.qui loquitur quando pro atroci delicto pœna mortis imponitur.

87. Prima opinio vt verior ita etiam magis communiter recepta eſt, & ideo ſummis laudibus celebrandus eſt à Iudicibus laicis iſte ſanctiſſimus Pontifex qui nedum caſus in iure canonico expreſſos, ſed quã plures alios ab immunitatis fruitione excepit, ad effectum vt facinoroſi homines debitis ſupplicijs plecterentur, alijque eorum exemplo à ſimilibus deterreantur, ac delicta ſecundum conſtitutionem qualificata vltore gladio vindicentur.quinimo ſua conſtitutione plura & atrociora compræhendit quam in authen. de mandatis Principum. §. ſed neque.qui textus, vt dicam infra, nu.108. correctus eſt à iure canonico, cui vt pariter dicam infra. num. 107. ſtandum eſt potius quam iuri Cæſareo. Pontificis ideo pietas maxime laudanda eſt ex quo caſus à iure communi exceptos ampliauit, & auxit conſtitutionemque valde laicis fauorabilem publicauit, in qua etiam appellatur à decreto Epiſcopi fauore laicorum ſubtulit. vt infra latius dicam. num.372. eoque maxime, quia & ſecundum Canones antiquos non poterãt quis extrahi ab eccleſia niſi prius per Iudicem præſtito in manibus eccleſiaſtici iuramento, quod ad necem in Reum non animaduerteret, quod hodie ex Bulla Gregorij xiiij. non ſeruatur, vt latius dicam infra. nu.34.& ſeqq.

88 AMPLIA I. Propoſitam regulam etiam in raptoribus, & adulteris, qui confugientes ad eccleſiam quod illius immunitate gaudeant de iure canonico.tex.eſt in c.de raptoribus. 36. quæſt. 1. vbi propterea ſtatuitur raptori concedend. mortis & pœna-

pœnarum immunitatem ſi ad eccleſiam confugerit Alberic. in rubr. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt.nu.1.verſic. Ius Canonum. & ibi etiam Paul. de Caſtr.num.2.verſic. ſed de iure canonico. Gloſ. in c. inter alia. in verbo *niſi publicus latro*. verſic. ſed decretalis.de immunit.eccleſiarum,& ibi etiam Hoſtien. num.1.Abb. nu.14.& ſeqq.vſque ad numer. 20.vbi pluribus hanc probat ſententiam, & pluribus etiam modis reſpondet. Authentic.de mandatis Principum. §.neque homicidas. Addo gloſ.in c.ſicut antiquitus. in gloſ.fina.17.q.4. Archidiac. in c.Reum.in princip.ead.cauſ. & quæſt.& ibi etiã Bellamer. num. 1. Imol. in Clementin. 1. num. 11. verſic. & in hoc ſtatur Canon. de pœniten. & remiſſ.Goffred.in ſumma.rubr. de immunitat.eccleſ. num.8. verſic. Si vero maleficium commiſerit. vbi quod ita dicunt communiter Magiſtri. Angelic. in ſumm. in verbo *Immunitas*. num. 17. in fine verſ. Quartum genus. vbi teſtatur de veriori & communi Doctorum ſententia. Silueſtrius.in eod.verbo immunitas.il 3.num.2.verſ.Quartum genus, vbi pariter teſtatur ita communiter & verius teneri. Thabien.in eod.verbo *Immunitas*. num. 10.in fine. vbi pariter ita communiter teneri. Armil. in verb. *Emunitas*. num.12. in fine verſ.Item raptores virginum. Oldrad. conſ.154.num. 1. Alex.conſ.145. num.9. lib.7. & num.10. Decian.in tracta. crimin. lib. 6. c. 28. num. 22. Vbi teſtatur hodie non obſeruari in adulteris diſpoſitionem d.§.neque. in authen.de mandatis Principum.addo Ioan.fabr.Henric.Boyc. Remig.Alex.Io.Berber.Corrad. Ant.Gomez. Boſſ. & Bonacoſſ.in locis per me relatis ſupra in tit. de carcerib.& carceratis.quæſt.28.nu.17. & ſeqq. Vbi ſic verius, & magis communiter à Doctoribus teneri,& etiam in practica ſeruari,relatis, & reprobatis contrarium tenentibus,teſtatus fui. Et licet ibidem tunc contrariam cõſuetudinem,vbi vere adeſt ſeruandam eſſe conſenſerim, prout etiam eam admittere videtur Franciſc. Suarez de ſtatu religionis lib.3.c.11. nu. 17. in fine. Verius tamen eſt, & mutata ſententia indubitanter affirmo, hanc conſuetudinem ſic immunitati eccleſiaſticæ & canonibus contrariam, minimè ſeruandam eſſe,cum potius corruptela & abuſio, quam conſuetudo nuncupari poſſit,ex ijs quæ dixi ſupra. num. 19. quæ hic repetere non eſt neceſſe. Addo pro hac eadem concluſione quod à iure canonico raptores virginum, & adulteri gaudeant immunitate eccleſiæ,Card.Tuſc. pract.concluſ.in verbo *eccleſia*. concluſ.11.n.35.& 36.Franciſ.Suarez de ſtatu religionis.lib.3.cap.11. num.17.Azzo.inſtit.moral.par.2. lib.9. c.9.verſic. Quid vero de raptoribus.vbi de commun.Mar.Ital. de immunit.eccleſ.lib.1.c.3. §.2. num.8.Vbi teſtatur de communiſſima Doctorum ſententia. Ioann. Guttier.practic. quæſt.ciuil.lib.3. quæſt. 5. per totum. vbi latiſſimè relatis & reprobatis contrarijs hanc defendit ſententiam, communem, certam, & veriſsimam teſtatur,& contrarium omnino reijciendam. Anaſtaſ.Germon.de ſacrorum immunit. lib. 3.cap.16.num.57.Vbi quod hæc canonum ſententia communiter recepta eſt,& de conſuetudine approbata.& nu.66. verſ.quibus ſuffragatur & ſeqq. Vbi reprobat Couarr. contrarium tenẽtem & illius rationi optime reſpondet Azeued.in conſtit.Hiſpa. lib. 1. tit. 2. num. 8.

89 Immo ex præallegatis Doctoribus,plerīq; etiam reſpondendo Auth. de mandatis principum. in §. neque dicunt: tex. illum non contradicere iuri Canonico, pluribus rationibus. de quibus ibi per eos: apud quos plures etiam intellectus ad illum tex. reperies datos.

90 Ex quibus ſine dubio, ita magis communiter à Doctoribus receptum eſſe negari nõ poteſt,quamuis Decian. poſt Marſil. Rebuff. Boer. & Couarr. in locis per eum, vbi ſupra relatis,opinatus fuerit non eſſe tutos in eccleſia raptores, qui Puellam rapuerunt non de eius conſenſu, ſed præcedentibus indicijs, & malis actibus. In iudicando enim à communi Doctorum ſententia minime recedendum eſſe prorſus exiſtimo, & qui contrarium facit, male facit.

91 Bene verum eſt, quod de iure ciuili à iure canonico, vt ſupra correcto, Raptores, & Adulteri non gaudebunt immunitate eccleſiæ. ad tex. in authen. de mandatis principum. §. neque autem; gloſ. in l. 2. in verbo *aduerte*. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt: & ibi Odofred. n. 1. Bellapert. in l. præſenti. col.3. in fine verſ.diſtinguo.C. eodem. Azzo. in ſumma. C. de his; qui ad eccleſiam confugiunt. n. 4. Ang. de malefic. in verbo quod fama publica. n. 59. Boer. deciſ. 109. nu. 1. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 28. n. 20. vbi pluribus hinc inde relatis hanc ſententiam ſeruandam opinatus eſt, præſertim in terris Imperij, quando raptus commiſſus fuit præcedentibus inſidijs, & malis artibus, & non de conſenſu raptus (immemor eorum, quæ dixit col. 4. prima facie) dum expreſſe probauit ius canonicum, in materia immunitatis eccleſiarum ſeruandum eſſe non ſolum in terris Eccleſiæ, ſed etiam in terris Imperij. Mantua. conſ. 60. nu. 7. Petr. Gregor. ſyntagm. iuris. lib. 33. cap. 22. §. ſed & tertio. Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum immunitate. lib. 2. c. 16. n. 2. ſed vt ſuo loco dixi, ius canonicum ſeruandum eſt, & non ciuile.

92 AMPLIA II. Etiam in fabricatoribus falſæ monetæ, qui licet quodammodo publici latrones vocari poſſint, immo, & proditores, & læſæ maieſtatis rei, confugientes tamen ad eccleſiam illius immunitate gaudent, ſic enim apud eum iudicatum fuiſſe in Regali cancellaria Pintiana. teſtatur Ioan. Guttier. practicar.quæſt.lib.3.quæſt. 4. per totam. vbi proponit contraria, & illis reſpondet.

93 AMPLIA III. In ſimplici fure, qui confugiendo ad eccleſiam tutus eſt. & eſt ratio, quia

ſimplex

ſimplex fur, non eſt publicus latro, neque nocturnus agrorum depopulator. Et ideo exceptio facta in vno caſu, in reliquis firmat regulam in contrarium. Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 28. nu. 4. vbi ita apud eum de conſuetudine ſeruari teſtatur, reprobata contraria conſuetudine, vti nimium rigoroſa, & impia. Borgnin. Caualcan. in 1. par. ſuarum deciſionum in repertorio. in verſ. iudex eccleſiaſticus, & non ſecularis, n. 1. & 2. iuncto. n. 12. & 13. vbi reſpondet Didaco atteſtanti contrarium ſeruari de Conſuetudine, quod talis conſuetudo, de qua ipſe teſtatur eſt localis, & non viget in Italia. & hæc concluſio, quod bene procedet de iure communi, difficultatem non habet, & omnes fatentur. Vt etiam videre eſt apud Couarr. Igne. Anton. Gomez. Clar. & Ludou. Pegner. in locis per me relatis ſupra. in titulo de carceribus, & carceratis, quæſtione 28. n. 51. & quæ de conſuetudine dicuntur per prællegatos Doctores, nullo pacto ſuſtineri poſſunt, cũ ſupra, n. 9. & ſeqq. pro veritate firmauerim, eccleſiarum immunitatem introductarum eſſe de iure diuino, cui propterea per quamuis conſuetudinem præiudicium inferri non poteſt.

94 Hodie tamen omnes ceſſant difficultates, cum vigore Conſtitutionis Gregorij xiiij. ſtatutum ſit non niſi publicos latrones, viarum graſſatores, & agrorum depopulatores gaudere non debere eccleſiarum immunitate, prout bene aduertit. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *eccleſia* concluſ. 16. n. 23. & Mar. Ital. de immunitat. eccleſ. lib. 1. §. 1. nu. 2. vbi amplius dixit non eſſe mirandum ſi ego in quæſt. 28. n. 51. & ſeq. dixerim de conſuetudine fures non gaudere immunitate eccleſiæ, ex allegatis, ibi per me Doctoribus, cum tunc Gregorij xiiij. Conſtitutio (quæ conſuetudines omnes ad nihilum reducit) promulgata non erat, à qua propterea non eſſe recedendum affirmat, & licet ex litteras ſcriptis iuſſu fel. me. Clementis VIII. ad Illuſtriſſimum D. Nuncium Neapolitanum, relatis per Mar. Ital. de immunitat. eccleſiarum. lib. 1. c. 5. in initio. poſt n. 16. fol. mihi 118. Monaſteriorum illius Regni ſuperiores, ſub grauiſſimis pœnis prohibiti ſint, ne in eorum Monaſterijs recipiant fures. ne propterea credas eſſe derogatum iuri Canonico, & Conſtitutioni Gregorianæ volenti, non niſi publicos latrones gaudere non poſſe immunitate eccleſiæ. cum per litteras prædictas licet ſtatutum ſit fures in Monaſterijs non recipi, & receptos expelli, non per hoc tamen eadem Conſtitutio voluit ſi ad eccleſiam confugerint eos non eſſe tutos à ſecularibus iudicibus.

95 Contrarium de conſuetudine ſeruari teſtatur. Couarr. var. reſolut. lib. 2. c. 20. num. 16. ad finem. Igne. Anton. Gomez. Clar. & Ludou. Peguer. in locis per me relatis ſupra num. 21. & 51. Salon. de iuſtit. & iur. in 2. D. Thom. quæſt. 66. artic. 6. controuerſ. 3. in fine. vbi & hanc conſuetudinem admittit, quando conſtat eam eſſe legitime præſcriptam. admittit Ioan. Guttier. pract. quæſt. ciuil. quæſt. 1. num. 20. Franciſc. Suarez de ſtat. Relig. li. 3. cap. 11. poſt num. 4. vbi poſt Couarr. in loco prællegato, hanc eandem conſuetudinem admittit. dicitq; eam dici non poſſe eſſe contra immunitatem eccleſiæ, quia non cenſetur introducta niſi ex beneplacito illius eccleſiæ in odium delicti, & non in diminutionem reuerentiæ eccleſiæ debitæ, quæ tamen nullatenus introduci poteſt, vt latiſſime ſupra firmaui. & quatenus aliquis abuſus introductus eſſe poſſet, hodie vigore Conſtitutionis Gregorij xiiij. per quam, vt ſuo loco dixi omnes contrariæ conſuetudines, ſeu verius corruptelæ ſunt ſublatæ, res omni caret difficultate, cum eadem Conſtitutio, non niſi publicum latronem excipiat.

96 Quod ſi fur non fuerit ſimplex, ſed famoſus, vt quia tria, vel plura furta commiſerit, & tunc etiam de iure communi quod non debeat gaudere immunitate eccleſiæ, voluit Suarez de Paz, in ſua prax. 1. tom. 1. par. 5. c. 3. §. 3. n. 71. refert eum, & ſequitur Ioan. Guttierez. practicar. quæſt. ciuil. quæſt. 1. n. 21. in fine. Dixi autem de iure communi, quia vigore conſtitutionis Gregorij xiiij. qua ſolum excluditur publicus latro, non cenſetur ex ea excluſus fur, etiam quod plura commiſerit furta, niſi re vera fuerit publicus.

97 AMPLIA IIII. etiam in reo criminis peculatus, qui quod eccleſiæ immunitate gaudere debeat. quicquid ſecus dixerit Igne. in l. 1. in princip. nu. 55. & ſeq. ff. ad Syllan. voluit Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 28. n. 25. vbi proponit contraria, & illis reſpondet.

98 AMPLIA V. etiam in ſodomita. licet enim hoc crimen, & contra naturam, & adeo peſſimum & immane reputetur, vt cætera omnia excedere videatur, & propterea Sanctiſſimus ille Pontifex Pius V. in ſua Conſtitutione contra ſodomitas Clericos eos curiæ ſeculari eſſe tradendas ſtatuerit pluribus contendit Mar. Ital. in tracta. de immunit. eccleſiar. lib. 1. cap. 5. §. 3. & ob id illum ad eccleſia confugientẽ eccleſiæ immunitate gaudere nõ debere pariter & pluribus contendat: ego tamen cum eo minime aſſentire poſſum, quia vt dixi ſupra. n. 85. eccleſiæ immunitate, gaudent omnes ad eam confugientes pro quantumuis grauiſſimo, & atrociſſimo crimine. Secũdo, quia vt pariter dicã infra. n. 210. conſtitutio Gregorij, quæ ad nonnullos exceptos caſus expreſſe eſt reſtricta, extenſionem non patitur ab identitate, vel maioritate, rationis. Bene verum eſt, quod vt etiam dixi infra nu. 346. & 347. poterit ſummus Pontifex licentiam dare, vt huiuſmodi ſodomiam exercentes ab epiſcopo curię ſeculari tradantur, & ſi pro ea fuerit requiſitus, indubitanter eam conceſſurum crederem ad terminos maxime Conſtitutionis Pij V, quæ

exer-

exercitium non vnicum actum requirit. Nauar. in Manual. c. 27. nu. 249. verſ. tertio dico.

99 AMPLIA VI. in crimine ſacrilegij, in quo confugientes ad eccleſiam, quod illius immunitate gaudeant, voluit Nauar. in manuali confeſſarior. c. 25. n. 19. verſic. gaudet etiam. vbi quod omnis ſacrilegus gaudet immunitate eccleſiæ ſi in ea non deliquerit. Et hæc opinio coadiuuatur ex conſtitutione Gregorij xiiij. in qua tale crimen exceptum non reperitur. Villagut. de extenſ. legum. c. fina. nu. 43. vbi quod immunitate eccleſiarum gaudent omnes perpetrantes quodcumque ſacrilegium, dummodo illud in eccleſia non committant, reprobato Remigio, in loco per eum relato contrarium tenente. Et hæc cõtraria ſententia procedit abſque dubio vigore conſtitutionis Gregorij xiiij. in qua tantummodo ſunt excepti perpetrantes homicidia, & membrorum mutilationes in eccleſia, prout optime aduertit Alex. Ambroſin. de immunit. & liber. eccleſ. c. 5. nu. 6. & reprobat Villagut. vbi ſupra alleg. n. 59. contrarium tenentem. & Decian. in d. c. 28. num. 7. ſubdens, quod tempore quo ſcripſit Decian. Conſtitutio Gregorij non erat promulgata, etſi illam vidiſſet, abſque dubio & ipſe hoc idem affirmaſſet, & ni fallor ſic etiam aſſentire videtur Marius Italia, de immunitate eccleſiæ. lib. 1. c. 5. §. 3. num. 75. & ſeqq.

100 Contrarium quod immo, qui ſacrilegium committit eccleſiæ immunitate non gaudeat, voluit Hoſtien. in ſumma, de immunitate eccleſiæ. num. 9. vbi reprobat Goffred. contrarium tenentem. Boer. deciſ. 109. num. 3. vbi ſimpliciter dixit ſacrilegum non debere gaudere immunitate eccleſiæ, & deciſ. 110. num. 9. vbi idem dixit. Ioan. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 1. n. 33. Petr. Gregor. ſyntagm. iuris. c. 22. num. 2. verſ. Non gaudent. & num. 46. in fine, & latius. n. 59. Card. Tuſc. practicar. concluſion. iuris, in verbo Eccleſ. concluſ. 11. num. 19. vbi de communi ex Caſtren. in loco per eum relato, & etiam nu. 52.

101 In hac contrarietate vide diſtinguentem Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 26. nu. 7. vbi dixit quod ſi agitur de puniendo ſacrilegum pœna ſacrilegij quod commiſit, & pro quo non fuit punitus, & tunc non eſt tutus in eccleſia, ſecus ſi ageretur de puniẽdo illum pro alijs delictis, cum ſacrilegio fuerit cõdemnatus, & bannitus. & hæc diſtinctio approbat ſecundam ſententiam, ſed vigore noſtræ conſtitutionis indiſtinctè non recedas ab affirmatiua opinione, quod ſcilicet ſacrilegus gaudeat immunitate eccleſiæ.

102 Sacrilegium autem committitur pluribus modis, de quibus per Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 24. vbi quibus modis committatur ſacrilegium circa loca, & c. 30. vbi quibus modis committatur ſacrilegium circa res, iura, & bona eccleſiæ dixi aliquid ſupra in tit. de furtis. quæſt. 171. ſub nu. 4. & ſeq.

103 LIMITA propoſitam regulam in incendiarijs; qui ad eccleſiam confugientes, eccleſiæ immunitate non gaudent, cum hoc crimen atrociſſimum ſit. c. Peſſimam. 23. quæſt. 8. vbi incendiarios æquiparat depopulatoribus agrorum, & voluit Caſſan. in conſuetud. Burgun. in tit. des iuſtices. §. 5. num. 111. fol. 54. quem ſic dicentem refert, & ſequitur Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 28. num. 24. Dixi remiſſiue ſupra in tit. de carceribus, & carceratis, quæſt. 28. in princip. Addo, & Marium Italiam. de immunitate eccleſiarum. lib. 1. c. 5. §. 3. num. 56. & ſeqq. vbi hanc concluſionem firmiter probari affirmauit in d. c. peſſimam, dum poſtquam incendiarij, & depopulatores agrorum æquè deteſtati fuerunt, & interdicti, ſubſequuntur verba infraſcripta. *Hanc Regibus, & Principibus faciendæ iuſtitiæ facultatem conſultis Epiſcopis, & Archiepiſcopis non negamus.* Quæ quidem verba ſupponunt incendiarios ad eccleſiam confugiſſe. Et ideo Innocentius, ibi vertit ſe ad Reges, & Principes ſeculares, dicens eos puniendos eſſe conſultis Epiſcopis, vel Archiepiſcopis. Niſi enim incendiarij ad refugij loca confugiſſent, fruſtra daretur facultas Principibus ſæcularibus adminiſtrandæ iuſtitiæ, cum ſine hac licentia poſſint incendiarios punire etiam Epiſcopis, & Archiepiſcopis inconſultis.

104 Multo minus gaudere debet immunitate eccleſiæ, qui illam comburit, aut deijcit, cum tunc in ea deliquiſſe dicatur, ſecundum Ioan. Fabr. l. 1. num. 2. verſic. vel in ipſam. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. Nauarr. in Manual. confeſſar. cap. 25. num. 22. in fine. Conſalu. de Paz, in praxi. tom. 1. par. 5. c. 3. §. 3. nu. 144. Franc. Suarez, de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 8. nu. 3. vbi de infringentibus eccleſiam, aut eam ſuis bonis ſpoliantibus. Mar. Ital. de immunitat. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 3. num. 55. iuncto. nu. 58. & ſeq. vbi opponit de textu. in c. ſi quis eccleſiam. 17. quæſt. 4. & oppoſitioni reſpondet.

105 Contrarium quod licet incendiarij crimen ſit atrociſſimum, non tamen per hoc incendiarius ipſe priuari debeat immunitate eccleſiæ. rum quia d. c. peſſimam hoc non diſponit, licet facultatem tribuat regibus eos punien. tum etiam, quia in Conſtitutione Gregorij xiiij. non eſt exceptum. Verius dici poſſe per ea quæ dicta ſunt ſup. nu. 85. Quibus addo Franc. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. c. 8. num. 3.

106 LIMITA II. eandem regulam, in illis qui alias eccleſiam violarunt extrahendo ab ea ad illam confugientes, qui ſi poſtea ipſi ad eandem eccleſiam pro aliquo delicto confugerunt, eiuſdem eccleſiæ immunitate gaudere nõ debent. Sic enim exemplo Eutropij conſulis, qui alias contra eccleſiæ immunitatem legem tulerat, ſcriptum reliquerunt Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 25. nu. 7. poſt med. verſic. Neque prædictis obſtabunt. &

c. 26. nu. 9. verſic. legitur tamen. Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum immunitate. lib. 3. c. 16. p. 104. & ſeqq. vbi alia ad materiam. Petr. Gregor. ſyntagm. iuris. lib. 33. c. 21. poſt nu. 3. & c. 22. n. 1. verſic. Non gaudent. Marius Ital. de immunitate eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 15. Verum quod, neque iſte caſus ſit exceptus in Bulla Gregorij xiiij. ex eius lectura clare patet.

ARGVMENTVM.

Homicida ad Eccleſiam confugiens nunquid illius Immunitate gaudere debeat.

SVMMARIVM.

Homicida de iure ciuili immunitate eccleſiæ non gaudet. num. 107. ſecus de iure canonico. nu. 108.

Homicida ex propoſito gaudet immunitate eccleſiæ. num. 111. licet alij contra. num. 112.

Occidens Clericum extra eccleſiam ſi ad eccleſiam confugiat illius immunitate gaudere debet. num. 114. licet alij contra. num. 115.

Clericum vulnerans, ſeu offendens immunitate eccleſiæ gaudere debet. num. 116.

Duellantes, ſi in duello aliquem occidant nunquid gaudeant immunitate eccleſiæ. num. 117.

CAPVT VII.

107 REGVLA ſit, quod licet de iure ciuili homicida ad eccleſiam confugiens illius non gaudeat immunitate, ad tex. in §. neque autem homicida. in auth. de mãdatis Principum. Alberic. in rubr. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. num. 1. Gloſ. in l. 2. in verbo *abducere*. C. eodem, & ibi etiam Azzo in verbo *retinendum*. Bellapert. in l. præſenti. col. 3. in fine. C. eodem. Azzo. in ſumm. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. n. 4. Ang. de malefic. in verbo *quod fama publica*. num. 59. Boer. deciſ. 109. num. 1. relati per Decian. conſ. 80. num. 3. lib. 3. Qui loquuntur etiam de iure Canonico. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitat. lib. 2. cap. 16. num. 3. & 4.

108 Iure tamen canonico contrarium ſtatutum fuit, & illud propterea ſeruandum, vt per Alberic. in d. rubr. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. nu. 1. verſic. Ius autem canonicum. & ibi etiam Paul. de Caſtr. num. 2. verſ. ſed de iure canonico. Gloſ. in c. Inter alia in verbo *niſi publicus latro*, verſ. ſed decretalis. extra de Immunit. eccleſ. & ibi etiam Anchar. num. 5. In fine. Abb. nu. 14. & ſeqq. vſque ad nu. 20. Vbi pluribus hanc probat ſententiam, reſpondet contrarijs, & præſertim authen. de mandatis Principum. §. Neque homicidas. alia gloſ. in c. ſicut antiquitus. in vltima gloſ. 17. quæſt. 4. Archidiac. in c. Reum. nu. 1. eadem cauſa & quæſt. & ibi etiam Bellamer. num. 1. Ioan. de Imol. in Clem. 1. numer. 11. verſic. Et in hoc ſtatur canoni. Goffred. in ſumma. rubr. de immunitate eccleſiar. num. 9. Hoſtien. in ſumma de Immunit. eccleſ. n. 8. verſ. ſi vero maleficium. vbi quod ita dicunt communiter Magiſtri. Angelic. in ſumma in verbo *immunitas*. nu. 17. ad finem verſic. Quartum genus. vbi teſtatur de veriori & communi Doctorum ſententia. Silueſtrin. in eod. verbo *immunitas*. il 3. num. 2. verſ. quartum genus. vbi etiam teſtatur ita communiter & verius teneri. Thabien. in eodem verbo *immunitas*. nu. 10. in fine. Oldrad. conſ. 154. num. 1. Alex. conſ. 145. num. 8. lib. 7. Boer. deciſ. 109. nu. 3. in fine. Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 28. num. 16. Vbi quod ita ſemper obſeruari vidit, & ipſe etiam obſeruauit quando fuit aſſeſſor. & conſ. 80. num. 26. & ſeqq. lib. 3. Vbi dat plures reſponſiones textui in §. neque. de mandatis Principum. Adde Petr. à Placha. Couar. & Clar. in locis per me relatis ſupra in tit. de carcerib. & carceratis. quæſt. 28. num. 28. Ioann. Guttier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 2. num. 17. Vbi teſtatur de communi, & loquitur in homicidio, etiã dolo commiſſo. nulla tamen animi deliberatione & interuallo præcedente. Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 16. num. 57. & num. 66. Villagut. de extenſione legum. cap. fin. num. 5. ad finem. verſ. ſed hic notandum erit. vbi hanc concluſionem hodie præſertim veram credit ex conſtitutione Gregorij xiiij. Et numer. 14. & 15. Vbi tribus modis hanc probat ſententiam. Azzor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. c. 9. verſic. Quid vero. Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 11. num. 3. & num. 42. Vbi de magis communi Doctorum ſententia. & num. 43.

109 Immo ex præallegatis Doctoribus plerique etiam reſpondendo dictæ Anthen. de mandatis Principum. in §. neque. dicunt tex. illum non contradicere iuri canonico, quia loquitur in homicidio commiſſo in eccleſia vel prope eam.

110 AMPLIA I. propoſitam regulam etiam in eo, qui ex propoſito homicidium commiſit, ſecundum Abba. in c. inter alia. nu. 18. & num. 20. in fine. & ſeq. Alex. conſ. 145. per tot. lib. 7. vbi latiſſimè ad partes diſputata quæſtione, in hac reſidet, ſententia, proponit contraria, & illis reſpondet. Boer. deciſ. 109. num. 3. ad med. Vbi alijs relatis hanc ſententiam de Iure Canonico procedere affirmat, & ita per canoniſtas teneri teſtatur. & nu. 4. Decian. conſ. 80. num. 21. lib. 3. Vbi alijs relatis concordantibus teſtatur de communi & ſæpiſſimè practicata opinione. Addo Marian. Soccin. Couarr. Boſſ. Gig. Blanch. & Conrad. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. nu. 23. Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunitate. lib. 3. c. 16. Vbi hãc ſententiam veriorem affirmat, contrarium tenẽtes refert, & reprobat. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concl. 11. num. 3. Vbi teſtatur de veriori

rioti Doctorum ſententia. Mar.Iral.de immunitatè eccleſiar.lib.1.c.5.§.4.num.14.verſ.ſed tandem. Marc. Anton. Genuen. in pract. Archiepiſcopali. c.94. Vbi referendo Breue Clementis Papæ viij. in illa Panormitana immunitatis eccleſiaſticæ, aduerrit, homicidiam animo deliberato & ex propoſito debere gaudere immunitate eceleſiæ, licèt ex particularibus cauſis in illo caſu Pontifex motus contrarium ſtatuerir. Villagut.de extenſione legum. cap.fina.num.16. Vbi tribus medijs alijs relatis concordantibus, hanc probat ſententiam ſubditque ita obſeruari debere à Iudicibus Deum timentibus contrarium tenentes, refert, & eos reprobat Suatez de ſtatu Religionis.lib.3.c.11.num.13.

111 Et hæc opinio indubiranter hodie ſeruanda eſt vigore conſtitutionis Gregorij xiiij. prout poſt Villagur.in loco per eum relato, aduertit Mar. Ital. de immunitate eccleſiarum.lib.1. c.5.§.4.verſ.ſed tandem.item Villagut.de extenſ.legum.c.fina. nu.16. in fine. Et aduerterunt etiam peritiſſimi illi iuris conſulti, quorum conſilium retuli inter mea conſilia.conſ.168.num.68.& ſeqq. vſque ad numer.74. Vbi amplius aduerterunt, homicidium poſſe per inſidias committi abſque productionis qualitate, & propterea productionis qualitate ceſſante, homicidam ex propoſito, & etiam per inſidias vigore dictæ conſtitutionis, eccleſiæ immunitate gaudere debere pluribus comprobant.

112 Contrarium quod immo homicida ex propoſito non gaudet immunitate eccleſiæ videtur de mente Innocentij.in c.inter alia.col.2.in verbo *qui*.extra de immunitate eccleſ. Vbi videtur facere generalem concluſionem, eccleſiarum immunitate non gaudere niſi eos qui ex impetu, vel caſu fortuito aliquem offendunt.Boer.deciſ.109. nu.3. verſ. tertio fallit in homicidio voluntario. & latius. num.5. & 6.& num.7.Vbi teſtatur hanc opinionem ſeruari in parlamento Pariſienſi.Decian.in tracta.crim.lib. 6.cap.28.numer.13.Vbi loquirur de homicidio ex propoſito facto à laico. Teſtatur de communi, & vera opinione, & reſpondet contrarijs.& num.14.vbi loquitur.de homicidio ex propoſito cõmiſſo à Clerico, & pariter teſtatur de communi. & nu.15. Vbi ampliat in homicidio ex propoſito, & appenſate etiam ſine inſidijs commiſſo, plures refert concordantes, pluribuſque hanc probat ſententiam, & de communiori, æquiori & veriori teſtatur opinione. Nauar.in manual.Confeſſar.c.25.nu.21.Vbi quod ita ſecũdum leges Luſitaniæ vſu receptum eſt. Addo pro hac eadem opinione Anchar.Speculatorem. Alexandr. Guidopap. Alciat. Plot. Papien. Ioſeph Ludouic.Clarum. Menoch.& Andr.Facchin.in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis.quæſt.28.num.23. qui teſtatur de communi & ſeruata opinione Azzeued.in Conſtit.Hiſpan. lib.1.tit.2.l.3. num. 9. verſic. Idem in homicida ex propoſito.Petr.Gregor.ſyntagm.iuris.lib.33. c.22. num.1.verſ.ſed & tertio. relati per Card.Tuſc.(qui tamen eos non ſequitur.pract.concl. in verbo *eccleſia*.concluſ.11.num.2.

113 Prima opinio hodie ſeruanda eſt. Nec in contrariam facit quod tex.in c. 1. de homicidijs in ſexto ab altari illos quoque euellendos iubeat qui per induſtriam hominem occiderent, & ſic ex propoſito etiam quod nõ proditoriè. Nam tex.ille vltra alios quos habet intellectus de quibus remiſſiuè dixi infra num. 136. ex Suarez.Guttier. & Card.Tuſ.ibidem allegatis, non ſimpliciter per induſtriam occidentem proximum ſuum ab altari euellendum iuſſit, ſed addit copulatiue, & per inſidias, quæ verba ſecundum communem Doctorum intellectum ad proditionis qualitatem referuntur; prout in ſpecie aduertit, & bene probat Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 11. numer. 13. quem in terminis ſic bene reſpondentem omnino videas. Vel ſecundum Anchar. in cap. ea quæ.nu.22. verſ.decimonono quero.de regul. iur. in 6. tex. ille non loquitur in laico ad eccleſiam confugiente, ſed in clerico. quem propterea tex. dicit eum propter homicidium ex induſtria, & per inſidias ab eo commiſſum eſſe euellendum ab Altari. Non quod ab eccleſia debeat extrahi, ſed quod debeat à miniſterio altaris amoueri propter irregularitatem, vel propter incurſam excommunicationem, ad quam poſtea referenda ſint ſubſequentia verba.itaut moriatur, quia excommunicatio eſt mors ſpiritualibus.

114 AMPLIA II. Etiam in occidente, & offendente Clericum, qui ſi ad eccleſiam confugerit, illius immunitate gaudeat Nauar.in Manual.confeſ. c.25. num.19.verſ.Gaudet etiam. vbi dixit tenentes contrarium ſine iure, & ſine ratione loqui. Villagut de extenſione legum.c.fina.nu.43. Mar. Italia de immunitate eccleſiæ. lib.1. cap.2. §.vnico.nu.6. & c.5.§.3. numer.79. in fine & ſeq. Et hæc opinio (quicquid alias circumſcripta Gregoriana conſtitutione dixerim in quæſt.28.num.29.) hodie indubitanter procedit vigore dictæ conſtitutionis Gregorij xiiij. qua inter homicidia excepta non ponitur niſi homicidium proditoriè, aut per aſſaſſinium cõmiſſum. Ratio enim adducta per Doctores contrarium tenentes, quia ſcilicet committentes ſacrilegium, prout committit is qui Clericum occidit, immunitate eccleſiarum non gaudeat, vigore eiuſdem conſtitutionis non procedit; prout dixi ſupra.n.99.

115 Quamuis contrarium, quod vulnerans Sacerdotem, nedum occidens, immunitate eccleſiæ gaudere non debet, voluerit Boer. deciſ.9. num.3. verſic. Item in interficiente clericum.& num.7.In fine. Vbi teſtatur ita apud eum iudicatum fuiſſe. Ioan.de Viſchis de immunitate eccleſiarum. num.38.verſ. ſeptimus in interfectore clerici. refert eum & ſequitur Decian.in tracta.crim.lib.6.c.28. num.11.Anchar. Gig. Ioan. Berber. Iodoch.& Foller. in locis per me relatis ſupra quæſt. 28. num. 29. ea motus ratione, quia occidens clericum committit ſacrilegium. Sacrilegus autem immunitare eccleſiæ non gaudet,

& hoc forſan ſecundum ius commune. Quod tamen vt non credo verum, in hoc caſu, ita ſecus diſpoſitū eſt ex conſtitutione, quæ hunc caſum non excipit.

116 Secus in offendente, ſeu vulnerante Clericum & ſacerdotem, qui propterea gaudet immunitate eccleſiæ, niſi membrorum mutilatio interuenerit, ſecundum Boer. deciſ. 109. num. 4. qui loquitur etiam in vulnerante in eccleſia. Nauar. in manual. confeſſar. c. 25. num. 19. verſic. Gaudet etiam percutiens Clericum. vbi reprobat contrarium tenentes. Villagut. vbi ſupra d. num. 43. Mar. Ital. de immunitate eccleſiarum. lib. 1. c. 2. S. Vnico. num. 7. Vbi reprobat contrarium tenentes, quamuis contrarium, quod vulnerans ſacerdotem non gaudeat, iudicatum fuiſſe apud eum in curia teſtatur. Boer. d. deciſ. 109. num. 7. in fine.

117 LIMITA eandem regulam in Duellantibus, & in duello inimicum ſuum occidētibus ſecundum Nauar. in ſuo Manual. c. 25. nu. 21. in princ. verſic. ſed iuxta leges Luſitaniæ. vbi teſtatur ita in Luſitania ſeruari. Nec diſſentit Marius Italia de immunitate eccleſiæ. lib. 1. c. 5. S. 4. num. 42. & 43. Ea motus ratione, quia qui duellum permittunt, vel faciunt, dant cauſam, vt loca in quibus duellatur interdictum ſupponantur, vt in conſtitutione Clementis viij. relata per Stephan. Quarant. in verbo *Duellum*. ſed ſic eſt, quod qui cauſam interdicendi eccleſias dederit, immunitate eccleſiæ gaudere non debet, vt per eundem Ital. lib. 1. c. 5. S. 3. num. 20. Ergo &c. Conſidera tamen, quod hæc Italiæ opinio eſt fundata in illa ratione vt ſupra, quod ſcilicet dans cauſam interdicto eccleſiæ, vt puta cum magna ſanguinis effuſione, immunitate eccleſiæ non gaudeat, vt per eundem in dicto S. 3. num. 19. Quæ quidem ratio non videtur conſiderabilis in conſtitutione Gregorij xiiij. niſi ex ſanguinis effuſione ſequatur homicidium vel membri mutilatio in eccleſia. Nec video quid commune habeat mutilatio membri, & ſanguinis effuſio in eccleſia cum duellantibus, credo tamen bene eſſe vt cuſtodiantur à Paſtoribus eccleſiæ, & inde non extrahantur, nec Iudici ſeculari tradantur ſine licentia Papæ, aut habentis ab eo auctoritatem iuxta ſcripta per me infra. num. 346. Et hoc tutius eſſe omnino crederem ſecundum bullæ diſpoſitionem.

ARGVMENTVM.

Aſſaſſinus non gaudet immunitate eccleſiæ, quando ad hunc effectum quis dicatur aſſaſſinus.

SVMMARIVM.

Aſſaſſinus eccleſiæ immunitate non gaudet. n. 118.

Aſſaſſinus immunitate eccleſiæ non gaudet, etiam quod occidat ad mandatū non infidelium, ſed Chriſtianorum, & etiam quod occidens ſit Chriſtianus & non Infidelis. num. 119.

Aſſaſſinus immunitate eccleſiæ non gaudet etiam quod occidat aliquem Infidelem. num. 120. contra. n. 122. & occiſus an præſumatur Chriſtianus, vel Infidelis. num. 122.

Aſſaſſinus immunitate eccleſiæ non gaudet, etiam homicidio non ſequuto. nu. 123.

Aſſaſſinorum fautores eccleſiæ immunitate non gaudent. num. 124.

Aſſaſſinus immunitate eccleſiæ non gaudet ſi hominem occidit præcedente datione, ſeu promiſſione non ſolum pecuniæ, ſed etiam alterius rei. num. 125. & 126. vbi quid ex datione alicuius paruæ rei vt puta vnius paris caligarum. & num. 127. vbi quid ſi occiſor accipiat pecuniam pro expenſis in Homicidio faciendis.

Aſſaſſinus immunitate eccleſiæ non gaudet etiam quod mandet aliquem occidi. num. 128.

Aſſaſſinus non dicitur, & immunitate eccleſiæ gaudet ſi nulla præcedente promiſſione aliquem occidit ſub ſpe conſequendi aliquod lucrum. num. 129. & 130. vbi quid ſi occidat animo ſolum complacendi.

Aſſaſſinus non dicitur ex eo ſolùm quod ſibi fuerit facta aliqua promiſſio generalis, & incerta. n. 131.

Aſſaſſinus non dicitur qui de mandato alterius occidit ſuum proprium inimicum. numer. 132. & 133. vbi idem de occidente inimicum mandantis, mandante præſente.

Aſſaſſinus non dicitur qui pecuniam accipit non ad occidendum, ſed ad vulnerandum. num. 134.

CAPVT VIII.

118 REGVLA ſit negatiua, quod aſſaſſinus non gaudet immun. eccl. & ideo ſi ad eā confugiet inuitus inde extrahi poſſit. Sic enim probari videtur in c. 1. de homicidio in 6. vbi quod aſſaſſini ab omni populo Chriſtiano ſunt diſfidati, ergo nulla fides ei ſeruanda eſt, & ſic neque fides immunitatis, vt per Cyn. in l. Reos. C. de quæſtionibus. quem ſic dicentem refert, & ſequitur Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 28. nu. 18. ad med. verſ. Iſti ergo non gaudent immunitate eccleſiæ. Et hanc eandem concluſionem firmarunt Remig. Germon. Marcus Mantua. Petr. à Plach. & Clat. in locis per me relatis ſupra in tit. de carcerib. & carcer. quæſt. 28. num. 26. Quibus addo Franciſc. Suarez de ſtat. Religionis lib. 3. c. 11. num. 13. & dixi etiam in tit. de homicidio quæſt. 123. nu. 69. Ioan. Guttier. practic. quæſt. lib. 3. quæſt. 7. num. 50. & ſeq. vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, hanc ſequitur ſententiam quam teſtatur crebriorem, & apud omnes receptam; ea potiſſimum ratione quia aſſaſſini dicuntur proditores, ſubdens inſuper quod hodie hæc concluſio nullam patitur difficultatem ex conſtitutione Gregorij xiiij.

119 AMPLIA I. hanc regulam, vt aſſaſſini dicātur, & eccleſiaſtica Immunitate non gaudeant ad eccleſiam confugientes, etiam quod occidant de man-

mandato non infidelium, ſed Chriſtianorum, & etiam quod occidẽtes ſint Chriſtiani, & non Infideles, ſecundum relatos per me Doctores ſupra in tit. de homicidio. quæſt. 123. nu. 21. & ſeq. & in ſpecie Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 28. nu. 18. vbi refert concordantes, contrarium tenentes reprobat, & * hanc eſſe receptam, & communem Doctorum interpretationem teſtatur Ioan. Guttier. practicar. quæſt. ciuil. lib. 3. quæſt. 7. nu. 1. & ſeqq. vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, hanc concluſionem communem, & conſuetudine receptam teſtatur, eamque pluribus comprobat Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 5. c. 16. nu. 67. verſ. quemadmodũ de Aſſaſſinis, & ſeqq. vbi etiam refert, & reprobat contrarium tenentes, proponit cõtraria, & illis reſpõdet Alex. Ambroſ. de immun. & libertate eccleſ. c. 7. nu. 1. & ſeqq. vſque ad nu. 7. Mar. Ital. de Immunitat. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 5. nu. 149. verſic. Concludendum igitur hinc eſt, vbi in idem ponderat Conſtitutionem Gregorij xiiij.

120 AMPLIA II. vt Aſſaſſinus non gaudet Immunitate eccleſiæ etiam quod occidatur non Chriſtianus, ſed Infidelis ſecundum communem, de qua poſt alios teſtatur Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 28. n. 18. vbi propterea reprobat Bal. Io. And. & Corn. contrarium tenentes. Et hæc opinio quicquid alij infra relati contrarium dixerunt, mihi magis placet ex magiſtraliter ſcriptis per Mar. Ital. de immunitate eccleſiarum. lib. 1. c. 5. §. 4. num. 20. & 21. vbi reprobato Alex. Ambroſin. in loco infra allegando pluribus docet ſub nomine proximi venire etiam infidelem, & propterea occidentem infidelem per aſſaſſinum, vel proditorie gaudere non debere eccleſiæ immunitate. immo & amplius bene probat contra eundem Ambroſin. grauius eſſe homicidium proditorie commiſſum, quam per aſſaſſinium.

121 Nunquid autem occiſus præſumatur Chriſtianus, vel potius Infidelis. vide Clar. in §. aſſaſſinium. verſ. Bene verum eſt, vbi dixit quod ſi occiſi cadauer reperiatur in territorio Chriſtianorum, occiſus præſumitur Chriſtianus. refert eum, & ſequitur Ioan. Guttier. pract. quæſt. ciuil. lib. 3. quæſt. 7. num. 9. & ſeq. vbi tamen ex Maſcard. in loco per eum relato, declarar niſi occiſus reperiretur circumciſus, quia tunc non præſumitur Chriſtianus etiam quod in territorio Chriſtianorum cadauer reperiatur, vt ibi per eum. ſed vide etiam Alexan. Ambroſin. de immunit. & libertate eccleſ. c. 7. num. 12. & 13. vbi alijs relatis concordantibus, & præſertim Paciano in tracta. de probationibus. cap. 14. ſub num. 7. & ibi addentes littera B. par. 2. contra Clar. verius credidit ad effectum de quo agitur, occiſum non præſumi Baptizatum niſi qualitas Baptiſmatis, aur quod ipſe pro Chriſtiano habitus, & reputatus fuerir probetur, reſpondetque rationi contrariæ per Clarum allegatæ.

122 Contrarium quod niſi occiſus fuerit Chriſtianus, aſſaſſiuus non dicatur qui illum occidir, & conſequenter Aſſaſſini ſpecialia locum non habeant, ſecundum Ioan. Andr. in c. 1. de homicidio in 6. Et ibi communiter Docto. Aretin. conſ. * 163. col. 2. vbi teſtatur hanc eſſe communem, & de conſuetudine ſeruatam opinionem. Corn. conſ. 249. ſub num. 1. lib. 1. Alex. conſ. 166. in fine. lib. 7. Couarr. var. reſolut. lib. 2. c. 20. num. 10. verſic. Quinto, &c. Petr. à Plach. in epit. delictor. lib. 1. c. 19. num. 8. vbi teſtatur hanc ſententiam omnium conſenſu eſſe ſtabilitam. Clar. in pract. in §. Aſſaſſinium. verſic. bene verum eſt, & in quæſt. 85. verſic vbi agitur quos, & alios referendo. ſequitur Ioan. Guttier. practicar. quæſt. ciuil. lib. 3. quæſt. 7. num. 8. Baiard. ad Clar. in §. Aſſaſſinium. num. 13. Alex. Ambroſin. in tracta. de immunitat. eccleſiar. c. 7. num. 12. vbi * alijs relatis pariter teſtatur hanc eſſe communem, & conſuetudine receptam ſententiam. Eamque ampliat etiam in eo qui proditorie Infidelem occidit. Dicitque, eum non propterea priuandum eſſe hac immunitate, quia ſi per Aſſaſſinium occidens infidelem eadem immunitate gaudet, multo magis gaudere debet proditor, cum Aſſaſſinij crimen proditione grauius ſit. Et vide quæ latius dixi in tit. de homicid. quæſt. 123. nu. 133. & ſeqq.

123 AMPLIA III. Quia Aſſaſſinus non gaudet immunitate eccleſiæ, etiam homicidio non ſequuto. Dixi ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 26. ex Petro à Plach. in epit. delictor. lib. 1. cap. 19. num. 24. & ſeq. Verum huius ampliationis veritas, dependet ab illa generali quæſtione, An ſcilicet, quando, & qua pœna in crimine Aſſaſſinij puniatur affectus, ſeu conatus, non ſequuto effectu. de qua latius dixi. in tit. de homicidio. quæſt. 123. inſpectione 3. num. 77. & ſeqq. Quibus in ſpecie addo Ioan. Guttier. practicar. quæſt. ciuilium. lib. 3. quæſt. 7. num. 26. & ſeqq. pluribus vſque ad num. 44. & nu. 54. & ſeqq. vſque ad num. 59. vbi poſt multa concludit, quod Aſſaſſinus non gaudet immunitate eccleſiæ, etiam morte non ſequuta, ſi vulnerauit, & percuſſit animo occidendi, & vt occideret, fecit quantum potuit, ſecus ſi vulnerauit animo non occidendi. & hanc communem teſtatur eſſe Doctorum diſtinctionem. & in propoſito vide Bannimenta Gubernatoris Vrbis. cap. 19. Quibus cauetur in pœnas Aſſaſſinij incurrere omnes eos, qui ad actum proximum deuenerint, etiam morte non ſequuta. Sed certe hæc Ioannis Guttier, ſentèntia, & atteſtatio apud me non tranſit ſine dubio. quia ſecundum ea quæ dixi in dicta quæſt. 123. num. 115. magis communis, & magis ſeruata videtur opinio, quod etiam in crimine Aſſaſſinij, de generali conſuetudine Aſſaſsinij ordinaria pœna non intret, non ſequuta morte. Ideo cogita, & in dubio mitiori opinione, & quæ

eccleſiarum immunitati fauet adhæreas.

124 AMPLIA IIII. Etiam in fautoribus Aſſaſsinorum, qui nec ipſi gaudent eccleſiæ immunitate,ſicut dixi ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 26. Ex Petr. à Plach. in epith. delictor. lib. 1. c. 19. num. 24. & ſeq. Quibus addo Remig. Gor. de immunitat. fallent. 15. nu. 9. poſt Mantuam in loco per eum relato. quorum ſententiam veram opinatur Ioann. Guttier. practicar. quæſt. ciuil. lib. 3. quæſt. 7. num. 53. vide quæ dixi ſupra in tit. de homicid. quæſt. 123. num. 29. & ſeqq. vbi poſui, An occultans, vel defendens Aſſaſsinum, ſeu illi opem, & auxilium præſtans, dicatur Aſſaſsinus, & Aſſaſsinij pœna puniatur.

125 AMPLIA V. vt Aſſaſſinus dicatur, nec eccleſiæ immunitate gaudeat,non ſolum ſi hominem occidit præcedente promiſſione,ſeu datione certæ pecuniarum quantitatis; ſed etiam præcedente promiſſione alicuius rei, ex allegatis per me ſupra in tit. de homicidio.quæſt. 123. nu. 41. & ſeqq. & in ſpecie voluit Franciſc. Leon. in theſauro fori eccleſiaſtici. par. 1. c. 13. nu. 27. poſt Capyc. & Gabr. in locis ibi per eum relatis. quibus addo Ioan. Guttier. pract. quæſt. ciuil. lib. 3. quæſt. 7. nu. 20. Et licet Mar. Iral. In tractar. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 5. nu. 130. & ſeqq. contrarium affirmauerit, tu tamen à propoſita ampliatione in iudicãdo, & conſulendo non recedas. tum, quia communiter recepta eſt, rum etiam quia & verior, & rationabilior, & ſi aliter diceremus,eſſet facilis ad inuenta via effugiendi pœnas Aſſaſſinij,magnumq́, ſequeretur abſurdum, quod illud committeretur cum promiſsione, ſeu traditione decem aur viginti ducatorum, non autem cum promiſſione,ſeu traditionė alterius rei, vt puta Gemmarum maioris valoris.

126 Bene verum eſt,quod Aſſaſſinium non committitur ex datione alicuius paruæ rei, vt puta vnius paris caligarum. Vulpell. conſ. 143. nu. 9. Alex. Ambroſin. de immunit. & libertat. ecleſ. c. 7. ſub nu. 9. dixi ſupra in tit. de homicid. q. 123. nu. 43.

127 Sic nec etiam Aſſaſſinus dicetur accipiens pecuniam pro expenſis in hoſpitio faciendis. ſecundum Vulpell. in d. conſ. 143. nu. 8. Alex. Ambroſin. d. c. 7. ſub eod. nu. 9. & dixi in d. quæſt. 123. nu. 158. vbi feci generalem concluſionem, quod ſubminiſtrans expenſas, aut pecunias mandatario, vt ex illis ſe alat, & præparet ad homicidium committendũ, non dicitur Aſſaſſinus, cum ex iſtis expenſis nihil lucri faciat. ex Boſſ. Gabr. Viuio. & Baiard. in locis ibidem per me relatis.

128 AMPLIA VI. vt Aſſaſsinus non gaudeat immunitate eccleſiæ ſiue mediante pecunia aliquẽ occidat,ſiue etiam occidere faciat, & ſic tam mandans, quam mandatarius. ex allegatis per me ſupra in tit. de homicidio.quæſt. 123. nu. 19. & nu. 26. & ſeq. & in ſpecie Decian. in tractat. crimin. lib. 6. c. 28. nu. 18. ad finem verſic. Aſſaſsini autem dicuntur, cum relatis per eum.

129 LIMITA I. propoſitam regulam, vt Aſſaſſinus dicatur, & immunitate eccleſiæ non gaudeat ſi aliquem occidit ſaltim ſub promiſsione pecuniæ vel alterius rei, ſecus ſi nulla prçcedente promiſsione quis alium occiderit ſub ſpe conſequendi aliquod lucrum,quia is non dicitur Aſſaſsinus ſecundum Aretin. Gabriel. Viuium, & Maſcard. relatos per Alex. Ambroſin. qui in terminis hanc limitationem ponit,de immunitate eccleſiarum.cap. 7. num. 8. & ſeq. dixi aliquid ſupra in tit. de homicid. quæſt. 123. num. 160. vbi probaui Aſſaſſinij crimen non committi ex ſola ſpe ſucceſſionis.

130 LIMITA II. In eo qui aliquem occidit animo ſolum complacendi, nulla præcedente promiſſione, aut datione tei, vel pecuniæ,quod Aſſaſsinus non dicatur; & propterea gaudere debeat eccleſiæ immunitate. in terminis ſcripſit idem Alex. Ambroſin. de immunit. eccleſ. c. 7. ſub num. 9. poſt Carer. & Grammat. in locis per eum relatis; licet hæc declaratio parum prodeſſet vigore Bannimentorum Gubernatoris Vrbis, quibus cauetur Aſſaſsinum dici, & reputari etiam illum, qui alterum occidir animo ſolum complacendi.

131 LIMITA III. Quia ad hoc vt dicatur Aſſaſsinus, & non gaudear immunitate eccleſiæ, licet ſola pecuniarum, vel alterius rei promiſsio ſufficiat, prout in ſpecie ſic ſcripſit Ioan. Guttier. pract. quæſtion. ciuil. lib. 3. quæſt. 7. num. 20. non tamen ſufficiet promiſsio generalis & incerta, niſi fuerit certæ quantitatis pecuniarum anr tei prout ſic pariter, & in ſpecie ſcripſit idem Alex. Ambroſin. poſt Burſat. & Vulpell. in locis per eum relatis in tracta. de immunit. & libertat. eccleſ. cap. 7. num. 9. Qua de re, vide quæ ſcripſi ſupra in tit. de homicidio. quæſt. 123. n. 145. & ſeqq. vbi amplius dixi ad qualitatem Aſſaſsinij inducendam, nec etiam ſolam pecuniæ promiſsionem ſufficere, niſi eadem promiſsio fuerit acceptata.

132 LIMITA IIII. In occidente ſuum proprium inimicum. Quamuis enim id faciat de mandaro alterius, cum promiſsione, ſeu datione pecuniæ, non ramen dicitur Aſſaſsinus, nec eccleſiæ immunitate priuabitur. Grat. conſ. 52. num. 45. & ſeq. lib. 2. Honded. conſ. 87. num. 4. lib. 2. Alexan. Ambroſin. de immunit. eccleſ. c. 7. nu. 10. Dixi ſupra in tit. de homicidio. quæſt. 123. n. 157. vbi poſt Grammat. Vulpell. & Baiard. in locis ibidem per me relatis firmaui concluſionem, Aſſaſsinium non committi ab eo, qui recepta ab altero pecunia communem inimicum occidit.

133 Sic nec etiam Aſſaſsinus dicetur, nec eccleſiæ immunitate priuabitur is, qui recepta pecunia aliquem interfecit, præſente ramen ipſo mandante, ſecundum Couarr. variar. reſolut. lib. 3. c. vltim. num. 9. & ſeq. Gabr. conſ. 170. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Bertazzol. conſ. 143. num. 13. lib. 1. Quos, & alios

& alios retuli ſupra in tit. de homicid. quæſt.123. num.148.

134 LIMITA V. In eo, qui pecuniam recipit, nō ad occidendum aliquem, ſed ad vulnerandum, is enim nec aſſaſſinus dicitur, nec propterea eccleſiæ immunitate priuabitur. ſecundum Alciat. Vulpell. Decian. Anton. Gabriel. Maſcard. & Honded. in locis relatis per Alexand. Ambroſin. de immunit. & libertate eccl. cap.7. num.11. Nec diſſentit Ioann. Guttier. practicar. quæſt. ciuil. lib.3. quæſt.7. nu.59. poſt Remigium in loco per eum relato, teſtaturque hanc opinionem benigniorem, & ſibi magis placere, quam contrariam. Verum hæc declaratio parum prodeſſet in Vrbe, vigore bannimentorum Gubernatoris Vrbis cap. 19. Quibus aſſaſsinus declaratur, qui pecunia mediante, aut promiſſione, non ſolum alium occiderit, ſed etiam vulnerauerit, aut offenderit.

ARGVMENTVM.

Proditorius Homicida immunitate eccleſiæ non gauder, & quando in propoſito dicatur homicidium proditorium.

SVMMARIVM.

Proditorius homicida immunitate eccleſiæ non gaudet. num.135. licet alij contra. num. 136.

Homicida Proditorius quis dicatur, & quot modis quis proditoriè occidere dicatur. num.137.

Parricida dicitur homicida proditorius, & immunitate eccleſiæ non gaudet. n.138.

Mater partum abijciendo, & filium infantem occidendo, immunitate Eccleſiæ non gaudet. nu.139.

Periurus, & falſus teſtis ſi ad eccleſiam confugiat illius immunitate gaudet. num.140. niſi cum falſitate, ſeu periurio aliquem occidat. num.141.

Veneno aliquem necans immunitate eccleſiæ non gaudet. num.142.

Proditorius homicida non dicitur qui inimicum ſuum per inſidias & proditoriè occidit. nu.143. quamuis alij contra. num. 144.

Proditoriè aliquem vulnerans, morte non ſequuta immunitate eccleſiæ gaudere debet. num. 145. licet alij contra. num.146.

CAPVT IX.

135 Regula ſit quod proditor homicida, eccleſiæ immunitate non gaudet, & ideo ad ad eam confugiens inuitus extrahi poteſt. Alex. conſ.145. num.5. lib.7. Boer. deciſ.109. num.5. verſ. Tertio in eo qui aliàs proditoriè occidit. Ancharan. Felyn. Aretin. Guidopap. Alciat. Caſſan. Monticell. Couar. Io. Berber. Gig. Anton. Gomez. & Clar. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt.28. num.24. Vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, hanc dixi eſſe æquiorem communiorem & magis ſeruatam Doctorum ſententiam. Ioa. Guttier. practicar. quæſt. lib.1. quæſt.2. nu.2. Vbi alijs relatis teſtatur de communi, & lib.3. quæſt.7. num.52. vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, pariter teſtatur de communi. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit. lib.3. c.16. num.58. & ſeqq. Vbi teſtatur de communi Doctorum ſententia, & etiam conſuetudine Chriſtiani orbis admodum recepta refert, & reprobat contrarium tenentes. Azzeued. in Conſtut. Hiſpan. lib.1. tit.2. l.3. num.9. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ.11. nu.5. Villagut. de extenſion. leg. c. final. num.53. verſ. His ergo præmiſsis. vſque ad num.54. Vbi tribus medijs hanc probat ſententiam, eamq; magis communem teſtatur, contrarium tenentes refert, & illos reprobat. Franciſ. Suarez de ſtatu Relig. lib. 3. cap. 11. nu.10. 11. & 12. Vbi reprobat alios intellectus datos per Doctores ad cap. primum de homic. in 6.

136 Et quamuis contrarium, quod immo proditorius homicida gaudere debeat immunitate eccleſiæ, tenuerint plures relati per Decian. conſ.80. num.41. lib. 3. qui etiam teſtantur de communi, & pluries ſeruata opinione Abb. Gugliel. de Benedictis, Diaz, & alij relati per Ioan. Guttier. practic. quæſt. lib.1. quæſt.2. num.5. qui teſtantur de veriori, & frequentiori Doctorum ſententia, & ad tex. in c.1. de homicidio. in 6. plures à Doctoribus referantur intellectus, de quibus lectorem remitto ad Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 11. num.6. Franciſc. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. c. 11. num. 10. & 11. & ad Ioann. Guttier. practicar. quæſt. lib.1. q.2. num.6. Tu tamen à præcedenti regula non diſcedas: tum quia vt vides magis communiter recepta eſt, & in practica ſeruatur. tum etiam quia expreſsè approbata & recepta in conſtitutione Gregorij xiiij.

137 AMPLIA I. Vt eadem Regula procedat in omni proditorio homicida. Proditorius enim homicida quis dicatur, vide Alex. in conſ.145. num.5. lib.7. Vbi dixit, quod proditoriè occidere, eſt occidere per inſidias, vt puta quando quis aliud verbis, & aliud in mente gerit. & ponit exemplum in ſocio itineris, qui alium percutit. Franc. Suarez de ſtat. religionis. lib.3. c.11. nu.12. Vbi dixit, quod per inſidias, & proditoriè quis dicitur occidere alium, quādo à tergo illum occidit, vel quocumque alio modo nihil tale præcauentem, nulla præcauendi cauſa præcedente. & ponit exemplum in eo, qui aliquem doloſè circūuenit, & callidè ſe ducit vt eum occidat; vel in occidente ſedentem in menſa, aut ſocium itineris. Ioan. Guttier. practicar. quæſt. lib. 1. quæſt. 2. Vbi quod proditor homicida dicitur is, qui alterum occidit non de facie ad faciem ſed retrò. Item qui occidit ſine diffidatione, & num.9. quod prodi-

tor homicida dicitur is qui vnum actu oſtendit, & aliud in mente gerit, vt in occidente ſocium itineris, & num. 10. & ſeqq. Vbi declarat quomodo intelligatur quod qui retro,& non de facie ad faciem alium occidit, dicatur Proditor. Azzeued. in Conſtitution. Hiſpaniar. lib. 1. tit. 2. nu. 10. Villagut. de extenſion. leg. c. final. num. 53. vbi ponit octo modos quibus quis alium proditoriè occidere dicitur. Alex. Ambroſin. de immunitate eccleſ. cap. 6. num. 1. & ſeqq. Vbi quod prodere dicitur, qui procul aliquid à ſe obijcit, prout eſt is, qui fidem, quam præſtare debet, procul à ſe reijcit, & ideo proditorium tunc reputat homicidium, quando inter occidentem, & occiſum nullus præcedebat rancor, ſed potius ſimulabatur amicitia, vt puta, quia in ſimul comedebant, vel ſimul erant in itinere,& ſic vnum gerebatur in corde, & aliud in verbis. Dixi hac de re iterum ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 74. & ſeqq. & in conſ. 168. num. 74. & ſeqq. lib. 2. vbi præſertim probaui, quod offendens aliquem ſub pace, ſeu promiſsione de non offendendo, dicitur Proditor.

138 AMPLIA II. In paricidio. Qui enim parentes occidit aut filios innocuos & nihil tale cogitantes, nulla præſertim præcedenti rixa, & ex propoſito, abſque dubio proditor dicitur, & propterea eccleſiarum immunitate gaudere non debere nulla apud me eſt dubitatio.

139 Sic,& multo magis Proditrices nuncupari putauerim matres illas, quæ partum exponendo filios occidunt infantes, grauius enim multo eſt occidere infantes, qui ſe præcauere nullo pacto poſſunt à matris proditione, quam alios, quicquid ſecus dixerit Franciſc. Leon. in Theſauro fori eccleſiaſtici. par. 1. c. 13. nu. 25. & ſeq.

140 AMPLIA III. Quia licet ſi quis falſum, cum periurio commiſſerit, & ad eccleſiam confugerit, quod eiuſdem eccleſiæ immunitate gaudere non debeat voluerit Igne. in l. 1. in princ. nu. 20. in fine. ff. ad Syllanian. ea ratione motus, quia periurus remouendus eſt ab eccleſia, & æquiparatur homicidæ voluntario. cap. fina. 22. quæſt. 1. veriuſque tamen ſit illum gaudere debere immunitate eccleſiæ, cum periurij crimen in hac materia nec iure ciuili, nec iure canonico exceptum reperiatur. & licet periurium æquiparetur homicidio, non tamen æquiparatur homicidio per inſidias commiſſo, quod vt ſuo loco dictum eſt, eſt exceptum. ſic enim his rationibus motus, voluit Decian. in tracta. crim. lib. 6. cap. 28. nu. 21.

141 Vbi tamen teſtis, cum ſua falſa depoſitione, fuiſſet cauſa vt quis morti traderetur, tunc eccleſiæ immunitate non gauderet, quia diceretur proditorius homicida. faciunt tradita per Azeued. in conſtitut. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. n. 9. poſt princ. verſic. & quod ſic vbi generaliter dixit immunitatẽ hanc non dari in quocumque genere criminum, in quo delictum proditorie committatur, ex Innocen. & Ioan. And. in locis per eum relatis. & in ſpecie hunc teſtem proditorem dici, bene comprobat Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 4. & latius eod. c. 5. §. 5. nu. 145. & ſeqq. vbi ampliat hanc concluſionem etiam in iudicibus, qui per dolum aut baratteriam ſub prætextu iuſtitiæ aliquẽ occidunt. dixi remiſſiuè ſupra in tit. de carceribus,& carceratis. quæſtio. 28. in fine principij. ſed tutius dicas ſtante ConſtitutioneGregorij xiiij. quæ non modicam ſuper huius ampliationis veritate difficultatem facere videtur, ab ordinario conſulendum eſſe Sanctiſſimum, & iuxta illius reſponſum ſe regulare, & exequi.

142 AMPLIA IIII. vt proditorium dicatur homicidium commiſſum ab eo, qui aliquem veneno necat. Alex. conſ. 145. num. 6. lib. 7. Boer. deciſ. 109. nu. 5. verſic. ſecundo in eo, qui occidit veneno. Decian. cum allegatis per eum in tract. crim. lib. 6. c. 28. nu. 19. vbi etiam ita obſeruari teſtatur Anaſtaſ. Germon. de ſacror. Immunitate. lib. 3. cap. 16. nu. 63. Azeued. in Conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. n. 10. dixi in quæſt. 18. nu. 74. & in quæſt. 28. num. 24. in fine. Quibus addo Franc. Suarez, de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 11. num. 12. in fine, & Mar. Ital. de immunitate eccleſiarum. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 3. verſ. Et quemadmodum is. Et latius. num. 36. & ſeqq. vbi idem dixit de illis, qui malis medicamentis procurant abortum. Verum, & in hac Ampliatione tutius eſſe dicas conſulen. eſſe Sanctiſsimum prout in præcedenti Ampliatione dixi.

143 LIMITA I. In occidente ſuum inimicum quoquo modo etiam per inſidias, & proditione. Tunc enim occiſus præcauendi cauſam habebat à ſuo inimico, & ideo ſi ſibi non præcauit ſua eſt culpa, & occidens non dicitur Proditor ad effectum vt priuetur eccleſiæ immunitate, fuit doctrina Bartol. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. quam ſequuti ſunt. Bal. Ancharan. Ang. Aretin. Gerard. Ant. Gomez. Eman. Suarez. Cephal. Decian. Baiard. Iacob. Airer. aliàs per me relati ſupra in tit. de delictis, & pœnis. quæſt. 18. n. 76. Et in conſ. 76. num. 7. & num. 15. quibus modo Addo Aloyſ. Catalan. in tracta. de abolitionibus, & indultis. limitat. 4. cap. 31. in allegationibus. Io. Bapt. de Leonardis. num. 1. & omnibus ſeqq. fol. mihi 240. & ſeqq. vbi latiſsimè Bartoli doctrinam prædictam in d. §. delinquunt, comprobat. Villagut. de extenſ. legum. c. fina. num. 53. verſ. Quartus modus. Vincent. de Franchis deciſ. 713. per tot. vbi latè comprobat, & defendit non eſſe proditorium homicidium commiſſum in ſuum inimicum retro, & ſclopo rotato, & quod ita contra reſolutionem Vicariæ, quam mox referam reſolutũ fuit in illo Regio Conſilio, Regia Camera & Summaria, & Alex. Ambroſin. in tracta. de immunit. & libertate eccleſ. cap. 6. num. 3. & ſeq. Marc.

An-

Anton. Genuen. in ſua pract. Archiepiſcopalí. cap. 94. num. 1. & ſeqq. Et hanc eandem Bartoli doctrinam fuiſſe admiſſam à Clemenre Octauo Pontifice ,;de voto tunc Cardinalis Burgheſij , & nunc Summi Pontificis , & Cardinalis Plattæ in illa Panormitana immunitatis eccleſiæ, in qua vt ſupra ego conſului , clarè apparet . Dum in Breue regiſtrato per eundem Genuen. d. cap. 94. expreſsè dicatur occiſores illos , qui ex inſidijs , diu in quadam domo latentes , vt occiderent ſuum inimicum , prout occiderunt, gaudere debere immunitate eccleſiæ , licèt ex particularibus cauſis , & circumſtantijs contrarium ſtatuerit , vt ibidem in fine dicti Breuis verſ. Et nota ſupradictam declarationem benè aduertit idem Genuen. quicquid ſecus de mente illius Sanctiſsimi Pontificis ſcripſerit Mar. Ital. de immunitat. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 1. & ſeqq. in diſcurſu . Eiuſdem enim Pontificis mentem qualis fuerit ego qui præſens oretenus illum informaui , & ore proprio reſpondentem audiui , melius percepi , quam qui abſens erat , & diuinatur . Addo & Alex. Ambroſin. de immunit. eccleſ. cap. 6. num. 5 . Ioan. Guttier. practicar. quæſt. lib. 1. quæſt. 2. num. 3. Et licet in d. quæſt. 1. num. 75. & 76. contra Bartoli doctrinam meam protulerim ſententiam , cum tamen vt dixi eandem doctrinam admiſſam fuiſſe apparet à Sanctiſsimo illo Pontifice Clemente Octauo in iudicando nullatenus ab ea recederem .

144 Quamuis contrarium , quod immo proditorie occidens inimicum ſuum proditor dicatur ,& propterea immunitate eccleſiæ gaudere non debeat , voluerint Afflictus . Gigas. Couarr. Petr. à Plach. Menoch. & alij per me relati in d. quæſt. 18. nu. 76. verſic. quæ tamen opinio. & ſeq. & contra Bartol. Doctrinam Magnam Curiam Vicariæ iudicaſſe teſtatur idem Leonardus in dictis ſuis allegationibus . nu. 1 . prout etiam contra Bart. late inſurgit Franciſc. Bermudez Fiſci patronus poſt dicti Leonardi allegationes. nu. 1. & omnibus ſeqq. fol. mihi 245 . Et pro hac contraria opinione contra Bart. faciunt ſcripta per eundem Franciſ. Mar. d. deciſ. 713 . nu. 16. vbi federe diſtinctionis concordando opiniones dixit, primam Bartoli ſententiam procedere in materia ſtricte interpretanda. ſecundam autem contra Bartolum procedere in materia fauorabili, & large interpretanda (prout materiam impunitatis eccleſiarum fauorabilem eſſe, & large interpretaudam dixi ſupra. num. 21.) Addo & pro hac contraria opinione Mar. Ital. in tracta . de immunitate eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 4. nu. 1. & ſeqq. vſque ad n. 20. vbi pluribus hanc ſententiam defendere conatur. ,Villagut. de extenſ. legum. c. fina. nu. 53. verſ. quartus modus . Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum Immunitat. lib. 3. c. 16. nu. 63. & 64. Azeued. in conſt. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. n. 11. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem opinionem in pũcto iuris, licet difficulter in practica eã obtineri poſſe affirmat.

145 LIMITA II: Vt regula procedat morte ſecuta, ſecus ſi quis animo occidendi vulnerauerit tantum, & mors ſequuta non fuit. Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 28. nu. 17. poſt Boer. & Rebuff. in loco per eum relato, reprobatoque Igneo in l. 1. §. ſi dominus . nu. 7. ff. ad Syllanum, contrarium tenente, & ita in practica obſeruari teſtatur Decian. conſ. 80 . per tot. in diſcurſu , vbi pluribus hanc probat ſententiam , proponit contraria , & illis reſpondet lib. 3. & ibi præſertim nu. 18. & ſeqq. proponit contraria & illis reſpondet, Baiard . ad Clar. quæſt . 30. nu . 17. vbi refert,& ſequitur dicta per Decian . vbi ſupra in conſ. 80. & nu. 19. vbi alios refert. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 3. cap. 16. nu. 60. vbi hanc ſententiam quam piam , & rectam vocat , ſibi magis placere affirmat. relati per Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo eccleſia. concluſ. 11. num. 7. Franciſc . Suarez de ſtatu religionis. lib. 3. cap. 11. nu. 14. Villagut. de extenſione legum. c. fina. nu. 54. & ſeqq. vſque ad nu . 59. vbi pluribus hanc probat ſententiam , quam etiam late comprobat Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib . 1 . c. 5. §. 4. nu. 22. & ſeqq. vſque ad nu. Vigeſimum octauum.

146 Quamuis conrrarium, quod vulnerans proditorie & per inſidias, animo tamen occidendi (licet ſecus ſi non animo occidendi) immmunitate eccleſiæ non gaudeat , etiam quod vulnerati mors non ſequatur, voluerit Nauar. in Manual. confeſſar. c. 25. nu. 21. Igne. Couarr. Boer. Petr. à Plach. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. nu. 45. vbi & ego etiam hanc amplexus fui ſententiam. Io. Guttier. practicar. quæſt. * lib. 3. quæſt. 7. nu. 55. & ſeqq. vbi teſtatur hanc opinionem communem , & in practica receptam Azzeued . in conſtit. Hiſpaniarum lib. 1. tit. 2. l. 3. nu. 9. verſic . ſed an erit idem. vbi ampliat etiam quod percuſſio ſit facta ſine ſanguine, vt puta cum palo in capite , vel cum ſacchettatis arenæ. Dummodo animo occidendi relati per Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo eccleſia , concluſione 11. nu. 8 . quibus non obſtantibus non recedas à prima opinione quam cum Germ. & alijs ſupra allegatis magis piam & rectam credo. & hodie ſecundũ bullã Gregorij xiiij. quæ in illis verbis *Aut qui proditorie proximum ſuum occiderit* requirere videatur mortem, ſequutam omni difficultate caret.

ARGVMENTVM.

Latro Publicus immunitate eccleſiæ non gaudet , & quis dicatur Latro publicus .

SVMMARIVM.

Latro publicus , eccleſiarum immunitate gaudere non debet . num. 147. & ſeq.

Leges non ad caſus ſpeciales, & indiuiduos reſpicere debent ſi generalem faciunt regulam. nu. 148.

Latro publicus, quis dicatur. num. 149.

Latro publicus dicitur is, qui publicè, & palam furatur, ſecus ſi clam. num. 150.

Latro publicus dicitur is, qui in via publica, & frequentata homines aggreditur, & per inſidias furatur, ſecus ſi non in via publica, & ſi in via non per inſidias. num. 151. contra num. 152.

Latro publicus dicitur is, qui latrocinia committit cum armis, & violenter ſecus ſi ſine armis, & ſine violentia. num. 153.

Latro publicus dicitur is, qui ſolitus ſit, & frequenter homines depradare, ſecus qui ſemel aut bis aliquem ſpoliauerit. num. 154.

Latro publicus immunitate eccleſia non gaudet, dummodo iam conſtet illum eſſe talem, & donec hoc cognoſcatur, ab eccleſia extrahi non poteſt etiam quod pratendatur à curia ſeculari, hoc eſſe notorium. num. 155. & etiam quod idem confugiens fateatur ſe Latronem publicum. num. 156.

Latro publicus dicitur, qui vt ſupra homines aggreditur, & furatur etiam quod eos non occidat. num. 157.

CAPVT X.

147 REGVLA ſit, quod Latro publicus ſi ad eccleſiam confugerit, illius immunitate non gaudet. tex. eſt in c. inter alia. verſic. & hoc verum, ibi *Niſi publicus Latro fuerit*, extra de immunit. eccleſ. & ibi gloſ. in verbo *Niſi publicus Latro*. Et communiter Doctores omnes. Alius tex. in c. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. in illis verbis *Niſi publicus Latro fuerit*, & ibi gloſ. in verbo *Niſi publicus*. Archidiac. num. 3. verſic. ſed dici, & ibi etiam Bellamer. in verſic. ſed poteſt dici, & Turrecremat. poſt num. 2. idem Bellamer. in c. frater. num. 3. verſic. In prima gloſ. eadem cauſa, & quæſtione. Idem Turrecremat. in c. diffiniuit. num. 2. 17. quæſt. 4. Ancharan. in Clement. 1. num. 5. de pœnitentia, & remiſsione, & ibi etiam Ioan. de Imol. num. 11. verſic. Ab iſto autem Priuilegio. Card. Zabarell. num. 5. Et Bonifac. de Vitalin. nu. 82. vbi publicum Latronem Aſſaſsinum vocat. Goffred. in ſumma, rubr. de immunit. eccleſ. num. 9. Hoſtien. in ead. ſumma. num. 8. verſic. ſi autem longè ab eccleſia. Angelic. in ſumma, in verbo *Immunitas*. nu. 17. Silueſtrin. in eodem verbo *Immunitas*. il terzo, num. 2. Thabien. in eodem verbo *Immunitas*. num. 10. Armill. in verbo *Emunitas*. num. 12. verſic. Niſi ſint publici Latrones. S. Antonin. in ſumma. par. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. in principio. Roſella in verbo *Emunitas*. il ſecondo, in princip. Oldrad. conſ. 154. num. 2. Roman. conſil. 227. num. 2. Angel. de Malefic. in verbo *quod fama publica*, num. 59. in fine, verſic. Idem quando eſſet Latro publicus. Bellamer. conſ. 13. num. 2. verſic. Ad ſecundum. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 2. & num. 3. vbi ponit rationem. Mantua. conſ. 60. num. 7. Dixi hac de re iterum ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 50. Quibus addo Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate, lib. 3. cap. 16. num. 56. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 11. num. 1. Villagut. de extenſione legum cap. fina. num. 41. Et extant clara verba Conſtitutionis Gregorij xiiij. ibi *ſi fuerint publici latrones*.

148 Nec dicatur, prout aliquos dicentes audiui hanc Gregorij Conſtitutionem eſſe obſcuram, & defectuoſam, cum in ea non declarentur, qui nam ſint iſti publici Latrones, quos immunitate eccleſiarum minime gaudere debere in ea ſtatuitur. Cur enim de obſcuritate, & defectu Sanctiſsimum hunc Pontificem reprehendere velimus, poſtquam vſus eſt illis ijſdem Verbis, quibus & reliqui Pontifices ante eum vſi ſunt, in c. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. & in c. inter alia, de immunitate eccleſiarum. Leges enim certum eſt, quod exprimere non debent omnes indiuiduas conditiones, & caſus, ſed ſufficit generalem facere regulam omnes ſpeciales caſus continentes ſecundum iuris communis communem interpretationem, vt bene aduertit Ioan. Guttier. pract. quæſt. lib. 5. quæſt. 99. nu. 27. Qui enim ſint caſus ſpeciales, & indiuidui, ſub generali regula comprehenſi, ſtabitur interpretationi iuris communis. a qua omnes Conſtitutiones intellectum, & interpretationem recipiant, prout & in ſpecie pariter aduertit Cardin. Tuſc. practic. concluſ. in verbo *eccleſia*. concl. 11. num. 15. in fine, dum dixit, Bullam Gregorij xiiij. interpretationem pati à iure communi. Non autem dixit (prout alij opinati ſunt) quod eadem Bulla extendatur ad alios caſus in ea non exceptos. Cum re vera, vt in eadem Bulla legitur, extenſio non habet locum, etiam in maioritate rationis.

149 Difficultas eſt ſcire, quis dicatur Latro publicus, dic quod Latro publicus dicitur, qui palam, & publicè furatur, vt ſunt Piratæ, vel qui publicè ſtant in ſtratis ad effectum furandi. Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas*. num. 17. Silueſtrin. in eodem verbo *immunitas*. Il terzo. num. 2. verſic. Primum eſt Latro publicus. Decian. in tractat. crim. lib. 6. cap. 28. num. 2. per tot. vbi latè declarat, quis dicatur publicus Latro. dixi iterum, & aliàs retuli ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 50. Quibus addo Villagut. de extenſione legum. cap. fina. num. 45. verſic. Qua propter ſecundum. & latiſsimè Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 1. per tot. quem omnino in hac materia benè ſcribentem videas.

150 AMPLIA I. propoſitam regulam, vt locum habeat in eo, qui publicè, & palam furatur,

qui

qui propterea dicitur publicus latro, non in eo qui calm. Sic enim apertè dicunt omnes Doctores allegati ſupra.nu.149.Oldrad. conſ. 154. num.2. verſ. Et oportet quod ſit publicus. Decian.in tracta. crimin.lib.6.cap.28. num.2. verſ. Primo vt ſit publicus. & iterum infra in verſic. Neque tamen putarim. vbi videtur tenere, quod publici latrones dicantur non ſolum quia publice & palam depredēt, & graſſentur in vijs publicis, ſed etiam qui non palam & publice, ſed ſecreto & per inſidias dummodo non ſemel, aut bis, ſed frequenter hoc faciant, ita quod ab omnibus, & publice, pro latrone habeatur. & ſic, ad hoc vt publicus dicatur latro, requirit quod de hoc ſit publicè diffamatus. & magis clarè hod idem dixit eod. num.2. & infra verſ. ſed poſſet dubitari. vbi propterea dixit quod inter publicos, & famoſos latrones nulla ſit differentia, cum famoſus latro dicatur ille de quo eſt publica vox & fama, ex Fulgoſ.Felyn.& alijs ibi per eum allegatis. quod & idem ſenſit Alexan.Ambroſin. de immun. & libertat.eccleſ.cap.2.num.3.ante fin. & nu. 5.

151 LIMITA II. vt eadem regula dumtaxat procedat in eo latrone, qui in via publica & frequentata homines aggreditur, & per inſidias furatur, qui propterea dicitur publicus latro, ſecus ſi non in via publica, & ſi in via non per inſidias ſed impetu, aut caſu fortuito hæc faciat. Tunc enim & ipſe immunitate gaudet, vt probari videtur in c. Inter alia. de immunitate eccleſiarum.in illis verbis. *qui dum itinera frequentata vel publicas ſtratas obſidet aggreſſionis inſidijs*; & ibi Anton. de Butrio.num.8.& num.14. verſic.tertio, &c. Card. Zabarell.num.4. in fine.verſic. octauo quarto. Decian.in tracta.crim.lib.6.cap.28.num. 2. verſic. qui autem dicantur latrones publici. & iterum infra. Neque tamen putarim. vbi propterea dixit publicum latronem appellatum ex eo, quod in locis publicis, & in vijs publicis, & in itineribus depredatur.& iterum infra, in verſic.& quod requiratur, ad hoc vt publici latrones dicantur. Alexan. Ambroſin.de immunitate eccleſ.cap.2.num.3.

152 Vide tamen Decian.in tracta. crimin. lib.6. cap. 28.num. 2. verſic. & licet ſupra concluſum fuerit. vbi dixit latrones publicos dici ad effectum de quo agitur, non ſolum eos, qui in publicis vijs latrocinia committunt, ſed etiam ſi hoc faciant in domibus priuatorum dummodo cum violentia faciant.

153 LIMITA III. Procedere in eo qui latrocinia committit cum armis & violenter, qui pariter publicus dicitur latro, ſecus ſi ſine armis & violentia. Tunc enim, non latrocinium, ſed ſimplex furtum committere dicitur. Decian.in tracta. crimin.lib.6. c.28.num.2. verſic. Extendenda erit ergo prædicta limitatio, poſt Abbatem quem allegat Alexan. Ambroſin.de immunit.eccleſ.cap.2.nu.3.& 4.cum allegatis per eum.

154 LIMITA IIII. Eandem regulam procedere in eo qui ſolitus ſit & frequenter homines depredari, is enim propterea dicitur publicus latro, ſecus in eo qui ſemel, aut bis aliquem ſpoliauerit, aut furatus fuerit.ex allegatis per Decia. in tracta. crimin.lib.6.c.28.num.2.verſic. Atque ideo. poſt Angel.& alios quos allegat. Alexan. Ambroſin.de immunitate & libertate eccleſiarum.c.2. num.3.& 4. & cap.3.nu.5.& 6.Vbi idem de graſſatore viarum, quod non ſufficit, vt immunitate eccleſiæ priuetur, cum ſemel graſſatum fuiſſe.

155 LIMITA V. Et generaliter; quia publicus latro immunitate eccleſiarum non gaudet, & inde inuitus extrahi poteſt, dummodo iam conſtet illum eſſe publicum latronem. quia ſi ipſe neget ſe talem eſſe, non poteſt extrahi, donec cognoſcatur an ſit, vel non ſit publicus latro, etiam quod prætendatur ex parte extrahere volentis hoc eſſe notorium; cum nec tunc dicatur quid notorium, niſi illud notorium eſſe declaretur parte citata.ex Panormitan. Card. Aretin. Alberic. Dec.& alijs relatis per Decian. in tracta.crimin.lib.6.cap.28.num.2.in fine.verſic. At inſurgit hic pulchra dubitatio, reprobato Ioan. de Viſchis in tracta.de immunitate eccleſiarum. n. 22. verſ. quero.circa præcedentia contrarium tenente.

156 In tantum quod ad hoc, vt quis dicatur latro publicus, non ſufficit quod talem ſe eſſe fateatur, hoc enim nomen publici latronis eſt iuris; & non facti, & ideo vt confeſſio præiudicet, neceſſe eſt vt confitens fateatur in ſpecie requiſita ad conſtituendum publicum latronem. Ang.conſ.403.incip.formata ſuit.in princip. cum alijs per Decian. qui de communi teſtatur in tracta.crim.lib.6. cap. 28. num.2. verſic. & quod ad conſtituendum publicum latronem. Alexander Ambroſin.de immunitate & libert. eccleſ.cap.2.num.7.

157 SVBLIMITA omnes præcedentes limitationes, quia latro publicus ad hoc vt quis dicatur ad effectum vt non gaudeat eccleſiæ immunitate, licet Cepolla in authen. ſed nouo iure. nu.106. C. de ſeru. fugitiu. dixerit vltra frequentiam latrociniorum, & alia de quibus ſupra in præmiſſis limitationibus, eſſe etiam neceſſariam hominis interemptionem.per tex.in l.Capitalium.§.famoſos.ff.de pœn. quem tex.& eius verba in propoſito refert, & ponderat Alexan.Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. cap. 2. numer.6. Verius tamen eſt, & magis communiter receptum, publicum dici latronem eccleſiæque immunitate minimè gaudere ex eo ſolū, quod publicè, & palam furetur, vel publice ſtet in ſtratis homines tranſeuntes diſrubando, abſque eo quod occidat.ſecundum Bart. in d.l.capitalium. §. famoſos.nu.1.& 2.ff.de pœnis. Bald. in authen. ſed nouo iure. num.3. C. de ſeru. fugit.Abb.in c. inter alia.nu.5.de immunit. eccleſiar. Oldrad. conſ.154. num.2. Petr. Gregor. ſyntagm. iuris. lib.37.cap.6. num.9.Ludou.Peguer.deciſ.crim.40.num.6. Quos omnes refert, & ſequitur Alexan.Ambroſin. vbi ſupra.d.num.6.verſic.ſed Panormitanus.vbi amplius

aduer-

aduertit ſic ſuiſſe de mente Gregorij xiiij. in ſua conſtitutione in qua excipit publicos latrones, viarum graſſatores, qui itinera frequētata vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, nulla interemptionis hominum habita conſideratione aut facta mentione.

ARGVMENTVM.

Depopulator agrorum non gaudet immunitate eccleſiæ, & quis dicatur agrorum depopulator.

SVMMARIVM.

Nocturnus agrorum depopulator ad eccleſiam confugiens illius immunitate non gaudet. nu. 158.
Nocturnus agrorum depopulator quis dicatur, n. 159.
Nocturnus agrorum depopulator, in quo differat à publico latrone. num. 160.
Depopulator agrorum immunitate eccleſiæ non gaudet ſi fuerit nocturnus, ſecus ſi diurnus. num. 161.

CAPVT XI.

158 REGVLA ſit, quod nocturnus agrorum depopulator ad eccleſiam confugiens, illius immunitate non gaudet. tex. eſt in c. inter alia. in illis verbis *vel nocturnus depopulator agrorum*. extra de immunit. eccleſiar. & ibi communiter omnes Canoniſtæ. Turrecrem. in c. diffiniuit. num. 2. verſic. ſimiliter & ſi ſit nocturnus depopulator. Ancharan. in clemen. 1. n. 5. de pœnit. & remiſſione. Et ibi etiam Ioann. de Imol. num. 11. verſic. ab iſto autem Priuilegio. Card. Zabarell. num. 5. & Bonifac. de Vitalin. num. 82. verſ. ſecundus eſt depopulator. Goffred. rubr. de immunit. eccleſ. nu. 9. Hoſtien. in eadem ſumma. nu. 8. poſt med. verſ. Idem ſi ſit depopulator. Angelic. in ſumma in verbo *immunitas*. num. 17. verſic. ſecundum eſt. Siluestrin. in eodem verbo *immunitas*. il 3. n. 2. verſ. ſecundum eſt eorum. Thabien. in eodem verbo *immunitas*. num. 10. Armill. in verbo *emunitas*. numer. 12. verſic. Vel nocturni depopulatores agrorum. S. Antonin. in ſumma. par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. verſic. Item ſi ſit nocturnus depopulator agrorū. Roſella in verbo *emunitas*. il 2. in princ. verſ. ſecundo ſi ſit nocturnus populator. Oldrad. conſ. 154. numer. 2. Roman. conſ. 227. num. 2. Ang. de maleſic. in verbo *quod fama publica*. nu. 59. in fine. Boer. deciſ. 109. num. 3. verſic. ſecundo fallit in depopulatoribus agrorum. Bellamer. conſ. 13. num. 2. verſic. Ad ſecundum. Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 28. num. 3. Vbi ponit rationem. Mantua. conſ. 60. n. 7. Nauarr. in Manual. confeſſarior. c. 25. nu. 20. verſic. Non item gaudet. dixi iterum, & alios retuli ſupra in tit. de carcerib. & carceratis. quæſt. 28. num. 50. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. c. 16. num. 56. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 11. num. 1. Villagut. de extenſione legum. c. fin. num. 45. Alexand. Ambroſin. de immunit. eccleſ. c. 4. num. 5. Vbi duplicem huius concluſionis reddit rationem. Primo quia agrorum depopulatores pluribus per inſidias exitium excogitant. c. eſt iniuſta. 23. quæſt. 4. Secundo quia publicam magis perturbant quietem. l. 2. C. quando liceat. vnic. ſine Iud.

159 Nocturnus autem agrorum depopulator ſic dictus *quoniam in nocte ſegetes extruit, dum ibi ſe abſcondit, vel latet, vel propter homicidia, aut rapinas, quas facit in ſtrata, comburit, & dextruit agros eorum qui eis non ſeruiunt* ſunt verba Innocen. in c. inter alia. col. 2. in verbo *nocturnus*. de immunit. eccleſiar. & ibi Hoſtien. num. 3. in verbo *vel nocturnus*. vbi refert in ſubſtantia dicta ibi per Innocen. & in verbo *populator*. declarat ideſt *collector fructuū in ſpicis pendentium, alias depopulator ideſt vaſtator ſeu deſtructor*. Ibidemque ponit etymologiam depopulatoris. Ioan. Audr. num. 6. in verbo *populator*. vbi refert dicta ibidem per Innocen. & Hoſtien. Anton. de Butr. nu. 7. Abb. nu. 6. Cardinal. Zabarel. num. 3. Ad quæ vide Oldrad. conſ. 154. nu. 2. verſic. depopulator enim non eſt. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 3. verſ. Populatores autem. Vbi dixit quod populatores agrorum dicuntur qui ſegetes in agris depredantur. Et iterum infra in verſ. Et quod populator. vbi quod populator agrorum dicitur, qui ad agros alienos diripiendos deſtructor nocturnus accedit. dixi iterum ſupra in tit. de carcerib. & carcer. quæſt. 28. n. 50. quibus adde Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 11. ſub nu. 1. Villagut. de extenſione legum. c. fina. num. 45. verſ. Nam ſecundum. Alexand. Ambroſin. de Immunitat. & libert. eccleſ. c. 4. nu. 4. Vbi quod depopulatores agrorum ſunt qui ſegetes in agris depredantur fructus, & vineas vaſtāt, & latius Marius Italia de immunitate eccleſiarum. lib. primo cap. 6. §. ſecundo.

160 In quo autem differat agrorum nocturnus depopulator, à publico latrone. Dic, quod depopulator clandeſtine furatur, & clandeſtinè moratur in loco in quo furatur. Latro vero publicus palam & publice furatur, ſecundum Abba. in c. inter alia. nu. 6. de immunitate eccleſiarum. Angelic. poſt Innocen. quem allegat in ſumma in verbo *immunitas*. n. 17. verſ. Et differt iſtud genus à primo. Roſella in verbo *emunitas*. il 2. in princip. verſic. & differt à publico. Villagut. de extenſione legum. cap. fina. numer. 45. verſ. Nocturnus vero. Alexand. Ambroſin. de immunitat. & libertat. eccleſ. cap. 4. num. 3. Quicquid ſecus ſenſerit Decian. in tracta. criminal. lib. 6. cap. 28. num. 3. ea ratione motus quia non ſit verum quod latro publicè depredetur, cum hoc repugnet etymologiæ latronum, qui à latendo dicti ſunt, Ratio enim Deciani non eſt bona, quia quic-

quicquid ſit de ſimplici Latrone, non tamen ſic eſt in publico Latrone. Non enim dicitur Latro publicus, niſi publice & palam deprædetur, vt dixi ſupra. num. 150. Et ſic remanet firma differentia inter publicum Latronem, & nocturnum agrorum depopulatorem, per prællegatos Doctores communiter recepta.

161 LIMITA propoſitum Regulam, vt procedat prout loquitur in nocturno agrorum depopulatore. Sic enim in nocturno depopulatore loquuntur iura & omnes Doctores allegati infra nu. Ergo ſecus videtur in diurno. & eſt ratio, quia vt dicunt prædicti Doctores, diurnus Latro, & depopulator non poteſt ſine peccato occidi, niſi ſe telo defendat. Addo, & Goffred. in ſumma rubr. de immunitat. eccleſiar. num. 10. verſic. quod tamen intelligo ſi fuerit nocturnus. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 3. verſic. & quod populator agrorum. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo eccleſia. concluſ. 11. ſub num. 1. Alex. Ambroſin. de immunitate, & libertate eccleſ. cap. 4. nu. 1. vbi ponderat verbum *Nocturni* poſitum in c. inter alia. de immunitate eccleſiæ, quaſi quod ſecus ſit in diurno. & num. 5. verſic. Et ob id. vbi propterea ſecus dixit eſſe vigore Conſtitutionis Gregorij xiiij. in qua illud verbum *Nocturni* ademptum eſt, & ſic voluerit illam procedere etiam in diurno agrorum depopulatore.

ARGVMENTVM.

Graſſator viarum, immunitate eccleſiæ non gaudet. & quis in propoſito dicatur viarum graſſator.

SVMMARIVM.

Viarum graſſator ad eccleſiam confugiens, illius immunitate non gaudet. num. 162.
Graſſator viarum, quis dicatur. num. 163.
Graſſator viarum, in quo differat à publico Latrone. num. 164.
Graſſator viarum dicitur is, qui graſſatur in vijs publicis & frequentatis, aliter ſecus. num. 165. Licet contra. num. 166.

CAPVT XII.

162 REGVLA ſit, quod viarum Graſſator ad eccleſiam confugiens, illius immunitate non gaudet. tex. eſt in c. inter alia. extra de immunit. eccleſiarum. in illis verbis, *Qui dum itinere frequentata, vel publicas ſtratas obſidet, aggreſſionis inſidijs ab eccleſia extrahi poteſt.* Hæc enim verba licet videantur relatiua ad publicum Latronem, vel nocturnum agrorum depopulatorem, prout ibidem adnotarunt. Innoc. col. 2. in verbo *Qui*. & ibi etiam Hoſtien. poſt num. 3. in verbo *Impunitate*. Ioan. Andr. num. 6. in verbo *Inſidijs*. Anton. de Butr. num. 8. Cardin. Zabarell. colum. fin. num. 4. ante fin. verſic. Octauo quæro. Magis tamen proprie ni fallor referri videntur ad viarum graſſatorem, qui vt mox dicam ille proprie dicitur, qui homines in via aggreditur. Boer. deciſ. 109. num. 3. verſic. Fallit primo in inſidiatoribus itinerum. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 2. verſic. Aduertendum tamen. & verſic. ſeq. Nauarr. in Manual. confeſſar. cap. 25. num. 20. verſic. Non item gaudet viarum Graſſator. Decian. conſ. 80. num. 2. lib. 3. Dixi, & alios retuli ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 50. Quibus adde Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum immunitate. lib. 3. cap. 16. num. 56. Concordant expreſſa verba Conſtitutionis Gregorij xiiij. qui poſtquam ab immunitate excepit publicos Latrones, ſubſequitur per hæc præciſa verba. *Viarumque Graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac Viatores ex inſidijs aggrediuntur*. & ſic verba tex. in d. c. inter alia. *Qui dum itinera, &c.* expreſſe refert ad Graſſatores viarum.

163 Quis autem dicatur Graſſator viarum. Vide gloſſ. in l. capitalium. §. Graſſatores. in verbo *Graſſatores*. ff. de pœnis. vbi Graſſatores exponit, ideſt ad malum nitentes. Vnde Grator ideſt, nitor ad malum. Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 28. num. 2. verſic. Secundo Latrones dicuntur. vbi quod vere, & proprie viarum Graſſatores nuncupantur Latrones illi qui vias obſideut vt viatores deprædentur. ex Grammat. in locis per eum relatis. Alexan. Ambroſin. de immunitat. & libertat. eccleſ. cap. 3. per totum in diſcurſu, & præſertim. num. 2. vbi dixit Graſſatores eſſe eos, qui vias obſident, vt ſpolient, & renitentes occidant. Dicunturq; Gaſſatores à verbo *Gradior gradieris*, quaſi quod cum impetu gradiantur, vt per Decian. in tracta. crimin. lib. 9. rubr. de Latronibus, & Piratis. num. 7. & ſic graſſari dicuntur Latrones viam obſidentes. *Gradi* ſiquidem ambulare eſt. Vnde graſſari dictum ab impetu gradiendi. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 1. per totum in diſcurſu. Vide in tract. de Furtis, vbi iterum dixi.

164 AMPLIANDO propoſitam regulam ſcire oportet, in quo differat viarum Graſſator à publico Latrone. Publicus Latro ad hoc vt quis dicatur, tequiritur vt ſit ſolitus & frequenter homines deprædetur, & ideo non ſufficit quod ſemel, aut bis aliquem ſpoliauerit, aut furatus fuerit. ex allegatis per Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 2. verſic. Atque ideo. poſt Ang. & alios quos allegat. Alexand. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. cap. 2. num. 3. & 4. & cap. 3. num. 5. & 6. Vbi idem de graſſatore viarum, quod non ſufficit, vt immunitate eccleſiæ priuetur, eum ſemel graſſatum fuiſſe.

165 LIMITA eandem regulam, quod ad hoc vt quis Graſſator viarum dicatur, requiritur vt graſſetur in vijs publicis, & frequentatis. aliter ſecus. tex. in c. inter alia. verſic. Et hoc verum. extra de immunitate eccleſiarum. in illius verbis, qui dum itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſidet. extra de immunit. eccleſ. & in l. 1. C. quando lic. vnic. ſin. iud. ſibi ius dicere. in illis verbis, aut itinere frequentata inſidijs aggreſſionis obſederit. Alexan. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. c. 3. num. 5. poſt Oldrad. & Decian. in locis per eum relatis. ea motus ratione, quia ſcilicet non ita atrox videatur delictum obſidere vias non frequentatas, quam frequentatas. & amplius ſubdit, quod idem aperte declarat Conſtitutio Gregorij xiiij. dum eos dicit graſſatores qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident.

166 Quamuis contrarium, quod viarum Graſſator ad effectum præmiſſum dicatur non ſolum is, qui in publicis, & frequentatis ſtratis aggreditur, & furatur, ſed etiam qui alibi hæc committit, dummodo per inſidias videatur de mente Innocentij in c. inter alia, colum. 2. in verbo, qui de immunitate eccleſiarum, & ibi Hoſtien. num. 4. in verbo impunitate, ex Ioan. Andr. num. 6. in verbo *Inſidijs*.

ARGVMENTVM.

Hæreticus non gaudet immunitate eccleſiæ, & quando hoc verum ſit.

SVMMARIVM.

Hæreticus ad eccleſiam confugiens, illius immunitate non gaudet. num. 167. & 168.

Apoſtata fidei confugiens ad eccleſiam, illius immunitate non gaudet. num. 169.

Hæreticus confugiens ad eccleſiam, nunquid illius immunitate gaudeat pro alijs delictis. num. 170. & ſeqq.

Blaſphemus, & blaſphemare ſolitus confugiens ad eccleſiam, illius immunitate gaudere non debet. nu. 173. contra. num. 174. niſi blaſphemia fuerit hæreticalis. num. 175.

Simoniacus confugiens ad eccleſiam, illius immunitate gaudet. num. 177. Licet alij contra. nu. 176.

Hæreticus ſi ab eccleſia extrahatur, illius cauſa non niſi ab eccleſiaſtico iudice cognoſci poteſt. nu. 178.

CAPVT XIII.

167 REGVLA ſit, quod Hæreticus ad eccleſiam confugiens, illius immunitate non gaudet. ſecundum Azon. in ſumma. C. de his, qui ad eccleſ. confugiunt. num. 2. verſ. ſi hæretici. Gundiſalu. in tracta. de hæreticis. q. 11. num. 15. Marſil. in l. ex ſenat. conſul. in fine. n. 11. ff. de ſicarijs. Ioan. Royas ſing. 93. Boer. deciſ. 110. num. 6. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 26. num. 4. Nauarr. in Manual. confeſſar. c. 25. nu. 20. dixi hac de re iterum, ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 68. vbi alios plures retuli concordantes. Quibus addo Petr. Gregor. ſyntag. iuris, lib. 33. cap. 22. num. 1. Decian. in tracta. crimin. lib. 5. cap. 40. num. 7. Alex. Ambroſin. in tractat. de immunit. & libertat. eccleſ. cap. 8. num. 1. & ſeqq. vbi huius concluſionis duas affert rationes. Primò, quia hæreticus in ipſam eccleſiam delinquere dicitur, & ideo magis delinquit, quam qui aliud delictum in eccleſia committit. Secundò, quia hæretici dici poſſunt proditores Dei, ergo eo minus gaudere debent immunitate eccleſiæ, cum ea nec etiam gaudeant Proditores hominum. Et ex Conſtitutione Gregorij xiiij. Hæreſis crimen expreſſe inter exceptos caſus numeratur.

168 Nec dicatur, prout quandoq; dici audiui, ſuperfluã fuiſſe Gregorij conſtitutionem in excipiẽdo ab eccleſiæ immunitate crimen hæreſis, cum certum ſit tam de iure canonico quam vigore eiuſdem Conſtitutionis, huiuſmodi criminis cognitionem nullatenus pertinere ad ſeculares Principes, nedum quod eos poſſint extrahere ab eccleſia. nam quod prudenter fecerit Sanctiſs. ille Pontifex exprimendo hæreſis crimen inter caſus exceptos, duplici ratione aperte probatur. Primò, quia de huiuſmodi crimine an ſcilicet immunitate eccleſiæ gaudeat, tractarunt etiam plures alij Doctores per me relatis in quæſt. 28. num. 68. Secundò, quia licet certum ſit, ſeculares Principes & iudices non poſſe ſe in crimine hæreſis intromittere, & multo minus illos extrahere ab ea eccleſia; attamen quo ad iudicem eccleſiaſticum nunquid confugientes ad eccleſiam & clericos præſertim, poſſit ab ea extrahere, ſatis apud Doctores controuerſum eſt, ex relatis per me d. quæſt. 28. num. 7. & dixi ſupra num. 32. & ſeq. vbi probatum fuit eccleſiaſticum iudicem nec etiam habere poteſtatem extrahendi fugientes ad eccleſiam. & ideo merito prudentiſſimus ille Pontifex voluit excipere ab eccleſiæ immunitate crimen hæreſis, vt ſcirent eccleſiaſtici iudices eos immunitate non gaudere. & ſic aperte docere voluit eius mentem fuiſſe, loqui in hoc caſu non ſolum de iudicibus ſecularibus, ſed etiam de eccleſiaſticis.

169 AMPLIA, & multo magis in apoſtata fidei, qui propterea ſi ad eccleſiam confugiat inuitus inde extrahi poteſt. & eſt ratio, quia huiuſmodi apoſtatæ pro hæreticis habendi ſunt, ac de eis ſicut de cæteris hæreticis agendum eſt. vt per Gundiſalu. in tractat. de hæreticis. quæſt. 20. nu. 2. Simanca cathol. inſti. tit. 7. num. 4. & 5. Pegna ad Eymeric. in director. par. 2. quæſt. 49. commentar. 74. lib. 6. cum alijs per me ſuo loco allegatis in tracta. de hæreticis. & in ſpecie in hac eccleſiarum immu-

immunitatis materia quod illa non gaudeant, ſicut nec gaudent hæretici, voluerunt. Boer. deciſ. 110. num. 6. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 26. nu. 13. vbi tamen declarat hoc procedere in apoſtata fidei, ſecus in apoſtata religionis. qui propterea erit tutus in eccleſia, præter quā in eo monaſterio, ſeu religione à qua apoſtatauit. dixi ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 68. quibus addo. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 3. §. 1. num. 17. verſic. ex his ergo apparet. vbi pariter declarando ampliationem, non habere locum in apoſtata à religione, ex Rebuff. in loco per eum relato teſtatur, quēdam apoſtatam à religione fuiſſe reſtitutum eccleſiæ, ex qua fuerat extractus. & hæc ampliatio eſt indubitata. cum enim certum ſit, fidei apoſtatam vt ſupra dixi non ſolum eſſe hæreticum; ſed etiam pluſquam hæreticum: hoc ideò negari non poteſt quin inter caſus exceptos à Bulla Gregorij xiiij. ſit expreſſe comprehenſus.

170 LIMITA I. pro alijs criminibus per hæreticum commiſsis, pro quibus ſi ad eccleſiam confugiat, illius immunitate gaudet. Silueſtrin. in ſumma, in verbo *Immunitas*. il terzo. num. 2. verſic. & idem puto de hæretico.

171 Contra, quod hæreticus poſsit capi in eccleſia etiam pro alijs delictis, voluit Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 26. num. 4. poſt Boer. Marſil. Gundiſalu. Gigantem, & Couarr. in locis ibi per eum relatis.

172 In hac contrarietate, vide Alexan. Ambroſin. de immunitat. & libertat. eccleſ. cap. 8. num. 9. verſic. ego credo. vbi poſt Decian. quem allegat in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. (voluit dicere, cap. 26.) num. 6. in fine, dixit, quod ſi hæreticus pro hæreſi non fuit punitus poterit extrahi ab eccleſia, & puniri tam de hæreſi, quàm de alijs poſtea patratis delictis. Si vero fuit punitus de hæreſi, & pœnitentia ſibi iniuncta, adimpleta, fuerit eccleſiæ reconciliatus, gaudebit pro alijs delictis eiuſdem eccleſiæ immunitate, cum vere amplius dici non poſsit hæreticus. Verum hic (ni fallor) magna latet æquiuocatio. Aut enim hæreticus per pœnitentiam & abſolutionem, eccleſiæ reconciliatus eſt, & tunc Miniſtri ſancti Officij, vel Epiſcopi, ad quos duntaxat huiuſmodi iudicium pertinet, ratione aliorum delictorum, licet atrocium, minime procedunt, ac proinde extractioni locus non exiſtit. Aut vero eccleſiæ reconciliatus non eſt, & adhuc contra eum vigent indicia, tunc ijdem Miniſtri liberè illum ab eccleſia extrahunt, ac re cognita, proceſſuq; per ſententiam, eiuſq; executionem perfecto, reum, niſi alioqui brachio ſeculari tradendus ſit, vel libertate donant, vel eccleſiæ à qua fuit extractus, reſtituunt, nec ſuper alijs delictis, quomodolibet qualificatis inquirunt, minuſq; ob illam eundem reum iudici ſeculari conſignant. quandoquidem Sacrum illud tribunal, non niſi in caſibus hæreſim, vel eius ſuſpicionem concernentibus procedit, nec reum a ſe captum, quantumuis de alijs criminibus diffamatum, vel indiciatum, alteri iudici conſignare conſueuit. Quod ſi illum alibi detentum, ac de rebus ad Sanctum Officium ſpectantibus indiciatum acceerſiuerit, eum primum eidem Sancto Officio ſatisfactum eſt, curiæ, à qua eum recepit, omni cunctatione ſublata reſtituit. Re autem hoc modo ſe habente, Ambroſini diſtinctionem ſuſtineri non poſſe manifeſtum eſt.

173 LIMITA II. in blaſphemo, & blaſphemari ſolito, qui ad eccleſiam confugiens, quod illius immunitate gaudere non debeat, licet voluerint addentes ad Oldrad. conſ. 154. in noua additione. Boer. deciſ. 110. num. 1. & ſeqq. vbi pluribus hæc ſententia comprobatur. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 26. num. 6. vbi declarat hoc procedere quando tractaretur de puniendo delicto blaſphemiæ, ſecus quando quis pro blaſphemia condemnatus, & punitus pro alijs delictis, ad eccleſiam confugeret. Baiard. ad Clar. quæſt. 30. num. 15. dixi ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 67. Quibus addo Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 11. num. 51. vbi refert Boer. vbi ſupra allegatum.

174 Contra tamen quod blaſphemus ad eccleſiam confugiens, gaudeat illius immunitate, voluit Nauarr. in manual. confeſſar. cap. 25. num. 20. verſ. quod noſtro iudicio non probatur. vbi propterea reprobat Boer. & Remig. contrarium tenentes in locis ibi per eum relatis. nec diſſentit Alexand. Ambroſin. de immunit. & liber. eccleſiar. cap. 8. num. 10. & ſeqq.

175 Bene verum eſt, quod ſi blaſphemia eſt hæreticalis, tunc iſte blaſphemus immunitate eccleſiæ non gaudebit non quia blaſphemus, ſed quia hæreticus. vt bene aduertit Nauar. in manual. confeſſarior. cap. 25. nu. 20. in princip. & voluit Alexan. Ambroſin. vbi ſupra d. cap. 8. num. 10. verſ. Putarem tamen ego. Sed quicquid memorati Doctores circa hoc ſcripſerint, aduertas, non ſolum blaſphemum hæreticalem, ſed etiam quemcumq; alium de hæreſi quouis modo ſuſpectum, ſi ad eccleſiam confugiat, ab ea à miniſtris ſancti Officij indifferenter extrahi. & ratio eſt, quia cum error hæreſis conſiſtat in intellectu, qui niſi per ipſiuſmet rei confeſſionem declarari, aut palam fieri non poteſt, formalitasq; hæreſis ab hoc dependeat, vtique pro fidei orthodoxæ conſeruatione, & maiori totius Reipublicæ Chriſtianæ bono, ne peſtifera hæc lues in animarum perniciem latenter ſerpat, ſi rei huiuſmodi ad eccleſiam confugiant, ab ea extrahendi, ac examini ſubijciendi ſunt, iuxtaq; intentionis declarationem, ad abiurationis gradum, ſuſpicioni ex propoſitionibus prolatis, vel aliàs quomodolibet per eos contractæ congruentem admittuntur. Et ita ex antiquiſsimo illius Sacri Tribunalis ſtylo ſemper ſeruatum eſt, & ſeruatur in præ-

præſens, nec datur caſus, in quo quis tanquam hæreticus formalis condemnetur, niſi errorem fateatur; poterit quidem condemnari, vt negatiuus, ſi concurrant requiſita neceſſaria, de quibus Rota deciſ. 1. de hæret. in antiq. & latiſſime tradidi in meo tractatu de hæreſi. q. 178. num. 22.

176 LIMITA III. in ſimoniaco, qui quod eccleſiæ immunitate gaudere non debeat, licet dixerit Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 26. nu. 5. eam reddens rationem, quia ſcilicet ſimoniaci æquiparantur hæreticis, iuribus ibi per eum allegatis. & num. 6. in fine, vbi declarat hoc procedere quando ſimonia non punitus ſimoniæ pœnam vt euitaret in eccleſiam confugiſſet, ſecus ſi pro ſimonia punitus, & condemnatus confugeret in eccleſiam pro alijs delictis.

177 Verius tamen eſt, quod indiſtinctè ſimoniacus ad eccleſiam confugiens, illius immunitate gaudeat, quia licet hæretico æquipararetur, non tamen proprie eſt hæreticus, niſi credat licitum eſſe ſpiritualia emere, & vendere, & ſic ſimoniam committere. ex allegatis per me, in tracta. de hæreſi. quæſt. 68. num. 28. & 29. & ideo verius puto, cum ſimoniæ crimen non ſit exceptum in Conſtitutione Gregorij xiiij. qui illud commiſit etiam tutum eſſe in eccleſia.

178 LIMITA IIII. Quia licet hæreticus ad eccleſiam confugiens, extrahi poſsit inuitus ab ea: illius tamen cauſa cognoſci non poterit niſi à iudice eccleſiaſtico. Tum quia hæreſis crimen mere eccleſiaſticum eſt, prout late dixi in tractat. de hæreſi, tum etiam, quia ſic expreſſe ſtatuitur in eadem Gregorij xiiij. Conſtitutione in illis verbis *De crimine vero hæreſis cognitio ad fauorem eccleſiaſticum tota pertineat, neque in ea curia ſecularis ſe quoquo modo intromittat.* forum

ARGVMENTVM.

Reus criminis læſæ maieſtatis, An, & quando ad eccleſiam confugiens, illius immunitate gaudeat.

SVMMARIVM.

Reus læſæ maieſtatis ad eccleſiam confugiens, de iure communi illius immunitate non gaudet. num. 179. contra. num. 180. ſed vigore Conſtitutionis Gregorianæ non gaudet ſi in perſonam Principis aliquid machinatus fuerit. Secus ſi non in Principis perſonam. num. 181. & ſeq. & quid de offendentibus perſonam Reginæ, vel filios Regis. num. 183.

Offendentes Cardinalem, vel Epiſcopum, violentas manus in eos inijciendo, obſidendo, vel inſequendo, ſi ad eccleſiam confugiunt immunitate non gaudent de iure communi. 184. Quid vigore Bullæ Gregorianæ. num. 185.

Læſæ maieſtatis crimen in perſonam Principis non reuelantes, ſi ad eccleſiam confugiant, illius immunitate non gaudeant. nu. 186.

Rei læſæ maieſtatis in perſonam Principum inferiorum ſuperiorem recognoſcentium, ſi ad eccleſiam confugiant, illius immunitate gaudent. num. 187. & ſeq. vbi in propoſito quis dicatur Princeps ſuperior.

Princeps quis dicatur, & quis veniat ſub nomine Principis. num. 189.

Rei læſæ maieſtatis contra Statum Principis, ſi ad eccleſiam confugiant, illius immunitate gaudere debent. num. 190.

Reus læſæ maieſtatis non dicitur is, qui offendit Principem cui ſubditus non eſt, num. 191.

Offendens conſiliarios Principis, confugientes ad eccleſiam, illius immunitate gaudere debent. num. 192.

CAPVT XIV.

179 REGVLA ſit, quod licet circumſcripta Bulla Gregorij xiiij. Controuerſia ſit inter Doctores. Nunquid reus criminis læſæ maieſtatis ad eccleſiam confugiens, illius immunitate non gaudet, cum quod gaudere non debeat ſaltim de conſuetudine, ſcriptum reliquerunt Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 28. num. 23. Vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, ita teſtatur in practica ſeruari. Gig. Boſſ. & Clar. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 72. Azeued. in conſtitut. Hiſpaniarum. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 9. ante med. verſic. Neque obſtat. vbi loquitur in terminis ſuæ Regiæ conſtitutionis. Alexan. Ambroſin. de immunitat. & libertat. eccleſiar. cap. 9. num. 1. & 2.

180 Contrarium quod de iure communi reus læſæ maieſtatis humanæ gaudere debeat immunitate eccleſiæ ſi ad eam confugerit, voluit Ioan. Guttier. practicar. quæſt. lib. 4. quæſt. 4. num. 3. iuncto nu. 9. & 17. Vbi reprobat Boſſ. & clarum dicentes in practica contrarium ſeruari. Villagut. de extenſione legum cap. fina. num. 5. ante finem, verſic. Idem docuit Aegid. Vbi de communi poſt Bonacoſſ. in loco per eum relato.

181 Hodie tamen hæc controuerſia eſt ſublata per conſtitutionem Gregorij xiiij. qua ſtatutũ eſt reum læſæ maieſtatis tunc demum eccleſiæ immunitate gaudere debere ſi in perſonam Principis aliquid machinatus fuerit, ergo ſecus ſi non in Principis perſonam. vt per Alex. Ambroſin. de immunitate & libertate eccleſ. c. 9. num. 2. verſ. ſed cum Bulla. & Mar. Ital. de immunitate eccleſ. lib. 1. cap. 5. S. 7. in princ. & num. 1. & num. 11. in fin. & num. 31.

182 Et licet læſæ maieſtatis crimen in perſonam Principis raro contingere dicatur, non tamen per hoc ſanctiſſimus ille Pontifex argui poteſt, vt ſæpe aliquos ſic redarguentes audiui, quod caſum pa-

rum

rum Reipublicæ vtilem, & perrarò contingentem, exceperit, contra l. Nam ad ea. ff. de legib. Vtinam enim, ſi non in Italia extra Italiam caſus iſte non ſemel, ſed iterum accidiſſet. Beneque propterea, & non parum vtiliter Pontifex ille fecit vbique locorum condendo legem generalem in caſu ſic horrendo, eccleſiæ immunitatem reis prohibere. tex. enim in d. l. nam ad ea. vt ibidem adnotauit gloſ. fina. declaranda eſt, vt procedat in caſibus per raro contingentibus. *Quaſi numquam contingentibus & miraculoſe*. Non autem in offendentibus perſonam Principis, quod vt dixi non ſic raro contigiſſe vidimus.

183 Prout nec etiam idem Pontifex redargui poteſt, quod inter caſus exceptos, læſæ Maieſtatis reorum, non etiam incluſerit offendentes perſonam Reginæ, vel Regis filios, cum & hæc in primo læſæ maieſtatis capite contineantur. Sic enim dicentes intendunt Pontifici legem imponere, vt illos excipiat caſus, quos ipſi excipiendos putarunt, non conſiderantes quod licèt & Reginam, & filios Regis offendentes, ſub primo læſæ Maieſtatis capite contineantur, non tamen ſic graue crimen eſt, prout eſt offendere Principiſmet perſonam, & quod etſi caſus iſte in conſtitutione non ſit exceptus, non tamen abreuiata eſt manus Pontificis, quin poſſit extrahen di licentiam dare; ad ea quæ dicam infra nu. 346. Sed veritas eſt, quod ſic Pontificem redarguentes vellent hoc ſibi licere, abſque Pontificis conſenſu & permiſſione.

184 AMPLIA I. propoſitam Regulam, vt procedat in offendentibus perſonas Cardinalium, vel Epiſcoporum, in eos violentas manus iniiciendo, obſidendo, vel inſequendo, qui ad eccleſiam confugientes, illius immunitate non gaudent ſecundum Mar. Ital. de immunitat. eccleſ. lib. 1. c. 5. in initio. num. mihi 16. verſ. ſed præter hæc. & verſic. ſeq. & d. c. 5. §. 7. num. 21. & ſeq. Vbi probat Epiſcopos & Cardinales Principes reputari. & eod. c. 5. §. 12. per tot. Vbi pluribus rationibus hanc ampliationem comprobare nititur, eam declarãdo quo ad Epiſcopos, vt intelligatur pro eis tantum qui conſecrati fuerunt, non autem de alijs electis & nondum conſecratis. & inter alias rationes ea præſertim vti videtur quia ſicut ſupra Cardinalem offendens læſæ maieſtatis crimen committere dicitur, & illius pœna tenetur. c. felicis de pœnis. in 6. Adde tu quo ad Epiſcopos, licet illos offendens de iure communi non teneatur forſan pœna contenta in d. c. felicis ex allegatis per me ſupra in tit. de crimine læſæ maieſtatis. quæſt. 112. num. 131. eſt tamen atrociſſimum crimen, & grauiſſimis pœnis coercendum vt in Clementin. ſi quis ſuadente. de pœnis. & vigore Bullæ in Cœna Domini lectæ, etiam Epiſcopos offendentes puniuntur pœna d. c. felicis, & ſic criminis læſæ maieſtatis. vt per Nauar. manual. confeſſarior. cap. 27. num. 67. In ſecunda declaratione.

185 Et quidem hæc ampliatio rectè procedere poteſt de iure communi, retenta tamen opinione eorum qui committentibus crimen læſæ maieſtatis eccleſiæ immunitatem denegant. de quibus dixi ſupra num. 180. Verum an idem ſit vigore conſtitutionis Gregorij xiiij. dubitandum videtur. quia eadem conſtitutio videtur reſtricta ad eos qui fuerint rei læſæ maieſtatis *in perſonam ipſiuſmet Principis*, offendentes autem Cardinales ſeu Epiſcopos non dicũtur offendere perſonam Pontificis. & licet Epiſcopi & Cardinales poſſint Principes nuncupari, non tamen proprie Principes ſunt. illi præſertim qui ſuperiorem non habent, & de quibus propriè conſtitutio loquitur prout dicam infra n. 188. Et in ſpecie adnertit. idem Mar. Ital. cap. 5. §. 7. nu. 29. & 30. Bene verum crederem quod in contingenti caſu, quem Deus auertat, teneatur Epiſcopus ſeu paſtor eccleſiæ hunc ſic ad eccleſiam confugientem benè cuſtodire, & Papã illico certiorare, & de eius licentia extrahere. iuxta ea quæ dicam infra numer. 346. & ſi aliter faceret male faceret, & ni fallor reprehenſione & punitione dignus eſſet.

186 AMPLIA II. Vt eccleſiæ immunitate gaudere non debeant non ſolum rei læſæ maieſtatis Principales in perſonam ipſiuſmet Principis prout loquitur conſtitutio Gregorij xiiij. ſed etiam ſcientes machinationem contra Principis perſonã factam, & illam non reuelantes, vt in terminis declarat Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 7. num. 52. ea motus ratione quia ſcilicet ſcientes, & non reuelantes machinationem contra Principem ſuum, pœna criminis læſæ maieſtatis tenentur. ex Gabriel Clar. & alijs pluribus ibi per eum allegatis. quibus adde, & vide quæ dixi ſupra in tit. de indit. & tortur. quæſt. 51. num. 71. & ſeqq.

187 LIMITA I. Eandem regulam procedere in reis læſæ Maieſtatis in perſonam Principum ſuperiorum, alium ſuperiorem non recognoſcentium, legiſque condendæ poteſtatem habentium, prout eſt ſummus Pontifex, Imperator, & Rex, quos eccleſiarum immunitate minime gaudere dubitandum non eſt, prout in ſpecie adnotauit Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 7. nu. 11. & ſeqq. & nu. 23. & ſeqq. Secus in offendentibus perſonam alicuius alterius Principis inferioris, ſuperiorem recognoſcentis, qui propterea Principes non dicuntur, & propterea ad eccleſiam confugientes illius immunitate gaudere debent, vt plene per eundem Ital. d. c. 6. §. 7. num. 29. & ſeqq. & num. 36. verſ. Hoc autem. vbi ampliat etiam, quod licet iſte inferior Princeps Principatus titulo ſit inſignitus, non per hoc vere Princeps dicitur, ſed dicitur Princeps minoris potentiæ. vt ibi per eum. & num. 38. & ſeqq. pariter ampliat in perſona Proregis, qui ad effectũ de quo agitur ſi offendatur offendens vigore conſtitutionis prædictæ eccleſiæ immunitate non erit priuatus. & idem dicit in Duce Mediolani.

188 Bene verum eſt quod in propoſito ſuperior Princeps etiam dicetur ille in quo ſupremus Princeps

omnem quam habebant tranſtulerunt poteſtatem. qui cum loco Principis habendi ſint, & in eos proprie committatur crimen læſæ maieſtatis, icc irco offendentes eorum perſonas, ſi ad eccleſiam confugiant illius immunitate non gaudet, vt per eandem Italiam. d.c.6.§.7. nu.18.& ſeqq. Vbi ponit exemplum in Duce Florentiæ, Republica Venetiarum, Ianuæ, Magno Magiſtro equitum Hieroſolymitarum. & num.33.& ſeqq. Vbi ponit exemplum in Duce Sabaudiæ. Nec diſſentit Alex. Ambroſin. de immunit.& libert. Eccleſ.c.9.nu.5. Et vide quæ dixi in tit. de crimine læſæ maieſtatis. quæſt.112. numer.176. & ſeqq. Vbi late explicaui an & quando crimen læſæ maieſtatis committi dicatur contra Principes inferiores.

189 Princeps autem quis dicatur, & quotuplex ſit Princeps, & quinam veniant ſub nomine Principis vide Ital. de immunitate eccleſ. lib.1.c.5.§.7. n.11. & ſeqq. pluribus vbi late.

190. LIMITA II. vt eadem Gregorij conſtit. excipiens ab immunitate eccleſiarum reos læſæ maieſtatis in perſona ipſiuſmet Principis, non extenditur ad delinquentes contra ſtatum Principis. Differunt enim hæc inter ſe, delinquere in perſonam Principis, & delinquere contra illius ſtatum. & in d. conſtitutione ſunt poſita tãquam diuerſa; licet forſan quo ad pœnam non ſit diuerſa, ſecundum Mar. Ital. in tracta. de immun. eccleſ. l.1.c.5.§.7. nu. 45. & ſeqq.

191 LIMITA III. vt eadem Regula non procedat quando læſæ maieſtatis crimen in perſonam Principis, committitur ab eo qui illi ſubditus non eſt ratione originis, vel domicilij. Cum enim tunc proprie læſæ maieſtatis crimen committere non dicatur, vt late dixi ſupra in tit. de crimine læſæ maieſtatis. q.112. num. 240. & ſeqq. Hoc ideo ſi ad eccleſiam confugiat, illius immunitate gaudere debet, nec ad illum extenditur conſtitutio Gregorij xiiij. vt per Alex. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. c. 9. num.6. & per Mar. Ital. in eod. tracta. lib.1.c.5.§.7. num.48. & ſeqq.

192 LIMITA IIII. In offendendo conſiliarios Principis. licet enim vt ſuo loco dixi; ſic Principis conſiliarios offendens crim. læſæ maieſtatis committat; non tamen per hoc ſi ad eccleſiam confugiat, illius immunitate priuabitur vigore conſtitutionis Gregorij xiiij. quæ vt ſupra ſæpius dixi, non loquitur niſi de reis læſę maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis. & in ſpecie voluit Alexander Ambroſin. de immunitate & libertate eccleſiarum. cap. 9. num. 7.

ARGVMENTVM.

Fugiens fracto carcere an gaudeat immunitatę eccleſiæ.

SVMMARIVM.

Frangens Carceres ſi ad Eccleſiam confugiat, illius immunitate gaudere debet. num. 193.

Fugiens Curiam eum inſequentem, ſi ad eccleſiam confugiat, illius immunitate gaudere debet. num. 194. licet alij contra. nu. 195.

Captus à Birruarijs, & ab illis ſe eximens, ſi ad Eccleſiam confugiat, illius immunitate gaudere debet. num. 196.

Condemnatus ſi ad patibulum ducatur, & fugiens ſe retraxerit in eccleſia, illius immunitate gaudet. numer. 197.

Carceratus à custode relaxatus ſub fide, & iuramento de redeundo, ſi non rediens ad Eccleſiam confugerit illius immunitate gaudere debet. num. 198. Declara ſi carceratio fuit iniuſta, ſecus ſi iuſta. num. 199. contra declarationem. num. 200.

Captus à Birruarijs extra eccleſiam ſi poſtea ad carceres ducitur per eccleſiam, illius immunitate gaudere non debet. num. 201. contra. num. 202. diſtingue. vt num. 203.

Carceratus pro crimine excepto, ſi carceres frãgens ad eccleſiam confugiat, illius immunitate gaudere non debet. num. 204.

CAPVT XIV.

193 REGVLA ſit, quod frangens carceres, & inde ad eccleſiam confugiens, illius immunitate gaudet, & inde inuitus extrahi non poteſt. Boer. deciſ. 110. num. 8. & 9. vbi licet multa in contrarium adducat, ita tamen apud eum iudicatum fuiſſe teſtatur. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 28. Vbi in hac ſententia reſidere videtur, licet contrariam tacitè ſentiat communem, ex Caſſan. in loco per eum relato. Nauar. in manual. confeſſar. c. 25. num.19. verſic. Et etiam qui violato carcere confugit. Alberic. Henric. Boyc. Præpoſ. Aufrer. & Couarr. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num.43. quibus addo Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum immunitate. lib. 3. c. 16. nu. 77. Franciſc. Suarez. de ſtat. Religionis. lib. 3. c. 11. num. 18. & 19. vbi proponit contrarias rationes, & illis reſpondet. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concl. 10. num.30. Villagut de extenſione legum. c. fina. num. 41. Alexan. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. cap. 16. num. 11. Et ab iſta concluſione, quæ vt vides communiter recepta eſt; in conſulendo & iudicando non recedas, quamuis contrarium ſcripſerit Petr. Gregor. ſyntagm. iuris. lib. 33. cap. 22. num. 2. verſic. Non effractores carcerum.

194 AMPLIA I. In eo, qui à inſecutus fugiens, in eccleſiã ſe retraxit. Is enim nõ poteſt inuitus extrahi. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 38. nu. 31. verſic. attamen contraria opinio. vbi alijs relatis

con-

* concordantibus, & reprobatis contrarium tenentibus, hanc ſententiam veriorem, communem, & in practica obſeruatam dixit Nauar. in manual. confeſſar. c. 25. num. 19. verſic. & à fortiori. Rodoric. Suarez. in ſua declaratione ad l. 11. foro legũ lib. 3. num. 3. vbi teſtatur de veriori & practicata opinione. Bal. Roman. Alex. Iaſ. Henric. Boic. Caſſan. Ioan. Lup. Igneum Couar. Gigan. Boſſ. Remig. & Clar. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. q. 21. n. 41. vbi relatis, & * reprobatis contrariũ tenentibus, hanc veriorẽ communiorem, & practicatam ſententiam teſtatus fui. Quibus addo Ioan. Guttier. practicar. quæſt. ciuil. lib. 3. quæſt. 6. num. 6. vbi alijs relatis hanc ſententiam veriorem magis communẽ, & ſeruatam teſtatur. Anaſtaſ. Germon. de Sacror. immunitate lib. 2. c. 16. n. 75. Azeued. in cõſt. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. n. 1. & ſeqq. vbi pluribus hanc probat ſententiam, proponit contraria, & illis reſpondet. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *Eccleſia*, concl. 10. num. 29. Alex. Ambroſin. de immunit. eccleſiar. c. 10. num. 13. verſic. Nec non deliquens. Villagut. de extenſion. legum. c. final. nu. 39. vbi loquitur etiam in exceptis (ſed hoc vltimum eſt falſum, vt infra dicam) Mar. Ital. de immunitat. eccleſiar. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 62. & ſeqq. vbi pluribus hanc probat ſententiam, proponit contrarium tenentes, illos repellit, & eorum rationibus reſpondet.

195 Quamuis contrarium ſuaderi videatur ex allegatis per Boer. deciſ. 110. num. 8. & per Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 31. in princip. & voluerit etiam Petr. Gregor. ſyntagm. iuris. lib. 33. cap. 22. num. 22. in fine.

196 AMPLIA II. in capto à birruarijs, qui ſi ab illis ſe eximens ad eccleſiam confugiat, illius immunitate gaudet. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 28. nu. 32. Ioan. Guttier. pract. quæſt. ciuil. lib. 3. quæſt. 6. num. 4. & 5. Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. c. 16. num. 56. vbi, quod ita quotidie ſeruatur. Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo *Eccleſia*, concluſ. 10. num. 21. & 30. Villagut. de extenſione legum. c. fina. nu. 39. verſic. & idem. & num. 42. Alexan. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. c. 10. num. 13. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. nu. 70. & ſeqq. vbi idem dicit de eo qui captus à Birruarijs, licet ſe ab illis eximere non poſſit, Birruarios tamen ſecum trahit intus eccleſiam, & in caſu contingenti hunc captum etiam quod ex manibus Birruariorum non ſe exemerit, adhuc tamen gaudere debere immunitate eccleſiæ, pluribus concludit. quamuis contrarium ſuaderi videatur ex allegatis per Boer. deciſ. 110. ſub num. 8.

197 AMPLIA III. Vt immunitate eccleſiæ gaudeat etiam is, qui dum condemnatus ad pœnã capitis, ducitur ad ſupplicium, & fugiẽs à Birruarijs eccleſiam intrat. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. c. 28. nu. 29. vbi teſtatur de communi, & ſeruata opinione, poſt Remigium, Caſſan. & Boer. in locis per eum relatis. & amplius teſtatur, ita ſe conſuluiſſe dum fuit Patauij aſſeſſor. Nauar. in Manual. confeſſar. cap. 25. num. 19. verſic. etiam ſi iam damnatus ad ſupplicium ducatur. Ioan. Guttier. practicar. quæſt. lib. 3. quæſt. 4. num. 10. vbi refert caſum in quo quis pro falſa moneta confeſſus & conuictus, ductus ad ſupplicium laqueo contrito viuus in terrã cecidit, & inde ereptus è manibus familiæ, monachorũ & clericorum auxilio, ad proximiorem eccleſiam conductus fuit tamen à ſeculari poteſtate inde extractus & vltimo ſupplicio affectus inquit ibi Suarez, quod Epiſcopus ex conſilio theologorum & canoniſtarum, ſeculares iudices, ſuoſque officiales, qui dictum reum extraxerunt, & morti tradiderunt, declarati fuerunt excommunicati propter inobedientiam & contrauentionem mandati eccleſiæ. Card. Tuſc. practi. concluſ. in verbo *Eccleſia*, concluſ. 10. num. 22. Alex. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſiar. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 74. poſt med. Et licet idem Ital. c. 5. §. 8. num. 4. dixerit, hodie hanc concluſionem non procedere, nec de conſuetudine ſeruari vigore litterarum Clementis VIII. relatis ibi per eum. aduerte tamen ne decipiaris cum eo, qui credit dictis litteris fuiſſe derogatum Conſtitutioni Gregorij xiiij. quo ad condemnatos. cum veritas ſit prout dicam infra num. 347. quod per dictas litteras non ſit conceſſa, ſeu permiſſa condemnatorum extractio ab eccleſijs, ſed tantum expulſio. Dixi iterum ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 69. vide ſupra in fragmentis, in verbo *Condemnatus*. nu. 626.

198 AMPLIA IV. In carcerato qui ſi ex carcere fuit à cuſtode relaxatus ſub fide & iuramento de redeundo, & non redijt, ſed ad eccleſiam confugit, adhuc illius immunitate gaudet, nec inde inuitus extrahi poteſt, non obſtante promiſsione de redeundo, etiam iurata cuſtodi facta. Periurus enim ad eccleſiam confugiens tutus eſt, per ea quæ dixi ſupra num. 140. & in ſpecie ſic voluerunt Alberic. Henric. Boyc. Præpoſ. & Aufrer. in locis relatis per Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 43. quibus addo Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 3. c. 16. num. 78. & 79. Franciſc. Suarez. de ſtat. Religionis. lib. 3. c. 11. num. 20. vbi quod ita communiter docent Doctores. Et ampliat ſiue confugiens peccauerit, ſiue non. Alex. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. c. 10. num. 13. Mar. Ital. de immunitate eccleſiarum. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 77. & ſeqq.

199 SVBLIMITA præcedentẽ quartam ampliationem procedere, ſi carceratio fuit iniuſta, ſecus ſi iuſta. Tunc enim ab eccleſia extrahi poterit ita tamen quod vita, & mutilatio membrorũ ſeruetur, ſecundum Alberic. in l. 2. num. 2. verſic. ſed pœna. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt.

Abb. in c. inter alia.num.32. de immunitate eccleſiarum. vbi tamen etiam in caſu iniuſtæ carcerationis putat, quando non eſt periculum mortis non gaudere immunitate eccleſiæ. Angelic, in ſumma in verbo *Immunitas*. num. 19. verſic. vtrum detentus ſub iuramento redeundi. vbi tamen etiam in caſu iuſtæ carcerationis dixit, eccleſiam nō debere pati, vt inuitus extrahatur non præſtita cautione de impunitate mortis, vel truncationis. Silueſtrin. in eodem verbo *Immunitas*. il terzo. n. 2. in ſine. verſic. quintum, &c. vbi dicit idem Thabien. in eodem verbo *Immunitas*. n. 11. verſ. vtrum detentus ſub iuramento. Armilla in verbo *Emunitas*, num. 14. Ad quæ vide etiam ita dicentes Ioan. de Viſchis, in tracta. de immunit. eccleſ. num. 70. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 28. num. 21. verſ. ſed maior poteſt eſſe dubitatio. Nauar. in manual. confeſſar. c. 25. num. 19. verſic. & eadem ratione. Azzeued. in conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 12. Ioan. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. c. 9. verſic. quid dicendum de eo. Franciſc. Suarez. de ſtatu Religionis lib. 3. c. 11. num. 20. vbi accuratius loquendo dixit, iniuſte captum nullo modo eſſe extrahendum, & tradendum iudici; ſed abſolutionem à iuramento procurandam, iuſte autem captum non poſſe inuita eccleſia extrahi. Poteſt tamen eccleſia dare facultatem extrahendi illum habita cautione de impunitate pœnæ corporalis. Secus ſi ſubeſſe poſsit aliquod morale periculum dictæ corporalis pœnæ.

200 Tu vero dicas, quod ſiue carceratio ſit iniuſta, ſiue etiam iuſta, relaxatus ſub fide, promiſsione, ſeu iuramento de redeundo, ſi non redit, & ad eccleſiam confugerit, illius immunitate omnino gaudere debet, cum vt ſuo loco dictum, exiens ex carcere de licentia cuſtodis ſibi ianuam aperientis, nulla pœna punitur. Et quod attinet ad periurium, illud vtique non; priuat quem eccleſiæ immunitate, vt dixi ſupra num. 140. verſ. 1. Immo, & quod plus eſt, fugienti ex fracto carcere, quando carceratio eſt iniuſta, nullam poſſe imponi pœnam, pariter ſuo loco dixi. Et quando eſt iuſta, tunc inde fugiens tutus eſt in eccleſia, niſi eſſet carceratus pro crimine excepto, vt etiam dixi ſupra num. 141. Quapropter reijcienda eſt præmiſſa diſtinctio de iuſta, vel iniuſta carceratione, & melius, ac verius diſtinguendum, quod ex carcere relaxatus ſub promiſsione iurata de redeundo, ad eccleſiam fugiens tutus non ſit, quando ſic fugiens erat carceratus pro crimine excepto, alias ſecus, vt paulo infra dicam.

201 LIMITA I. Propoſitam regulam procedere in eo, qui captus à birruarijs extra eccleſiam, poſtea ducitur per eccleſiam. Is enim ſic ductus, non gaudet illius immunitate. Alberic. in rubr. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. num. 3. ad finem. verſic. quid de eo, qui ducitur captus. Archidiac. in c. ſicut antiquitus. num. 2. verſ. quod ſi aliquis. 17. quæſt. 4. & ibi etiam Bellamer. verſ. quid ſi aliquis à iuſtitiario. Bonifac. de Vitalin. in clementin. 1. num. 87. verſic. in eo autem. de pœnitentia, & remiſsione. Oldrad. conſ. 54. num. 4. Boer. deciſ. 110. num. 8. verſic. Et idem ſi ductus per eccleſiam. & verſic. in condemnato per curiam. & deciſ. 178. num. 13. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 30. vbi alijs pluribus relatis teſtatur de veriori, & conſuetudine obſeruata ſententia. Franciſc. Marc. deciſ. 989. incip. quæritur ſuper caſu. par. 1. Nauar. in manual. confeſſ. cap. 25. num. 19. verſic. & qui compræhenſus. vbi de communi. Addo pro hac eadem concluſione Boſſ. in loco per me relato ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 44. Addo ad hanc eandem ſententiam. Igne. Ioan. Lup. Couar. Gigantem. Marſil. Boſſ. Monticell. & Anton. Gomez in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 69. Ioan. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 6. per tot. vbi alijs relatis concordantibus, hanc ſententiam veriorem exiſtimat, & à contrarijs defendit. & amplius ſubdit. contrariam Doctorum opinionem non eſſe veram, nec etiam communem. Azzeued. in conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. nu. 11. vbi alios refert. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 11. num. 28. Alexan. Ambroſin. de immunitat. & libertat. eccleſiar. c. 10. num. 10. Franciſc. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. c. 11. num. 18. verſic. vnde hac ratione. & num. 19. verſic. Nam in primo. vbi hanc ſententiam bene defendit.

202 Contrarium conſulendo ſcripſit Mant. in conſ. numer. 17. & Clar. in practic. crim. §. fina. quæſt. 36. verſ. ſcias autem in fine. & Clarum ſic dicentem refert Bonacoſ. in commun. opin. par. 1. verſ. immunitas eccleſiæ. pag. 85. à tergo. col. 2. & ita aliàs in Ciuitate Venetiarum ſeruatum fuiſſe teſtatur. Gig. de crim. læſ. maieſtatis. lib. 1. rubr. qualiter, & à quibus crimen læſæ maieſtatis committitur. quæſt. 10. num. 33. Socin. Ioan. de Viſchis. Caſſan. Boer. & Remigius relati per Ioan. Guttier. vbi ſupra, qui tamen eos non ſequitur d. quæſt. 6. nu. 1. verſic. & hæc ſententia. Villagut. cum relatis per eum de extenſione legum cap. fina. num. 40. vbi refert, & reprobat contrarium tenentes.

203 In hac contrarietate diſtingui poteſt, vt prima opinio procedat quoties reus captus, & appræhenſus intrauit, & tranſiuit per eccleſiam, ita quod nunquam ex manibus curiæ euaſit, nec libertatem recuperauit. Tunc enim immunitate eccleſiæ non gaudeat. ſecunda autem contraria opinio, procedat quoties ligatus, & captus intrauit eccleſiam, ſed tamen ex manibus familiæ euaſit, & liber remanſit in eccleſia, licet cum catenis, vel vinculis. tunc enim huiuſmodi delinquens gaudeat immunitate eccleſiæ, ſecundum Ioan. Guttier. practic. quæſt. ciuil. lib. 3. quæſt. 6. num. 3. & pro hac diſtinctione, vide exemplum relatum per Azeued. in Conſtitutiones Hiſpaniæ, lib. 1. tit. 2. lib. 2. nu. 11. vbi ponit caſum tempore ſuo contingentem in

quo ſecundum hanc diſtinctionem iudicatum fuiſſe teſtatur.

204 LIMITA II. In carcerato pro crimine excepto ab immunitate eccleſiaſtica, is enim ſi fractis carceribus ad eccleſiam confugiat, illius immunitate gaudere non debet. Dixi ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 46. & apud me eſt veriſsima & indubitata concluſio, quicquid in contrarium quiſque alius cracchiare velit. Si enim in caſibus exceptis, quis extra carceres exiſtens, & ad eccleſiam confugiens, in ea tutus non eſt, multominus tutus eſſe debet ſi ad exceptum crimen addat carceris fracturam.

ARGVMENTVM.

Delinquens in eccleſia, an illius immunitate gaudeat & quando.

SVMMARIVM.

Delinquens in eccleſia non gaudet immunitate eccleſia. num. 205. licet alij contra. num. 206.

Delinquens in eccleſia non gaudet immunitate eccleſia, non ſolum ſi in ea homicidium, aut membri mutilationẽ commiſerit, ſed etiam ſi alia delicta cõmiſerit, vt puta adulteria, & raptus Virginũ. nu. 207. contrarium. nu. 208. ſeq. vbi reſpondetur contrarijs.

Delinquens prope eccleſiam, ſi poſt delictum ad eccleſiam confugerit, eccleſia immunitate gaudere non debet. num. 210. contra num. 211. diſtingue. vt numer. 212. contra diſtinctionem. nu. 213. reſolue. vt num. 214.

Furtum in eccleſia facientes, immunitate eccleſia gaudere non debent. num. 215. contra. num. 216. reſolue. vt num. 217.

Fur ſimplex ad Eccleſiam confugiens cum re furata Eccleſia immunitate gaudere debet. num. 218.

Delinquens in vna eccleſia poteſt capi in alia. n. 219.

Delinquens in eccleſia immunitate eccleſia non gaudet etiam pro alijs delictis. num. 220. contra. num. 221. diſtingue. vt num. 222.

Eccleſia immunitate non gaudet is qui in eccleſia exiſtens, ſclopo aut ſagitta vulnerauit exiſtentem extra eccleſiam. num. 223. & ſeq. vbi idem de eo qui exiſtens extra eccleſiam vulnerauit exiſtentem in Eccleſia.

Vulnerans aliquem in eccleſia cum effuſione ſanguinis eccleſia immunitate non gaudet. nu. 226. contra. num. 227.

Delinquens in eccleſia non conſecrata, non gaudet immunitate eccleſia. num. 228.

Mandans occidi aliquem extra eccleſiam, ſi tempore mandati perſiſtit in eccleſia, illius immunitate non gaudet. 229. licet alij contra. num. 231. & quid ſi exiſtens extra eccleſiam mandauerit aliquem occidi in eccleſia. num. 230.

Eccleſia immunitate non gaudet qui malis artibus aliquem ex eccleſia educit, & eductum occidit. n. 232.

Delinquẽs in eccleſia punitur à Iudice eccleſiaſtico. numer. 233. & 234. niſi agatur de pœna ſanguinis. num. 233. contrarium. num. 234. diſtingue. vt numer. 236.

Delinquens puniri poteſt à Iudice loci delicti etiam quod alias illi ſubditus non ſit ratione originis, vel domicilij. num. 234.

Delinquens in eccleſia non gaudet immunitate eccleſia quando ſic in ea delinquit ex propoſito, & ſub ſpe impunitatis, ſecus ſi caſu. vel in rixa. num. 238. contra. num. 239. reſolue. vt num. 240. & ſeqq.

Delinquens in Eccleſia in dubio præſumitur potius ibidem deliquiſſe ex propoſito, & ſub ſpe impunitatis, quam caſu, & in rixa. num. 241. licet alij contra. num. 242.

Delinquens extra Eccleſiam ſub ſpe immunitatis eccleſia, ſi ſtatim poſt delictum ad eccleſiam confugiat poteſt inde inuitus extrahi. nu. 243. contra. n. 244. & ſeq.

Eccleſia immunitate gaudet is qui in Eccleſia exiſtens ex ea egrediens delictum committit, & ad eccleſiam reuertitur. num. 245.

Confugiens ad Eccleſiam armatus gaudet immunitate Eccleſia. num. 246. licet alij contra. num. 247. Benè verum eſt quod confugienti ad eccleſiam cum armis, arma auferri poſſunt. num. 248.

Membri mutilatio quando dicatur facta. nu. 249.

Delinquens in eccleſia gaudet illius immunitate ſi delictum fuerit laue. num. 250.

CAPVT XVI.

205 REGVLA ſit, quod delinquens in eccleſia, non gaudet immunitate eccleſiæ. tex. eſt in cap. fina. de immunitate eccleſiarum. & ibi gloſ. & communiter omnes Canoniſtæ hanc concluſionem expreſſam adnotarunt tribus rationibus, de quibus in eo textu principaliter moti. Primò, quia ſic in eccleſia delinquens puniri debet in eo in quo deliquit. Secundò, quia fruſtra legis auxlium inuocat, qui in legem committit. Tertiò, quia immunitatis Priuilegio gaudere non debet, qui eodem Priuilegio ſe indignum facit. Salyc. in l. 2. num. 1. in fine verſic. ſed de iure canonico. C. de his qui ad Eccleſiam confugiunt. Cyn. in l. præſenti. n. 2. verſic. ſi in eccleſia delinquit. C. eod. & ibi etiam Bellapert. col. fin. verſ. aut fuit commiſſum in eccleſia. C. eodem. vbi loquitur de verberante aliquem in eccleſia. Innoc. in c. inter alia. in fine. de immunit. eccleſ. & ibi etiam Hoſtien. nu. 5. Ioan. Andr. num. 9. Ancharan. num. 6. verſic. ſecundo caſu. Anton. de Butr. num. 16. in princip. Et in verſic. ſi in eccleſia delinquit. Card. Zabarell. nu. 5. verſ. decimo quarto. & Ioan. de Anan. nu. 8. verſic. ſi autem eſt Catholicus. Turrecrem. in c. frater. nu. 2. ad finem in verbo *vbi in eccleſia*. 17. quæſt. 4. Et in c. diffiniuit. verſic. ſecundus eſt. eadem cauſa, & quæſt.

quæſt. Anchar. in Clemen. 1. num. 5. in fine. de pœnitentia, & remiſſione. Goffred. in ſumma rubr. de immunit. eccleſ. n. 11. Hoſtien. in ſumma de immunit. Eccleſ. num. 2. verſ. Si vero maleficium commiſerit. Angelic. In ſumma in verbo *immunitas*. n. 10. Et num. 17. verſic. Tertium genus eſt. Armilla in verbo *Emunitas*. num. 12. verſ. Vel committentes maleficia in eccleſia. S. Antonin. in ſumma. par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. verſ. Item ſi quis in eccleſia commiſit maleficium. Roſella in verbo *Emunitas*. il 2. numer. 11. verſic. ſi in eccleſia. Oldrad. conſ. 155. nu. 1. in fine verſ. Delinquentes enim intra eccleſiam. Boer. deciſ. 109. num. 3. verſ. Fallit 4. in delinquente in eccleſia. Decia. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 5. Vbi pluribus hanc probat ſententiam, & ſingulariter reſpondet rationibus Roman. contrarium tenentis in conſ. 234. aduertendum, numer. 2. & ita communiter omnes Doctores tenere teſtatur. & numer. 10. vbi ampliat hanc concluſionem, quod delinquens in eccleſia, nec etiam ſit tutus in eccleſia habente particulare priuilegium à ſummo Pontifice. Marſil. Ioan. Berber. Monticell. Anton. Gomez. Couarr. Clar. & Menoch. in locis per me relatis in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 52. & ſeqq. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immun. lib. 3. cap. 16. nu. 79. Azeued. in Conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. poſt num. 23. Alex. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. c. 5. nu. 1. & 2. Vbi huius regulæ quinque affert rationes communiter etiam à Doctoribus præallegatis conſideratas. Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 11. num. 10. & 21. & ſeq. Vbi etiam refert Roman. contrarium tenentem.

206 Quamuis Boniſac. de Vitalin. inaduertenter in d. Clem. 1. num. 82. verſ. Et ideo. ſcripſerit committentem homicidium in eccleſia, niſi per inſidias illud commiſerit gaudere debere illius immunitate. Et contrarium etiam voluiſſe videtur. Roman. conſ. 234. aduertendum. num. 2. verſic. Ego dico. vbi dixit quod contraria loquũtur in caſibus ſpecialibus.

207 AMPLIA I. hanc regulam, vt delinquens in eccleſia, illius immunitate non gaudeat non ſolum ſi in ea homicidium, aut membri mutilationem cõmiſerit, ſed etiam ſi alia delicta, vt puta adulteria, & Virginum raptus patrauerit. ſecundum Hoſtien. in d. c. fina. de immun. eccleſiar. in verbo *homicidia*. & num. 3. verſ. dicas ergo. vbi allegat. tex. in §. neque autem. in authen. de mandatis Principum. quem tex. licet nonnulli dicant eſſe correctum per ius canonicum, verius tamen dicit Hoſtien. non eſſe correctum, ſed eſſe intelligendum quando talia crimina, raptus & adulterij, committuntur in eccleſia, & ibi etiam Io. And. nu. 1. in verb. *membrorum*. Anchar. nu. 1. in 1. notab. Abb. num. 9. & Ioa. de Anan. poſt nu. 1. Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas*. num. 17. verſic. Tertium genus eſt. & iterum infra verſic. Et licet loquatur de homicidio vel mutilatione. Silueſtrin. in eod. verbo *immunitas*. nu. 10. verſic. Tertium genus. & verſic. ſeq. Armilla in verbo *Emunitas*. num. 12. verſic. Et licet loquatur de homicidio. Roſella in verbo *Emunitas*. il 2. nu. 3. Nauar. in Manual. confeſſar. cap. 25. nu. 20. verſic. Neque qui occidit. vbi de communi ex Remigio in loco per eum relato. & Clar. refert, & ſequitur Bonacoſſ. in commun. opin. par. 1. in verbo *Eccleſia habet immunitatem*. ad finem. dixi aliquid ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 20. numer. 53. Ioan. Guttier practicar. quæſt. lib. 3. q. 1. numer. 17. Vbi alijs relatis hanc ſequitur opinionem, & communem dicit. Et pro hac ſententia faciunt ſcripta per Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 24. numer. 17. Vbi dixit quæcumq; delicta commiſſa in eccleſia dici ſacrilegia. & per Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *immunitas*. concluſ. 59. num. 4. & 5. Vbi loquitur de offendente & verberante aliquem in eccleſia. Franc. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. c. 11. num. 6. Villagut de extenſione legum. c. fina. nu. 59. per totum. vbi latè probat, quod delinquens in eccleſia, illiùs immunitate non gaudet ſi quodcumque graue & enorme commiſerit delictum.

208 Contrarium, quod delinquens in eccleſia, ſi homicidium non commiſit vel membri mutilationem, eccleſiæ immunitate gaudere debeat, probatur ex eodem. c. fin. de immunitate eccleſiarum. vbi præciſè Pontifex loquitur de homicidijs, & membrorum mutilationibus. ergo in reliquis videtur contrarium affirmari, vt ibidem expreſsè ſcripſit Card. Zabarel. col. 1. in fine. verſic. Item ob delictum. Boer. deciſ. 109. num. 3. ad med. & vigore Bullæ Gregorij xiiij. hæc contraria opinio magis probatur in illis verbis *quiue homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis eccleſijs earumue cœmeterijs committere non verentur*. Cuius quidem conſtitutionis verba in propoſito conſideranda dixi ſupra. q. 28. num. 53. in fine. & propterea crederem verius eſſe vigore dictæ Bullæ, delinquentes in eccleſia excepto homicidio vel membrorũ mutilatione, inde extrahi non poſſe.

209 Dices tu, ergo eccleſiæ immunitate gaudere non debent vulnerantes cum membri mutilatione, ſecus autem in ea committentes ſtupra, ſodomias, monetam falſam, & ſimilia? Hoc vtique abſurdiſſimum videtur, & ſi Pontifex illæ de hoc fuiſſet interrogatus, quis dubitat quod idem reſpõdiſſet? Tum quia, quæ de homicidio & membri mutilatione dicta ſunt in c. final. de immunit. eccleſiar. cuius verba relata fuerunt à Gregorio in ſua conſtitutione, ratione frequentioris caſus expreſſa videntur. Tum etiam quia alia maiora crimina, honeſtatis cauſa non expreſſa cenſentur, prout his & ſimilibus rationibus quod bulla Gregorij non excludat maiora & grauiora crimina in eccleſia commiſſa vltra homicidium, & membri mutilationem, & quod illa veniant non ex vi extenſionis. ſed ex vi comprehenſionis ſub eadem ratione, plurib. defendit Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 3. nu. 49. & ſeqq. Reſpondeo quod non ſequitur. Delinquentes grauiſſima

tiſſima & enormiſſima crimina in eccleſia commiſerunt, ergo inde extrahi debent & curiæ ſeculari tradi. Nam quod immo puniendi ſint non negatur. ſed bene negatur, quod ſint extrahendi, & tradendi Curiæ ſeculari. & ſic erunt puniendi à Iudice eccleſiaſtico ratione loci delicti, prout bene aduertit idem Ital. ſupra allegatus. in d. c. 5. §. 3. nu. 53. Addo ego quod huiuſmodi facinoroſi homines, poterunt etiam ab Epiſcopo curię ſeculari tradi conſulto tamen Pōtifice, iuxta ea quæ dicam infra n. 346. Et non alias. & ſic facinoroſi & enormia committentes delicta in eccleſia punientur, & immunitas eccleſiaſtica à ſecularibus iudicibus non lædetur.

210 AMPLIA II. Vt delinquens prope eccleſiā, ſi poſt delictum in eccleſiam confugerit, illius immunitate non gaudeat. Ancharan. in Clement. 1. nu. 5. in fine de pœniten. & remiſſ. Hoſtien. in ſumma de immunitat. Eccleſ. nu. 8. verſic. ſi vero maleficium. Alex. conſil. 147. num. 3. verſic. Pro quo bene facit. Vulpell. conſ. 230. num. 1. & ſeqq. & num. 7. & n. 9. verſic. ſicut & hæc opinio. qui loquitur in delinquente in ſcalis Eccleſiæ. & nu. 12 Vbi teſtatur ita Placentiæ obtentum fuiſſe. Alciat. de præſump. reg. 3. pręſump. 33. n. 3. Mantua. conſ. 211. n. 23. Nauar. in manual. confeſſar. cap. 25. n. 22. Henric. Boyc. Guidopap. pract. Papien. Ioann. de Viſch. Iodoch. Montic. Gig. Couar. Menoch. & Andr. Facchin. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & * carceratis. quæſt. 98. nu. 56. Vbi & hanc concluſionem communiter receptam, & amplius à fel. mem. Clemente viij. receptam fuiſſe in vna Panormitana immunitatis eccleſiæ teſtatus fui. & huic Clementis viij. reſolutioni acquieſcit Alex. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. cap. 5. num. 4. licet, vt mox eum referam, ipſe contrarium defendat.

211 Contrarium quod immo delinquens prope eccleſiam, & ſi ad eccleſiam confugiat gaudere debeat illius immunitate, quia vere in eccleſia deliquiſſe non dicitur, voluit Alex. Ambroſin. vbi ſupra allegatus. d. c. 5. num. 4. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 7. num. 18. in fine. & ſeqq. Vbi ita etiam teſtatur apud eum deciſum fuiſſe in illo Regno. ex Maſtrill. quem allegat in ſua deciſ. 22. & latius hanc defendit ſententiam idem Italia vbi ſupra c. 5. §. 3. num. 3. & ſeqq.

212 In hac contrarietate reperio Doctores diſtinguentes primam negatiuam opinionem procedere quādo quis prope eccleſiam ſtudioſe deliquit animo facilius ſe tuendi poſt delictum in eccleſia. & ſic quādo ex propoſito & non caſu ſic deliquit. Secunda autem opinio procedat quando quis deliquit prope eccleſiam non ſic ſtudioſe ex propoſito & animo ad eccleſiam confugiendi, ſed puta caſu. vt per Bonifac. de Vitalin. in Clement. 1. num. 82. de pœnit. & remiſſ. Vbi loquitur de homicidio prope eccleſiam per inſidias commiſſo. Alex. conſ. 145. num. 3. verſic. 3. probatur. & ſub verſic. Tertio probatur. lib. 7. Vulpell. conſ. 230. num. 6. Vbi loquitur de delicto commiſſo in ſcalis eccleſiæ. Decian. in tracta. crim. lib. 6. cap. 28. num. 5. in fine. vbi ponit exemplum in eo qui ſtudioſe, & malis artibus induxit aliquem prope eccleſiam, illum occidit, & poſt in eccleſiam confugit. tunc enim habetur acſi in eccleſia occidiſſet. ex Ancharan. in loco per eum relato. Io. Guttier. pract. quæſtion. lib. 3. quæſt. 1. num. 15. & ſeq. vbi alijs relatis hanc ſequitur diſtinctionem. Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concl. 11. num. 4. in fine.

213 Contra præmiſſam diſtinctionem, An ſcilicet quis prope eccleſiam deliquerit ex propoſito, & ſub ſpe immunitatis, An vero ſecus, tenere videtur Nauar. vbi ſupra d. c. 25. num. 22. ad med. Vbi delinquentem prope eccleſiam gaudere non debere illius immunitate affirmat, etiam quod non deliquerit ſub ſpe immunitatis, & è contra. Vide Franciſc. Suarez de ſtat. Relig. lib. 3. cap. 11. num. 9. Vbi quod delinquens prope eccleſiam gaudere debet illius immunitate, etiam quod deliquerit ſub ſpe confugiendi ad eam. Et vide etiam Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. nu. 81. & ſeqq. vbi ad hanc materiam multa adducit pro & contra.

214 Quid dicendum? præmiſſa diſtinctio multum æqua videtur, & ideo ab ea in iudicando non recederem, ſicut non receſſit Sanctiſſimus ille Pontifex Clemens VIII. in illa Panormitana quam ſupra retuli. & in dubio quod delinquens prope eccleſiam præſumatur deliquiſſe ex propoſito, & vt facilius ſe in eccleſia tueretur, voluit Vulpell. d. conſ. 230. num. 6. Ioan. Guttier. practicar. quæſt. lib. 3. quæſt. 1. num. 15. & ſeq. quem bene declarantem videas Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. num. 49. & 50.

215 AMPLIA III. In furto commiſſo in eccleſia. quod enim in eccleſia furantes illius immunitate gaudere non debeant, voluerunt Hoſtien. in c. fina. num. 3. in fin. verſic. Quid ergo ſi quis committat furtum in eccleſia, extra de immunitate eccleſiarum, & ibi etiam Ioan. Andr. poſt num. 5. Ancharan. num. 1. verſic. idem ſecundum eum in furto. Anton. de Butr. num. 6. Cardin. Zabarell. col. 1. verſic. & per ea. gloſ. in c. frater. 17. quæſt. 4. in verbo *Ab omnibus*. Ioan. de Imol. in clem. 1. num. 11. in fine. verſ. ſi autem committitur furtum in eccleſia. de pœnitentia, & remiſſione. Hoſtien. in ſumma de immunitat. eccleſ. num. 9. vbi reprobat. Goffred. contrarium tenentem. Adde pro hac eadem ſententia. Angel. de Caſtro. Milleum, & Clarum in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 57. Card. Tuſc. practicar. concluſ. iuris. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 11. num. 19. vbi de communi, & Caſtren. in loco per eum relato.

216 Contrarium voluit Goffredus in ſumma, rubrica de immunitate eccleſiarum. num. 12.

217 Pro reſolutione dicas, quod qui furantur in eccle-

eccleſia, non res eccleſiæ, ſed alienas, prout ſunt iſti fures, quos hodie tagliaburſas, in eccleſia & perſonarum multiiudine furantes vocamus, & tunc dic indubitanter eos gaudere debere eccleſiæ immunitate, vigore Conſtitutionis Gregorij xiiij. quæ hunc caſum non excipit. Si vero furentur non res alienas, ſed ſacras, & ſic ſacrilegium committant de quo infra mox dicam, vt puta furando ſacrum, de ſacro, non ſacrum de ſacro, aut ſacrum de non ſacro, & tunc certum eſt, eos puniri poſſe ratione delicti commiſſi in eccleſia à iudice eccleſiaſtico. Adhue gaudentes eccleſię immunitate quo ad pœnam corporalem, non autem quo ad aliam lęuiorem pœnam: ſecundum Mar. Ital. qui ſic diſtinguendo videtur concludere in tracta. de immunitat. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 75. & ſeqq. Quod ſi aliquis ita nepharius reperiatur, qui pixidem, ſeu vas, in quo Sacroſancta ſeruatur euchariſtia ſurripuerit, & tunc abſque dubio immunitate eccleſiæ gaudere non debet, indeq; extrahi, & ſeculari curiæ tradi. Tum quia de hæreſi ſuſpectus eſt, tum etiam quia diuinæ Maieſtatis reus, & offenſor dicitur. vt per eundem Mar. Ital. d. §. 3. num. 68. & ſeqq. cuius opinioni me libenter ſubſcribo. Addito tamen prout in ſimili dixi ſupra num. 207. ſeqq. non eſſe ligatas manus Pontificis quin poſſit etiam hos fures ſacrilegos, ſacra & non ſacra furantes in eccleſia per vim extrahi mandare, & ſecularibus iudicibus puniendos tradi.

218 Nunquid autem ſi fur ſimplex ad eccleſiam confugiat cum re furata, ratione contractationis dicatur in eccleſia delinquere, iuxta doctrin. Bartol. in l. ſi dominium. ff. de furtis. & propterea illum inuitum ab ea extrahi poſſe, vide omnino quæ ſcripſi ſupra in tit. de furtis. quæſt. 174. num. 54. & ſeqq. & in tit. de inquiſitione. num. 7. & in ſpecie Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 4. vbi alijs relatis, tenet etiam hunc furem ad eccleſiam cum re furata confugientem, tutum in ea eſſe, & quod ita conſuetudine communi obſeruetur, quicquid alij per eum relati contrarium dixerint. Borgnin. Caualcan. in prima parte ſuarum deciſionum in repertorio, in verſ. Iudex eccleſiaſticus, & non ſecularis. num. 13. vbi tamen ſubdit, quod poſſet huic furi auferri res furata quam tranſportat in eccleſia, quod & idem voluit Couarr. in loco per me relatus ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 58. Anton. Gama. deciſ. Luſitan. 171. num. 1. vbi ita apud eum in illo Senatu Portugalien. pronunciatum teſtatur. Ioan. Guttier. practicar. quæſt. ciuil. quæſt. 1. num. 21. vbi alios refert concordantes & teſtatur de veriori doctorum ſententia. licet Suarez de Paz. in ſua prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 3. num. 90. & 91. ibidem per eundem Guttier. relatus, contrariam opinionem dixerit communem. Addo & Anton. Gama. deciſ. 171. vbi teſtatur ita apud eum ſeruatum, & iudicatum fuiſſe, iuſſumq; eccleſiæ reſtitui furem, cum re furata in eccleſia deprehenſum. Vide Card. Tuſc. pract. concl. in verbo *Eccleſia*. concl. 11. num. 16. & 17.

219 AMPLIA IV. Vt delinquens in vna eccleſia, poſsit etiam capi in alia, etiam quod in ea non deliquerit. Turrecrem. in c. diffiniuit, num. 3. 17. q. 4. licet ibi ſubdat apud aliquos aliter obſeruari. Angelic. in ſum. in verbo *Immunitas*. il terzo. nu. 2. verſic. Nec etiam ab alia. vbi tamen ſubdit apud aliquos contrarium ſeruari. Thabien. in eod. verbo *Immunitas*. num. 10, verſic. tertium genus eſt. S. Antonin. in ſumma. par. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. verſic. & ſi in vna eccleſia offendat. Roſella in verbo *Emunitas*. il ſecondo. nu. 10. Decian. in tracta. crim. lib. 6. cap. 28. num. 8. Addo pro hac eadem ſententia Henric. Boyc. Couar. & Clar. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis quæſt. 28. num. 59. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit. lib. 3. c. 16. num. 80. Ioan. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. c. 9. verſ. q. 9. quid ſi quis. Alexand. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. c. 5. num. 3. Villagut. de extenſ. legum. c. fina. num. 60. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 3. num. 20. in fine. & nu. 21. quicquid ſecus annuere videatur eod. c. 5. d. §. 3. nu. 5. verſic. ex quibus probare intendit. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo *Eccleſia*. concl. 11. num. 11.

220 AMPLIA V. Vt qui ſemel deliquit in eccleſia, illius immunitate non gaudet, nec etiam pro alijs delictis ante vel poſt, per eum extra eccleſiam commiſsis, ſecundum Caſſan. Couarr. & Clar. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 60. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſione 11. num. 12.

221 Contrarium quod pro alijs delictis confugiens ad eccleſiam gaudere debeat illius immunitate, poſt Boer. Couar. & Remig. in locis per eum relatis, tenuit Ioan. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 1. num. 18. ſubdens quod contrarium dicentes loquuntur ſine lege & contra regulam iuris Pontificij.

222 Diſtingue, quod ſi is qui in eccleſia deliquit pro delicto commiſſo in eccleſia fuit punitus, gaudet immunitate eccleſiæ pro alijs delictis, ſecus ſi non fuerit punitus. ſecundum Boer. cum allegatis per eum in deciſ. 110. num. 10. Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 28. num. 9. vbi latius diſtinguendo dixit, quod delinquens in eccleſia non poteſt puniri pro alijs delictis non exceptis, commiſsis ante delictum in eccleſia commiſſum quando iudex vellet illum punire pro præteritis delictis, & non pro commiſſo in eccleſia. ſecus ſi vellet punire etiam pro delicto comiſſo in eccleſia, quia tunc poſſet punire etiam pro alijs antea cõmiſsis. Si vero qui in eccleſia deliquit, poſt delictum in eccleſia commiſſum, commiſſerit alia delicta non excepta, & tunc ſi iam fuerat punitus pro delicto commiſſo in eccleſia, gaudebit immunitate pro alijs poſtea commiſſis. ſecus ſi pro delicto in eccleſia commiſſo non fuerit punitus, quia tunc immunitate eccleſiæ non gaudebit,

vt ibi

vt ibi per eum. & dixi ſupra d. quæſt. 28. num. 64. Adde pro hac eadem diſtinctione Ioan. Guttier. practic. quæſt. lib. 3. q. 1. poſt n. 18. Azeued. in conſt. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 27. Alexan. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. c. 5. num. 10. vbi refert, & ſequitur Decian. in loco præallegato. vide tamen Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 11. num. 18. vbi ex Boer. quem allegat in deciſ. 110. in fine. videtur velle quod qui alias deliquit in eccleſia etiam quod pro illo delicto fuerit punitus; pro alio delicto non eſt tutus in eccleſia.

223 AMPLIA VI. In eo qui in eccleſia exiſtens vulnerauerit aliquem exiſtentem extra eccleſiam, is enim eccleſiæ immunitate non gaudet. Abb. in c. fina. num. 11. de immunit. eccleſiar. & ibi etiam Ioan. de Anan. num. 5. Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas*. nu. 23. Silueſtrin. in eod. verbo *Immunitas* il terzo. num. 6. in fine. verſ. ſecundum qui exiſtens in loco immunitatis. Roſella in verbo *Emunitas* il ſecondo. num. 5. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 24. num. 7. verſic. an autem ſi quis exiſtens in eccleſia. & c. 28. num. 6. Nauar. in Manual. confeſſar. c. 25. num. 21. verſic. nemo item. dixi aliquid ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 61. in fine. Ioan. Guttier. practicar. quæſt. ciuil. lib. 3. quæſt. 1. num. 19. vbi proponit contraria, & illis reſpondet, alioſque refert concordantes Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. c. 5. nu. 7. Franciſc. Azor. inſtitut. moral. par. 2. lib. 9. c. 9. quæſt. 14. verſic. tertio, &c. Franc. Suarez. de ſtat. Relig. lib. 2. c. 11. num. 7. Villagut. de extenſione legum. c. fina. num. 61. & ſeq. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3.

224 Sic & exiſtens extra eccleſiã ſi vulnerat exiſtentẽ in eccleſia, quod non gaudeat illius immunitate voluit Nauar. vbi ſupra in manual. confeſſar. c. 25. num. 21. verſic. nemo item. Bal. Marſil. & Couarr. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis quæſt. 28. num. 61. & licet Ioan. Guttier. practicar. quæſt. ciuil. lib. 3. quæſt. 1. num. 23. & ſeqq. late hanc quæſtionem diſputet, multaq; pro & contra in medium adducat, eam tamen amplectitur, quando ex vulnere in eccleſia ſequuto ſanguis effunditur, quia tunc ex ſanguinis effuſione violatur eccleſia, violans dicitur ſacrilegus & conſequenter eccleſiæ immunitate non gaudet. ſecus puta ſi percuſſio ſit leuis, & ſine effuſione ſanguinis. Alexan. Ambroſin. de immunitate & libertat. eccleſ. cap. 5. num. 8. Franciſc. Suarez de ſtatu relig. lib. 3. cap. 11. poſt num. 7. & num. 8. vbi proponit contraria, & illis reſpondet. Marius Italia de immunitate eccleſiar. lib. 1. cap. 5. §. 3. nu. 47.

225 Quamuis contrarium defendat Villagut. de extenſione legum. cap. fina. num. 50. & ſequen.

226 AMPLIA VII. etiam in vulnerante aliquem in eccleſia, cum effuſione ſanguinis, ſecundum allegatos ſupra num. 105 Volentes ſacrilegos non gaudere immunitate eccleſiæ. qui enim ſanguinem violenter fundit in eccleſia, ſacrilegium committit, ideoq; eccleſia reconciliatione indiget. ex allegatis in propoſito per Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 24. num. 7. Faciunt ſcripta per Card. Tuſc. pract. concl. in verbo *Immunitas*. concluſ. 59. num. 4. & 5. vbi, & quod plus eſt loquitur ſimpliciter in verberante, & offendente aliquem in eccleſia, ſeu Cæmeterio. Franciſc. Leon. in theſaur. for. eccleſ. par. 1. cap. 13. ſub num. 23. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 3. num. 18. 19. 20. & 24.

227 Contrarium quod vulnerans in eccleſia, etiam cum effuſione ſanguinis, gaudet illius immunitate, & ideo ex ea inuitus extrahi non poſſit. Boer. deciſ. 109. num. 3. vbi tamen declarat niſi interuenerit membrorum mutilatio. & hæc opinio crederem quod hodie præualeret vigore Conſtitutionis Gregorij xiiij. in qua excipitur ſolum vulnus cum mutilatione membri, quicquid ſecus ſenſerint Doctores infra allegati pro contraria ſententia.

228 AMPLIA VIII. Vt delinquere in eccleſia dicatur etiam is, qui delinquit in eccleſia non conſecrata, & propterea ſi quis homicidium, vel mutilationem commiſerit in eccleſia non conſecrata, inde extrahi poteſt etiam inuitus, ex allegatis per Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 3. n. 25. & ſeqq. vſque ad nu. 47. Vbi pluribus probat ſtatutum pœnale contra vulnerantes, ſeu percutientes in eccleſia, habere etiam locum in percutiente, ſeu vulnerante in eccleſia non conſecrata. & hæc ampliatio videtur indubitabilis, quia ſi delinquens in eccleſia conſecrata, illius immunitate non gaudet, vt dixi ſupra num. 256. ergo multo minus gaudere debet is qui deliquerit in non conſecrata.

229 AMPLIA IX. In mandante in eccleſia occidi aliquem exiſtentem extra Eccleſiam, quia non gaudet illius immunitate. Abb. in c. fina. num. 12. de immunitat. eccleſiarum. Et ibi etiam Ioan. de Anan. num. 5. verſic. Quid autem ſi exiſtens in eccleſia mandat occidi extra eccleſiam. Angelic. in ſumma in verbo *immunitas*. num. 24. Silueſtrin. in eodem verbo *Immunitas*. il terzo. n. 9. & 10. Thabien. in eodem verbo *Immunitas*. nu. 14. Roſella in verbo *Emunitas*. il ſecondo. num. 7. Nauarr. in manual. confeſſar. c. 25, num. 21. verſ. Neque qui exiſtens intra eccleſiam. Ioan. Guttier. practicar. quæſt. lib. 3. quæſt. 2. per tot. vbi pluribus hanc probat ſententiam, eam indiſtincte procedere affirmans. proponit contraria, & illis reſpondit. Mar. Ital. de immunit. eccleſiar. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 48. il ſecondo. Ioan. Azzor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 14. verſic. quarto, qui in eccleſia mandatum dedit. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 11. num. 7. verſic. & ex eodem fundamento. Et quidem ſequuto homicidio ampliatio poteſt procedere, & admitti, ſed homicidio non ſequuto ex ſolo mandato de occidendo extra eccleſiam exiſtẽtem in eccleſia facto mandantẽ nõ gaudere immunit. eccleſiaſ. minime verũ credo.

230 Sic nec immunitate eccleſiæ gaudebit ſi quis extra eccleſiam exiſtens, mandauerit aliquem occidi in eccleſia. ex allegatis per Decian. iu tracta. crim. lib. 6. cap. 28. nu. 7. Ital. de immunitate eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 3. num. 48. il 2. Ioann. Azor. vbi ſupra dict. verſ. 4. qui eccleſ. &c.

231 Contrarium quod ſi quis in eccleſia exiſtens mandaret alium occidi extra eccleſiam, gaudeat immunitate eccleſiæ, poſt Abbatem & Felyn. quos allegat, voluit Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 24. nu. 7. verſ. licet ſecus ſit ſi quis mandaret in eccleſ. quem occidi extra eccleſiam. & cap. 28. num. 7. Et hæc contraria opinio probabilior mihi videtur ſtante Bulla Gregorij xiiij. in qua caſus huiuſmodi non eſt exceptus. Vide quæ dixi ſupra in tit. de Inquiſition. q. 2. nu. 44. 47. & ſeqq.

232 AMPLIA X. Qui ſtudioſè, & malis artibus eduxerit aliquem extra eccleſiam, illumque ſic eductum occiderit. Is enim immunitatem eccleſiaſticã perdit acſi in eccleſia occidiſſet. vt per Ioan. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. c. 9. quæſt. 14. verſic. Is item qui ex eccleſia reducit aliquem.

233 AMPLIA XI. vt delinquens in eccleſia puniri debeat à ſuo Iudice eccleſiaſtico, & non à ſeculari. fuit opinio Cyni. in l. præſenti. num. 4. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. & de mente Salyc. in authen. Item nulla communitas. num. 3. C. de Epiſcop. & Cleric. Anan. in c. inter alia. num. 5. de immunit. eccleſ. Decian. qui alios refert in tract. crimin. lib. 6. cap. 29. num. 5.

234 Contrarium, quod delinquens in eccleſia, non ab eccleſiaſtico Iudice, ſed à ſeculari puniri debeat, probare videtur tex. quod Epiſcopus iniuriæ propriæ vltionem depoſcat. Salyc. in l. 2. num. 2. verſic. Ego puto verius. C. de his qui ad eccleſ. confug. Et in authen. item nulla communitas. num. 4. verſic. quæro laicus. C. de Epiſcopis, & Clericis. Bar. in l. ſi. cui. §. fina. nu. 3. verſic. quæro delictum aliquod eſt factum in eccleſia. ff. de accuſationib. Ang. in auth. vt liceat matri & auiæ. §. fina. nu. 24. verſic. & per hoc patet. Bal. in l. ſi quis in hoc genus. num. primo verſic. item eſt notandum. Abb. in c. inter alia. numer. 29. verſic. ſed tu vide Bar. de immunit. eccleſiar. & in c. fina. num. 5. verſ. Nota vltimo. extra eodem. & in c. cum ſit generale. num. 27. verſic. Addo etiam alium caſum. extra de foro compet. Bertran. conſ. 9. lib. 7. vbi pluribus hanc ſententiam probare conatur. Angel. de maleſ. in verbo *in ſcalis S. Petronii*. num. 1. Alexan. conſ. 3. ſub num. 1. poſt princip. lib. 1. Marſil. in tracta. de bannitis. in verbo *eccleſia*. num. 26. verſic. ſed ſuccedit dubitatio. Vulpell. in tracta. de libertat. eccleſiaſtica. par. 1. nu. 29. verſic. quod abſque ratione. Menoch. conſ. 1000. quod eſt vltimum. num. 27. verſic. ad ſecundum obiectum. lib. 10. Decian. in tracta. crim. lib. 4. c. 17. num. 34. in 4. limitat. & lib. 6. c. 25. verſ. & ideo delinquens in eccleſia, & c. 29. nu. 15. Alios retuli in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 62. Quibus addo Ioan. Guttier. practicar. quæſt. lib. 3. quæſt. 1. num. 13. Vbi alijs relatis teſtatur de magis communi Doctorum opinione. Azeued. in conſtitut. Hiſpaniæ. lib. 1. tit. 2. ad l. Tertiam poſt nu. 23.

235 Et licet ex præmiſſis magis communem Doctorum ſententiam eſſe ad fauorem curiæ ſecularis videatur. Aduerte tamen ne decipiaris. quia ſi delictum in eccleſia commiſſum, eſt mere eccleſiaſticũ vel etiam non eccleſiaſticum ſed à Clericis commiſſum, & tunc nullo pacto à ſeculari Iudice puniri poſſe indubitatum eſt.. cum contra Clericos, vel etiam laicos in criminibus merè eccleſiaſticis etiam extra eccleſiam patratis, vt ſuo loco dictum eſt ſeculares Iudices nullo pacto ſe intromittere poſſunt. & hæc concluſio ſicut contradictorem non habet ita omnes eam fatentur.

236 Quod ſi delictum in eccleſia commiſſum non ſit eccleſiaſticum, ſed ſeculare, & à laicis patratum, & tunc quia ratione loci, in quo delictum eſt commiſſum ſortitur naturam mixti fori, cum is qui in eccleſia delinquit, negari non poſſit quin violando immunitatem eccleſiæ ſacrilegium committat, quod mixti fori eſt. Iccirco hoc caſu, & ſecularem, & eccleſiaſticum Iudicem procedere poſſe pariter & indubitanter exiſtimo. & conſequenter eſſe locum præuentioni. vt ſcilicet is delinquentem punire poſſit qui in captura præuenit. ſi vero delinquens aufugerit, & fuerit abſens & contumax, cum contumax præuentionem allegare nequeat, contra eum quiſque Iudex procedit, ſecularis ſcilicet ad pœnas corporales ſi commiſſio criminis condigna fuerint, eccleſiaſticus autem ad ſpirituales & alias, quas imponere poteſt pœnas. colligitur hæc diſtinctio ex Abba. in c. fina. nu. 5. & in c. inter alia. numer. 29. verſic. Ego ſic diſtinguerem, extra de immunit. eccleſiar. Auguſtin. ad Ang. de maleſ. in verbo *in ſcalis S. Petronij*. verſ. & certe. Afflict. Couar. Marſil. Rolan. Alex. & Vulpell. in locis relatis per Petr. Caball. reſolut. crim. caſu 194. nu. 3. & ſeqq. & n. 7. & ſeqq. Ignat. Lopez in additionibus ad Diaz. in pract. crimin. canonica. cap. 87. num. 1. in additione littera A. verſic. Illud autem. & ſeqq. Ioan. Guttier. d. quæſt. 1. num. 13. & 14. Azeued. in d. l. 3. num. 23. ante finem. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 5. num. 10. 14. & 15. 17. & 18. & in verbo *immunitas*. concluſ. 59. num. 6. & ſeqq. vſque ad num. 18. Franciſc. Leon. in Theſaur. for. eccleſiaſtici par. 1. c. 13. num. 23. Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 52. & 53. Apud quos omnes ſingula præmiſſæ diſtinctionis. capita bene comprobata reperies.

237 Nunquid autem ab eccleſiaſtico Iudice punitus, à ſeculari Iudice iterum puniri, vel è contra. vltra ea quæ ſuo loco dixi in tit. de Inquiſitione quæſt... Vide Abb. Angel. de maleſ. Couar. Azeued. Ignat. Lopez. Ioann. Guttier. & Petr. Cabal. in locis ibi per eum relatis.

238 LIMITA I. propoſitam regulam procedere quando

quando ex propoſito & ſub ſpe impunitatis quis in ea delinquit, ſecus ſi non deliberatè & ex propoſito, vt puta caſu vel in rixa. Sic enim probari videtur in d.c.fina.de immunitate eccleſiarum. ſumpto Argumento à contrario ſenſu in illis verbis. *Nonnulli impunitatem ſuorum exceſſuum per defenſionem Eccleſiæ obtinere ſperantes*. Et iterum infra in illis alijs verbis. *Qui niſi per eccleſiam ad quam confugiunt crederent ſe defendi, nullatenus fuerant commiſſuri*. Et ibi hoc adnotauit. Hoſtien. num. 2. in verbo *quæ niſi*. Vbi loquitur quando probaretur occidentem nullas habere inimicitias cum occiſo. ſed ex verbis inter eos de nouo ortis homicidium peruenisſe. Ioan. Andr. nu. 1. & 2. in verbo *nullatenus*. & num. 5. verſ. in gloſ. vltima. Anchar. in ſumm. & num. 3. verſ. Quarto dicitur hic. & num. 4. Anton. de Butr. num. 1. & 2. & num. 5. in fine. Cardin. Zabarell. col. 1. in ſummario. & in verſ. Hoſtien. dicit. & col. 2. verſ. Tertio quæro. & in verſic. oppono ad hoc. Abb. num. 1. & nu. 8. vbi teſtatur hanc ſententiam eſſe communem & æquam, licet eam ſibi non placere affirmet. & Ioan. de Anan. nu. 1. in ſummario. & nu. 7. & 8. Vbi licèt videatur facere concluſionem, quod delinquens in eccleſia non ſub ſpe impunitatis, nec etiam gaudeat illius immunitate. Attamen poſtea cum Hoſtien. tenet, quod quando conſtat quem incidenter alium in eccleſia occidiſſe, quod gaudere debeat dicta immunitate. Tabien. in ſumma in verbo *immunitas*. num. 10. ad finem verſic. ſed quid ſi commiſit maleficium in eccleſia. Armilla in verbo *emunitas*. nu. 12. verſ. ſed ſi commiſit delictum in eccleſia. Roſella in verbo *emunitas*. il 2. num. 2. Vbi pariter ponit exemplum non præmeditati maleficij, quando quis offendit eum, cum quo nullam habebat inimicitiam. & cum hoc dicto communiter Doctores tranſire teſtatur. Alex. conſ. 145. nu. 3. ſub verſ. ſecundo probatur. & verſ. Tertio probatur. lib. 7. Bellamer. conſ. 13. numer. 1. verſ. Primum ergo. dixi iterum & alios retuli ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt 28. nu. 54. Ioan. Guttier. practicar. quæſt. lib. 3. quæſt. 1. num. 3. verſ. At quamuis. & num. 5. 6. 7. 9. & ſeqq. vſque ad nu. 13. Vbi relatis hinc inde Doctoribus, vnam aut alteram opinionem ſequentibus, pluribus comprobat, quod delinquens in eccleſia, tunc demum illius immunitate non gaudet ſi ſub ſpe immunitatis ſic ibi ex propoſito & deliberatè deliquerit, ſecus ſi ex rixa repentina orta. reſpondetque præcipue Abbatis & ſequacium rationi, dum dicunt, quod quando diſpoſitio fundatur duplici ratione, altera tantum ceſſante, non ceſſat diſpoſitio. Azeued. in Conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 24. & ſeqq. Vbi pluribus hanc probat ſententiam quam dicit communem, & ſæpius in practica receptam, proponit contraria, & illis reſpondet. Card. Tuſc. practicar. concluſ. iuris in verbo *eccleſia*. concluſ. 11. num. 13. & 14. Ioan. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. c. 9. ſub quæſt. 9. Villagut. de extenſ. legum. cap. fina. nu. 47. Vbi latè, & iuribus & Doctorũ auctoritatibus hanc probat ſententiam. Mar. Ital. de immunitat. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 1. & ſeqq. Vbi multa iuxta ſolitum profundens in hac quæſtione tandem, nu. 5. in verſ. quibus omnibus. videtur ſequi dicta per Villagut. in loco præallegato. Quibus addo Ioſephum de Seſſe. deciſion. Regni Aragon. deciſ. 141. num. 8. & ſeqq. Vbi alijs relatis teſtatur de communi; & ab ea non eſſe recedẽdum affirmat; & amplius ſubdit non eſſe verum quod contraria opinio ſit communis ne dum magis communis. & quod nullus reperitur qui eandem contrariam ſententiam communem dicat.

239 Contrarium, quod immunitate eccleſiæ non gaudeat delinquens in ea, etiam quod deliquerit non ex propoſito aut ſub ſpe impunitatis ſed caſu, voluit Abbas, licet primam opinionem & communem, & æquam teſtetur. in d.c.fina. poſt nu. 8. verſ. ſed mihi non multum placet. de immunitate eccleſiarum. Angelic. in ſumma. in verbo *immunitas*. numer. 17. ante finem. verſ. ſed quid ſi commiſit maleficium in eccleſia. Siluestrin. in eodem verbo *immunitas*. il 3. num. 2. verſ. ſi autem commiſit quis maleficium. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 28. nu. 5. verſ. Verum quia. Vbi præmiſſam contrariam ſententiam & diſtinctionem in practica non ſeruari teſtatur. Nauar. in manual. confeſſar. c. 25. numer. 20. verſ. Nec refert. Vbi quod ita receptum eſt in practica licet communis ſit in contrarium. Et hanc contrariam opinionem ſequuti ſunt Couarruu. Capell. Tholoſan. & Clar. in locis per me relatis ſupra in tit. de Carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 54. & ſeq. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 3. c. 16. numer. 79. verſ. Immo Panormitanus. Franciſcus Suarez de ſtatu religionis. lib. 3. c. 11. num. 6. in fine.

240 Quid dicendum? negari non poteſt primam opinionem magis communiter receptam eſſe à Doctoribus, eamq; amplectendam cenſui, præſertim ſi probaretur, homicidium ſeu mutilationem in eccleſia commiſſam fuiſſe non ſolum non præmeditatè & in rixa, ſed etiam ad alterius prouocationem. & multo magis ſi ad ſui corporis defenſionem: prout in caſu relato per Ioſeph Seſſe. in d. deciſ. 141. in quo ad fauorem immunitatis eccleſiæ iudicatum fuiſſe teſtatur. Tunc enim indubitanter crederem eum immunitatem eccleſiæ gaudere debere, cum deficiat animus offendendi, & violandi ipſam eccleſiam.

241 Bene verum eſt, quod in dubio præſumitur quem in eccleſia ſub ſpe impunitatis deliquiſſe, niſi contrarium probetur. ſecundum Hoſtien. in c. fina. n. 2. de immunitate eccleſiarum. Vbi amplius quod hæc eſt præſumptio iuris & de iure. Subdit tamen quod recipit probationem in contrarium (quod vltimum apud me eſt dubitabile, quia præſumptio iuris. & de iure non admittit probationem in contrarium. & ibi etiam Ioann. Andr. num. 2. in verbo *nullatenus*.

Ancharan. num. 3. verſ. quæro dicitur hic. Anton. de Butr. num. 4. verſ. Dic quod in dubio. & Card. Zabarell. col. 2. in 3. quæſtion. verſ. dicit Hoſtien. & d. col. 2. in fine. Turrecrem. in c. diffiniuit. nu. 2. verſ. ſecundus eſt. 17. quæſt. 4. Silueſtrin. in ſumma, in verbo *Immunitas*. num. 2. verſ. tertium eſt eorum. S. Antonin. in ſumma. par. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. verſ. item ſi quis in eccleſia. Roſell. in verbo *Emunitas*. il ſecondo. num. 1. Baiar. ad Clar. q. 30. num. 20. Ioan. Guttier. practicat. quæſt. lib. 3. q. 1. * num. 8. vbi alijs relatis hanc dicit communem, immo omnium Doctorum ſuffultam opinionem, præſertim ex Villalob. in commun. opin. littera I. nu. 19. Et quod ab hac communi opinione, quam teſtatur ſe vidiſſe practicari, & eſt eccleſiæ fauorabilis, in iudicando, & conſulendo, minime recedendum eſſe. proponit contraria, & illis reſponder. Azzeued. in conſtitut. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 25. Ioan. Azot. inſtitut. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. ſub 9. quæſt.

242 Quamuis contrarium quod in dubio delinquens in eccleſia, non præſumitur delinquere ſub ſpe immunitatis eccleſiæ, ſuaderi videatur ex traditis per eundem Ioan. Guttier. practicar. quæſt. lib. 3. d. q. 1. num. 1. & ſeqq.

243 Delinquens autẽ extra eccleſiã ſub ſpe immunitatis eccleſiæ, ſi ſtatim poſt delictum ad eccleſiam confugiat, poteſt inde inuitus extrahi ſecundum Alciat. qui pluribus hanc probat ſententiam de præſumptionib. reg. 3. præſumpt. 33. num. 5. & ſeqq. vbi ita conſuetudine plurimorum locorum, & in tota Italia ſeruari teſtatur ex Guido Pap. & Papien. in pract. in locis ibi per eum relatis. nec diſſentire videtur Andr. Facchin. in loco per me relato ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. nu. 56. in fine. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concl. 11. nu. 13. & 14.

244 Contrarium quod immo delinquens extra eccleſiam ſub ſpe confugiendi ad eam, ſi confugerit gaudeat illius immunitate, voluit Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas*. num. 17. verſic. ſecus ſi committeret extra eccleſiam. Silueſtrin. in eod. verbo *Immunitas*. il terzo. num. 2. verſic. qui etiam ſub prædicta ſpe. Thabien. in eodem verbo *Immunitas*. num. 10. verſ. tertium genus eſt. Armill. in verbo *Emunitas*. num. 12. verſic. ſecus ſi extra eccleſiam. Bellamet. conſil. 13. num. 1. & ſeq. vbi pluribus hanc probat ſententiam. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. c. 28. num. 5. verſic. ex quo infero. vbi in ſpecie reſpondet rationibus Alciati contrarium tenentis in loco præallegato. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concl. 11. nu. 49.

245 Et hæc contraria opinio ampliatur, vt procedat etiam in eo, qui fugitiuus in eccleſia ob aliquod delictum, ex ea egrediens aliud extra eccleſiam committat, & deinde ad eandem eccleſiam redeat. Is enim licet delictum extra eccleſiam commiſsiſſe videatur ſub ſpe immunitatis eccleſiæ, & animo redeundi ad eam prout redijt, quia tamen rediens poterat à ſeculare familia capi, iccirco poſtquam redjit, tutus eſt in eccleſia. niſi forſan prope eccleſiam deliquiſſet, quia tunc cum deliquiſſe præſumatur vt ſecure ſtatim ſe poſſit in eccleſiam recipere, hoc ideo in eccleſia tutus non eſt ſecundum Ioan. Guttier. practicar. quæſtion. lib. 3. quæſt. 2. nu. 34. & ante eum Azeued. in conſtitut. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 27. in fine verſic. vidi tamen in hac materia, & num. 28.

246 LIMITA II. eandem regulam in confugiente ad eccleſiam armato. Is enim, quod illius immunitate non gaudeat, & quod inuitus extrahi poſſit, poſt Rebuff. in loco per eum relato voluerũt Decianus in tract. crim. lib. 6. c. 26. nu. 10. & lib. 8. c. 3. num. 30. & 51. Couarr. & Plach. in locis per me relatis in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. nu. 64. & ſeqq.

247 Contrarium quod ſic ad eccleſiam confugiens armatus, illius immunitate gaudere debeat, de conſuetudine ſeruari. teſtatur idem Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 26. num. 10. in fine. & cap. 28. num. 5. ad finem. verſic. ex iſtis etiam. & hanc contrariam opinionem vti veriorem ſequutus fui ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſtion. 28. num. 66. vbi licet primam opinionem poſſe procedere affirmauerim in deferente in eccleſia arma prohibita ſub pœna capitali, prout ſunt prohibita archibuſetta ab Apoſtolicis conſtitutionibus, & non ſine ratione, quia vigore earundem Conſtitutionum, ſic talia arma deferentes incurrunt crimen læſæ maieſtatis, & illius pœnam. Hodie tamen vigore Conſtitutionis Gregorij xiiij. etiam deferentes prędictum armorum genus in eccleſia tutos eſſe crediderim. Cum ex eadem Conſtitutione non ſimpliciter crimen læſæ maieſtatis excipiatur, ſed illud tantum, quod in perſonam Principis commiſſum fuerit, quod minime commiſſum dici poteſt ab eo, qui defert arma prohibita, etiam ſub pœna capitali. ad quæ vide bene comprobantem Alexan. Ambroſin. de immunitat. & libert. eccleſ. cap. 5. num. 5. Quid de ſeruo ad eccleſiam armato confugiente, dixi ſupra num. 76.

248 Bene verum eſt, quod confugienti ad eccleſiam cum armis, auferenda ſunt arma quæ gerit, vt per Couarr. & Foller. in locis allegatis per Baiard. ad Clar. quæſt. 50. num. 4. & facit tex. in l. pateat. §. arma. & in §. nos vero. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt. Sed iſtorum opinio poſſet procedere de iure ciuili, non autem de iure canonico, quod vt ſupra dixi num. 27. in hac materia attendendum eſt, cum ex capitulo primo; extra de immunitate eccleſiarum; & in c. 2. eodem titul. in 6. expreſſe prohibetur iudicibus ſecularibus aliquam iuriſdictionem in eccleſia exercere.

249 LIMITA III. Vt tunc demum immunitate eccleſiæ non gaudeat, qui in eccleſia membrum mutilat, quando vere & proprie mutilat, hoc eſt abſcindit,

ſcindit, ſecus ſi tantum vulnerando debilitat. ſic & quando mutilat membrum, illud ſcilicet cuius proprio officio corpus mouetur aut iuuatur, prout ſunt oculi, pedes, aures, nares, manus, & lingua, ſecus ſi mutilatur membrum non proprie ſic dictum, prout ſunt digiti, dentes, barba, mamillæ, & his ſimilia, de quibus omnibus late diſcutit in propoſito Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 3. num. 8. & ſeqq. vſque ad num. 18. quem bene declarantem videas in hac materia, & præcipue, An membri appellatione veniat in propoſito membrum aridum, & inutile. de qua re vide etiam quæ dixi in materia irregularitatis infra in fragmentis criminalibus in verbo *Irregularitas*. num. 581. & ſeqq.

250 LIMITA IV. Vt delinquens in eccleſia, ſi delictum fuerit leue gaudet illius immunitate, & propterea ex ea inuitus extrahi non poteſt. Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas*. num. 17. ante finem. verſic. Secus eſſet in non enormibus. Siluestr. in eodem verbo *Immunitas*. il terzo. num. 2. verſ. & licet. Tabien. in eodem verbo *Immunitas*. nu. 10. verſic. & licet loquatur. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 9. in fine. verſ. illud tamen etiam tenendum. Henric. Boyc. Aufrer. Ang. de Caſtro. Couar. Roman. & Mandoſ. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. num. 63. Anaſtaſ. Germon. de Sacrotum immunitate. lib. 3. c. 16. num. 81. Azzeued. in Conſtitut. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 24. Vbi ampliat etiam quod leue delictum in eccleſia commiſſum, ex propoſito & veteri odio fuiſſet commiſſum, reprobato Villalob. in loco per eum relato contrarium tenente. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 11. num. 23. Ioan. Azzor. inſt. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 9. verſic. Secus, &c. Et hæc limitatio vigore Conſtitutionis Gregorij xiiij. nullam habet dubitationem, cum eadem Bulla inter caſus exceptos non niſi homicidium in eccleſia commiſſum, ſeu membri mutilationem, includat.

ARGVMENTVM.

Ad quæ loca eccleſiarum immunitas quo ad effugientes ad eam extendatur.

SVMMARIVM.

Confugiens ad loca ſacra, ſeu religioſa, tutus eſt ac ſi ad eccleſiam confugiſſet. num. 251. ſeq. vbi etiam quæ dicantur loca ſacra, & religioſa.

Eccleſia nõ Parochialis, in qua nõ ſeruatur Sanctiſsima Eucharistia, non gaudet immunitate eccleſia. num. 253. Contrarium verius. num. 254.

Eccleſia non conſecrata auctoritate tamen Epiſcopi fundata, gaudet immunitate. num. 255. Licet alij contra. num. 256. & quid ſi in eccleſia non conſecrata diuina officia non celebrantur. num. 257. & 258.

Eccleſia interdicta gaudet eccleſiæ immunitate. num. 259.

Confugiens ad eccleſiam dirutam, & deſtructam, gaudet illius immunitate. num. 260.

Confugiens ad eccleſiam adhuc non perfecte conſtructã, & in eſſe productam gaudet immunitate eccleſiæ. num. 261.

Confugiens ad cæmeterium eccleſiæ, gaudet illius immunitate. num. 262. Limita dummodo cæmeterium ſit contiguum, & coniunctum cum eccleſia, ſecus ſi ſeparatum. num. 263. contra. num. 264.

Confugiens ad hoſpitale inuitus inde extrahi non poteſt. num. 265. Limita dummodo fuerit fundatum auctoritate Epiſcopi aliter ſecus.

Eccleſia diruta, & deſtructa gaudet immunitate. num. 260. idem de eccleſia non perfecte conſtructa. num. 261.

Cæmeterium gaudet immunitate eccleſiæ. num. 262. Limita dummodo ſit coniunctum cum eccleſia, aliter ſecus. num. 263. contra. num. 264.

Hoſpitale gaudet immunitate eccleſiæ ſi fuerit conſtructum auctoritate Epiſcopi aliter ſecus. num. 265. & ſeq.

Oratorium gaudet immunitate eccleſiæ, ſi auctoritate epiſcopi conſtructum fuerit, ſecus ſi priuatum, & priuata auctoritate fabricatum. num. 267.

Eccleſiæ Atrium, Clauſtrum, Porticus, Ambitus, Dormitorium, Septa, & tota fabrica gaudet immunitate. num. 268.

Domus, ſeu palatium Epiſcopi, gaudet immunitate eccleſiæ. num. 269. Declara vt nu. 270. & ſeqq.

Domus, ſeu palatia Cardinalium, nunquid gaudeant immunitate eccleſiarum. nu. 274.

Confugiens ad ſacerdotem portantem Sanctiſsimum Eucharistiæ Sacramentum, ab eo inuitus euelli non poteſt. nu. 275. Declara, vt nu. 276.

Principis ſtatuæ nunquid gaudeant immunitate eccleſiarum. nu. 277. & ſeq.

Ianua eccleſiæ nunquid gaudeat immunitate. nu. 279. & ſeq. vbi de ſcalis eccleſiæ. Declara, vt nu. 281.

Eccleſiæ tectum nunquid gaudeat illius immunitate, & ſic ad tectum confugiens, nunquid inde extrahi poſſit. num. 282.

CAPVT XVII.

251 REGVLA ſit, quod confugiens ad loca ſacra, ſeu religioſa, inde extrahi non poteſt. Archid. in c. diffiniuit. num. 1. verſic. in loco ſancto. 17. quæſt. 4. vbi de confugientibus ad domum religioſam, & ibi etiam Bellamer. col. 1. in eod. verſic. in loco ſancto. Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 24. num. 32. vbi de confugientibus ad domos religioſas, & pia loca, quod gaudeant priuilegio immunitatis, etiam quod dictæ domus, & loca pia non ſint ſacra, ſecundum Paul. de Caſtr. Ang.

Panormit. & Felyn. in locis per eum relatis, & num. 33. vbi idem dicit de ſacrarijs, ſeu ſacriſtijs, in quibus ſacræ res ſeruantur, licet non ſint ſacræ.

252 Quæ autem dicantur loca ſacra, & religioſa, bene declarant Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 24. num. 21. & ſeqq. vbi etiam ponit differentiam inter loca ſacra, & loca religioſa. dixi ſupra in tit. de furtis. quæſt. 172. num. 48. & ſeq. Quibus Addo. Nauar. in manual. confeſſar. c. 25. num. 17. verſic. primum per locum ſacrum. vbi dixit, quod ad effectum immunitatis de qua agitur, locus ſacer intelligitur quælibet eccleſia, capella, baſilica, oratorium, non tamen in domibus priuatis ' eremitorium, & quolibet aliud ſacellum pro Miſſa dicenda, Epiſcopali auctoritate conſtructum. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 5. vbi late declarat, qui dicatur locus religioſus. & num. 7. declarat locum religioſum ad effectum de quo agitur, reputari etiam domos clericorum ſecularium ad inſtar religioſorum in communi viuentium, prout ſunt patres Congregationis Oratorij B. Philippi Nerei, & alij ſimiles. Franciſc. Leon. in ſuo theſauro fori eccleſiaſtici par. 1. cap. 13. num. 8. vbi inter loca religioſa connumerat domum Piam, Seminaria puerorum, DomusMulierum conuertitarũ, & alias ſimiles, Apoſtolica, vel Ordinaria auctoritate erectas. Genuen. in ſua praxi Archiepiſcopali. c. 22. poſt num. 10. vbi teſtatur Neapoli fuiſſe reſtitutum quendam homicidam qui cõfugerat ad domum furni Seminarij &ad furnum ſe contulerat ingrediens per ianuã magnã dictæ domus quæ eſt à parte viæ publice & non a parte Seminarij. quia negari non poterat quin dicta domus eſſet Seminarij, & ſic loci pijs, quãuis per illam portam pueri non ingrederentur. quibus adde capellam, ſiue oratorium in propugnaculo, vel fortalitio conſtruitur, quamuis non conſecratum, quia obſequijs diuinis dedicata nullius ſunt temerarijs auſibus profananda. c. penultimo de immunitate eccleſiæ. in oratorijs enim huiuſmodi non ſolum miſſæ ſæpiſſime celebrantur, ſed etiã eccleſiaſtica ſacra de licentia Ordinariorum locorum adminiſtrantur. Et in propoſito vide Conſtitutionem Gregorij xiiij. vbi ad effectum immunitatis de qua agitur, loca ſacra, & religioſa reputat eccleſias, monaſteria, ſacellos, domus, regularium, & ſecularium. & huius conſtitutionis verba refert Mar. Ital. vbi ſupra lib. 1. c. 4. in initio. verſ. Primum ergo.

253 AMPLIA I. Propoſitam regulam in confugiente ad eccleſiam non parochialem, in qua ſanctiſſima Euchariſtia ad publicam venerationem & adorationem continuo non aſſeruatur. licet enim quod ad eam confugiẽs illius immunitate non gaudeat voluerint Couarr. variar. reſolut. lib. 2. cap. 20. num. 4. quem in propoſito refert Anaſtaſ. Germonius de ſacrorum immunitate. lib. 2. c. 16. nu. 26. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 9. num. 16. Vbi pariter ex Claro quem ſic allegat in §. fina. quæſt. 30. verſ. Scias autem. & nu. 30. verſ. Huiuſmodi autem, dixit in pluribus locis de conſuetudine ſeruatur, quod ſolum eccleſiæ in quibus ſanctiſſimum euchariſtiæ ſacramentum conſeruatur gaudeant immunitatis priuilegio. de qua conſuetudine etiam aliquid dixi ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 34.

254 Verius tamen eſſe puto, quod immo confugiens ad eccleſiam non parochialem, & in qua ſanctiſſima Euchariſtia non ſeruatur, tutus in ea ſit, nec inde inuitus extrahi poſſit. ex his quæ dixi dicta qu. 28. eod. num. 34. Vbi in ſpecie probaui etiam eccleſiam non conſecratam gaudere debere hac immunitate. de quo in ſpecie dixi in ſequenti ampliatione. & inde ſequitur, quod ſi eccleſia non conſecrata, hac immunitate gaudet, & tamen in ea non adhuc conſeruatur ſanctiſſima Euchariſtia, multo magis gaudere debet eccleſia conſecrata. non parochialis licet in ea eadem ſanctiſſima euchariſtia non conſeruetur. Prout & ni fallor verius defendit Mar. Ital. de immunit. eccleſiar. lib. 1. cap. 4. §. 3. num. 1. & ſeqq. vſque ad num. 7.

255 AMPLIA II. Etiam in confugiente ad eccleſiam non conſecratam, auctoritate tamen Epiſcopi ædificatam. Is enim gaudet illius immunitate. tex. eſt in c. Eccleſiæ. extra de immunitate eccleſiar. vbi ad litteram dicitur *eccleſia in qua diuina myſteria celebrantur licet adhuc non extiterit conſecrata, nullo iure priuilegium immunitatis adimitur. quia obſequijs diuinis dedicata nullius eſt temerarijs auſibus profananda.* & ibi hoc adnotarũt. Gloſ. in verbo *adimitur*. Hoſtien. ante num. 1. in eodem verbo *adimitur*. Ioann. Andr. num. 1. Anchar. in ſummario. & in primo notab. Anton. de Butr. in ſummario. Abb. num. 1. & ſeqq. Cardin. Zabarell. in princ. & Ioan. de Anan. num. 1. Innoc. in cap. Inter alia. col. 1. in verbo *ad eccleſiam*. extra de immunitat. eccleſiar. & ibi etiam Hoſtien. ante num. primum in eodem verbo *ad eccleſiam*. Card. Zabarell. num. 4. verſ. Tertio quero. Turrecrem. in c. ſi quis in atrio. num. 3. in 2. quæſt. 17. quæſt. 4. Archidiac. in c. frater. num. 5. verſ. Et nota quod priuilegium immunitatis. eadem cauſa & quæſtione. & ibi etiam Bellamer. num. 4. Ancharan. in c. 1. numer. 4. in fine. de pœnitentia, & remiſſione. Ioan. de Imol. num. 8. Card. Zabarell. num. 4. verſ. ſed primo videndum. & Bonifac. de Vitalin. nu. 73. Goffre. in ſumma. rubr. de immunitate eccleſiarum num. 13. Hoſtien. in eadem ſumma. num. 10. in fine. verſ. Quid ſi eccleſia non eſt conſecrata. Angel. in ſumma in verbo *immunitas*. num. 25. Silueſtrin. in eodem verbo *immunitas*. il primo. num. 2. & iterum in eodem verbo *immunitas*. il tertio nu. 1. verſ. Et dico. Tabien. in eodem verbo *immunitas*. num. 15. Armilla in verbo *emunitas*. nu. 19. S. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 12. c. 3. in princ. verſ. eccleſia non ſolum conſecrata. Roſella in verbo *emunitas*. il primo. verſ. Vtrum eccleſia non conſecrata. Card. Zabarell. conſ. 13. num. 1. & 2. Decian. in

tracta.

tracta.crim.lib.6.c.24. nu.24.in fine. verſ. Aduerte tamen. vbi hanc opinionem communem, & à conſuetudine receptam teſtatur. licet vt mox eum referam contrarium verius credat. Addo ad comprobationem huius concluſionis. Hoſtien. Ioann. Andr. Cardinal. Henric. Boyc. Remig. Couar. Clar. & Bonacoſſ. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 34. Anaſtaſius Germon. de ſacror. immnnitat. lib. 3. cap. 16. nu. 22. in fine. verſ. Hic opportune. & num. 23. & ſeqq. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 9. num. 12. Vbi de communi. & in verbo *immunitas*. concluſ. 59. num. 3. in fine. Ioan. Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 8. quæſt. 1. Franciſcus Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 3. num. 1. verſ. Immò etiam ſi propriè conſecrata non ſit. Alexan. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. c. 10. n. 2. Franciſc. Leon. in Theſaur. fori Eccleſiaſtici par. 1. c. 13. nu. 7. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 4. §. 3. num. 12.

256 Quamuis contrarium, quod eccleſia non conſecrata non gaudeat immunitate eccleſiæ, voluerit. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 24. nu. 24. verſ. Quod tamen ego verum non puto. ea ratione motus, quia ſacrilegium nunquam committitur in loco non conſecrato.

257 LIMITA hanc II. Ampliationem procedere dummodo in eccleſia non conſecrata, diuina officia celebrentur, alias ſecus. ſumpto argumento à contrario ſenſu ex dicto cap. eccleſiæ de immunitate eccleſiarum in illis verbis *in qua diuina myſteria celebrantur*. & ibi hoc adnotarunt. gloſ. in verbo *celebrantur*. Anton. de Butr. numer. 2. & 3. Cardin. Zabarell. verſ. Quero ſi in eccleſia. Innoc. in c. inter alia. col. 1. in verbo *ad eccleſiam*. extrà de immunit. eccleſ. Vbi etiam teſtatur ita ſe habere conſuetudinem. quæ quia pia eſt, obſeruanda eſt. & ibi etiam Hoſtien. ante num. 1. in dicto verbo *ad eccleſiam*. Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 24. nu. 24. verſ. Conciliando tamen opiniones. Alex. Ambroſ. de immunitat. & libertat. eccleſ. c. 10. num. 2. verſ. Quod præcipue verum eſt. vbi refert & ſequitur Decian. in loco præallegato.

258 Contrarium quod confugiens ad eccleſiam non conſecratam, illius immunitate gaudeat, etiam quod non adhuc in ea diuina officia celebrata fuerint, dummodo Pontificali auctoritate canonicè interueniente, & primiarium lapidem ponente conſtructa fuerit, voluerunt in d. c. eccleſiæ de immunitate eccleſiarum. Hoſtien. ante num. 1. in verbo *celebrantur*. & in verbo *dicata*. ea nempe ratione. quia in illo textu non tantum conſideranda eſt celebratio diuinorum, quantum dedicatio de eo ſolemniter facta. & quod illa verba *in qua myſteria celebrantur*, interpretanda ſunt ideſt *celebrari poſſunt*. cum ad id eccleſia apta ſit. & ibi etiam. Ioan. Andr. num. 4. verſ. in gloſ. 1. Ancharan. nu. 4. Anton. de Butr. num. 6. Abb. nu. 5. & 6. & Ioann. de Anan. num. 3. in fine. Ioan. de Imol. in Clemen. 1. num. 8. de pœnitentia, & remiſſione. & ibi etiam. Bonifac. de Vitalin. num. 75. Addo ad comprobationem huius concluſionis. Hoſtien. Ioann. Andr. Cardin. Henric. Boyc. Remig. Couar. Clar. & Bonacoſſ. in locis per me relatis ſupra. in tit. de carcerib. & carceratis. quæſt. 28. nu. 34. Quibus addo Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. c. 16. nu. 23. & ſeqq. Vbi teſtatur de communi Doctorum opinione. Subdit tamen & ipſe ex Doctoribus ibi per eum relatis, in hac re plurimum valere conſuetudinem. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *eccleſia*. concl. 9. num. 12. Vbi de communi. Ioan. Azzor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. num. 2. & ſeq. vſque ad numer. 6. Villagut. de extenſione legum. c. fina. n. 18. & ſeqq. vſque ad num. 27. Vbi pluribus hanc probat concluſionem. Marius Italia de immunitat. eccleſ. lib. 1. c. 4. §. 3. num. 14.

259 AMPLIA III. In confugiente ad eccleſiam etiam interdictam. is enim quod illius immunitate gaudeat, voluerunt. Hoſtien. in c. eccleſia. num. 3. verſ. ſed nunquid eccleſia interdicta. de immunitate eccleſiarum. & ibi etiam. Ioann. Andr. num. 2. Ancharan. num. 3. Abb. num. 8. verſ. Tertio quero. Cardin. Zabarell. in verſ. Tertio quæro. & Ioan. de Anan. num. 3. Turrecrem. in c. ſi quis in atrio. n. 5. in 4. quæſt. 17. quæſt. 4. Archidiac. in c. frater. nu. 5. verſ. Item & Priuilegium immunitatis. ead. cauſa. & quæſt. & ibi etiam Bellamer. num. 2. Anchar. in Clem. 1. nu. 4. in fine. verſ. & eſt hoc verum. de pœnitentia, & remiſſione. & ibi etiam Ioan. de Imol. ſub num. 8. Card. Zabarell. nu. 4. in fine. verſ. etiamſi eccleſia ſit interdicta. & Bonifac. de Vitalin. nu. 78. Goffred. in ſumma rubr. de immunit. eccleſ. nu. 14. & ſeqq. Hoſtien. in ead. ſumma. num. 9. verſic. ſed nunquid hoc priuilegium. Angel. in ſumma. in verbo *immunitas*. num. 27. Vbi quod ita communiter dicunt Doctores. Silueſtr. in eodem verbo *immunitas*. num. 15. verſ. & ſimiliter eccleſia interdicta. Armilla in verbo *emunitas*. num. 19. S. Antonin. In ſumma par. 3. tit. 12. cap. 3. in princ. verſ. & nota quod ſi eccleſia interdicatur. Roſella in verbo *emunitas*. il primo. verſ. Idem dic de eccleſia interdicta. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 24. nu. 26. & cap. 25. num. 20. in fine. Vbi teſtatur de communi opinione. licet eam declaret non procedere quo ad homines de populo, propter quorum delictum vel contumaciam interdicta fuit eccleſia, ſed ſolum quo ad peregrinos. quæ tamen declaratio eſt contra communem vt ipſemet ibidem fatetur. Addo Marſil. Monticell. Clar. & Bonacoſſ. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis. qu. 28. num. 35. Quibus addo. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 9. num. 9. Ioann. Azzor. inſtit. Moral. par. 2. lib. 9. c. 8. quæſt. 4. Franc. Suarez de ſtatu Relig. lib. 3. c. 9. num. 6. Villagut. de extenſ. legum. c. fina. num. 29. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 4. §. 3. num. 7. & ſeqq. vſque ad

num. 13. Vbi pluribus hanc probat concluſionem.

260 AMPLIA IV. In confugiente ad eccleſiam dirutam & diſtructam. is enim quod illius immunitate gaudeat, quia ſaltim reſpectu loci in quo erat ædificata, non deſinit eſſe ſacra. l. æde ſacra. ff. de contrahenda emptione. l. in tantum. §. ſacræ. in fine. ff. de rerum diuiſione. gloſ. in c. quæ ſemel. 19. quæſt. 3. voluit Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 24. num. 27. vbi declarat nunquid iſto caſu ſi eccleſia diruta reficiatur, opus ſit noua conſecratione. & c. 25. num. 22. vbi pariter declarando dicit, quod ſi eccleſia eſt diruta & deſtructa ſine auctoritate ſuperioris, vel etiam ſi ſubſit ſpes refectionis, & tunc ad eam confugiens erit tutus, ſecus ſi auctoritate ſuperioris fuiſſet deſtructa, vel nulla adeſſet refectionis ſpes. ex Remig. & Claro in locis ibi per eum relatis. Addo. Remig. Clar. & Bonacoſſ. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 70. Quibus Addo. Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 9. num. 10. vbi quod eccleſia deſtructa gaudet immunitate ſi adeſt ſpes eã reædificandi, & dicit cõmunem ex Claro in loco per eum relato. Villagut. de extenſione legum. c. fina. num. 38. vbi quod eccleſia deſtructa ſine auctoritate Epiſcopi, vel cum ſpe reędificationis, vel quando fuit vnita alteri eccleſiæ gaudet immunitate, ſecus ſi deſtructa fuerit cum auctoritate Epiſcopi, vel ſi nulla adſit ſpes reędificationis, vel alteri eccleſię non fuerit vnita. Alexan. Ambroſin. de immunit. eccleſ. c. 10. num. 3. vbi pariter dixit, quod eccleſia deſtructa gaudet immunitate niſi fuerit deſtructa auctoritate Epiſcopi, & ſine ſpe reędificandi. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 3. num. 13. vbi facit eandem diſtinctionem.

261 AMPLIA V. In confugiente ad eccleſiam adhuc non perfecte conſtructam & in eſſe productam, is enim quod gaudeat priuilegio, & immunitate ecleſiarum, quia ſufficit quod locus ſit deſtinatus ad ædificationem alicuius eccleſiæ, & ibi fuerit primarius lapis per Epiſcopum impoſitus, voluerunt Ancharan. in c. eccleſia num. 1. in 1. notab. de immunit. eccleſiarum. & ibi etiam Abb. num. 5. Gabr. cum allegatis per eum tit. de præſumpt. concluſ. 52. num. 17. quos ſic dicentes, refert etiam & ſequitur Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 4. §. 3. num. 15. & ſeqq. vbi declarat hanc concluſionem procedere, quando eccleſia nondum conſtructa perfectè non deſinit conſtrui, ſed continuo conſtruatur. ſecus ſi incepta conſtrui, & primario lapide in fundamentis impoſito, non amplius conſtruatur. tunc enim locus ille potius dicitur deſertus, quam domus orationis, vt ibi per eum. ea motus ratione, quia qui eccleſiam ędificare cęperit, eam perficere tenetur, quæ ratio quantum concludat per te ipſum conſidera.

262 AMPLIA VI. In confugiente ad cæmeterium eccleſiæ, qui propterea inuitus inde extrahi non poteſt ſicut ſi ad ęccleſiã confugiſſet. tex. eſt in c. fina. de immunitate eccleſiar. in illius verbis, vel earum *cæmeterÿs*. & ibi hoc adnotarunt Hoſtien. num. 1. in fine. in verbo *eccleſÿs*. Ancharan. nu. 2. Abb. num. 4. in 3. notab. & Ioan. de Anan. nu. 1. in fine. Turrecrem. in c. ſi quis in atrio. num. 4. in 3. quæſt. 17. quæſt. 4. Archidiac. in c. ſi quis contumax. num. 2. ead. cauſa & quæſt. Ioan. de Imol. in clemen. 1. num. 8. verſic. item cæmeterium de pœnitentia. & remiſſione. S. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 12. in princ. verſic. & cæmeteria earum. Alex. conſ. 145. num. 11. verſic. vnde etiam cæmeteria gaudent. lib. 7. Decia. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 24. num. 28. & c. 25. num. 10. Mantua conſ. 60. num. 8. Nauar. in Manual. confeſſarior. c. 25. num. 17. verſ. cæmeterium. item dixi hac de re iterum ſupra in tit. de carcerib. & carceratis quæſtion. 28. num. 14. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 3. c. 16. nu. 30. verſ. de cæmeterio. & ſeqq. Cardin. Tuſc. pract. car. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 10. num. 3. Ioann. Azzor. inſtit. Moral. par. 2. lib. 9. c. 8. quæſtion. 6. Franciſc. Suarez de ſtatu Relig. lib. 3. c. 9. num. 8. Franciſc. Leon. in Theſauro fori eccleſiaſtici par. 1. cap. 13. numer. 2. Alex. Ambroſin. de immunit. eccleſ. c. 10. num. 5. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. c. 4. §. 7. per tot. in diſcurſu. vbi plura de materia cæmeteriorum.

263 LIMITA hanc VI. Ampliationem procedere, dummodo cæmeterium ſit contiguum, & coniunctum cum eccleſia, ſecus ſi ſeparatum. quia tunc niſi appateat quod illud fuerit conſecratum non gaudebit immunitate, eccleſia enim conſecrata intelligitur etiam conſecratum cæmeterium illi coniunctum, ſecus ſi diſiunctum & ſeparatum. ex allegatis per Decian. in tracta. crim. lib. 6. cap. 24. num. 28. & num. 30. Vbi etiam an cæmeterium ab eccleſia diſtans per duos paſſus dicatur eidem eccleſiæ coniunctum, vel diſiunctũ, & ſic an gaudeat, vel non gaudeat immunitate eccleſiæ, de quo per eundem Decian. ibid. c. 25. num. 11.

264 Contrarium quod cæmeterium etiam ſeparatum ab eccleſia gaudeat illius immunitate, voluit Nauar. in Manual. confeſſarior. c. 25. verſ. cæmeterium. item Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 3. n. 31. & ſeqq. Vbi quod hæc eſt communis interpretum ſententia. Villagut. de extenſion. legum. c. fina. num. 33. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 4. §. 7. num. 28. & ſeqq. & ponit etiam num. 29. in fine. & ſeqq. Quid de cæmeterijs non cinctis muro exiſtentibus puta in aliquo fundo. vide quæ dixi ſupra in tit. de furtis. q. 172. nu. 51.

265 AMPLIA VII. In confugiente ad Hoſpitale, qui propterea inde inuitus extrahi non poteſt, non aliter acſi ad eccleſiam confugiſſet. Archid. in c. diffiniuit. poſt nu. 1. verſ. in loco ſancto. 17. q. 4. & ibi etiam Bellamer. col. 1. in eodem verbo *in loco ſancto*. Decian. in tracta. crim. lib. 6. c. 24. num. 32. Roderig. Suarez in ſua declaratione ad l. 11. foro ll. lib. 3.

lib. 3. nu. 4. verſ. Verum etiam idem erit in fugiente ad hoſpitale. Bal. Marſil. Franciſc. Caſon. Alex. Iaſ. Conrad. Mayner. & Couar. in locis per me relatis. ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 36. & 37. Quibus addo. Franciſc. Leon. in Theſaur. fori eccleſ. par. 1. c. 13. rubr. de immunit. eccleſ. num. 8. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 4. §. 8. num. 1. & num. 2. verſic. Vnicum adhuc inſurgere videtur dubium. vbi proponit contrarium & illi reſpondet.

266 LIMITA hanc VII. Ampliationem vt hoſpitale tunc demum eadem eccleſiæ immunitate gaudeat ſi fuerit fundatum auctoritate Epiſcopi, aliter ſecus. Angelic. in ſumma poſt Goffred. quem allegat. in verbo *immunitas*. num. 26. verſ. Vtrum Hoſpitale. Silueſtrin. in eod. verbo *immunitas*. il primo. num. 1. in fine. verſ. tertium & ſimiliter Hoſpitale. & in d. verbo *immunitas*. il 3. num. 1. verſ. Et ſimiliter. Tabien. in eod. verbo *immunitas*. numer. 15. verſ. & ſimiliter dicendum eſt de hoſpitali. Armilla in verbo *emunitas*. nu. 19. Decian. cum allegatis per eum in tracta. crimin. lib. 6. c. 25. n. 18. Nauar. in manual. confeſſar. c. 25. num. 18. verſ. Hoſpitale. Item Baiard. ad Clar. q. 30. num. 11. & ſeqq. Vbi etiam remiſſiuè quomodo probetur, ſeu præſumatur hoſpitale eſſe conſtructum authoritate Epiſcopi. Anaſtaſ. Germon. cum allegatis per eum de ſacrorum immunitate. lib. 3. cap. 16. num. 27. & 28. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo eccleſia. concl. 10. num. 2. Ioan. Azor. Inſtit. moral. par. 2. lib. 9. c. 8. q. 2. Franciſc. Suarez de ſtat. Relig. lib. 3. c. 9. n. 9. Villagut. de extenſione legum. cap. fina. num. 34. & 35. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 4. §. 8. Vbi quod hoſpitalia ad vſum publicum deſtinata, ea ſcilicet quæ auctoritate Epiſcopi ædificata fuerunt cũ altare ad celebrandum gaudent immunitate, ſecus autem hoſpitalia priuata, ad priuatum vſum deſtinata, & ſine auctoritate conſtructa. & ibi etiam benè declarat in dubio An hoſpitale præſumatur Epiſcopi auctoritate erectum.

267 AMPLIA VIII. Etiam in confugiente ad oratorium ſi illud auctoritate Epiſcopi conſtructum fuerit, ſecus ſi fuerit Oratorium priuatum, & priuata auctoritate fabricatum. ſecundum Hoſtien. in c. eccleſia. ante num. 1. verſ. Vnde Oratoria priuatorum, extra de immuniitate eccleſię. & ibi etiam Ioan. Andr. nu. 1. in verbo *Eccleſia*. Ancharan. nu. 2. Anton. de Butr. nu. 3. Abb. nu. 7. verſ. ſecundo quæritur. Card. Zabarel. verſ. 2. quæro, & Ioa. de Anan. num. 2. verſic. Vtrum autem fugiens ad priuatum Oratorium. Turrecrem. in c. ſi quis in atrio. num. 6 in 5. quæſtion. 17. quæſt. 4. Archid. in c. vxor. nu. 3. 17. q. 4. & ibi etiam Bellam. nu. 2. verſ. Putat tamen Hoſtien. Ioan. de Imol. in Clemen. 1. nu. 8. de pœnitentia & remiſſione. & ibi etiam Bonifac. de Vitalin. num. 74. verſ. ſecus autem in Oratorijs ſimplicibus. vbi ampliat etiam quod in Oratorio fuerint diuina celebrata. Goffred. in ſumma rubr. de immunitate eccleſiarum. nu. 13. verſ. ſed nunquid priuato Oratorio. Hoſtien. in eadem ſumma. num. 10. in fine verſ. Quid de Oratorijs. Angelic. in ſumma in verbo *immunitas*. nu. 26. Silueſtrin. in eod. verbo *immunitas*. il primo nu. 7. in fine verſ. Tertium, &c. Et iterum in d. verbo *immunitas*. il. 3. num. 1. verſ. Et ſimiliter in ſecundo. Tabien. in eodem verbo *immunitas*. num. 15. verſ. & ſimiliter idem eſt dicendum. Armilla in verbo *emunitas*. num. 19. S. Anton. in ſumma. par. 3. tit. 12. c. 3. in fine principij. Abb. in cap. final. nu. 3. extra de cenſibus. vbi teſtatur hanc eſſe communem Doctorum concluſionem. Decian. in tracta. Crimin. lib. 6. c. 25. nu. 19. Vbi in ſubſtantia hanc eandem ſequitur diſtinctionem. Dicitque authoritate Epiſcopi præſumi Oratorium à principio erectum quando haberet Altare lapideum, ſtabile, & non portatile. Idem ſi altare eſſet conſecratum, idem ſi oratorio eſſet conſtituta dos, vel ſi haberet campanam publicam. Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. c. 16. nu. 29. & 30. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 9. num. 15. & in verbo *immunitas*. concluſ. 59. nu. 14. Ioan. Azor. inſtit. moral. pur. 2. c. 8. qu. 3. Franciſc. Suarez. de ſtatu Relig. lib. 3. c. 9. num. 10. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. c. 4. §. 4. per tot. Vbi benè declarat quando Oratoria dicantur publica, & quando priuata. Vide quæ dixi ſupra in tit. de furtis. q. 72. num. 50. & in tit. de carcerib. & carceratis. qu. 28. num. 71.

268 AMPLIA IX. In confugiente ad eccleſiæ atrium, ſeu Clauſtrum, Porticum, Ambitum, Dormitorium, intra ſepta, & in totam fabricam eccleſię. is enim tutus eſt, & extrahi non poteſt, non aliter acſi ad eccleſiam confugiſſet. tex eſt in l. pateant. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. in illis verbis. *Quicquid fuerit interiacentes ſiuè in cadulis ſiue in domibus, hortulis, balneis, atque porticibus, confugas interioris templi vice tueantur.* Facit tex. in c. ſi quis in atrio 17. q. 4. Vbi eccleſiæ immunitatem videri dicitur propter homicidium, vel pugnã in atrio commiſſam. item & tex. in c. frater. eadem cauſa & quæſt. in illis verbis *ad eccleſiæ ſepta*. Alius tex. in c. ſi quis contumax ead. cauſa & quæſtione. Vbi *De atrio eccleſiæ, vel de porticibus quolibet modo eccleſiæ adhærentibus*. & ibi gloſ. in figuratione caſus, & in verbo *adhærentibus*. & ibi Archid. in princ. in verbo de *porticibus*. item, & tex. in c. id conſtituimus. eadem cauſa, & quæſtione. in illis verbis *ad eccleſiæ atriis*. & ibi Archid. ante num. 1. in verbo *atriis*. Alberic. in l. 2. nu. 1. in princ. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. vbi de his qui confugiunt ad Porticus eccleſiæ. & ibi etiam Card. Zabarell. nu. 4. verſ. quarto quero. Abb. in c. eccleſiæ. nu. 10. extra eod. tit. de immunit. eccleſiarum. vbi pariter dixit, quod Porticus eccleſiæ adhærentes gaudent hac immunitate. Ancharan. in c. fina. num. 2. in fine. verſ. Idem ſi confugit ad Porticum. & num. 3. verſ. Quid ergo. eod. tit. de immunitate eccleſiarum. & ibi

ibi etiam Ioan. de Anan. nu. 2. & ſeq. Roman. conſ. 227. num. 1. vbi de Atrio & Clauſtro. Alex. conſ. 145. num. 11. & num. 13. Vbi ſequitur de Dormitorio Monaſterij, de ſeptis eccleſiæ, de Porticibus, de Horto, de Area, & de toto manſu. Decian. in tractatu crim. lib. 6. c. 24. nu. 31. verſ. Atrium vero eccleſiæ. & cap. 25. nu. 12. & 13. Vbi loquitur de aufugiente intra ſepta eccleſiæ. & ibi declarat ſepta Eccleſiæ dici loca omnia, quæ ſæpe aliqua, vel aliquo muro, aut tabulato ſunt circundata tanquam vallo quodam munita. ad tex. in l. 1. §. ſepta. ff. de Ritus. & in Clementina 1. §. præfata quoque. de ſtatu Monachorum. cum alijs ibi per eum relatis. & numer. 17. Vbi de atrio & Porticu. Mantua. conſ. 211. nu. 25. vbi de Porticu. Nauar. in manual. confeſſar. c. 26. num. 17. vbi de dormitorio, de Porticu, & de Clauſtro. idem Decian. conſ. 80. num. 28. Vbi de dormitorio Fratrum. Baiard. ad Clar. quæſt. 30. num. 1. Vbi etiam de dormitorio dixi hac de re iterum ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 14. Quibus addo etiam Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 9. num. 3. & n. 7. & concluſ. 20. per tot. & in verbo *immunitas*. concluſ. 59. n. 5. Franc. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. c. 9. num. 7. & ſub num. 9. Villagut. de extenſione legum. c. fin. num. 36. Alex. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. c. 10. num. 6. Apud quos ferè omnes reperies idem dicentes de Monaſterio Religioſorum quod eccleſiæ immunitate gaudeant.

269 AMPLIA X. In confugiente ad domum, ſeu Palatium Epiſcopi. is enim inde inuitus extrahi non poteſt, non aliter acſi ad eccleſiam confugiſſet. tex. eſt in c. Id conſtituimus. 17. qu. 4. Vbi ad litteram dicitur, *ab eccleſiæ atrijs vel Domo Epiſcopi reos abſtrahere omnino non liceat*. & ibi gloſ. & communiter Docto. omnes. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. Innoc. in c. inter alia. col. 1. verſ. Item idem dicunt quidam in Palatio Epiſcopi. extra de immunit. eccleſiar. & ibi etiam Hoſtien. ante nu. 1. verſ. Et idem eſt ſecundum quoſdam. Anton. de Butr. num. 9. & Card. Zabarell. num. 4. Hoſtien. in c. Eccleſiæ. num. 2. eod. tit. de immunitat. eccleſiar. & ibi etiam Abb. nu. 9. verſ. quarto quæro. Ioan. de Anan. in c. fin. num. 11 in fine, eod. tit. de immunit. eccleſiar. Cardin. Zabarell. in Clement. 1. num. 4. in fine. verſic. ſecundo quæro. de pœnitentia & remiſſione. Armilla in ſumma. in verbo *emunitas*. nu. 19. S. Antonin. in ſumma. par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. verſ. Item confugiens ad Palatium Epiſcopi. Roſella in verbo *emunitas*. il 2. nu. 14. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit. lib. 3. c. 16. nu. 45. & ſeqq. Alios retuli ſupra in tit. de carceribus & carceratis qu. 28. nu. 38. Villagut. de extenſione legum. cap. fina. nu. 37. Vbi duplici medio hanc probat concluſionem, Genuen. in pract. Archiepiſcopali. c. 22. num. 10. Vbi & ipſe benè hanc probat ampliationem. Alex. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. c. 10. nu. 7. in prin. Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. c. 4. §. 9. n. 1.

270 AMPLIA rurſus hanc X. Ampliationem duobus modis, & Limita alijs duobus modis, vt per Mar. Ital. de immunitat. eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 4. vbi ampliat etiam Epiſcopo mortuo, vel abſente. & num. 13. vbi ampliat etiam in palatio Epiſcopi quando per ſuam Diœceſim moratur in Viſitatione. & num. 5. vbi limitat, quando ſedes Epiſcopalis alio tranſlata fuerit. & num. 8. vbi pariter limitat, quando Epiſcopo mortuo vel abſente, palatium Epiſcopi fuiſſet alteri locatum.

271 LIMITA Iterum hanc eandem ampliationem procedere dummodo palatium Epiſcopi non diſtet ab Eccleſia, & ſic ſit intra eccleſiæ fines deſignatos nempe paſſus quadraginta, alias ſecus. ſecundum Innocen. in d. c. inter alia. col. 1. verſ. ſed alij. extra de immunitat. eccleſiarum. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 9. & Ioan. de Anan. nu. 16. Turrecr. in c. id conſtituimus. n. 117. qu. 4. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 25. num. 14. vbi licet contrariam opinionem communem fateatur ex Remig. in loco per eum relato, hanc tamen veriorem credidit eſſe ſententiam, & forenſi praxi obſeruatam teſtatur poſt Clar. quem allegat; relati per Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia* concluſ. 10. num. 7. Alexan. Ambroſin. de immunitat. & libert. eccleſ. c. 10. num. 7. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. c. 25. nu. 14. quem retuli ſupra in tit. de carcer. & carcerat. q. 28. n. 38. ad fine.

272 Contrarium ; & verius, quod epiſcopi palatium gaudeat eadem immunitate qua gaudet eccleſia, etiam quod non ſit intra confines, & quadraginta paſſus, ſed ab eccleſia diſtet, quia ſi aliter diceremus, palatium Epiſcopi nullum haberet priuilegium, cum & domus clericorum quæ infra prædictos fines ſunt hoc priuilegio gaudent vltra per me relatos in d. q. 28. nu. 38. voluit gloſ. in c. Id conſtituimus. in verbo *vel domo*. 17. qu. 4. & ibi Archid. nu. 3. vbi poſt aliorũ relatas opiniones in hac ſententia reſidere videtur, ſiue in palatio Epiſcopi adſit Cappella, ſiue non. Bellam. n. 5. in fine. verſ. in prima gloſ. & num. 6. Hoſtien. in d. c. inter alia ante num. 1. verſ. Alij vero intelligunt. extra de immunitat. eccleſiar. & ibi etiam Ioan. Andr. num. 2. verſ. ad eccleſiam. & Card. Zabarell. num. 4. Abb. in cap. eccleſiæ. num. 9. eodem tit. de immunitat. eccleſiarum. Ancharan. in clement. 2. num. 4. in fine. verſ. Item confugiens ad palatium Epiſcopi. de pœnitentia, & remiſſione. & ibi etiam Ioan. de Imol. num. 8. in fine. verſ. de palatio epiſcopi. S. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 12. §. 1. verſ. item confugiens ad palatium Epiſcopi. Roſella in verbo *emunitas*. il ſecondo. num. 14. Nauarr. in manual. confeſſarior. cap. 25. num. 18. vbi de communi Baiard. ad Clar. quæſt. 30. num. 10. Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum immunitate. lib. 3. cap. 16. nu. 45. & ſeqq. vbi teſtatur de communi Doctorum ſententia, eam bene comprobat, & contrarijs reſpondet. & ponit etiam, quid ſi Epiſcopus habeat

duo

duo palatia. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 9. num. 11. & concluſ. 10. nu. 8. vbi alijs relatis teſtatur de communi. & in verbo *Immunitas*. concluſ. 59. num. 24. vbi pariter de communi. Ioan. Azor. inſtitut. moral. par. 1. lib. 9. cap. 8. quæſt. 5. Franciſc. Suarez de ſtatu Religion. lib. 3. cap. 9. ſub num. 9. Franciſc. Leon. in theſauro fori eccleſiaſtici. par. 1. cap. 13. rubric. de immunitat. eccleſ. num. 14. Mar. Ital. de immunitat. eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 1. & ſeqq. vbi reſpondet Deciano per me relato ſupra in dicta quæſt. 28. num. 38. in fine.

273 Quod ſi in palatio Epiſcopi adſit aliqua capella in qua Miſſa celebretur, & tunc illud gaudet immunitate, etiam quod non ſit intra fines eccleſiæ, & ab ea diſtet, & in hoc omnes concordant, vt videre eſt apud Ioan. Andr. in c. inter alia. num. 2. in fine. extra de immunitat. eccleſiar. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 9. & Ioan. de Anan. nu. 10. Archidiac. in c. id conſtituimus. num. 3. 17. quæſt. 4. Bellamer. num. 6. & Turrecrem. num. 1. Decia. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 25. num. 14. ad finem. Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. ſub num. 46. vbi propterea dixit pauca aut nulla admodum Epiſcopalia palatia inueniri poſſe, quæ careant cappella. Ioan. Azzor. inſtitut. moral. par. 2. cap. 9. quæſt. 5. Alexan. Ambroſin. de immunit. & liber. eccleſ. cap. 10. num. 7.

274 AMPLIA XI. In confugientibus ad domus, ſeu palatia Cardinalium, qui propterea, quod inde inuiti extrahi non poſſint, voluit Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 25. num. 15. in fine. vbi ita de conſuetudine obſeruari teſtatur ex Claro, in loco per eum relato. Nauar. in manual. confeſſarior. c. 25. num. 18. in fine. vbi quod domus Cardinalium, cum certo ambitu hac immunitate gaudent in Vrbe. Borgnin. Caualcan. in tractat. de bracchio Regio. par. 2. num. 31. Manfred. & Clar. in locis per me relatis ſupra quæſt. 28. num. 48. & quidem extra Vrbem hanc immunitatem admittere videtur Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 9. num. 12. ſequitur, & pluribus comprobat Mar. Ital. de immunitat. eccleſiarum. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 22. & ſeq. Verum in Vrbe hodie de conſuetudine, & vigore Conſtitutionum Summorum Pontificum contrarium ſeruari omnes ſciunt, & teſtatur etiam Baiar. ad Clar. quæſt. 30. num. 33. & latius dixi ſupra dicta quæſt. 28. num. 48.

275 AMPLIA XII. In confugiente ad Sacerdotem portantem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum. is enim capi non poteſt, ac tutus eſt non minus quam ſi ad eccleſiam confugiſſet. Alberic. in rubr. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. num. 3. in fine. verſic. quid de eo, qui aufugit ad Corpus Chriſti. Hoſtien. in cap. eccleſiæ. num. 2. verſ. multo fortius. de immunitate eccleſiar. Ioan. de Imol. in clement. 1. num. 10. de pœnitentia, & remiſſione, & ibi etiam Bonifac. de Vitalin. nu. 80. in fine, verſ. & idem in fugiẽte ad Corpus Dominicum. Hoſtien. in ſumma de immunitat. eccleſiar. num. 12. verſ. Quid ſi quis dum fugit ad eccleſiam. Angelic. in ſumma. in verbo *Immunitas*. num. 28. Silueſtrin. in eodem verbo *Immunitas*. il terzo. num. 1. ad finem. Thabien. in eodem verbo *immunitas*. num. 15. in fine. verſ. & ſimiliter confugiens ad corpus Chriſti. S. Antonin. in ſumma. par. 3. titu. 12. cap. 3. §. 1. verſ. Item ſi quis malefactor. Roſella in verbo *emunitas*. il ſecondo. num. 11. addentes ad Oldrad. conſ. 54. littera C. Decian. qui plures alios concordantes refert, & de communi teſtatur in tractat. crimin. lib. 6. cap. 29. num. 8. Proponit contrarium, & illi reſpondet Mantua. conſ. 211. num. 22. Nauarr. in manual. confeſſar. cap. 25. num. 18. verſ. & Presbyter. Et hanc concluſionem quæ non ſolum communis eſt, ſed etiam magis communis, amplexi ſunt Archidiac. Abb. Roman. Alberic. Faber. Imol. Iaſ. Soccin. Corſet. Cagnol. Catellian. Cotta. Reſtaur. Caſtald. Arnon. Anton. Gomez. Couarr. Petr. à Placha, & Clar. in locis per me relatis ſupra in titu. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 11. vbi etiam retuli, & reprobaui contrarium tenentes. Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum immunitat. lib. 3. c. 26. num. 52. vbi teſtatur de communi. Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concl. 10. num. 33. Petr. Gregor. ſyntagm. iuris. lib. 33. c. 21. num. 14. Franciſc. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 9. num. 10. verſ. tandem non omittam. Alexan. Ambroſin. de immunitat. & libert. eccleſ. c. 10. num. 1. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 10. per totum.

276 Qui omnes præallegati Doctores vnanimiter ſecus eſſe dicunt in eo, qui vt puta condemnatus, & ſuſpendendus, Corpus Chriſti recipit. non enim per hoc pœnam euadit, nec immunitate ob illius Sanctiſsimi Sacramenti receptionem gaudet. quibus addo Hoſtien. vbi ſupra in ſumma de immunit. eccleſiarum. num. 11. & 12. vbi reddit rationem quare ſic confugiens ad eccleſiam inuitus inde extrahi non poteſt, non autem quando Corpus Chriſti aſſumit, cum tamen contrarium videatur dicendum ex quo Chriſti Corpus dignus eſt eccleſia, rationem ibi videas.

277 AMPLIA XIII. In confugiente ad ſtatuas Principis, qui inde ſicut ſi ad eccleſiam confugiſſet, quod extrahi non poſsit ſuadetur argumento tex. in l. 1. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. & in l. 2. ff. de ijs qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & in l. 1. §. 1. ff. de offic. Præfecti Vrbis. & in §. ſed & maior. inſtit. eod. tit. de iis qui ſunt ſui, vel alienari iuris. & in l. capitalium. §. ad ſtatuas ff. de pœnis. voluiſſe videtur Hoſtien. in c. eccleſiæ. num. 2. extra de immunit. eccleſiarum. & ibi etiam Ioan. Andr. num. 4. in fine. Ancharan. ſub num. 4. Ioan. de Imol. in clemen. 1. num. 8. in

fine

fine, verſ. idem dicunt de ſtatua Præfecti Vrbis, de pœnitentia, & remiſſione. Decian. qui plura ad hanc materiam confert in tracta. crimin. lib. 6. cap. 25. num. 5. Petr. Gregor. ſyntagm. iuriſ. lib. 33. c. 21. num. 11. & num. 12. vbi idem de confugientibus ad perſonam ipſius Principis. & num. 16. vbi de confugientibus ad domos Regum. loquuntur autem Doctores præallegati non ſolum de confugientibus ad ſtatuam Principis, ſed etiam ad ſtatuam Præfecti Vrbis.

278 Contrarium, quod Principis ſtatua, confugientem ad illam metu criminis, tutum non reddat facit quia tex. in d. l. 1. loquitur de violentia, quæ fit à priuato, & illicita, non autem de ea quæ fit à miniſtris iuſtitiæ volentibus capere delinquentem. & quod hodie hæc ſtatuarum Principis immunitas de conſuetudine non ſeruetur, dixi ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſtion. 28. nu. 49. poſt Reſtaur. Clar. & Decian. in locis ibidem per me relatis. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 9. num. 14.

279 AMPLIA XIIII. In confugiente ad fores, & ianuam ipſius eccleſiæ, ita mihi probare videtur. tex. in l. pateant. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. in illis verbis *ſed vſque ad extremas fores Eccleſiæ*. Bart. in l. præſenti. num. 2. C. eod. vbi quod ſtans in oſtio *Eccleſiæ* ibi capi non poteſt. Ang. de maleſ. in verbo *quod fama publica*. num. 59. verſ. & ſic oſtium, ſcalarum eccleſiæ, & in verbo *In ſcalis ſancti Petronij*. nu. 3. verſ. & ſic captus in ſcalis vel oſtio ipſius eccleſiæ. Barbat. conſ. 33. num. 9. & 10. vbi loquitur de eo, qui manibus tangit portam eccleſiæ eam clauſam inueniens, dicitq; illum eſſe tutum. Igne. in l. 1. in princ. nu. 57. ad finem. ff. ad Syllanian. vbi pariter loquitur de tenente portã, aut anulum portę. Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 25. num. 17. vbi generaliter de tangente manu tantum locum ſacrum, vel fines ipſius eccleſiæ, etiam quod totum corpus eſſet extra locum ſacrum & extra fines. Nam & tunc adhuc illum eſſe tutum affirmat, & ita teſtatur vidiſſe obſeruari, & obſeruare dum erat aſſeſſor. Nauar. in Manual. confeſſarior. c. 25. num. 17. ad finem. verſ. & ianua. dixi hac de re iterum ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 24. quibus Addo Franciſc. Leon. in theſaur. fori eccleſiaſtici par. 1. c. 13. rubr. de immunit. eccleſiar. num. 11. in fine.

280 Et item in confugiente ad ſcalas ipſius eccleſiæ quod inuitus inde extrahi non poſſit, voluit Ang. de maleſ. in verbo *quod fama publica*. num. 59. verſ. quarto quæro, ibi. Et ſic oſtium, ſcalarum eccleſiæ, & in verbo *in ſcalis ſancti Petronij*. num. 3. Cardin. Tuſc. cum allegatis per eum practͣ. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 10. nu. 5. & ita cenſuit Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium, Epiſcoporum eccleſiæ negotijs præpoſitorum, bo. me. Cardinale Gaetano referente.

281 LIMITA hanc XIIII. ampliationem. Quod tunc demum ſcalæ eccleſiæ gaudent eadem immunitate qua gaudet eccleſia, quando ſunt eccleſiæ annexæ & de illius pertinentijs, vel quando eadẽ eccleſia eſt extra Ciuitatẽ & Caſtella, quo caſu intrat immunitas triginta & quadraginta paſſuum, prout dixi infra num. 284. ſecus ſi ſcalæ ſunt alicuius eccleſiæ intra Ciuitatem, ſeu Caſtella, quia tunc cum ipſa eccleſia non gaudeat immunitate triginta aut quadraginta paſſuum, vt dixi infra num. 290. Hoc ideo nec etiam ſcalæ immunitatis priuilegium habebunt, ſi credendum eſt Vulpello in conſ. 130. num. 12.

282 AMPLIA XV. Vt immunitate eccleſiæ gaudeat non ſolum qui eſt intra ipſam eccleſiam, ſed etiam qui eſt ſupra tectum eccleſiæ. Et ideo inuitus inde extrahi non poteſt, ſecundum Franciſc. Suarez. de ſtatu Religion. lib. 3. cap. 9. nu. 8. verſ. ſed quid ſi quis ſupra tectum eccleſię. vbi hanc ſententiam, quam probabiliorem affirmat pluribus comprobat rationibus. Primò, quia ibi dicitur aliquis eſſe propriè vbi pedes habet, licet à tali corpore non circundetur, exemplo Corporum Sanctorum in cœlo exiſtentia, quia pedibus calcant cœli ſuperficiem, licet à corpore cœleſti non circundentur. Secundò, quia regulæ tecti religioſæ ſunt ſicut eccleſia, per regulam quod quæ religioſis adhærent, religioſa reputantur. Tertiò, quia negari non poteſt, quod exiſtens ſupra tectum eccleſiæ dicitur eſſe intra ſitum eccleſiæ, & ideo euelli non poteſt. quod & idem voluit Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 24. & ſeq. vbi & aliam reddit rationem, quia ſcilicet domus non dum ex ſolo, ſed etiam ex ſuperficie conſtat. l. eum qui in principio, & ibi gloſ. ff. de vſucapion.

ARGVMENTVM.

Confugiens non ſolum ad eccleſiam, ſed etiam circumcirca per triginta, aut quadraginta paſſus regulariter tutus eſt, quando hoc verum ſit, & de materia.

SVMMARIVM.

Eccleſiæ fines immunitate gaudent ſicut Eccleſia. num. 283.

Eccleſiæ fines immunitate gaudentes ſunt intra triginta paſſus in eccleſia non cathedrali, in cathedrali autem quadraginta. num. 284.

Paſſus triginta, aut quadraginta, quibus eccleſia gaudet immunitate, incipiunt à foribus eccleſiæ. num. 285.

Paſſus quibus eccleſia immunitate gaudet ſunt quinque pedum pro quolibet, & pes eſt ſpacium quindecim digitorum. num. 286.

Eccleſiæ immunitas extenditur vltra triginta, aut quadraginta paſſus, quando ambitus & circuitus dictæ eccleſiæ, ſic ſe vltra extendit. num. 287. & ſeq. vbi è contra, quid ſi eccleſiæ circuitus, & ambitus non ſe tantum extendit.

Domus clericorum exiſtentes intra triginta, aut quadraginta paſſus, eccleſiæ gaudent immunitate, ſecus aliorum domus. num. 289.

Paſſus triginta aut quadraginta, quibus immunitate gaudet eccleſia, non habent locum in eccleſia exiſtente intra ambitum caſtellorum. num. 290.

Paſſus triginta vel quadraginta, quibus eccleſia immunitate gaudet non ſe extendunt per viam publicam. num. 291.

Paſſus triginta aut quadraginta, in circuitu eccleſiæ exiſtentes, habent immunitatem, quando confugiens vadit ad requiſita naturæ, & ad exonerandum corpus, alias ſecus. num. 292. contra nu. 293.

Immunitas eccleſiæ intra triginta aut quadraginta paſſus, nũquid hodie de cõſuetudine ſeruetur. n. 294.

C A P V T XVIII.

283 REGVLA ſit, quod confugiens non ſolum ad eccleſiam, ſed etiam ad fines eccleſiæ, illius immunitate gaudet, & inuitus extrahi non poteſt. text. eſt in l. præſenti. §. ex his. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. in illis verbis. *ex his ergo locis eorumque finibus*, & ibi communiter Doctores omnes. item & tex. in c. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. in illis verbis. *Qui autem confinia earum confringere tentauerit.* Angel. in ſumma in verbo *Immunitas*. num. 10. Thabien. in eodem verbo *Immunitas*. num. 7. Armill. in verbo *Emunitas*. num. 6.

284 Confines autem eccleſiæ ſunt intra triginta paſſus, ſi eccleſia non fuerit cathedralis, ſi vero fuerit maior, & cathedralis, intra 40. paſſus. tex. eſt in c. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. in illis verbis *ſtatuimus vt maior eccleſia per circuitum quadraginta paſſus habeat, capella vero, vel minores eccleſiæ 30.* alius tex. in c. diffiniuit. eadem cauſa, & quæſtione. in illis verbis. *In quibus triginta paſſus vniuſcuiuſque eccleſiæ in toto circuitu reuerentia defendatur.* & ibi gloſ. in verbo *diffiniuit*. & Archid. Bellamer. & Turrecrem. Alberic. in l. 2. nu. 1. C. de his qui ad eccleſ. confug. & in l. præſente. num. 1. ante fin. C. eodem. Abb. in c. eccleſiæ. num. 10. de immunitat. eccleſiar. Ioan. Andr. in c. fina. num. 1. in verbo *earum*. extra eodem. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 3. in fine. Goffred. in ſumma rubr. de immunitat. eccleſiar. num. 8. Hoſtien. in ſumma de immunitat. eccleſiar. num. 8. Angelic. in ſumma in verbo *immunitas*. num. 21. verſic. & nota quod nedum in eccleſia. Silueſtrin. in eodem verbo *immunitas*. il terzo. num. 1. verſ. & ſimiliter ſpatium. Thabien. in eodem verbo *immunitas*. num. 13. verſ. & nota quod eccleſia. Armilla in verbo *Emunitas*. num. 16. verſ. nota quod eccleſia habet hoc priuilegium. S. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. verſ. item nota. Roſella in verbo *Emunitas*. il ſecondo. nu. 13. verſ. hanc autem libertatem. Rom. conſ. 227. n. 1. verſ. tertio ſcitis. Alex. cõſ. 145. n. 12. lib. 7. Angel. de Malef. in verbo *In ſcalis ſancti Petronij*. n. 3. Decia. in tract. crim. lib. 6. c. 24. n. 29. Nauar. in Manual. conf. c. 25. n. 18. verſ. ſpatium itẽ, & hanc eandem concluſionẽ ſequuti ſunt. Bar. Henr. Boyc. Iaſ. Monticel. Corrad. & Nicolaus Moron. in locis per me relatis ſupra in tit. de carcer. & carcer. q. 28. nu. 12. Quibus addo Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immunit. lib. 3. c. 16. n. 38. & ſeqq. vbi etiã declarat quænam dicatur eccleſia matrix, ſeu maior. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo *eccleſia*. concl. 9. n. 1. & concl. 10. n. 4. & 5. & in verbo *immunitas*. concl. 59. nu. 3. 23. & 27. Villagut. de extenſ. legũ. c. fin. n. 30. Alex. Ambroſ. de immunit. & libertate eccleſiæ. c. 10. n. 4.

285 AMPLIA I. hanc Regulam, vt iſti paſſus triginta aut quadraginta, incipiunt à foribus eccleſiæ ſecundum gloſ. in l. pateant. littera H. in verbo *ſpatij*. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. vbi quod incipiunt à foribus eccleſiæ. quod & idem apertè videtur probare tex. in c. diffiniuit. 17. quæſt. 4. in illis verbis. *Per omnia licitum in triginta paſſus ab eccleſiæ ianuis progredi.* & ibi Archidiac. nu. 1. in verbo *ianuis*. & ibi etiam Bellamer. num. 3. ad med. in verbo *ianuis*. & Turrecrem. num. 3. ad finem. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 22. num. 29. Vbi propterea dixit, inter hos paſſus connumerari debere cæmeterium, quia non à cæmeterio, ſed ab eccleſia iſti paſſus menſurari debent. Alexand. Ambroſin. de immunit. & libertate eccleſ. c. 10. num. 4. in fine. vbi quod iſti paſſus incipiunt à muris eccleſiæ, & non à Candelabro exiſtente in medio eccleſiæ, vt aliqui opinabantur.

286 AMPLIA II. Vt paſſus prædicti triginta aut quadraginta, ſunt quinque pedum pro quolibet, & pes eſt ſpatium 15. digitorum. ſecundum gloſ. in c. ſicut Antiquitus. in verbo *paſſus*. 17. quæſt. 4. & ibi etiam Turrecrem. nu. 1. Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas*. num. 21. in fine. verſ. & nota ſecundum Iſidorum. Silueſtrin. in eod. verbo *immunitas*. il 3. num. 1. verſ. & ſimiliter ſpatium. Thabien. in eodem verbo *immunitas*. num. 13. verſic. Nota ſecundum Iſidorum. Armilla in verbo *Emunitas*. numer. 16. in fine. S. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. verſ. item nota. Roſell. in verbo *Emunitas*. il 2. num. 13. in fine. Alex. conſ. 145. num. 12. lib. 7. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 25. numer. 9. verſ. Paſſus autem ſunt quinque pedum. Mant. conſ. 211. nu. 6. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit. lib. 3. c. 16. nu. 41. & ſeqq. quem omnino bene declarantem videas. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 9. num. 2. Villagut de extenſione legum. cap. fina. num. 31. Franciſc. Leon. in Theſauro fori eccleſiaſtici. par. 1. c. 13. rubr. de immunit. ec-

cleſ.n.4.& num.6. Alex. Ambroſin. de Immunitat. & liber. eccleſ.c.10.num.4. verſ. Paſſus vero. Mar. Ital.de immunit.eccleſ.c.4.§.6.num.24.

287 AMPLIA III. Vt prædicti eccleſiæ confines in quibus confugiens ad eos tutus eſt,extenduntur vltra quadraginta paſſus, quando ſic etiam vltra dictos paſſus ſe extendit ambitus,& circuitus eccleſiæ licet enim. in c. ſicut antiquitus. & in c.diffiniuit. 17. quæſt.4. ſit ſtatuta immunitas eccleſiæ per paſſus triginta vel quadraginta reſpectiuè, non tamen per hoc in dictis iuribus prohibetur eccleſiam poſſe habere plures paſſus.Turrecrem. in c.ſicut antiquitus.num.2, in verbo quadraginta. 17. quæſt.4. Archidiac.in c.diffiniuit.poſt num.1.in verbo *triginta paſſus*. & in verbo *eccleſia*. Vbi expreſsè dixit immunitatem eccleſiæ ſe extendi plus quam ad 30. paſſus, quando eadem eccleſia habuerit plus de ſpatio,& tales paſſus ſint in circuitu eccleſiæ. & ibi etiam Bellamer. num. 3. in eodem verbo *triginta paſſus*. & in verbo *eccleſia*. & Turrecrem.ante nu.1. in verbo *triginta paſſus*. & num.3. in verbo *in loco ſancto*. & in eodem verbo *Eccleſia*. Alex. conſ. 145. num.12.lib.7.Decian.in tracta. crim.lib.6. cap.25. num.9. poſt med. verſ. quinimmo Alexander. Nauar.in manual.confeſſar.c.25. nu.17. in fine. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Eccleſiæ. ſub nu. 3. 4. & 6.

288 Sic & è contra, quandoque eccleſiæ immunitas non extenditur per triginta aut quadraginta paſſus, ſed multo minori ſpatio,vt puta quando propè eccleſiam ſunt ædificatæ domus laicorum. quia tunc ad eas, vt etiam ſuo loco dixi non extenditur circuitus eccleſiæ, etiam quod ſint infra triginta vel quadraginta paſſus. vt per Card.Tuſc. practic. concluſionum in verbo *Immunitas*. quæſt. 59. num.22.

289 AMPLIA IV. In confugientibus ad domum Clericorum exiſtentiũ intra triginta aut quadraginta paſſus eccleſiæ cui ſeruiunt. Tales enim domus Clericorum gaudere debent immunitate licet non ſic domus aliorum. ſecundum gloſ. in c. quiſquis.in verbo *vel domos*. 17. quæſt.4. Vbi reddit rationem, quia ſcilicet in circuitu eccleſiæ aliæ domus quàm Clericorum eſſe non debent. per tex. quem allegat in c. nulla, 12.q.1.Alex. in conſ.145. num.11.lib.7. vbi loquitur de domibus Monaſterij, vel eccleſiæ.Decian.in tracta crim.lib.6.c.25.n.12. & num.16. vbi tamen probat, quod non ſolum domus Clericorum,ſed etiam laicorum,conſtructæ tamen intra quadraginta paſſus,gaudere debeant immunitate eccleſiaſtica, reprobato Ang. de Cauaſ. contrarium tenente in loco per eum relato. Præſertim ſi illi laici inſeruirent ipſi eccleſiæ, vtputa pulſando campanas,mundam eccleſiam tenendo & ſimilia. & num.15. vbi pariter firmat, quod domus Canonicorum, vel Clericorum exiſtentes intra ſepta,atrium,vel porticum eccleſiæ, vel etiam intra dictos paſſus gaudeant hac immunitate,ſecus ſi ſint extra ſepta, atrium, porticum, vel dictos paſſus quadraginta. Mantua conſ.60.num.13. & 14. Vbi etiam dixit quod domus Clericorum iunctæ eccleſiæ vel intra triginta aut quadraginta paſſus conſtructæ,gaudent immunitate eccleſiarum.& conſil. 211.per tot.Vbi etiam pluribus probat domum eccleſiæ coniunctam aut exiſtentem intra paſſus determinatos.immunitate gaudere.Nauar.in manual. confeſſarior.c.25. num.18.verſ. Domus etiam. vbi quod domus eccleſiæ ad habitationem Clericorum deſtinatæ, & conſtructæ intra triginta aut quadraginta paſſus, gaudent immunitate, aliàs non. Marius Antonin. practicar.reſolut. c.18.num. 4. verſic. quod confirmatur. Vbi dixit captum in domo Eccleſiæ tunc demum immunitate gaudere ſi domus ipſa cohæreat eccleſiæ, & ſit ipſius eccleſiæ, aliàs ſecus.idem Decian.conſ.80.nu.28.lib.3. Vbi quod domus Clericorum eccleſiæ adhærentes gaudent immunitate,& quod de hoc nemo vnquam dubitauit. Card. Tuſc.practicar. concluſion.in verbo *immunitas*. concluſ. 59. num. 22. Vbi pariter diſtinguit inter domus laicorum, & domus eccleſiæ illi contiguas. & in verbo *eccleſia*. concluſ. 10. nu. 7. vbi ſimpliciter dixit,quod domus eccleſiæ contiguæ per triginta paſſus gaudent hac immunitate. Franciſ.Leon.in Theſaur.fori eccleſiaſtici. par. 1. c.13. num.6. in fine. Vbi pariter quod domus laicorum infra triginta paſſus eccleſiæ exiſtentes non gaudẽt hac immunitate. Alex.Ambroſin.de Immunitate & libertate eccleſ.c.10.nu.8.Vbi quod ædes Canonicorum, vel Clericorum dummodo ſint intra fines & ſupra,gaudẽt immunitate, etiam ſi in illis ſtarent laici.Marius Italia de immunitate eccleſiaſt. lib. 1. c. 4. §.6.in diſcurſu. vbi pariter declarat domus intra hos paſſus triginta aut quadraginta prope eccleſiam exiſtentes,gaudere immunitate ſi in illis habitent religioſi illius eccleſiæ,ſecus ſi alij.

290 LIMITA I. Eandem regulam,vt eccleſiæ immunitas non ſe extendat intra triginta vel quadraginta paſſus in eccleſijs quæ ſunt intra ambitum Caſtellorum,& hoc propter anguſtiam loci.tex.eſt in c.quiſquis.17. quæſt.4. Dum ibi dicitur. Cappellæ quæ ſunt intra ambitum murorum Caſtellorum non ponuntur in hac triginta paſſuum obſeruatione. Gloſ. in c. ſicut antiquitus. in verbo *paſſus* 17. quæſt.4.& ibi etiam Turrecremat. num.2. Hoſtien. in ſumma de immunit.eccleſiar. nu.8. verſic. Cappellæ vero. Angel. in ſumma in verbo *immunitas*. n.21.verſ. Cappellæ tamen.S.Antonin. in ſumma par.3.tit.12.c.3.§.1.verſ. illud tamen. Roſella in verbo *emunitas*. il ſecondo.nu.13.verſic.Hoc vero priuilegium.Alex.conſ.145. num.12. verſ. Et licet dictus circuitus. & num.13. verſ.ſi autem eſſent intra Caſtella vel Ciuitatem.lib.7.Vulpel. conſ.230. num10.Decian.in tracta.crimin.lib.6.c.25.num.9. Vbi ita viſum obſeruare teſtatur ex Igneo quem allegat in l.1. in princip. nu.58. ff. ad Syllanian. & Couarr. in loco per eum relato. Boſſ. & Couar. in locis

cis per me relatis ſupra in tit. de Carceribus & Carceratis. quæſt. 28. ſub num. 12. Quibus addo Anaſtaſ. Germon. de immunit. eccleſ. lib. 3. c. 16. n. 40. Vbi declarat declarationē ibi omnino videas. Villagut de extenſion. leg. c. fina. nu. 32. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 9. num. 5. & 6. Vbi pariter diſtinguit diſtinctionem. ibi videas. Alex. Ambroſin. de immunitate eccleſiarum. cap. 10. num. 4.

291 LIMITA II. Vt iſti triginta aut quadraginta paſſus, intra quos ſe extendebat eccleſiæ immunitas, licet ſecundum prææallegatos Doctores videantur ſe extendere etiam per viam publicam in qua adſint aliorum Domus, & bona. verius tamen creditur, quod non extendantur niſi quatenus extat, & durat ambitus, & circuitus ipſius eccleſiæ, & in quo nulla alia domus præter eas quæ ſunt Clericorum, ſeu Religioſorum illius Eccleſiæ de cuius immunitate agitur ædificata ſit, ita enim videtur hanc materiam declarare Alberic. in l. 2. n. 1. verſ. Ego credo. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. facit tex. in c. ſicut antiquitus. 17. qu. 4. ponderando verbum *circuitum* in textu poſitum. quaſi quod iſti paſſus intelligi debeant non per viam publicam ſed intra eccleſiæ circuitum. & pro hac ſententia faciunt ſcripta ſupra. num. 287. Vbi allegati Doctores concludunt, iſtos triginta aut quadraginta paſſus extendi etiam plus vltra quando ſunt in circuitu, & ambitu Eccleſiæ, ergo attenditur ambitus, & circuitus potius quam menſura paſſuum. & conſequenter paſſus prædicti non per viam publicam, ſed per ambitum & circuitum menſurari debent, & non plus vltra quam ſi extendat talis eccleſia ambitus & circuitus. & quod paſſus prædicti intelligantur quādo ſunt in circuitu eccleſiæ, vltra præallegatos Doctores, Voluerunt S. Antonin. in ſumm. par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. verſ. Item nota. Oldrad. conſ. 55. Vbi magiſtraliter loquitur. & pro hac declaratione, quæ apud me veriſſima eſt, vide omnino latè diſcurrentem Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. cap. 4. §. 2. per tot. & §. 5. num. 8. in fin. verſ. Quapropter. & latius §. 6. per tot.

292 LIMITA III. Vt immunitate eccleſiæ de triginta aut quadraginta paſſibus in eius circuitu procedat, & habet locum quando is qui ad eam confugit vadit ad requiſita naturæ. vt puta ad exonerandum corpus, ſecus ſi alia de cauſa ad alias domus accederet, quia tunc poteſt capi etiam infra dictos paſſus. ſecundum Tabien. in ſumma in verbo *immunitas*. num. 13. verſ. limita iſtud ſpatium. & eſt tex. in c. diffiniuit. 17. quæſt. 4. vbi facta concluſione quod confugiens ad eccleſiam defendatur infra triginta paſſus, ſubdit poſtea per hæc verba. *Sic tamē vt hi qui ad eam confugiunt, in extraneis vel longe ſeparatis ab eccleſia domibus nullo modo aſcendant, ſed in hoc triginta paſſuum numero, abſque domorum extranearum receptaculo progredien di aditum obtinebunt, qualiter ad requiſita naturæ vſum debitis exeant locis, & nullo teneantur euentu neceſſitudinis qui dominicis ſe defendendos cōmiſerint clauſtris*. Et ſic ni fallor tex. ille non videtur concludere ſimpliciter quod infra triginta aut quadraginta paſſus à ianua eccleſiæ quis ad eam confugiens capi non poſſit, ſed quod ſi iam confugit ad eccleſiam & ex ea progrediens pro ſuis neceſſarijs ſeruitijs, non excedat in circuitu eccleſię dictos paſſus ſit ſecurus & defendatur. Et ex hac declaratione ſi vera eſt, dici poteſt inductam conſuetudinem de qua dicam infra nu. 294. Quod iſtorum paſſuum immunitas hodie non ſeruetur vt ſcilicet delinquentes, & debitores capi non poſſint non ſolū in eccleſia, ſed etiam extra eccleſiam per triginta aut quadraginta paſſus. cum neque iure Canonum hoc prohibitum cenſeatur præterquam in eo qui iam ad eccleſiam confugit, & pro ſuis neceſſarijs ſeruitijs ab eccleſia progreditur infra triginta aut quadraginta paſſus non extra circuitum eccleſiæ, ſed in circuitu, & cum iſta declaratione faciunt quæ dixi ſupra. num. 291.

293 Verum de hac declaratione iure dubitari poſſe exiſtimo. Nam quod extra eccleſiam, & eccleſiæ immunitatem quis poſſit exire ad exonerandum corpus modo ſtatim redeat, omnes Canoniſtæ communiter tradiderunt in c. diffiniuit. 17. quæſt. 4. teſte Decian. in tracta. criminal. lib. 6. c. 27. num. 6. in fine. Voluit Mantua in conſ. 60. poſt num. 17. Mar. Ital. de immunit. eccleſiæ. lib. 1. cap. 4. §. 7. numer. 12. verſ. Ratio autem. & c. 6. §. 2. num. 26. Vbi tamen declarat dummodo intra fines eccleſiæ non fuerit alius locus opportunus ad id perficiendum. Et quod non poſſit exire ad effectum prædictum niſi intra triginta, aut quadraginta paſſus, excepto Thabien. vbi ſupra allegato. Doctorem hoc dicentem non inueni. et ſi Tabienæ declaratio eſſet vera, eſſet certè multum reſtringere immunitatem iſtorum triginta, aut quadraginta paſſuum. & ſic ni fallor contra mentem Doctorum.

294 LIMITA IV. Vt quicquid ſit de iure, immunitas hæc triginta aut quadraginta paſſuum circa eccleſiam, de conſuetudine non ſeruatur, ſecundum Hoſtien. in ſumma de immunit. eccleſ. num. 8. in fine. Vbi dixit hodie hanc immunitatem in pluribus locis vſurpatam. Vulpell. conſ. 230. nu. 4. Nauar. in Manual. confeſſar. cap. 25. num. 18. verſ. Admonemus tamen. Alexand. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. c. 10. n. 4. in fine principij. Vbi & ipſe hanc conſuetudinē admittere videtur. Igneus. Remig. Fab. à Monteleone. Boſſ. Couarr. & Clarus in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. nu. 12. Vbi licet ego conſenſerim hanc conſuetudinem. vbi verè eſſet probata, aliter quam ex dicto Doctorum ſic aſſerentium, ſeruandam eſſe; verius tamen eſt, vt dixi ſupra numer. 291. hoc contingere non ex vi conſuetudinis, ſed de iure communi ſecundum quod triginta aut quadraginta paſſus non extendūtur vltra circuitum eccle-

eccleſiæ per viam publicam,ſed tantum infra circuitum. Verum quando ſumus in circuitu eccleſiæ, & tunc etiam de iure communi quouſque ſe extendat circuitus confugientes tuti ſunt pariter de iure communi, & non de conſuetudine,etiam quod circuitus ſe extendat vltra quadraginta paſſus, vt pariter dixi ſupra num. 287. Et propterea quod non ſit verum hanc eccleſiæ immunitatem, quo ad paſſus triginta, vel quadraginta, de conſuetudine eſſe ſublatam, & quatenus adeſſet quod ſeruanda non ſit,pluribus docet Cardin. Tuſc.pract. concluſ. in verbo *immuuitas*. concluſ.59.num.18.& ſeqq. vſque ad num. 24. Quod & idem Magiſtraliter docet Mar.Italia de immunit.eccleſ.lib.1.cap.4.§. 2.

ARGVMENTVM.

Confugiens ad Eccleſiam nunquid poſſit indirectè, prece ſeu dolo ab eccleſia extrahi, & an valeat renunciatio per eum huic immunitati facta.

SVMMARIVM.

Confugientes ad eccleſiam,nec directè uec indirectè extrahi poſsunt. num.295.

Confugientibus ad eccleſiam alimeuta deuegari uon poſſunt. & num.295.& ſeq. in appendice. Vbi etiam à quibus hæc alimenta præſtari debeaut.

Coufugiens ad eccleſiam,nec in Vinculis, uec in compedibus detineri debet.num. 297. & ſeq. Vbi declaratur hoc non procedere in caſibus exceptis iu quibus Rector eccleſiæ debet cuſtodire confugientem alias teuetur de ſua culpa.

Obſideri à Curia ſeculari non poteſt confugieus ad Eccleſiam. uum.299.

Coufugienti ad Eccleſiam bona auferri uon poſsunt,aut aliud quodcuuq; uocumeutum inferri.uum.300.

Confugiens ad eccleſiam extrahi inde,non poteſt dolo, & ſub promiſſione impunitatis. num.301.

Confugiens ad Eccleſiam uunquid poſſit ſine violentia, & cum blandityſs extrahi. num.302.

Renunciare au poſſit confugieus ad eccleſiam immunitati eccleſiæ, & ſic nunquid de eius couſenſu poſſit inde extrahi. uum.303. & 304.

Coufugieus ad Eccleſiam ſi ſponte egreſsus à Curia ſeculari capiatur, corporali pœna puniri uon poteſt, quia ſufficit ei ſemel ad eccleſiam confugiſse. numer.305. Contra. num. 306.

CAPVT XIX.

295 REGVLA ſit negatiua,quod ad eccleſiam confugientes, nec directè, nec indirectè inde extrahi poſſunt, & ſic nec per vim expulſiuam nec etiam per compulſiuam vt dixi ſupra num.53.in verſ. amplia rurſus.& propterea illis nec alimenta,nec quieſcendi commoditas negari poteſt. Hoc enim eſſet per indirectum ipſum cogere, vel ad diſcedendũ de eccleſia,vel ad moriendum propter famem, aut ſomnum. tex. eſt. in l. præſenti. §. ex his ergo.C.de his qui ad eccleſiam confugiunt. in illis verbis, *uec in ipſis ecclesÿs recurrendis ita quemquam detineri, atque conſtringi,vt ei aliquid victualium rerum,aut negetur, aut requies*. Et ibi gloſ.in verbo *præſenti*. Alberic.in princ.in verbo *expelli*. Fulgoſ. ante num.1.Hoſtien. in c. inter alia. num.1. verſ. Attamen circa hoc.extra de immunit.eccleſiar. Vbi propterea reprehendit Principes ſeculares,qui confugientem ad eccleſiam obſeſſum detinent ad effectum ei denegandi veſtem, victualia, & requiem. & ibi etiam Ioann. Andr.num.5.in verbo *Alias*. Abb. num.13.ante finem. verſ.Et ex his.Cardinal.Zabarell.nu.3. verſ. Et dicit Hoſtien.Ancharan.in Clem.prima.num.6. de pœnitentia & remiſſione. & ibi etiam Ioan. de Imol.num.12. Card. Zabarell. num.6. & num. 10. Et Bonifac.de Vitalin. num.83. Hoſtien.in ſumma de immunit. eccleſiar.num.8.ad finem. verſ.& nota quod quamdiu eſt intra eccleſiam. Silueſtr. in eod. verbo *immunitas*. il 3.n.4. verſ.Porro quamdiu eſt in eccleſia. Tabien.in eod.verbo *immunitas*. num.13.verſ.eod. modo. Armilla in verbo *emunitas*. num 16. verſic. Idem dic de eo. S. Antonin. in ſumma par. 3. tit.12. cap. 3. §. 1. verſ. Porro talis quamdiu eſt in eccleſia. Decian.in tract.crim. lib.6.c.27. num. 6. vbi amplius contrariam conſuetudinem non valere teſtatur ex Igneo quem allegat. in l. 1. in princip. num.9.ad Syllanian. Addo ad hanc eandem concluſionem Guido pap. Boſſ. Couar. & Ant. Gomez in locis per me relatis ſupra in tit.de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. n.6.Anaſtaſ.Germon.de ſacrorum immunit. lib.3. c.16.num.94.Azzeued.in conſtit.Hiſpan.lib.1. tit. 2.l.3.nu. 21. ad finem. Vbi repræhendit iudices contrarium facientes. Alexand. Ambroſin.de immunit.Eccleſ.c.11.nu.7. Villagut. de extenſione legum cap.fina.num.4.in fin.Franc.Suarez de ſtat. Relig. lib. 3. c. 12. nu.4.

296 AMPLIA I. hanc Regulam,vt immo ad eccleſiam confugienti,ab eadem eccleſia alimenta præſtari debent ſi ipſe confugiens aliunde non habeat vnde ſe alat,vt puta de ſuo proprio, vel à conſanguineis, aut amicis.tex. eſt, in l.præſenti. §.ſanè. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. in illis verbis. *Et ipſi per incommodum eccleſiæ egentium & pauperum alantur expenſis*. & ibi gloſ. in verbo *pauperum*. Paul. de Caſtr. num.3. Abb.in c. inter alia num. 28. extra de immunit. eccleſiarum. Item & gloſ. in c.diffiniuit in verbo *defendãtur*. 17.quæſtione 4. & ibi Archidiac. nu. 5. in fine. Bellamer. col. fina. verſ. in gloſ.1. & Turrecrem.num.4. Ancharan.in Clement.1.num.6.verſ.& prouidebit,de pœnitentia, & remiſſione. & ibi etiam Cardin.Zabarell.

barell.num.6. Et Bonifac.de Vital.nu.83.Angelic. in ſumma in uerbo *immunitas*. nu.22.Siluestrin.in eod.uerbo *immunitas*. nu.13. uerſ. Et ipſe confugiens. Armilla in uerbo *emunitas*. num.17.S.Antonin.in ſumma par.3. tit.12.c.3.§. 1. uerſ. De expenſis autem. Roſella in uerbo *emunitas*. il 2. numer.13. Boet. deciſ. 303. nu. 3. Decian.in tractat. crim.lib.6.c.29.num. 3. Boſſ.in tit. de Captura. num.24.Dixi aliquid ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt.28. num.9. Villagut.de extenſione legum. cap. fina. num.67.Ioan.Azor.in ſumma. par.2.c.9.quæſt.13.

297 AMPLIA II. Vt idem confugiens ad eccleſiam non debet ligari,nec in vinculis aut compedibus poni. addentes ad Oldrad. conſ. 54. littera B. Decian. in tracta. crimin. lib.6. c. 27. num.6.Anaſtaſ.Germon. de ſacrorum immunit.lib.3.c.16,numer.93.cum allgatis per eos.Card.Tuſc.pract.concluſ, in verbo *eccleſia*. concl. 10. num.12.& num. 16.Villagut.de extenſione legum. cap.fina.num.4. in fine.verſic.& nota. Franciſc. Suarez de ſtat. Relig.lib.3.c.12. num.2.Mar.Ital.de immunit.eccleſ. lib.1.c. 6.§.2. num. 51. Dixi iterum hac de re ſupra in tit. de carceribus & carceratis.q.28. n.9.

298 LIMITA hanc II. Ampliationem niſi eſſemus in caſibus exceptis. in quibus Rector Eccleſiæ, & ſacerdos debet cuſtodire ne confugiens fugiat,& ſi fugit tenetur de culpa,ſecundum Alberic. in rubr. C.de his qui ad eccleſiam confugiunt. poſt num.3.verſ. Et dicitur. Anchar.in c.inter alia.nu.8. extrà de immunit. eccleſ. Oldrad.conſ.54. num.2. in fine.verſ.Et quod dicitur. Decian.in tracta.crim. lib.6. c.26. num.9.verſ.Sin autem Prælatus. Dixi aliquid ſupra in tit.de carceribus & carceratis.quæſtion. 28. num. 10. Vbi propterea ex Claro in loco ibidem relato probaui,confugientes ad eccleſiam ſaltim debere teneri cum bona cuſtodia donec fuerit cognitum an gaudere debeant immunitate Eccleſiæ. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunit. lib.3.d.c.16.eod.num.93.verſ.Et licet.Guido pap. Azzeued.in conſtit.Hiſpan.lib.1. tit.2.l.3. nu. 21. verſ.Quibus de cauſis. Card. Tuſc.practicar. concluſ.in verbo *eccleſia*. concluſ.11. num.33.& concluſ.10.num. 13.& 14. Quem declarantem videas. Mar.Ital.vbi ſupra d.c.6.§.2. num.51. quem etiam bene declarantem videas.

299 AMPLIA III. Vt ad eccleſiam confugiens à ſeculari Curia obſideri non poteſt.ſecundum Hoſtien. in c. inter alia.num.2. verſ. Attamen.extra de immunit.Eccleſiarum. & ibi etiam Abb. num. 13. ante finem. verſ. & ex his omnibus. Dixi ſupra in tit.de carceribus & carceratis. quæſt.28. numer.9. Quod & idem voluerunt Doctores omnes allegati ſupra num.295.Anaſtaſ.Germon. de ſacror.immunit.lib. 3. c.16. num.94. Alexan. Ambroſin.de immunit.eccleſ.c.11.num. 7.Card.Tuſc.practic.concluſ.in verbo *eccleſia*. concl.10. num.32. Villagut. de extenſ.legum.c.fina.num.42.Suarez de ſtat.relig.lib.3.c.12. nu. 4. Vbi hanc concluſionem quod eccleſiæ non poſſit obſideri,declarat procedere, vt ſcilicet obſideri non poſſit ne alimenta, & veſtitus, & alia ad vitam neceſſaria confugienti deferantur,quia hoc eſſet manifeſta coactio. quæ tanta eſſe poſſet, vt reus qui iam ad eccleſiam confugerat,vel ſe tradere,vel exire,vel mori cogeretur, ſecus ſi eccleſia obſideatur à Iudice ſolum ad præcauendum ne reus libere fugiat, vel vt ſi extra fines eccleſiæ exeat, capiatur. Hoc enim non erit contra immunitatem eccleſiæ. quia nulla vis fit exiſtenti in loco ſacro, ſed ſolũ obſeruatur locus non ſacer, vt ſi voluntate ſua qui ad eccleſiam confugerat exeat, iure capi poſſit. vt ibi.Mar. Ital.de immun. eccleſ.lib. 1. c. 6. §.2. num. 52. Vbi alijs relatis benè docet hoc etiam ſtatutum eſſe in conſtitutione Gregorij xiiij. & num.53. poſt Ambroſin.quem allegat.d.c.11.in fine pariter declarat eandem concluſionem, & magiſtraliter, non procedere quando Curia ſecularis obſideret eccleſiam extra eius fines ad cuſtodiendum ne qui ad eam confugit inde aufugeret & commiſiſſet aliquod crimen exceptum. Hoc enim caſu dũmodo delinquenti aliquod nocibilitatis vel damni non inferatur dum in loco ſancto permanet, poterit ſecularis, hanc obſidendi & cuſtodiendi adhibere cautionem, & tunc non faciet contra Conſtitutionem Gregorij,nec præter eam.

300 AMPLIA IIII. Vt ad eccleſiam confugienti, nec etiam bona auferri poſſunt, nec aliud quodcumque nocumentum ſibi inferri, ad hoc vt ab eccleſia eggrediatur. tex. eſt in c. diffiniuit.17. quæſt. 4. in illis verbis: *Aut quodcumque nocibilitatis,vel damni, ſeu ſpolij reſidentibus in loco ſancto inferre:* & ibi etiam Archid. poſt num. 1. in verbo *dãni*.& in verbo *ſpolij*.& Turrecr. in ſummario.vbi generaliter dixit, quod perſonis aut rebus fugientium ad eccleſiam,nulla debet inferri iniuria. Franciſc. Suarez. de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 12. num. 3.

301 AMPLIA V. Vt ad eccleſiam confugiens, inde extrahi non poteſt dolo. vtputa ſub promiſſione impunitatis, & hic extractus debet eccleſiæ reſtitui, illiq; facta promiſſio ſeruanda eſt. Cyn. in l. præſenti.num. 5. C. de his qui ad eccleſiã confugiunt. vbi ponit quæſtionem de eo, qui interfecit hominem, & fugit ad eccleſiam & ex ea exiuit aſſecuratus à iudice, qui ipſum non obſtante aſſecuratione puniuit ad mortem. Quærit ibi an bene fecerit iudex, ponit vnam opinionem Iacobi de Rauenna,quod bene fecerit,ſed poſtea reſidet in contraria ſententia quę fuit Petri,& reſpondet ad S. neque.in authent. de mandatis Principum. qua in re vide Nauar. in manual. confeſſar. c. 25.num. 22. in fine. verſ. neque autem gaudet. vbi dixit quod qui ſubdolis verbis deceptus, ſponte ab eccleſia egrediatur illius immunitate non gaudeat, licet, qui ipſi impunitatem promiſit, ſeruare tenetur.Alciat.de præſump.reg. 3. præſumpt. 33.nu.5.

in fine, verſ. ſed ad hoc reſpondetur. vbi loquens in promiſſione quam facit iudex ſecularis iudici eccleſiaſtico de non puniendo corporaliter, & ſic non in terminis quæſtionis noſtræ quæ loquitur de promiſſione, quam facit iudex ſecularis cõfugienti ad eccleſiam,vt ex ea illum ſponte exeuntem, extrahat, dixit iudicem ſecularem non teneri ſeruare promiſſionem. Fortunian. Garzias. in repetit. l. conuentionum.nu. 15. ff. de pact.vbi diſtinguendo dixit, quod iudex ſecularis ſi malefactori qui ad eccleſiam confugit, fidem impunitatis dedit & ſub hac fide ipſum ab eccleſia extraxit, & tunc debet illi fidem ſeruare quando ſumus in caſu in quo confugiens eccleſiæ immunitate gaudere debeat. ſecus ſi in caſu ab immunitate excepto, quia tunc tenetur ſeruare fidem ſi ſub conditione promiſiſſet eum ſcilicet reſtituere quatenus non ſit in caſu excepto. Quare ſecus ſi ſimpliciter, & ſine expreſſa conditione promiſiſſet, & fidem dediſſet de illum eccleſiæ reſtituendo, quia tunc tenetur fidem ſeruare, etiam quod eſſemus in caſu excepto, & in quo confugiens eccleſiæ immunitate gaudere non deberet, vt ibi per eum. Baiard. ad Clar. quæſt. 30. num. 2. & num. 27. vbi refert dicta per Alciat. & per Fortunat. in locis prælegatis, refert etiam dicta per Cyn. in d.l. præſenti. ſed non fideliter. Et quod in caſu præſertim non excepto iudex confugienti ad eccleſiam teneatur ſeruare fidem quam ei dedit, vt ſe extrahi permitteret, voluerunt Couar. Petr. à Plach. Anton. Gomez. Flamin. Cartar. & Hieron. Cæuall. in locis per me relatis ſupra in tit. de reo confeſſo, & conuicto. quæſt. 81. num. 282. quibus Addo Ioan. Azzor. inſtitu. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 11. & verſ. ſequenti. vbi generaliter dixit iſto caſu dolum in hac parte vi æquiparari. Azeued. in conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 13. & ſeq. vbi relata opinione eorum qui dixerunt, fidem impunitatis à iudice datam confugienti ad eccleſiam, vt illum volentem ab ea extrahat, ſeruandam omnino eſſe ſi delictum pro quo confugerat non erat de exceptis, ſecus ſi erat exceptum, ſubdit poſtea, quod ſi ipſi iudex eſſet, indiſtinctè fidẽ datam ſeruaret, proponit contraria, & illis reſpondet. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. nu. 82. vbi quod ſibi imputet, qui nimis credulus fuit ſeculari curiæ, blandis & ſubdolis verbis ipſum ab eccleſia extrahere volẽti, licet ſi eadẽ ſecularis curia aliquid promiſerit, ſeruare teneatur etiam quod ſimus in caſibus exceptis. Maſtrill. deciſ. 169. num. 12. lib. 2. vbi ſimpliciter dixit, quod reſtitui debet eccleſiæ extractus à ſecularibus ſatellitibus, blandis verbis, vel impunitate promiſſa etiam cum iuramento. & num. 13. & ſeqq. vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, & præſertim vigore Bullę Gregorij xiiij. ampliat etiam quod delictum ſit exceptum.

302 LIMITA regulam propoſitam ſic, vt modo ampliatam non procedere, quando confugiens ad eccleſiam ab ea ſine violentia extrahitur, vt puta cum blanditijs, quia tunc extractus, illius immunitate non gaudet. Anton. de Butrio in c. inter alia. num. 5. in verbo *violenter*. extra de immunitat. eccleſiarum, ſumpto ab eodem verbo *violenter*. argumento à contrario ſenſu. Hoſtien. in c. fina. num. 1. in fin. verſ. quod ſi aliqui. eodem tit. de immunitat. eccleſiar. vbi tamen littera eſt corrupta in verbo *nolentem*. cum voluerit dicere *volentem*, & ibi etiam Ioan. Andr. num. 2. verſ. dixit autem Goffred. Anton. de Butr. nu. 4. vbi ni fallor etiam eius littera corrupta videtur. Card. Zabarell. col. 2. verſ. ſecundo quæro. vbi non corruptè refert dicta per Goffred. & per Hoſtien. Abb. num. 10. Archidiac. in c. frater. num. 2. in verbo *reluctantem*. 17. quæſt. 4. & ibi etiam Bellamer. ante num. 3. & Turrecrem. num. 2. in eodem verbo *reluctantem*. idem Archidiacon. in c. reum. num. 1. eadem cauſa & quæſtion. & ibi etiam Bellamer. in princ. Turrecrem. in c. diffiniuit. num. 1. verſic. ſurgit. quæſtio. 17. quæſt. 4. Cardin. Zabarell. in clemen. 1. num. 5. de pœniten. & remiſſione. & ibi Boniſac. de Vitalin. num. 85. Roſella in ſumma in verbo *Emunitas*. il ſecondo. num. 4. vbi quod ſi quis volentem de loco immunitatis trahat, extractus, ad mortem vel aliam pœnam corporalem condemnari poteſt, de quo particulariter dixi infra. nu. 306. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 26. num. 11. Nauarr. in manual. confeſſarior. cap. 25. num. 71. in fine. verſ. neque qui ſponte egreditur. Borgnin. Caualcantin. in prima parte ſuarum deciſionum in repertorio. verſic. iudex eccleſiaſticus. num. 4. Franciſc. Suarez. de ſtatu Religionis lib. 3. cap. 13. num. 2. Villagut. de extenſion. leg. cap. fina. nu. 4. Vide etiam quæ dixi infra d. n. 306.

303 Vbi enim ſic ad eccleſiam confugiens conſentit ſe extrahi, videtur ſponte immunitati eccleſiæ renunciare, & ideo non niſi de ſe ipſo conqueri debet. facit tex. in l. pateant. §. proinde. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. arguendo per illum tex. à contrario ſenſu in illis verbis, *quibus ſi perfuga non adnuit neque conſentit*; ergo ſecus ſi conſenſit. Archidiacon. in c. frater. poſt num. 2. in verbo *reluctantem*. 17. quæſt. 4. & ibi etiam Bellamer. num. 3. & Turrecrem. num. 2. in verbo *reluctantem*. & idem Turrecrem. in c. diffiniuit. nu. 1. verſ. ſurgit quæſtio. 17. q. 4. facit etiam text. in c. vxor. eadem cauſa, & quæſtione, & ibi gloſ. finalis in verbo *imputaret*. in fine. verſ. item habes hic. Archidiac. num. 3. in fine. verſic. ſed dic ſecundum Hugonem & ibi etiam Bellamer. num. 2. in fine principij. Ioan. de Viſcis in tracta. de immunitate eccleſiæ. num. 56.

304 Contrarium, & verius, quod renunciare non poſſit immunitati eccleſiæ ad quam confugit, eo quia tale priuilegium conceſſum eſt loco & non perſonæ, voluit Maſtrill. deciſ. 169. lib. 2. vbi relatis

tis & reprobatis cõtrarijs pluribus probat nec tacite, nec expreſſe poſſe per confugientem ad eccleſiam renunciare illius immunitati & ante eum Decian. in tractat. crim. lib. 6. cap. 26. num. 12. vbi tamen fatetur, quod ſi confugiens ad eccleſiam vellet exire non obſtante prohibitione ſibi facta à Rectoribus eccleſiæ, poterit illis inuitis, & eo volente extrahi. & vide in hac quæſtione multa dicentem Mar. Ital. de immunitat. eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 84. & ſeqq. vbi declarare nititur quomodo intelligatur hoc immunitatis priuilegium eſſe conceſſum eccleſiæ, & non perſonæ ad eam confugiẽti. ex cuius dictis & ex alijs ſupra allegatis ſaluo ſemper meliori iudicio, crederem poſſe concludi quod quælibet verbalis renunciatio, etiam per publicum notariũ facta ab eo qui ad eccleſiam confugit, prorſus ſit nulla, & inualida, ſi ipſe poſtea pœnitens ab eccleſia exire noluit, vel ſi eccleſiæ Rector repugnat. præſertim dum is qui ad eccleſiã confugit in eadem retinetur, & ad Epiſcopum deuoluta eſt cognitio, an agatur de caſibus exceptis nec ne, & an propterea debeat curiæ ſeculari relaxari. quod ſi ſic ad eccleſiam confugiens ſponte & volens, eccleſiæ Rectore non repugnante, ab eccleſia exire velit, & exiuerit, & tunc ſi extra eccleſiam captus fuerit gaudere non debeat immunitate, & illius priuilegio, quod in inuitum non confertur, poſsitq; propterea à ſeculari iudice puniri. & ſic tunc crederem opinionem affirmatiuam quod ſcilicet renunciatio ſic actu facta immunitati valeat, & conſequenter, quod à ſeculari iudice puniri poſſit veriſsimam eſſe. Et propterea ſi is, qui ad eccleſiam confugit, in eadem eccleſia conſentiat ſe ligari & extrahi, tunc vtique, quia priuilegium immunitatis eſt locale, hoc ideo huiuſmodi conſenſus, & voluntas non excuſat extrahentes. ſed ſi idem confugiens ſpontè eccleſiam aggrediens conſentiat ſe capi, & ſic renunciet immunitati qua dum ad eccleſiam confugerat, gaudebat, talis renunciatio valet. Et ita credo eſſe veritatem.

305 LIMITA II. ſeu potius declara propoſitam regulam, quod ſi is qui ad eccleſiam confugit volens ſponte egrediatur ex loco immunitatis, ſi à curia ſeculari capiatur, adhuc pœna corporis afflictiua puniri non poteſt, quia ei ſufficit ſemel ad eccleſiam confugiſſe. Armilla in ſumma. in verbo *Emunitas*. num. 12. verſic. etiam ſi egrediatur ſponte. poſt Panormitanum quem allegat in c. inter alia. de immunitate eccleſiar. Ioan. de Viſch. in tractat. de immunitat. eccleſiar. nu. 54. Decian. conſ. 80. num. 9. lib. 3. Ioan. Azzor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 12. vbi dixit quod quamuis confugiens ad eccleſiam ex eccleſia egrediatur, eo tamen ipſo quo ſemel ad eccleſiam confugerat, illius gaudet immunitate, itaut de iure non poſſit ob illud delictum amplius corporaliter condemnari.

306 Contra quod immo poſſit corporaliter puniri volens, & ſponte egrediatur ex loco immunitatis, voluit Roſella in verbo *Emunitas*. il ſecondo. nu. 4. & eſt de mente Doctorum allegatorum ſupra num. 302. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 26. nu. 11. vbi reprobat Ioan. de Viſchis contrarium tenentem in loco præallegato. Franciſc. Suarez de ſtatu Religion. lib. 3. cap. 12. num. 5. verſ. Dixi autem. vbi firmat quod quamdiu quis in eccleſia perſeuerat tutus eſt, ſed ſi inde exeat, & capiatur, corporaliter damnari poteſt, reprobata Silueſtrina in loco per eum relato contrarium ſentiente. Reſpondetq; gloſæ in c. reum. 17. quæſt. 3. & hanc ſententiam veriorem credo. & ita aliàs contigiſſe à viro fide digno audiui, quod dum quidam, qui ad eccleſiam confugerat, ab Epiſcopo extractus ad effectum cognoſcendi, An deberet gaudere immunitate eccleſiæ, iudexq; laicus ciuitatis illius non probaret carceres Epiſcopi; tanquam male tutos, fuit iſte extractus ciuitatis Gubernatori conſignatus. qui dum nomine Epiſcopi ipſum in propugnaculo retineret, donec articulus diſputaretur, An immunitati locus eſſet necne, inde poſt aliquos dies aufugit, & ſucceſſiuè à curia ſeculari captus vltimo ſupplicio affectus eſt.

ARGVMENTVM.

De pœnis quas incurrunt extrahentes, confugientes ad eccleſiam propter delictum.

SVMMARIVM.

Extrahentes confugientem ad eccleſiam, puniuntur tanquam violatores immunitatis. & libertatis eccleſiæ. num. 307.

Violantes eccleſiaſticam immunitatem qua pæna puniantur. num. 308.

Extrahentes ab eccleſia confugientes ad illam, puniuntur pæna vltimi ſupplicij, vt rei læſæ maieſtatis. num. 309.

Sacrilegij pæna puniuntur extrahentes eum, qui ad eccleſiam confugit. nu. 310.

Excommunicationis pæna puniuntur extrahẽtes eum qui ad eccleſiam confugit, & niſi extractum reſtituant abſolui non poſſunt. nu. 311.

Excommunicati ipſo iure non ſunt extrahentes ab eccleſia inuitum. nu. 312. Contra. nu. 313.

Excommunicatio quam incurrunt extrahentes inuitum ab eccleſia, non eſt reſeruata Summo Pontifici. nu. 314. Contrarium verius. nu. 315. & ſeq.

Pecuniaria pæna puniri poſſunt extrahentes inuitum ab eccleſia. num. 317. Licet alij contra. nu. 318. & ſeq.

Arbitraria pæna puniri poſſunt extrahentes inuitos ab eccleſia. nu. 320.

Extrahentes inuitum ab eccleſia, tenentur ad damna & intereſſe paſſa per extractum. num. 321.

Pœna extrahentium inuitos ab eccleſia locum habet etiam non ſequuto effectu. num. 322. Declara, vt ſola cogitatio non producta ad aliquem extraneum actum, non ſufficiat. nu. 323.

Pœnas extrahentium inuitos ab eccleſia incurrunt non ſolum birruarij, exequutores, ſeu aliæ priuatæ perſonæ, quæ confugientem per vim extrahunt de mandato iudicis ſecularis, ſeu alterius ſuperioris magiſtratus, ſed etiam ipſe iudex aut ſuperior magiſtratus ſic mandans. nu. 324.

Auxilium præſtantes extrahentibus confugientes ad eccleſiam, An, & quomodo puniantur. nu. 324. in fine.

Pœnas extrahentium inuitum ab eccleſia, habet locum etiam contra extrahentes aliquem ad bonum finem vt puta pro componenda pace, & euitandis ſcandalis. nu. 325.

Ignorantia Conſtitutionis Gregorij xiiij. de immunitate eccleſiarum allegari non poteſt. nu. 326.

Seculares iudices & magiſtratus, non ſolum prohibentur confugientes ad eccleſiam capere, & extrahere, ſed etiam eos perquirere in eccleſia. numer. 327.

Extrahentes ab eccleſia inuitum, nunquid excuſentur allegando cauſam aliquam iniuſtam, & coloratam. nu. 328.

Conſuetudo An excuſet à pœna extrahentes inuitum ab eccleſia. nu. 328.

CAPVT XX.

307 REGVLA ſit, quod extrahentes ab eccleſijs eos, qui ad eas confugiunt timore iudicum, ne capiantur, puniuntur tanquam violatores immunitatis, & libertatis eccleſiaſticæ, ſic enim expreſſe cauetur in Bulla Gregorij xiiij, in illis verbis *Quod ſi quis, &c. quouis prætextu quicquam præter, aut contra huius noſtræ conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus eum ipſo facto, cenſuras & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis iuris, & immunitatis eccleſiaſticæ violatores per Sacros canones Conciliorumq; generalium, & noſtrorum prædeceſſorum Conſtitutiones ſunt promulgata.* Quæ quidem Conſtitutionis verba & alia iura hoc idem probantia, retulit Alexan. Ambroſin. de immunitat. & libertat. eccleſ. cap. 1. num. 2. & cap. 15. in princip. Mar. Ital. in eodem tractatu, de immunitate eccleſiæ. lib. 1. cap. 6. §. 2. nu. 1. & ſeqq.

308 Pœna autem violantium eccleſiaſticam immunitatem quæ ſit, cum Gregorij conſtitutio, nec ſacroſanctum Tridentini Concilium cap. 20. ſeſſ. 25. de reformatione non aperiat, Vide Tabien. in ſumma in verbo *immunitas*. num. 21. S. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 12. c. 3. §. 3. in princip. Roſella in verbo *emunitas*. il primo. num. 8. verſiculo, quæ pœna violantium immunitatem.

309 AMPLIA I. propoſitam Regulam vt extrahentes confugientes ad eccleſiam, puniuntur pœna vltimi ſupplicij, & læſæ maieſtatis crimine tenetur. tex. eſt in l. 2. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. in fine in illis verbis *ſciat ſe maieſtatis crimen eſſe retinendum*. & ibi Azzo addit ei *capite punietur*. Odofred. ante num. primum. Vbi reddit rationem quod ſi læſæ maieſtatis crimen committit is qui maieſtatem terreſtrem offendit, multo fortius qui offendit celeſtem. item eſt tex. in l. pateant. §. proinde. C. eodem. vbi dicitur capitalem pœnam eſſe propoſitam ijs qui ad eccleſiam confugientes inuadere conabuntur. Alius tex. in l. præſenti. in fine princip. C. eodem. in illis verbis *capitali, & vltimi ſupplicij animaduerſione prætendis*. Hoſtien. in c. inter alia. num. 1. poſt med. verſ. Attamen. extra de immunitat. eccleſiar. Archidiac. in c. miror. poſt num. 1. 17. quæſt. 4. & ibi etiam Turrecrem. in verbo *offenditur*. Anchar. in Clemen. 1. num. 7. de pœnitentia, & remiſſione. & ibi etiam Ioan. de Imol. num. 12. Card. Zabarell. num. 7. & Bonifac. de Vitalin. num. 84. Azo in ſumma. C. de his qui ad eccleſ. confug. num. 3. Hoſtien. in ſumma de immunit. eccleſ. num. 8. in fine. & nu. 16. verſic. ſed ſecundum legem. Angelic. in ſumma in verbo *immunitas*. numer. 21. Silueſtrin. in eodem verbo *immunitas*. il 3. num. 4. verſ. quod ſi quis contrafecerit. & num. 12. Tabien. in eodem verbo *immunitas*. num. 13. in princip. S. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. verſ. Quod ſi quis contrafecerit. Decian. in tracta. crim. lib. 6. cap. 28. il 2. nu. 2. & 3. Mantua. conſ. 60. num. 6. Decian. conſ. 80. n. 8. lib. 3. Et hanc concluſionem ſequuti ſunt etiam Odofred. Berber. Gig. Monticell. Clar. & Menoch. in locis relatis per me ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 2. & nu. 5. ad med. quibus addo Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 2. cap. 16. nu. 6. Alexan. Ambroſin. de immun. & libertat. eccleſ. c. 1. num. 2. & c. 15. num. 5. & num. 6. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo eccleſia. concluſ. 8. num. 2. & nu. 4. Vbi propterea quod intrat pœna confiſcationis. Petr. Gregor. ſyntagm. iuris. lib. 33. c. 21. num. 2. Ludou. Peguer. in ſua pract. crim. c. 26. nu. 5. verſ. Item & lex ſecunda. Franciſc. Suarez de ſtatu Relig. lib. 3. cap. 13. num. 7. verſic. ſed quæret aliquis. Ioan. Azor. inſtit. moral. parte 2. lib. 9. c. 9. quæſt. 11.

310 AMPLIA II. Vt extrahentes confugientes ad eccleſiam, pœna ſacrilegij puniantur. Archid. in c. frater. num. 3. in verbo *furorem*. 17. quæſt. 4. & ibi etiam Turrecrem. poſt num. 3. Armill. in ſumma in verbo *emunitas*. num. 6. Mantua. conſ. 211. n. 7. in fine. Decianus conſ. 80. num. 5. lib. 3. Foller. in pract. crimin. canon. quem allegaui ſupra in tit. de carcerib. & carceratis. quæſt. 28. num. 2. ad finem. cap. 17. §. Vt ſi eſt ſacrilegium. nu. 8. Petr. Gregor. ſyntagm. iuris. lib. 33. c. 21. num. 2. Franciſc. Suarez de ſtatu Religion. lib. 3. c. 13. nu. 4. Card. Tuſc.

pra-

practicar. concluſ. in verbo *immunita* concl. 59. num. 14. Franciſc. Leon. in Theſaur ior. eccleſiaſtici. par. 1. cap. 13. num. 5. Alex. Ambroſin. de immunit. eccleſ. cap. 1. num. 2. & cap. 15. num. 1.

311 AMPLIA III. Vt extrahentes confugientes ad eccleſiam, incurrant excommunicationis pœnam, à qua abſolui non poſſunt, niſi extractum reſtituant. tex. eſt apertus in c. ſicut antiquitus. in verbo *excommunicetur*. 17. quæſt. 4. Item & Tex. in c. frater. eadem cauſa, & quæſtione. in illis verbis *Merito indignos eſſe ſacra Communione iudicauit*. Vbi propterea Pontifex confirmauit excommunicationem latam contra duos Ciues Beneuentanos qui inuitum ab eccleſia extraxerant. & ibi præſertim. Turrecrem. nu. 1. in ſumm. alius tex. in c. miror. eadem cauſa & quæſtione. in illis verbis *Communionem tibi interdico*. & ibi Turrecrem. in ſumm. Item & tex. in c. diffiniuit. 17. quæſt. 4. Vbi relato concilio Toletano contra extrahentes confugientes ad eccleſiam, vel in ea reſidentes ſubdit. *Si quis autem hoc decretum tentauerit violare, eccleſiaſtica excommunicationi ſubiaceat*. Goffred. in ſumma rubr. de immunit. Eccleſiarum. num. 18. Hoſtien. in ead. ſumma. num. 14. Angelic. in ſumma in verbo *immunitas*. num. 21. verſ. de iure canonico. Silueſtrin. in eod verbo *immunitas*. il 3. num. 12. Tabien. in eod. verbo *immunitas*. num. 13. Armilla in verbo *emunitas*. num. 16. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. il 2. num. 1. Mantua conſ. 60. num. 6. Ludou. Peguer. in pract. crim. c. 26. ſub num. 5. verſ. Præterea tex. Franciſ. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 3. nu. 7. ſub verſ. ſed quærit aliquis. Alex. Ambroſin. de immun. eccleſiar. c. 15. nu. 4.

312 LIMITA hanc III. Ampliationem vt Eccleſiarum Violatores extrahendo inuitum ab eccleſia, non ſint ipſo iure excommunicati. Sic enim eſt de mente omnium Doctorum mox ſupra allegatorum, dum dicunt extrahentem inuitum ab eccleſia debere excommunicari. ergo antea non eſt excommunicatus. & in ſpecie ſic voluerunt Marian. Socin. in c. nouerit. num. 5. verſic. & ex prædictis infertur. de ſenten. excomm. vbi refert & reprobat contrarium tenentes. Turrecrem. in c. omnes. num. 1. & in c. ſicut antiquitus. numer. 2. in fine. in verbo *excommunicetur*. 17. quæſt. 4. Goffred. in ſumma rubr. de immunitate eccleſiar. numer. 18. Franciſc. Suarez de ſtat. religion. lib. 3. cap. 3. numer. 7. ſub verſ. ſed quæret aliquis. Et ſine dubio præmiſſa Concluſio negari non poteſt quin de iure communi communiter recepta ſit.

313 Contrarium quod immo extrahens inuitum ab eccleſia, ſit ipſo iure excommunicatus, ſcripſit Borgnin. Caualcan. in prima par. ſuarum deciſionum in repertorio verſ. Iudex eccleſiaſticus. num. 8. qui tamen alternatiuè loquendo dixit ſic extrahentē, aut ipſo iure eſſe excommunicatum, aut ſaltim excommunicandum. ſed vigore cōſtitutionis Gregorij xiiij. quod immo excommunicationis pœna, vna cum alijs à ſacris canonibus inflicta ipſo facto incurratur, faciunt verba eiuſdem conſtitutionis relata ſupra. n. 308. & per Mar. Ital. de immun. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 29. & ſeqq. Vbi vide, & hoc verius.

314 LIMITA II. eandem III. Ampliationem. Quia excommunicatio de qua agitur non eſt de reſeruatis ſummo Pontifici, & ideo eius abſolutio dari poteſt etiam ab Ordinario ſecūdum Marc. Anton. Genuen. in ſua practic. Archiepiſcop. c. 22. num. 3. & ſeqq. Vbi quod ita in illa Curia apud eum iudicatum, & ſeruatum fuit. ea motus ratione quia licet conſtitutio Gregorij, eos qui contra aut præter illius formam, aliquid attētare præſumpſerint, declaret ipſo facto incurriſſe omnes pœnas & cenſuras quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis eccleſiaſticæ violatores per ſacros Canones conciliorum generalium, aliorumque Pontificum conſtitutiones promulgatæ ſunt. & in Bulla cœnæ Domini cap. 16. Pontifici reſeruata ſit abſolutio excommunicationis latæ contra violantes libertatem eccleſiaſticam, & propterea ſic pariter videatur reſeruata abſolutio excommunicationis in caſu violationis immunitatis eccleſiarum quo ad extrahentes inuitos fugientes ad illas, per regulam quod relatum dicatur eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus. Attamen (inquit ipſe) cum reſeruatio abſolutionis ab excommunicatione, nunquam cenſeatur facta niſi expreſsè dicatur. cap. nuper. de ſenten. excommunicationis. ideo non intrat regula præmiſſa, quia relatum in referente non includitur expreſsè, ſed tacitè. c. penultimo. de iure iurando. Gambar. de auctoritate Legati in exordio. nu. 35. Vltra quod vt poſtea ſubdit Bulla in Cœna Domini, non excommunicat generaliter omnes violantes libertatem eccleſiaſticam, ergo vbi quis non condit ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem, non incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, prout in terminis voluit Bart. Vgolin. de Cenſuris Pontifici reſeruatis in commentario ad dictam Bullam cœnæ Domini. §. 4. in 5. limitatione allegat. gloſ. in c. cum pro cauſa. de ſententia excommunicationis & Marian. Soccin. in c. nouerit. num. 5. verſ. & ex prædictis infertur. de ſenten. excommunicationis.

315 Contrarium, & verius, quod immo abſolutio excommunicationis de qua agitur ſit Papæ reſeruata, & quod propterea Ordinarius ab ea extrahentē inuitū ab eccleſia abſoluere nequeat, probatur in extrauagāti Pauli Secundi de pœnitentia, & remiſſione. c. 3. inter extrauagantes communes. vbi inter caſus Sedi Apoſt. reſeruatos & exceptos, ponit *offenſam eccleſiaſtica libertati factam*. & magis in ſpecie hoc idem declarauit Clemens viij. dum confeſſarijs quibuſcumque prohibuit ne abſoluerent in pluribus caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, & præſertim *in caſibus contentis in die Cœnæ Domini clara vel dubia, & violationis immunitatis eccleſiæ in terminis conſtitutionis Gregorij xiiij*. Quod quidem Clementis Decretum refert Steph. Quarant. in ſumma

Bullarum in gloſ. caſus reſeruati fol. mihi 167. Et Mar. Ital. de immunit. eccleſiar. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 31. & ſeq. Et Clementis decretum fuit innouatum & approbatum à Sanctiſ. D. N. Paulo V. quodque abſolutio huiuſmodi Sedi Apoſtolicæ ſit reſeruata firmatum fuit ab Illuſtriſſimis S. Concilij Tridentini interpretibus de menſe Decembris 1617.

316 Vnde non bene loquitur M. A. Genuen. in loco præallegato dum contrariam ſententiam defendere auſus eſt. quia extrauagantem Pauli II. & decreta ſummorum Pontificum Clementis & Pauli V. aut non vidit aut non conſiderauit. quinimmo in libro eiuſdem Genuenſis nouiſſime impreſſo, hoc capitulum cum quam pluribus alijs non legitur.

317 AMPLIA IIII. Vt extrahentes confugientes ad eccleſiam, poſſint vltra excommunicationẽ, pœna pecuniaria puniri. tex. eſt in c. ſi quis in atrio. 17. quæſt. 4. Vbi amplius quod hæc pecuniaria pœna quæ pro violata immunitate eccleſiæ ſoluitur, applicari debet ipſi violatæ eccleſiæ. & ibi præſertim Turrecrem. in ſummario dicit quod danda eſt Epiſcopo. Hoſtien. in ſumma de immunit. eccleſ. num. 14. Vbi etiam quod hæc pœna quandoque eſt 30. librarum examinati argenti, & quandoque noningentorum ſolidorum, iuribus ibi per eum allegatis. & quod debet reddi illi perſonæ vel loco cui facta eſt iniuria. ad quæ vide etiam idem dicentes. Angelic. In ſumma in verbo *immunitas*. n. 21. verſ. de Iure Canonico. Silueſtrin. in eod. verbo *immunitas*. il 3. num. 12. Thabien. in eodem verbo *immunitas*. num. 13. verſ. de iure vero Canonico. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 28. il 2. num. 4. Hanc eandem concluſionem ſequuti ſunt Paul. de Caſtr. Ioan. Berber. & Iodoch. per me relati ſupra in tit. de carceribus & carceratis quæſt. 28. num. 5. Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo eccleſia. concl. 8. num. 1. Alex. Ambroſin. de immunitate & libertate eccleſiaſtica. cap. 15. num 1. & 2.

318 LIMITA hanc IIII. Ampliationem ſecundum aliquos, vt hæc pecuniaria pœna receſſit ab aula, & in deſuetudinem abijt. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. il 2. num. 4. poſt gloſ. Angel. de Caſtro. & Clar. in locis per eum relatis. Quos etiam refert & ſequitur Ludo. Peguer. in ſua praxi crim. nu. 2. c. 16. num. 5. verſ. Verum tamen eſt.

319 Verum, cum omnes pœnæ à ſacris canonibus & concilijs contra violantes eccleſiarum immunitatem ſint renouatæ per Concilium Tridentinum, & per conſtitutionem Gregorij xiiij, parum curandum eſt quod antea hæc pecuniaria pœna ab aula receſſerit vt admonui ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28 ſub num. 5. & voluit Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 8. numer. 11. vbi in ſpecie reprobat gloſ. in c. cum multæ. in gloſ. 3. 15. quæſt. vltima. volentem pecuniarias pœnas ab eccleſia non exigi. inquit enim ibi Tuſch. hęc gloſ. vera non eſt. tum quo ad temporalem iuriſdictionem. tum quo ad eccleſiaſticam. cum ſecundum concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 14. pecuniariæ pœnæ ab eccleſia impoſitæ, pijs locis applicentur. & voluit Felyn. in c. irrefragabili. §. cæterum. num. 8. & ſeq. de officio ordinarij. & latius dixi in tract. de hæreſi qu. 193. nu. 109. & ſeq. & in ſpecie etiam hoc idem dixit Alex. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. c. 15. num. 3. & num. 4. in fine. Et huius concluſionis afferri poteſt ratio. quia ſcilicet etiam Epiſcopus habet fiſcum, ſecundum veriorem & magis communem Doctorum ſententiam. de qua per Felyn. in d. cap. irrefragabili. & firmauit Rota coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto iuniore in Tridentina damnorum datorum. Lunæ 9. Decembris 1602. & alibi dixi.

320 AMPLIA V. Vt extrahentes ab eccleſia confugientes ad eam, poſſint arbitraria pœna puniri ſecundum gloſ. in c. ſi quis contumax. in verbo *componas*. 17. quæſt. 4. Hoſtien. in ſumma de immunit. eccleſ. num. 14. Vbi propterea dixit, quod pœna pecuniaria quæ extrahenti inuitum ab eccleſia imponitur, quandoque maior & quandoque minor inuenitur. S. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 12. c. 3. §. 3. verſ. Violatores quoque eccleſiaſticæ immunitatis. Iodoch. in pract. crimin. c. 106. rubr. de violatione templorum. num. 4. Dixi aliquid ſupra in tit. de carceribus & caceratis. quæſt. 28. ſub nu. 5. Ioan. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. q. 4. poſt num. 11. Ludou. Peguer. in ſua pract. crim. c. 26. num. 5. in fine. Alex. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. c. 15. num. 7.

321 AMPLIA VI. Vt extrahentes confugientes ad eccleſiam, amplius vltra pœnam quam ſic extrahendo incurrunt, teneantur ad damna & intereſſe paſſa per extractum. Iodoch. in practic. crimin. rubric. de violatione templorum. c. 106. numer. 4. dixi ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 5. Franciſ. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 13. num. 7. in fine. & num. 8. & ſeqq. vſque ad nu. 18. Vbi format quæſtionem an iudex aliquem extrahens violenter ab eccleſia, non ſolum contra eccleſiam, ſed etiam contra ipſum hominem cui vim infert delinquere dicatur, & conſequenter an illi contra iuſtitiam commutatiuam iniuriam inferat. itaut ſubinde teneatur ad reſtitutionem damnorum ſequutorum. Arguit primo pro parte negatiua, & deinde partem affirmatiuam, quam probabiliorem exiſtimat, pluribus comprobat. quam etiam tenet, & amplectitur Alexandr. Ambroſin. de immunitate & libertate eccleſiarum. cap. 15. numer. 7.

322 AMPLIA VII. Vt extrahentes confugientes ad eccleſiam, pœnas prædictas incurrant etiam effectu non ſequuto, & ſic non extracto confugiente cum iſto caſu ſufficiat ſola extrahendi attentatio. tex. eſt in l. 2. C. de his qui ad eccleſiam confugerunt. in illis verbis. *ſi quisquam contra hanc legem venire tentauerit*. & ſic apertè apparet, quod ſola

attentatio punitur, vt ibidem adnotauit. gloſ. in verbo *tentauerit*. & Salyc. num. 1. verſ. & nota. facit tex. in l. pateant. C. eodem. in illis verbis. *ſi qui eos conentur inuadere*. & ſic etiam ſolus conatus punitur. item & tex. in l. præſenti. C. eodem. in princip. in illis verbis. *auſi fuerunt tentare*. Et ibi præſertim Odofred. num. 4. Fulgoſ. num. 2. & de iure canonico tex. eſt in c. diffiniuit. 17. quæſt. 4. in illis verbis. *Si quis autem hoc decretum tentauerit violare*. Et ſic pœna excommunicationis de qua in illo textu, non ſolum imponitur violanti eccleſiæ immunitatem, ſed etiam tentanti illam violare. Decian. quem etiam allegaui ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 4. in tracta. criminal. lib. 6. cap. 27. num. 5.

323 LIMITA hanc VII. ampliationem, vt ſola cogitatio, ad tractatum ſeu alium extrinſecum actum non perducta, non ſufficiat ad incurrendum pœnam. l. præſenti. in prin. C. de his qui ad eccleſi. confugiunt. in illis verbis. *aut nuda ſaltim cogitatione atque tractatu*. & ſic in ea l. Imperator copulatiuè requirit ad huius pœnæ incurſum, & cogitationem, & tractatum. & ibi adnotarunt gloſ. in verbo *cogitatione*. Azzo. nu. 2. & 3. in verbo *nuda cogitatione*. Bellapert. col. 1. verſ. ſed opponitur. Alberic. num. 1. in verbo *tractatu*. & Salyc. num. 1. Ad idem text. in c. ſicut antiquitus. 17. quæſt. 4. in illis verbis *confringere tentauerit*. hanc eandem declarationem ſequuti ſunt Io. Andr. Henri. Boyc. Gemin. Franch. Alex. Monticell. & Menoch. in locis per me relatis ſupra in tit. de Carceribus & Carceratis. q. 28. num. 4. Alex. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. c. 15. num. 6. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. num. 54. & ſeqq. pluribus. Vbi etiam diſcutit an vltra cogitationem ſufficiat tractatus de extrahendo, abſque eo quod euentum fuerit ad aliquem extrahendi proximum actum.

324 AMPLIA VIII. Vt excommunicationis, & alias pœnas prædictas incurrant non ſolum birruarij, exequutores, ſeu aliæ priuatæ perſonæ quæ ad eccleſiam confugientem per vim extrahunt de mandato iudicis ſecularis, ſeu alterius ſuperioris magiſtratus, ſed etiam ipſe iudex, aut ſuperior magiſtratus ſic mandans, vt per Marc. Anton. Genuen. in Praxi Archiepiſcopali. c. 26. num. 7. vbi huius concluſionis triplicem reddit rationem. Primò, quia licet Bullæ Gregorij xiiij. non facit mentionem de mandante confugientem extrahi, & de extractum non reſtituente, extendi tamen ad illud omnino debet, ne alias eluſoria reddatur prout facile contingeret, cum vt plurimum extractio fieri ſoleat ab hominibus ſimplicibus, & ignaris, & ideo ſi iudices hoc mandantes non punirentur non reſtituendo, abſque dubio eadē Bulla defraudaretur. Secunda eſt ratio, quia Bulla excommunicat & punit attentantes aliquid præter vel contra eius formam, ſed iudex qui mandauit extrahi, vel ſi non mandauit, extractum non reſtituit, contra Bullam facere, & attentare dicitur, ergo illius pœnas incurrit. dicitur enim quis committere in legem non ſolum qui contra eius verba facit, ſed etiam qui contra mentem legis. Præterea & 3. loquitur Bulla de omnibus perſonis quauis dignitate præfulgentibus, & ideo intelligi debeat etiam de iudicibus & ſuperioribus mādātibus, qui dignitate perfulgēt. nec diſſentit Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 38. & 39. vbi etiam loquitur de eo qui abſque mandato ab alio extractum vt puta à conſanguineo offenſi detinet. de quo etiam per eundem Genuenſem d. c. 26. num. 6. verſ. & ſic dicatur. faciunt ſcripta per Franciſc. Suarez de ſtatu Relig. lib. 3. c. 13. num. 17. vbi de iudice non extrahente ab eccleſia, ſed capiente extractum à perſona priuata, quæ iam eum extraxerat.

Et de præſtante auxilium extrahentibus confugientes ad eccleſiam. vide quæ generaliter dixi in tit. de conſultoribus & auxiliatoribus. & in ſpecie Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5. in initio num. 16. in fine. verſ. omnes qui auxilium &c. & latius eodem. c. 5. §. 16.

325 AMPLIA IX. Vt pœnæ extrahentium inuitum ab eccleſia, habeant locum etiam contra extrahentes aliquem ad bonum finem, vt puta ad finem componendi pacem, & euitandi ſcandala, cum Conſtitutio Gregorij xiiij. extractionem fieri prohibeat pro quauis cauſa. ſic enim apud eum reſolutum fuiſſe teſtatur Marc. Anton. Genuen. in ſua Practica Archiepiſcopali. c. 22. num. 9. vbi propterea dixit, reſtitutum fuiſſe eccleſiæ montis Dei quendam nobilem Neapolitanum qui prouocauerat ad ſingulare certamen alium nobilem, & donec veniret tempus ſtatutum ad certamen contulerat ſe ad dictam eccleſiam ne impediretur a curia ſeculari. quæ propterea ad finem componendi pacem, ipſum ab eccleſia extraxerat. poterat enim inquit ibi Genuen. alio modo ſcandalis obuiare, vel apponendo cuſtodes, vel adeundo Epiſcopum qui prouideret.

326 AMPLIA X. Vt aduerſus incurſus pœnarum à Conſtitutione Gregorij xiiij. impoſitarum, allegari non poſſit eiuſdem Conſtitutionis ignorantia. licet enim eadem conſtitutio in contrauentione, & illius pœnarum incurſus vtatur verbo *præſumpſerit*, quod videtur arguere dolum, & ſic excludere ignorantiam prout ſic argumentatur Mar. Ital. de immunit. eccleſiar. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 88. & ſeqq. vbi etiam proponit contraria & illis reſpondere conatur. Verius tamen credo nullo pacto Conſtitutionis prædictæ ignorantiam allegari poſſe nedum præſumi, rationibus ibi per eundem Italiam in contrarium adductis. Quibus an ſufficienter reſponderit eum legito & conſidera. & præſertim ad id quod contra eius ſententiam dicitur Conſtitutionem ligare etiam ignorantes quando prout in caſu noſtro imponit pœnam pro delicto alias de iure prohibito, ad ea quæ dixi in quæſt. 24.

num.

num. 165. & latius in fragmentis criminalibus, in verbo *bannimenta*. num. 9. & ſeqq. dum ipſe nititur reſpondere hanc obiectionem non obſtare ex eo quod in Conſtitutione Gregorij ante verbũ *Præſumpſerit*, adſunt alia illa verba *Aut contra huius Conſtitutionis tenorem, &c.* ex quibus verbis concludit eiuſdẽ Conſtitutionis pœnas non incurri niſi ab eo, qui illius ſcientiam habet. aduertere etiam debebat aliam clauſulam in fine Conſtitutionis poſitam vbi dicitur. *Vt autem præſentes litteræ ad omnium notitiam facilius deducantur, mandamus illas in valuis ſancti Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum Baſilicarum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ de more affigi, & publicari, & earum etiam exemplis inibi affixis, & dimiſſis, ac poſt publicationem huiuſmodi volumus, & decernimus, vt omnes & ſingulos, quos concernunt & concernent in futurum, perinde arctent & afficiant, acſi eorum cuilibet perſonaliter intimata fuiſſent.* Quare ſi ſic publicata Conſtitutio habetur, acſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſet, ergo ceſſat ratio Italiæ, quod non afficiat eos qui ſciẽtiam non habent. vltra quod eo ipſo quod conſtitutio eſt publicata, non præſumitur illius ignorantia ſecundum gloſ. in c. 8. in verbo ante prohibitionem. extra de Conſtitutionibus. & ibi Innocentius. nu. 1. in verbo *Ignorantes*. Hoſtienſ. nu. 6. Henr. Boic. num. 5. verſ. aut quæuis. Bellamer. num. 7. verſ. aut nullam cauſam. Butr. nu. 13. Zabbarell. col. 2. in fine. verſ. quinto oppono. Abb. num. 8. Felyn. num. 8. Bero. num. 83. verſ. in conſtitutionibus vero Principis. & Mantua. num. 51. & alibi dixi.

327 AMPLIA XI. Vt ſecularibus Iudicibus & Magiſtratibus, non ſolum prohibitum ſit confugientes ad eccleſiam capere & extrahere, ſed etiam eos perquirere. Hoc enim perquirendi munus ſpectat ad œconomum eccleſiæ, non autem ad laicalem iuriſdictionem. prout eſt text. in l. præſenti. in fine. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. Dum ibi expreſſe ſtatuitur per hæc verba. *Inter hæc autem quæ ſedulo ad religioſi œconomi, ſiue defenſoris eccleſiæ ſolicitudinem curamq; reſpiciunt, erit etiam illud obſeruandum vt ſingulorum intra eccleſias confugientium, perſonas, cauſasq; inceſſanter conquirant, deinde iudices vel eos ad quos cauſæ & perſonæ pertinent inſtantius inſtruant, & æquitati conuenientia diligentius exequantur.* facit tex. in c. 2. de immunit. eccleſ. in 6. vbi ſtatuitur, quod nullus in eccleſia ſeditionem excitet, conclamationem moueat, impetumuè committat. & paulo infra in illis verbis. *Sint poſtremo quæcumque, alia quæ diuinũ poſſunt turbare officium, aut oculos diuinæ Maieſtatis offendere, ab ipſius prorſus extranea.* & iterum infra in illis alijs verbis. *ceſſent in eccleſijs fori cuiuſcumq; tumultus, omnis in eis ſecularium iudiciorum ſtrepitus conquieſcat, nulla inibi cauſa per laicos, criminales maxime agitetur ſint loca eadem à laicorum cognitionibus aliena.* ex quibus quidem verbis, quin etiam ſit prohibitum ſeculari Curiæ delinquentes in eccleſia perquirere dubitandum non eſt. & in terminis ſic voluit Franc. Marc. deciſ. 113. par. 1. vbi ampliat etiam in caſibus in quibus confugiens, non gaudet immunitate eccleſiarum. & eſt veriſsima limitatio licet non paſsim à Doctoribus quos viderim tractata.

328 LIMITA propoſitam Regulam, quia extrahens inuitum ab eccleſia, excuſabitur ſi ad ſui excuſationem habuerit aliquem cauſam etiam iniuſtam, & coloratam, ſi credendum eſt, prout credi non debet Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. il ſecondo. num. 5. vbi refert ad caſum in quo ſcribentes contraria dicant. tunc enim cauſa non dicetur iniuſta, ſed iuſta. alioquin iniuſta cauſa non excuſabit cum ſimus in prohibitis à iure naturali & diuino. ad ea quæ dixi ſupra in titulo de pœnis temperandis. quæſtione 90. num. 58. & ſeqq. &c. Ideò Deciani opinio quod cauſa iniuſta excuſet reijcienda.

LIMITA II. eandem regulam, vt à pœnis & cenſuris quas incurrunt extrahentes inuitum ab eccleſia, excuſet contraria conſuetudo, quamuis vt ſupra dixi num. 15. & ſeqq. nulla, & inualida, ſed potius corruptela cenſenda ſit ſi credendum eſt Deciano quem pariter allegaui ſupra in titu. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 2. in fine. & in tract. crimin. lib. 6. cap. 27. num. 5. & 6. & cap. 28. il ſecondo. num. 6. vbi eam reddit rationem, quia cum immunitas eccleſiarum, ſecundum eum inducta ſit de iure poſitiuo, certum & conſuetudinem poſſe iuri poſitiuo derogare. cap. final. de Conſuetudine. cum alijs per eũm relatis. refert eum ſed non ſequitur Alex. Ambroſin. in tracta. de immunitate eccleſiarum. cap. 14. num. 11. ſub verſ. non reſiſtunt prædictis.

Contrarium, quod conſuetudo non excuſet à pœnis & cenſuris prædictis extrahẽtes inuitos confugientes ad eccleſiam in caſibus non exceptis, multo verius eſſe. probat Alexand. Ambroſin. vbi ſupra. cap. 15. num. 8. vbi dixit in omnium ore ſit quod conſuetudo etiam iniqua excuſet à pœna temporali, ex allegatis ibi per eum, non tamen excuſet in his quæ de ſui natura mala, & deteſtabilia ſunt cap. flagitia. 13. quæſt. 7. cap. abijciuntur. 32. quæſt. 9. cum alijs ibi per eum relatis. & hodie cum vt dixi Conſtitutio Gregorij xiiij. tollat, & improbet omnes contrarias conſuetudines, res videtur eſſe extra difficultatem. ex illa communi iuris concluſione, quod conſuetudo à Principe, vel à lege reprobata, nõ excuſat à pœna. ex allegatis per me ſupra in tit. de pœnis temperand. quæſt. 95. num. 43. & in fragmentis in verbo conſuetudo. num. 722.

ARGVMENTVM.

Confugiens ad eccleſiam, impunitus dimitti non debet, ſed puniri, & qua pœna.

SVMMARIVM.

Confugiens ad eccleſiam, licet inuitus extrahi non poſſit, non tamen ab eccleſiaſtico iudice impunitus dimitti debet. nu. 329.

Confugiens ad eccleſiam, poterit ab eccleſiaſtico iudice puniri pœna pecuniaria. nu. 330.

Confugiens ad eccleſiam, ab eccleſiaſtico iudice condemnari poteſt ad damna & intereſſe paſſa per eum in quem deliquit. nu. 331. & ſeq. vbi etiam, An vltra damna & intereſſe, poſſit in aliam pœnam condemnari.

Confugiens ad eccleſiam puniri poteſt ab eccleſiaſtico iudice pœna exilij. nu. 333.

Confugiens ad eccleſiam, condemnari poteſt ab eccleſiaſtico iudice in detruſionem monaſterij ad peragendum pœnitentiam. Declara. vt nu. 334.

Pœna corporali ab eccleſiaſtico iudice puniri non poteſt is, qui ad eccleſiam confugit. nu. 335.

Pœna carceris puniri non poteſt ab eccleſiaſtico iudice is, qui ad eccleſiam confugit. num. 336. Contra. nu. 337.

Confugiens ad eccleſiam, qui impunitus dimitti non debet puniendus eſt non à iudice ſeculari, ſed ab eccleſiaſtico aliqua pœna non corporali. num. 339. Licet alij contra. nu. 338.

Confugiens ad eccleſiam, ſi dimiſſus fuerit punitus aliqua pœna non corporali à iudice eccleſiaſtico, non poteſt amplius accuſari pro illo crimine pro quo confugit, & punitus fuit. nu. 340.

CAPVT XXI.

329 REGVLA ſit, quod licet confugiens ad eccleſiam, inuitus ab ea extrahi non debeat à iudice, ſeculari vel eccleſiaſtico, non tamen ab eodem eccleſiaſtico iudice prorſus impunitus dimittendus eſt. Nam quod immo puniri debeat probat tex. in c. inter alia. in illis verbis, *qui ad eccleſiam confugit, legitime puniendus ſit de eo quod inique fecit*. extra de immunitat. eccleſiarum. & ibi communiter notant Doctores omnes. dicentes, quod male faciunt Prælati, qui confugientes ad eccleſiam, impunitos dimittunt, & etiã à poena pecuniaria ſaluare nituntur. & quod propterea ſic faciendo, contra iuſtitiam faciunt, & delinquunt. vt videre eſt apud Hoſtien. ibi nu. 1. poſt med. col. 2. in princ. verſ. Prælati vero. Ioan. Andr. num. 5. in eodem verſ. Prælati vero. Ancharan. num. 2. verſ. & dicit Hoſtien. Abb. num. 13. ad finem. verſ. & ex his omnibus. & Cardin. Zabarel. num. 3. ante finem. verſ. & dicit Hoſtien. Goffred. in ſumma rubr. de immunitat. eccleſ. num. 8. in fine. Hoſtien. in eadem ſumma. num. 8. ante finem verſ. ſuper hoc autem. Silueſtrin. in ſumma in verbo *Immunitas*. il terzo. num. 4. verſ. igitur ſicut dicit Panormitanus. S. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. verſ. ſuper eo autem quod inique fecit. Roſella in verbo *emunitas*. il ſecondo. num. 8.

330 AMPLIA I. Quia ſi ad eccleſiam confugiens, licet inde extrahi non poſſit, poterit tamen pecuniaria poena puniri. ad tex. in c. reum. in fine. 17. quæſtion. 4. in illis verbis. *tamen legitime componat, quod inique fecit*. ponderando verbum *componere* in text. poſitum, quod ad pecuniariam poenam referri videtur. & ibidem adnotauit gloſ. in verbo *reum*. & in verbo *vel ad mortem*. in fine. Archidiacon. num. 2. & 3. Bellamerr. num. 1. in alius tex. in c. ſi quis contumax. eadem cauſa, & quæſtione. vbi imponitur poena noningentorum ſolidorum, & ibi Archidiac. num. 5. vbi de poena triginta librarum. Bellamer. colum. 2. ante finem. & Turrecrem. num. 1. in ſumm. gloſ. in c. inter alia. in verbo *puniendus*. de immunitate eccleſiarum. & ibi etiam Innocen. col. 2. verſ. puniendus pecunialiter. Hoſtien. num. 1. in verbo *puniendus*. Anton. de Butr. num. 4. Abb. num. 8. Card. Zabarell. num. 4. verſ. ſeptimo quæro. Alia gloſ. in c. de raptoribus. in verbo *vel pœnarum*. 36. q. 1. Angelic. in ſumma in verbo *immunitas*. num. 16. verſ. poteſt tamen pecunialiter damnari. Thabien. in eodem verbo *immunitas*. num. 9. Armill. in verbo *Emunitas*. nu. 12. verſ. poteſt tamen pecunialiter puniri. Roſella in verbo *emunitas*. il ſecondo. num. 8. verſ. Poteſt ergo damnari pecunialiter.

331 AMPLIA II. Vt idem confugiens puniri poſſit ad damna & intereſſe paſſa per eum, in quem deliquit, immo non alia criminalis poena, niſi ciuilis ad ſatisfactionem partis, pro damnis & intereſſe paſsis. ſecundum Archidiac. in c. reum. num. 1. in fine, & num. 3. 17. quæſt. 4. per illum text. ponderando verbum *cõponere* in eodem textu poſitum, quod aliud non ſignificat, quam pro damno dato, offenſa vel iniuria recepta, pecunialiter ſatisfacere vt ibi per eum. & ibi etiam Bellamer. num. 2. & ſic non niſi ad damna & intereſſe confugientem ad eccleſiam teneri, probare videtur tex. in c. id conſtituimus. 17. quæſt. 4. vbi ad litteram dicitur, *ſed nec alteri conſignare, niſi ad Euangelia, datis ſacramentis, de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri, ita vt ei cui reus fuerit criminoſus, de ſatisfactione conueniat*. & ſic omne poenarum genus ibi excluditur præterquam conuentio, & compoſitio cum parte damnum paſſa. & ibi adnotauit gloſ. 1. in figuratione caſus in fine in verbo *compone*. Archidiac. num. 1. ad med. in eod. verbo *componi*. Bellamer.

num. 4. ad finem, & Turrecrem. num. 1. ante fi-nem in eodem verbo *componi*. & hanc ſententiam, quod non niſi ciuiliter cum iſtis ad eccleſiam confugientibus agi poſſit, communem fateri videtur Abb. in c. inter alia. num. 8. de immunit. eccleſiarum. faciunt ſcripta per Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 3. in diſcurſu. vbi voluit, quod confugiens ad eccleſiam, nec etiam pœna exilij puniri poſſit, ſed tantum ad damna, & intereſſe.

332 Contrarium, quod confugiens ad eccleſiam qui impunitus dimitti non debet, non ſolum puniri poſſit ciuiliter ad damna & intereſſe partis offenſæ in quam deliquit, ſed etiam criminaliter alia pœna dummodo non fuerit corporalis, defendere videtur Abb. in c. inter alia. num. 8. de immunitate eccleſiarum. per illum tex. in quo dicitur hos ſic confugientes ad eccleſiam, eſſe legitime puniendos. ponderando verbum *punire*, quod ſignificat etiam criminaliter, vt ibi per eum. faciunt pro hac opinione Doctores allegati ſupra. num. 330. dum dicunt confugientem ad eccleſiam poſſe pecuniaria pœna puniri, ergo etiam criminaliter. Silueſtrin. in ſumma in verbo *immunitas*. il terzo. num. 4. ad finem verſ. igitur ſicut dicit Panormitanus. vbi refert, & ſequitur Abbatem in loco præallegato. Thabien. in eod. verbo *immunitas*. num. 13. ante finem. verſ. & dum eſt in eccleſia. Roſella in verbo *emunitas*. il ſecondo, num. 8. verſ. contra eos tamen.

333 AMPLIA III. Quia ſic ad eccleſiam confugiens, etſi inde extrahi non poſſit, puniri etiam poterit pœna exilij, ſecundum Hoſtien. in c. inter alia. num. 1. in verbo *puniendus*. extra de immunitate eccleſiarum. ſed cum exilij pœna corporalis videatur, hoc ideo hunc ſic ad eccleſiam fugientem, non poſſe pœna exilij puniri, ſed tantum pecuniaria, vel pœnitentiali, voluit Franciſ. Suarez de ſtatu Relig. lib. 3. c. 12. n. 5. & 6. & latius Marius Italia de immunitate eccleſiæ. lib. 1. cap. 6. §. 3. ſub num. 1. & ſeqq.

334 AMPLIA IIII. Vt idem confugiens poterit in monaſterium detrudi ad peragendum pœnitentiam, dummodo Monaſterij locus, ſeu carcer in quem detruditur, non eſſet ita arctus & durus, vt in eo homines paucis diebus poſſent viuere. Nam tunc per indirectum, non pœnitentia, ſed mortis pœna indicta videtur. ſecundum Innocen. in c. inter alia. col. 1. in verbo *ad pœnam corporalem*. Anton. de Butr. num. 11. Abb. num. 11. & 12. verſ. ſed circa duo. vbi quod hæc pœnitentia indici poteſt à iudice eccleſiaſtico, confugienti ad eccleſiam, dummodo inuitus non extrahatur ab ea. Card. Zabarell. num. 4. verſ. quinto quæro. & Ioan. de Anan. num. 11. Ancharan. in clem. 1. num. 8. de pœnitentia & remiſsione. & ibi etiam Ioan. de Imol. num. 13. & ſeq. Cardin. Zabarell. num. 9. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. c. 27. num. 3.

335 LIMITA I. propoſitam regulam, vt licet qui ad eccleſiam confugit, licet prorſus impunitus non euadat, euitat tamen pœnam corporalem, nedum effuſionis ſanguinis puniri non poteſt. text. eſt in c. inter alia. extra de immunitate eccleſiarum, dum ibi dicitur, quod *licet delinquens qui ad eccleſiam confugit, legitime puniendus ſit de eo quod iniquè fecit, inde tamen damnari non debet ad mortem, vel ad pœnam, ſed Rectores eccleſiarum ſibi obtinere debent membra, & vitam*. Et hoc erit Priuilegium confugientis ad eccleſiam, & ibi gloſ. in verbo *Puniendus*. Hoſtien. num. 1. in verbo *ad pœnam*. Ioan. Andr. num. 3. in verbo *pœnam corporalem*. Ancharan. num. 2. Anton. de Butr. nu. 5. in fine. & num. 6. Cardin. Zabarell. num. 4. verſ. quinto quæro. & Ioan. de Anan. num. 3. alius tex. in c. reus. 17. quæſtion. 4. in illis verbis *Neque inde donare ad pœnam, vel ad mortem*. & paulo infra in illis alijs verbis *ſed rectores eccleſiarum pacem, & vitam ac membra eius obtinere ſtudeant*. & ibi etiam Archidiacon. nu. 2. in verbo *nec membrum*. Bellamer. num. 1. in fine verſ. & ibi. & Turrecrem. in ſummario. & eſt etiam text. in cap. de raptoribus. 36. quæſt. 1. in illis verbis, & raptor mortis, vel pœnarum impunitate conceſſa. & ibi gl. in verbo *vel pœnarum*. Goffred. in ſumma rubr. de immunitat. eccleſiar. num. 17. verſ. in ſumma notandum eſt. Angelic. in ſumma in verbo *Immunitas*. num. 16. verſ. ſecundum vt non poſſit. Thabien. in eodem verbo *Immunitas*. num. 9. & num. 13. verſ. debent eccleſiæ Paſtores. Armilla in verbo *Emunitas*. num. 12. Roſella in verbo *Emunitas*. il ſecondo. num. 8. Oldrad. conſ. 54. num. 2. verſ. vbi autem fugit propter maleficium. Dixi hac de re iterum ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. nu. 77. Quibus addo Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 10. nu. 5. Franc. Leon. in theſ. for. eccleſiaſt. par. 1. cap. 13. rubr. de immunitat. eccleſ. num. 13. verſ. reos criminis ad eccleſiam confugientes. Villagut. de extenſione legum. cap. fina. num. 5. & num. 8. & ſeqq. vſque ad num. 14. vbi ponderat plura iura volentia confugientem ad eccleſiam non poſſe corporali pœna puniri. & num. 66. Franciſc. Suarez de ſtat. Religion. lib. 3. cap. 12. num. 5. & 6. Mar. Ital. de immunitat. eccleſ. lib. 1. cap. 1. §. 1. num. 1. & ſeqq. in diſcurſu. & latius cap. 6. §. 3. num. 1. & omnibus ſeqq. Vbi etiam ponit quomodo procedatur à iudice eccleſiaſtico quando remittit hanc pœnam corporalem.

336 LIMITA II. Quia nec etiam pœna carceris puniendus eſt, ſecundum Innocen. in cap. inter alia. col. 2. verſ. ſed nunquam. extra de immunitat. eccleſiarum. & ibi etiam Hoſtien. num. 1. in verbo *puniendus*. verſ. ſed nunquid eſt in carcerem detrudendus. Ancharan. qui tamen loquitur de carcere perpetuo, in clemen. 1. n. 8. in fin. de pœniten. & remiſsione. & ibi etiam Card. Zabarel. num. 9.

337 Con-

337 Contrarium quod immo confugiens ad eccleſiam, qui pro delicto per eum commiſſo prorſus impunitus dimitti non debet, poſſit etiam ad perpetuum carcerem condemnari & mancipari, voluit. Bonifac. de Vitalin. in Clementin. prima. num. 72. de pœnitentia & remiſſione.

338 LIMITA III. Quia ſi ad eccleſiam confugiens, & qui ab ea extrahi non poteſt, licet impunitus dimitti non debeat, pœnam tamen illi imponet Iudex ſæcularis, & non eccleſiaſticus. quia vt dixi ſupra num. 32. magis communis videtur ſententia, quod extractio fugientis ad eccleſiam prohibita ſit nedum Iudici ſæculari; ſed etiam Iudici eccleſiaſtico. & ideo ſi Iudex eccleſiaſticus non poteſt extrahere, ergo nec etiam poteſt punire pœna pecuniaria. & ſic hæc eadem pœna non habebit locum niſi quando in caſibus exceptis, ſæcularis Iudex confugientem recipit præſtito iuramento de non puniendo corporaliter. & ni fallor probare videtur tex. in c. id conſtituimus. 37. quæſt. 4. Vbi ſtatuitur reum, ad eccleſiam confugientem, alteri non conſignari niſi ab eo recepto iuramento de non puniendo niſi ad pecuniam parti debitam. & ſic loquitur in Iudice ſæculari cui reus conſignatur. Qua in re vide Abba. in c. inter alia. num. 8. & 9. de immunit. eccleſiarum. Vbi formata concluſione quod confugiens in eccleſiam, etiam dum exiſtit in eccleſia, poſſit puniri, pœna tamen non corporali, quærit quomodo iſto caſu contra confugientem procedetur. & concludit quod ſæculares Iudices ad hanc pœnam procedere poterunt recepta ab eis promiſſione, & etiam maiori cautione de ſeruandis vita, & membris. & hoc ſi confugiens exire ex eccleſia voluerit. ſi vero nullo modo exire voluerit, timens tirannydem Iudicis ſæcularis, & tūc nullo modo inuitus extrahi debet per Iudicem vel per alium vt ibi per eum, qui huius dicti rationem affert. ſequitur Angelic. in ſumma in verbo *immunitas*. num. 16. verſ. *ita tamen quod violenter non extrahatur ſecundum communem opinionem*. Thabien. in eodem verbo *immunitas*. num. 9. verſ. Ita tamen Armilla in verbo *emunitas*. num. 12. verſ. Ita tamen quod non violenter extrahatur. Roſella in verbo *emunitas*. il ſecondo num. 8. verſ. Si vero nullo modo vult exire. & ſic videtur concludi quod ſi confugiens volens extrahatur, ſæcularis Iudex puniet, ſi vero nolit extrahi, nullus puniet, & videtur de mente Goffredi in ſumma in tubr. de immunit. eccleſiarum. num. 17. verſ. In ſumma notandum eſt.

339 Contrarium quod immo non Iudex ſæcularis ſed eccleſiaſticus ſit ille, qui confugientem ad eccleſiam pœna non corporali punire debeat, ſuadetur ex trad. per Hoſtien. in c. inter alia. num. 1. poſt med. col. 2. in princ. verſ. Prælati vero. extra de immunit. eccleſiar. Vbi repræhendit Prælatos, qui confugientes ad eccleſiam prorſus impunitos etiam pœna pecuniaria ſaluare nituntur; quos propterea in hoc delinquere & contra iuſtitiam facere affirmat. & ſic aperte præſupponit, punitionem confugientium ad eccleſiam, quo ad pœnam pecuniariam & non corporalem ſpectare ad Prælatos. & Hoſtien. ſic dicentem communiter ſunt ſequuti in d. c. inter alia. omnes Canoniſtæ per me relati ſupra nu. 319. Item faciunt tradita per Docto. allegatos ſupra num. 338. Volentes poſſe Epiſcopum & eius officiales detrudere in Monaſterium, confugientem ad eccleſiam ad agendum pœnitentiam de delicto per eum commiſſo. & ſic punitio videtur ſpectare ad Iudicem eccleſiaſticum, dummodo nō imponat pœnam ſanguinis, mortis, aut corporalem. Nec valet Argumentum, Iudex eccleſiaſticus non poteſt extrahere confugientem ad eccleſiam, ergo illum non poteſt punire. quia immo poterit punire etiam ipſum non extrahendo ab eccleſia, vt puta carcerare, vel in monaſterium detrudere intra ſepta Eccleſiæ, vel etiam pecunialiter mulctare, vt bene conſiderauit Bonif. de Vitalin. in Clem. 1. n. 71. de pœnitētia, & remiſſione. Vbi licet ſubdat poſſe etiam Iudicem ſæcularem condemnare confugientem ad eccleſiam, non in pœnam mortis, vel mutilationis, ſed in pœnam carceris perpetui vel ad tempus, & ad eius requiſitionem poſſe eundē confugientem ad requiſitionem Iudicis ſecularis extrahi; declarat tamen, reum ſic extractum ad Monaſterium reduci debere ibidemq; per Iudicem eccleſiaſticum requiſitum carcerari. & ſic in omni caſu videtur velle hanc punitionem citra mortem, & corporalem pœnam, ſpectare ad Iudicem eccleſiaſticum.

340 LIMITA IIII. Quia ſi is qui ad eccleſiam confugiet, ex priuilegio immunitatis corporalem pœnam euaſit, fuitque tantummodo pœna pecuniaria, aut alia non corporali mulctatus, non poteſt de cætero pro eodem delicto criminaliter accuſari ſeu inquiri. ſecundum Hoſtien. in cap. inter alia. numer. 1. in verbo *ad pœnam*. extra de immunit. eccleſiar. & Ioan. Andr. num. 8. verſ. in gloſ. pecunialiter. Anchar. num. 2. Anton. de Butr. num. 15. Card. Zabarell. num. 4. verſ. ſeptimo quæro. & Ioan. de Anan. num. 3. Gloſ. in c. Reum. in verbo *vel ad mortem*. 17. q. 4. Vbi bene hanc ſententiam defendit. & ibi etiam Archidiac. nu. 3. in fine. & Bellamer. num. 1. in fine. verſ. In prima gloſ. & num. 2. verſ. Sed in corpore decretorum. Angelic. in verbo *immunitas*. num. 16. verſ. & aduerte. Thabien. in eod. verbo *immunitas*. num. 9. in fine. & nu. 13. verſ. ſecundo vt amplius de illo delicto damnari non poſſit. Decian. in tracta. crim. lib. 6. cap. 29. num. 6. in fine.

ARGVMENTVM.

Confugiens ad Eccleſiam in caſibus exceptis, illius immunitate non gaudet. ad quem, quomodo, & quando ſpectet hæc cognitio, & de materia.

SVMMARIVM.

Confugiens ad eccleſiam in caſibus exceptis à Conſtitutione Gregorij xiiij. illius immunitate non gaudet. num. 341.

Confugiens ad eccleſiam olim in caſibus exceptis, ſæculari Iudici non conſignabatur, niſi ab eo recepto iuramento, & etiam cautione arbitrio Iudicis Eccleſiaſtici, de non puniendo ipſum corporaliter. numer. 342.

Iudex ſæcularis traditum ſibi ab eccleſiaſtico Iudice in caſibus exceptis, poteſt ſibi traditum corporaliter punire, abſque eo quod iuramentum ſeu cautionem præſtet de non puniendo corporaliter. nu. 343.

Iudex eccleſiaſticus non tenetur conſignare Iudici ſæculari in caſibus non exceptis confugientem ad eccleſiam, etiam quod idem ſæcularis Iudex offerat iuramentum, ſeu cautionem de non puniendo corporaliter. num 344. Contra num. 345.

Papa poteſt eccleſiæ immunitatem extendere, & reſtringere prout ſibi viſum fuerit ſecundum caſuum contingentium diuerſitatem, perſonarum, & facti qualitates, alijſque iuſtis de cauſis arbitrio ſuo, ne dum declarare, & interpretari. itaut etiam in caſibus non exceptis poterit mandare confugientes ad eccleſiam quandoque expelli, & quandoque etiam extrahi, & curiæ ſæculari tradi. num. 346. & ſeqq. Vbi ponitur tenor quarundam litterarum quibus Pontifex ſtatuit delinquentes ad eccleſiam confugientes expelli.

Conſtitutioni Gregorij xiiij. ſuper immunitate eccleſiarum, derogatum non eſt per litteras Clementis Octaui, & Pauli Quinti, quibus mandatur facinoroſos Homines ad eccleſiam confugientes non recipi, & expelli. num. 350. & ſeq.

Conſtitutio Gregorij xiiij. ſuper immunitate eccleſiarum, fuit in Chriſtiana republica perutilis, & neceſſaria, & non damnoſa prout alij opinati ſunt. numer. 352.

Confugientes ad eccleſiam in caſibus exceptis à Conſtitutione Gregorij xiiij. inuiti extrahi non poſſunt extra illos caſus etiam enormes, ſeu enormiores, ex identitate vel maioritate rationis. nu. 353. & 355. licet alij contra. num. 354.

Sæcularis Iudex non poteſt etiam in caſibus exceptis extrahere inuitum ab eccleſia ſine Epiſcopi licentia. num. 356. & ſeqq. licet alij contra. n. 357. & ſeqq.

Epiſcopo negligente, ſeu recuſante in caſibus exceptis conſignare Iudici ſæculari eum qui ad eccleſiam confugit, quid faciendum. nu. 361.

Immunitate Eccleſiæ an ad eam confugiens gaudere debeat nec ne, Epiſcopus cognoſcit, & non iudex ſæcularis. num. 362. & ſeqq. licet alij contra. nu. 364.

Epiſcopus donec cognoſcit an is qui ad eccleſiam confugit gaudere debeat illius immunitate, confugiens ſtare debet in Eccleſia tutus, & non transferri ad carceres ſæculares. num. 366. & ſeq.

Appellari non poteſt à ſententia Epiſcopi declarantis confugientem ad eccleſiam gaudere debere, vel non debere immunitate eccleſiæ. num. 368.

Epiſcopus non debet ſtare proceſſui Iudicis ſæcularis an ſcilicet crimen commiſſum, ſit exceptum, vel non exceptum. num. 369.

Crimen commiſſum à confugiente ad eccleſiam quod ſit exceptum conſtare debet non per præſumptiones, & coniecturas, ſed plenè & concludenter. num. 370. Declara. vt num. 371. & ſeq.

Epiſcopus in cognitione an is qui ad eccleſiam confugit debeat vel non debeat illius immunitate gaudere quas ſolemnitates ſeruare teneatur. n. 373. & ſeqq.

CAPVT XXII.

341 REGVLA ſit, quod confugiens ad eccleſiam in caſibus exceptis à conſtitutione Gregorij xiiij. illius immunitate non gaudet, indeque inuitus extrahi poteſt. caſus autem in eodem Bulla excepti, ſunt octo, *publici, ſcilicet latrones, viarum graſſatores, depopulatores agrorum, homicidia, & mutilationes membrorum in eccleſijs committentes. Homicida proditorij, Aſſaſſini, Hæretici reique læſæ maieſtatis in perſonam Principis* ſic enim apertè & ad litteram legitur in eadem conſtitutione, cuius verba clara ſunt.

342 AMPLIA I. hanc regulam, vt licet olim, qui ad eccleſiam confugiebat, ſæculari Iudici nunquam conſignabatur in caſibus exceptis niſi ab eo recepto iuramento & etiam cautione ſi Iudici eccleſiaſtico viſum fuerit, de non puniendo ipſum corporaliter, prout eſt tex. in c. reum. 17. quæſt. 4. in illis verbis *neque inde donare ad pœnam, vel ad mortem*, & infra in illis alijs verbis. *ſed Rectores eccleſiarum pacem, & vitam, ac membra eius obtinere ſtudeant.* & ibi præſertim Turrecremat. nu. 1. verſ. in ſecunda. & in verbo *obtinere*. Alius tex. in c. id conſtituimus. eadem cauſa, & quæſtione. in illis verbis. *ſed nec alteri conſignare ad Euangelia datis ſacramentis, de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere ſunt ſecuri*. Abb. poſt Innoc. in c. inter alia. num. 9. de immunit. eccleſiarum. & ibi etiam Card. Zabarell. num. 6. verſ. vndecimo quæro. Thabien. in ſumma. in verbo *Immunitas*. num. 13. verſ. Et poterunt illum petenti concedere. Decian. cum allegatis per eum in tracta. crim. lib. 6. cap. 29. ſup num. 6. & in conſ. 80. num. 9. lib. 3. Alexandr. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſ. cap. 11. nu. 5. verſ. ſed conſtito. & num. 6. cum allegatis per eum.

343 Hodie tamen de conſuetudine contrarium ſeruatur. quia quando ſic ad eccleſiam confugiens, & ab ea extractus in caſibus exceptis Iudici ſæculari traditur, poteſt tunc idem Iudex eum ſibi traditum etiam corporaliter punire, nec tenetur ſeruare promiſſionem de non puniendo corporaliter ſi promiſſionem, ſeu cautionem præſtiterit. & amplius Iudex eccleſiaſticus abſque alia receptione promiſ-

ſionis,

ſionis, ſeu cautionis de non puniendo corporaliter, & abſque irregularitatis periculo à qua abſoluitur in conſtitutione Gregorij, conſignare debet extra-ctum, ſecundum Boer. qui ita de conſuetudine, & ſtylo Franciæ ſeruari teſtatur. deciſ. 109. numer. 8. Decian. qui alios refert in tracta. crim. lib. 6. cap. 29. num. 6. Vbi, præſertim quando de iure expreſsè cau tum eſt quod qui ad eccleſiam confugit, illius immunitate non gaudeat. Baiard. ad Clar. quæſt. 30. num. 25. & 26. cum allegatis per eum. Dixi ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſtion. 28. nu. 77. Alexan. Ambroſin. qui hæc omnia penè explicat in tracta. de immunit. & libert. eccleſ. cap. 11. num. 5. verſic. ſed conſtito. & num. 6.

344 Hic cadit dubitatio, nunquid in caſibus non exceptis teneatur eccleſiaſticus iudex conſignare iudici ſeculari confugientē ad ſuam eccleſiam præſtito per eundem ſecularem iudicem iuramento, ſeu cautione vt ſupra de non puniendo eum corporaliter. dic quod in caſibus non exceptis iudex eccleſiaſticus non poteſt conſignare vllo pacto eum qui ad eccleſiā confugit, etiam præſtito iuramento & oblata cautione prædicta. ſic enim concludere videtur Abb. in c. inter alia. num. 9. de immunit. eccleſiarum. dum dixit, tunc demum à iudice ſeculari poſſe confugienti ad eccleſiam imponi pœnam non corporalem, quando ipſe confugiens voluerit exire ex eccleſia. ſi vero nullo modo velit de eccleſia exire, timens forte iudicis ſecularis tyrannidem, & quod non obſeruabit promiſſa, & tunc nullo modo poteſt ab eccleſia extrahi. nec à ſeculari, nec ab eccleſiaſtico iudice. & ſic infertur, confugientem ad eccleſiam in caſibus non exceptis, non poſſe extrahi ab eo etiam recepta promiſſione, ſeu cautione à ſeculari iudice de non puniendo confugientem corporaliter. Et hæc opinio hodie ſeruatur ex Conſtitutione Gregoriana qua expreſſe cauetur, quod in caſibus exceptis tantum, confugiens ad eccleſiam extrahatur & ſeculari iudici tradatur abſque periculo irregularitatis. & ſic non recepta promiſſione, ſeu cautione de corporaliter. non puniendo, vt dixi ſupra num. 243. In caſibus autem non exceptis, indiſtinctè prohibet quibuſuis perſonis quacunque dignitate & auctoritate præditis, ſub pœnis & cenſuris in ea expreſsis confugientem ad eccleſiam extrahi, & iſta eſt veritas.

345 Contrarium quod etiam in caſibus non exceptis, iudex eccleſiaſticus teneatur ſeculari iudici ſic petenti & inſtanti, confugientem ad eccleſiam conſignare recepta ab eo iurata promiſsione, vel cautione de non puniendo delinquentem corporaliter. ſuaderi videtur ex tex. in c. diffiniuit. in fine. 17. quæſt. 4. vbi relato decreto concilij Toletani, quo prohibetur confugientes ad eccleſiam, vel reſidentes in ea, inde abſtrahi (& ſic loqui videtur in caſibus non exceptis) ſubdit poſtea, quod ſi eccleſiæ ſacerdos ſeculari iudici petenti & inſtāti confugientem præſtito iuramento de impunitate non conſignauerit, & ab eccleſia non abſtraxerit, ſi delinquens qui ad eccleſiam confugit fortè aufugerit, tenetur idem ſacerdos ad damna. & ſic in hoc Canone videtur probari, eccleſiæ Rectorem teneri reddere ad eam confugientem, iudici illum petenti, præſtito Iuramento prædicto. vt ibi etiam adnotauit gloſ. in verbo *diffiniuit*. in verſ. ſi vero dato ſacramento. Archidiac. nu. 4. in verbo *ſacerdoti*. & iterum infra in verſ. ſed præcisè. & Turrecremar. num. 4. in eodem verbo *ſacerdoti*. & videtur de mente Goffredi in rubr. de immunit. eccleſiar. num. 17. verſ. in ſumma notandum eſt. Hoſtien. in ead. ſumma. num. 8. ante finem. verſ. alias autem. & magis clare Silueſtrin. in verbo *immunitas*. il terzo, num. 4. S. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. verſ. Qualiter autem debeat defendi. Alex. conſ. 145. num. 3. verſ. etiam ſi ſit delictum graue. lib. 7. Villagut. de extenſ. legum cap. fina. num. 8. & ſeqq. vſque ad num. 14. vbi pluribus nititur probare quod quando iudex ſecularis promittit reum nō punire corporaliter, & ſi opus fuerit cautionē præſtiterit, tūc iudex eccleſiaſticus teneatur confugientem ad eccleſiam illi conſignare, non diſtinguendo inter caſus exceptos & nō exceptos. Francisc. Suarez de ſtatu Relig. lib. 3. c. 13. poſt n. 3. vbi dixit quod ſi iudex eccleſiaſticus habet à iudice ſeculari ſecuritatem prædictam, poteſt dare licentiam extrahendi. nec ab iſta opinione diſſentire videtur. Ioan. Azzor. inſtit. moral. par. 2. lib. 9. c. 9. quæſt. 10. quæ omnia hodie non procedunt ſtante conſtitutione Gregoriana.

346 AMPLIA II. Quia non ſolum in caſibus exceptis iudex eccleſiaſticus tenetur conſignare iudici ſeculari confugientem ad eccleſiam, ſed etiam in caſibus non exceptis, ſic Pontifice mandante. Pontifex enim poteſt eccleſiæ immunitatem declarare prout ſibi viſum fuerit ſecundum caſuum contingentium diuerſitatem, perſonarum & facti qualitates, alijsq; iuſtis de cauſis arbitrio ſuo. in tātū quod etiam in caſibus nō exceptis à Bulla Gregorij, poteſt mandare ex cauſis prædictis confugientes ad eccleſiam quandoque expelli & quandoq; extrahi, & curiæ ſeculari tradi. ſecundum Io. de Viſch. in tracta. de immunit. eccleſ. num. 14. verſ. fallit primo. vbi dixit, quod licet eccleſiaſticus iudex non poſsit in caſibus à lege non exceptis inuitum ad eccleſiam confugientem extrahere, poteſt tamen hoc facere de mandato Papæ. per tex. quē allegat in c. vxor felicis. ſecundū vnum intellectum. 17. quæſt. 4. & quia etiam Papa eſt ſupra ius. c. propoſuit. de conceſſione præbendæ. Gig. de crimine læſæ maieſtat. rubr. qualiter & à quibus crimen læſæ maieſtatis committatur. quæſt. 10. num. 4. vbi propterea quod ſolet Papa ſuis Legatis de Latere quos ad Principes mittit, dare facultatem concedendi licentiam extrahēdi delinquentes confugientes ad eccleſiam, ex cauſis eorum iudi-

iudicio iuſtis, & probabilibus. refert hæc Decian. quem retuli ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. in fine principij in tractat. crimin. lib. 6. cap. 27. num. 4. Nauarr. in manual. confeſſar. cap. 25. nu. 21. in fine. verſ. Neque is, quem Papa educi iubet. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *Eccleſia*. concluſ. 11. num. 9. Alexan. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. cap. 1. num. 6. & de Pontificis poteſtate in hoc dubitare temerarium eſſet. & propterea Clemens VIII. in illa Panormitana de qua ſupra mentionem fecimus, in litteris in forma Breuis expeditis Archiepiſcopo Panormitano, non immerito dixit, quod licet homicidæ illi, de quibus conſultus reſpondit, eccleſiaſtica immunitate gaudere & frui deberent, nihilominus attentis qualitatibus, & circunſtantijs patrati homicidij, alijſque rationibus & cauſis animum ſuum mouentibus, eos curiæ ſeculári tradendos indulſit, vt bene aduertit Marc. Anton. Genuen. in Pract. Archiepiſcopali. cap. 94. in fine verſ. Breuis, & nota ſupradictam declarationem Clementis. & hinc etiam Sixtum Quintum, & Gregorium XIIII. ſuper hac materia eiuſdem immunitatis ſtatuiſſe, & ſtatuere potuiſſe notum eſt. & huic concluſioni quæ vt vides communiter recepta * eſt, non contradicunt hi quibus Gregoriana Conſtitutio non admodum placet.

Nec dicatur ex his inferri, Summum Pontificem, ea quæ diuini iuris ſunt, immutare; eo quia immunitatem, quam Eccleſijs, cæteriſq; ſacris locis Diuino iure competere ſupra diximus, ab eis vtpotè inſeparabiliter ipſis inhærentem remoueat, ſed tantummodo ſtatuit, quinam huiuſmodi immunitatis beneficio ſeſe tueri poſſint, quibuſue illud minime ſuffragetur, prout Reipublicæ bono expedire cognoſcit. & propterea declaratio, non autem Diuini iuris immutatio dicenda eſt. quam etiam in Sacramentorũ vſu, quæ à Chriſto Domino inſtituta fuiſſe nemo catholicorũ dubitat, agnoſcere poſſumus; quandoquidem Concilium Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 1. de matrim. irritat matrimonia clandeſtina, nec tamen hac de cauſa diuinum ius aliqua ex parte immutaſſe cenſetur, quia irritatio huiuſmodi, vel facta eſt ſola perſonarum contrahentium inhabilitatione, vt quam plurimi Doctores ſenſere, quos refert Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. diſput. 4. num. 3. Vel etiam annullatione ipſius contractus, qua humanus eſt, vt idem Sanchez ibid. nu. 5. & 6.

Item Sacri Canones, obligatos ad ratiocinia. cap. 1. de oblig. ad ratiocin. non ord. atque infra legitimam ætatem conſtitutos. toto titulo de ætate, & qualit. illegitimos. cap. 1. de fil. Presbyt. homicidas. toto titulo de homidio. in Decret. & 6. alioſq; irregulares, vt etiam toto titulo de corpore vitiatis, ad ordines promoueri vetant, nec ob id ius Diuinum vlla ex parte læditur. Hoc idem videmus accidere in iure iurando, & in voto, cuius obligationem à diuino, naturaliq; iure ortam Summus Pontifex relaxat, variata materia, quæ ex bona interdum mala efficitur, maiuſq; bonum impedit, vt optimè docet S. Thom. 2. 2. quæſt. 88. art. 10. ad 2. cuius ſententiam fuſe, diſerteq; explicat Azor. 1. par. inſtit. moral. lib. 6. c. 1. §. in hac controuerſia.

347 AMPLIA III. & illatiuè, ex præcedenti Ampliatione, vt cum Papa poſsit eccleſiaſticam immunitatem, Canoneſq; & Conſtitutiones Apoſtolicas de ea tractantes, non ſolum declarare & interpretari, ſed etiam ampliare, extendere, reſtringere, & limitare, vt in præcedenti Ampliatione dixi: hoc ideo bene fecit Sanctiſſimus ille Pontifex Clemens VIII. iubendo prout refert Mar. Ital. de immunitat. eccleſiar. lib. 1. cap. 5. in initio. nu. 16. & in §. 8. num. 1. ſeq. per diuerſas Mundi partes ne facinoroſi homines in eccleſijs detinerentur, ſed expellerentur, vt in quibuſdam litteris per eundem Italiam regiſtratis in loco præallegato quas & hic etiam referre placuit, vt infra.

348 Tenor enim prædictarum litterarum ſcriptarum ad Illuſtriſsimum Nuncium Neapolitanum ab Alexandro Cardinali Florentię, qui poſtea in Pontificatu Clementis ſucceſsit, iuſſu eiuſdem Clementis, talis eſt. *Non piace à Noſtro Signore, che le Chieſe, nè gli altri luoghi Sacri ſeruano d'Aſilo, e di ricettacolo a triſti. onde me ha fatto comandare di ſcriuere à V. S. che faccia probibitione, & intimare per parte di Sua Beatitudine a i Superiori de Monaſteri de Regolari de tutti gl'Ordini, co'l mezzo de gl'Ordinarij, o come meglio parerà à lei, che per l'auuenire non diano ricetto à ſorte alcuna de CONDENNATI, BANDITI, LADRI, ò altre genti di male affare; ne à falliti e debitori, ſottopena della priuatione d'officio ſe hauerà notitia del ricetto, ancor che non ſiano tronati queſti tali ne i Monaſterij, & ſotto altre pene anco maggiori ad arbitrio della Santità ſua. Et vuole in oltre che ſi ſtia auuertito per punire quelli ch'haueranno ardire di contrauenire à quell'ordine. Potrà dunque V. S. andar publicando la probibitione per li luoghi doue ne ſarà maggior biſogno, e di mano in mano per tutto che non ſe ne poſsa pretendere ignoranza. Il Signor l'aſsiſta con la ſua ſanta gratia. da Roma alli 11. d'Aprile 1602. Di V. S. come fratello Affettionatiſsimo.*

Il Cardinal di Firenze.

349 Tenor autem aliarum litterarum de mandato eiuſdem Clementis VIII. ſcriptarum Vicario Archiepiſcopi Bononien. à Cardinali Alexandrino; talis eſt: *Se bene la Santità di Noſtro Signore vuole che l'immunità eccleſiaſtica ſia conſeruata illeſa in tutti i luoghi, maſsime del ſuo Stato Eccleſiaſtico; Nondimeno hà molto per male, che li delinquenti, & i debitori fugitiui ſiano mantenuti da Superiori, & altre perſone eccleſiaſtiche nelle Chieſe, Monaſteri, Conuenti, caſe, e luoghi loro, in pregiuditio della* gių-

giuſtitia, e contro la mente de Sacri Canoni, e della Chieſa ſanta. Et hauendo perciò inteſo Sua Beatitudine, che in coteſta, & altre Città, ſi trouano trattenuti nelle Chieſe, Monaſterij, Caſe, & luoghi Eccleſiaſtici, perſone FACINOROSE, e Debitori fugitiui, ſenza riſpetto alcuno della Corte, e con danno del publico: Mi ha ordinato che Io commetta, come fò per mezzo della preſente a V. S. che debba alla riceuuta fattoſi chiamare a ſe tutti li Superiori del Clero ſecolare, e regolare, e commandare loro, che debbano dentro a quello breue termine che alla prudenza ch'a lei parerà di preſcriuerli, hauer licentiato, e mandato fuori delle Chieſe, Monaſteri, Conuenti, Caſe, e luoghi loro, qualſiuoglia perſona retiratauiſi per paura, e ſoſpetto della Corte. ordinando a ciaſcuno, che per l'auuenire debba guardarſi di non mantenere, ò trattenere ſimil genti in qual ſi voglia modo. perciò la Santità Sua è riſoluta di non volerlo comportare, e di fare dimoſtratione cõtra tranſgreſſori con ogni ſeuerità: Non manchi per tanto V. S. di eſſeguire la ſanta mente di Sua Beatitudine, preualendoſi per l'effetto di rimedij opportuni, e di quelle pene che ſaranno conuenienti. all'eſſecutioni delle quali vuole che ella poſſi procedere contro chi controuerrà. E Dio Noſtro Signore la preſerui. di Roma 7. di Maggio. 1595

Di V. S. Illuſtre, e Reuerendiſſima, come Fratello.

Il Cardinale Aleſſandrino.

350 Ex quibus quidem litteris ſicut ſupra relatis, duo præcipuè notanda ſunt. Primum non eſſe verum, prout opinatus fuit Mar. Ital. in loco præallegato, quod per dictas litteras ſit generaliter derogatum conſtitutioni Gregorij xiiij. in caſibus ibidem numeratis, nempe quo ad Condemnatos, Bannitos, Latrones, alioſque facinoroſos homines, fallitos, & debitores, præſertim fugitiuos, ita quod ſimiles perſonæ ad eccleſiam confugientes, illius immunitate generaliter gaudere non debeant, ſed etiam inuiti extrahi, & Curiæ ſæculari tradi. cũ veritas ſit, quod in dictis litteris ſolum prohibeatur illarum perſonarum receptatio, & manutentio à ſuperioribus eccleſiaſticis in præiudicium Iuſtitiæ, & contra ſacrorum canonum mentem, & propterea eoſdem non ab eccleſia extrahi & Curiæ ſæculari tradi ſummus ille Pontifex iubet immo in hoc eccleſiaſticam immunitatem vbique illæſam & conſeruatam eſſe expreſſè declarauit, ſed tantum eos licentiari, & expelli mandauit, prout ſunt expreſſa earundem litterarum verba, ne dum mens ſi bene ponderentur & conſiderentur. & ſic prohibuit facinoroſorum hominum aſſiduam habitationem in eccleſijs in iuſtitiæ præiudicium, & ad ſcandala vitanda, eos tamen non extrahi à Curia ſæculari, ſed expelli tantummodo voluit. & conſequenter in hoc ni fallor reſtrinxit immunitatem eccleſiæ, quæ non ſolum confugientibus ad eam, ſed etiam commorantibus in illa ſuffragabatur. c. diffiniuit. 17. quæſt. 4. Et voluit Genuen. in pract. Archiepiſcopali. c. 22. num. 2. in fine. vt ſcilicet ſuffragetur confugientibus ad eccleſiam, non autem illis qui in eccleſia ſe retrahunt & commorãtur in præiudicium iuſtitiæ. & pariter eoſdem ſic commorantes, & in eccleſiam ſe retrahentes, voluit non extrahi, & curiæ ſæculari tradi, ſed ab eccleſia licentiari & expelli. differunt enim inter ſe expellere ab eccleſia confugientem ad eam, & eundem inuitum extrahere. l. præſenti. in princ. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. in illis verbis *expelli, aut extrahi*, & propterea in eiſdem locis admittitur expulſio & non extractio.

351 Et ſi aliter diceremus, ſequeretur correctio eiuſdem conſtitutionis Gregorij xiiij. in totum, quod nullo pacto præſumendum eſt. l. 3. C. de legibus. vltra quod dictæ litteræ ſunt locales, & non per viam legis generalis emanatæ, & ſcriptæ. & quod hoc ſit verum patet, cum & ſimiles litteræ reperiantur etiã ſcriptæ à Paulo V. ad eundem Neapolis Nuntium, quibus præcipitur ferè id ipſum quod ab Italia conſcriptum eſt reſpectu locorum Regularium, quod vtique eſt apertum ſignum quod litteræ Clementis, & locales ſunt, & non per viam legis emanatæ. ſi enim per viam legis generalis conſcriptæ fuiſſent fruſtra idem Sanctiſſimus Pontifex Paulus V. per ſuas litteras eidem Nuntio idem repetijſſet, reſtringens tantummodo ad loca per Regulares poſſeſſa. Nec facit quod Italia in d. c. 5. §. 8. ad ſuum errorem tegendum dixerit, legem eſſe quod Principi placuit etiam per Epiſtolam vel etiam in certa, & particulari cauſa, ex allegatis ibi per eum. procedit enim hæc concluſio, quando Principis placitum etiam in priuata cauſa emanatum, à Principe emanauerit animo legis generalis condendæ, non autem quando placitum eſt locale, & cum expreſſa declaratione, quod per illud legi antiquæ non derogetur, prout in caſu noſtro in litteris Vicario Bononien. ſcriptis ibi. *ſe bene la S. di N. S. vuole che l'immunità eccleſiaſtica ſia cõſeruata illeſa in tutti i luoghi, maſſime nel ſuo ſtato Eccleſiaſtico.* & in alijs ſeqq. verb. *Nondimeno ha molto per male che li delinquenti, & debitori fugitiui ſiano mantenuti da ſuperiori & altre perſone eccleſiaſtiche.* Ex quibus verbis vt iterum ſupra dixi, non perfugium ſed receptatio interdicitur, pœnaque in litteris Clementis inſerta, non ad delinquentes, ſed ad eccleſiaſticos tantum, qui facinoroſos hoſpitio recipere conſueuerunt ita vt eccleſia ipſa furtorum occultatrix & delinquentium receptatrix videretur directa eſt.

352 Secundò ex litteris prædictis patet reſponſio ad obiectionem generalem quam aduerſus Gregorianam Bullam faciunt ſæculares officiales, & miniſtri dum dicunt per eam non modicum fieri Iuſtitiæ detrimentum, ex quo poſt illius promulgationem perditi & ſceleſti homines videntes ſe tutos in eccleſijs, nec ex illis à ſæculari Curia extrahi poſſe non verentur ibidem recepti, quaſi in domo propria commorantes, enormia, & atrociora patrare delicta, multaque mala facere, idque præſertim in Re-

gno Neapolis, & illius Ciuitate,quod vtique non contingeret ſi eadem Gregoriana Bulla non ſic immunitati eccleſiaſticæ habenas relaxaſſet, indeque flagitioſorum creuiſſe numerum affirmant. Nam ſi vt præfertur Gregoriana conſtitutio non tollit,quin ſummus Pontifex certioratus de huiuſmodi ſcandalis & inconuenientibus prouidere valeat (prout & Clemens viij. & Sanctiſſimus D.N. Paulus V. vt ſupra retuli, per ſuas litteras diuerſis in locis prouiderunt, vt ab Eccleſijs, & Monaſterjs, alijſque ſacris locis huiuſmodi genus hominum repellatur.) non eſt quod quis iure conqueri debeat de Gregorio & eius conſtitutione, cum quiſque ad ſummum Pontificem liberum habeat aditum & recurſum, ab eoque mandatum de expellendo dictos facinoroſos homines vbique locorum opus fuerit, facile impetrari valeat.

Sed vtinam ſeculares iſti officiales potius non conquerantur & ægreferant non quod Gregorij conſtitutio, eccleſiarum immunitatem priuilegijs ſeu contrarijs abuſibus iam tunc fere deperditam renouauerit & reſtituerit, ſed quod eis libertatem inuadẽdi eccleſias, & in illis iuriſdictionem exercendi poteſtatem denegauerit. Et quidem ſi hoc ſanctiſſimus ille Pontifex non denegaſſet, vere tunc ſcandalorum & delictorum inconuenientium quamplurimorum cauſa eſtitiſſet. audiat quæſo lector quid propterea in Ciuitate Neapolis contigit, prout mihi à Religioſiſſimo viro ſcriptum fuit, de anno 1608. Quidam nomine. Ioan. Dominicus Guadagno aliàs Pinro, retraxit ſe in Parochiali eccleſia Diui Iacobi Italorum ob nonnulla à ſe patrata ſcelera timens fori vindictam. & dum in hac eccleſia permaneret, oblata ſibi occaſione ſocrum ſuam ante eiuſdem eccleſiæ fores pugione interemit. Quamobrem ſæculares magiſtratus demandarunt, vt odciſor in eccleſia omnino caperetur, & captus fuit, ſed quo contemptu, quauè irreuerentia, omnes ſciunt, dum non ſolum eccleſia ipſa cohortibus armatis circumſepta, ſed tota adiacens platea ſatellitibus, Caſtrorum more referta incontinenti apparuit. qui poſtmodum ingenti impetu eccleſiam inuadentes, armis innumeris effractis templi foribus, & ſcloporum ictibus, non modo Sanctiſsimæ Virginis Imaginem turpiter, ac indigniſſimè percuſſerunt, (cuius ſceleris adhuc ſigna manent) totumque ferè Altare maius cruore fœdarunt, at inſuper Sanctiſsimi Euchariſtiæ ſacramenti tabernaculum vbi aſſeruabatur ſubuerterunt, ac fregerunt, ita quod ipſam quoque pixidem diſcopertam ſacramenti particulis effuſis mirandum in modum eiuſdem eccleſiæ Parochus non ſine graui dolore & lacrymis deinde inuenit, eaſdemque particulas quo commodius fieri potuit collectas in priſtinum locum redegit, nouumque Tabernaculum confici curauit. & tamen ſi Præſulis auctoritas ac licentia concurriſſet quam laici petere renuerunt, facinoroſus ille occiſor, facilè & ſine ſcandalo capi potuiſſet, vnoque, & eodem tempore, & ſæculari curiæ ſatisfactum extitiſſet, & eccleſiæ debitus honor exhibitus. Quare conſtitutio, dum eccleſiaſticam immunitatem iuxta ſacrorum Canonum, & Conciliorum conſtitutiones renouauit, & reſtituit laicis libertatem inuadendi eccleſias, denegando non facinoroſum hominum numerum excreſcere fecit, vt exaduerſo prætenditur, nec iuſtitiæ detrimentum aliquod attulit, ſed ſcandalis obuiauit, & eccleſiæ cultum & reuerentiam conſeruauit.

353 LIMITA I. propoſitam regulam, vt caſus excepti ab immunitate eccleſiaſtica, de quibus in conſtitutione Gregoriana, extendi non poſſint ad ſimiles caſus enormes, ex identitate vel maioritate rationis. Primò per regulam quod exceptio aliquorum caſuum firmat contrarium in non exceptis. Secundò per dictionem taxatiuam, tãtum, in eadem Bulla appoſitam. Tertiò quia omnia antiqua iura ciuilia & canonica, priuilegia & conſuetudines ad vnicam tantum formam de qua in eadem Bulla reducuntur. Quartò per clauſulam, Sublata, &c. & decretum irritans ante finem dictæ conſtitutionis poſitam. Quintò & generaliter, quia quando agitur de præiudicio cauſæ fauorabilis, prout eſt immunitas eccleſiarum, extentio facienda non eſt, ex identitate rationis. Quibus & alijs rationibus, latius hanc concluſionem firmaui in meo conſ. 76. nu. 9. & ſeqq. & num. 16. per Falcon. lib. 1. Franciſc. Suarez de ſtatu Religion. lib. 3. c. 11. num. 5. Vbi expreſsè damnat contrariam opinionem etiam in terminis iuris communis, & circumſcripta Bulla. Et nu. 17. verſ. Neque licet extendere exceptionem. Ioann. Guttier. practicar. quæſtion. lib. 3. cap. 4. nu. 12. & num. 17. Vbi pariter teſtatur, Doctores tenere, quod non ſit licitum extendere caſus exceptos ad ſimiles aut maiores. Anaſtaſ. Germon. de ſacrot. immunitatibus. lib. 3. cap. 13. num. 56. verſ. Iſti igitur dumtaxat. Vbi teſtatur hanc eſſe communem Canoniſtarum ſententiam. Nec diſſentiunt Alex. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. c. 1. num. 13. & ſeq. Franciſc. Leon. in Theſaur. fori eccleſiaſtici. cap. 13. rubr. de immunit. eccleſ. poſt num. 27. faciunt pro hac eadem opinione, Doctores allegati ſupra num. 85. Vbi videtur eadem materia.

354 Contrarium quod immo ex identitate rationis conſtitutio etiam pœnalis extendi poſſit ad alios ſimiles caſus, voluit Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 20. verſ. Et licet certe tantum caſus ſint excepti de iure canonico. Secundo facit quia ſi benè conſiderentur verba Gregorij in proœmio ſuæ Conſtitutionis poſita, eius mens alia non fuit niſi tollere indulta & priuilegia quæcumque data contra immunitatem eccleſiaſticam, & ideo non extenden. ad alia loca, quibus talia priuilegia & indulta conceſſa non fuerunt, prout voluit Ioan. Guttier. practicar. quæſtion. ciuil. lib. 3. quæſt. 1. nu. 36. & 37. Tertiò facit quia & Imperatores corrigendo iura antiqua, multa alia grauiora crimina exceperunt,

runt, vt in authentica de mandatis Principum. Quartò facit doctrina Petri, & Cyni. in l. præſenti. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. volentium Eccleſiarum immunitate non gaudere debere niſi eos qui ſtimulo naturali delinquunt, ſecus ſi ſine naturali ſtimulo. quod & idem obſeruauit Moyſes in veteri lege, cum Ciuitates pro Aſylo ab eo electas, non omnibus delinquentibus, ſed illis tantum qui humana fragilitate, & facilitate & impetu quodam deliquerunt ſuffragari voluerit, vt legitur in Exod. c. 21. & Num. c. 135.

355 Sed his non obſtantibus non recedas à formata limitatione, quæ vt vides & verior eſt, & etiam magis communiter recepta. cui non obſtet. Primò quod ex idẽtitate rationis pœnalis conſtitutio poſſit etiam extendi ad alios ſimiles caſus, ex allegatis per Decian. in loco præallegato. Hæc enim concluſio non procedit vbi agitur de præiudicio cauſæ fauorabilis (prout eſt immunitas.) Alex. in l. ſi quo ſtante. num. 5. verſ. ſecundo intellige. ff. ſolut. matrim. Rom. in auth. ſimiliter. C. ad l. Falcid. Petr. Rauen. in ſuo Alphabet. Aur. in verbo *extenſio*. Nõ obſtat Secũdo, quod cauſa qua motus fuit Gregorius ad faciendum illã conſtitutionẽ, originem habuit à Priuilegijs & indultis conceſſis in præiudicium eccleſiaſticæ immunitatis. Vnde tot abuſus poſtea inducti fuerunt, & non per hoc ſequitur quin ſumpta illa occaſione ſubmouendi priuilegia & indulta prędicta, noluerit Pontifex dare futuris ſcandalis, & abſurdis normam generalem, & vbiq; locorum in materia immunitatis ſeruandam. & quod dixit Ioan. Guttier. practicar. quæſtion. ciuil. lib. 3. c. 1. nu. 36. Conſtitutionem Gregorij non eſſe extendendam ad Vrbes & loca, quibus priuilegia & indulta prædicta conceſſa non fuerunt, iure non ſubſtinetur, prout dixi ſupra num. 8. verſ. Nec etiam dicatur. quæ ibidem per me ſcripta hic repeteri ſuperfluum eſt. Non obſtat Tertiò, quod Imperatores exceperint alia grauiora, & atrociora crimina de quibus in authent. de mandatis Principum. Nam vt ſupra dictum eſt in num. 108. & etiam in num. 27. diſpoſitio. d. Authentic. correcta eſt per ius canonicum, quod iſto caſu attendi debet, & non ciuile. Non obſtat Quartò, doctrina Petri & Cyni in l. præſenti C. de his, qui ad eccleſ. congiunt. quia eſt reprobata à Doctoribus, vt per Alex. in conſ. 145. num. 9. verſ. Ad tertium. nu. 7. quem refert, & ſequitur Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 11. num. 37. & 38. & quod dicitur de Moyſe, qui aſylum non conceſſit niſi illis qui naturali tantum impetu, & diſtinctu deliquerunt, & non alijs, tollitur ex eo quod lex Moſayca in iudicialibus & in his quæ ex dictamine naturæ non procedunt mutari poteſt, quando præſertim mutandi, & aliter diſponendi aliqua publicè vtilitatis cauſa ſubeſt, ſecundum Bart. cum quo alij Doctores communiter tranſeunt in l. omnes populi. 13. quæſt. verſ. tertio principaliter. ff. de iuſtitia & iure. notant Docto. in c. fina. extra de conſuetud. & in c. quæ in eccleſiarum. extra de conſtitutionibus. legemque Moſaycam, à iure ciuili nedum à iure canonico reprobari poſſe non eſt nouum in iure, etiam inter Iudæos. ex allegatis per Marquar. de Iudæis par. 2. c. 4. nu. 1. & 2. & per Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. 369. nu. 6. & nu. 28. & ſeq.

356 LIMITA II. Quia etiam in caſibus exceptis, & in quibus ad eccleſiam confugiens extrahi poteſt, nou tamen ſecularis iudex extrahere poterit ſine licentia Epiſcopi, de iure ciuili videtur hoc probari in authent. ſi quis. C. ad l. Iul. de adulter. in §. fina. vbi ſtatuitur quod ſi maritus inuenerit in eccleſia hominem ſibi de adulterio ſuſpectum cum vxore ſua loquentem, debet vtrumque defenſori eccleſiæ, aut alijs clericis tradere vt ſeruentur, donec ſecularis iudex qui de hoc cognoſcere debet requirat Epiſcopum, vt illos ipſi tradat. & ibi Salyc. num. 6. in ſexto notabili apertè dixit & probauit, quod ſi quis adulterium commiſſerit etiam extra eccleſiam ſi ad eccleſiam confugerit, licèt ab eccleſia defendi non debeat iuxta diſpoſitionem §. ſed neque. in authen. de mandatis Principum. non tamen ſeculari iudici licebit manum in ipſum confugientem inijcere, ſed Epiſcopum requirere, vt confugientem ſibi tradi faciat. & ad idem allegat text. in d. §. ſed neque. in verſ. publicorum vero. in illis verbis *Auxiliabuntur autem tibi ad hoc etiam Deo amabiles eccleſiarum defenſores & œconomi*. & licet Alex. in conſ. 145. num. 10. in fine, lib. 7. dixerit ſe non putare, Salycetum in hoc bene loqui, eius tamen opinio curanda non eſt, cum nihil reſpondeat iuribus prædictis. facit tex. in l. pateant. in fine. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. vbi licèt Imperator extrahi poſſe ſtatuerit confugientem in eccleſiam cum armis ſi monitus arma non depoſuerit, adhuc tamen fieri non poſſe voluit *Epiſcopo inconſulto* & reddit bonam rationem. ne ſcilicet *ſi multis paſſim hoc liceat confuſio generetur*. & quidem hæc ratio admodum ponderanda à iudicibus ſecularibus qui prætendunt abſque Epiſcopi licentia, eos qui ad eccleſiam confugerunt in caſibus exceptis propria auctoritate extrahere. Quã enim magna inde inconuenientia & ſcandala nedum confuſiones in Dei optimi Maximi, & Chriſtianæ fidei Religionis cõtemptũ quandoq; prouenerit, ſatis omnibus notũ eſt. Nec refert, quod Imperator, eo loci requirat etiã vnà cum Epiſcopo ſuam vel ſuorum iudicum iuſſionem. Nam quod ſecularis Princeps, ſecularisq; Iudex in materia immunitatis nihil ſtatuere poſſit contra canonicas, & Pontificias ſanctiones, ſatis pariter notum eſt in iure, & ſuo loco dixi, & ad rem valde confert docere, quod etiam de iure ciuili Imperatores voluerunt, confugientem ad eccleſiam extrahi non poſſe Epiſcopo inconſulto. faciunt pro hac eadem ſecunda limitatione quæ dixi ſupra

num. 342. & ſeqq. vbi probaui laicum iudicem teneri iurare in manibus iudicis eccleſiaſtici antequam ſibi conſignetur is qui ad eccleſiam confugit in caſibus exceptis, de non procedendo ad necem extracti. apertum ſignum quod ſine eccleſiaſtici iudicis licentia ipſe idem ſecularis iudex extrahere non poteſt. De iure autem Canonico facit tex, in c. frater. 17. quæſt. 4. vbi ſtatuitur, nec poteſtatibus, ſeu Principibus licere inuitum ab eccleſia extrahere, *captata Sacerdotis abſentia*. quaſi quod requirat eiuſdem Sacerdotis, & præſentiam, & conſenſum. item facit tex. in c. diffiniuit. 17. q. 4. vbi in fine concludi videtur, petentem eum qui ad eccleſiam confugit, non poſſe propria auctoritate illum extrahere, ſed ipſo petenti à ſacerdote eccleſiæ reddendum eſſe. & ibidem hoc adnotauit Archidiac. num. 4. in verbo *reddiderunt*. Vbi hoc extendet procedere etiam ad publicum latronem, & ſic ad caſus exceptos. Bellamer. num. 4. eodem verbo *reddiderunt*, & Turrecrem. poſt num. 4. in verbo *reddiderunt*. Ang. de malef. in verbo *quod fama publica*. num. 59. Vbi refert & ſequitur Salyc. in loco præallegato. Aufrer. in tracta. Arreſt. parlamenti par. 2. Arreſt. 216. ſub tit. de forma Arreſti. Ioan. Thierrius in tracta. de fuga. num. 9. Iodoch. in pract. crimin. cap. 106. ſub num. 11. Vulpell. qui ita aliàs ſeruaſſe teſtatur dum erat iudex in tracta. de libertate eccleſiaſtica. par. 1. n. 29. Anton. Fabr. in ſuo C. diffinition. forenſ. lib. 1. tit. 4. rubr. de his, qui ad eccleſ. confug. Decian. in tractat. crimin. lib. 4. c. 17. num. 34. in fine verſ. aduertendum tamen. vbi loquens in caſu, in quo iudex ſecularis eſt iudex competens delicti per laicum commiſſi in eccleſia, quod non poteſt tunc ex ſe ipſo delinquentem capere, ſed eccleſiaſticus iudex capiet, & illum iudici ſeculari tradit. poſt Cyn. Abb. Marian. & Barbat. in locis ibi per eum relatis. refert & ſequitur Petr. Caball. reſolut. crimin. tom. 1. centur. 2. caſu 194. num. 12. Addo pro hac eadem ſententia Foller. Iodoch. Boſſ. Anton. Gomez. Ioan. Thier. Nicolaum Moron. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 28. num. 76. quibus addo etiam Ang. Aretin. de malefic. in verbo quod fama publica. num. 59. verſ. quarto quæro. Anaſtaſ. Germon. de Sacrorum immunitatibus. lib. 3. cap. 16. num. 1. vbi magiſtraliter dixit indecorum eſſe, immo & temerarium, & inſolens inconſulto ſacerdote ad eccleſiam confugientes extrahere. & latius num. 95. & ſeqq. vbi refert & reprobat contrarium tenentes. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 11. num. 47. 48. & 56.

Et pro hac ſecunda Limitatione ſtringit alia Concluſio, quia in alieno territorio nemo iuriſdictionem exercere poteſt. l. extra territorium. ff. de iuriſdictione omn. iudic. nec in bonis in alieno territorio ſitis alter iudex ſine litteris requiſitorijs exequutionem facere poteſt, ita nec in perſonas arguendo de re ad perſonas, quod argumentum validum eſt in iure, vt per Euerard. in loco Argumentorum 38. & in proprijs terminis immunitatis eccleſ. hoc argumento vtitur Azzeued. cum allegatis per eum in Conſtitutiones Regias Hiſpaniæ. lib. 1. titu. 2. l. 3. num. 4. Franciſ. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. cap. 13. num. 10. & 11. eccleſiæ autem licet dicātur eſſe in territorio Principis ſecularis. cap. 1. verſ. etiam ipſæ eccleſiæ. de immunitate eccleſiarum in 6. Non tamen proprie dicuntur de territorio eiuſdem ſecularis Principis. ſecundum Ang. de malefic. poſt Cyn. quem allegat in ſcalis S. Petronij. num. 2. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 33. num. 5. verſ. vnde pro iſta opinione. Aym. conſ. 918. num. 6. lib. 5. Caſſaneus in conſuetud. Burgund. rubric. 1. §. 5. num. 117. Card. Tuſc. in pract. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 5. num. 10. & ſeq. vbi reprobat Clar. contrarium tenentem. & num. 13. vbi alios refert concordantes. & quamuis in hac ratione contrarium ſeutiſſe videatur Abb. in c. inter alia. num. 29. in fin. extra de immunitate eccleſiarum. & in c. cum ſit generale. de foro competenti dicens quod eccleſia non habeat territorium, niſi reſpectu clericorum, & eorum quæ pertinent ad forum eccleſiaſticum. Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 25. num. 7. verſ. quin immo. & verſ. quod autem, vbi reprobat Alciat. contrarium tenentem Petr. Caball. reſol. crim. tom. 1. caſu 194. num. 2. ad fin. verſ. nec obſtat conſideratio Cyn. poſt Marſil. Rolan. & Vulpell. in locis per eum relatis, ſic tamen à præmiſſa ratione, & concluſione non recedas. declarando tamen, prout declarauit Bal. in auth. ſi quis in hoc genus ſub num. 2. C. de epiſc. & clericis. vbi dixit quod eccleſia poſſet forte dici de territorio ſuperioris laici, quo ad protectionem, non quo ad impugnationem, & Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 5. num. 12. vbi pariter dicit quod eccleſia eſt de territorio Principis ſecularis, in ijs tantum quæ reſpiciunt eius fauorem non in alio, ex Caſtrenſ. in loco per eum relato. Non recedas ergo à præmiſſa ſecunda limitatione.

357 Quamuis contrarium quod in caſibus exceptis Iudex ſæcularis per ſe ipſum extrahat confugientem ad eccleſiam, videtur de mente Cyn. in l. præſenti. num. 4. in fine. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. Ancharan. in c. Inter alia. nu. 4. verſic. ſed nunquid Iudex ſæcularis. de immun. eccleſiar. Vbi refert, & ſequitur Cyn. in loco præallegato. Abb. num. 29. Et Ioan. de Anan. nu. 5. Boer. deciſ. 109. num. 1. in fine. & num. 2. Vbi poſt Bart. Ioan. Fabr. & Aufrer. in locis per eum relatis ita ſeruari, teſtatur de conſuetudine, licèt de iure contrarium verius eſſe aſſerat. Decian. in tracta. crim. lib. 6. cap. 29. num. 4. Vbi & alios refert etiam de eadem conſuetudine teſtantes. ea præſertim ratione quia ſi expectanda eſſet licentia Epiſcopi, interim poſſet delin-

linquens euadere, & ſic delictum remaneret impunitum. & hanc contrariam ſententiam idem Decian. approbat tribus concurrentibus. Primo quod clarum ſit, & abſque dubio eo caſu confugienti eccleſiæ immunitatem non competere. Secũdò quod non competeret eadem immunitas de iure Canonico. Tertiò quod talis extractio fiat cum modeſtia, ſine ſcandalo, & cum reuerentia. & pro hac contraria obſeruantia addo Guglielm. de Benedictis. Guido pap. Remigium, Clar. & Couarr. in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus, & carceratis. quæſt. 28. nu. 75. Cum quibus & ego etiam ante conſtitutionem promulgatam Gregorij xiiij. conſenſi, cum viderem tot Doctores de ſeruata conſuetudine teſtari. Azeued. in Conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 19. Vbi alijs relatis, & hanc amplectitur ſententiam, quando certum eſt eum qui ad eccleſiam confugit, non gaudere eccleſiarum immunitate, ſecus ſi ſuper hoc penderet lis inter iudicem ſæcularem, & eccleſiaſticum. quia tunc ſæcularis Iudex non extrahit ſine licentia Iudicis eccleſiaſtici, vt ibi per eum. Franciſc. Suarez de ſtatu Religionis. lib. 3. c. 13. num. 1.

358 Et quamuis etiam aliqui dixerint, quod ſi ad eccleſiam confugiens deliquit extra eccleſiam, Iudex ſæcularis abſque alia licentia extrahit, ſecus ſi deliquit in eccleſia, quia tunc Epiſcopi licentia requirenda eſt, ſecundum Cyn. & alios vbi ſupra allegatos Doctores. Ang. de malefic. in verbo *in ſcalis S. Petronij*. num. 2. verſ. & aduertas. Vbi eam reddit rationem, quia ſcilicet eccleſia in qua quis deliquit, non dicitur eſſe in Territorio Iudicis ſæcularis ex Cyn. quem allegat. in auth. ſi quis. C. ad legem Iuliam de Adulterijs.

359 Dicant enim in hoc Doctores quicquid velint, hodie omnis controuerſia ſublata eſt ex conſtitutione Gregorij xiiij. quam etiam retuli ſupra in tit. de carceribus & carceratis. quæſt. 29. poſt nu. 76. Qua indiſtinctè expreſsè cauetur ſæculares Iudices non poſſe ſine Epiſcopi licentia aliquem ex eccleſia extrahere, etiam in caſu excepto, & aliàs prout in eadem conſtitutione. Quam quidem conſtitutionem omnino ſeruandam eſſe, quicquid ſecus forſan alias eſſet de iure communi, dubitandum non eſt, vt benè aduertit Martin. del Rio in Diſquiſitionibus magicis. lib. 5. ſect. 7. verſ. Capi ſortiarios. Vbi licet ſubdat ſeruandum ius commune, vbi bulla non obligaret, aduerte tamen ne erres, ſicut ipſe ni fallor errauit, credens Bullam vbique non obligare. cum certum ſit vt ſuo loco dixi, Pontificis conſtitutionem ſuper eccleſiarum immunitate vbiq; locorum ligare. & in terminis eiuſdem Bullæ Gregorianæ hoc idem ſcripſerunt, Marc. Anton. Genuen. in pract. Archiepiſcopali. c. 22. nu. 5. Vbi ampliat etiam quod notorium ſit delinquentem qui in eccleſia ſe recepit, non debere illius immunitate * gaudere. Alexan. Ambroſin. de immunit. & libert. eccleſ. c. 11. num. 1. Vbi ampliat eodem modo. & cap. 15. num. 5. in fine. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 6. In initio nu. 8. & ſeq. Et ſtante hac Gregorij conſtitutione, non obſtant Doctores de contraria conſuetudine teſtantes, quos retuli ſupra quæſt. 28. nu. 75. & ſeqq. quia vt ſuo loco dixi, omnes contrariæ conſuetudines ſunt ſublatæ per dictam conſtitutionem. & in ſpecie aduertit Alex. Ambroſin. vbi ſupra c. 14. per totum.

360 Prout nec etiam obſtat, quod quandoque auditi ex Gregoriana conſtitutione, quandoq; reſultare abſurdum, quod dum inſtatur à Curia ſæculari pro Epiſcopi licentia, delinquentes ſe facile ad fugam præparant. Hoc enim fugæ periculum tollitur ex eadem conſtitutione, qua ſtatuitur. quod ſi de fuga dubitatur, qui ad eam confugit abducatur ab eccleſia, reponaturq; in carceribus eccleſiaſticis ſub tuto, & firmo carcere, & opportuna cuſtodia, etiam data ſi opus fuerit per Curiam ſæcularem.

361 AMPLIA III. Vt delinquens in eccleſia puniri debeat à ſuo Iudice eccleſiaſtico, & non à ſæculari, fuit opinio Cyni in l. præſenti. num. 4. C. de his qui ad eccleſiam confug. & de mente Salyc. in auth. item nulla Communitas. num. 3. C. de Epiſc. & Cleric. Anan. in c. Inter alia. num. 5. de immunit. eccleſ. Decian. qui alios refert in tracta. crimin. lib. 6. c. 29. num. 5

362 Contrarium, quod delinquens in Eccleſia non ab Eccleſiaſtico Iudce, ſed à ſæculari puniri debeat, probare videtur tex. quod Epiſcopus iniuriæ propriæ vltionem depoſcat. Salyc. in l. 2. num. 2. verſ. Ego puto verius. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt. & in authent. Item nulla communitas. nu. 4. verſ. Quæro laicus. C. de de Epiſc. & Clericis. Bar. in l. ſi cui. §. fina. num. 3. verſ. quæro delictum aliquod eſt factum in eccleſia. ff. de accuſation. Ang. in authen. vt liceat matri & auiæ. §. fina. num. 24. verſ. Et per hoc patet. Bal. in l. ſi quis in hoc genus. num. 1. verſ. Item eſt notandum. Abb. in c. inter alia. num. 29. verſ. Sed tu vide Bar. de immunitat. eccleſiar. & in c. fina. nu. 5. verſ. Nota vltimo. extra eod. Et in c. cum ſit generale. num. 27. verſ. Addo etiam alium caſum. extra de foro competen. Bertrand. conſ. 9. lib. 7. Vbi pluribus hanc ſententiam probare conatur. Angel. de malef. in verbo *in ſcalis S. Petronij*. num. 1. Alex. conſ. 3. ſub num. 1. poſt princip. lib. 1. Marſil. in tracta. de Bannit. in verbo *eccleſia*. nu. 26. verſ. ſed ſuccedit dubitatio. Vulpell. in tracta. de libertate eccleſiaſtica. part. 1. n. 29. verſ. Quod abſque ratione. Menoch. conſ. 1000. quod eſt vltimum. num. 27. verſ. ad ſecundum obiectum. lib. 10. Decian. in tracta. crim. lib. 4. c. 17. num. 34. in 4. limitatione. & lib. 6. cap. 25. verſ. Et ideo delinquens in eccleſia. & c. 29. num. 15. Alios retuli in tit. de carceribus & carceratis. q. 28. n. 62. Quibus addo Ioan. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. qu. 1. * nu. 13. Vbi alijs relatis teſtatur de magis communi Doctorum opinione. Azeued. in Conſtitut. Hiſpaniarum. lib. 1. tit. 2. ad l. tertiam. poſt num. 23.

363 Et licet ex præmiſſis magis communem Doctorum ſententiam eſſe ad fauorem Curiæ ſæcularis videatur ; aduerte tamen ne decipiaris, quia ſi delictum in eccleſia commiſſum, eſt merè eccleſiaſticum, vel etiam non eccleſiaſticum, ſed à Clericis cõmiſſum, & tunc nullo pacto à ſæculari Iudice puniri poſſe indubitatum eſt, cum contra clericos, vel etiam laicos in criminibus merè eccleſiaſticis, etiam extra eccleſiam patratis, vt ſuo loco dictum eſt, ſæculares iudices nullo pacto ſe intromittere poſſunt, & hæc concluſio ſicut contradictorem non habet, ita omnes eam fatentur.

364 Quod ſi delictum in eccleſia cõmiſſum, non ſit eccleſiaſticum, ſed ſeculare, & à laicis patratum, & tunc, quia ratione loci in quo delictum eſt commiſſum, ſortitur naturam mixti fori, cum is qui in eccleſia delinquit negari non poſſit quin violando immunitatem eccleſiæ ſacrilegium committat, quod mixti fori eſt, iccirco hoc caſu, & ſecularem & eccleſiaſticum iudicem procedere poſſe pariter, & indubitanter exiſtimo, & conſequenter eſſe locum præuentioni. vt ſcilicet is delinquentem punire poſſit, qui in captura præuenit. ſi verò delinquens aufugerit, & fuerit abſens & contumax, cum contumax præuentionem allegare nequeat, contra eum quiſque iudex procedit. ſecularis ſcilicèt ad pœnas corporales ſi cõmiſſo crimini condignæ fuerit, eccleſiaſticus autem ad ſpirituales, & alias, quas imponere poteſt pœnas. colligitur hæc diſtinctio ex Abb. in c. fina. num. 5. & in c. inter alia num. 29. verſ. ego ſic diſtinguerem. extra de immunit. eccleſ. Auguſtin. ad Ang. de malefic. in verbo *in ſcalis Sancti Petronij* verſ. & certe. Afflict. Couarr. Marſil. Rolan. Alex. & Vulpell. in locis relatis per Petr. Caball. reſolut. crimin. d. caſ. 194. num. 3. & ſeqq. & num. 7. & ſeqq. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canonica. cap. 87. n. 1. in additione littera A. verſ. illud autem. & ſeqq. Ioan. Guttier. d. quæſt. 1. num. 13. & 14. Azeued. in d. l. 3. num. 23. ante finem. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo *eccleſia*. concluſ. 5. num. 10. 14. 15. & 17. & 18. & in verbo *Immunitas*. concluſ. 59. num. 6. & ſeqq. vſque ad nu. 18. Franciſc. Leon. in theſaur. fori eccleſiaſtici. par. 1. c. 13. num. 23. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5 §. 3. num. 52. & 53. apud quos omnes ſingula præmiſſæ diſtinctionis capita bene comprobata reperies.

365 Nunquid autem ab eccleſiaſtico Iudice punitus poſſit à ſæculari Iudice iterum puniri, vel è contra. Vltra ea quæ ſuo loco dixi in tit. de inquiſitione. quæſt. . . . Vide Abb. Angel. de malefic. Couarr. Azzeued. Ignatium Lopez. Ioa. Guttier. & Petr. Caball. in locis ibi per eum relatis.

366 SVBLIMITA hanc II. limitationem, vt non habeat locum quando Epiſcopus fuerit negligens, ſeu recuſauerit in caſibus exceptis requiſitus à Curia ſæculari confugiẽtes ad eccleſiam illi tradere. Tunc enim ſæculares Miniſtri minori quo id fieri poterit cum ſcandalo & tumultu, extrahere poterunt. ſic enim in Gregorij xiiij. Conſtitutione ſtatuitur in illis verbis. *Niſi eo caſu quo ipſe Epiſcopus & dictæ perſonæ eccleſiaſticæ requiſitæ, illos in delictis ſuperius expreſſis culpabiles tradere, aut capturæ & Carcerationi interuenire, & aſſiſtere recuſauerint: tumque reuerentia eccleſiæ, & locis ſacris debita memores, prædictos delinquentes minori quo id fieri poterit ſcandalo & tumultu, extrahere curent.* & voluit Marc. Ant. Genuen. in pract. Archiepiſcopali. cap. 22. nu. 5. verſ. Et hoc hodie patet. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. numer. 80. & ſeq.

367 LIMITA III. Quia an confugiẽs ad eccleſiam; gaudere debeat immunitate eccleſiaſtica, nec nè. & ſic an delictum ab eo commiſſum ſit de exceptis vel non? cognoſcit Epiſcopus, & non Iudex ſæcularis. Cum enim materia immunitatis eccleſiaſticæ ſit ſpiritualis, iccirco illius cauſæ cognitio, non ad temporales, ſed ad eccleſiaſticos Iudices ſpectat. Ioan. de Viſch. de immunit. eccleſ. numer. 17. Franciſc. Marc. deciſ. 168. num. 5. par. 2. Vbi propterea refert deciſionem Senatus Delphinalis, quod extractus ante Epiſcopi declarationem reſtitueretur in carceribus Epiſcopalibus. & ibi addentes in prima additione. Rebuff. in 2. tom. conſtit. tit. de immun. eccl. gloſ. 1. n. 34. & 35. Addentes ad Guido pap. deciſ. 138. littera E. ſub n. 2. Et idem tenet Borgn. Caualcant. in prima parte ſuarũ deciſ. in repertorio in verſ. Iudex eccleſiaſticus, & non ſæcularis. in princ. & num. 1. & ſeqq. Vbi pluribus hanc probat ſententiam, concordantes adducit; proponit contraria, & illis reſpondet. idem Borgnin. deciſ. Fiuizan. 21. num. 17. verſ. & ita fuit iudicatum. Bouadiglia in ſua Politica. par. 1. lib. 2. cap. 14. nu. 98. & c. 19. Vbi atteſtatur ita quoque vſu obtentum eſſe in Regno Caſtellæ. Ioan. Guttier. pract. quæſtion. lib. 3. quæſt. 1. nu. 5. Vbi dixit expreſsè ad Iudicem eccleſiaſticum ſpectare cognitionem an delinquens exiſtens in eccleſia, ipſius immunitate gaudere debeat necnè. Et ita in praxi apud eum quotidiè ſeruari teſtatur. Anaſtaſ. Germon. de ſacrorum immunitate. lib. 3. cap. 16. num. 21. verſ. Ex quibus arbitror. Vbi relata opinione Petri de Belluga, & Remigij Gonni, aſſerentium hanc cognitionem eſſe mixti fori, & propterea ad vtrumque Iudicem, ſecularem, ſcilicet & eccleſiaſticum ſpectare ad diuerſos effectus, diuiſim tamen & ſeparatim, nempe ad eccleſiaſticũ ad effectũ, tuendæ immunitatis eccleſiæ ad ſæcularem ad effectum extrahendi delinquentem, & puniendum, ipſe tamen verius putat coniunctionem hanc, non niſi ad eccleſiaſticum Iudicem ſpectare benè comprobat, proponit contraria, & illis reſpondet. Azzeued. in Conſtit. Hiſpan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 20. Vbi pluribus hanc probat ſententiam, quam communem, & in Hiſpania ſeruatam teſtatur. eum adeas cum benè loquatur in hac materia.

teria. Maſtrill. deciſ. 169. num. 18. lib. 2. Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 14. num. 7. Et cap. 6. in initio. num. 4. & ſeqq. & num. 8. & ſeqq. & in §. 1. per tot. Vbi an talis cognitio ſpectet ad Vicarium Epiſcopi quando, & quomodo.

367 Nec deſunt iura, & ciuilia & canonica, hanc eandem limitationem concludenter probantia. *nam de iure ciuili eſt tex. apertus in l. pateant. §. hos vero C. de his qui ad eccleſ. confug.* in illis verbis *ſtatim eos vt arma deponant authoritate epiſcopi a ſolis Clericis, &c.* Et iterum infra in verſ. *Sed ſi eccleſiæ in illis verbis. iam Clementiæ noſtræ apud Deum, & Epiſcopum cauſa purgata armatis ſi ita res exegerit intromiſſis, trahendos ſe, abſtrahendoſq; eſſe cognoſcant, & omnibus caſibus eſſe ſubdendos.* & iterum infra in illis verbis *ſed neque Epiſcopo inconſulto.* item eſt tex. in l. præſenti. C. eodem. vbi in principio ſic dicitur *Nec pro his venerabiles Epiſcopos vel Religioſos Oeconomos exigi.* & iterum infra in illis verbis *Quod ſi in finibus eccleſiaſticis latitant, Religioſus Oeconomus ſeu defenſor Eccleſiæ vel certè quem his negocijs commodiorem auctoritas Epiſcopalis elegerit.* Et rurſus infra in illis alijs verbis *Vt ſola ſuſpicione apud aliquem adſerantur abſcondite de ſua etiam conſcientia ſatisfacere auctoritate venerabilis antiſtitis.* & ſic apertè apparet etiam ex legibus Imperialibus hanc cognitionem, & auctoritatem, Epiſcopis & eccleſiaſticis datam eſſe. Sic & de iure canonico adſunt expreſſe Canones, nempe in c. metuentes. 17. quæſt. 4. Vbi Gelaſius Papa reſcribens Bonifacio Epiſcopo dicit eum ſtatim facias ad Dominum ſuum modis omnibus remeare. item & tex. in c. ad Epiſcopum. eadem cauſa & quæſt. in illis verbis *Ad Epiſcopos ceteroſque direximus iuſſionem vt eos qui eccleſias violaſſe perhibentur, acceſſu earum iudicent eſſe indignos.* quod & idem ſtatuitur in c. ex parte. de verbor. ſignific. & probat etiam tex. in c. fina. de immunit. eccleſiæ. Quibus omnibus iuribus apertè colligitur hanc immunitatis cognitionem, & iuriſdictionem ad Epiſcopos ſpectare.

368 Et licet contrarium quod talis cognitio ſpectet ad Iudicem laicum ſaltim de conſuetudine, affirmauerit Vulpell. quem retuli ſupra in tit. de carceribus, & carceratis quæſt. 28. num. 76. verſ. Hæc autem cognitio. conſ. 130. num. 6. Loquens, quando reus eſt laicus, & captus extra eccleſiam in illius ſcalis, nimis audacter atteſtans, & quod plus eſt ita in Italico foro moribus receptam eſſe, & forſan alij nonnulli Doctores eccleſiaſticæ iuriſdictionis & libertatis parum amici. Non tamen illorũ auctoritate quiſque ſeductus à propoſita limitatione recedat. tum quia & verior iurium, & canonum auctoritate magis ſuffulta & magis communiter recepta * eſt, tum quia vt præcipuè aduerterunt plures ex relatis Doctoribus, indubitanter procedit prout alias admonui in quæſt. 28. nu. 76. verſ. Hæc autem cognitio vigore Bullæ Gregorij xiiij. cuius verba ſunt clara, dum ibi dicitur *Nec inde extrahi Curiaque ſeculari prædicta conſignari nec tradi poſſint, niſi cognito prius per Epiſcopum ſeu ab eo deputatum an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint.* Et ex hac conſtitutione omnes contrarias conſuetudines tolli dubitandum non eſt, prout ſuo loco dixi ſupra num. 19. Et licet etiam Ludou. Peguer. in ſua pract. crimin. c. 26. num. 7. vſque ad finem, ponat quandam aliam formulam, ſeu practicam ſeruatam in illo Cataloniæ Regno, in qua apparet non abſolutè hanc cognitionem ſpectare ad iudicem eccleſiaſticum, aduertè tamen, quod loquitur ſecundum quædam Priuilegia à Legato Sedis Apoſtolicæ conceſſa, quæ tamen ab eadem conſtitutione fuerunt ſublata.

369 Nihil ergo eſt, quod quiſque conqueri poſſit ex eo quod Gregorius xiiij. ſtatuerit ad Epiſcopum ſpectare cognitionem ſuper immunitate eccleſiæ, An ad eam confugiens, illa gaudere debeat necne poſtquàm hoc idem ſtatuerunt iura ciuilia & canonica, Doctoreſq; ferè omnes vnanimiter hoc dixerunt etiam ante ipſius Conſtitutionis promulgationem. Nec in hoc attendendi ſunt auctores, qui dixerunt ſaltim hanc cognitionem eſſe mixti fori, & ſpectare etiam ad iudicem ſecularem, prout fuerunt Remig. Gon. & Petr. Bellagut. in locis relatis per Anaſtaſ. Germon. in loco ſupra allegato. Si enim canones voluiſſent hanc cognitionem etiam reſeruare poteſtati temporali, vtiq; dixiſſent, & reſeruaſſent, prout magiſtraliter docet Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 14. num. 7. vltra quod etiam quod talis cognitio eſſet mixti fori, præferendus eſt iudex eccleſiaſticus ex quo præuenit in captura.

370 AMPLIA I. hanc III. Limitationem, vt interim donec Epiſcopus cognoſcat, An is qui ad eccleſiam confugit ſic curiæ ſeculari tradendus, vel non, debet idem confugiens ſtare in eccleſia tutus, & non transferri ad carceres ſeculares. ex allegatis per Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 29. num. 2. vbi huius concluſionis duas affert rationes. primam quia eccleſia habet regulam pro ſe, quod quilibet cuiuſcumque conditionis ad eccleſiam confugiens in ea tutus ſit. Secundam, quia cum confugiens ſit iam in eccleſia, dicitur ipſa eccleſia in ipſius quaſi poſſeſſione, & ideo in eadem poſſeſſione conſeruanda donec de veritate quæſtionis appareat. ex Innocentio, & Alexandro in locis ibi per eum relatis, reprobato Rebuffo in procemio Conſtit. Reg. gloſ. 5. num. 40. contrarium in Gallia apud eum de conſuetudine ſeruari atteſtante. vigore autem Conſtitutionis Gregorij xiiij. Statutũ eſt, *quod delinquentes laici poſtquã ab eccleſijs, locisuè ſacris in caſu quo Epiſcopi recuſauerint extrahere, à ſeculari curia extracti & capti fuerint, ad carceres curiæ eccleſiaſticæ reponãtur, & inibi ſub tuto & firmo carcere, opportunaq; cuſtodia illis data etiã ſi opus fuerit per curiã ſecularẽ detineri debeãt.*

371 Nec

371 Nec huic Conſtitutioni obſtet, quod primo dicitur, quod ſi Epiſcopus ſemel recuſauit abſtrahere, veriſimile ſit quod id & in futurum negabit, ne ſeipſum condemnare videatur. Hæc enim conſequentia non eſt bona. Recuſabit enim Epiſcopus extractionem, quia tempore quo pro ea inſtatur, delictum non erat probatum, quo caſu iure extrahendi licentiam denegauit. & tamen, ex ſuperuenientibus probationibus, poterit, & debebit extractionem concedere, abſque eo quod reprehendi poſſit quod primo loco eam denegauerit. Nec obſtat ſecundo, quod carceres eccleſiaſtici, vt plurimum non ſint tuti, & propterea periculum ſit ne in illis conducti qui ad eccleſiam confugerunt aufugiant. Hoc enim periculum ſatis à Conſtitutione tollitur ex eo quod eadem Conſtitutio ſtatuit in dictis carceribus eccleſiaſticis adhiberi etiam cuſtodiam ſecularis curiæ. Nõn obſtent Tertio plura incõuenientia quæ in carceribus eccleſiaſticis quotidie magis occurrunt, quam in carceribus ſecularis curiæ, vt puta corruptio cuſtodum, teſtium ſubornatio, poteſtas alloquendi cum alijs, & ſic ſociorum criminis certioratio, & his ſimilia. Hæc enim vtinam in carceribus ſecularis curiæ non magis in dies eueniant, quam in eccleſiaſticis, & ego poſſum etiam de hoc aliquid pro veritate teſtari.

372 AMPLIA II. hanc eandem III. limitationem, in tantum ad Epiſcopum ſpectare cognitionem An confugiens ad eccleſiam crimen exceptũ commiſerit, vt ſi idem Epiſcopus cognouerit vere confugientem exceptum crimen commiſiſſe, tunc quacunque appellatione remota idem confugiens per eccleſiaſticum iudicem de mandato Epiſcopi curiæ ſeculari conſignetur. Hæc ſunt fere eadem expreſſa verba in Conſtitutione Gregorij xiiij. Nec conqueratur quis, prout conquerentes audiui, quod appellatione remota Gregorius ſtatuerit, ſtandum eſſe iudicio Epiſcoporum, qui aut propter eorum paupertatem pecunia corrupti, vel propter læſam conſcientiam timidi iuſtum nequeunt ferre iudicium. Tum quia quandocunq; tractatur articulus iuris eccleſiæ, vel rei ab ea dependentis, cognitio ſemper ſpectat ad eccleſiaſticum tanquàm ad digniorem, vt in puncto cap. ſi iudex laicus. de ſententia excommunic. in 6. cum ſimilib. ità communiter tenetur. Hortenſ. Caualcan. de brach. reg. par. 1. num. 96. quem refert, & ſequitur innumeros cumulando, Carol. de Graſſis de effect. cleric. effectu 1. num. 1265. cum pluribus ſeqq. Tum etiam, quia cum Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſerint. c. videntes. verſ. ipſe vero. 12. q. 1. quoſque qui recipit, & verba eorum, Deum recipit. qui autem ſpernit eos, eum à quo miſſi ſunt, & cuius legatione funguntur ſpernit, & ipſe indubitanter ſpernetur à Deo. cap. in nouo. verſ. cæteri. 21. diſtinct. atque à Chriſto Domino eos ſpiritualis vitæ, necisq; in animas ſibi creditas accepiſſe conſtet, itaut non ſolum Presbyteros dignitate longe antecellant, ſed ſuper omnes gradus conſtituti, ſingulariq; honore præfulgentes, ciuitati ſupra montem poſitæ iure optimo comparentur, atque adeo ad hierarchicum eccleſiæ ordinem præcipue pertineant, tanto vberioris gratiæ præſidia è diuinæ largitatis fonte in eos promanare, quãto grauiora cæteris onera ſubeuntes in ſpirituali orbis terrarum regimine ad ipſum Deum officio propius accedant, eosq; propterea ne latum quidem vnguem a iuſtitiæ tramite neque à Sacrorum Canonum norma deuiaturos veriſimile eſt, quicquid dicant cæteri de iudicibus laicis quos etiam ordini Eccleſiaſtico infenſos antiquitus aſſeruere. cap. clericos. de immunitate eccleſiaſtica. in 6. Ego autem & eccleſiaſticos, & ſeculares miniſtros integerrimos & incorruptibiles exiſtimo, ſed in dubio, vbi præſertim de re eccleſiaſtica agitur, potius confidendum iudicio epiſcoporum, quam ſecularium iudicum omnino exiſtimarem. vltra quod Gregorij Conſtitutio etiam ad fauorem ſecularis curiæ promulgata videtur, cum expreſſe appellationem prohibeat à ſententia Epiſcopi in fauorem eiuſdem curiæ ſecularis, vt ſupra dictum eſt.

Nec facit quod à ſententia Epiſcopi pronunciantis reum non eſſe extrahendum, iudex laicus appellet ad ſuos iudices. Nam omiſsis alijs reſponſionibus, quam iuridicum ſit ab eccleſiaſtico, & ſic digniori tribunali appellare, & recurrere ad tribunal minus dignum, & ſic ad ſeculare, quando præſertim appellari, & recurri poteſt ad eccleſiaſticum, Ad Papam ſcilicèt, vel ad Nuncium Apoſtolicum ſeu etiam Metropolitanum, quiſque conſideret. & vltra Bullam in Cœna Domini, perlegat quę dixi in meo conſilio 68. lib. 1. cum deciſionibus ibidem relatis. Sed latius vide quæ dixit Rota coram Penia in Oſcen. Canonicatus. Veneris 1. Decembris 1595. & in Tuden. Beneficij 5. Aprilis 1604. coram eodem.

373 AMPLIA III. eandem III. Limitationem, vt in tãtum ſpectet ad Epiſcopum cognitio, an ad eccleſiam confugiens gaudeat vel non gaudeat illius immunitate, & ſic an crimen quod commiſit ſit exceptum in Conſtitutione Gregorij xiiij. vel non exceptum, vt in hoc non teneatur ſtare proceſſui iudicis ſecularis, ſed ipſe nouum debeat formare proceſſum, ſic enim ponderando verba dictæ Conſtitutionis alias conſului coram Clemente viij. fel. me. in illa Panormitana immunitatis eccleſiaſticæ. in conſ. 76. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Quod, & idem poſt me voluerunt Alexan. Ambroſin. de immunit. & libertat. eccleſiarum. c. 11. num. 2. verſ. ſecundo an ſufficiat. & num. 3. per totum. & Mar. Ital. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 1. num. 79. & amplius tres eruditiſſimi viri inter mea conſilia conſ. 168. nu. 21. & ſeqq. vſque ad nu. 39. lib. 2. pluribus hanc probant concluſionem, proponunt contraria, & contrarium tenentes, & illis reſpon-

ſpondent. quorum reſponſiones, & dicta breuitatis cauſa hic repetere nolui.

374 Et inſuper non ſolum Epiſcopus debet nouum formare proceſſum, ſed etiam debet aduertere, vt crimen de quo agitur, illius ſcilicet qualitas quæ exceptum crimen facit, non per præſumptiones, & coniecturas, ſed plenè & concludenter probetur ex pluribus rationibus per me pariter relatis in conſ. 76. num. 3. & ſeqq. & num. 8. & num. 21. Alex. Ambroſin. vbi ſupra. d. c. 11. num. 4. & Mar. Ital. d. c. 6. §. 1. num. 80. & ſeqq. & conſuluerunt dicti tres illi eruditiſſimi viri inter mea conſilia. lib. 2. d. conſ. 168. num. 1. & ſeqq. vſque ad num. 21. vbi pariter pluribus hanc probant ſententiam, proponunt contraria, & illis reſpondent.

375 Et quidem niſi ſuperueniſſet Breue Clementis in dicta Pauorminata immunitatis eccleſiaſticæ de qua ſupra ſæpius mentionē feci, relatum per Marc. Antonium Genuen. in practica Archiepiſcopali cap. 94. fol. mihi 510. facile etiam hodie in eadem, de qua ſupra perſiſterem ſententia. Verum cum dictus Clemens viij. in eodem Breue reſcripſerit Archiepiſcopo Panormitano in hoc ſufficere ſummariam, ſimplicem, & extraiudicalem informationem pro ſua conſcientia, non crederem amplius quærendum, ſed ſecundum hanc declarationem Epiſcopos iudicare debere. & ceſſabūt ſeu ſaltim ceſſare debebunt, quærelæ & clamores ſecularium magiſtratuum, dum prætendunt ex hac Gregorij Conſtitutione non modicum iuſtitiæ detrimentum afferri. Quorum rationibus facile reſponderem, prout reſpondent etiam tres illi eruditiſſimi viri inter mea conſilia; dicto conſ. 168. Niſi hæc Clementis declaratio in totum, & per totum omnes tolleret dubietates, & cōquerendi occaſionem. quinimmo ipſa hæc conſtitutio maxime laicis Iudicibus fauet vt ſupra num. 87. demonſtrauimus.

376 Et in hoc crederem ab Epiſcopo aduertendum, quod ſi proceſſus iudicis ſecularis fuiſſet fabricatus antequam delinquens ſe in eccleſiam retraheret, apud me non modicā veritatis fidem faceret. Cum tunc nulla eſſet controuerſia inter eccleſiaſticam & ſecularem curiā. quod ſi proceſſus fuiſſet à ſeculari iudice fabricatus poſtquam delinquens ad eccleſiam confugit, & tunc aut modicam aut nullam ei darem fidem. & ita alias à grauiſſimis viris de iure reſoluendum eſſe audiui.

377 SVBLIMITA eandem III. Limitationem vt in cognitione cauſæ, an ſcilicet ad eccleſiam confugiens ſit extrahendus nec nè, Epiſcopus debeat ſeruare iuris ſolemnitates, vt puta citationes, libellum, litis, conteſtationem, dilationes, & publicationem proceſſus. vide *quæ dixerunt eruditiſſimi viri* inter mea conſilia conſ. 168. num. 38. & ſeqq. vſque ad nu. 68. vbi quo ad citationem concludunt, eccleſiam de cuius intereſſe agitur omnino citandam eſſe. an vero ſit citandus reus qui ad eccleſiam confugit, arguunt pro & contra, & tandem affirmatiuè concludunt, & reſpondent contrarijs. Quod verò attinet ad exhibitionem Libelli, & litis conteſtationē, negatiuè reſpondent. Quo vero ad dilationes dicunt eas eſſe dandas, ſed poſſe reſtringi, pariter & publicationem proceſſus fieri debere affirmāt. Vide tamen in hoc Breue Clementis regiſtratum per Marc. Anton. Genuen. in ſua praxi Archiepiſcopali. c. 94. vbi ſtatui videtur ſufficere informationem ſummariam, ſimplicem, & extraiudicialem, pro ſola Epiſcopi conſcientia, quæ ni fallor excludunt prædictam iudicij telam.

LAVS. DEO. Semper.

PROSPERI FARINACII I. C. ROMANI

VARIARVM QVÆSTIONVM,
& Communium opinionum
Criminalium.

Liber Sextus.

FRAGMENTORVM PARS SECVNDA.

CVM PRIVILEGIIS.

ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſtolicæ. 1619.
Auctoritate Superiorum.

Imprimatur *ſi videbitur Reuerendiſs. P. M. Sacri Palatij Apoſtolici.* Ceſar Fidelis Vicesger.

Opus q. D. Proſperi Farinacij I. C. eminentiſsimi, quod inſcribitur *de Immunitate Eccleſiarum, & confugientibus ad eas*, ità iubente Reuerendiſs. P.M. Hyacintho Petronio Sacri Palatij Magiſtro, Necnon aliud opuſculum eiuſdem quod inſcribitur *Variarum quæſtionum, & Communium opinionum Criminalium Liber Sextus*, *&c.* vidi & diligenter examinaui, & nihil reperi quod vel bonis moribus, vel pietati chriſtianæ aduerſetur, imò vt cætera eiuſdem opera digniſſima eſſe cenſui, quæ in publicum commodum, & vſum edantur. Romæ die 8. Nouembris 1620.

Ita eſt Angelus Lucianus I.V.D. & in Gymnaſio Almæ Vrbis Pontificij Iuris profeſſor ord. Primarius.

Imprimatur Fr. Gregorius Donatus Romanus, Magiſter, Reuerendiſs. P.F. Hyacinthi Petronij Sacri Pal. Apoſt. Magiſtri, ſocius, Ord. Prædic.

INDEX ARGVMENTORVM ET QVAESTIONVM,

Quæ in hac ſecunda Fragmentorum Parte continentur.

HAERES grauatus reſtituere hæreditatem fideicommiſſario, non conficiendo inuentarium nunquid amittat trebellianicam, falcidiam, & legitimam. littera H. numer. 1. & ſequentib.

Hæres omittens in inuentario ſcribere alienas res hæreditarias, quas pœnas incurrat? & quis probare debeat non omnes res hæreditarias fuiſſe in inuentario deſcriptas? littera N. num. 15. & ſeqq.

IDENTITAS rei an præſumatur potius, quàm pluralitas? Quomodo probetur? An ſufficiant coniecturæ? & quæ? littera I. num. 1. & ſeqq.

Identitas perſonarum potius, quàm pluralitas, an & quando præſumatur ex identitate nominis? & generaliter quomodo probetur perſonarum identitas? littera I. num. 10. & ſeqq.

Identitas factorum, contractuum, inſtrumentorum, & ſententiarum. An præſumatur potius, quàm pluralitas? littera I. num. 21. & ſeqq.

Identitas ſummarum, & obligationum, An & quando præſumatur potius, quàm pluralitas? littera I. numer. 33. & ſequentibus.

Identitas rei immobilis, vtputa, fundi, aut domus, quando præſumatur, & quomodo probetur? littera I. num. 52. & ſeqq.

Identitas animalis, An & quando præſumatur potius, quam pluralitas? & quomodo probetur? & an res dicatur eadem ex eo quod aliquid ei addatur, vel minuatur? littera I. num. 66. & ſeqq.

Identitas rerum, actuum, & perſonarum, An & quando præſumatur potius, quàm pluralitas? & è contra, Quando agitur criminaliter, & ad pœnam? littera I. num. 72. & ſeqq.

IGNORANTIA quid ſit? in quo differat ab errore? & quando ignorantia facti alieni præſumatur, & excuſet? littera I. num. 86. & ſeqq.

Hæres, ſiue ſuus, ſiue extraneus ſit, An, & quando præſumatur ſcire teſtamentum, in quo ipſe inſtitutus eſt, fideicommiſſum, & alia in eo contenta? littera I. num. 123. & ſeqq.

Ignorantia iuſta, & probabilis, quæ ſit? quæ craſſa, ſupina, & affectata? & quando excuſet? littera I. num. 161. & ſeqq.

Coniunctus, ſeu Vicinus, An & quando præſumatur

ſcire facta ſui coniuncti, aut vicini. Quid,& quantum valeat hæc præſumptio? littera I. num.172.& ſeqq.

Ignorantia in facto proprio, an & quando præſumatur, & excuſet? littera I. num.207.& ſeqq.

Procuratoris geſta, an & quando præſumantur ad domini notitiam perueniſſe? Et quid de Principe? an præſumatur habere ſcientiam eorum, quæ a ſuis officialibus geſta ſunt? littera I.nu.216. & ſeqq.

Ignorantia & ſcientia, an probetur coniecturis? Et quibus? Et vbi à iure, vel ſtatuto requiritur ſcientia. Qualis debeat eſſe talis ſcientia? littera I.nu. 227. & ſeqq.

Ignorantia, an & quando iuramento probetur? littera I.num.235. et ſeqq.

Iuris ignorantia, an et quando præſumatur? Et quando iuris ignorantem excuſet? littera I. num. 257.& ſeqq.

Ruſticus, mulier, miles, & minor, an, & quando iuris ignorantia excuſentur? Quando in eis præſumatur? & quando non? littera I. num.273.& ſeqq.

Ruſticus, mulier, miles, & minor nunquid excuſentur iuris ignorantia, ſi peritiores non conſuluerunt. Quando hoc verum ſit, & de materia. littera I. num. 300. & ſeqq.

FAMOSA actione, vel ex crimine ciuiliter conuentus, an & quando infamiam incurrat? Quandoue infamis teſtari poſſit? littera I. nu. 310. & ſeqq.

INHIBITIO iniuſta timenda non eſt, quando hoc ſit verum, & quid de ſtylo Rotæ? littera I. numer. 312. & ſeqq.

Inhibitioni contrauenire quis non dicitur, nec attentare, quando ſuam poſſeſſionem continuat. littera I. num.324. & ſeqq.

INQVISITIO an poſſit cumulari cum accuſatione? & an ſuperueniente accuſatione ceſſet eadem inquiſitio? littera I. num.340.& ſeqq.

Inquirere quando Iudex poſſit ex officio in cauſis ciuilibus, & ad priuatam vtilitatem. littera I.nu.347. & ſeqq.

INSTANTIA in cauſis criminalibus quantum duret? & de eius effectibus. littera I. num. 365. & ſeqq.

INSTRVMENTVM in parte falſum, an, & quando in totum reputetur falſum? littera I. n.372.& ſeqq.

IRREGVLARITAS ex voluntario homicidio, an & quando incurratur? littera I.num.402.& ſeqq.

De irregularitate, quam medicus incurrit ex morte infirmi eius culpa, vel negligentia? littera I.nu.427. & ſeqq.

De irregularitate, an, & quando incurratur ab eo, qui abortui cauſam dat? littera I. nu.438.& ſeqq.

De irregularitate quando incurratur ex homicidio à pluribus in rixa commiſſo, & alias quando incertus eſt occiſor? littera I. num.446. & ſeqq.

De irregularitate, & quando incurratur ab eo, qui valens impedire homicidium cui præſens eſt, illud non impediuit? littera I. num.457. & ſeqq.

De irregularitate, an & quando incurratur ex homicidio ad defenſionem commiſſo? littera I. num.472. & ſeqq.

De irregularitate, quam quis incurrit ex homicidio caſuali, ſeu culpoſo, quando præſertim quis dat operam rei licitæ, vel illicitæ? littera I. num. 507. & ſeqq.

De irregularitate, quam quis incurrit ex conſilio, auxilio, ſeu mandato ad homicidium. littera I.nu.547. & ſeqq.

De irregularitate, quam quis incurrit propter membri mutilationem. littera I.num.581.& ſeqq.

IVDAEIS an ſit ſeruanda æquitas, vel rigor? An compræhendantur in diſpoſitione fauorabili, ſicut in odioſa? An gaudeant immunitate, ſeu ſaluum conducto Chriſtianis conceſſo? An admittantur ad ceſſionem bonorum, & moræ purgationem, ac etiam in integrum reſtitutionem? An rem Chriſtiani præſcribant? An ſine cauſa expelli poſſint? An obligentur iuramento? Et an illis deferatur iuramentum plenæ probationis, aut in litem? littera I. num.602. & ſeqq.

Iudæi nunquid iure communi ſtatutario, ſeu conſuetudinario ligeutur. An habeant filios in poteſtate? An poſſint ad baptiſmum cogi? Et quid de eorum filijs infantibus. littera I. num.621. & ſeqq.

Iudæi nunquid ligentur l. Moſayca potius, quam iure communi, vel ſtatutario. litera I. nu.641. & ſeqq.

Iudæi delinquentes, quomodo & à quibus puniri debeant? litera I. num.655.& ſeqq.

Iudæis vſura prohibita eſt, & pro vſura puniri poſſunt, ſicut Chriſtiani, & nunquid ſæculares Principes poſſint illis vſurarum exercitium permittere. littera I. num. 668. & ſeqq.

De ſuſpecti IVDICIS recuſatione regula affirmatiua cum nonnullis ampliationibus & declarationibus generalibus, littera I.num.685.& ſeqq.

Iudices, qui ſuſpecti recuſari poſſint, & quid præſertim de Papa, Imperatore, alijsq; Supremis Principatibus, Concilio, Collegio, Ciuitate, ſeu Vniuerſitate. litera I. num. 707. & ſeqq.

Ordinarius Iudex an quando, & quomodo recuſari poſſit ex iuſta cauſa ſuſpectus. litera I. num. 731. & ſeqq.

Tutor frater vel adminiſtrator bonorum communiũ ſi librum rationum & inuentarium non confecerit, dicitur in dolo. & contra eum iuratur in litem, & quid de fratre adminiſtrante patre viuente. littera I. num. 1073.

Tutores & adminiſtratores tenẽtur librum rationũ & inuentarium conficere non confusè & obſcurè, ſeu inordinatè littera I. num. 1074. & ſeq.

Tutoris ſeu adminiſtratoris liber rationum vt rectè confectus dicatur, quæ requirantur? lit. I. n. 1075

Tutores & adminiſtratores tenẽtur computa & rationes ſcribere in libro ligato, & non in chartulis & ſcartafolijs. littera I. num. 1076.

Tutori ſeu adminiſtratori dicenti amiſiſſe librum rationum non creditur, ſed illum occultaſſe præſumitur. littera I. num. 1077.

Tutor reſpectu pupilli, an dicatur perſona potentior. littera L. num. 309.

Tutores & adminiſtratores non ſcribentes in libro rationum omnia exacta, præſumuntur in dolo, & contra eos iuratur in litem. littera I. num. 1078. Vbi idem in non ſcribente in inuentario bonorum omnia bona. Declara vt ibi.

Tutores & adminiſtratores finita adminiſtratione & tutela, non reſtituentes reliqua, dicuntur in dolo, & contra eos iuratur in litem. littera I. num. 1082. Vbi etiam reliquorum appellatione quænam veniunt? Ampliatur hæc concluſio etiam quod à teſtatore ipſi tutori ſit remiſſa rationis redditio. nu. 1083.

Tutores ſeu adminiſtratores conuertentes in vſum proprium pecunias quas adminiſtrãt & exigunt, in dolo ſunt, & contra eos iuratur in litem. littera I. numer. 1084.

Tutores ſeu adminiſtratores etiam nobiles & bonæ famæ, tenentur conficere librum rationum. littera I. num. 1084. verſ. Secundo defertur.

Tutores ſeu curatores, qui alienarunt bona pupilli ſine debitis ſolemnitatibus, dicuntur in dolo, & contra eos iuratur in litem. littera I. num. 1084. verſ. Tertio iuratur in litem.

Tutores & adminiſtratores excuſantur à non confectione libri rationum & inuentarij ex iuſta cauſa. littera I. num. 1085. & ſeq. Vbi iuſta cauſa dicitur quando hæreditas eſſet modica, & bona adminiſtranda eſſent modici valoris.

Tutores & adminiſtratores excuſantur à non confectione inuentarij, aut libri rationum, quando aliunde probari poteſt, quæ bona extabant & quæ ad eum peruenerunt & alias vt num. 1087. littera I.

Tutores ſeu adminiſtratores ſi ſemel rationem reddiderunt, an iterum illam reddere teneantur. littera I. num. 1089.

Tutor etiam non confecto inuentario & libro rationum, poteſt ſe immiſcere in adminiſtratione bonorum pupilli, non vt tutor ſed vt ſocius, cum ſocius eſſet. littera I. num. 1090. Vbi etiam quod ante ſuſceptam tutelam non tenetur conficere librum rationum, & inuentarium.

Tutor nunquid teneatur conficere librum rationum & inuentarium, quando eius fides à teſtatore fuit approbata. littera I. num. 1090. verſ. Secundo iuramentum in litem.

Tutori curatori & adminiſtratori qui non confecit librum rationum, ſi à teſtatore fuerit remiſſa rationis redditio vel legata liberatio iuramentum in litem contra eum non datur. littera I. num. 1091. Vbi etiam referuntur contrarium tenentes.

Tutor ſeu curator qui omiſit facere inuentarium, excuſatur quando illius confectio fuit ſibi à teſtatore remiſſa vel prohibita. littera I. num. 1092. Imò ſi contra teſtatoris prohibitionem inuentarium confecerit, dicitur in dolo. nu. 1093, ſiue tutor ſit teſtamentarius ſiue etiam legitimus & datiuus. dicto num. 1093. & num. 1094. Vbi quod ſufficit ſola remiſsio confectionis inuentarij abſque expreſſa prohibitione.

Tutori ſeu curatori remiſſa redditione rationis cum adiectione legati de omni & toto eo, quòd occaſione dictæ redditionis condemnari contigerit, confectio inuentarij non nocet. littera I. nu. 1095.

Tutori ſeu curatori remiſsio redditionis rationum facta à teſtatore, non extenditur niſi ad ſcrupuloſam inquiſitionem. littera I. nu. 1096.

Tutorem ſeu curatorem, qui non confecit inuentarium & librum rationum ex eo quod teſtator ipſi remiſerit rationis redditionem, poteſt iudex ex officio compellere ad illos conficiendum, ſi ita ipſi viſum fuerit expedire rerum adminiſtrationi. littera I. num. 1097.

Tutor ſeu curator, tenetur conficere librum rationum & inuentarium, non obſtante remiſsione eis à teſtatore facta, ſtante præciſo ſtatuto quod teneantur facere inuentarium, & librum rationum. littera I. num. 1098. Vbi etiam idem quando tutor ſeu curator in ſuſceptione curæ & tutelæ promiſerit vtilia facere, &c.

Tutori, curatori, & cuilibet alteri adminiſtratori remiſſa rationum redditio, non extenditur ad dolosè per eos geſta. littera I. nu. 1099. Quod ampliatur etiam ſi talis remiſsio fuerit facta cũ adiectione legati de omni & toto eo de quo condemnari contigerit. nu. 1100. Contra num. 1101. Diſtingue vt num. 1102.

Tutori ſeu curatori non valet remiſſio redditionis rationum à teſtatore facta, etiam quod tutor ſeu curator doloſè ſe geſſerit in cura ſeu tutela, quia dolus futurus remitti non poteſt. littera I. nu. 1103. & ſeq.
Vbi tamen declaratur hoc non procedere in expreſſa remiſſione doli de præterito.
Tutori & curatori remiſſio doli futuri à teſtatore facta non valet. lit. I. num. 1103. Secus à dolo præterito. nu. 1104. Vbi etiam an remiſſio doli præteriti extendatur ad dolum verum in committendo commiſſum? an verò ſolum ad præſumptũ in omittendo?
Tutori curatori & adminiſtratori remiſſio facta rationũ redditionis, an extendatur ad dolum quando ipſe tutor curator ſeu adminiſtrator, nihil lucratus fuit? littera I. num. 1106.

V

VASSALLVS quando feudo priuetur propter aliquod crimen, & nunquid priuatio ipſo iure incurratur. littera L. num. 65.
VENATIO quando dicatur prohibita & periculoſa. littera I. num. 542.
VENIAT, deueniat, adueniat, perueniat & proueniat, Verba, nunquid importent latam ſententiam & ipſo iure. littera L. num. 138.
VERBA, Ipſo facto, important idem quod ipſo iure. littera L. num. 93. & 94.
Verba Eo ipſo, important idem quod ipſo iure. littera L. nu. 95. Vbi etiam referuntur contrarij.
Verba Ex tunc, important ipſo iure. littera L. nu. 96.
Verba Nullius momenti, important ipſo iure. littera L. num. 99. Declara vt num. 100.
Verba Nihil agit, fruſtra agit, importãt ipſo iure. littera L. num. 106.
Verbum Nullus, nulla, nullum, ſiue de præſenti, ſiue de præterito, ſiue etiam de futuro prolatum, ſemper importat nullitatem ipſo iure. littera L. num. 107.
Verba Nullo modo, important latam ſententiam, & ipſo iure. littera L. num. 109.
Verba Immediate, ſeu Recta via, importãt idem quod ipſo iure. littera L. num. 117.
Verba Citò, ſubitò, indilatè, ex continenti, extemplo repentè, important idem quod ipſo iure. littera L. num. 118.
Verba Cadat à iure ſuo, important latam ſententiam, & ipſo iure. littera L. num. 125.
Verbum Amittat, importat latam ſententiam & ipſo iure. littera L. num. 126. Contra. num. 127.
Verbum Perdat, importat latam ſententiam & ipſo iure. littera L. num. 128.
Verbum Careat, importat latam ſententiam, & ipſo iure. littera L. num. 129.
Verba Careat robore ſeu firmitate, nunquid importent latam ſententiam & ipſo iure. littera L. num. 129. in fine.
Verbum Priuetur, nunquid importet latam ſententiam & ipſo iure. littera L. num. 130.
Verbum Spolietur, nunquid importet latam ſententiam & ipſo iure. littera L. num. 131.
Verbum Amoueatur, vel Remoueatur, nũquid importet latam ſententiam. littera L. nu. 132.
Verbum Deponatur, nunquid importet latam ſententiam, & ipſo iure. littera L. num. 133.
Verbum Expellatur, nunquid importet latam ſententiam, & ipſo iure. littera L. num. 134.
Verba Arceatur, vel Excludatur nunquid importent latam ſententiam, & ipſo iure. lit. L. num. 134.
Verbum Abijciatur, nunquid importet latam ſententiam vel ferendam. lit. L. num. 135.
Verbum Reuertatur, nunquid importet latam ſententiam, & ipſo iure. littera L. num. 136.
Verbum Redeat, nunquid importet latam ſententiam, & ipſo iure. littera L. nu. 137.
Verba Veniat, deueniat, adueniat, perueniat, & proueniat, nunquid importent latam ſententiam & ipſo iure. littera L. num. 138.
Verba Capiat, accipiat, recipiat, vel percipiat, nunquid importent latam ſententiam & ipſo iure. littera L. num. 139.
Verbum Pertineat, nũquid ſit directum, vel obliquum. littera L. num. 140.
Verbum Competat, an ſit directum, commune vel obliquum? littera L. num. 141.
Verbum Maneat, vel remaneat, an ſit directum, vel obliquum? littera L. nu. 142.
Verbum Accreſcat, nunquid ſit directum vel obliquum. & an importet idem quod ipſo iure. litt. L. num. 143.
Verba Teneat, vel non teneat, nunquid importent nullitatem ipſo iure? & quid ſi fuerit dictum. Non obtineat vires. littera L. num. 144.
Verbum Incurrat, nunquid importet latam ſententiam & ipſo iure. littera L. num. 145.
Verbum Subiaceo, nunquid importet idem quod ipſo iure. littera L. num. 146.
Verbum Fiat, nunquid importet latam ſententiam, & ipſo iure. littera L. num. 148.
Verba Habeatur pro confeſſo, pro conuicto, pro priuato, & ſimilia, nunquid importent latam ſententiam & ipſo iure. littera L. num. 149.
Verbum Liberetur, ſeu liberabitur, nunquid importet ipſo iure. littera L. num. 150.
Verbum Vlterius, an importet ipſo iure? littera L. nume. 151.
Verbum Liberè, an importet idem quod ipſo iure. littera L. num. 152.
Verba Pleno iure, nunquid importent latam ſententiam. littera L. num. 154.
VICARIO Epiſcopi ſuſpecto exiſtente, recuſari poteſt etiam ipſe Epiſcopus. lit. I. nu. 754. Contra nu. 755.
Vicarius Epiſcopi ſi inſimul cum Epiſcopo tanquam delegatus cauſam cognoſcat, ipſo ſuſpecto exiſtente recuſatur etiam ipſe Epiſcopus. littera I. num. 756.
Vicarius Epiſcopi, ſi cauſam cognoſcat tanquã delegatus

tus ab Epiſcopo, ipſo ſuſpecto exiſtente, non recuſatur Epiſcopus . littera I. n. 757. Contra. n. 758. Et quid ſi Vicarius cauſam cognoſcat tanquam delegatus à Papa. littera I. num. num. 759. & ſeq.

Vicarius Epiſcopi, electus vel confirmatus per Papam, ſi fuerit ſuſpectus, non per hoc redditur ſuſpectus Epiſcopus . lit. I. num. 761. Declara vt n. 762

Vicarius Epiſcopi ſi fuerit ſuſpectus & habitet ſeorſum ab Epiſcopo, non recuſatur Epiſcopus. littera I. num. 763.

Vicarius Epiſcopi quando eſt ſuſpectus, Epiſcopus ſolet illi dare adiunctum. littera I. nu. 764.

Vicarius Epiſcopi quando eſt ſuſpectus, ſuſpicioq; æquè tangit Epiſcopum, tunc indiſtinctè recuſatur Epiſcopus . lit. I. num. 765.

Vicarius ſi fuerit ſuſpectus, coram quo ſunt cognoſcendæ cauſæ ſuſpicionis . littera I. num. 766. Et quid Epiſcopo abſente? num. 767. Et quid ſi fuerint ſuſpecti duo Vicarij Epiſcopi? num. 768. Et quid ſi ſuſpicionis cauſa eſſet æquè communis cum Vicario & Epiſcopo? num. 769. Quid ſi cauſa fuerit commiſſa ſimpliciter, coram quo ſuſpicionis cauſæ proponendæ ſint, remiſsiuè de hac materia . lit. I. Vide nu. 770.

VICINVS præſumitur ſcire facta ſui vicini . littera I. num. 169. & 170. Licèt alij contra. num. 171. de materia . num. 172.

Vicinus ſeu coniunctus, nunquid præſumatur ſcire facta ſui coniuncti vel vicini, iudicis arbitrio remiſſum eſt. lit. I. num. 171. in fine.

Vicinus quis dicatur? littera. I. num. 173.

Vicinus ſeu coniunctus præſumitur ſcire facta ſui coniuncti vel vicini, ea ſcilicet quæ ſunt ſucceſsiua, vel ſolent cadere in cognitionem coniunctorum & vicinorum . litera I. nu. 174.

Vicinus ſeu coniunctus præſumitur ſcire diuitias ſeu paupertatem ſui coniuncti vel vicini. lit. I. nu. 175.

Vicinus ſeu coniunctus, præſumitur ſcire bonam vel malam ſui coniuncti & vicini famam & conditionem honeſtatem vel inhoneſtatem mulieris . littera I. num. 176.

Vicinus ſeu coniunctus, præſumitur ſcire an ſuus vicinus ſit viuus vel mortuus . littera I . num. 177. Declara vt num. 178.

Vicinus ſeu coniunctus, præſumitur ſcire ætatem ſui coniuncti vel vicini . littera I. num. 179.

Vicinus ſeu coniunctus, an præſumatur ſcire an quis ſit filius ſui coniuncti vel vicini? lit. I. nu. 180

Vicinus vel coniunctus, præſumitur ſcire an ſuus coniunctus vel vicinus ſit hæreticus, fœnerator, blaſphemator, aleator, prodigus, fornicator, venator, aut quid ſimile . littera I. num. 181.

Vicinus ſeu coniunctus, præſumitur ſcire, an ſuus vicinus vel coniunctus poſsideat? littera I. num. 182. Vbi etiam idem, an iuriſdictionem exerceat.

Vicinus ſeu coniunctus minor, nunquid præſumatur ſcire facta ſui coniuncti vel vicini . littera I. n. 184.

Vicinus ſeu coniunctus, non præſumitur ſcire facta ſui coniuncti vel vicini, quæ iura ſanguinis non reſpiciunt, quæ clam geruntur, & quæ in cognitionem coniunctorum ſeu vicinorum cadere non ſolent. littera I . num. 186.

Vicinus ſeu coniunctus, non præſumitur ſcire facta momentanea ſui coniuncti vel vicini. littera I. num. 187. Declara vt num. 188.

Vicinus ſeu coniunctus, non præſumitur ſcire an ſuus coniunctus vel vicinus teſtamentum fecerit, vel aliquem contractum celebrauerit. littera I. num. 189. Declara vt num. 190.

Vicinus ſeu coniunctus, nunquid præſumatur ſcire ſtuprum, adulterium, vel partum ſuppoſitum à ſuo coniuncto vel vicino. littera I. nu. 191.

Vicinus ſeu coniunctus, non præſumitur ſcire ſententiam latam contra ſuum vicinum vel coniunctum. Item an habeat tutorem ſeu curatorem, vel quod geſſerit ſe pro Comite Palatino. litera I. nu. 192.

Vicinus ſeu coniunctus, non præſumitur ſcire facta ſui coniuncti vel vicini, tempore quo ipſe erat abſens. littera I. nu. 193. Declara vt nu. 194.

Vicinus ſeu coniunctus, non præſumitur ſcire facta ſui coniuncti vel vicini, cum quo non ſit ſolitus conuerſari. lit. I. num. 195.

Vicinus vel coniunctus, non præſumitur ſcire facta à ſuo coniuncto vel vicino, tempore quo erat infirmus. lit. I. nu. 196. Declara vt num. 197.

Vicinus ſeu coniunctus nouus, non præſumitur ſcire facta ſui vicini aut coniuncti. lit. I. num. 198.

VILLAE ſeu Ciuitatis identitas, præſumitur ex identitate nominis. littera I. num. 11.

VLTERIVS verbum, an importet ipſo iure. littera L. num. 151.

VNIVERSITAS æquiparatur minoribus, & ideo ſicut minores excuſantur ignorantia iuris, ita etiam excuſatur vniuerſitas. litera I. num. 278.

Vniuerſitas, Ciuitas, Collegium, Collegij; & Vniuerſitatis Rectores & Conſules, recuſari poſſunt. littera I. num. 708. Licèt alij contra nu. 709.

Vniuerſitas & Collegium recuſari poteſt, quando omnes de Collegio ſeu Vniuerſitate ſunt ſuſpecti, aliter ſecus. littera I. num. 710.

Vniuerſitas tota, totumq; collegium recuſari poteſt vt ſuſpectum, licet non omnes de Vniuerſitate & Collegio ſint ſuſpecti, quando Collegij ſeu Vniuerſitatis caput & principalis eſt ſuſpectus. lit. I. Declara vt num. 712.

Vniuerſitas tota, collegiumq; recuſari poteſt, quando principaliores ſeu maior pars officialium eſt ſuſpecta. littera I. nu. 713.

VOLVNTARIVM homicidium quando dicatur, ad effectũ vt ex eo incurratur irregularitas. lit I. n. 404.

Voluntarium homicidium quando dicatur? quando caſuale? & quot modis dicatur caſuale? littera I. numer. 525. & ſeq. Vbi remiſsiuè ponuntur plura exempla homicidij caſualis.

VRSOS, Leones & mordẽtes canes retinẽtes nunquid ſit irregulares ab illis aliquis occidatur. lit. I. n. 521.

VSVFRVCTVARIVS hæres qui non confecit inuentarium bonorum, in quibus habet vſufructum, dicitur in dolo, & contra eum iuratur in litem. littera I. num. 1114. Et quid ſi à teſtatore fuerit remiſſa confectio inuentarij. nu. 1115. & quid operetur iſta remiſsio inuentarij à teſtatore facta. num. 1116.

Vſufructuaria relicta mater in eius vita, ſi inuētarium non confecit, dicitur in dolo, & contra eam iuratur in litem. littera I. num. 1117.

VSVRAM exercentes Iudæi puniri poſſunt criminaliter, quia illi iure naturali & diuino vſura prohibita eſt. littera I. num. 667. Licet alij contra. num. 668.

Vſuram exercendi licentiam Iudæis, aut tolerantiam ſeculares Principes ſine peccato dare non poſſunt. littera I. num. 669. & 671. Contra. num. 670. & quid iſto caſu ſentiant Canoniſtæ? & quid ſentiant Theologi, & quorum opinio alteri præualeat? littera I. nu. 672. & ſeqq.

Vſurarū exercitium Iudæis permittere ex cauſa ſibi bene viſa poſſunt Pontifices. littera I. num. 675. Contra. num. 676. Reſolue, vt num. 677.

Vſurarum exercitium conſuetudo permittens Iudæis ex licentia Principum ſecularium nunquid valeat. littera I. num. 679. & ſeqq.

Vſurarij Iudæi teſtamētum valet etiam non data cautione de reſtituendo vſuras. littera I. num. 683. Contra. nu. 684.

Vſuras ſoluere, qui promiſit & iurauit, non ſoluendo eas, non incurrit pœnas l. ſi quis maior. C. de tranſaction. littera I. num. 1195.

VSVSFRVCTVS litigioſus, vt puta, per confeſſoriam actionem alienari non poteſt. littera L. nume. 278.

VVLNERANS aliquem animo non occidendi morte ſequuta irregularis eſt. littera I. num. 408.

VXOR, filij, famuli, ſerui, ſubditus, & publicus officialis, irregularitatem incurrunt ſi videntes vulnerari, & occidi eorum maritum, patrem, dominum, & ſuperiorem, homicidium non impediunt, & illi non obuiant. littera I. num. 459.

Vxor Iudæa habet priuilegium tacitæ hypothecæ pro ſua dote in bonis mariti. littera I. num. 658.

Vxores duas Iudæi habere poſſunt, repudiata prima. littera I. num. 652.

Index Generalis finis.

PROSPERI

FARINACII

I. C. ROMANI.

VARIARVM QVAESTIONVM

& Communium opinionum Criminalium,

LIBER SEXTVS.

FRAGMENTORVM

PARS SECVNDA.

H

ARGVMENTVM.

HAERES grauatus reſtituere hæreditatem fideicommiſſario, non conficiendo inuentarium numquid amittat Trebellianicam, Falcidiam, & Legitimam.

SVMMARIVM.

Hæres inuentarium bonorum hæreditariorum non conficiens dicitur in dolo, & ob id contra eum ſuper qualitate, quantitate, & valore dictorum bonorum datur iuramentum in litem, num. 1. contra num. 3. & num. 5. vbi de materia.

Inuentarium hæredis adinuentum fuit, ne ipſe hæres occaſionem habet occultandi, & ſurripiendi res hæreditarias, num. 2.

Hæres non conficiendo inuentarium, præſumitur ſurripuiſſe, & occultaſſe bona hæreditaria, num. 1. & 2. contra num. 3.

Hæredi adeunti hæreditatem ſine inuentario, numquid concedatur beneficium ceſſionis bonorum, nu. 4.

Hæres grauatus reſtituere hæreditatem fideicommiſſario, ſi inuentarium non conficiat, amittit falcidiam, num. 6.

Hæres grauatus reſtituere hæreditatem fideicommiſſario non conficiendo inuentarium, amittit Trebellianicam, nu. 7. contra, nu. 8. diſtingue vt nu. 9.

Mulier, Minor, Ruſticus, & Miles numquid excuſentur à non confectione inuentarii, num. 10.

Hæres grauatus filius teſtatoris, non conficiendo inuentarium, amittit Trebellianicam, num. 11. contra, num. 12.

Hæres grauatus filius teſtatoris inuentarium non conficiens, non amittit legitimam, nu. 13. contra, n. 14.

1 HAERES conficiendo inuentarium multa conſequitur commoda, & è contra, illud non conficiendo plura patitur damna, de quibus latius dixi in meis quæſtionibus ciuilibus vltimarum voluntatum. Verum quod ad criminalem materiam attinet, quærendum eſt: Numquid hæres ſic inuentarium bonorum hæreditariorum

non conficiens dicatur in dolo, & ob id contra eum ſuper qualitate, quantitate, & valore dictorum bonorum iuretur in litem. Et quidem partem affirmatiuam tenuerunt relari per Sebaſtian. Monticul. in tract. de inuentario fol. 10. num. 6. & fol. 13. num. 45. & fol. 18. num. 4. & 5. & fol. mihi 66. num. 22. fol. 159. num. 196. & ſeq. vbi tamen declarat. Et fol. 221. num. 229. verſ. Sed nec iſtud crederem. Plot. de in lit. iuran. num. 596. ſecundum antequam impreſſionem, vbi in idem allegat Ruyn. conſil. 29. num. 11. lib. 5. & Soccin. conſil. 46. num. 1. & ſeqq. lib. 1. (Qui tamen non loquuntur in ſpecie in hærede non conficiente inuentarium, ſed in Adminiſtratore non conficiente librum rationum) Roland. in tract. de Inuentario par. 5. in quæſt. incip. Numquid iurari poſſit in litem, fol. mihi 167. num. 1. & ſeqq. vbi in idem allegat Bar. in l. Tutor, qui repertorium, in princip. ff. de adminiſtrat. tutor. qui licet loquatur in Tutore, Idem tamen dicit eſſe in hærede non faciente inuentarium, allegat etiam Fulgoſ. in conſil. 82. in princip. verſ. Confirmatur ex eo, cuius verba refert, (Licet vt mox eum referam pro contraria allegetur ſententia) & Phanuc. de in lit. iuran. par. 2. num. 24. Addo, & eundem Phanuc. in tract. de Inuentar. par. 7. num. 27. fol. 225. Sarmient. ſelectar. Interpretation. lib. 2. cap. 7. num. 8. Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Hæres, concluſ. 58. num. 3. & 4. vbi alios refert, dicitque hanc doli præſumptionem orientem ex confectione inuentarij eſſe præſumptionem iuris, & de iure, habereque locum etiam ſi conſtet de non ſubtractione, verum de hoc vltimo dicto valde dubito, & pro nunc ſubſiſto; vide infra in verbo Iuramentum in litem, num. 1107. & ſeqq. vbi iterum dixi de hærede grauato non faciente inuentarium, & non exhibente res hæreditarias, numquid contra ipſum in litem iuretur, & quid ſi a Teſtatore ſibi remiſſa fuerit inuentarij confectio.

2 * Præmiſſæ autem ſententiæ affirmatiuæ ratio communiter a præallegatis Doctoribus affertur; quia ſcilicet inuentarium hæredis ab Imperatore adinuentum fuit, ne dum vt prouideretur hæredibus, ne cum timore illaqueandi ſe debitis hæreditarijs ab aditione hæreditatis ſe abſtinerent, ſed etiam vt legatarij, & creditores inuentario ſolemniter confecto à fraudibus & occultationibus bonorum ſecuriores redderentur, vt in §. ſancimus, in authen. de hæredib. & ſalcid. Bal. conſil. 265. in princip. lib. 4. & conſil. 323. eodem lib. 4. Alexand. conſil. 70. in princip. lib. 4. Signorol. conſil. 110. colum. fin. verſ. Præterea non ſequitur, Grat. reſponſo 88. num. 16. lib. 2. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 147. num. 22. prout hos omnes refert & ſequitur, & bene aduertit Roland. in tract. de Inuentario par. 1. quæſt. 5. num. 1. Phanuc. in eodem tract. de Inuentario in præfatione num. 5. & 6. Vbi propterea reprælıendit Monticul. aſſerentem inuentarij legem fauore tantum hæredis eſſe introductam, quod & idem ſcripſit par. 7. num. 27. quibus addo Cardin. Tuſch. practic. concluſion. in verbo Hæres, concluſ. 58. num. 3. & 4. Vnde ſequitur ſecundum præallegatos omnes Doctores, quod dum hæres inuentarium non confecit, præſumatur hæreditarias res ſurripuiſſe, & occultaſſe, & conſequenter ex hac ratione contra ipſum detur iuramentum in litem.

3 Pro contraria ſententia allegatur Cuman. conſil. 30. & Fulgoſ. conſil. 82. (Qui ni fallor non loquuntur in hærede non faciente inuentarium, ſed in hærede hæredis, qui hæres inuentarium confecit, licet primus hæres, cui ſucceſſit, illud non confecerit) & facit quod ſubtiliter conſiderauit idem Phanuc. in tract. de Inuentario par. 7. num. 67. & ſeq. fol. mihi 243. dum dixit iure non ſubſiſtere, quod hæres non conficiens inuentarium, præſumatur in dolo. Cum vere lex in dict. §. ſancimus, non præſumat ex non confectione inuentarij bonorum ſubtractionem, ſed bene, vt aduertit Bald. in conſil. 382. num. 19. verſ. Item fallitus, lib. 5. Et Fernand. Vaſq. in tract. de ſucceſſion. creaturæ, lib. 1. §. 1. num. 26. formam faciendi inuentarij inſtituit ex eo, quod poteſt euenire, vt occultentur, & ſubtrahantur bona, & ſic Imperator conſiderauit ibidem poſſibilitatem ipſam, quod ſcilicet hæres ſubtrahere potuerit, licet non ſubtraxerit, non autem aliquam præſumptionem, quod ſcilicet ſubtraxiſſe præſumatur, ergo ceſſante dolo, & doli præſumptione, ceſſare etiam debet iuramentum in litem, prout nec etiam diſſentire videtur Monticul. de Inuentar. fol. 13. num. 46. Vbi præſertim quando hæres eſt vir probus, nobilis ſeu Religioſus, & in Antiphanuccio num. 28. fol. 274. vbi etiam loquitur in hærede probatæ fidei, illæſeq. exiſtimationis.

4 Et ex hac eadem ratione idem Phanuc, ibidem reprobat Bald. Iaſ. & Monticul. in locis per eum relatis, dicentes hæredem non conficientem inuentarium, non gaudere beneficio ceſſionis bonorum, cuius contrarium verius credit ex eo, quod pœnas, quas Imperator hæredi inuentarium non facienti impoſuit, non debeamus ex noſtro capite augere, & multiplicare; & ex eo etiam, quia non dicitur in dolo, qui lege permittente aliquod facit, prout permiſſum eſt hæredi, ſecundum iura antiqua hæreditatem ſine inuentario adire, l. final. §. ſin autem hoc, C. de iure deliberandi, §. ſed noſtra, inſtitut. de * hæred. qualit. & differen. Et quidem, vt communiter receptum eſt hæres, non tenetur præcisè facere inuentarium, ſed cauſatiuè quatenus, ſcilicet, nolit creditoribus, & legatarijs teneri vltra vires hæreditarias, quod eſt propria pœna hæredis inuentarium non conficientis.

5 Quid dicendum prima opinio mihi videtur ma*gis communiter recepta. Secunda autem iuri forſan magis conſona, ſed vtcumque ſit, hæc diſputatio quodammodo videtur inutilis. Nam ſi vt omnes admittunt, & iura ſunt aperta, hæres non conficiendo inuentarium tenetur creditoribus, & legatarijs,

vel

vel ſaltim equè vtilis, ac iuramenti in litem delatio.

6 HAERES non conficiendo inuentarium ſi grauatus ſit fideicommiſſo vniuerſali, numquid amittat Trebelleianicam, ſicut amittit Falcidiam. Nam quod falcidiam amittat nulla eſt dubitatio, vt in §. ſi vero abſunt, & §. ſi vero non fecerint, in auth. de hæredib. & falcid. Doct. communiter in authen. ſed cum Teſtator, C. ad l. falcid. Dec. conſil. 480. num. 16. & conſil. 495. colum. final. Soccin. iun. conſil. 19. num. 2. lib. 5. Mattheſ. ſingul. 157. incipiente Nota quod hæies, cum alijs per Roland. conſil. 5. num. 33. lib. 4. vbi teſtatur de magis communi opinione, Benincaſ. de Paupertate, quæſt. 9. in 10. ſpeciali in vltim. volunt. num. 5. Monticul. de inuent. fol. 104. num. 182. Peregr. de Iure fiſci lib. 2. tit. 10. num. 14. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Hæres, concl. 58. num. 18.

7 Eſt inter Doctores admodum controuerſa quæſtio, vt pręſertim videri poteſt ex traditis in ſintagm. commun. opin. par. 3. rubr. de Hæredibus cap. 6. per tot. poſt hæc ſcripta à me viſum, vbi ponit plures Doctores hinc inde contrarium dicentes, & eorum plures de cõmuni, & magis communi teſtantes. Nam partem affirmatiuam poſt alios plures, quos allegant Concordantes tenuerunt Anton. Corſett. in tract. de Trebellianic. colum. penultima & final. vbi de magis communi, maxime quando contrà Grauatum militaret aliqua fraudis ſuſpicio, vt ibi per eum Grat. reſponſ. 12. num. 18. lib. 2. & reſponſ. 88. & reſponſ. 77. num. 4. & reſponſ. 160. num. 6. vbi de communi eodem lib. 2. Pariſ. conſil. 17. num. 34. lib. 3. vbi reprobat Aymon. contrarium tenentem in conſil. 17. Matthæſilan. ſingular. 157. incip. Nota quod Hæres, Gabriel. lib. 4. ad Trebellian. concluſ. 10. num. 2. vbi licèt num. 1. dixerit in hoc articulo vix diſcerni poſſe, quænàm ſit magis communis opinio. Attamen num. 4. affirmat hodie ſibi videri, hanc eſſe magis communem, prout, & de magis communi teſtantes, alios plures refert Doctores. Couarruu. de Teſtamentis in cap. Rainutius, §. 11. num. 10. vbi contrarium tenentibus relatis, & reprobatis teſtatur de veriori, & magis recepta Doctor. ſententia, Villalob. in commun. opin. littera H. num. 12. & littera T. num. 79. vbi etiam de magis communi, Phanuc. de in litem iurando, par. 2. num. 25. fol. 61. vbi, & ipſe hanc teſtatur eſſe communiorem ſententiam, & pro ea alios refert concordantes Iacob. Emilia. conſil. 14. num. 2. & ſeqq. vbi relatis Doctorib. hinc inde contrarium tenentibus, hanc pariter teſtatur magis communem, præſertim quando teſtator eſſet Doctor, vel miles, Herculan. in tract. de negatiua, num. 96. verſ. Quinta concluſio, Viu. opin. 357. vbi de magis vera, & communi ſententia, Franc. Turzan. opin. 19. vbi pariter de magis communi, Menoch. de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 2. num. 74. vbi de veriori, & crebriori Doctor. ſententia, teſte Ruyno in pluribus conſilijs ibi per eum allegatis, Mandoſ. in addition. ad Roman. conſil. 276. in fine in verbo Trebellianica, Addo pro hac eadem ſententia relatos per Monticul. in tract. de Inuentario, fol. 105. in verſ. Decius vero, & in fol. 106. in princip. verſ. Prima eſt, & verſ. Secundo caſu, vbi de communi, & per Fab. Turrett. conſil. 100. num. 132. & ſeqq. vſque ad num. 142. vbi etiam pro hac opinione referuntur quinque rationes, quas nec ipſe ſequitur lib. 2. Addo demum Oſaſc. deciſ. Pedemont. 147. per tot. vbi latiſſimè præter omnes alios hanc quæſtionem diſputat referendo authoritates, & rationes pro vna, & altera opinione antiquorum, & recentiorum Doctorum, & tandem num. 27. aſſerit Senatum Pedemontanum hanc affirmatiuam ſententiã vti magis Communem, & veriorem amplexum eſſe relati per Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Hæres concluſ. 58. num. 10. & in verbo Tra bellianica, concluſ. 389. num. 2. & per Michael Graſſ. in tract. de ſucceſſione in §. Trebellianica, quæſt. 7. in verſ. Affirmatiuam ſententiam relati per Rolan. qui tamen eos non ſequitur in tractat. de Inuent. par. 5. & vltim. in quæſt. incip. quia in præcedenti quæſtion. poſt num. 18. verſ. Vltimò hanc partem tenuerunt.

8 Contrariam, & negatiuam ſententiam, quod imo hæres grauatus fideicommiſſario vniuerſali, hæreditatem reſtitue:e non amittat Trebellianicam, ob non confectionem inuentarij tenuerunt alij quam plures Doctores relati per Couarruu. Gabriell. Iacob. Emilian. Mandoſ. & Montic. in locis vbi ſupra pro affirmatiua opinione allegatis qui, & pariter de Communi, & magis communi teſtantur. Quibus addo, ſic de communi teſtantes Firman. in Repertor. in verbo Hæres non conficiens inuentarium, num. 4. Aym. conſ. 17. vbi diffusè examinat articulum, refertquè omnes tenentes pro, & contra, ac demum adhæret huic negatiue opinioni rationibus ibi per eum adductis Miſinger. obſeru. 60. centur. 3. Roland. conſ. 27. per tot. lib. 1. vbi referendo rationes, & auctoritates hinc inde conrrarias hanc negatiuam opinionem vti magis communem, magis equam, magis piam, & magis conſuetudine approbatam amplectitur, & conſil. 5. num. 33. lib. 4. vbi idem teſtatur, & latius in tract. de inuent. p. 5. & vltim. in quæſt. incip. Quia in præcedenti quæſtione per tot. vbi de veriori, & magis communi ſententia teſtatur. Plures refert concordantes, & contrarijs reſpondet Monticul. de inuent. fol. 105. num. 186. verſ. Adde, quod Iaſon, vbi pariter de communi, & ab ea in conſulendo, & iudicando non recedendum, & fol. 106. verſic. Alia eſt opinio, Sarmien. ſelectar. interpretation. lib. 2. cap. 7. num. 8. vbi tamen ſubdit quod fideicommiſſario datur iuramentum in litem ſuper quantitare bonorum fideicommiſſariorum, de quo dixi ſupra num. 1. & ſeqq. Fab. Turret. qui innumeros ferè refert concordantes d. conſ. 100. num. 142. & ſeqq. vſque ad num. 175. vbi hanc negatiuam ſententiam hodie teſtatur magis communẽ, latè eam comprobat, & reſpondet contrarijs Hyppol. Rimin. inſtit. de donation. in princip. num. 1497.

& ſeqq.pluribus relati per Car.Tuſc.pract. concl. in
ver.Hæres concl.58.n.11. & in verbo Trebellianica
concluſ.389.num.1.Addo pro hac eadem negatiua
ſententia Michael Graſſ.de ſucceſſione in §. Trebel-
lianica quæſt. 7. vbi relatis, & reprobatis contra-
rium tenentibus reprobat in ſpecie Oſaſch. aſſeren-
tem in d. deciſ. 147. affirmatiuam ſententiam eſſe
* magis communem, teſtaturquè hodie hanc negati-
uam opinionem eſſe magis communem, æquiorem,
& benigniorem, & apud eum in Camera Imperiali
ſeruatam.

9 In hac Doctorum contrarietate, quæ non modica
eſt, dantur pro concordia plures diſtinctiones, quas
refert Oſaſcus d.deciſ.Pedem.147. num.26. & ſeq.
& latius Card. Tuſch.controuerſ.iuris in verbo Hæ-
res concl.58.num.12.& 13. & in verbo Trebelliani-
ca concluſ.389.num.3.& ſeqq. Cyn. enim in d. Au-
then.ſed cum teſtator, C.ad l.falcid.diſtinguit, quod
aut Hæres grauatus coactus fuit a fideicommiſſario
adire hæreditatem, & tunc non conficiendo inuen-
tarium non amittit Trebellianicam, quia omnia re-
ſtituit, & nihil ſibi retinet, l. 1. ff.ad Trebellian. Aut
ſpontè adiuit hæreditatem, & tunc iterum diſtingue,
quod ſi hæreditas veniebat reſtituenda ſtatim, &
tunc hæres non conficiendo inuentarium, quod con-
ficere non tenetur, non amittit Trebellianicam, ſecus
ſi hæreditas reſtituenda eſt non ſtatim, ſed ex inter-
uallo, tunc enim, & tenetur facere inuentarium, &
non conficiendo Trebellianicam amittit, & hanc Cy
ni diſtinctionem multum æquam dixit Aufrerius ad
Capell. Toloſan. deciſ. 314. Quam tamen reprobat
Bal.in conſ.99. lib. 4. dicens hanc diſtinctionem eſſe
ſecundum æquitatem proprij capitis, & non ſecundũ
æquitatem iuribus conſentaneam, & propterea ipſe
Bald. eo loci aliam affert diſtinctionem de tempore
quo hæres grauatus reſtituit hæreditatem. An ſcili-
cet poſt tempus inuentarij, vel ante, vt primo caſu hæ
res non faciendo inuentarium, Trebellianicam amit-
tat, niſi qualitas, & ſimplicitas perſonæ ipſum excu-
ſet, ſecundo autem caſu non. Et tamen adhuc idem
Bald.hanc ſuam diſtinctionem non probat, quoniam
inquit homo debet ſequi æquitatem legis, non au-
tem ſui proprij capitis.

10 Et ad id quod dixit Bald.in d.conſ.99. lib.4. Per-
ſonæ ſimplicitatem excuſare hęredem a confectione
inuentarij vide quæ dixi in meis quæſtionibus ciuili-
bus iudiciarijs quæſt. ... vbi late pertractaui, an, &
quando iudicis ignorantia excuſet mulierem, mino-
rem, ruſticum, & militem, & vide etiam ſcripta per
Card.Tuſch.controuerſ.iuris in verbo Hæres concl.
58.num.15.26.& ſeqq. & num. 44. & quidem ſicut
quod perſonæ prædictæ non excuſentur a non con-
fectione inuentarij videtur de mente eiuſdem Oſaſc.
dict.num.27. ita, & generaliter nec imperitiam, nec
ſimplicitatem excuſare a non obſeruatione formæ a
iure præſcriptæ in confectione inuentarij (& ſic mul-
tò minus a non confectione illius voluerunt Bar.cõſ.
154.n.2.Tiraq.de retrac.conuent.§.4.gl.7.n.16.ad
med.Natt.conſ.575.n.22.lib.3.quos in propoſito re
fert, & ſequitur Rot.diuer.cor.Cantuccio, p.2. deciſ.
72.nu.16.vide inf.in verſ.Iuramentum in litẽ n. ...

11 HAERES grauatus fideicommiſſario hæredi-
tatem reſtituere ſi fuerit teſtatoris filius, & inuenta-
rium non conficiat adhuc amittit Trebellianicam
ſecundum primam opinionem, de qua ſupra num. 8.
ſecundum communem, de qua alijs relatis teſtatur
Gabriell.ad Trebellian. lib.4. d. concluſ.10.num.4.
verſ.Contrarium, Villalob. in communes opiniones
* littera F, num.66. vbi etiam de magis communi, Viu.
* in communes opiniones, d.opinion.357.num.5.verſ.
Retenta itaque prima parte, vbi, & alios refert de
* communi, & magis communi Doctorum ſententia
teſtantes Couarruu.de teſtamentis, in d.cap.Raynu-
tius, §.11.num.10.verſ.Quinimò a liberis primi gra-
dus, Mandoſ.cum alleg.per eum in addition.ad Ro-
man.d.conſ.276.in fine verſ. Trebellianica in fine
additionis Thob.Non. conſ.44.num.3.& ſeq.Relati
per Fabium Turrettum, conſ.100.num.175.lib.2. &
conſ.81.num.19.lib.1. Honded.conſil.59.num.42.
lib. 1.apud quos alios plures reperies concordantes,
* teſtantes de veriori, & magis communi opinione, &
loquuntur in caſu, in quo Trebellianica expreſsè eſt
prohibita per teſtatorem, & in hanc partem vti verio
rem, & magis receptari inclinauit Oſaſcus dict.deciſ.
Pedemont. 147. poſt num. 27. verſ. Qua propter li-
cèt, vt mox dicam ſenatus ille contrarium exiſtima-
uerit relati in ſintagm.commun.opin. p.3.rubr. de
hæredibus cap.6.verſ.Primo, & ſecundo, & in verſ.
Filius grauatus.

12 Contrarium quod filij tam primi, quam vlterio-
ris gradus Trebellianicam non amittant, ſi grauati
hæreditatem reſtituere fideicommiſſario inuentariũ
* non conſecerint communem, & magis communem
teſtantes ſententiam ſequuti ſunt relati per eundem
Villalob.in commun.opin. littera T, num. 80. Mon-
tic.de inuent.fol.106.num.188.Burſatt.conſ.44.nu.
19.lib. 1. vbi latiſſimè hanc defendit opinionem, &
plures refert concordantes de communiori, & ſerua-
ta opinione teſtantes, pro qua addo etiam Fabium
Turrett.d.conſ.100.num.176.& ſeqq.lib.2.& conſ.
77.num.40.lib.1. Aldobrand. conſ. 10. num. 24. &
conſ.13.num.16.vbi innumeris ferè relatis concor-
dantibus hanc ſententiam dixit veriorem, commu-
niorem, æquiorem, & magis ſeruatam, quod, & idem
teſtatur ſenatus Pedemontan. Teſte Oſaſch. in loco
præallegato, & pariter Doct.pręfati loquuntur etiam
concurrente teſtatoris expreſſa prohibitione detra-
ctionis Trebellianicæ, de qua etiam aliquid per Ga-
briel.vbi ſupra d.concluſ.10.limit.2.num.6. & hanc
eandem contrariam ſententiam alias amplexa fuit
Rota coram Ludouiſio in vna Montis Faliſci fid. 16.
Iunij 1606.

13 HAERES grauatus reſtituere hæreditatem fi-
deicommiſſario, ſi fuerit filius teſtatoris quamuis ob
non confectionem inuentarij, Trebellianicam amit-
tat ſecundam vnam opinionem.de qua ſupra dixi, ma

gis

giſ tamen communiter receptum eſt, quod non amittet legitimam, & in hoc communiter Doctor. conuenire alijs relatis teſtatur Viu. d. opinion. 357. num. 6. Villalob. in commun. opin. littera F, num. 94. & num. 107. Burſatt. conſ. 44. poſt num. 19. lib. 1. cum alijs pluribus relatis per Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo legitima, concluſ. 213: num. primo, & ſeqq. & in verbo Hæres, concluſ. 58. num. 8. quibus addo etiam Michael. Craſſ. in tract. de ſucceſſ. in §. Trebellianica quæſt. 7. num. 2. Rol. in tract. de inuent. par. 5. & vltima in quæſt. incip. Dubitatio oritur vbi relatis hinc inde contrarium tenentibus, & rationibus pro vna, & altera parte facientibus hanc
* teſtatur veriorem, & magiscommunem Doctor. ſententiam, & contrarijs reſpondet. Quicquid ſecus in puncto iuris ſubtiliter diſputando defendere conetur Sarmient. ſelect. interpret. lib. 2. cap. 7. num. 1. & ſeqq. Prout, & contrarium voluiſſe, Oldrad. & Corn. in locis per eum relatis refert Card. Tuſch. vbi ſupra d. concluſ. 213. num. 3. & in verbo Hæres concluſ. 58. num. 7.

14 Verùm vide in propoſito Montic. in tractat. de inuent. fol. 104. num. 183. & ſeqq. vbi facit hanc diſtinctionem videlicet quando quæris an filius ob non confectionem inuentarij amittat legitimam diſtinguas inquam, aut reſpectu creditorum, aut reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis, aut legatariorum, ſi intelligis reſpectu creditorum, tunc ob non confectionem inuentarij filius amittit legitimam, quia legitima debetur deducto ære alieno, & ideo etiam quod feciſſet inuentarium non detrahit legitimam in præiudicium creditorum, vt ibi in num. 183. Si vero intelligis reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis, & tunc ob non confectionem inuentarij filius non priuatur legitima ſecundum magis communem, de qua ibidem num. 185. Si verò intelligis reſpectu legatariorum tunc an filius ob non confectionem inuentarij amittat legitimam, tres fuerunt opiniones; Prima fuit opinio, quod amittatur, de qua ibidem d. n. 183. Secũda fuit opinio quod non amittatur, & hæc eſt communis, vt ibid. nu. 184. Tertia fuit opinio quod in foro Cæſaris amittatur legitima, ſecus ſi in foro animæ, vt ibidẽ dict. num. 184. Retenta ſecunda opinione tanquam communi, eam limita procedere dummodo hæres probet non plus fuiſſe in bonis, quam ipſa aſſerat, alias ſi hoc non probet amittat legitimã vt dicto nu. 184. verſ. Quapropter, ſed hæc limitatio videtur contra
* communem mentem Doctor. quos retuli ſupra in antecedenti numero licet cum ea pertranſeat etiam Sarmien. vbi ſupra allegatus num. 3. in fine, & num. 6. ad med. verſ. Nam filius, & rurſus ad materiam propoſitæ concluſionis vide plures declarationes poſitas per Card. Tuſc. in d. verbo Legitima eadem concluſ. 213. num. 4. & omnibus ſeqq. vbi ponit plures declarationes, & in verbo Hæres concluſ. 58. num. nono.

ARGVMENTVM.

HAERES omittens in inuentario ſcribere aliquas res hæreditarias, quas pœnas incurrat, & quis probare debeat non omnes res hæreditarias fuiſſe in inuentario deſcriptas.

SVMMARIVM.

Inuentarium hæredis habet præſumptionem pro ſe, quod in hæreditate non fuerint reperta alia bona, quam deſcripta in eo num. 15.

Hæredi datur iuramentum purgationis, quod in hæreditate non fuerint reperta alia bona, quam deſcripta in inuentario, num. 16.

Hæres ſi non deſcripſit in inuentario omnia hæreditaria bona præſumitur doloſus, & vltra deſcripta alia ſurripuiſſe, & occultaſſe, num. 17.

Hæres inuentarium non conficiens, vel non omnia bona in eo deſcribens poteſt probare quæ bona fuerint in hæreditate relicta. num. 18.

Inuentarium hæredis non eſt nullum ex eo quod omnia bona hæreditaria in eo non fuerint deſcripta, num. 19.

Hæres dolo, & ſcienter omittẽs ſcribere omnia bona hæreditaria in inuentario tenetur ad duplum; nu. 20.

Hæres omittens in inuentario deſcribere omnia bona hæreditaria, tenetur inſolidum vltra vires hæreditarias creditoribus, & legatariis, num. 21.

Contra num. 22.

Diſtingue, vt num. 23.

Hæres omittens ſcribere in inuentario omnia bona hæreditaria ignoranter nullam incurrit pœnam, & in dubio præſumitur ignorantia, num. 23. in fine.

Hæredis proteſtatio facta in inuentario ad effectum, vt pœnã non incurrat ex omiſſione deſcriptionis in inuentario omnium bonorum hæreditariorum, nu. 24.

Hæres omittens deſcribere aliquas res hæreditarias in inuentario amiſit falcidiam, & Trebellianicam, num. 25.

15 HAERES omittens facere Inuentarium nunquid præſumatur in dolo, hæreditariaq; bona ſurripuiſſe, dixi ſupra. Sequitur videre quid ſi inuentarium confecit; ſed non omnia hęreditaria bona in eo reſcripſit, nunquid præmiſſa doli, & ſubreptionis præſumptio contra ipſum vrget. Qua in re præmittendum eſt, quod confecto per hæredem inuentario præſumptio eſt pro hęrede, quod in eo deſcripſerit omnia bona hæreditaria, & hæc præſumptio transfert onus probandi contrariũ in aduerſarium l. final. §. licentia C. de iure deliberandi vbi Bart. & alij, gloſ. in l. Cum de l. ff. de probation. Alciat de præſumptio. reg. 3. præſumptio. 20. nu. 1. & ſeq. cum allegatis per eum, & per Gabriel. de probar. lib. 1. concluſ. 7. n. 12. Aym. conſ. 226. nu. 12. vbi teſta

ſtatur de Communi Doctorum ſententia Herculan. in tract.de negatiu. nu.256. vbi etiam de communi. Maſcard.de probation.lib.2. concluſ. 1003. nu. 30. Montic.de Inuent.fol.10.a tergo regul.5. & fol. 12. nu.44.& ſeq.vbi de communi,ibique dixit,quod talis præſumptio proderit ne dum hæredi contra alios ſed etiam alijs contra heredem, vt in exemplo per eũ relato,& fol.17.nu.5.in fine, & fol.65.n.16.& ſeqq. Vbi etiam quod talis præſumptio habebit locum ſiuè Hæres ſit actor,ſiuè Reus, licet aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint, & fol.149.n.147.ſecundum paruam inpreſſionem, Pacian. de probat.lib. 1. ca.46.nu.40.vbi alios plures pro hac eadem ſententia refert Concordantes, & nu.24.& pluribus ſeqq. vbi etiam circumſcripto inuentario latè diſputat nũ quid negatiua hæredis dicentis in bonis defuncti nõ eſſe niſi talia,& talia bona,probetur eo ipſo, quod nõ probetur contrarium, de quo etiam latè per Gabr. vbi ſupra d.concluſ. 7.

16 Bene verũ eſt quod ſi Crediroribus legatarijs vel fideicõmiſſarijs deficiant probationes,quod ſcilicet hæres nu.omnia bona in inuentario deſcripſerit, poterit ipſe hæres cogi ad preſtandum iuramẽtum purgationis, vt in l.final.§.licentiam,vbi gloſ.& commu niter Doctor.omnes C.de iure deliberand.& hoc iuramentum ſecundum gloſ.& Caſtrenſ.ibidem eſt de propria conſcientia, & eſt ſpecialis caſus cum regulariter ſecundùm Alex.& alios non requiratur,quia actore non probante, Reus abſoluendus eſt, etiamſi nihil præſtiterit Roland.de Inuent.part.4.quæſt.vlt. nu.1.& ſeqq.vbi hac ſumpta occaſione, aliquos ponit caſus in quibus hoc purgationis iuramentum deſertur.

17 HAERES itaq; ſi in inuentario non deſcripſit omnia hæreditaria bona,tunc preſumitur doloſus,& vltra non deſcripta alia ſurripuiſſe, & occultaſſe præſumitur ſecundum Roland.in Tract.de Inuen. 1.par. 3.quæſt. incipiente Omittendum quoquè non eſt, num. 4. vbi generaliter dixit quod paria ſunt inuentarium non facere, vel facere,& nõ omnes res ponere, vel obſcurè ponere,itaquod de earum prętio non conſtet, & pro omnibus his in litem iuratur; ſicut ſi nullum confectum fuiſſet inuentarium ſecundum Gugliem. Mayner. quem allegat in l. quo tutela,nu. 59.ff.de reg. iur. Quod, & idem ſcripſit idem Rolan. vbi ſupra par.vlt.in quæſt.nunquid iurari poſſit in litem nu.2.ex Bar.Ruin. Fulgoſ.& Soccin.in locis per eum relatis Montic. de Inuent. fol. mihi 78. a tergo num. 18. verſ. fallit ſi rem vnam,ſecundum impreſſ. in 4. folio.

18 Benè etiam verum eſt,quod licèt hæres non conficiens inuentarium vel illud conficiens,& non omnia bona in eo deſcribens, habeat contra ſe præſumptionem, quod plura alia in hæreditate relicta fuerint bona quam ea,quę ipſe aſſerit,aut deſcripſit.Nõ tamen prohibetur probare contrarium, quod ſcilicet quod alia non fuerint relicta hæreditaria bona,niſi ea,quæ ipſe aſſeruit aut deſcripſit,& hoc vel per cõfeſſionem aduerſæ partis vel per notorietatem facti Roman.conſ.350.nu.19.Felin.in c.Quanto,nu.5.de præſumptionibus Alex.in l.in ratione 3.quod vulgo, num.13.ff.ad.l.Falcid.quos ſic dicentes refert,& ſequitur Car.Tuſc.pract. concl. in verbo Hæres concl. 58.num. 5.

19 Prout etiam verum eſt, quod etſi hęres preſumatur doloſus non deſcribendo omnia bona hæreditaria in inuentario non tamen per hoc inuentarium eſt nullum ſecundum magis Communem Doctorum ſententiam de qua teſtatur Iaſ.in l.fin.§. licentia ante finem,C. de iure deliberandi,Bellon. conſ. 30. in caſu propoſito nu.6.cum alijs per Benincaſ.in Tract. de paupertate quæſt.9.in 10. ſpeciali vltimarum voluntatum nu.32.Viu.qui alios plures refert Concordantes, & etiam teſtatur de communi opin. 351.nu. 8.Quicquid ſecus voluiſſe videantur Bal. & Ang.in Auth.ſed cum Teſtator C. ad leg. Falcid. proùt illos refert, ſed non ſequitur Monticul.de Inuent.fol. mihi 78.a tergo nu.18.in fine ſecundum impreſſionem in 4.folio.

20 HAERES autem dolo, & ſcienter omittens in inuentario ſcribere bona hæreditaria, ad quid teneatur, & quam pœnam incurrat.Dic quod tenetur ad duplum eius quod omiſit l.final.§.licentia, & ibi notant omnes C. de iure deliberandi, Monticul. de inuentar. ad eandem l.fin.nu.228.& ſeq.in Verbo Induplum fol.mihi 221.Secundum impreſſionem Venetam de anno 1574. in fol.4. Viu.opin. 351.nu. 8. Vbi alijs pluribus relatis concordantibus teſtatur de communi & ampliat etiã quod hęres omiſiſſet deſcribere aliquam rem hæreditariam quantumuis minimam. Villalob.in comm.opin. in verbo Teſtator nu. 81.Vbi etiam de communi ex Alex. & Bellon. in locis per eum relatis Benincaſ. de paupertat. quæſt. 9. in x.ſpeciali vltim.volun. nu. 31. Vbi & ipſe teſtatur de communi.

21 Immò quod hæres omittens in inuentario deſcribere aliquas res hæreditarias teneatur inſolidum, & vltra vires hæreditarias ſcripſerunt.Bar. poſt Din.& Iacob. Beluiſ. in l. reſcriptum ff. de Indignis, & in l. Paulus ff.ad l.Falcid.& in l. Beneficio,ff.eodem,Bal. in l.fi.§.Cum igitur nu.8.C.de iure deliber. Guidop. in Tract. de Inuent.nu.5.& 6.vbi hanc contrariam ſententiam declarat procedere quando Hæres ſcienter,& doloſè omiſit deſcribere res hæreditarias non parui momenti ſecundum Speculator. in tit. de Inſtrum.editione §.Dicto de Impugnatione verſ. ſed ſi omnia,Abb. conſ.73.num. 6.& ſeqq.lib. 2.Soccin. Iun.conſ.108.nu.43.lib.2.Grat.reſponſ.25.part.2. Herculan. de negatiua nu. 96. verſ. & generaliter & in verſ. ſexta concluſio, quorum opinio ea fundatur ratione quia ſcilicet cum inuentarium iſto caſu dicatur fraude confectum, & vitioſum, & ob id hæredi prodeſſe non debeat, idcirco illius beneficio non gaudeat.

22 Contrariũ, & verius,quod imò hæres etiam ſcienter, & doloſè omittens aliquam rem hæreditariam de-

deſcribere in inuentario non teneatur vltra vires hæreditarias nec inſolidum ſed tantum ad duplum vt in d.§. licentia verſ. Illo videlicet C. de iure deliber. cuius quidem text. deciſioni ſtandum omnino videtur cum correctus nõ reperiatur,ſcripſit idem Bar.in d.l.fin.§.licentia eodem verſ.Illo, & cum Bart. tranſeunt ibi Paul.de Caſtr.Alex. Salicet. & Fulgoſ. idẽ Bart.conſ.154.nu.7.& 8.Franc.de Pouellin.in tract. de Inuent.quæſt.6.nu.6.Ang. Imol. & Caſtr. in d. l. Paulus ff.ad l.Falcid. idem Herculan.de negatiua d.
* nu.96. verſ. Quinta concluſio, Villalob. in commun. opin.in verbo Hæres nu. 8. vbi teſtatur de communi ex Iaſon.quem allegat in d.l. final.§. licentia num.4. C.de Iur.deliber.Natt.conſ.574.num.12.& 13.vbi tamen declarat (declarationem ibi videas) lib.3.Peregrin.de iure Fiſci lib.2.tit.10. n.15.vbi teſtatur de
* magis communi, & eam declarat procedere quoad Creditores, & legatarios, ſecus quoad de tractat. Falc. & Trebellianicæ, quod & idem voluit Hercul. vbi ſupra num.96. eodem verſ. Quinta Concluſio.

23. In hac contrarietate ſunt, qui diſtinguũt primam opinionem procedere quando hęres omiſit ſcribere in inuentario aliquas res hæreditarias dolo, fraude, & ſcienter illas occultando,cum tunc videatur amittere beneficium Inuentarij, & conſequenter teneri vltra vires hęreditarias,ſecundam autem procedere, ceſſante dolo,& fraude,vt per Natt.in conſ.574.nu. 13. verſ. 3.dici poteſt (quo tamen non ſe firmat) & ab hac diſtinctione diſcedere non videtur,Herculan. vbi ſupra dicto num. 96.ſub ſexta cõncluſione verſ. Cuius opinio, & n.258.vbi pariter dixit eãdẽ primã ſententiam procedere,quando conſtat de omiſſione facta ab hærede ipſius dolo,aut fraude, vel quando ſumus in dubio,ſecus quando conſtat de illius ignorantia,tunc enim quod hęres ex huiuſmodi omiſſione, nullam pœnam incurrat,ſcripſit idem Herculan. d.n.96.verſ. Secunda concluſio,poſt Bal.& Paul.de Caſtr. quos allegat in l. fin. §. cum igitur, C. de iur. deliber. Et amplius ſubdit in verſ.Quarta concluſio, quod in dubio hæres non præſumitur dolo amiſiſſe ex Iaſon.in d.§. licentia in fine,licet contrarium voluerit Abb.in conſ.63. circa principium ſecundi du bij lib. 2.& Corn.in d. §. licentia,relat.per Natt. d. conſ.574.nu.13.poſt verſ.Tertio dici poteſt.

24 Quare ad effugiendas has contrarias Doctorum ſententias circa doli præſumptionem cautela eſt ſecũndum Bal.Paul.de Caſtr.& alios in d.l.fin.§.Cum igitur C.de iur. deliber.datur cautela quod hæres in fine inuentarij proteſtetur ſe non inueniſſe in hæreditate alias res quã deſcriptas in inuentario,& quod ſi in futurum alias res inueniet,paratus eſt illas deſcribere, & hanc cautelam tradiderunt etiam Dec. in conſ.633.nu.11.cum alijs relatis per Herculan. vbi ſupra d.nu.96.poſt 2.concluſionem, & nu.258. Beninc.de paupertate quęſt.9.in 10. ſpeciali quęſt. 9.vltim.volunt.num.34. Rolan.conſ.73.nu. 27. lib. 2.Montic.de inuent.fol.54.nu. 52.& 55. ſecundum paruam impreſſionem.

HAERES ſic vt ſupra omittens deſcribere aliquas res in inuẽtario abſque dubio amittit Falcidiã & Trebellianicam ſecundum Bar.in l.Beneficio ff.ad l.Falc.& in l.reſcriptum ff.de his quibus, vt indignis Alex.in l.fin.§.licentia nu.4.& ibi etiam Iaſ.nu.3.C. de iure deliber. qui teſtantur de communi, de qua etiam teſtantur Grat.conſ.17. in fin. lib. 2. Bellon. conſ.30.num.6.Herculan.de negatiua num.96.ver. Tertia Concluſio, & verſ.Quinta cõcluſio, Gabriel. rub.ad Trebell.li.4.concl.10.n.3.verſ. Amplia hanc vltimam opinionem, Viu.opin.351.n.8.Peregrin. de iur.Fiſci li.2.tit.10.nu.15.verſ.mihi quidem, & Villalob.in common.opin.verbo Teſtator nu.81.

ARGVMENTVM.

IDENTITAS rei, an præſumatur potius quam pluralitas,quomodo probetur,an ſufficiant coniectura, & quæ.

SVMMARIVM.

Identitas rerum perſonarum, & factorum, an præſumatur quis, & quomodo eam probare debeat, & generaliter de materia remiſſiue, num. 1.

Teſtes deponentes ſuper identitate rei perſonarum, aut factorum, quando concludenter probare dicantur, num. 2.

Identitas rei probatur coniecturis, num. 3. *contra, num.* 4.

Identitatis, ſeu pluralitatis rerum, plures coniecturæ, num. 5.

Identitas rei non præſumitur, ſed pluralitas, num. 6. *& 7. contra,num.*8. *Reſolue, vt num.* 9.

Identitatem rei allegans, ſeu etiam pluralitatem rerum, probare debet, num. 7. *& num.*9.

1 IDENTITAS rerum,perſonarum, & factorum, an præſumatur quis, & quomodo eã probare debeat, & generaliter de materia, de qua etiam in criminalibus quandoque diſputare contingit vltra ea, quæ hic ſcripta ſunt, ſi plura ſcire volueris, vide omnino Ayme. conſil. 198. per tot. in diſcurſu late per Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumption.15. per tot. & late etiam per Cardin. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Identitas, concluſ. 2. 3. & 4. & in verbo Pluralitas, concluſ. 368. & latius per Maſcard. de probat.lib. 3. concluſ. 1174.per totam.

2 Quomodo autem teſtes deponere debeant ad hoc, vt identitatem rei, ſeu perſonarum, aut factorum concludẽter probaſſe dicantur:Identitatem enim rerum, & bonorum probari poſſe per teſtes dubitandum non eſt, ſecundum Bart. in l. demonſtratio

ſtratio falſa, in princip. in vltimis verbis, ff. de cond. & demonſtr. Corn. conſil. 215. colum. 3. in fine, lib. 3. quos ſic dicentes refert & ſequitur Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Identitas concluſ. 4. num. 36. vide Alexand. conſil. 134. poſt num. 1. & ſeqq. lib. 2. vbi num. 6. & 7. inter alia ſcripſit, quod identitas non probatur per teſtes deponentes de credulitate, & auditu, Bald. conſ. 265. & 267. par. 2. Corn. conſ. 208. num. 7. lib. 4. Pariſ. conſ. 27. num. 27. lib. 2. & conſ. 119. num. 7. lib. 1. Nell. in tract. de Teſtibus, num. 190. vbi remiſſiuè Card. Tuſch. practic. concluſ. in d. verbo Identitas, concluſ. 3. num. 8. 9. & 10. vbi quod teſtès deponentes ſuper identitate rei debent reddere cauſam eorum ſcientiæ ex Alex. in dict. conſ. 134. & concluſ. 4. num. 17. & ſeqq. vbi pariter quod debent reddere rationem ſcientiæ, etiam non interrogata, & quod identitatem non probant deponendo de eorum arbitrio, & iudicio, & alia ad materiam.

3 IDENTITAS, rei probatur coniecturis, Iaſ. in §. ſequens inſtit. de action. Dec. conſ. 149. num. 14. Corn. conſ. 61, & conſ. 165. & conſ. 380. lib. 3. quorum dicta refert Card. Tuſch. pract. concluſion. in verbo Identitas, concluſ. 4. nu. 11. 25. & 26. Siluan. concl. 57. num. 24. Soccin. conſ. 86. num. 2. lib. 1. & conſ. 166. num. 1. lib. 2. Cæphal. conſ. 98. num. 20. lib. 1. Maſcard. de probation. lib. 2. concluſ. 874. nu. 6. vbi alios refert concordantes, & lib. 3. concluſ. 1174. num. 36. Vbi poſt Corn. in loco per eum relato ex circumſtantijs, & coniecturis pariter dixit, præſumi pluralitatem.

4 Contrarium, quod identitas rei non preſumptionibus, & coniecturis; ſed concludenter probari debeat voluerunt relati per Cardin. Tuſch. vbi ſupra d. concluſion. 4. num. 17. & num. 23. vbi ampliat, quod non ſolum identitas probari debet concludenter, ſed etiam concludenter peti, & deduci, & reddit rationem, quia ſcilicet in dubio rerum diuerſitas, & pluralitas præſumitur, quod infra dicam, ergo volens probare contra iuris præſumptionem grauiori probandi onere grauatur, & ſic debet concludenter probare. Niſi vt idem Cardin. Tuſch. ſubdit nu. 24. quando identitas non deduceretur, & probaretur concludenter ab actore culpa poſſeſſoris. Incertitudo enim proueniens ex parte, & culpa poſſeſſoris actori non nocet ex Bartol. & alijs ibi per eum allegatis.

5 Admiſſa prima opinione quod rerum, & factorum identitas probetur coniecturis, ſi ſcire volueris, quæ nam ſint iſtæ coniecturæ arguentes, ſeu excludentes identitatem vide Aymon. conſ. 198. num. 1. in fine, & num. 2. vbi dixit identitatis coniecturam ſumi ex identitate loci, temporis, perſonarum, & facti. Siluan. conſ. 57. num. 22. vbi pariter dixit, quod identitas inſtrumentorum præſumitur ex conuenientia eiuſdem cauſæ obligationis ex qualitate rei ex loco, & tempore, & nu. 36. vbi pariter dixit, quod in rebus, & actis identitas, ſeu pluralitas præſumitur ex his, quæ communiter accidere ſolent, de quo, & infra dicam Alex. conſ. 30. num. 7. lib. 7. Vbi etiam quod identitas probatur ex vnitate loci, & temporis Soccin. conſ. 129. num. 5. & 7. lib. 4. vbi inter alia, quod identitas præſumitur ex identitate loci, & perſonarum, Bald in l. edita, num. 118. C. de edendo quem ſequitur Ruin. conſ. 31. nu. 4. lib. 4. vbi dixit ex diuerſitate formæ actorum pluralitatem præſu- & è contra Soccin. in conſ. 24. num. 29. lib. 1. vbi pariter dixit, quod factorum diuerſitas arguitur ex diuerſitate temporis, & perſonarum, & è contra, ad quæ vide omnino, Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumption. 15. num. 4. & 5. & num. 14. & 22. vbi alios in idem refert concordantes Maſcard. de probation. lib. 3. concluſ. 1174. num. 36. & ſeqq. vbi plures ponit coniecturas, quibus præſumitur rerum, ſeu factorum identitas, ſeu pluralitas.

6 IDENTITAS autem rerum An præſumatur potius, quàm pluralitas, dic quod non identitas; ſed pluralitas rerum præſumitur Alex. conſ. 134. nu. 3. lib. 2. Siluan. cum alleg. per eum conſ. 57. num. 3. & 4. Aym. conſ. 112. num. 3. in fine, Felin. in cap. Auditis ſub num. 27. verſ. Nec obſtat, quod pluralitas. extra de præſcription. Natt. conſ. 80. in cauſa falconis, nu. 4. verſ. vlterius poſito, lib. 1. Afflict. deciſ. 23. Cappellani in princip. Roland. conſ. 46. num. 27. lib. 3. Cardin. Tuſch. cum alleg. per eum practicar. concl. in verbo Identitas, concluſ. 3. num. 1 & concluſ. 4. quarta, num. 23. in fine, Maſcard. etiam cum relatis per eum de probation. lib. 2. concluſ. 874. nu. 13. vbi tamen loquitur, quando vtraque pars de vna re ſolum articulos proponit, & alias vt ibi per eum Burſatt. conſ. 106. num. 13. lib. 1 Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 13. nu. 32. & ſeqq. relati per Maſcar. de probation. lib. 3. concluſ. 1174. ſub num. 19.

7 Et pro hac opinione facit alia concluſio, quod qui identitatem allegat, illam probare debet Alex. conſ. 134. nu. 2. lib. 2. Corn. conſ. 165. num. 4. lib. 3. Aym. conſ. 198. num. 4. Caphal. conſ. 250. num. 10. Rot. diuerſ. par. 3. deciſ. 682. nu. 6. & deciſ. 441. num. 1. & ſeqq. par. 1. Maſcar. cum allegat. per eum de probationibus, lib. 2. concluſ. 874. nu. 11. & ſeq. Card. Tuſc. qui alios refert practicar. concluſ. in verbo Identitas, concluſ. 2. num. 4. & ſeqq. vbi facit aliquas illationes, quas ibi per eum videas Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumption. 15. num. 25. & ſequen.

8 Contrarium, quod pluralitas rerum, vel factorum non præſumatur voluerunt Iacob. Butrig. & Bald. in l. final. in fine, C. de reb. credit. & l. neque natales, C. de probation. per tex. quem allegant in l. qui habebat, ff. de reb. dub. & in l. Eum qui §. in Populari, vbi gloſ. ordinaria, Alex. & Iaſ. num. 17. ff. de iur. iur an. prout hos ſic dicentes refert, & ſequitur Ioan. de Amicis conſ. 71. n. 4. & conſ. 82. nu. 4. Vbi in Identitate Aſinorum (de quo infra dicam in ſpecie) dixit quod eorum pluralitas non præſumitur, & loquitur in cauſa damni dati ad exculpandum inquiſitum,

tum,& conſ. 114. num. 19. Siluan. conſ. 57. num. 14. vbi generaliter dixit, quod pluralitas rerum, & domorum non præſumitur, Iaſ. in l. final. in fine, C. de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas,& in l. non hoc num. 12. C. vnde legitimi, Dec. in cap. in præſentia in nono notabili de probation. Card. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Identitas, concluſ. 3. nu. 5. Maſcard. de probation. lib. 2. concluſ. 874. nu. 7. vbi dixit quod ex quo pluralitas non præſumitur, hoc ideo præſumenda eſt identitas corporis ex Ancharan. & alijs ibi per eum relatis, concl. 1174. nu. 1. vbi pro regula ponit pluralitatem non præſumi ex gloſ. quam dicit ordinariam in d. l. cum qui, §. in popularibus, ff. de iur. iuran. quam ad hoc tota die allegari dixit ibidem Iaſ. num. 17. & quod identitas rei præſumatur,& non pluralitas, quando res poteſt eſſe vna,& eadem,& quod tunc dicens eſſe plures, debeat probare poſt Bal. Iaſon. & Bertazzol. in locis per eum relatis ſcripſit idem Maſcard. d. concluſ. 1174. num. 34. Fulu. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 15. nu. 36. in fine,& num. 37. 40. & 42.

9 In hac contrarietate credo veritatem eſſe, quod qui ſe fundat in identitate, tenetur eam probare,& ſimiliter qui ſe fundat in pluralitate eam probare debeat, prout dicit Aym. in dict. conſil. 198. num. quarto, Corn. conſil. 144. ſuperioribus diebus, num. vndecimo, verſic. Item de iudicialibus, lib. quarto, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Pluralitas, concluſ. 368. num. 17. Soccin. conſil. 40. colum. ſecunda, verſic. Præſertim, lib. tertio, Decian. conſil. 17. num. 1. lib. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 15. num. 2. Ioſeph. Ludou. concluſ. 14. verſ. Infertur, 47. Menoch. conſ. 80 num. 43. lib. 1. Maſcard. de probation. lib. 3. concl. 1174. num. 57. & ſeq. Fuluius Pacian. de probation. lib. 2. cap. 15. nu. 43. Et facit quod ſcripſit Rota coram Robuſterio Ferrarien. prætenſionum, 19. Decembris 1578. Inter diuerſas par. 1. deciſ. 441. num. 2. Vbi dixit, quod in materia probationum, quæ debet de neceſſario concludere præſumitur pluralitas contra illum, qui probare tenetur.

ARGVMENTVM.

IDENTITAS Perſonarum potiùs quam pluralitas, an & quando præſumatur ex identitate nominis; & generaliter, quomodo probetur perſonarum identitas.

SVMMARIVM.

IDENTITAS Perſonarum præſumitur ex identitate nominis, quia perſonarum pluralitas non præſumitur; num. 10.

Contra num. 12.

Diſtingue, vt num. 13. 14. & 15.

Ciuitatis ſeu villæ identitas præſumitur ex identitate nominis; num. 11.

Identitas nominis, & cognominis facit præſumere identitatem perſonæ; num. 16.

Identitas perſonæ an præſumatur in eo, qui habet duo nomina, num. 17.

Identitas familiæ, & Agnationis an præſumatur, ſeu potius pluralitas Agnationum, & familiarum eodem nomine nuncupatarum, num. 18.

Nominum diuerſitas rerum, perſonarum, & locorum diuerſitatem arguit, & de materia. num. 19.

10 IDENTITAS Parſonarum nunquid præſumatur potius, quã pluralitas, & ſic allegans identitatem perſonę nũquid illam probare debeat, quando conuenit nominis appellatio. Vna fuit opinio, quod ex ſola identitate nominis præſumatur identitas perſonæ, nec propterea perſonarum pluralitas præſumatur ſecundum Bart. in l. ſi quis ſeruũ §. ſi inter duos in fine ff. de leg. 2. Vbi dixit legatũ a teſtatore relictum Clarutię in Parrochia S. Marię eſſe ſoluendum ipſe Clarutiæ, nec audiendum hęredem recuſantem ipſi ſoluere ex eo quod poterat eſſe alia Clarutia in d. Parrochia quia hoc non pręſumitur, vt ibi per eum, & in l. ſi in rem per illum text. ff. de rei vendicatione Iaſ. in l. eum qui §. In popularibus n. 20. ff. de iur. iurand. & in l. Bonorum nu. 9. C. de bonorum poſſeſſione ſecundum Tabulas,& in l. qui Romæ §. Auger nu. 7. ff. de verbor. obligat. & in conſ. 114. nu 6. lib. 1. & in conſ. 34. ad motiua n. 18. verſ. Nec obſtat, dum dicitur,& cõſ. 42. in pręſenti num. 13. verſ. Prętereà pluralitas & conſ. 72. omiſſo nu. 7. verſ. ſic etiam in nominibus Dec. in l. hac conſultiſſima nu. 18. C. qui teſtamenta facere poſſint Ant. de Butr. in cap. 2. nu. 8. verſ. In quantum dixi extra de libelli oblatione. Ruin. conſ. 51. nu. 19. lib. 1. Idem Dec. in cap. in Præſentia num. 40. de probation. Bero. conſ. 187. num. 4. lib. 1. Aym. conſ. 269. nu. 3. Bal. conſ. 66. cum appareat in princ. lib. 4. & conſ. 70. incipiente cum apparet lib. 4. Alex. conſ. 172. in cauſa, & lite num. 6. verſ. Ex eo quia pluralitas lib. 6. & conſ. 125. Viſo proceſſu nu. 6. verſ. Non pluralitas nominis lib. 7. Cephal. conſ. 90. nu. 18. lib. 1. Idem Alex. conſ. 88. Quoniam omne datum ver. Pręterea vnitas lib. 5. Natt. conſ. 97. nu. 15. verſ. Tertio obijcitur lib. 1. & conſ. 225. ſuperioribus menſibus nu. 4. verſ. Non enim præſumitur lib. 2. Alba conſ. 6. præſupponitur in facto in fine, & conſ. 83. licet præſens n. 12. verſ. Ait etiam quos, & alios in eadem ſententiam concordantes reperies etiam apud Maſcard. de probation. lib. 3. concluſ. 1174. nu. 24. & ſeqq. & nu. 30. Car. Tuſc. pract. concl. in verbo identias concl. 3. nu. 26. & 27. & in verbo Pluralitas concl. 368. nu. 1. & ſeq. & n. 14. 16. & 18. Pacian. de Probationib. lib. 1. cap. 48. nu. 82. & 83. & lib. 2. cap. 15. num. 49.

10 Et hæc ſententia eo magis, & ni fallor indubitanter

ter procedit in Ciuitate, & villa, in quibus ex identitate nominis eiuſdem villæ, & Ciuitatis præſumi identitatem cum veriſimile non ſit plures reperiri villas, ſeu Ciuitates eiuſdem nominis, ſcripſerunt Iaſ. in l. eum qui,§.in popularibus nu.5.ver. ſimiliter in nomine, ff. de iur. iuran. quem referendo ſecuti ſunt, Maſcard. d. concluſ. 1174.nu.26. & Pac. de probat.lib. 1. cap. 48.nu.83. & cap.15 num.41.

12 Contrarium quod ex identitate nominis non præſumatur identitas perſonæ, ſed pluralitas præſumatur, niſi aliæ concurrant demonſtrationes; ſaltim duæ ſcripſerunt, Bal. in l. Hac conſultiſſima col. 1. verſ. Quæro quid ſi nomen, & ibi etiam Paul. de Caſtr. C. qui teſtamenta facere poſſint, Bart. in l. libellorum circa finem ff. de accuſat. & in l. demõſtratio falſa in 7. quæſt. nu. 14. ff. de Condition. & demonſtratio. Dec. conſ. 13. nu. 9. Corn. conſ. 146. col. 2. poſt med. verſ. Nec probatur Identitas, nu. 4. lib. 3. & conſ. 165. prope fin. eodem lib. 3. Alex. conſ. 33. nu. 3. lib. 2. & conſ. 151. n. 5. lib. 5. vbi in ſpecie reprobat Bart. in d. l. ſi quis ſeruum, §. Inter duos ff. de leg. 2. Aretin. conſ. 103. in 2. dubio in fi. quos, & alios concordantes ad comprobationem huius contrariæ ſententiæ videas per Maſcard. de probation. lib. 2. concluſ. 875. nu. 2. in fine, & lib. 3. concl. 1174. num. 28. Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Identitas, concluſ. 3. num. 11. & num. 28. & concluſ. 4. num. 12. & in verbo Pluralitas, concl. 368. num. 15. Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumpt. 15. num. 36. 39. & ſeqq. 44. 45. & 46. vbi d. num. 36. facit concluſionem, quod identitas, ſeu vnitas perſonæ probari debet ab eo, qui illam allegat.

13 In hac contrarietate reperio duas Doctorum diſtinctiones, quarum prima eſt, vt ex identitate nominis præſumatur identitas perſonę, quando non apparet, quod alij ſint, qui eodem nomine vocentur, ſecus ſi conſtat alios eiuſdem nominis reperiri, Bal. conſil. 70. cum appareat de condemnatione lib. 4. vbi dixit in materia recognitionis capti Banniti, non eſſe neceſſe, vt articuletur de idẽtitate corporis, quando nõ conſtat eſſe plures eiuſdem nominis, quoniam vbi eſt nominis conformitas, ibi præſumitur corporis identitas, niſi aliter probetur, & Bal. ſic dicentem referendo ſequuti ſunt, Alex. ad Bart. in l. diuus, in verbo Faciat confiteri num. 5. ff. de cuſtodia reorum, Paul. de Caſt. in l. hac conſultiſſima, ſub num. 6. verſ. Non ſi appareret ex proceſſu, C. qui teſtamenta facere poſſunt, & in l. demonſtratio falſa, num. 5. verſ. Quid ſi capitur vnus, ff. de cond. & demonſtr. Imol. in l. ſi quis ſeruum §. ſi inter duos, verſ. Et ex hoc nota bene, ff. de leg. 2. Felin. in cap. cum Ioannes, ſub num. 9. col. 3. verſ. ſed dictum D. Cardinalis, extra de fid. inſtrum. Soccin. conſ. 28. num. 7. ſub verſ. Non obſtat, quod non videtur, lib. 3. Natt. conſ. 97. num. 7. valde latatus ſum, num. 15. verſ. Tertio obijcitur, lib. 1. Mandell. conſ. 6. num. 12. quos, & alios ſic diſtinguentes reperire poteris apud Card. Tuſch. pract. concl. in verbo Identitas concluſ. 3. num. 19. & num. 30. & latius apud Pacian. de probation. lib. 1. cap. 48. num. 84. in fine, & ſeqq. vbi dixit hanc diſtinctionem antiquitus fuiſſe Bartolii in l. ſi in rem, num. 1. ff. de rei vendicat. eamque receptiorem, & veriorem teſtatur, & quidem ſi hæc diſtinctio recipienda eſt, abſque dubio ex ea magis eon firmatur prima ſententia Doctorum volentium ex Identitate nominis præſumi identitatem perſonę, niſi contrarium probetur.

14 Quare veriorem credo aliam diſtinctionem Doctorum, qui dixerunt, quod identitas perſonæ præſumitur ex identitate nominis, quando illud nomen non eſt commune, & frequens, ſed ſingulare, vt in eo qui vocabatur Gallo præſſus, de quo facit mentionẽ gloſ. in dict. l. hac conſultiſſima, vbi Cin. ait quod fuit Bidellus Azzon. & quod nullus alius inuenitur, nec veriſimiliter inueniri poteſt, qui dicto nomine vocetur, tunc enim ſola nominis expreſſio, & ſingularitas claram perſonæ demonſtrationem inducit, ſecus ſi nomen nõ eſt ſingulare, ſed commune, vt puta ſi quis vocetur Ioannes, Petrus, Antonius, Franciſcus, aut ſimili nomine, tunc enim ſola nominis identitas non inducit præſumptionẽ identitatis perſonæ, niſi aliud probetur, quia veriſimile eſt, quod alij eiuſdem nominis reperiantur, Cyn. Bal. Corn. & Caſtren. in dict. l. hac conſultiſſima, C. qui teſtament. facere poſſint, Bar in l. demonſtratio falſa, num. 16. verſ. Item ille, ff. de cond. & demonſtr. Aretin. conſ. 103. in cauſa, & quæſt. in 2. dubio, colum. 3. verſ. Sed maior dubitatio, Dec. conſ. 13. pro tenue facultate, num. 9. verſ. Præterea dato, quos referendo ſecuti ſunt, Maſcard. de probation. lib. 3. concluſ. 1174. num. 26. 28. & 29. Card. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Identitas, concluſ. 3. num. 28. & in verbo Pluralitas, concl. 368. num. 15. Pacian. de probation. lib. 2. cap. 15. nu. 50. & ſeqq.

15 Quod ſi nomen non ſit ſingulare, prout eſt nomen Gallo præſſi, nec etiam commune, prout ſunt nomina Ioannis, Petri, Franciſci, & ſimilium, ſed in quodam medio exiſtens, itaut alij etiam quandoque, ſed rarius eodem nomine vocentur, prout eſt ſi vocetur Agamenon, Ariſtarchus, Anchiſes, & ſimilia, quæ quamuis nota ſint, tamen rarò ponuntur in vſu, & tunc an ex ſola nominis identitate pręſumatur identitas perſonæ diſtingue, vt bene diſtinguit Pacian. d. cap. 15. num. 54. & ſeq. inter cauſam ciuilem, & criminalem, vt in cauſa ciuili perſonæ identitas præſumatur ex ſola nominis identitate ex allegatis ſupra num. 10. Secus in cauſa criminali, in qua ſola huius nominis identitas non ſufficiet ad condemnandum; ſed ſolum ad inquirendum, & forſan etiam ad torquendum aliquo alio inditio, ſeu demonſtratione concurrente, & hæc benè nota, quia non niſi ab iſto eruditiſſimo viro in ſpecie conſiderata reperio.

16 IDENTITAS autem nominis, & cognominis facit præſumere identitatem perſonæ, quia ex eadem agnatione, & familia non præſumitur reperiri plures eiuſdem nominis, Abb. conſ. 6. num. 12. Aymon. conſ. 169. num. 4. verſ. Secundo reſpondeo, & conſ. 198.

198.poſt n.2.ver.Alibi ſcribit,Bal.Mandel.conſ.83.nu.12.quos & alios referendo ſequuti ſunt, Maſcar. de probation.lib.2.concl.875.nu.1.& lib.3.concl. 1174.nu.25.Pacian.de probat.lib.1.cap.48.nu.88. in fine, Card.Tuſc.pract.concluſ.in verbo Identitas concl.3.nu.28.Franc.Mazzar.de fideicomm. quæſt. 55.in fine vbi remiſſiuè etiam ponit plures Doctor. tractantes materiam,an ſcilicèt, & quando præſumatur pluralis eiuſdem nominis, & perſonarum.

17 IDENTITAS autem perſonæ, an præſumatur in eo qui habet duo nomina, vt puta ſi vocetur,Io.Antonius,vide Ioannem Ananiam, conſ.17.nu.10.vbi dixit quod is habet duo nomina,puta, Io. Antonius poteſt vocari Ioannes, & etiam poteſt vocari Antonius, & ideo Identitas probatur,licet accuſatio cóclu dat de Antonio, & probatio de Ioanne, & Antonio, & Ananiam ſic dicentem refert, & ſequitur Cardin. Tuſc.practicar.concl.in verbo Identitas,concluſ.3. nu.20.& in verbo Nomina concl.58.nu.17.Sed ego de hac concluſione multum dubito, & apud me non eſt vera,tum quia in criminalibus probationes debēt eſſe multum coucludentes, & non poſſibiles. tum etiam quia rarò vocatus Ioannes Antonis ſolet Antonius appellari.

18 IDENTITAS familiæ,& Agnationis an præſumatur,ſeu potius pluralitas agnationum, & familiarum eodem nomine nuncupatarum,dic quod præſumitur identitas,& vnitas agnationis,& familiæ, & non pluralitas quando cõuenit idem nomen, Calcan. conſ. 8.num.2.& conſ.9.col.1.& licèt Signor. in conſ.81. nu.5.contrarium aſſerat. Pro concordia tamen dicas quod Identitas nominis Agnationis licèt faciat præſumptionem identitatis agnationis, non tamen plenè probar,vt per Menoc.de præſump.lib.6. præſum. 15.nu.48.& 49. vbi declarat præmiſſa intelligenda, niſi agnationum, & familiarum cognomini adiecta eſſet aliqua qualitas,quę earum familiarum,& agnationum pluralitatem ſignificaret, vt ſi in familia de Fontana,vna appelletur Fontana de Paueris,&altera de Auellis; Hæ etenim familiæ plures, & ſeparatæ,nō autem vna,& eadem præſumuntur ex Soccin. & Pariſ.in locis per eum relatis.

19 IDENTITAS nominis ſicut identitatem perſonarum,vt ſupra dixi,præſumere facit ita, & è contrà diuerſitas nominum perſonarum rerum, & locorum diuerſitatem arguit l.ſi idem Codicilli C. de Codicillis, Bald.in l.ex legato C.de legatis, & conſ.194. col.fin.verſ.faciat etiam lib.2.Alex.96. conſideratis nu.6.lib.5.Dec. conſ.15.nu.54.lib.1.Quæ quidem concluſio quando vera ſit,& quando non,vide ampliantem,declarantem,& inferentem, Cardin.Tuſc. pract concl in verbo Diuerſitas concl.517.& in verbo nomina concl. 58.& in verbo identitas concl. 3. n.11.vbi pariter dixit,quod diuerſitas cognominum arguit diuerſitatem perſonarum etiam quod eodem nomine vocentur.

ARGVMENTVM.

IDENTITAS Factorum,Contractuum, Inſtrumentorum, Teſtamentorum, & Sententiarum, An præſumatur potius quam pluralitas.

SVMMARIVM.

Identitas factorum, & non pluralitas præſumitur, nu.20.licèt alij contrà nu.21.

Identitas factorum, & actuum quomodo probetur nu.21.

Identitas factorum, & actuum, & non pluralitas præſumitur quando actus a cõmuniter accidētibus non ſolent iterari, & multiplicari,ſecus ſi ſoleant iterari, & multiplicari nu 22.

Identitas factorum, & actuum, & non pluralitas præſumitur etiam quod fuerint confecta plura inſtrumenta nu.23.

Facta non præſumuntur,niſi probentur nu. 20.

Error præſumitur potius quam pluralitas factorum, nu. 24.

Identitas actuum, & factorum non præſumitur, ſed pluralitas quando inter vnum, & alterum actum interceſſit temporis, & perſonarum diuerſitas, nu 25.

Inſtrumentorum, & contractuum pluralitas non præſumitur, nu.26.

Teſtamentorum pluralitas non præſumitur nu.27.

Senteutiarum pluralitas non præſumitur, nu.28.

Inuentarij pluralitas nou præſumitur, nu.29.

Apocharum pluralitas non præſumitur, num. 26. in fine.

Identitas actuum,& inſtrumentorum vnitas non præſumitur,ſed pluralitas quando duo reperiuntur inſtrumenta ſub diuerſa forma concepta, nu.30.

Capitulorum identitas non præſumitur,ſed pluralitas, num 31.

Pluralitas factorum, & actuum, & non identitas præſumitur in materia probationum, nu.31.

20 IDENTITAS rerum licèt non præſumatur, vt ſupra dixi, præſumitur tamen identitas factorum & in Actibus hominum, Bal.in l. Neque natales col.2.nu.... C.de probat. & in l.Conuenticulam col.4.verſ.Item argumentum de Pręſumptione C. de Epiſcopis,& Clericis,& in l.2.nu.5.verſ.Solue C. de errore Aduocator.Bart.in l.ſi in rem,num.1. ff.de rei vendication.Alex.in l.quid ſi nominatim num.4. ff.de liber.& poſthu.& in l.Qui iuraſſe,§.ſi Pater n.5. ff.de iur.iur. Nar.conſ.235.n.4.lib.2.Bero.conſ.90. n.21.lib.3.Io.de Amicis conſ.71.nu.4. Aym. conſ. 112.num.4. & conſil. 198. ſub num. 1. Burſatt. conſil.106.nu.13. lib.1. Hieron. Laurent. deciſion. Auenion. 91.numer. 9. cum alijs per Maſcard.

ſcard.de probationib.lib.3. concluſion.1174.num. 2.& num.9.& num.18.& ſeq. Card.Tuſc. practicar. concluſ.in verbo Identitas littera I.concluſ.3. num. 22.& 25.& in verbo Pluralitas concluſ.368.num.3. Menoch.de præſumption. lib.6. præſumpt.15.nu.7. & per tot. vbi latè de materia, & de Arbitrar.quæſt. lib.2.caſu 213.nu.9.vbi quod hæc eſt communis do ctorum doctrina ea potiſſimum ratione moti,quia facta non præſumuntur,niſi probentur l.in Bello,§. facta,ff.de capt.& poſtlim.reuer. cap. in iure petitus,de officio delegati,& probatur hæc concluſio,quæ vt vi des communiter recepta eſt in l.idē Pomponius ſcribit ſi frumentum,in fine,ff.de rei vendication. & in l. fin.C.de reb credit.& in l.omnium,C. de teſtament. & in c.in Præſentia,verſ.Verum,extra de prob.

21 Et licèt quod actuum identitas, ſeu vnitas non præſumatur, ſed probari debeat ab eo qui eam allegat ſecundum Bart.in l.1.nu.2.C.ſi vnus ex pluribus Alex.conſ.105.nu.2.verſ.Nec etiam,lib.2.latè Euerard.in loco a præſumptione eiuſdem facti. Hæc tamen nullitas, ſeu identitas actus ſatis cenſetur probata eo ipſo,quod demonſtratur certo tempore, & loco illum actum compertum fuiſſe,Alex.dicto conſ.105. lib.2.Socein.conſ.129.nu.2.lib.4.Aym.conſil.198. nu.2.verſ.Alibi ſcribit,quos ſic dicentes refert, & ſequitur Menoch.de præſumption.lib.6.præſumption. 15.nu.3.

22 Vel melius ſecundum Dec.in d.cap. in Præſentia in 9.notab.nu.43.extra de probation. diſtinguas de actibus,qui à communiter accidentibus ſolent multiplicari, & iterari,& de actibus, qui non ſolent ſic multiplicari, & iterari, prout eſt ingreſſus monaſterium,vt primo caſu actuum pluralitas,& non identitas præſumatur,& propterea identitatem actus allegans,illam probare debeat, ſecus autem in ſecundo caſu,& hanc eandem diſtinctionem ſequutus etiam eſt Siluanus in conſ. 57.num.36.ver.At quis dixerit, & ante Siluan. hoc idem conſiderauit Corn.in conſ. 144.col.3.in fine lib.4. Nec diſſentit Maſcar.de probation.lib. 3.concluſ.1174.nu.20. & ſeq.

23 IDENTITAS factorum, & actuum adeo præſumitur,vt hæc præſumptio procedat, etiam quod fuerint confecta plura inſtrumenta, ea nempè ratione, quia vnum inſtrumentum ad aliud relationem quandam tacitè habere videtur l.Qui bis idem, ff.de verbor.obligation.& in ſimili caſu reſpondit Socc.conſil.129. num.4.lib.4.Et propterea quotidie videmus Notarios eiuſdem actus plura confeſſione inſtrumenta ita per hanc rationem ſcripſerunt Bal.in l. edita in rep. num.118.C. de eden.& conſil.344. ad euidentiam col.2.verſ.ſed contrarium,lib.2.Aym. d. conſ. 198. col.1.verſ.ſed vltra modernos, quos ſic dicentes referendo ſequti ſunt,Maſcard. de probation. lib.3.d. concluſ.1174.num.4.& num.35.& Menoch.de præſumption.lib.6. d.præſumpt.15.nu.8.& 9.& de arbitrar.caſu 213.num.9.& 10.

24 Sic & pariter eadem concluſio quod actuum pluralitas non præſumatur,in tantum procedit,vt potius error,quam pluralitas præſumatur,Ruin.conſil.141. num.12.lib.5. Aym.d.conſ.198. num.1. ad finem, Dec. in l.hac conſultiſſima,num.14.C.qui teſtamenta facere poſſunt,Maſcard.d. concluſ.1174. num.4. & num.8.& num.23.Menoch. d. præſumption.15. num. 10.

25 IDENTITAS Actorum non præſumitur,ſed pluralitas,quando inter vnum, & alterum actum intereſſit tēporis,& perſonarū diuerſitas ad Gloſ. in l. Pantonius,§.rei ff.de acquirenda hæreditate,Socci.conſ. 24.num.29.lib.1.& conſil.129 num. 1.verſ.Tertio attenditur,& nu.10.lib.4. Ruin.conſ.12.nu.5.lib.5. Euerard.in loco a diuerſitate temporum,nu.1. quos ſic dicentes refert,& ſequitur Menoch.de præſump. lib.6.d.præſumpt.15.nu.22.

26 IDENTITAS Actuum,quod nō præſumatur adeò vera eſt hæc cōcluſio,vt inde plures a Doctorib.fiant illationes, quas mox ſubijciam, & primo infertur, quod contractuum,& inſtrumentorum pluralitas nō præſumitur,& qui illā allegat,probare debet, Aym. conſ.198.num.1.& 2.Siluan.conſ. 57.nu.21.in fin. verſ. Nec profectò duo inſtrumenta, & nu.22.etiam in fine,& ſeq. Paul.de Caſtr.conſ.360.num.2.lib.2. Card. Tuſc.practic.concl.in verbo.Pluralitas concl. 368.nu.6.& nu.8.Ioſeph.Ludou.dec.Lucen.13.nu. 32. vbi propterea dixit Apocharum pluralitatem non præſumi.

27 Infertur ſecundo,quod teſtamentorum pluralitas non præſumitur,& propterea qui plura teſtamenta confecta fuiſſe aſſerit probare debet l. omnium C. de teſtamentis,Doctores in l.2.vbi præſertim Iaſ.n.7.& Alciat. nu.34. C. de bonorum poſſeſſione ſecundum Tabulas,Bal.in l.fin.ad.fi.& ibi etiam Salic. in princ. C.de rebus credit. Decius in l.hac conſultiſſima, nu. 18.C.qui teſtamenta facere poſſint,& in cap.in præſentia in 9.not.de prob.Felin.in c. cum Ioannes, nu. 7.de fide inſtrument.Pariſ.conſ.33.n.42.lib.2.Ruin. conſ.10. nu.8.lib.3.Alex.conſ.4.n.12.lib.7. Corn. conſ.187.n.7.lib.3.Iaſ.conſ.62.n.2.lib.1. Curt.Iun. conſ.162.in fine,Marſil.ſingular.439. Afflict. deciſ. 23.nu.2.& licet Menoch.vbi ſup.d. præſumpt.15.n. 3.dixerit ex Bar. & alijs ibi per eum relatis,quod allegans teſtamenti idētitatem, illam probari debeat,ibidem tamen ſubdit ſatis identitatem probare eo ipſo quo demonſtratur teſtamentum factum fuiſſe certo tēpore,& loco ac præſentibus teſtibus in teſtamento enunciatis. Addo ad hanc eandē illationem,Ioſeph. Ludo.deciſ.Lucenſ.13.nu.31. & ſeqq.& Maſcard. d.concl.374.nu.6.& nu.10.

28 Infertur tertio,quod nec ſententiarum pluralitas præſumitur, & quod propterea qui plures latas fuiſſe ſententias dicit, probare debet, prout communiter notant Doct.in l.2.C.de errore Aduocator. Iaſ.in l. eum qui,§.in popularibus nu.19.ff. de iur.iur. & in l. bonorum nu.8. verſ. ſimiliter non præſumitur,C. de bonorum poſſeſſione ſecundum Tabulas, & in conſ. 114.n.6.lib.1.Maſcard.de probat.lib.3.concl.1174 n.7.& n.81.Card. Tuſc.pract.concluſ. in verbo Pluralitas

ralitas, conclnſ. 368. num. ſexto.

29 Infertur quarto, quod in inuentarijs pluralitas non non præſumitur; & licet diuerſis temporibus confecta dicantur præſumitur tamen vnum, & idem eſſe inuentarium, & temporis diuerſitatem per errorem adiectam fuiſſe, ſicut poſt Bart. Alex. & alios in locis per eum relatis ſcriptum reliquit Card. Tuſch. pract. concl. in verbo Pluralitas, concl. 368. num. 9.

30 IDENTITAS actuum, & inſtrumentorum vnitas, & non pluralitas præſumitur, vt ſupra probaui, aduerte tamen, quod ex diuerſitate formæ contrarium præſumitur, & ideo ſi duo reperiuntur inſtrumenta, quorum vnum cantet de venditione pura, & aliud de venditione conditionali, tunc præſumuntur duæ factæ venditiones, & ſic pluralitas actuum, vt per Felin. poſt Bal. in cap. cum Ioannes, num. 8. extra de fid. inſtrum. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 15. nu. 11. & ſeq. vide infra num. 46.

31 Pariter, & qui capitulorum identitatem allegat illam probare debet, prout voluit Rota coram Robuſterio in Ferrarien. Prætenſionum, veneris 19. Decembris 1578. relata inter diuerſas, par. 1. deciſ. 441. nu. 1. Vbi amplius facit generalem concluſionem, quod in materia approbationum, quæ debet neceſſario concludere præſumitur pluralitas contra illum qui probare tenetur ex Bar. Ruin. & Alexan. in locis per eum relatis.

ARGVMENTVM.

IDENTITAS ſummarum, & obligationum, an & quando præſumatur, potius quam pluralitas.

SVMMARIVM.

Identitas ſummarum non præſumitur, ſed pluralitas num. 32. Contra num. 33.

Identitas ſummarum, & obligationum, an & quando præſumatur, potius quã pluralitas remiſſiue nu. 34.

Identitas ſummarum, & obligationum, & nõ multiplicatio præſumitur quãdo inter eaſdẽ perſonas reperiũtur duæ promiſſiones, ſeu obligationes eodem tempore factæ, & continentes eandem ſummam debitã, & debiti cauſam num. 35. Niſi duæ ſcripturæ etiam eodem tempore factæ fuiſſent à diuerſis notariis, num. 36. in fine.

Identitas ſummarum, & non pluralitas cenſetur quando in ſecunda obligatione, & ſumma expreſſe computatur prima nu. 36.

Identitas ſummarum, & obligationum præſumitur, & non multiplicatio quãdo plures obligationes, & ſcriptura etiam inter eaſdem perſonas diuerſo tempore factæ continent eandem quantitatem, & cauſam num. 38. Dic quod remittitur arbitrio Iudicis, num. 39.

Identitas ſummarum non præſumitur, ſed diuerſitas, & pluralitas quando reperiuntur duæ ſtipulationes etiam eiuſdem quantitatis, & cauſæ num. 40.

Idenſitas ſummarum, & non diuerſitas præſumitur quando in vna tantum promiſſione eſt expreſſa cauſa licet tam in prima, quam in ſecunda promiſſione ſit expreſſa eadem quantitas num. 41.

Identitas ſummarum non præſumitur, ſed diuerſitas, quando in duabus promiſſionibus eſt expreſſa diuerſa quantitas licet ex eadem cauſa, num. 42. Contra num. 43.

Identitas ſummarum non præſumitur, ſed diuerſitas quando in duabus promiſſionibus licet ſit expreſſa eadem cauſa, & quantitas adeſt tamen perſonarum diuerſitas num. 44. Quod eo magis procedit quando etiam vltra diuerſitatem perſonarum adeſt diuerſitas quantitatis num. 45.

Identitas ſummarum non præſumitur in duabus promiſſionibus ſub diuerſa forma conceptis etiam quod in vtraq promiſſione ſit expreſſa eadem quantitas, & cauſa num. 46.

Identitas ſummarum, ſeu obligationum, & non pluralitas ſeu diuerſitas præſumitur quando vna quantitas probatur per ſcripturam, & alteram per teſtes; num. 47.

Identitas ſummarum non præſumitur in iudicio quando probatur diuerſa quantitas ab ea quæ fuit petita num. 48.

Identitas ſummarum præſumitur, & non pluralitas in duabus confeſſionibus extraiudicialibus eiuſdem quantitatis, & cauſæ, num. 49 ſecus in duabus confeſſionibus iudicialibus nu. 50.

Identitas ſummarum, an, & quando præſumatur in pluribus quietationibus factis à creditorib. debitori ſoluenti ipſi Creditori num. 51.

32 IDENTITAS ſummarum, an & quando præſumatur, potius quam pluralitas, in pluribus obligationibus, ſeu inſtrumentis expreſſarum non eſt modica inter Doctores controuerſia. Nam quod præſumatur pluralitas ſummarum, & non identitas ſcripſit Afflict. deciſ. 23. Iaſ. in l. plane, §. ſi eadem, ff. de legat. 1. prout hos ſic dicentes refert Cardin. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Identitas, concluſ. 3. num. 2. & num. 35.

33 Contrarium quod immo ſummarum pluralitas non præſumatur, ſed identitas, & quod qui pluralitatem allegat, eam probare debeat, voluit Bald. conſ. 344. col. 2. verſ. Sed contrarium eſt, lib. 2. & in repet. l. edita, nu. 118. C. de eden. Aym. conſ. 198. colum. 1. verſ. Sed vltra. Grammat. deciſ. 103. num. 59. Dec. in c. in præſentia, nu. 12. & 13. de probat. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 213. nu. 9. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Identitas, concluſ. 3. num. 33. & 34. Vbi quod hæc præſumptio præſertim procedit in paupere, & inope ex Aym. in loco per eum relato.

34 Quare ſi ad hanc materiam alia, quam quæ hic

ſcripſero exoptaueris remitto te ad eundem Cardin. Tuſch.pract.concluſ.in verbo Obligatio, concl. 31. per totam, & Petram de fideicommiſſis quæſt. 12. num.1121.& ſeqq.

35 IDENTITAS ſummarum, & non multiplicatio præſumitur, quando reperiuntur duæ promiſſiones, ſeu obligationes eodem loco, & tempore, & inter eaſdem perſonas factæ, continentes eandem ſummam debitam, & debiti cauſam, cum vna ſcriptura ad alteram relationem habere videatur, l. qui bis idem, ff. de verb.obligat.cum alijs per me relatis, ſupra nu.23.Bar.in l. Sempronius in prima oppoſitione, ff.de legat.2.& ibi Bal.in 2.notab.Vbi expreſſe dixit, quod plura inſtrumenta eodem loco, & tempore facta non probant pluralitatem, ſed vnitatem tantum facti, ſiue rei, & Imol.num.1.in 1.notab. pariter dixit, quod licet poſſint fieri de eodem debito plures ſcripturæ, non tamen propter hoc debitum multiplicabitur. Quod & idem ſcripſerunt Siluan.in conſil. 57.nu.22.Nec diſſentire videtur Menoch.de arbitr. quæſt.lib.2.caſu 213.num.10.

36 Et licet contrarium ſenſiſſe videatur. Iaſ.conſ.87. col.2.verſ.Ad idem lib.3. Vbi propterea dat cautelam, vt in ſecunda obligatione apponatur clauſula computata omni alia promiſſione; Cũ tunc abſq; dubio ſummæ non cenſeantur multiplicatæ, de qua per eundem Iaſ.in l.triticum, num. 9. verſ. limitat Bar. ff. de verb.obligat.& per Neuizzan.conſ.96.nu.9. Ego tamen in occurrenti caſu non diſcederẽ a præcedenti communi concluſione, niſi dictæ duæ ſcripturæ eodem tempore eſſent factæ a diuerſis notarijs, Cum tunc ſummæ, & obligationes facilius multiplicatæ cenſentur, vt per Ruin. in conſ.176.n.4.verſ. Quinimo etiam, lib.1. prout illum refert Menoch.de arbitr. quæſt.lib.2.caſu 213.num.20.

37 IDENTITAS ſummarum, & obligationum præſumitur, & non pluralitas, ſeu multiplicatio quando plures obligationes, ſeu promiſſiones, vel ſcripturæ diuerſo tempore factæ continent inter eaſdem perſonas eandem quantitatem, & cauſam ex allegatis ſupra num.23.qui ſimpliciter loqui videntur, non diſtinguendo an obligationes factæ ſint eodem, vel diuerſo tempore. Et propterea ſi tibi promiſi decem ex cauſa mutui, & deinde poſt aliquot dies ex eadem cauſa per ſtipulationem decem promiſi, præſumitur eadem ſumma voluerunt Bar.in l.triticum, num.3.& ibi etiam Alex.num.6.ff.de verbor.obligat. Aymon. conſ.282.num.1.verſ.Secundo amplius, quos ſic dicentes refert Menoch.d.caſu 213.num.2. Et in pluribus ſcripturis priuatis continentibus eandem ſummum, licet diuerſum diem, idem ſenſiſſe Alex.& Soccin. in locis per eum relatis teſtatur Car.Tuſc. pract. concluſ. in verbo Identitas concluſ.3.num.37.

38 Contrarium in diuerſis ſcripturis diuerſo tempore factis, etiam continentibus eandem quantitatem, & cauſam, quod præſumatur pluralitas, & multiplicatio per regulam, quod tot præſumuntur debita, quot ſunt capita ſcripturæ, l.cum res, ff.de euiction.& l.ſcire debemus, ff.de verbor.obligat. Et in ſpecie ſic voluerunt.Bal.in d.l.Sempronius, verſ.Secundo nota, ff.de legat.2.Florian.in l.quinquaginta, ff.de probat.Idem Bal.in l.ne caſu, num.2. verſ. Porrò, C.de diſcuſ.lib.10.Iaſ.in l.plane, §.ſi eadem, num.16.& ibi etiam Imol.ff.de legat.1.Ruin.conſ.176.num.3.lib. 1.Alexan.conſ.4.num.4.verſ.Vltimo iuuatur, lib.1. Quos & alios refert Cardin. Tuſch. dict. concluſ. 3. num. 36. Sequitur Menoch. dict. caſu 213. num. 3. & num. 19. & ſeqq. Vbi proponit contrarium, & illi reſpondet, videturque declarare, quod prima opinio procedit, quando non ſunt factæ aliquæ ſcripturæ; hæc autem quando interuenerunt ſcripturæ, immemor, quod numero tertio, expreſsè etiam loquatur quando interuenerunt ſcripturæ.

39 Ideo, & melius cum eodem Menocchio eod.caſu 213. dict. num. 3.& num. 4. dicas id totum eſſe remiſſum arbitrio iudicis, qui conſiderata temporis intercapedine, inter vnam, & alteram promiſſionem, ſeu ſcripturam, an ſcilicet fuerit longa, vel breuis arbitrari poterit, an ſit eadem, vel diuerſa ſumma ex Alciat.quem allegat in l.triticum in fin.ff.de verbor. obligat.Iaſ.in d.l.plane, §.eadem, num.16.in fine, ff. de legat. 1. Neuizzan. conſ. 96.num.13. Purpurat. conſ.438.num.2.lib.2.

40 IDENTITAS ſummarum non præſumitur, ſed pluralitas, & diuerſitas, quando duæ ſtipulationes (& ſic hæc concluſio ſpecialiter reſtricta videtur ad promiſſiones interueniente ſtipulatione factas) etiã eiuſdem quantitatis, & pro eadem cauſa factæ ſunt, Iaſ.in l.triticum, nu.9.ff.de verb.oblig.& ibi etiam Alciat.in fi.Alex.conſ.4.nu.3.verſ.Accedat quia, lib. 1. Ruin. conſ.176.num.2.lib.1.quos, & alios ſic dicentes refert Menoch.de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 213.nu. 26. & ſeqq.vbi tamen, & iura, & rationes, quæ pro hac concluſione allegantur per Doct.confutare videtur, & quatenus, ea vera ſit eam declarat non procedere in duobus caſibus; Primo in perſona ſimplici, vel ruſtica, Secundò, quando prior contractus a ſtipulatione robur accipere ſolet: his enim duobus caſibus eandẽ, & nõ multiplicatã ſummã pręſumi affirmat ex Florian.Fulgoſ.Alex.& Alciat.in locis ibi per eũ relatis.

41 IDENTITAS ſummarum, & non diuerſitas præſumitur, quando in duabus promiſſionibus eſt expreſſa eadem quantitas, ſed in vna tantum promiſſione fuit expreſſa cauſa, vtputa promiſit ibi decẽ ob mutuum, deinde poſt aliquos dies ſimpliciter per ſtipulationem decem promiſi. Hoc in quã caſu eadẽ ſumma, & nõ diuerſa promiſſa pręſumitur ſecundũ Bar.in l.triticum, n.5.& ibi Alex.nu.6.& Iaſ.nu.8.verſ. Prima quod ſi, ff.de verb.oblig.item Iaſ.conſ.70. nu. 1. lib.1.Socc.Sen.conſ.129.nu.10.lib.4.Ruin.cõſ.223. nu.3.lib.1.Neuizz.conſ.96.nu.5. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Menoch.de arbitr.q.lib.2.caſ.213. nu.6.& ſeqq.vbi licet hanc ſententiam minime probari contendat in iuribus allegatis à Doctoribus, non tamen ab ea diſcedit. Plurimum tamen in hoc more ſuo tribuendo arbitrio iudicis.

IDEN-

42 IDENTITAS ſummarum non præſumitur, ſed diuerſitas, quando in duabus promiſſionibus diuerſa eſt expreſſa quantitas, licet ex eadem cauſa, vtputa ſi priore loco ex cauſa mutui centum promiſſa ſint, ſecundo ex eadem cauſa promiſſa ſint quinquaginta, ſecuudũ Bar. Bal. Ang. & Caſtren. in l. ſcire debemus, ff. de verb. oblig. Iaſ. in l. plane, §. ſi eadẽ, n. 11. ff. de leg. 1. & in l. triticum, n. 8. vbi etiã Alciat. n. 2. ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 4. n. 3. & 4. verſ. Non obſtant allegata, lib. 1. Ruin. conſ. 31. n. 4. iu fi. lib. 4. Neuiz. conſ. 96 n. 2. verſ. Tertio, Aym. conſ. 282. n. 1. Grammat. dec. 103. n. 59. Quorum opinionem magis receptam teſtatur Menoc. de arbit. q. lib. 2. caſu 213. nu. 11. & ſeqq. vbi licet referat etiam cõtrarium tenentes, & vtriuſq; ſententia iura, & rationes impugnet. Ab hac tamen recepta opinione minimè recedendum exiſtimat Cardin. Tuſũh. pract. concl. in verbo Diuerſitas, concluſ. 517. nu. 14. Vbi facit concluſionem, quam dicit communem, quod quantitas diuerſa inducit diuerſitatẽ * obligationum; & eam dicit communem ex Alex. Bal. & Iaſ. in locis ibi per eum allegatis, & in verbo Obligatio, concluſ. 31. num. 23.

43 Contrarium, quod iſto caſu non diuerſitas ſummarum, ſed identitas præſumatur, voluit idem Bar. ſibi contrarius in l. triticum, nu. 5. ff. de verbor. obligat. quem ibi ſequti ſunt, Imol. Comen. Aretin. & Alex. Neuizzan. d. conſ. 96. num. 3. verſ. Tertio facit, Alex. conſ. 84. nu. 2. in fin. lib. 7. quem ad idem refert etiam, & ſequitur idem Menoc. de præſump. lib. 6. præſump. 15. nu. 4. & nu. 5. Vbi præſertim hanc ſententiam procedere ſentiſ, quando etiam concurrit identitas loci, cum & tunc magis vnitas actus præſumitur ex Socc. quem allegat in conſ. 129. num. 6. & 7. lib. 4.

44 IDENTITAS ſummarum, non præſumitur, ſed diuerſitas, quando in duabus promiſſionibus licet ſit expreſſa eadem quantitas, & eadem cauſa, adeſt tamen perſonarum diuerſitas, vtputa ſi ego hodie vna cum fratre meo centum ex cauſa mutui a te ſuſcipio, & vtriuſq; obligatio vno in inſtrumento ſcribitur, deinde aliud ſcribitur inſtrumentum ab eodem notario, in quo ego ſolus ad centum ex eadem mutui cauſa obligor. Hoc inquam caſu, hæc vltima quantitas ab illa prima diuerſa præſumitur, ſecundum Iaſ. in l. triticum, num. 8. verſ. Similiter, & tertio, & ibidem Alciat. num. 22. ff. de verbor. obligation. idem Iaſ. in l. plane, §. ſi eadem, num. 11. in fin. ff. de legat. 1. & in conſ. 87. colum. 2. verſ. Similiter ex diuerſitate, lib. 3. Aym. conſ. 282. num. 2. Quos ſic dicentes, refert Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 213. num. 22. vbi licet iura a Doctoribus allegata pro hac ſententia minime illam probare contendat, non tamen ab ea recedere àudet, adhuc more ſuo iudicis arbitrio rem hanc remittendo.

45 Quæ quidem concluſio multo magis, & indubitanter procedit, quando vltra diuerſitatem perſonarum adeſt etiam diuerſitas temporis, & ſummæ. Cum tunc ſine dubio actuum pluralitas præſumatur ex Iaſ. & Soccin. in locis relatis per eundem Menoch. dict. caſu 213. num. 23. Cum alijs per Cardin. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Diuerſitas, concluſ. 517. num. 21. & ſeq. & in verbo Obligatio concluſ. 31. nu. 6. & num. 24.

46 IDENTITAS ſummarum non præſumitur in duabus promiſſionibus ſub diuerſa forma cónceptis, etiam quod in vtraque ſit expreſſa eadem quantitas, & cauſa, vtputa, ſi prima promiſſio ſit pura, ſecunda autem ſub conditione, ſecundum Bald. in repetit. l. edita, num. 118. C. de edend. Felin. in cap. Cum Ioannes, num. 8. de fid. inſtrumen. Ruin. conſ. 31. num. 4. lib. 4. Quos ſic dicentes refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 213. num. 25. Et de præſumption. lib. 6. præſumption. 15. num. 11. & ſeq. & num. 14. Vbi propterea infert, quod petitio ſcutorum centum facta in iudicio tamquam debitorum ſimpliciter ex cauſa mutui non cenſetur probata per teſtes deponentes de promiſſionè eiuſdem ſummæ, ſub conditione. Dixi iterum hac de re ſupra num. 30.

47 IDENTITAS ſummarum, ſeu obligationum, & non pluralitas, ſeu diuerſitas præſumitur, quando vna quantitas probatur per ſcripturam, altera autem per confeſſionem cum teſtibus, ſecundum Afflic. in locis relatis per Menoch. dict. caſu 213. num. 41. cum alijs per Cardin. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Diuerſitas, concluſ. 517. num. 34. qui ponit exemplum in probatione ſolutionis facta a debitore creditori, & in verbo Obligatio, concluſ. 31. nu. 33.

48 IDENTITAS ſummarum non præſumitur, quando facta petitione in iudicio ſcutorum centum non probatur niſi de quinquaginta, tunc ẽnim non dicitur probata intentio actoris cum diuerſæ præſumantur ſummæ, ſecundũ Bal. & Ang. in l. ſcire debemus, ff. de verbor. obligat. Soccin. conſ. 129. num. 3. lib. 4. Ruin. conſ. 31. num. 4. in fin. lib. 4. Euerard. in loco, a præſumptione eiuſdem facti in fin. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 15. num. 13.

49 IDENTITAS ſummarum præſumitur, & non pluralitas in duabus confeſſionibus extraiudicialibus etiam eiuſdem quantitatis, & cauſæ, ſecundum Iaſ. in l. triticum, num. 10. & ibi etiam Alciat. num. 20. ff. de verbor. obligat. Alex. d. conſ. 4. num. 4. lib. 1. Neuizzan. d. conſ. 96. num. 7. Quos refert, & ſequitur Menoch. de arbit. lib. 2. d. caſu 213. nu. 6. Vbi reprobatis contrarium tenentium rationibus huius concluſionis, eam ipſe reddit rationem, quia ſcilicet ſecunda confeſſio, non ad augendum, ſed ad confirmandam priorem confeſſionem emiſſa creditur.

50 Secus in duabus iudicialibus cõfeſſionibus, etiam eiuſdem quantitatis, & cauſæ, quia tunc plures ſummæ præſumuntur, confeſſio enim iudicialis ſola actionem prodúcit, & ex ea oritur actio in factum, ſicut ex ſententia, l. prima, C. de confeſſ. Et propterea ſi quantitas diuerſa iſto caſu non præſumeretur, inutilis eſſet ſecunda confeſſio. Et in

ſpecie in dict.l. triticum, ff. de verbor. oblig. ſic voluerunt Bar.nu.4.Alex.nu.8.& Iaſ.n.10.Nec diſſentit Menoch.d.caſu 213.num.38.& 39.Vbi reprobat Ang.Imol.& Comen.& eorum rationes contrarium tenentes.

51 IDENTITAS autem ſummarum in quietationibus factis à creditore ad fauorem debitoris, & ſic in ſolutione, an, & quando præſumatur, quando præſertim ſumma eſt eadem, de qua creditor debitorem quietat in pluribus quietátijs, vide Bal.in l.ne caſu. nu.2.C.de diſcuſ.lib.10.& in l.fi.nu.24.C.de eden. Alex.in l.ſi quis ex argentarijs,§.fin.nu.3.ff.eod.Iaſ. in l.plane,§.ſi eadem,nu. 17.de leg. 1.Roman.ſing. 547.incip.Debitor.Neuizzan.d.conſ.96.nu.12.in fin.Alex.d.conſ.4.nu.4.lib.1.Vbi quod eadem quantitas confeſſata in diuerſis quietantijs inducit diuerſitatem ſolutionum, & teſtatur communem prout eum refert Card.Tuſch.pract. concluſ. in verbo Diuerſitas concluſ.517.nu.15.

ARGVMENTVM.

IDENTITAS rei immobilis, vtputa fundi, aut domus quando præſumatur, & quomodo probetur.

SVMMARIVM.

Identitas rei immobilis fundi, aut domus confinibus, aliiſque demonſtrationibus probatur, nu. 52.

Identitas domus, ſeu fundi præſumitur, & non pluralitas, num.53.contra num.54.

Identitas fundi, ſeu domus cenſetur probata ex identitate duorum confinium, ſeu demonſtrationum, num. 55. etiam ſi alii confines, & demonſtrationes non conueniant, num.56.Declara, vt nu.61.& ſeq.

Identitas fundi, ſeu domus duobus confinibus, ſeu demonſtrationibus probata cenſetur, etiam quod ſit mutata forma ipſius fundi, vel domus, num.57.

Identitas fundi cenſetur probata ex identitate nominis, & quomodo, num.58.

Identitas fundi, ſeu domus eo magis præſumitur, quãdo non apparet aliam reperiri domum, ſeu fundum, quam enunciatum, nu.59.

Identitas fundi, aut domus in antiquis cenſetur probata per publicam vocem, & famam, per teſtes de auditu, per ſemiplenam probationem, & per coniecturas, num.60.

Identitas fundi, ſeu domus, nunquid cenſeatur probata per duos confines, quando in inſtrumento ſunt expreſſa quatuor, aut plures confines, nu.61. & ſeqq.

Identitas fundi, ſeu domus nõ dicitur probata per duos confines, ſeu duas demonſtrationes, quando agitur ad pœnam, num.64.

52 IDENTITATEM rei immobilis, vtputa fundi, aut domus confinibus alijſq; demonſtrationibus probari, nulla eſt dubitatio ad gl.in l.ſi quis in fundi vocabulo, in verbo Nominauerit, ff.de leg.1. Bar.in l.demonſtratio in 7.q.n.14.ff.de cond.& demonſtr.& in tract.de teſtib.nu.28.29.& 30.Soccin. conſ.89.n.1.lib.1.Ruin.conſ.115.poſt nu.2.verſ.Et ex alio videtur conſtare, & n.3.& 4.lib.5. Dec.conſ. 109.pro tenui poſt nu.1.verſ.Et hoc præmiſſo, Aym. conſ.112.nu.3.& conſ.198.nu.2.Natt.conſ.275.n. * 5.Pariſ.conſ.67.n.10.lib.1.vbi de communi, Rolan. conſ.67.num.15.lib.2.

53 IDENTITAS autem domus, ſeu fundi, nunquid præſumatur an vero pluralitas, reperio Sylu.in conſ. 57.nu.14.dicentem identitatem præſumi, & non pluralitatem, & nu.36.eam reddit rationem, quia a communiter accidentibus vnica ſola domo, quis contentus viuit, & raró accidit, vt vna, & eadem familia plures habeat domos refert eum, & ſequitur Maſcar. de prob.lib.3.concl. 1174.num.22.

54 Contrarium quod identitas fundi, ſeu domus, nõ præſumatur, niſi probetur, voluiſſe videtur idem Maſcar.cum allegatis per eum concl.874.nu.11.& 12. Ideo verius dicas quod qui fundi, aut domus identitatem, ſeu pluralitatem allegat, illam probare debeat per ea quæ ſupra dixi num.9.

107 IGNORANTIA facti alieni, præſumitur in contrahente cum alio, contrahens enim cum alio illius conditionem ſcire præſumitur, l. qui cum alio, & ibi notant Doctor. ff. de reg. iur. Gabriell. tit. de reg. iur. lib. ſexto, concluſ. 6. num. 5. poſt Gratum in locis per eum relatis, & num. 6. & ſeqq. vbi hanc concluſionem ampliat, & limitat pluribus modis, Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 16. num. 29. Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Scientia, concluſ. 64. nu. 34. poſt Cuman. quem allegat in conſ. 72. nu. 3.

108 IGNORANTIA facti alieni non præſumitur, quando ignorantiam allegans, cum eo, de cuius facto agitur, habitabat, vel conuerſabatur, ex conuerſatione enim, & habitatione cum alio, præſumi ſcientiam facti illius, ſcripſerunt Paul. de Caſtro in conſ. 248. viſis, col. 2. nu. 4. lib. 2. vbi loquitur in eo, qui conuerſatur cum prodigo interdicto, vt præſumatur interdictionis notitiam habere, ſi conuerſatio fuit continua, ſecus ſi nõ continua, & aliquando, Anchar. conſ. 170 nu. 7. Corn. conſ. 85. nu. 12. lib. 3. Ruin. conſ. 50. nu. 17. lib. 1. Socci. conſ. 264. viſis, nu. 9. lib. 2. Aym. cõſ. 26. de duobus, nu. 3. & conſ. 123. Scripſi nu. 1. & nu. 5. & conſ. 151. nu. 24. & cõſ. 120. ſub nu. 12. verſ. Amplius, qui loquũtur etiam de præſumptione ſcientiæ ex communi habitatione, quod ſcilicet vnus præſumatur ſcire factum cohabitantis, Roland. poſt Bal. & alios quos allegat in conſ. 19. nu. 40. lib. 1. & conſ. 52 nu. 13. & ſeq. co. li. Plot. de in lit. iuran. nu. 621. ſecũdũ antiquã impreſſionem, quos, & alios referendo ſequuti ſunt, Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 11. nu. 55. & remed. 16. num. 53. Maſcard. de probat. lib. primo, concluſ. 451. Vbi de materia conuerſationis, & lib. ſecundo, concluſ. 879. num. 12. & lib. 3. concluſ.

1224. num. ſecundo, & concluſio. 1293. num. 18. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Scientia, concluſ. 62. num. quarto, & concluſ. 63. num. ſeptimo, & ſequen. num. 85.

109 IGNORANTIA facti alieni non præſumitur, ſed ſcientia, quando illud ſæpius diſcuſſum, & tractatum eſt cum eo, qui ignorantiam allegat, vt in l. procula, ff. de probat. & in l. Patronus, ff. de confirmation. tutor. per quæ iura ſic voluit Bald. in l. cum rem alienam, num. 12. verſ. Dubitatur vtrum teſtator, C. de legat. Iaſ. in l. ſi res obligata, num. 40. verſ. Limitat niſi factum alienum, ff. de legat. 1. Soccin. reg. 176. in 10. fallentia, Andr. Gayl. obſeruat. 48. num. 21. lib. 2. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 879. num. 21.

110 IGNORANTIA non præſumitur, ſed ſcientia illius facti, quod denunciatum fuit domi eius, qui ignorantiam allegat, ſecundum gloſſ. in l. ſi tutor petitus, in verbo Oſtenderis, & ibi Bald. ſub num. primo, verſ. Secundo fallit, C. de pericul. tutor. idem Bald. in l. ſcire oportet, §. illud, ff. de excuſat. tutor. Soccin. reg. mihi 176. in 3. fallentia, Marant. in repetit. l. is poteſt, num. 194. Vbi alios refert, ff. de acquiren. hæredit. Guid. pap. quæſt. 445. Iaſ. in §. ſed iſte, num. 125. Inſtitut. de actionib. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 879. num. 35. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 71. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Scientia, concluſ. 64. num. 107. Seraphin. de priuileg. iuramenti priuilegio 4. num. 34. & num. 139. & plurib. ſeqq. vbi licet plures alleget Doctores, quod ignorantia citationis domi factæ, poſſit per proprium iuramentum probari, quia non præſumitur citationem perueniſſe ad notitiam citati, & quod propterea malæ fidei poſſeſſor quis non conſtituatur per denunciationem domi factam, etiam in ſcriptis, contrariam tamen ſententiam veriorem exiſtimat, & magis communem teſtatur, eamq; quomodo intelligatur, & procedat bene declarat.

111 IGNORANTIA facti non præſumitur, ſed ſcientia in eo, qui eiuſdem facti ſcientiam habuit in parte, nam & his præſumitur in totum notitiam habuiſſe, Soccin. reg. 176. in 6. fallent. Bal. conſ. 462. ſcientia teſtamenti, lib. 2. vbi quod hæres præſumitur ſciuiſſe totum tenorem teſtamenti, & codicillorum, eo ipſo, quod fatetur ſciuiſſe eorundem particulam, argum. tex. in l. Non eſt ferendus, ff. de tranſaction. Mandell. conſil. 18. poſt num. 1. & num. 3. Surd. conſil. 22. num. 28. & conſ. 82. num. 35. Menoch. conſil. 73. num. 25. lib. primo, Burſatt. conſil. 64. num. 36. Simon de Prætis conſil. 95. num. 11. Idem Menoch. de præſumption. lib. ſexto, præſumption. 23. num. 73. Sfort. Odd. de reſtitut. in integr. par. prima, quæſt. 8. num. 70. Maſcard. de probationib. lib. 2. concluſ. 881. num. 19. Card. Tuſc. practic. concl. in verbo Scientia, concl. 64. num. 16. & nu. 89 alios plures in idem refert concordantes eruditiſſimus Io. Bapt. Coſta in tract. de facti ſcientia, & ignorantia inſpectio. 66. quem bene declarantem videas, & inter alia dicentem, quod in actu diuiduo, ſeu ſcriptura continente capitula ſeparata ex ſcientia partis non præſumitur ſcientia totius; ſecus in actu indiuiduo, prout ſunt teſtamenta, & alij inſtrumentales contractus.

112 IGNORANTIA non præſumitur, ſed ſcientia eorum quæ continentur in ſcriptura reperta penes illum, qui ignorantiam allegat, cap. conſtitutus, vbi præſertim gloſſ. & Innocen. extra de reſtibus, authen. qui ſemel, C. de probat. per quæ iura ſic voluit Soccin. reg. 176. in 7. fallentia Anchar. conſ. 170. principaliter, nu. 6. Abb. conſ. 19. in princ. verſ. Sed his nõ obſtantibus, & in fin. lib. 2. Alex. conſ. 147. Ponderatis, nu. 5. verſ. Pro hoc etiã, & nu. 9. verſ. Fortius videmus, lib. 2. Aretin. conſ. 15. in fine, Dec. conſ. 266. num. 2. & conſ. 302. nu. 3. & conſ. 607. Viſo puncto, num. 4. Aym. conſ. 379. num. 20. & 21. & conſ. 193. num. 7. ver. Similiter ſi inſtrumentum, Decian. conſ. 24. nu. 97. lib. 1. Alba. conſ. 18. num. 1. verſ. Et idem etiam eſt Menoch. de præſ. lib. 6. præſ. 23. nu. 74. Sebaſt. Medic. in tract. de caſu fortuito, p. 1. q. 3. nu. 39. verſ. Septimo inſtrumento, Viu. opin. 835. nu. 15. Maſcar. de probat. lib. 3. concl. 1293. nu. 20. Vbi tamen declarat præſuppoſito ſubiecto habili ad ſciendum, vt excludantur ruſtici, & ſimiles perſonę, Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Scientia, concl. 64. num. 17. 23. 26. 27. 66. & 87.

113 Et adeo verum eſt, quod præſumitur ſcientia contentorum in ſcriptura penes aliquem reperta, quod ſi in dicta ſcriptura fiat mentio de alia ſcriptura, vtputa teſtamento, præſumitur etiam is, apud quẽ ſcriptura reperta fuit, notitiam habuiſſe teſtamenti relati. Alex. conſ. 39. Viſis ſcripturis, num. 5. & 6. lib. 2. & conſ. 113. num. 17. lib. 6. & conſ. 118. viſo inſtrumento, num. 4. lib. 7. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Scientia, d. concluſ. 64. num. 88.

114 IGNORANTIA non præſumitur, ſed ſcientia (& hæc concluſio venit ampliatiue ad pręcedentem) in producente in iudicio inſtrumentum, ſeu aliam ſcripturam, cum tunc præſumatur producens ſcire omnia contenta in ſcriptura producta, Aym. conſil. 26. nu. 3. & conſ. 123. in princ. & num. 6. Ruin. conſ. 118. num. 10. lib. ... Maſcard. de prob. lib. 3. concluſ. 1293. num. 17. Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Scientia, d. concl. 64. num. 73.

115 Verum pro declaratione huius concluſionis, vide Io. Bapt. Coſt. in tract. de facti ſcientia, & ignorantia, inſpect. 83. in fi. vbi poſt Rot. quam allegat in deciſ. 159. nu. 4. par. 2. in nouiſſimis, dixit præſumptionem ignorantię in facto alieno procedere etiam in producente ſcripturam continentem factum alienũ, niſi dictum factum ter[...]deret ad proprium commodũ producentis, quia tun[...]c ex productione pręſumeretur ſcientia, alias ſecus.

116 IGNORAN[...]TIA facti alieni non præſumitur, ſed ſcientia in e[...]o, qui eidem facto præſens fuit,

quod

quod enim præſentia arguat ſcientiam, voluit gloſſ. in l. ſi tutor, C. de pericul. tutor. & ibi etiam Bal. idem Bald. in l. quicunque, num. 2. C. de ſeru. fugit. Soccin. reg. 176. in 5. fallentia. Vbi declarat Put. deciſ. 27. num. 2. lib. 1. Maſcar. de probat. lib. 2. concl. 879. nu. 38. & lib. 3. concl. 1293. num. 22. Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 21. nu. 6. vbi infert & præſump. 23. num. 72. Ripa in tract. de tempor. nocttur. c. 64. nu. 6. Sfor. Odd. de reſtitut. in integr. q. 8. num. 68. par. 1.

117 IGNORANTIA non præſumitur, ſed ſcientia in eo, qui ex aliquo facto etiam alieno commodum ſumpſit, Card. in clem. 1. §. vlt. de conceſſ. præbend. Maran. in repet. l. is poteſt, num. 229. ff. de acquir. hæred. Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 23. nu. 84. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 879. nu. 34. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 4. num. 32. Io. Baptiſt. Coſt. in tract. de facti ſcientia, & ignorantia, inſpect. 83. in fine.

118 IGNORANTIA etiam facti alieni non præſumitur, ſed ſcientia quomodo agitur de lucro captando ad l. iuris ignorantia dicitur iuris, & facti ignorantia, vbi quod in lucris ignorantia non prodeſt, & eſt communis, vt per Villalob. in comm. opin. verſ. Reſtitutio, nu. 40. & quod quando agitur de lucro captando cum damno alterius ignorantia non proſit voluit Marc. Anguſciola, conſ. 3. nu. 8. & ſeq. lib. 1. & conſ. 205. nu. 5. eod. lib. 1. vbi de cõmuni teſtatur ex Bart. quem alleg. in l. ſi duo, ff. de acquir. hæred.

119 Contrarium quod ignorantia facti alieni præſumatur, & excuſet etiã, quando agitur de lucro captando, probat tex. in l. ſi quis titio, & in l. ſi quis, ita ſtipulatus, ff. ex quib. cauſ. maior. vbi probatur ex capite abſentiæ, quem reſtitui ad lucrum hęreditatis, vel legati, propter abſentiam omiſſam, ergo idem dicendum de ignorantia, cum hoc ideo abſens reſtituatur, quia ex abſentia ignorantia præſumitur. Nec facit tex. ex aduerſo allegatus in d. l. iuris ignorantia cum alijs per Bar. in d. l. ſi duo, ff. de acquir. hæred. quia procedunt in ignorantia iuris, de qua infra latius dicam, non autem in ignorantia facti, ita per has rationes hanc contrariam ſententiam veriorem putauit celeberrimus olim Iuris Cõſultus Sfor. Odd. in trac. de reſtit. in integ. par. 1. q. 8. nu. 55. Qui tamen, & ipſe hanc contrariam opinionem declarat non procedere, quando ageretur de lucro captando cum damno tertij, prout loquitur Anguſciola in locis prææallegatis, & ſic ab eius ſententia non diſcedit.

120 IGNORANTIA facti alieni, non præſumitur, ſed ſcientia, nec ad excuſationẽ allegari poteſt, quando ſtatutum ſcientiam præſumit, & ignorantiam allegari non poſſe, ſtatuit hoc enim ſtatutum valere probauit Felin. in c. quoſdam, poſt num. 7. verſ. Septimo, & vlt. eſt aduertendum, de præſump. cuius dicta bene refert, & comprobat Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 881. num. 20. & 21. & 22. Vbi tamen declarat huiuſmodi ſtatutum eſſe intelligendum dicitur ignorantia iniuſta, culpoſa, craſſa, & ſupina, ſecus de iuſta ex Salyc. Iaſ. & Felin. in locis ibi per eum relatis, quibus addo Grat. conſ. 49. num. 40. lib. 2 Plot. de in lit. iuran. nu. 858. ſecundum antiquam impreſſionem, Alex. de Neuo in repet. c. 2. nu. 19. poſt alios ibi extra de conſtitut. Hippol. Rimin. conſ. 345. num. 33. Dixi alias ſupra in iiſdem fragmentis littera C, num. 709. Et ſine dubio propoſita concluſio, ſic vt ſupra declarata communiter a Doctoribus recepta eſt, quicquid ſecus ſenſerint Felin. in d. c. 2. ſub nu. 15. de conſtit. & Sebaſt. Medic. in tract. de caſu fortuito, par. 1. q. 3. ſub num. 42. vide infra num. 254.

121 IGNORANTIA facti alieni, licet præſumatur, & excuſet certum tamen eſt eam allegari debere, l. ſi adulterium, §. idem Pollioni, ff. ad l. Iuliam, de adulterijs, Bal. in l. ſuper longi, num. 10. C. de præſcription. longi temporis, & in l. quicunque, nu. 2. C. de ſeru. fugitiu. Salicet. in l. 1. num. 2. ff. ad Macedonian. Gabr. Sarain. in addit. ad Mattheſ. ſingu. 12. num. 12. & nu. 24. Alex. in l. qui bona, §. de illo, nu. 3. ff. de damn. infect. Iaſ. in l. cum quid, num. 25. ff. ſi cert. pet. Marant. in repetit. l. his poteſt, num. 225. verſ. Adde tamen, ff. de acquir. hæredit. Bal. conſ. 294. Petr. Lombard. lib. 3. Dec. conſ. 267. poſt num. 5. verſ. Vnde ignorantia, Andr. Gail. obſeruat. 48. nu. 14. lib. 2. Maſcar. de probat. lib. 2. concluſ. 879. nu. 6. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Ignorantia, concl. 14. num. 1. & 2. Io. Bapt. Coſta in tract. de facti ſcientia, & ignorantia, quem bene hanc concluſionem declarantem videas, & inter alia explicat, dicit hanc eandem concluſionem procedere in pręſumptione ignorantię oriente ex facto proprio, non ſi ex facto alieno ex Rot. quam allegat deciſ. 80. num. 11. & ſeq. par. 2. inter diuerſos vide quæ in ſimili de ignorantia iuris dixi infra num. 299.

ARGVMENTVM.

Hæres ſiue ſuus, ſiue extraneus ſit, an, & quando pręſumatur, ſcire teſtamentum in quo ipſe inſtitutus eſt fideicommiſſum, & alia in eo contenta.

SVMMARIVM.

Hæres regulariter præſumitur ſcire factum defuncti, illiuſque teſtamentum, & omnia in eo contenta. num. 112. Licet alii contra, num. 123.

Scientia defuncti, numquid præſumatur continuata in hæredem, num. 123.

Succeſſor præſumitur ignorare factum ſui anteceſſoris, num. 124. & num. 126. Vbi quid in ſucceſſore ſingulari.

Succeſſor, vel hæres præſumitur ignorare facta ſui anteceſſoris, & defuncti quando conuenitur, & eſt reus, ſecus ſi agit, & eſt actor, num. 125.

Filius hæres Patris, præſumitur ignorare te-

ſtamentum Paternum, & omnia in eo contenta num. 127.

Filius hæres Patris præſumitur ignorare Teſtamentum Paternum, etiam quod habitauerit cum Patre tempore conditi Teſtamenti, num. 128. Contra num. 129.

Ignorantia Teſtamenti, & contentorum in eo, præſumitur in omnibus ſuis hæredibus, qui ab inteſtato ſucceſſuri erat, num. 130, licet alii contra, nu. 131.

Scientia Teſtamenti, fideicommiſſi, & aliorum in teſtamento contentorum præſumitur, & probatur ex coniecturis, num. 132. & ſeqq. vbi plures ponuntur coniecturæ.

Scientia Teſtamenti præſumitur in hærede etiam ſuo, quando fatetur ſe ex Teſtamento hæredem nu. 133. licet alii contra, num. 134.

Hæres præſumitur habere ſcientiam teſtamenti, & contentorum in eo, eo ipſo quod de teſtamēto mentionem facit, num. 135.

Hæres præſumitur habere ſcientiam omnium contentorum in Teſtamento, quando eorum ſciuit aliquam partem num. 136.

Hæres præſumitur habere ſcientiam teſtamenti, & contentorum in eo, quando ſoluit legata in Teſtamento relicta, vel de illis ſoluendis cum legatariis, conuenit, num. 137.

Hæredis ſcientia teſtamenti, & contentorum in eo præſumitur ex publica voce & fama, num. 138. declara vt num. 140.

Hæres præſumitur habere ſcientiam Teſtamenti regiſtrati in publico num. 139.

Hæres præſumitur habere ſcientiam Teſtamenti, cuius copia penes ipſum reperitur, num. 141. & 142. vbi quid in hærede minore.

Hæres præſumitur habere ſcientiam teſtamenti, ſi præſens fuit illius confectioni, num. 143. & 144. vbi ſecus ſi erat abſens.

Hæres præſumitur habere ſcientiam teſtamenti, quando ſe immiſcuit in hæreditate, & illam adiuit, num. 145. & 146. Vbi idem quando hæreditatem repudiauit.

Fideicommiſſi remiſſio arguit ſcientiam teſtamenti, nu. 147.

Diuiſio hæreditatis arguit ſcientiam Teſtamenti, num. 148.

Fideicommiſſo an renūciatum dicatur per diuiſionem hæreditatis, num. 149.

Scientia Teſtamenti præſumitur, quando mortuo teſtatore, illud fuit publicatum, num. 150. & 151. Vbi idem quando ſolitum eſt illud publicari.

Teſtatoris factum notabile, præſumitur veniſſe in notitiam hæredis, num. 152.

Teſtamenti nuncupatiui, & contentorum in eo ſcientia præſumitur in hærede, num. 153.

Hæres præſumitur ignorare Teſtamentum, & contenta in eo, quando agit de dāno euitando, ſecus ſi de lucro captando, num. 154.

Hæres extraneus, & abinteſtato non ſucceſſurus, præſumitur habere ſcientiam Teſtamenti in quo, inſtitutus eſt, num. 155. Declara vt num. 156.

Hæres etiam extraneus non præſumitur habere ſcientiam Teſtamenti in ſcriptis, antequam fuerit apertum, num. 157. Declara vt num. 158.

Infans, adultus, ſeu minor Hæres Inſtitutus an, & quando præſumatur habere Scientiam teſtamenti, & contentorum in eo, num. 159.

Codicillorum ſcientia non præſumitur in hærede etiam extraneo. Declara vt num. 160.

122 IGNORARE factum defuncti, illiuſque teſtamentum, & omnia in eo contenta regulariter præſumitur hæres, l. qui in alienas, ff. de reg. iur. c. cum quis, de reg. iur. in 6. & vtrobique Doctores omnes communiter Feder. de Sen. conſ. 95. in fine, vbi loquitur ad effectum euitandi poenam negligentię a teſtatore in teſtamento impoſitam cum alijs de quibus per Menoc. de recuper. poſſeſſ. remed. 10. nu. 52. & in tract. de præſump. lib. 6. præſump. 23. nu. 55. Viu. opin. 835. nu. 4. Sebaſt. Medices in tract. de caſu fortuitu, p. 1. q. 3. nu. 31. verſ. Item hæredes, Car. Tuſc. pract. concl. in verbo Ignorantia, concl. 23. nu. 5. & latius in verbo Hæres, concl. 73. per tot. in diſcurſu, vbi multa cumulat in hac materia.

123 Et licet, quod imò ſcientia defuncti præſumatur continuare in hæredem per tex. in l. cum hæres, ff. de diuerſ. & tempor. præſcr. & in l. ſi ego, §. Pactus, ff. de public. in rem actione ſcriptum reliquerit, Maſcard. de prob. lib. 2. concl. 879. nu. 36. tu tamen a propoſita regula non diſcedas, & pro reſolutione contrariorum potes dicere illa procedere in hærede extraneo, de quo infra dicam, non autem de hęrede ſuo, de quo particulariter loquitur propoſita regula, cui mox ampliationes ſubijciam, & poſtea limitationes.

124 IGNORANTIA anteceſſoris præſumitur non ſolum in hærede, prout loquitur regula; ſed etiam generaliter in omni ſucceſſore; ſic enim probat tex. qui generaliter in omni ſucceſſione loquitur. in d. l. qui in alterius, ff. de reg. iur. & voluerunt Caſſador. deciſ. 2. tit. de lit. pend. vbi in ſpecie, quod ſubrogatus motu proprio in lite ab altero cępta, pręſumitur ignorare ſententiam contra ſuum anteceſſorem latam, Ruin. conſ. 166. nu. 27. lib. 1. vbi de Succeſſore in eccleſia quod pręſumatur ignorare geſta tempore ſui anteceſſoris, idem Ruin. conſ. 54. nu. 3. in fi. lib. 5. Natt. conſ. 506. nu. 19. lib 3. Afflict. deciſ. 37. nu. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 56. Card. Tuſch. pract. concl. in verbo Ignorantia, concl. 18. num. 1. & ſeqq. quem bene hanc materiam declarantem videas & concl. 23. num. 2. & an iſto caſu ignorantia probetur iuramento. vide infra nu. 230. & ſeqq.

125 Et in propoſito, an ſit vera illa diſtinctio, vt ignorantia præſumatur, & excuſet ſucceſſorem comparentem in iudicio, tanquam reum non ſi compareat tamquam actor, de qua per Viuium cum allegat. per eum opin. 835. num. 16. vide Eugen.

conſ.

conſil. 95. num. nono, & ſeqq. fere per tot. quem refert Ioanne Baptiſta Coſta in tractat. de facti ſcientia, & ignorantia, inſpectio. 90. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. dict. verbo Ignorantia, concluſ. 18. num. 4. & 5.

126 Et amplius numquid prædicta concluſio, quæ generaliter loquitur in ſucceſſione, habeat locum in ſucceſſione ſingulari, ſicut in vniuerſali, videtur quod non per regulam, d. l. qui cum alio, ff. de reg. iur. & aduertit Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 16. nu. 19. & ſeqq. quem declarantem videas.

127 IGNORANTIA teſtamenti, & contentorum in eo, in tantum præſumitur in hærede; vt licet filius dicatur vna, & eadem perſona cum patre, l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. Præſumitur tamen, & ipſe ignorare factum patris, & ſic teſtamentum ab eo conditum, & omnia in eo contenta, ſic enim communiter ſcripſere Doctor. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. obligation. vt ibi videre eſt apud Bart. ſub num. 13. Alexand. num. 53. verſic. Extra gloſ. Aretin. num. 15. Polidor. Rip. num. 50. & 51. Crot. num. 99. vbi de communi idem Bart. in l. eius qui in Prouincia, num. 2. ff. ſi cert. petatur. Bald. conſ. 200. Berta ſciens, & conſ. 392. Anno, lib. primo, & conſ. 295. Petrus Lombardi, colum. 2. verſ. Ex prædictis, lib. 3. & conſ. 399. Ioann. Simonem, in princip. & cōſil. ſeq. eodem lib. 3. Dec. conſ. 495. num. 21. Aym. conſ. 193. num. 6. Honded. conſ. 83. nu. 12. lib. 1. vbi de communi deciſ. pedemon. 73. num. 6. Duen. reg. 125. in 5. limitatione, Menoch. de præſumptio. 23. num. 57. Viu. opin. 835. num. 7. vbi de communi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, & num. 8. vbi quod filius præſumitur ignorare non ſolum teſtamentum patris, ſed etiam codicillos. Gabriell. titu. de præſumptio. concluſ. 6. num. 44. Maſcard. de probatio. lib. 1. concluſ. 413. num. 8. & lib. 2. concluſ. 780. num. 3. & ſeqq. Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Ignorantia, concluſ. 23. num. 11. & latius in verbo Hæres concluſ. 73. num. 23. & per tot. concluſ. vbi ad materiam huius concluſionis alia plura more ſuo exactiſſime explicat.

128 IGNORANTIA teſtamenti paterni, & contentorum in eo, in tantum præſumitur in filio, vt hæc præſumptio locum habeat etiam quod filius habitauerit cum patre tempore teſtamenti, niſi probauerit illum fuiſſe præſentem confectioni teſtamenti, ſecundum Bald. in conſil. 295. Petrus Lombardi, colum. 2. verſic. Ex prædictis, lib. 3. quem refert Menoch. de præſumptio. lib. 6. concluſ. 23. num. 58. Peregr. de fideicommiſſis, art. 52. num. 103. verſ. Secundus eſt.

129 Verum hæc concluſio apud me ſemper habuit difficultatem, præſertim quando teſtamentum fuit conditum a patre infirmo, & in lecto iacente. Nam, tunc quod ipſe filius non fuerit præſens confectioni teſtamenti, niſi de illo tempore probetur abſentia, in caput meum intrare non poteſt, & propterea, quod filius cum patre habitans in eadem domo præſumatur habere notitiam teſtamenti paterni, & contentorum in eo, voluerunt idem Bal. conſ. 392. num. 1. lib. 1. Abb. conſ. 19. col. 2. lib. 2. Rolan. conſ. 66. num. 31. lib. 4. Menoch. de recuper. poſſeſſion. remed. 10. num. 54. Maſcard. de probatio. lib. 3. concl. 1293. num. 4. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Hæres, concluſ. 73. nu. 3.-10. 11. & 37. nec ab hac contraria ſententia diſſentire videtur Peregr. in loco mox relato.

130 IGNORANTIA teſtamenti, & contentorum in eo, non ſolum præſumitur in filio, qui patri dicitur ſuus hæres; ſed etiam in omnibus alijs hæredibus coniunctis ab inteſtato ſucceſſuris, qui propterea, & teſtamentum, & in eo ſcriptum fideicommiſſum, & omnia alia contenta ignorare præſumuntur, ſic enim poſt Bart. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, ſcripſerunt Alex. poſt num. 53. Rip. nu. 57. Crot. num. 98. verſ. Secunda concluſio, vbi de communi, & reſpondet contrarijs, ff. de verbor. obligat. per tex. in l. eius qui in Prouincia, in fine, ff. ſi cert. pet. qui text. licet loquatur in hærede neceſſario, qui inuitus eſt hæres. Nos autem loquamur in hærede ſuo, qui habet beneficium abſtinendi, eadem tamen ratio militat in vno quam in alio, vt per Rip. in d. §. duo fratres, nu. 50. verſ. circa tertiam quæſtionem, Marant. in repet. l. is poteſt, nu. 244. in 12. limitatione, ff. de acquiren. hæreditat. Bald. conſ. 407. Lucas Franceſchini, in fine, lib. 3. Aretin. conſ. 20. viſis actis, num. 11. & ſeq. verſ. Tamen præſumitur, Soccin. Iun. conſ. 128. præſentis conſultationis num. 17. & num. 123. lib. 1. Neuizzan. conſ. 31. num. 17. Roland. conſ. 36. num. 4. lib. 2. Honded. conſ. 37. num. 1. lib. 1. Decian. conſ. 3. num. 119. lib. 1. Vbi quod multo magis præſumitur ignorantia teſtamenti, & fideicommiſſi facti ab Auo, Proauo, & ſimilibus antiquis, Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumpt. 23. num. 58. in fine, Maſcard. de probation. lib. 2. concluſ. 849. num. 1. & ſeqq. Vbi relatis contrarijs, hanc tenet ſententiam, quam pariter communi Doctorum calculo approbatam teſtatur, & concl. 850. nu. 6. Sebaſt. Medices de caſu fortuito, p. 1. q. 3. nu. 16. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Hæres, concl. 73. num. 29. Vbi pariter quod multo magis præſumitur ignorantia, in ſecundo, & poſteriore hærede, vtputa teſtamenti facti ab Auo, vel Proauo.

131 Et ab hac concluſione, quæ vt vides communiter recepta eſt in iudicando non recedas, licet contrarium voluerint Fulgoſ. in l. eius qui in Prouincia, §. quod ſi ſtipulatus, nu. 14. verſ. Contra quam, ff. ſi cert. pet. & ibi etiam Paul. de Caſtro, nu. 26. verſ. Vult. Bar. Aretin. in §. cui autem, nu. 2. in fin. inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtat. defer. Idem Paul. de Caſt. conſ. 94. clarum eſt in iure, num. 10. verſ. in dubio autem, lib. 2. Hactenus ampliationes propoſitæ regulæ explicauimus, nunc ad limitationes deſcendat.

132 IGNORANTIA teſtamenti fideicommiſſi,& aliorum in teſtamento contentorum, licet, vt prædixi præſumatur in hærede, etiam filio, alijſque ab inteſtato venientibus. Hæc tamen præſumptio generaliter limitatur, vt non procedat, niſi de ſcientia conſtaret etiam ex coniecturis, hoc enim caſu coniecturas ſufficere ad huius ſcientiæ probationem communiter tradiderunt Doctores in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verborum obligatioribus, prout teſtatur Honded. conſil. 33. num. 28. lib. primo, & num. 34. & ſeqq. Vbi reprobat contrarium tenentes, & ante eum, hoc idem tradiderunt Soccin. Iun. conſil. 116. num. 42. lib. primo, Menoch. de præſumptionib. lib. ſexto, præſumption. 23. num. 59. & conſil. 87. num. 56. lib. primo, & poſt iſtos Cardin. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Hæres, concluſion. 73. num. primo, & num. 22. Vbi tamen declarat, dummodo coniecturæ ſint concludenter probatæ.

Quæ autem ſint coniecturæ arguentes ſcientiam teſtamenti, & contentorum in eo ex infraſcriptis facile percipies.

133 IGNORANTIA excluditur in hærede teſtamenti, & contentorum in eo, quando fatetur ſe ex teſtamento hæredem eſſe. Tunc enim ſcire præſumitur, & teſtamentum, & etiam in eo contenta ſecundum Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. decimotertio, & ibi etiam Polidor. Rip. num. 53. & Crot. num. 97. verſiculo Prima concluſio, vbi teſtatur de communi, ff. de verbor. obligationib. voluit idem Bartol. in l. cius qui in Prouincia, num. 29. verſic. Quinto nota, ff. ſi cert. petat. Alexand. conſil. quarto, num. ſeptimo, lib. ſecundo, Pariſ. conſil. 91. num. 50. lib. ſecundo, Aymon. conſ. 193. num. ſeptimo, verſic. Idem ſi probaretur, & num. 8. Cæphal. conſil. 253. num. 13. Maſcard. de probation. lib. ſecundo, concluſ. 780. num. primo, & ſequen.& concluſ. 849. num. nono, & ſeq. Cardin. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Hæres, concluſ. 73. num. 12. & 18.

134 Ex quibus ita communiter a Doctoribus receptum eſſe dubitari non poteſt, licet contrarium voluerit Roman. conſ. 403. pro deciſione propoſitæ, num. 14. verſ. Sed his non refragantibus, quem ſequitur Iaſ. in l. quo Romæ, §. duo fratres, num. 56. verſ. Limitat Bart. Card. Tuſch. dict. concluſ. 73. num. 13.

135 Immo ex eo ſolo, quod hæres mentionem faciat teſtamenti, illius ſcientiam præſumi, propoſitis, & reprobatis contrarijs defendit Roland. cum alleg. per eum conſ. 36. num. ſeptimo, & num. 21. lib. tertio. Alios etiam plures refert concordantes Maſcard. de probation. lib. tertio, concluſ. 1293. num. 10. Honded. conſil. 33. num. 35. lib. primo, vbi facit generalem concluſionem, quod quotieſcunque conſtat de ſcientia teſtamenti in genere, præſumitur hæredem certificatum fuiſſe etiam de contentis in eo, alijſque pluribus ibi relatis teſtatur de communi; & pro hac concluſione faciunt, quæ mox dicam in ſequenti coniectura.

136 IGNORANTIA teſtamenti, & contentorum in eo pariter excluditur, quando conſtat hæredem ſciuiſſe partem eorum, quæ in teſtamento continentur. Tunc enim præſumitur etiam ſciuiſſe etiam reliqua in teſtamento contenta, per ea, quæ generaliter dicta ſunt ſupra de præſumptione ſcientiæ ex notitia partis, & in ſpecie ſic voluit Bald. in conſil. 462. ſcientia teſtamenti, lib. ſecundo, & conſil. 399. num. quinto, verſic. Immo probabiliter, & conſil. 401. quia dictus, num. 12. in fine, verſic. Et habita ſcientia, lib. 3. & conſil. 484. Caſus talis in fine, lib. quarto, prout illum ſic dicentem refert, & ſequitur Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Hæres, concluſ. 73. num. 38. Alios refert concordantes Honded. conſil. 33. num. 32. & faciunt pro hac concluſione, quæ dixi in antecedenti coniectura.

137 IGNORANTIA teſtamenti, & contentorum in eo, excluditur, quando hæres ſoluit legata in teſtamento relicta, vel de illis ſoluendis cum legatarijs tranſegit, aut conuenit. Non enim poteſt hæres legata ſoluere, aut de illis ſoluendis conuenire, niſi prius inſpectis, cognitiſque verbis Teſtamenti, ſecundum Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 13. & ibi etiam Polidor. Rip. num. 54. qui de communi teſtatur, ff. de verbor. obligation. Alexand. conſil. quarto, videtur inſpectis, poſt num. 20. verſic. Idem ſi apparet, lib. ſecundo, Deci. conſil. 267. num. ſecundo. Soccin. Sen. conſ. quarto, num. quarto, lib. ſecundo, & conſil. 75. num. 16. lib. primo. Soccin. Iun. conſ. 116. num. 44. lib. primo, Neuizzan. conſ. 84. num. 16. Pariſ. conſ. 16. nu. 48. & conſ. 46. nu. 16. & conſ. 72. num. 25. & conſ. 41. num. 97. lib. 2. Aym. conſ. 193. num. 7. verſ. Item ſi probetur, Rolan. conſil. 36. num. 9. & ſeqq. iuncto num. 16. & num. 26. lib. 3. Vbi reprobatis contrarium tenentibus, hanc teſtatur communem opinionem, & conſil. 85. nu. 21. lib. 1. Honded. conſ. 33. num. 32. lib. 1. Vbi facit generalem concluſionem, quod quando hæres aliquid facit de contentis in teſtamento, præſumitur habere claram ſcientiam omnium contentorum in eo, Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ. 849. nu. 12. & ſeqq. licet ibi ſubdat ſupra allegatam rationem non placuiſſe Ripæ in dicto §. duo fratres eodem num. 54. Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumpt. 23. num. 61. & ſeq. Peregrin. de fideicommiſ. art. 52. num. 104. verſic. Quartus vbi, Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Hæres concluſ. 73. num. 14. & 52.

138 IGNORANTIA Teſtamenti, & contentorum in eo, excluditur in hærede ex publica voce, & fama, quod defunctus teſtamentum fecerit, per ea, quæ generaliter ſupra dixi de præſumptione & ſcientia eorũ

de

de quibus eſt publica vox, & fama, & in ſpecie poſt alios voluit Bar. in l. qui Romæ §. duo fratres num. 14. & ibi etiam Ripa num. 55. & Crot. num. 104. ff. de verborum obligation. Bal. conſil. 295. Petr. Lombardi lib. 3. Soccin. Iun. conſil. 116. num. 49. lib. 1. Aym. conſil. 193. num. 7. Roland. conſil. 36. nu. 25. lib. 3. Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſion. 849. num. 7. & concluſ. 780. num. 11. Menoc. de præſumptio. lib. 6. præſumption. 23. num. 63. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 52. num. 104. verſic. Quintus vbi fama.

139 Et ideo teſtamenti regiſtrati in publico, prout Bononiæ fieri conſueuit, & contentorum in eo, præſumi ſcientiam, eo quia talis regiſtratio, ſeu incamerario facit notorium, voluerunt Roman. conſil. 350. num. 20. verſ. Ceterum, Gozzadin. conſil. 98. num. 2. Roland. conſil. 36. num. 18. & ſeq. lib. 3. & Maſcar. de probat. lib. 2. concl. 849. nu. 16.

140 Declara præcedentem coniecturam, vt ſcilicet, publica vox, & fama conditi teſtamenti, licet faciat præſumere eiuſdem teſtamenti ſcientiam, non tamen videtur, quod facit plus vltra præſumere ſpecialem ſcientiam eorum, quæ continentur in teſtamento, niſi eſſet publica fama in ſpecie de contentis in teſtamento ſecundum Bal. Rip. & Maſcard. in locis præallegatis, nec diſſentit Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Hæres concluſ. 73. num. 21. & ſeq. quem pariter bene declarantem videas.

141 IGNORANTIA teſtamenti, & contentorum in eo in hærede non præſumitur, ſed ſcientia, quando illud reperitur penes eundem hæredem, vt quia redemiſſet a notario per ea, quæ generaliter de ſcientia ſcripturæ penes aliquem repertę, dixi ſupra, & in ſpecie ſcripſit Aretin. in l. Qui Romæ, §. duo fratres, num. 12. & ibi etiam Rip. num. 56. ff. de verbor. oblig. Anchar. conſil. 70. nu. 6. idem Aretin. conſ. 15. in fine, Abb. conſil. 19. in fine, & conſil. 54. etiam in fine, Aym. conſil. 193. num. 7. verſ. Similiter, Alba. conſil. 59. num. 8. Dec. conſil. 24. nu. 33. & conſil. 267. non excedit memoriam poſt. nu. 2. verſ. Accedit ad hoc, Afflict. deciſ. 13. num. 11. Grammatic. deciſ. 103. num. 35. Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ. 849. num. 4. & 5. & concluſ. 780. num. 8. & ſeq. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Hæres concluſ. 73. num. 9. & num. 53. Peregrin. de fideicommiſſis art. 52. num. 104. verſic. Septimus vbi, & verſ. ſeq. Vbi hanc coniecturam multo magis procedere affirmat, quando Notarius hæredi ſcripto teſtamenti copiam dedit, & in verſic. Nonus, & ſeq. vbi pariter idem, et multo magis, quando hæres ſcriptus teſtamentum produxit.

142 Nunquid autem hæc coniectura procedat in minore 25. annorum, vide Bar. in d. l. Qui Romæ, §. duo fratres, num. 15. & ibi Curt. num. 99. et Rip. num. 56. ff. de verbor. obligation. Maſcard. de probatio. d. concl. 849. num. 6. et concluſ. 780. n. 10.

143 IGNORANTIA teſtamenti, et contentorum in eo non præſumitur in hærede, ſed ſcientia quando conſtat ipſum hæredem præſentem fuiſſe confectioni teſtamenti, ex præſentia enim argui ſcientia, generaliter dixi ſupra, et in ſpecie quod Gloſ. Aret. Alex. et Iaſ. quos allegat voluit Aym. conſil. 193. num. 7. verſ. Aequè probaretur, Menoch. de præſumptio. lib. 6. præſumptio. 23. num. 65. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Hæres concluſion. 73. num. 20.

144 Sic et è contra filius, ſeu alter ſuus hæres ab inteſtato veniens, præſumitur ignorans teſtamenti, et contentorum in eo, quando tempore dicti teſtamenti confecti erat abſens, ex abſentia enim ignorantiam præſumi generaliter dixi ſupra, et in ſpecie conſuluit Bal. conſil. 392. nu. 1. verſ. Interdum per coniecturas lib. 1. et conſil. 195. num. 3. et conſil. 399. num. 2. et 3. et conſil. ſeq. et conſil. 401. per tot. lib. 3. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Hæres concluſ. 73. num. 7. et 8.

145 IGNORANTIA teſtamenti, et contentorum in eo, in hærede non præſumitur, ſed ſcientia quando ſe immiſcuit in hæreditate, et illam adiuit, Bal. in l. Cætera, §. final. verſ. ſecundo nota, ff. de legat. primo, & in l. eius qui in prouincia, & ibi etiam Paul. de Caſtro ff. ſi cert. petat. Alex. conſil. 4. videtur inſpectis, poſt num. 2. verſ. plus dicit, Din. lib. 2. Dec. conſil. 267. num. 2. & conſil. 287. num. 15. & ſeqq. Bertrand. conſil. 155. num. 2. lib. 3. Roland. conſil. 36. num. 6. ante fin. iuncto num. 12. lib. 2. vbi ponit contraria, & illis reſpondet, & conſil. 85. num. 20. lib. 1. Honded. conſil. 33. num. 29. lib. 1. Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ. 849. num. 15. & lib. 3. concluſ. 1293. num. 7. & ſeqq. vbi de communi Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Scientia concluſ. 64. num. 20. & in verbo Hæres concluſ. 73. num. 33. 34. & 39. Vbi præſertim in eo, qui adiuit hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, licet enim immixtio legalis non producat ſcientiam teſtamenti, & contentorum in eo, attamen immixtio facti, & animi benè hanc ſcientiam inducit ex allegatis per Card. Tuſc. d. concluſ. 73. num. 2. 5. 17. & 35. & per tot. Honded. conſil. 33. num. 39. lib. 1.

146 Sic, & è contra præſumitur ſcientia teſtamenti, & contentorum in eo, quando hæres hæreditatem repudiat, Bal. conſil. 392. in fine, verſic. Super quarto, lib. 1. quem refert Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Hæres concluſ. 73. num. 19. licet.

147 IGNORANTIA fideicommiſſi non præſumitur, ſed ſcientia, quando hæres illud remiſit; non enim talis remiſſio ſimiliter fieri debuit, niſi viſo teſtamento, & fideicommiſſo in eo contento, in tantum quod ſi pupillus hæreditatem adiuit auctoritate Tutoris, & poſtea factus maior, fideicommiſſum remiſerit, eiuſdem fideicommiſſi ſcientiam habuiſſe præſumitur, illaque ſcientia, & notitia, quam habuit tempore pupillaris ætatis, ſufficit ad validandam hanc fideicommiſſi remiſſionem, ſecundum Bar. in l. eius qui in prouincia, num. 29. Vbi etiam cæteri ſcribentes, ff. ſi certum petat. & in l. Qui Romæ §. Duo fra-

fratres num. 15.& ibi Crot. num. 104. teſtatur de communi, ff. de verbor. obligation. cum alijs per Maſcard. de probatio.lib. 2. concluſ. 780. num. 12. & ſeq.

148 Imo per diuiſionem hæreditatis factam inter hæredes iuxta formam teſtamenti præſumi ſcientiam fideicommiſſi, & aliorum contentorum in teſtamento, ſcripſerunt Peregrin. de fideicommiſſis art. 52. num. 104. verſ. Secundus, vbi iuncto verſ. Vndecimus ſi hæreditatem, Honded. conſil. 33. num. 31. in fin.cum alleg. per eos.Roland. conſil. 36.num.6. & num. 16. & num. 23. lib. 2. Vbi benè declarat, quando per hanc diuiſionem præſumatur habita ſcientia teſtamenti.

149 Nunquid autem per diuiſionem hærediiatis cenſeatur fideicommiſſo renunciatum, vide Gabriell.tit. de fideicommiſſ. concluſ.1. lib. 4. Natt. conſil.474. num. 32. lib. 2. Neuizza. conſil. 32. nu.12.& ſeqq. vbi etiam an cenſeatur renunciatum fideicommiſſo per tranſlationem, Cęphal. conſil. 235. num. 1. & ſeqq. vſque ad num. 33. lib. 2. Marzar. de fideicommiſſis quæſt. 59. deciſion.pedemont. 112. num. 13. & ſeqq.

150 IGNORANTIA Teſtamenti, & contentorum in eo,in hærede non præſumitur, ſed ſcientia, quando mortuo defuncto in eius domo teſtamentum publicarur per Notarium,ſecundum Alex. in l. Qui Romæ,§. duo fratres,num. 53.ff.de verbor. obligation. Gozzadin.conſil.98.num.21.Aym.conſil. 193. nu. 6.ad finem,Pariſ.conſil.72.num.27.& conſil.91.nu. 47.lib.2.Soccin.Iun.conſil.45.num.16.lib.1.Rolan. conſil.66.num.24. lib. 4. Menoch. conſil. 87. num. 59.lib.1.quos ſic dicentes refert, & ſequitur ætatis noſtræ non mediocris eruditionis Iuris Conſultus in tract.de fideicommiſſis art.52.num.104. verſ.Sextus vbi teſtamentum, & in verſ. ſequenti, vbi idem quando vigore ſtatuti Notarius intra certum tempus tenetur hæredibus ſcriptis teſtamenti copiam dare.

151 Imò ad inducendam hanc ſcientiam ſufficit ſolitum eſſe,quod poſt mortem teſtatoris teſtamentum à Notario publicetur,ex allegatis per Roland.conſil. 36.poſt num.12.& num.18.lib.2.per Honded.conſ. 33.num.30.lib.1.& per Cardin.Tuſc.practicar.concluſ.in verbo Hæres concluſ.73.num.44.

152 IGNORANTIA facti teſtatoris in hærede non præſumitur, ſed ſcientia, quando factum, de quo quæritur eſt maximi momenti,per ea, quæ generaliter dixi ſupra, & in ſpecie dixerunt Corn. conſil. 267.ad fin.lib.4.Abb.conſil.3.Aym.conſil.168.nu. 5.Decian.conſil.10. num.87. & ſeq. lib. 1. quos ſic dicentes refert,& ſequitur Ioſeph.Ludouic.concluſ. 16.illatione 119.

153 IGNORANTIA teſtamenti nuncupatiui,& contentorũ in eo, nõ præſumitur in hærede,ſed ſcientia & eſt ratio, quia hoc nuncupatiuum teſtamentum mortuo teſtatore ſolet à Notario publicari, & à teſtibus reuelari, & ſic intrãt,quæ ſupra poſui in verſ. Imo ad inducendam,& in ſpecie ſic voluerunt Alex. in l.Qui Romæ,§.Duo fratres,num.53. ff. de verbor. obligation. Pariſ.conſil. 16.num. 48. & conſil. 46. num.14.& conſil.72.num.27. lib. 2. Soccin. conſil. 75.num.16.lib.1.Roland.conſil.36. nu.12. & ſeqq. lib.2.& conſil.66.nu.23.& ſeq. lib.4. Cęphal. conſ. 253.num.14.lib.2.Menoch.conſil.87. num.57.lib. 1.Honded.conſil.33.num.30.lib.1. Boer. deciſ. 39. num.13.Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Hæres concluſ.73.num.43.& 44.

154 IGNORANTIA teſtamenti,& contentorum in eo,præſumitur in hærede, quando agit de damno vitando, ſecus ſi de lucro captando,tunc enim præſumitur ſcientia ſecundum Dinum in regul. præſumitur,num.6.in fin.& ibi Ioan.Andr. ſub num. 1. de reg.iur.in 6.quos ſic dicentes refert, & ſequitur Maſcard.de probation.lib.2.concluſ.879.num.37.Cardinal.Tuſc.cum alleg.per eum in verbo Hæres,concluſion.73.num.43.

155 IGNORANTIA teſtamenti,& contentorum in eo,licet regulariter,vt dixi,præſumatur in hærede ſuo,& ab inteſtato ſucceſſuro, non tamen ſic eſt in hærede extraneo, & qui ab inteſtato ſucceſſurus non erat;is enim quod teſtamenti, & contentorum in eo notitiam habuerit, facit,quia certum eſt, quod ſine teſtamento,hæres eſſe non poterat, ſecundum Bartol.in l.Qui Romæ,§.duo fratres, num.12.& ibi Ripa num.57.teſtatur de communi, ff. de verbor. oblig. Soccin.reg.176.in 8.fallentia,Rolan.conſil. 36. nu. 5.lib. 2.Honded conſil.33.num.8.lib.1.Sebaſt. Medic.de caſu fortuito par. 1.quæſt.3.num.16. Menoc. de præſumptio.lib.6.præſumpt.23.num.75. Maſcar. de probat.lib.3.concluſ.850.num.1. & ſeq. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Scientia,concluſ. 64. num.21.& in verbo Hæres, concluſ.73. num. 40. & num.46.& ſeqq. Vbi alia ad hanc materiam, Peregrin.de fideicommiſſis art.52.num.104.verſic. Tertius vbi.

156 Hęc concluſio vt vides communiter recepta eſt, & in ſe veriſſima,ſed non ex eo.quia ſit differentia inter ſuum, & extraneum hęredem, ſed quia vt ſupra dicunt communiter Doctores, certum eſt quod hæres non ſucceſſurus ab inteſtato, ſuccedere non poterat, niſi ſciuiſſet ſe hæredem inſtitutum, & ſic præſupponitur aditio hæreditatis,quæ,vt ſupra dixi, etiam in ſuo hærede teſtamenti ſcientiam producit, quare non multum ſpernenda eſt eorum ſententia, qui differentiam inter ſuum,& extraneum hæredem reprobarunt.

157 IGNORANTIA teſtamenti, & contentorum in eo,in hærede etiam extraneo præſumitur, quando teſtamentum fuit celebratum in ſcriptis,& nondum fuit apertum iuxta l.1. ff.quemadmod. teſtam. aperiant.& voluerunt,Ripa in d. l.Qui Romæ,§. duo fratres,num.57.ff.de verbor. obligar. Menoch. de præſumpt.lib.6.præſumpt.23.num.77.Maſcard.de probat.lib.2.concluſ.850.num. 3. & ſeqq. & num. 7. & lib.3.concluſ.1293.nu.5.Card. Tuſc.pract.concluſ.

in

in verbo Hæres, concluſ. 73. num. 15. & num. 41. & ſeq. Apud quos, alios in idem reperies concordantes Doctores.

158 Et ex hac concluſione pariter infertur non eſſe attendendam differentiam inter hæredem ſuum, & extraneum, ſed ſolum attendendum, an teſtamentum ſit in ſcriptis, vel nuncupatiuum. Teſtamenti enim in ſcriptis, & contentorum in eo in quocumque hærede etiam extraneo, vt mox dixi, præſumitur ignorantia; Nuncupatiui autem præſumitur ſcientia etiam in ſuo hęrede, vt ſupra dixi.

159 IGNORANTIA teſtamenti, & contentorum in eo, præſumitur in infante, qui medio tutoris, hæreditatem adiuit, etiam quod poſtea fuerit maior factus, & etiam quod ab inteſtato ſucceſſurus non erat, ſecundum Rip. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 57. ff. de verbor. obligat. cum alijs per Menoch. de pręſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 77. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 850. num. 8. & ſeqq. Vbi tamen huic concluſioni dat plures declarationes, quas ibi videas; & vide etiam Peregrin. de fideicommiſſ. art. 52. num. 105. Vbi poſt Bart. Rip. Aretin. & alios quos allegat, docet hanc conclusionem procedere, prout loquitur, in infante, ſecus in adulto, vel in pupillo proximo vbertati, & multo magis in doli capace, Car. Tuſc. pract. concluſ. verbo Hæres, concluſ. 73. num. 6. Vbi & ipſe remiſſiue ponit plures declarationes, Honded. conſil. 33. num. 37. & ſeq. lib. 1. Vbi quod, quicquid ſit in infante, aut pupillo, in adulto tamen admittit præſumptionem ſcientiæ teſtamenti.

160 IGMORANTIA teſtamenti, & contentorum in eo, licet non præſumatur in hærede extraneo, præſumitur tamen quoad codicillos ſeparatos à teſtamento factos, text. eſt in l. final. §. final. ff. de legat. 2. & in l. quidam ita in teſtamento, §. final. ff. ad trebellian. facit text. in l. ſi ſeruum, §. de illo, ff. de verbor. obligat. & in l. non eſt ferendus, ff. de tranſact. Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 16. & ibi etiam Ripa num. 60. & Crot. num. 106. ff. de verbor. obligat. Marian. Soccin. in l. ita ſtipulatus, num. 273. verſ. Secunda concluſio ſit, in fine, ff. eodem, Aretin. conſil. 94. Conſideratis, poſt nu. 5. verſ. Secundo oſtenditur. Menoch. de præſump. lib. 6. præſumpt. 23. num. 77. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 850. num. 13. & ſeq. Vbi declarat hanc concluſionem procedere prout loquitur in codicillis factis ſeorſum a teſtamento, ſecus in connexis reſultantibus ex clauſula codicillari appoſita in dicto teſtamento, cuius quidem clauſulæ hæres, qui teſtamenti notitiam habet, præſumitur etiam notitiam habere, ex Bar. & Ripa in locis ibi per eum allegatis, & concluſ. 770. num. 14. & ſeq. Sebaſt. Medic. de caſu fortuit. par. 1. quæſt. 3. num. 19. verſ. Septimo codicillorum ignorantia. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 52. num. 103. verſ. Secundus eſt.

ARGVMENTVM.

IGNORANTIA iuſta, & probabilis, quæ ſit, quæ craſſa, ſupina, & affectata, & quando excuſet.

SVMMARIVM.

Ignorantia iuſta, & probabilis, quæ ſit, num. 161.
Ignorantia craſſa, & ſupina, quæ ſit, num. 161.
Ignorantia affectata, quæ ſit, num. 161.
Ignorantia iuſta in totum excuſat, craſſa, & ſupina, non à toto, ſed à tanto; Affectata autem in nihilo excuſat, num. 161. in fine.
Ignorantia craſſa, & ſupina eſt neſcire id quod quis inueſtigare, & ſcire tenetur, præſertim ratione officii, num. 162.
Paria ſunt ſcire, vel ſcire debere, num. 163.
Paria ſunt ſcire, & ſcire poſſe, num. 164.
Ignorantia craſſa, & ſupina, non excuſat, num. 165.
Ignorantia craſſa, & ſupina, numquid excuſet à dolo, & à pœna ordinaria, num. 166.
Ignorantia affectata, nullo pacto ignorantem excuſat, num. 167.

1

161 IGNORANTIA alia eſt iuſta, & probabilis, ſeu vt Theologi dicũt inuincibilis, alia craſſa, ſeu ſupina; alia autem affectata; ignorantia iuſta, probabilis, ſeu inuincibilis quæ ſit, & quæ craſſa, & ſupina, & quæ etiam affectata: Vide bene declarantem Ioan. Capiſtran. in Speculo conſcientiæ, num. 145. & nu. 186. Carbon. in tract. de legib. lib. 8. diſp. 13. & Iacob. Ayner. in repet. l. Vt vim par. 3. num. 4. & ſeq. ff. de iuſt. & iure quem allegaui ſupra in tit. de pœn. temper. quæſt. 90. num. 100. in fine vbi etiam an, & quando delinquens excuſetur ex ignorantia craſſa, ſupina, & affectata aliqua ſcripſi, & illis nunc addo, Andr. Gayl. obſeruat. 48. num. 18. lib. 2. Vbi alijs relatis, dixit ignorantiam affectatam eſſe quando quis per ſimulationem aliquid ignorat, hoc eſt quando ſcire potuit, ſed noluit, quia diſſimulauit; ignorantiam autem iuſtam, ſeu veriſimilem, dixit eſſe eam, quæ ex probabilibus argumentis, & coniecturis ducitur, Maſcard. de probat. lib. 2. concluſion. 879. num. 33. Vbi pariter dixit ignorantiam affectatam eſſe, quando quis per ſimulationem aliquid ignorat, videlicet quando ſcire potuit, ſed noluit, Sfort. Odd. de reſtitut. in integr. part. 1. quæſt. 8. num. 58. Vbi dixit non poſſe dari certam regulam, quæ dicatur ignorantia ſupina, niſi dicatur quod vbi ſcientia de iure præſumitur, ibi ignorantia dicatur ſupina, & inexcuſabilis, Ioan. Baptiſt. Coſt. de facti ſcien. & ignoran. inſpect. 81. per totam, vbi dixit ignorantiam affectatam, ſeu, vt alij dicunt, voluntariam eſſe eam qua quis ignorant id quod ſcire tenetur, quia non vult ſcire ob prauitatem mali deſiderij; ignorantiam autem craſſam, & ſupinam eſſe illam, quæ per culpam

pam

pam latam quis ignorat, id quod communiter omnes ſui ordinis ſciunt ignorantiam autem iuſtam, ſeu inuincibilem eſſe eam qua quis ignorat quod nō oportet eum ſcire, & qua communiter homines eiuſdem ordinis laborant adhibita diligentia benè ibidem infert, declarat, & exemplificat vniuſcuiuſq; ignorantiæ præmiſſas ſingulas ſpecies concluditq; ſicut etiam concludit Iacob. Ayner. in loco præallegato, quod ignorantia affectata in nihilo excuſat, craſſa, & ſupina non à toto, ſed à tanto excuſat, iuſta autem in totam excuſat, de quibus mox infra dicam.

162 IGNORANTIA craſſa, & ſupina eſt neſcire id quod quis inueſtigare, & ſcire tenetur, & debet præſertim ſi ſic inueſtigare, & ſcire tenetur ratione officij quod habet; ſic enim ignorans habetur pro ſciente vt in l. Quod te, ff. ſi cert. petat. Præſumiturq; ſimulata ignorantia vt in l. 1. Vbi Bald. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. & eſt gloſ. in c. præſumitur, de reg. iur. in 6. Abb. in c. innotuit nu. 9. ff. de elect. Soccin. reg. 176. in prima fallentia, Iaſ. in l. ſi res obligata, num. 41. ff. de legat. 1 Lapus alleg. 51. circa fi. nu. 17. verſ. Ad tertium, vbi de Epiſcopo quod nō præſumatur ignorare vacationem beneficij, quia cū debeat viſitare eccleſias, præſumatur hoc ſcire, Creſc. de dol. & contu. dec. 10. n. 11. Gramm. dec. 103. n. 36. & ſeq. Abb. in conſil. 73. Circa primum, num. 7. in fine, verſ. Præterea non fuerunt, lib. 2. Vbi loquitur in hærede conficiente inuentarium, qui præſumitur ſcire bona defuncti, ex quo illa indagare tenetur, Alex. conſil. 103. Viſis ſcriptis, num. 15. verſic. Non obſtat quartum, & num. 16. verſic. benefacit lib. 2. Bellamer. conſil. 10. num 23. verſic. Sed oportet, vbi quod Epiſcopus præſumitur ſciuiſſe collationem beneficij diù obtentam ab inferiore collatore in ſui præiudicium, eo quia ex officio tenetur inquirere beneficiorum collationes, Roman. conſil. 481. num. 4. verſic. Ad hoc, & num. 8. Vbi etiam de Epiſcopo quod præſumitur ſcire deuolutionem iuriſpatronatus cum ſemel in anno eccleſiam viſitare teneatur, & conſil. 342. Quoad primum num. 4. verſic. Et huius eſt ratio, Aym. conſil. 225. num. 8. Alba. conſil. 18. num. 4. & ibi in addit. litera D. Vbi quod tutor præſumitur ſcire facta pupilli cuius bona adminiſtrat cum ratione officij illa perquirere teneatur, Dec. conſil. 160. num. 5. verſic. Cum ergo, Roland. conſil. 72. num. 20. & ſeqq. lib. 3. Gabriell. tit. de reg. iur. concluſ. 5. num. 11. & num. 31. & ſeq. Vbi declarat, & concluſ. 6. num. 40. & ſequen. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 66. Maſcard. de probationib. lib. 2. concluſ. 637. num. 13. & concluſ. 879. num. 7. & ſeqq. & concluſ. 881. num. 17. Andr. Gayl. obſeruat. 48. num. 21. lib. 2. Viu. opin. 835. nu. 17. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 8. num. 48. & ſeqq. & num. 69. Seraphin. de priuileg. 4. num. 115. & ſeqq. & num. 167. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Ignorantia concluſ. 18. num. 15. & ſeqq. & concluſ. 22. num 2. & in verbo Scientia concluſ. 64. nu. 98. & ſeq. Sebaſt. Medic. de caſu fortuito part. 1. quæſt. 3. num. 29. Io. Baptiſt. Coſt. in tract. de facti ſcientia, & ignorantia regul. 2. per totam, vbi latè materiam ponit, & infert ad ſubreptionem reſcripti, à qua bene docet regulariter ignorantiam non excuſare, cum declarantem videas.

163 IGNORANTIA craſſa, & ſupina quare inducatur in eo, qui aliquid inueſtigare & ſcire tenetur ex cōiter à Doctoribus aſſertur, quia ſcilicet paria ſunt ſcire vel ſcire debere. l. quod te ff. ſi cert. petat. Abb. in c. final. nu. 3. de celebrat. miſſar. Marſil. in pract. crimin. §. Aggredior. num. 33. Aym. conſil. 225. nu. 5. Simon. de Pret. de interpret. vltim. volunt. lib. 5. interpretat. 2. dubitat. 2. num. 304. Decian. conſ. 76. num. 60. lib. 4. Roland. conſil. 72. num 22. lib. 3. Petr. à Planch. in epith. delict. cap. 39. ſub num. 18. Andr. Gayl. obſeruat. 48. num. 16. in fine lib. 2. Viu. opin. 835. num 17. Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Scientia concluſ. 64. nu. 40. Io. Baptiſt. Coſt. in tract. de facti ſcientia, & ignorantia inſpect. 65. Vbi notabiliter declarat hanc concluſionem procedere in his quæ iuris ſunt, non in his quæ ſunt facti cum ignorantia facti niſi ſit tale quod quiſque ſcire teneatur vel proprium quoſque prudentiſſimos excuſet in l. 2. ff. de iuris, & facti ignorantia, cum alijs ibi per eum allegatis.

164 Sic, & paria quoque eſſe ſcire, & ſcire poſſe ignorantiamque craſſam dici eam quę eſt circa illud quod quis facilè ſcire poteſt, probat text. in l. ſi duo, in fine, gloſ. in l. final. ff. de decret. ab ord. facien. & in cap. 2. de tempor. ordinat. in 6. Card. in clem. 1. §. final. num. 6. de conceſſion. præbendæ. Arius Pinellus in auth. Niſi, nu. 60. C. de bon. matern. Hieronim. Buttigella ad l. quod te, num. 9. ff ſi cert. petat. Vbi huius concluſionis ponit nonnulla exempla, Curt. Sen. conſil 58. num. 4. in fine, Roland conſil. 72. nu. 23. & 24. lib. 3. Decian. conſil. 18. nu. 154. Honded. conſil. 61. num. 18. lib. 1. & conſil. 83. nu. 70. & ſeq. eod. lib. 1. Gabr. rubr. de reg. iur. concluſ. 6. num. 42. Vbi pro, & contra, Viu. opin. 835. num. 17. Polidor. Ripa in tractat. de tempor. nocturno cap. 5. num. 17. Io. Baptiſt. Coſta in tractat. de facti ſcientia, & ignorantia num. 7.

165 IGNORANTIA craſſa, & ſupina non excuſat cap 1. de poſtulat. Prelat. cap. cum in tua, extra qui matrimonium accuſare poſſint, l. Nec ſupina, & in l. Regula eſt, ff. de iuris, & facti ignorantia l. ſi duo, & ibi Ang. & Paul. de Caſtro ff. de acquir. hæred Car. in clem. 1. in 5. quęſt. de conſanguinitate, & affinit. Bald in l. quicumque num. 2. C. de ſeru. fugitiu. Marſil. in l. qui ignorans num. 18. & num. 23. & ſeq. C. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. qui falſam num 88. ff eod. Roman. conſil. 340. num. 11. in fin. Gozzadin. conſil. 68. poſt num. 14. Vbi quod quando ignorantia eſt ſupina nunquam ex capite ignorantia datur reſtitutio in integrum, & eſt tex. in l. non enim. ff. ex quib. cauſ. maior. quod & idem voluit Sfort. Odd. in tractat. de reſtit. in integr. quæſt. 8. num. 57. Addo pro hac eadem concluſione Iul. Scarlattin. conſil. crim. diuerſ. 118.

118.num.17. Gabr. tit. de regul.iuris concluſ.6.nu. 43.lib.4.Andr.Gayl.obſeruat.48. nu.15.& 16. lib. 2.Sebaſt.Medic.de caſu fort uito part.1.quæſt.3.nu. 10.Io.Baptiſt. Coſta de facti ſcientia, & ignorantia inſpect.81.num.16.

166 Nunquid autem hæc craſſa ignorantia excuſet in aliquo, & ſic à dolo, & conſequenter à pœna ordinaria? videtur quod ſic vt ſupra num.161. in fine, facit deciſio Creſcen. de dolo,& contumacia deciſ. 10.nu.15. Vbi propterea dixi craſſam ignorantiam excuſare quando agitur de damno euitando, & de amittendo ius quæſitum, vide Tiraquel.de pœn. cauſa 13.num.22.& ſeqq.& cauſa 43.num.4.& quæ dixi ſupra in tit.de pœn.temper.quæſt.90. num.98.& ſeqq.

167 IGNORANTIA affectata nullo pacto ignorantem excuſat Clementin. 1. §. Non rigorem,extra de iudic. Vbi affectans a citationis ignorantiam habetur pro citato,voluit gloſ.in c.eos,in verbo Affectata de tempor.ordinat.in 6. & in clementin. 1. in verbo Scienter,de conſanguinit.& affinit. Iaſ.in l. ſi ſeruus plurium,§.ſi quis, ante num.7. verſic. 4. de legat. 1. Felyn.in c.à Nobis,num.1.de exception. & in c. fin. num.5.extra de teſtib.Iacob.Rebuff.in l.1.C. de Colon.Illyrici poſt nu.3.verſic.Nota quod hæreſ. Cum alijs per Iul.Scarlattin.conſil.crim. diuerſ.118.num. 18.lib. 1. Barthol. Theg. in practic. crimin. part. 4. num.14.& 15.Andr.Gayl.obſeruat.48.num.18.lib. 2.Honded.conſil.87.num.41.lib.1. Seraphin.de priuileg.iuram.priuileg.4. num.102.& ſeqq. Vbi facit plures illationes, Maſcard.de probat.lib.2. concluſ. 869.num.31.Cardin.Tuſc. practicar. concluſion.in verbo Ignorantia concluſion.21.num.3.Ioan.Bapt. Coſt.in tract.de facti ſcientia, & ignorantia inſpect. 81.num.9.& ſeqq.

ARGVMENTVM.

Coniunctus; ſeu vicinus an & quando præſumatur ſcire facta ſui Coniuncti, aut vicini, quid & quantum valeat hæc præſumptio.

SVMMARIVM.

Coniunctus præſumitur ſcire facta ſui coniuncti regulariter num.168. & 170. licet alii contra, nu.171 de materia num.172.

Vicinus præſumitur ſcire facta ſui vicini, num. 169. & 170. licet alii contra num. 171. de materia, num.172.

Coniunctus ſeu vicinus nunquid præſumatur ſcire facta ſui coniuncti, vel vicini, iudicis arbitrio remiſſum eſt, num. 171. in fine.

Vicinus quis dicatur, num.173.

Coniunctus, ſeu conſanguineus præſumitur ſcire facta ſui conſanguinei, ea præſertim quæ reſpiciunt iura ſanguinis, & natura, num.174.

Coniunctus, ſeu vicinus præſumitur ſcire facta ſui coniuncti, vel vicini, ea ſcilicèt, quæ ſunt ſucceſſiua, vel ſolent cadere in cognitionem coniunctorum, & vicinorum, num, 174.

Coniunctus, ſeu vicinus præſumitur ſcire diuitias, ſeu paupertatem ſui coniuncti, vel vicini, num. 178.

Coniunctus, ſeu vicinus præſumitur ſcire bonam, vel malam ſui coniuncti, & vicini famam, & conditionem, honeſtatem, vel inhoneſtatem Mulieris, num. 176.

Coniunctus, ſeu vicinus præſumitur ſcire an ſuus vicinus ſit viuus, vel mortuus, num. 177. declara vt num.178.

Coniunctus, ſeu vicinus præſumitur ſcire ætatem ſui coniuncti, vel vicini, num.179.

Coniunctus, ſeu vicinus an præſumatur ſcire an quis ſit filius ſui coniuncti vel vicini, num.180.

Coniunctus, vel vicinus præſumitur ſcire an ſuus coniunctus, vel vicinus ſit Hæreticus, Fænerator, Blaſphematur, Aleator, Prodigus, Fornicator, Venator, aut quid ſimile, num.181.

Vicinus, ſeu coniunctus præſumitur ſcire an ſuus vicinus, vel coniunctus poſſideat, num.182. vbi etiam idem an iuriſdictionem exerceat.

Coniunctus vſque ad quem gradum præſumatur ſcire facta ſui coniuncti, num.183.

Coniunctus, ſeu vicinus minor nunquid præſumatur ſcire facta ſui coniuncti, vel vicini, num.184.

Maritus an præſumatur ſcire facta ſuæ Vxoris, & è contra num.185.

Coniunctus, ſeu vicinus non præſumitur ſcire facta ſui coniuncti, vel vicini, quæ iura ſanguinis non reſpiciunt, quæ clàm geruntur, & quæ in cognitionem coniunctorum, ſeu vicinorum cadere non ſolent num.186.

Vicinus, ſeu coniunctus non præſumitur ſcire facta momentanea ſui coniuncti, vel vicini, num. 187. declara, vt num.188.

Coniunctus, ſeu vicinus non præſumitur ſcire an ſuus coniunctus, vel vicinus teſtamentum fecerit, vel aliquem contractum celebrauerit, num.289. declara vt num. 190.

Coniunctus, ſeu vicinus nunquid præſumatur ſcire ſtuprum, adulterium, vel partum ſuppoſitum, a ſuo coniuncto, vel vicino, num. 191.

Coniunctus, ſeu vicinus non præſumitur ſcire ſententiam latam contra ſuum vicinum, vel coniunctum. Item an habeat Tutorem, ſeu Curatorem, vel quod geſſerit ſe pro Comite Palatino, num.192.

Coniunctus ſeu vicinus non præſumitur ſcire facta ſui coniuncti, vel vicini tempore quo ipſe erat abſens, num.193. declara, vt num.194.

Coniunctus ſeu vicinus non præſumitur ſcire facta ſui coniuncti, vel vicini, cum quo non ſit ſolitus conuerſari. num.195.

Coniunctus, ſeu vicinus non præſumitur ſcire facta

a ſuo

a ſuo coniuncto, vel vicino tempore, quo erat infirmus, num. 196. Declara vt num. 197.

Coniunctus, ſeu vicinus nouus, non præſumitur ſcire facta ſui vicini, aut coniuncti, num. 198.

Ignorantia, & non ſcientia præſumitur in coniuncto, ſeu vicino, quando agitur de delicto, & criminaliter, num. 199. & ſeq. Contra, num. 201. Reſolue, num. 202.

Probatio reſultans ex conſanguinitate, & vicinitate eſt tantum præſumptiua, num. 203.

Sententia lata ex præſumptiua probatione reſultante ex coniunctione, & vicinitate, quando in iudicatum tranſeat, num. 203.

Iuramentum in ſupplementum non defertur ex præſumptiua probatione reſultante ex coniunctione, & conſanguinitate, num. 204.

Teſtes reddentes ſui dicti concludentem probationem præferuntur teſtibus reddentibus rationem, quia coniunctus, vel vicinus, num. 204.

Præſumptio ſcientiæ reſultans ex coniunctione, & conſanguinitate, admittit probationem contrariam, etiam per coniecturas, num. 205.

Præſumptio ſcientiæ reſultans ex coniunctione, & conſanguinitate, non impedit reſtitutionem in integrũ ex capite ignorantiæ, num. 206.

168 IGNORARE Regulariter non præſumitur vicinus, ſeu coniunctus facta ſui vicini, vel coniuncti; de coninncto eſt tex. in l. octaui, ff. vnde Cognati in l. de tutela, C. de in integr. reſtit. minor. in l. Sancimus, C. de Nuptijs, l. Filium, C. de liberal. cauſa, cap. Quoſdam, de præſumption. cap. Conſtitutus, extra de teſtib. voluit Gloſ. in c. Paratus, in verbo Neſcire 23. quæſt. 1. Roman. in l. is poteſt, num. 6. verſic. Item conſanguineus, & ibi etiam Alex. num. 13. verſ. Ex his habes, & Maran. in repet. num. 232. verſic. Quinto limita, ff. de acquiren. hæreditate, Felyn. in capit. litteris num. 3. de præſumptio. Vbi teſtatur de communi, Fulgoſ. in l. 1. num. 20. ff. ſi cert. petat. Alex. conſ. 71. videretur prima conſideratione, poſt num. 1. verſic. Secundo reſpondetur lib. 1. Grat. conſil. 76. num. 6. lib. 1. Corn. conſil. 165. num. 36. lib. 2. & conſil. 268. num. 6. lib. 3. Aretin. conſil. 73. poſt num. 15. verſic. Eſt enim regula, Aym. conſil. 271. num. 8. verſic. Tertio arguitur ſcientia, cum alijs per Menoch. de recuperan. poſſeſſione remed. 16. nu. 38. per Maſcar. de probation. lib. 1. concluſion. 407. num. 1. & concluſion. 413. etiam num. 1. Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Conſanguineus, concluſ. 741. num. 1.

169 De vicino allegatur text. in l. ſi Vicinis, C. de Nuptijs, & in l. filium diffinimus, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, cap. Quanto, de præſump. ſcripſerunt, Bart. in l. 1. num. 9. & ibi Purpurat. num. 61. communem dicit, & Iacob. de Nigris num. 38. ff. ſi cert. petat. in l. 1. Pariſ. conſil. 23. num. 18. lib... Riminald. conſil. 528. num. 20. lib. 3. & conſil. 726. num. 20. lib. 4. & conſil. 640. num. 11. eodem lib. 4. Ferrett. conſil. 295. num. 7. lib. 2. Decian. reſponſ. 7. num. 32. lib. 3. & reſponſ. 93. num. 97. lib. 2. Franc. Vegg. conſil. 1. num. 53. Menoch. conſil. 98. num. 48. lib. 1. Bertazzol. conſ. 140. num. 30. vbi teſtatur de * communi, Nouell. reg. 237. in ſecunda fallent. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 16. num. 48. & de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 222. num. 8. Maſcard. de probatio. lib. 3. concluſ. 1406. num. 1. & ſeqq. Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Scientia concl. 62. num. 1.

170 Quæ enim de coniuncto dicuntur, procedunt etiam in vicino, & è contrà, & propterea Doctor. hanc materiã tractantes inſimul loquũtur de coniuncto, & de vicino, & præcipuè vltra præallegatos Doctores videre eſt apud Soccin. reg. 71. Duen. reg. 125. Gabriell. tit. de præſumptio. concluſ. 6. lib. 1. Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ. 879. num. 11. & ſeqq. & lib. 3. concluſ. 1224. num. 2. Menoch. de præſumptio. lib. 6. præſumptio. 24.

171 Ex quibus indubitãter firmari poteſt generalis regula, quod coniunctus, ſeu vicinus præſumitur ſcire facta ſui coniuncti, vel vicini, licet contrariam regulam firmauerint, Rip. in d. l. 1. num. 54. verſic. Ex præmiſſis, & ibi etiam Cagnol. num. 117. ff. ſi cert. petat. & aliqui etiam, prout fuerunt, Alciat. in ead. l. 1. num. 8. & ibidem Bolognett. num. 31. & 33. ff. ſi cert. petat. id totum iudicis arbitrio relictum cenſuerint, & alios plures contrarium tenentes retuli ſupra in tract. de teſtib. quæſt. 70. num. 165.

172 Quare ſi plura quam quæ hic ſcripſi ad hanc materiam præſumptionis ſcientiæ ratione conſanguinitatis, & vicinitatis exoptaueris, vide Docto. omnes, & præſertim Cagnol. in d. l. 1. ff. ſi cert. petat. Canoniſtas in c. litteris, extra de præſumptio. Bald. & Ang. in l. Quoniam, C. de iur. delib. Gabriell. tit. de præſumptionib. lib. 1. concluſion. 6. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumptio. 24. Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Scientia concluſ. 62. & 63. cum allegatis per eos, & omnino quæ dixi in tractat. de teſtib. quæſt. 70. num. 164. & ſeqq.

173 Et ſi pariter ſcire volueris quis dicatur vicinus, vide tex. in l. 1. §. eo autem tecto, ff. ad Sillanian. vbi quod ille dicitur vicinus, cuius vox audiri poteſt, per quem text. ita ſcripſerunt, Bald. in dicto §. eo autem tecto, Bart. in l. ſi Tertius, in princip. nu. 2. ff. de aqua pluuia arcen. Signorol. cõſ. 32. qui dicatur in princ. Alex. conſ. 22. conſideratis, num. 5. verſ. Aliud ergo, li. 4. & conſ. 63. in cauſa, & lite, in fine, li. 7. Tiraqu. de retract. Conſangu. §. 1. gloſ. 9. nu. 21. vbi alios plures refert cõcordantes. Duen. reg. 125. in fine principij. Dicuntur etiã vicini ſecundũ eundem Signorol. d. conſ. 32. Hi qui habẽt prædia vicina; itẽ qui habẽt ædes proximas etiam mediante via, item qui habent ædes in conſpectu ſiuè ſint proximæ, ſiue non; item qui habitant in eadem contrata ſecundum Vulgi opinionem; item dicuntur vicini, qui per vnum miliare diſtant, Alex. d. conſil. 22. in princip. verſic. ſed ſi menſuratio lib. 4. Ad quæ vide Cardin. Tuſc. practicar.

ctĭcar. concluſion, in verbo Vicinus, concluſ. 200. & late Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. ſecundo, concluſ. 222. num. 13. & omnibus ſeqq. vbi diſtinguit quinque caſus, in quibus dubitari poteſt, quis vicinus dicatur, exactiſſimè, & magiſtraliter materiam declarat, & ad eum in occurrenti caſu recurras, & in ſpecie an fundo vicinus, quis dicatur; qui habet alium fundum, quia tamen intermedia, & quid ſi via non ſit publica, ſed vicinalis tantum, & quid etiam ſi intercedat riuus aquæ fluminis, vide ad hæc Boer. deciſ. 322. Ioan. de Amic. conſil. primo, num. 17. & ſeqq. Bard. de tempor. vtil. & continuo, cap. 16. num. 10.

174 IGNORARE non præſumitur vicinus, ſeu conſanguineus facta ſui vicini, vel conſanguinei, quæ iura ſanguinis, & naturæ reſpiciunt, ſolentque cadere in cognitionem vicinorum, & conſanguineorum, & prout ſunt actus ſucceſſiuè. In quibus omnibus ratione vicinitatis, & conſanguinitatis præſumitur ſcientia ſecundum Bart. in l. prima, num. nono, & ibi Dec. in tertia lectura, num. 57. & num. 62. vbi dixit hauc eſſe iuris præſumptionem, & Purpurat. num. 115. ff. ſi cert. petat. Bald. in l. conuenticuli, num. quinto, verſic. Ex prædictis infero, C. de Epiſcopis, & Clericis, Angel. in l. quoniam, & ibi Iacob. de Sancto Georgio, num. ſecundo, C. de iur. deliber. Alexand. in l. titius, §. lutius, poſt num. 5. verſic. Limita etiam, ff. de liber. & poſthum. Iaſ. in l. prima, num. 20. ff. ſi cert. petat. Marauta in l. is poteſt, poſt num. 252. verſ. Quod tamen reſtringe, ff. de acquirend. poſſeſſiou. Coru. conſil. 268. num. 6. & ad fin. lib. 8. & voluit idem Alexand. in conſil. 71. num. ſexto, verſic. Nec ad hoc obſtat, lib. primo, & conſil. 80. examinatio. num. ſeptimo, verſic. Non obſtat, lib. ſecundo, vbi addentes in verbo Vicinus, dant alios concordantes. Dec. conſil. 445. num. 35. vbi addent. littera, A, alios plures referunt cōcordantes, Duen. reg. 125. in prima limitatione, Gabriell. rubr. de præſumption. concluſ. ſexta, num. 25. Maſcard. de probationibus, lib. primo, concluſ. 413. num. tertio, Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. littera C, concluſ. 741. num. ſecundo, & littera S, concluſ. 62. num. quinto, & littera V, concluſ. 201. num. quinto, Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumption. 24. num. 10. Vide ad hæc quæ dixi in tractat. de teſtib. quæſt. 70. num. 197. & ſeqq.

Et hæc ſit generalis ampliatio ad propoſitam regulam, quæ rurſus habet ſub ſe alias plures ampliationes, ſeu illationes, de quibus mox dicam.

175 Et hinc infertur primo, quod cōſanguineus, ſeu vicinus præſumitur ſcire diuitias, ſeu paupertatē ſui conſanguinei, vel vicini, ad tex. in l. ſi ita, ff. de fund. inſtruct. inſtrumentoque legato, quem ſic poſt Bar. Bal. Roman. & Alexand. intelligit Purpurat. in l. prima, num. 92. ff. ſi cert. petat. & ſi eo loco Polidor. Ripa, num. 44. alium dederit intellectum, Alexand. conſil. 50. In cauſa. & lite, num. 17. verſic. Item interrogatus, lib. quinto, & conſil. 80. examinato proceſſu, num. ſeptimo, verſic. Præterea illa ratio, lib. ſecundo, & ibi Addent. dant alios Concordantes cum alijs per Gabriell. rubric. de præſumption. lib. primo, concluſ. 6. num. 23. & per Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumption. 24. num. 11. & Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Scientia, concluſ. 62. num. quinto, & in verbo Vicini, concluſ. 201. num. quarto.

176 Infertur ſecundo, quod conſanguineus, & vicinus præſumitur ſcire bonam, vel malam, ſui vicini, & conſanguinei conditionem, & famam, honeſtatem, vel inhoneſtatem mulieris, ſecundum Purpurat. in dict. l. prima, num. 92. ff. ſi cert. petat. poſt Bart. Alexand. & Felin. in locis per eum relatis, cum alijs per Gabriell. rubric. de præſumption. lib. primo, dict. concluſ. 6. num. 8. & num. 25. Menoch. de præſumption. lib. 6. dict. præſumption. 24. num. 12. Cardinal. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Scientia, d. concluſ. 62. num. quinto, vide quæ dixi in tract. de teſtib. quæſt. 70. num. 176. & num. 183. & in tit. de delict. carnis quæſt. 136. num. 38. & ſeq.

177 Infertur tertio, quod conſanguineus; ſeu vicinus præſumitur etiam ſcire an ſuus conſanguineus, vel vicinus ſit viuus, aut mortuus, ſecundum Bart. in l. qui duos, num. 12. & ibi Soccin. num. 32. ff. de reb. dub. Alexand. in l. prima, num. 15. & ibi etiam Purpurat, num. 97. ff. ſi cert. petat. cum alijs per Gabriel. rubr. de præſumption. lib. 1. d. concluſ. 6. num. 4. quibus addo, Anton. Couett. in ſuo ſingulari, in verbo Mors, quem omnino videas in materia Steph. Lamberteng. in tractat. de contractibus eorum, &c. gloſſ. 7. num. 58.

178 Et licet contra hanc concluſionem, quæ communiter recepta eſt, ſenſiſſe videatur idem Bar. in l. is, poteſt num. 16. verſ. Si verò non eſt conſanguineus, & ibi etiam Imol. ff. de acquirend. hæred. vbi voluiſſe videtur mortem non probari per vicinos, niſi etiam probetur, famam fuiſſe in vicinia ſuper morte, de qua agitur. Non tamen recedas a propoſita concluſione, quæ vt dixi, communiter recepta eſt, & eam amplius amplectuntur, Alexand. in d. l. is poteſt, num. 13. & Iaſ. num. 63. Buttigella in l. prima, nu. 35. & ibi etiam Dec. in tertia lectur. num. 58. ff. ſi cert. petatur Gabriell. rubr. de præſumption. lib. 1. concluſ. 6. nu. 34. verſic. Contrarium, vt & ipſe in hac ſententia vltimo loco per eum relata reſidere videtur Menoch. qui plura in propoſito congerit ad effectum ſoluendi Bartolum ab eius contrarietate de præſumption. lib. 6. præſumption. 24. num. 14. & ſeqq.

179 Infertur quarto, conſanguineum, ſeu vicinum præſumi ſcire ætatem ſui vicini, aut conſanguinei ſecuudum Alexand. poſt Bart. in l. prima, num. 18. & ibi etiam Purpurat. ff. ſi cert. pet. cum alijs per Gabriell. de præſumption. lib. primo, concluſ. 6. num. 39. vbi etiam refert contrarium tenentes, prout etiam eos refert Maſcard. de probation. lib. primo, concluſ. 413. verſ. Septimo limitare: ſed primam ſententiam cum alleg. per eos amplexi ſunt, Viu. opinion. 835.

num. nono, Cardinal. Tuſch. practicar.concluſion. in verbo Conſanguineus, concluſ. 741. num. ſeptimo, & num. octano, Stephan. Lambertengh. de contractibus eorum, &c. gloſ. ſeptima, num. 58. Verum hac de re vide, quæ latius dixi ſupra in tractat. de teſtibus, quæſt. 70. num. 171. & ſupra in ijſdem fragmentis in verſ. Aetas, num. 179. 181. & ſeq.

180 Infertur quinto, conſanguineum, ſeu vicinum præſumi ſcire, an quis ſit filius conſanguinei ſui, vel vicini, qua in re dicas ſecundum Purpurat. in l. prima num. 99. ff. ſi cert. petat. cuius dicta bene refert Menoch. de præſumption. lib. ſexto præſumption. 24. num. vigeſimoprimo, & ſequen. quod vicinorum opinio, multum prodeſt in probatione filiationis; non tamen concludenter probat, niſi alia concurrant adminicula.

181 Infertur ſexto conſanguineum, ſeu vicinum præſumi ſcire an ſuus vicinus, vel conſanguineus ſit hæreticus ſi de hæreſi in genere probanda agitur; Et ideo teſtis hoc caſu aſſerens ſe ſcire Caium eſſe hæreticum reddendo rationem, quia ſum vicinus: bene probat ex allegat. per Menoch. lib. 6. præſumption. 24. num. 24. & 25. Vbi declarat hanc illationem procedere, quando prout loquitur, agitur de probatione hæreſis in genere, ſecus ſi in ſpecie, prout eſt, quando agitur de probatione alicuius propoſitionis hæreticalis, & num. 29. & 33. Vbi idem quando agitur de probando, quem eſſe fœneratorem, blaſphematorem, aleatorem, prodigum, fornicatorem, venatorem, vel quid ſimile: quod ex pluribus actibus ſucceſſiuis percipi ſolet, de quibus etiam dixi ſupra in tractat. de teſtib. quæſtione 70. num. 164. & ſeqq.

182 Infertur ſeptimo, & vltimo conſanguineum, ſeu vicinum præſumi ſcire. Nunquid vicinus, vel coniunctus poſſideat, cum enim actus poſſidendi ſit ſucceſſiuus. Hoc ideo in coniuncto, & vicino præſumitur ſcientia, & ſuper ea deponens cum redditione rationis, quia vicinus, vel conſanguineus optime probat, vt per Curt. Iun. in l. prima, num. 43. & ibi etiam Polidor. Ripa, num. 55. ff. ſi cert. petat. Corn. conſil. 250. num. ſecundo, lib. primo, Ruin. conſ. 50. num. 16 lib. primo, Menoch. de recuperand. poſſeſſion. remed. 16. num. 50. Et in tract. de præſumption. lib. 6. præſumption. 24. num. 27. & num. 28. & 30. Vbi idem ſi agatur de probatione exercitij iuriſdictionis, vel alicuius conſuetudinis in loco vicino, & dixi iterum hac de re ſupra in tractat. de teſtib. quæſt. 70. num. 173.

183 IGNORANTIA non præſumitur, ſed ſcientia in conſanguineo, etiam in remotiori gradu exiſtente, vſq; ad gradus iuris ciuilis, ſecundum Mantuam in l. prima, nu. 63. in prima lectura, & ibi etiam Purpurat. num. 122. ff. ſi cert. petat. Bald. Nouell. in tractat. de dote, par. 11. primæ partis principalis in tractat. de priuilegijs dotis putatiuæ priuilegio primo, num. octauo, verſic. Sed circa ignorantiam iuris, Gabriel. rubric. de præſumption. concluſion. ſexta, num. 43. lib. primo, Duen. reg. 125. in quarta limitatione, Maſcard. de probationib. lib. primo, concluſion. 413. num. ſeptimo, Menoch. de præſumption. lib. ſexto, dict. præſumption. 24. num. 35. Et hæc ſit alia ampliatio ad propoſitam regulam.

184 IGNORANTIA non præſumitur, ſed ſcientia in minore coniuncto, ſeu vicino ex Ruin. in conſ. 122. colum. final. num. 18. verſ. Nec obſtat, lib. quinto, prout illum allegat Gabr. in tit. de præſumption. lib. primo, concluſ. 6. num. 14. & num. 41. Vbi in contrarium refert eundem Ruin. in conſ. 108. colum. prima, lib. 3. Maſcard. de probat. lib. primo, concluſ. 407 num. 3. & concluſ. 413. nu. 19. Vbi declarat hoc non procedere in conſanguineo, aut vicino puero, vel infante Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumpt. 24. num. 36. & num. 41. vbi pariter declarat declarationem ibi videas. Et hæc ſit tertia ampliatio propoſitæ regulæ.

185 IGNORANTIA non præſumitur, ſed ſcientia mariti eorum, quæ ab vxore geruntur, & è contra ad gloſ. in L. qui aliter, §. ſed & ſeruius, & ibi Alberic. ff. quod vi aut clam, & in l. diuerſas, C. de crim. expilat. hæred. Anchar. conſ. 92. Tria in fauorem colum. prima, circa med. Abb. conſ. 19. colum. ſecunda, lib. ſecundo, Vbi quod vxor præſumitur habere notitiam ſcripturæ exiſtentis penes maritum, & contentorum in ea quando in tale ſcriptura habet intereſſe. Quod, & idem Aymon. conſil. 151. numer. 24. Vbi quod vxor præſumitur ſcire qualitatem bonorum mariti an ſcilicet ſint libera, vel emphiteotica, voluerunt Soccin. conſ. 264. num. 10. lib. ſecundo, & Aym. conſ. 123. num. primo, idem Roland. conſ. 19. num. 42. lib. primo, Grat. conſ. 76. num. 7. Vbi præſertim loquitur in materia dotis, Alba conſ. 732. num. 10. lib. 4. Vbi quod præſumitur ſcientia mulieris circa impenſas vtiles per maritum factas in re dotali, Burſatt. conſil. trigeſimo nono, num. vigeſimo tertio, & num. vigeſimoquarto, lib. primo, Vbi quod vxor cogitur recognoſcere chirographum a marito ſcriptum, vel ſubſcriptum, etiam quod ſit ignara litterarum, quia præſumitur habere notitiam manus viri ſui, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Scientia, concluſion. 63. num. quarto, & ſequentib. & concluſion. 64. num. 90. Honded. conſil. 80. num. 40. lib. ſecundo, Ioan. Baptiſta Coſta in tractat. de facti ſcientia, & ignorantia inſpect. 73. Et hæc ſit propoſitæ regulæ quarta ampliatio, quæ eò magis procedit, cum in ea vltra affinitatem, ſeu coniunctionem concurrat etiam conuerſatio, & cohabitatio prout conſiderant præallegati Doctores, & præſertim Ioan. Baptiſt. Coſta, dict. inſpect. 73. num. ſexto. Qui propterea ex Burſatt. in conſil. 143. num. 72. lib. ſecundo, & alijs ibi per eum allegatis declarat hanc eandem concluſionem non procedere in vxore abſente vel infirma.

Aggre-

Aggredior nunc limitationes regulæ.

186 IGNORANTIA licet vt dixi ſupra num. 174. in conſanguineo; ſeu vicino non præſumatur, ſed ſcientia in his quæ reſpiciunt iura ſanguinis, quoad coniunctos,& quæ non c.am,ſed palam geri,vel alias cadere ſolent in vicinorum, & coniunctorum cognitionem. Non tamen ſic eſt in his, quæ iura ſanguinis non reſpiciunt, quæ clam geruntur, & quæ in cognitionem coniunctorum,ſeu vicinorum cadere non ſolent,Bar.in l.1. num.9. & ibi etiam Dec. in 3. lectura, num. 58. & Ripa,num.46. verſ. Tertia coniectura,ff. ſi cert.petat.Bal. in l.1.in fine,ff. de colluſ. deteg.Alex.in l.titius, §. lutius, ff. de liber. & poſthum. Idem Dec.in l.2.in fin.C. qui admitti, Crot.in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 80. ff. de verbor. obligation.Alexand.in conſ.50. num. 12. & conſil. 80.num.5.lib.2.& conſ.92.num. 7. lib. 5. & conſil. 128. in fine lib. 7. Grat. conſ.76.num.20.lib.ſecundo, Dec.conſ.445.in fine verſ.Non obſtat quod inter coniunctos præſumatur Alba conſ.25.num.15.& ſequen. Franc. Marc. deciſ.423. ſub num.14.cum alijs per Gabr.tit.de præſumption. lib. primo, concl. 6.num.15.& num. 22.Duen.reg.125.in prima limitatione,Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.16.num. 42.& de præſumpt.lib.6.præſumpt.24.num. 4. Vbi huius ſententiæ optimam reddit rationem,Maſcard. de probat.lib.1.concluſ.407. num.4. & concl. 413. num.3.& lib.2.concluſ.879.num.15.& lib.3.concl. 1406.num.6.& ſeqq.

187 Infertur primo,& generaliter ex præmiſſa prima limitatione,quod ſicut vt pariter dixi ſupra d. num. 174.in coniunctis, & vicinis præſumatur ſcientia in actibus ſucceſſiuis,ita & pariter præſumitur ignorantia in actibus momentaneis,ſecundum Paul.de Caſtro in l.1.in fine,ff.ſi cert.petat.& ibi etiam Alexand. ſub num.17.& Ripa, num.46. Idem Ripa in l. qui Romæ,§.duo fratres,num.51.ff.de verbor. oblig. Felin.in cap.litteris, num.5.in quarta limitatione extra de præſumpt.Io. Corras, in l. naturaliter,§.nihil commune, num.135.ff.de acquir.poſſeſſ. Rober. Maranta in repet.l.is poteſt,num.233.verſ.Quod tamen limita procedere,ff.de acquir.hæred.Alexand. conſ.138.viſo puncto in fine,lib. 7.& conſ.71. videtur prima conſideratione,num.6.lib.1.Cæpoll.conſil.47.poſt num.5.verſic.Nec obſtat, Grat. conſ.76. num.41.Roland.conſ.100.lib.primo,Surd.qui alios concordantes allegat,conſ.7. num.52. cum alijs per Gabr.de præſumpt. lib. primo,concluſ.6.num.24.& 25.Stephan.Lambertin.de contract.eor.&c.gloſſ.7. num.58.Maſcard. de probat.lib. primo,concluſ.407 num.6.& concluſ.413.num.9.& lib.2.concluſ.879. num.15.& lib.3.concluſ.1406.num.12.Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.16.num.41. & 49.& de præſumpt.lib.6.præſumpt.24.num.4.Card.Tuſc. pract. concluſion.in verbo Conſanguineus, concluſ. 741. num.3.13.& 15. & in verbo Scientia, concluſ. 62. num.6.& concluſ. 63. num.10.& in verbo Vicinus concluſ.201.num.5.

188 Sed hæc illatio declarationem recipit, niſi de actu momentaneo eſſet publica vox, & fama, quia tunc de eo præſumitur ſcientia etiam in non vicino, & conſanguineo,vt dixi ſupra num. 104. Ergo multò magis in conſanguineo,& vicino prout ſic ſcriptu ra reliquerunt poſt alios quos allegant Marant.in repet.l. is poteſt, num.236.ff.de acquiren. hæreditat. Gabriel.de præſumption.lib.primo, concluſ.6.num. 26.& 27.vbi etiam idem quando actus eſt multum frequens Maſcard.de probat.lib.primo,concluſ.407 num.7.& Menoch.de præſumpt.lib.6.præſumption. 24.num.9.

189 Infertur ſecundo, & in ſpecie ad contractus, & teſtamenta,quorum cum ſint actus momentanei nec ſoleant palam fieri non præſumitur ſcientia in conſanguineo, & vicino, ſecundum Bar. in l. qui duos in princip.ff.de reb.dub.Paul.de Caſtro in l.1.in fin. Vbi etiam Ripa num.46.Purpurat. num.116.& Niger,num.38.ff.ſi cert.petat.Felyn.in c.litteris, num. 5.de præſumption. Maranta in repet.l.is poteſt,poſt num.233.verſ.Quod tamen limita procedere, ff. de acquir.hæred.Alex.conſ.121.num.7. lib.1.& conſ. 80.num.7.lib.2.& conſil.128.in fine,lib.7.Soccin. Sen.conſ.97.num.9.lib.4. Dec.conſ.445. num.71. verſ.Decimo,& vltimo, Grat.conſil.76.num.48.lib. 1. Soccin.reg. 71.in prima fallentia, cum alijs per Stephan.Lamberten.de contractib.eorum,&c. gloſ. 7. num.58.Viu.opin.835.num.12.Gabriell.de præſumption.lib.1.concluſ.6.num.15.& num.17.Maſcard.de probation.lib.primo,concluſ. 407. num.5. & concluſ.413. num.10.& 11.Menoch. de præſumption.lib. 6.præſumption.24.num.4.& num. 5.Cardin.Tuſch.practicar.concluſ.in verbo Scientia,concluſ.62.num.6.& num.7. Vide quæ dixi in tract. de teſtib.quæſt.70. num.181. & ſeq. Vbi hac de re iterum dixi.

190 Declaranda videtur hæc illatio,vt non procedat quando teſtis conſanguineus,vel vicinus deponeret ſuper negatiua contractus ſeu teſtamenti, vtputa ſi diceret Titius tali die teſtamẽtum non fecit,nec talẽ contractum celebrauit,quia nec teſtari,nec contrahere poterat quin ipſe teſtis vidiſſet,ſecundum gloſſ.in l.prima in fine,in gloſ.magna,ff.de itin.actuq; priuato,Felin.in d.cap.litteris,num.5.de præſumption.Ripa,& Purpurat.in d.l.prima,ff.ſi cert. petat. in locis nuper allegatis,Maſcard. de probation. lib. 1. concl. 413.num. 11.& lib. 3. concluſ.1406.num.13.Menoch.de præſumption. lib.6. præſumption.24.num. 43.vbi tamen hanc declarationẽ,ex Nigro in d.l.prima,num.38.ff.ſi cert.petat.dubitabilem affirmat, vel verius ad propoſitum non facere,cum quilibet etiam non coniunctus ſeu vicinis ſic deponit probat indubitanter contractus ſeu teſtamenti celebrationis negatiuam. Et vbi conſanguineus,ſeu vicinus vel etiã alter non vicinus, & non conſanguineus deponeret ſuper prædicta negatiua abſq. dubio non probaret niſi adderet,nec poterat aliter eſſe quin ipſe vidiſſet, vt per Gabr.de præſumption.lib. primo, concluſ. 6.

num. 18.& num.45.cum allegatis per eum,& per Menoch.& Maſcard.in locis præcitatis.

191 Infertur tertio,quod conſanguineus,ſeu vicinus, nec pariter ſcire præſumitur adulterium, ſtuprum, vel partum ſuppoſitum a vicino, ſeu conſanguineo commiſſum ſecundum, Bald.in l. prima in fine, C. de colluſ.detegen. Vbi idem dixit de furto in vicinia commiſſo (de quo tamen alibi dixi) Purpurat. in l. prima, num. 118. & ibi etiam Niger num. 39. ff. ſi cert.petat.Decian.conſ.93. num. 100. lib. ſecundo, Menoch.de recuperan.poſſeſſion.remed.16.num.41. vbi pariter loquitur de furto, & violentia,& de præſumption.lib.6.dict.præſumption.24.num.quarto, & num. 6. Et quidem quando agitur de vnico ſtupro,& de vnico adulterio, quod tunc conſanguineus, aut vicinus illud ignorare præſumatur tranſeat quia agitur de actu momentaneo. Quod ſi ageretur ſic coniugata inhoneſtè viuente,& plures admittente,vel è contra de viro coniugato ſolito cum fœminis verſari. Tunc cum ageretur de actu ſucceſſiuo, & ſic de inhoneſtate vitæ;tunc crederem illationem non procedere teſtesq; conſanguineos,& vicinos ſuper ea ex præſumpta ſcientia benè deponere poſſe ſecundum Doctores allegatos,ſupra num.176. & hoc eſt,quod voluerunt Caſtren.in conſ.183.num.ſecundo, lib. ſecundo, & Corn. conſ.147.num.12.& ſequen.lib.ſecundo.Quos referendo ſequitur Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Conſanguineus, concluſ. 741. num. 6. Dum dixerunt conſanguineum præſumi ſcire conſanguineæ ſtuprum prægnantiam,& partum,vide quæ dixi in tract.de teſt.quæſt. 70.num.183.

192 Infertur quarto, quod conſanguineus, ſeu vicinus non præſumitur ſcire ſententiam latam contra ſuum vicinum, vel conſanguineum, item nec quod habeat tutorem, vel curatorem, nec quod gerens ſe pro Comite Palatino, illegitimè natos legitimauerit, aut quid ſimile ſecundum Dec. in conſil. 445. num.35.verſic. Non obſtat, quod inter coniunctos, Ruin.conſil.66. num.12. lib.3. Gabriel. de præſumption. lib.primo, concluſion. 6. num. 19. 20.& nu. 21. Menoch. de præſumpt. lib. 6. d. præſumption. 24.num.7.& num.8.

193 IGNORANTIA præſumitur,& non ſcientia in conſanguineo, vel coniuncto abſente a loco, vbi habitat eius conſanguineus tempore actus, de quo quæritur. Sicut enim ex abſentia præſumitur ignorantia, vt dixi ſupra num. 100. Ita & eadem abſentiæ præſumptio tollit contrariam præſumptionem ſcientiæ, propter coniunctionem, aut vicinitatem, quia prima eſt fortior,ſecunda,ita in ſpecie ſcripſerunt Bar.in l.is poteſt,num.16. verſ. Quandoque ille qui hæres dicitur,& ibi Iaſ. num. 63. ſub verſic. Tertio,ſi erat ciuis,ff.de acquirend. hæreditat. Imol. in l.lutius,§.titius in primo notab.ff.de liber.&poſthum.vbi etiam Alex.poſt nu.5. verſic.Et iſta faciunt, & Iaſ.idem Iaſ.in l.ſecunda,§.voluntate, num.17.ff. ſolut.matrim. Abb. in cap. in tua, in ſecundo notab. qui matrimonium accuſare poſſint,Mantua.in l. prima, in prima lectur.& ibi etiam Purpurat.num.122. ff. ſi cert.pet.Maranta in repetit.dict.l.is poteſt,num. 237. verſ. Prædicta vero,quod conſanguineus, ff.de acquirend.hæreditat.Dec.conſil.64.diligenter prouidit poſt num.5.verſ.Prędictis tamen non obſtantibus, & conſ. 445. num.36.Honded.conſil.55.num. 51.lib.primo,Duen.reg.125.in ſecunda limitatione Sebaſt.Medic.de caſ.fortuit.q.3.num.21. Viu.opin. 835.num.14.Gabriell.de præſumpt.lib.1.concluſ.6. nu.29.Menoch.de præſump.lib.6. præſump.24. nu. 39.Maſcar.de probat.lib.1.concl.407.nu. 8.& concluſ.413.nu.4.Card.Tuſc.pract.concl.in verbo Conſanguineus,concl.741.num.14.& nu.19.apud quos plures alios reperies concordantes,& hæc ſit regulæ limitatio ſecunda.

194 Declaranda videtur præmiſſa concluſio, vt locum habeat in abſentia remota a loco actus, de quo quæritur,vbi commoratur conſanguineus, ſecus ſi diſtantia,ſeu abſentia eſſet modica, tunc enim modica diſtantia non tollit pręſumptionē ſciētię in ipſo conſāguineo,ſi enim per tex.in d.c.cū in tua qui matrim. accuſ.poſſ.& in l.præſens,ff.de procur.& in c.quoſdā de pręſumptionibus ſcriptum reliquerunt,Alex.in d.l.is poteſt,poſt nu.13.verſ.Ex his habes,&ibi etiam Roman.nu.6.verſ.Hoc tamen dupliciter limita,ff.de acquirenda hæreditate, quos in propoſito refert, & ſequitur Maſcard. de probation.lib.primo, in verbo Conſanguineus, concluſ.413. num.15. Menoch.de præſumption.lib.6.præſumption. 24.num.39.in fin. Addo,& eundem Maſcard.lib.3.concluſ. 1406. nu. 17.& Io.Baptiſtam Coſtam de facti ſcientia,& ignorantia, inſpectio.73.num.11.nec diſſentit Gabriell. de præſumption.lib.1.concluſ.6.num.30.& 31. Vbi hanc eandem declarationem ſubdeclarat, & limitat eum videas.

195 IGNORANTIA præſumitur, & non ſcientia in coniuncto; ſeu vicino, qui non conuerſatur cum coniuncto, vel vicino, prout conſuluit Soccin. Sen. in conſil. 187. num. 22. verſic. Secunda via lib.ſecundo, qui propterea ad tollendum fidem teſti coniuncto, vel vicino dat cautelam, vt interrogetur an cum eo vicino, vel coniuncto conuerſari conſueuerit, & ſi negatiuè reſpondeat non probat, & Soccin. ſic dicentem ſequuti ſunt, Dec. in l. prima,in tertia lectura, num. 59. & ibi etiam Polidor.Ripa, num. 46. Purpurat. num.115. verſ. Secundo limita, & Niger num. 37. & Curt. Sen. num. 31. & num. 32. ff. ſi cert. petat. quos ſic dicentes pariter refert, & ſequitur Menoch. de recuperand. poſſeſſion. remed. 16. num. 54. & de pręſumptionib. lib. ſexto, præſumption. 24. num. 39. Simile eſt in conſanguineo habitanre in loco remoto ab alio conſanguineo, quod illius facta ſcire non præſumatur ex eadem ratione, quia cum eo non conuerſatur, ſcripſerunt Ang. Aymon. & Roland. in locis relatis per Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. In verbo Conſanguineos, concluſ. 741. num. 5. & num. 11. & hæc

ſit

ſit tertia limitatio, Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1406. poſt num. 14. vbi amplius, quod an conſanguineus, ſeu vicinus ſit ſolitus conuerſari cum ſuo conſanguineo, vel vicino remittitur arbitrio iudicis.

196 IGNORANTIA præſumitur, & non ſcientia in conſanguineo, ſeu vicino, qui infirmus cogitabat tempore actus geſti a conſanguineo, ſeu vicino, de quo quæritur ſecundum Bart. in l. is poteſt, num. 17. verſic. Quia illud, quod dicitur, & ibi etiam Imol. Roman. & Marant. in repetit. poſt num. 237. verſic. Secundo limita, ff. de acquirend. hæreditat. per tex. in capit. cum in tua, qui matrimonium accuſare poſſint, cum alijs per Tiraquell. de rebus exiguis, &c. verſic. Decimoquarto, per eundem textum Sebaſtian. Medicem de caſu fortuito, par. prima, quæſt.... nu. 17. verſic. Tertio infirmus. Gabriel. de præſumption. lib. primo, concluſ. ſexta, num. 32. Viu. opin. 835. num. 13, Maſcard. de probation. lib. primo, concluſ. 407. num. nono, & concluſ. 413. num. 17. & lib. 3. concluſ. 1406. num. 14. Menoch. de præſumption. lib. ... concluſ. 24. num. 39. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Conſanguineus, concluſ. 741. num. 18. Ioan. Baptiſta Coſta in tractat. de facti ſcientia, & ignorantia, inſpection. 73. num. ſeptimo, & ſeqq. apud quos, & alios plures reperies concordantes. Quicquid ſecus ſenſerit Iaſ. in dict. l. is poteſt, & hæc ſit quarta limitatio.

197 Declaranda etiam videtur præmiſſa concluſio, vt procedat dummodo ægritudo ſit grauis, & magna; non autem leuis. Leuis enim ægritudo pro non ægritudine habetur, l. quæſitum, ff. de re iud. l. prima, §. Proinde, & l. ob quæ vitia, §. final. ff. de ædilit. edict. & propterea eadem leuis ægritudo non tollit præſumptionem ſcientiæ orientem ex vicinitate, & conſanguinitate, ſicut in eadem l. is poteſt, ff. de acquirend. hæreditat. ſcripſerunt Alex. num. 13. verſic. Sed hoc intelligit, Roman. num. 7. verſ. Quod intellige, & Marant. num. 237. verſ. Secundo limita, Barbat. conſ. 17. incipiente A Ioue principium, verſ. Et ſi quiſpiam dixerit, lib. 3. Tiraquell. vbi ſupra de rebus exiguis, d. verſ. Decimoquarto, Gabriell. d. concluſ. 6. num. 33. Maſcar. d. concl. 413. nu. 18. & concl. 1406. num. 16. Coſta vbi ſupra.

198 IGNORANTIA præſumitur, & non ſcientia in coniuncto, ſeu vicino nouo, arg. tex. in l. qui cum vno, §. final. ff. de re militar. & in cap. Paratus, verſic. Nec Pauli 24. q. 1. Alex. in d. l. ius poteſt, num. 14. ff. de acquirenda hæred. Purpurat. in l. 1. num. 126. ff. ſi cert. pet. Rip. in tract. de peſte, tit. de remedijs præſeruatiuis contra peſtem, num. 121. Duen. reg. 125. in tertia limitatione, Gabriel. de præſumpt. lib. 1. concl. 1. nu. 37. Maſcar. de probat. lib. 1. concl. 413. num. 6. Coſta de facti ſcientia, & ignorantia, inſpect. 73. nu. 7. & ſeqq. Et hæc ſit quinta limitatio.

199 IGNORANTIA licet non præſumatur, ſed ſcientia in coniuncto, ſeu vicino de geſtis a coniuncto, vel vicino. Hæc tamen præſumptio non procedit, quando ex tali ſcientia contra ipſum coniunctum, ſeu vicinum ſcientem reſultaret delictum. Ad euitandum enim delictum potius præſumitur error, & ignorantia, quam ſcientia, Ruin. conſ. 100. num. 5. & conſ. 108. num. 2. lib. 3. Gabriel. de præſumpt. lib. 1. concl. 6. num. 42. quos refert, & ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 24. num. 44.

200 Et propterea, quod præſumptio ſcientiæ reſultans ex coniunctione, & vicinitate non habeat locũ in cauſis criminalibus, & quod vicinus, vel cõiunctus torqueri non poſſit, ob id, quod præſumatur ſcire delictum a vicino, vel coniuncto patratum voluerunt Bald. in l. 1. verſic. Ego credo, C. de his qui latrones Aretin. in cap. 1. in princip. de accuſation. Dec. in cap. cognoſcentes, num. 18. verſ. Vel niſi agatur, vt pœna euitetur cum alijs per Decian. reſponſ. 93. nu. 97. & ſeq. volum. 2. Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1406. nu. 19. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſump. 24. num. 45.

201 Contrarium, quod imo hæc eadem præſumptio ſcientiæ ex vicinitate, & coniunctione, etiam quod materia ſit pœnalis, voluerunt Bart. in l. Dominus horreorum in fin. princip. ff. locati Speculator in tit. de empt. & vendit. §. Nunc dicendum eſt, num. 30. in fine, Bal. conſ. 148. in caſu propoſito in fine, num. 11. verſic. Nunc venio ad capitulum, lib. 1. vbi propterea dixit, quod contrahentes ſponſalia in gradu prohibito, præſumuntur ſcire gradum prohibitum, & eſſe in dolo, Aretin. conſil. 65. in fine, vbi dixit quod filius habitans cum patre, præſumitur ſcire dolum, & ſimulationem patris in contractu adhibiram præſertim quando habitat cum patre, & maior, & prudens, vt per Soccin. conſil. 264. colum. ſexta, lib. 2. Alexand. conſil. 36. viſis ijs, quæ num. tertio, verſic. Fortius probant, lib. primo, vbi pariter loquitur ad effectum præſumendi dolum in ipſo vicino faciente aliquod prohibitum, Duen. reg. 125. in ſecunda fallentia, Gabriell. de præſumption. lib. primo, concluſ. ſexta, num. nono, Maſcard. de probation. lib. primo, concluſ. 413. num. ſecundo, & lib. 3. concluſ. 1406. num. 19. Cardin. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Conſanguineus, concl. 741. nu. 12. & in verbo Scientia, concluſ. 63. num. 2. & in verbo Vicinus, concluſ. 201. num. 2.

202 Dic quod prima opinio procedit quando agitur de imponendo pœnam ordinariam, ſecunda procedit ad effectum ſolum, vt poſſit pœna extraordinaria imponi; cum enim, vt mox dicam probatio reſultans ex vicinitate, & conſanguinitate ſit præſumptiua, ſequitur propterea, vt ſuo loco dixi ex ea non poſſe imponi pœnam ordinariam, & in terminis adducit Maſcard. dict. concluſ. 413. num. 19. & dixi in tractat. de teſtibus, quæſt. 70. num. 189. & ſeqq. & etiam ſupra in tit. de indit. & tortur. quæſtion. 52. num. 127. & ſeqq. Vbi vide, & hæc ſit ſexta limitatio.

203 IGNORANTIA licet non præſumatur, ſed

ſcientia in coniunćto, & conſanguineo. Probatio tamen inde reſultans non dicitur plena, & concludēs, ſed præſumptiua, ſicut ex pluribus Doctorum auctoritatibus, docet Gabriell. de præſumption. lib. 1. concluſ. 6. num. 40. & Maſcar. de probation. lib. 1. concluſ. 413. num. 14. & ideo ſententia ex tali præſumptiua probatione lata in iudicatum non tranſit, poteſtque quandocunque ex contraria ſuperueniente probatione retractari, ſic enim poſt Alex. & alios ſcri pſerunt Dec. in l. 1. in tertia lectura, num. 64. & ibi etiam Iaſ. num. 21. verſ. Effectus, & vtilitas eſt magna Iacob. Niger, num. 48. ff. ſi cert. pet. Idem Maſcar. d. concluſ. 413. num. 16. Vbi quod eadem ſententia poteſt retractari ex contrarijs melioribus probationibus, Menoch. de præſumption. lib. 1. quæſt. 95. num. 3. & ſeqq. & præſertim num. 5. 11. & ſeqq. vbi aduertit iſto caſu ad retractandam hanc ſententiam non ſufficere aliam contrariam præſumptiuam probationem, ſed requiri contrariam probationem plenam, & concludentem. Et hæc ſit ſeptima limitatio, ad quam vide etiam quæ dixi in tractat. de teſtib. quæſt. 70. num. 185. & ſeqq. & num. 194.

204 Et hinc eſt quod ex hac præſumptiua probatione non defertur iuramentum in ſupplementum probationis ex plene traditis per Menoch. de præſumption. lib. primo, quæſt. 83. & ante eum voluit Purpurat. in l. prima, num. 114. ff. ſi cert. petat. & dixi iterum ſupra in tractat. de teſtib. quæſt. 70. num. 196. & num. antecedenti, vbi etiam dixi, quod teſtes reddentes concludentem rationem, præferuntur illis, qui ſolam rationem reddunt, quia vicinus, vel conſanguineus, cuius contrarium ſcripſiſſe videtur Gabriell. de præſumption. lib. primo, concluſion. 6. num. 5. & num. 6. cum allegat. 15. per eum, qui tamen intelligendi ſunt, quando coniuncti, ſeu vicini reddunt concludentem rationem vltra vicinitatem, & conſanguinitatem, aliàs ſecus.

205 IGNORANTIA in coniuncto, ſeu vicino licet non præſumatur, ſed ſcientia: Hæc tamen præſumptio certum eſt, quod admittit probationem in contrarium, etiam per coniecturas, ſecundum allegatas per Gabriell. de præſumption. lib. 1. dict. concluſ. 6. num. 35. & ſequen. & per Menoch. de præſumption. lib. 6. dict. concluſ. 24. num. 42. & hæc ſit octaua limitatio.

206 Et demum limita, quod ad impediendum reſtitutionem in integrum ex capite ignorantiæ, præſumpta ſcientia ex conſanguinitate non ſufficit, Surd. conſil. 251. num. 15. quem refert, & ſequitur Ioan. Baptiſta Coſta in tractat. de facti ſcientia, & ignorantia inſpection. 73. num. 12.

ARGVMENTVM.

IGNORANTIA in facto proprio, an, & quando præſumatur, & excuſet.

SVMMARIVM.

Ignorantia in facto proprio regulariter non præſumitur, & excuſat, num. 207. Vbi etiam de materia, & generaliter.

Scire quiſque præſumitur vires, qualitatem, & quantitatem ſui patrimonii, declarat tribus modis, num. 208.

Ignorantia præſumitur, & non ſcientia in facto antiquo, declara quatuor modis, vt num. 209.

Obliuio, an, & quando præſumatur, & quanto tempore, num. 210.

Ignorantia præſumitur, & non ſcientia in facto intricato, & obſcuro, prout eſt rationum computatio, & calculus, num. 211.

Ignorantia præſumitur, & non ſcientia, etiam in facto proprio in eo, qui multis negoeiis implicitus eſt, prout eſt iudex, & princeps, num. 212.

Ignorantia præſumitur, & non ſcientia, etiam in facto proprio in eo, qui in extremis laborat, num. 213.

Ignorantia facti proprii excuſat, quando eſt cauſata perſuaſione alterius, & ab eo deceptus, Declara vt num. 214.

Ignorantia facti proprii non præſumitur, ſed ſcientia quando agitur de lucro captando, ſecus ſi de damno vitando, aut pœna, num. 215.

207 IGNORANTIA in facto proprio non excuſat, nec præſumitur, regulariter allegantur ad hanc regulam plura iura, nempe tex. in l. quamquam, ff. ad Velleian. in l. plurimum, ff. de iuris, & facti ignorantia, in l. final. ff. pro ſuo (ſumpto ibidem argumento a contrario ſenſu) in l. item fullo, & ibi gloſ. in verbo Ignarus, ff. locati, & in l. ſed addes, §. 1. ff. eodem, & in l. ſub falſum, & ibi gloſ. in verbo Debet, ff. de acquiren. hæreditat. & in l. quiſquis maior, C. de reſcinden d. vendit. Bart. in d. l. vltima, num. 2. ff. pro ſuo, Bald. in l. cum rem alienam, nu. 12. verſ. Dubitatur vtrum teſtator, C. de legatis, & in l. quicunque, num. 2. C. de ſeru. fugitiuis, & in l. error facti, nu. 2. C. de iuris, & facti ignorantia, Iaſ. in l. ſi res obligata, num. 35. verſ. Eadem gloſſ. ad fin. ff. de leg. 1. Ruin. in l. ſi quis in fundi vocabulo, num. 2. ff. de legat. primo, Mant. in repetit. l. is poteſt, num. 227. ff. de acqu. hæreditat. idem Ruin. conſ. 127. num. 16. lib. 3. Grat. conſ. 76. num. 5. lib. primo, Soccin. regul. 175. in princ. Gail. obſeruat. 48. num. 19. lib. 2. Sfort. Odd. de reſtitution. in integrum par. 1. quæſt. 8. num. 61. Maſcard. de probation. lib. 2. concl. 637. num. 3. & concluſ. 879. num. 40. Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumpt. 23. num. 32. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Ignorantia, concluſ. 22. num. 1. & num. 10. & concluſ. 23. num. 25.

Ad quam materiam vltra infraſcripta, vide Sebaſtian. Medices de caſu fortuito par. 1. per totam. Menoch. d. præſumption. 23. num. 32. & ſeqq. Cardinal. Tuſc. in d. verbo Ignotantia, concluſ. 16. per totam, & con-

& concluſ.22.num.10.& ſeqq.

208 IGNORANTIA cum in facto proprio non præſumatur, ſed ſcientia ſequitur propterea, quod vnuſquiſque ſcire præſumatur qualitatem, quantitatem, & valorem ſui Patrimonij, & rei ſuæ reſpectiuè ad gloſ. in authentic. ſed cum teſtatur in gloſ. 2. C. ad l. falcid. & ibi Cyn. idem Cyn. in l. quiſquis, C. de reſcind. vendit. & ibi etiam Salicet. Gomes in §. item ſi quis in fraudem, num. 24. Inſtitut. de action. cum alijs per Gabriell. de reg. iur. lib. 6. concluſ. 5. nu. 25. & ſeqq. Sebaſtian. Medices de caſu fortuito, par. 1. q. 3. num. 38. Maſcard. de probation. lib. 1. concl. 553. nu. 1. Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumption. 23. num. 32. & ſeqq. Card. Tuſc. pract. concluſ. 17. verbo Ignorantia, concl. 22. nu. 11. & in verbo ſcientia concluſ. 64. nu. 84. apud quos hanc concluſionem tribus modis declaratam videbis, Primo, vt non procedat in Patrimonio nouiter acquiſito, Secundo vt nec procedat in actibus morientium, Tertio niſi adſit dolus, vel læſio, ſuper quibus declarationibus, vide omnino Maſcard. de probation. lib. 1. concl. 553. num. 2. & ſeqq.

Præmiſſa autem regula patitur infraſcriptas limitationes.

209 IGNORANTIA etiam facti proprij præſumitur, & excuſat quando factum eſt antiquum, in quo ſit veriſimilis obliuio, ſecundum Din. in c. Præſumitur in fine, de reg. iur. in 6. Bar. in l. non fatetur, num. 7. verſ. Item ſi eſt factum proprium, & num. 10. verſ. Item longinquitas temporis in fi. ff. de confeſſ. Alex. in l. Peregr. poſt nu. 2. verſ. Tamen fallit, ff. de acqu. poſſeſſ. Iaſ. in l. error. num. 21. verſ. In vltima parte gloſæ, C. de iuris, & facti ignorantia, Iaſ. in l. ſi res obligata, num. 36. ff. de legat. Maranr. in l. is poteſt, num. 227. in tertia limitatione, ff. acquiren. hæred. Gandin. in tract. Malefic. tit. de falſarijs, num. 28. Grammat. conſ. 47. num. 13. & vot. 36. num. 2. Soccin. reg. 175. in 2. fallent. Alex. conſ. 7. videtur prima fronte num. 9. lib. 4. Guidop. deciſ. 127. num. 3. & ſeq. & in tract. de præſumpt. nu. 60. verſ. Præſumitur ignorantia ex facto longinquo, Aluiſ. de Alber. ſingul. 271. verſ. Niſi factum ſit a longinquo, Capra reg. 79. nu. 3. verſ. Secundo fallit in facto antiquo, cum alijs per Gabriell. de reg. iur. lib. 6. concl. 5. nu. 5. & ſeqq. Soccin. reg. 175. in 2. fallentia, And. Gayl. obſeru. 48. nu. 20. lib. 2. Sebaſt. Medices de caſu fortuito, par. 1. q. 3. nu. 17. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 637. nu. 21. & ſeqq. & concl. 879. num. 41. & ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 28. & ſeq. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Ignorantia, concl. 22. nu. 15. Apud quos hanc concluſionem declaratam videbis quatuor modis, Primo, vt non procedat in facto arduo, & graui; Secundo, vt non procedat in ijs, quæ quotidie videntur; Tertio, vt nec procedat in facto obligatorio, Quarto, vt nec etiam procedat, vbi in facto adeſt iuramentum.

210 Ratio præmiſſæ limitationis ea communiter a Doctoribus adducitur, quia ſcilicet in facto antiquo obliuio eſt veriſimilis, & ideo vbi obliuio non eſt veriſimilis, ibi diuturnitas temporis non excuſat. Ad quam materiam an ſcilicet, & quando excuſet obliuio, & quæ vide Gramm. conſ. crim. 41. nu. 3. & ſeqq. Neuizzan. conſ. 8. num. 6. Franciſ. Zunt. in ſuo conſ. pro vxore, nu. 923. & ſeqq. plurib. Hippol. Rimin. cóſ. 344. num. 75. & ſeqq. lib. 3. Cæphal. conſ. 77. nu. 27. & ſeqq. & conſ. 29. num. 15. lib. 1. Paul. Granut. theorem. 10. nu. 22. lib. 1. vbi quod obliuio inducitur per decem annos, etiam in re graui, & in facto proprio, ſecundum magis communem, licet aliqui ibi per eum relati dixerint per octo annos, & aliqui iſtud remiſerint arbitrio iudicis Franciſc. Turzan. opin. 112. latè Maſcar. de probat. lib. 3. concl. 1122. & particulariter in teſte, quanto tempore præſumatur obliuio poſui ſupra in tit. de indit. & tortur. q. 22. num. 64. & in tract. de teſtib. q. 66. num. 34.

211 IGNORANTIA præſumitur, & non ſcientia etiam in facto proprio, quando factum eſt intricatum, & obſcurum, tunc enim, & obliuio tolleratur propter difficultatem, l. emptor, §. Iutius, ff. de pactis, Bart. in l. non fatetur, n. 10. in fi. ff. de confeſſis, Iaſ. in l. error, n. 21. verſ. Salua Gloſ. in caſibus, C. de iuris, & facti ignorantia, & in l. ſi res obligata, num. 37. in 3. fallent. ff. de legat. 1. vbi ponit exemplum in calculo rationum, per tex. in l. fideicommiſſum, ibi computatio difficilior eſſet. Maran. in repet. l. is poteſt, nu. 227. in 4. limitatione, ff. de acquir. hæred. Abb. in c. litteræ tuæ, nu. 13. de dilat. Alex. conſ. 84. col. fin. lib. 1. vbi propterea dixit, quod Dominus non præſumitur habere notitiam geſtorum a ſuo miniſtro, etiam quod penes ſe habeat libros rationum, Capra reg. 79. num. 2. Aluiſ. de Alber. ſingular. 271. verſ. Item niſi eſſet intricatũ, Guidop. deciſ. 177. num. 4. verſ. Sed etiam, quando pactum, & in tract. de preſumpt. num. 60. verſ. Præſumitur ignorantia, Soccin. reg. 175. in 3. fallent. And. Gayl. obſeru. 48. num. 207. verſ. Idem ſi factum proprium ſit antiquum, vel valde intricatum, Sfort. Odd. de reſtit. in integ. p. 1. q. 8. num. 28. Maſcard. de probat. lia. 2. concluſ. 637. num. 24. & concl. 879. num. 45. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 41. Card. Tuſch. pract. concl. in verbo Ignorantia, concl. 15. num. 4. vbi ex Alex. quem allegat in conſ. 206. nu. 6. lib. 7. declarat, an, & quando obliuio non excuſet in computis, & rationibus.

212 IGNORANTIA etiam in facto proprio præſumitur, & non ſcientia in illo, qui multis negotijs implicitus eſt. Bart. in l. quod iuſſit in fine, & ibi etiam, Rip. num. 47 ff. de re iud. & in authen. ſed cum teſtator C. ad l. Falcid. & in l. Non fatetur num. 10. ff. de confeſſ. & in l. 2. §. quod obſeruari nu. 23. C. de iur. iuran. propter Calum. Bald. in l. 2. num. 9. C. de reſcinden. vendition. quos refert, Marant. in repetit. legis is poteſt num. 227. in 5. limit. ff. de acquirend. hæredit inferens ad diuitem multa exercentem negotia, & multa habentem bona in varijs locis, & regionibus, Abb. conſil. 20. videtur primo num. 2. lib. 2. & per tot. vbi infert ad Principem, ad Iudicem ordinarium

rium,& Rēpublicam.Honded.conſil.55. num.57.& 58.lib 1.Soccin.reg.175.in 5.fallentia,vbi ex innocentia,quem allegat in cap.cum olim,de re iud.pariter inſert ad Iudicem, Bellamer.deciſion.692.num. 2.Sebaſtian. Medices de caſu fortuito par.1. quæſt. 3.num.12.& num.18.vbi etiam Maſcard.de probat. lib.2.concluſion.879.nu.53.Menoch. de præſumpt. lib.6.præſumptio.23.num.47.& ſeq. Cardin.Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Ignorantia, concluſ. 15.num.1.& ſeqq.& concluſion.22.num.14.

213 IGNORANTIA etiam facti proprij, & non ſcientia,præſumitur in eo,qui in extremis laborat, vt ſi rem aliquam moriens vni obligauit. Deinde eam alteri legauit præſumitur teſtatorem ignoraſſe,& non recordatum eſſe eam alteri obligaſſe ob mortis metum,qui memoriam adimit.l. Hac conſultiſſima, C. qui teſtamenta facere poſſint,& propterea legatarius tenetur eam luere,l.ſi res obligata,ff.de legat.primo, ita ſcripſerunt Soccin.reg.175.in 6.fallent Marant. in repetit l.is poteſt,num.227.in 2.limitatione, ff. de acquir.hæred.Gomeſ.in §.Item ſi quis in fraudem num.24.inſtitut.de action.Maſcard.de probatio.lib. 2.concluſ.879.nu.51.& ſeqq.Menoch.de præſump. lib.6.præſumpt.23.num.49. Seraphin. de priuil.iuramenti priuilegio 4.nu.28.

214 IGNORANTIA facti proprij excuſat quando eſt cauſata perſuaſione alterius, & ab eo deceptus cap.in lectum 24.quæſt.2.facit text. in l.1.in fin.ff. de eo per quem factum eſt, Bart.in l. non fatetur nu. 6.verſic. Dico quod iſta gloſ. ff. de confeſſ. Capra reg.79.num.7 Maſcard. de probatio. lib.2. concluſ. 637.num.17.& concluſion.879.num.54. Cardinal. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Error,concluſ. 310.num.13.vbi declarat hanc concluſionem procedere in errore,ſeu ignorantia facti, ſecus in errore, vel ignorantia iuris,quem dixit non excuſare etiam cauſatum perſuaſione aduerſarij.

215 IGNORANTIA facti proprij non præſumitur, ſed ſcientia quando agitur de lucro captando, ſecus ſi de damno euitando,aut de amittendo lucrum iam acquiſitum;tunc enim præſumitur ignorantia, & excuſat l.ſed & ſi me putem,in princip.& ibi Bart.ff. de condit.indeb.l.poſt diuiſionem, C. de iuris, & facti ignorantia glo.in l.cum indebito in verbo Ignorantiæ,ff.de probat.Bald.in l.qui fundum §.ſeruus meus ff.pro emptore,Marant.in repet.l.is poteſt num.228. ff.de acquir.hæred.Aym.de antiq.tempor.in 4. particula primę partis principalis num.66. Vbi alios refert, Dec.conſil.402.nu.7.Idem Aym.conſil.244. num.4.Vbi amplius quod hæc declaratio multo magis procedit quando agitur de euitando pœnam, Grat.conſil.76.num.39.Cur.iun. conſil.92. nu.11. & 12.Idem Aym.conſil.288.num.10.Iaſ.conſil.87. num.2.lib.1.Natta conſil.77. num.9. lib.1. Soccin. reg.175.in prima fallentia, Creſcent.de dolo,& contumacia deciſ.10 num.15. Gayl.obſeruat. 48.num. 20.lib.2.Sebaſt.Medic.de caſu fortuito par. prima quæſt.3.num.5.Maſcard.de probat. lib. 2. concluſ. 637.num.4.& num.8. Menoch.de præſumpt. lib. 6. præſumpt.23.num.37.Card.Tuſc.pract.concluſ. in verbo Error,concluſ.317.num.1.

ARGVMENTVM.

Procuratoris geſta, an & quando præſumantur ad Domini notitiam perueniſſe, & quid de Principe, an præſumatur habere ſcientiam eorum quæ à ſuis officialibus geſta ſunt.

SVMMARIVM.

Scientia non præſumitur; ſed ignorantia in Domino eorum, quæ à procuratore geſta ſunt, num. 216. licet alii contra, num. 217.

Ratificatio eorum quæ à procuratore geſta ſunt non inducitur per ſcientiam Domini in genere, ſed debet eſſe præciſa, num. 216. ad finem.

Dominus non præſumitur ſcire ea quæ geruntur à ſuo Procuratore exiſtente in loco diſtanti, num. 216. in fine.

Scientia præſumitur, & non ignorantia in Domino, quando agitur de facto graui, & arduo, num. 218. Declara vt num. 219.

Ignorantia non præſumitur, ſed ſcientia in Domino eorum quæ geſta ſunt à procuratore habente ſpeciale mandatum, num. 220.

Ignorantia non præſumitur, ſed ſcientia eorum quæ geſta ſunt à procuratore quando interceſſit aliquod notabile temporis ſpatium, num. 221. licet alii contra, num. 222.

Ignorantia non præſumitur. ſed ſcientia in vniuerſitate eorum quæ à ſyndico geruntur, num. 223.

Ignorantia non præſumitur. ſed ſcientia in Domino eorum quæ geſta ſunt à procuratore, quando ex illis commodum reportauit, num. 224. & num. 225. Vbi idem quando procurator aliquid geſſit cum magna impenſa.

Princeps præſumitur ſcire ea quæ à ſuis officialibus, & miniſtris geruntur, num. 226.

Scire non præſumitur Dominus ea quæ geſta ſunt à procuratore quando agitur de incurrendo pœnam, nu. 216. in fine.

216 IGNORANTIA in facto proprio licet non præſumatur,& non excuſet,pręſumitur tamen, & excuſat in facto ſui procuratoris,geſta enim per procuratorem dominus ignorare præſumitur l. quod vulgo vbi gloſ.& Bar.ff.pro emptore l.ſi res obligata,& ibi Iaſ.num.38.poſt.gloſ.ff.de legat.1. Bart. in l. omnes in princip. C. de agn. & cenſit. lib.11. Soccin.reg.175.in 4.fallentia, Roman. conſil.481. num.2.Alex.conſil.42.num.3.verſic.Secundo quia, lib.1.& conſil.84.num.5.eod.lib.Soccin.ſen.conſil. 263.num.12.lib.2.Pariſ.conſil.47.num.103.lib.1.

Natta

Natta conſil.636.num.190.lib.3.Honded.conſ.55. num.53.& ſeqq. lib. 1. Creſcent. deciſ. 294. Incip. Scientia rubr.de procuratoribus, Lancell.de attent. part.1.cap.1.num.89.& cap.12.limitat.50.nu 94. & ſeqq.Menoch.de præſumpt lib.6.præſumpt. 23. num.42.Maſcard.de probat.lib.2. concluſion.553. num.8.& 9.Cardin.Tuſc.practicar. concluſion. in verbo Ignorantia concluſion.23. num.31. & nu 33. Vbi amplius quod ad effectum inducendi ratificationem in Domino ex ſcientia procuratoris non ſufficit ſcientia in genere,ſed debet eſſe pręciſa quod & idem latè proſequitur Lancell.de attent.par.1. cap. 1.num.71.& ſeqq. & dicam paulo infra in ſequenti capite Addo eundem Cardin. Tuſc. d. concluſ. 23. num.34.Vbi hanc eandem concluſionem præſertim procedere affirmat quando procurator ſtat in loco diſtantl ab ipſo domino, & in verbo Scientia concl. 64. num.61. Vbi etiam quod multo minus pręſumitur ſcientia geſtorum à procuratore quando agitur de incurrendo pœna; de quo etiam per Lancellot. vbi ſupra num. 88.

Et licet contra hanc concluſionem, quæ regulariter veriſſima eſt conſuluerint, Cuman. conſil. 162. Viſa copia num. 3. verſ. Nec in hoc poteſt prætendi, Abb. conſil. 18. incip. Primò quod Communitas, num. 5. in fine, verſ. Hoc corroboro, & num. 7. verſ. Tertio dixi, lib. 2. Aym. conſil. 40. num. 3. dicentes quos Dominus præſumitur ſcire geſta per ſuum procuratorem, eo quia procuratores à communiter accidentibus ſoleant Dominos certiorare de ijs quæ gerunt, eoſque refert Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Scientia, concluſ. 64. num. 53. Non tamen recedas à præmiſſa Doctorum communi ſententia, à qua diſſentientes intelligi debent in procuratore habente ſpeciale mandatum, de quo infra dicam, non in habente mandatum generale, prout bene aduerterunt Capyc. deciſ. 4. nu.23. Gabriel. de regul. iur. lib. 6. concluſ. 5. ſub num. 33. & ſeqq. Maſcard. de probationib. lib. 2. concl. 553. num. 8. & 9. & concluſ. 879. num. 48. Honded. conſil. 55. num. 55. qui, & quod plus eſt loquuntur in facto arduo, & graui, de quo mox infra dicam.

Hæc regula patitur infraſcriptas limitationes.

218 IGNORANTIA in factis à procuratore non pręſumitur, ſed ſcientia, quando agitur de facto graui, & arduo, Roman. conſil. 481. num. 7. verſ. Secundo quia, Abb. conſil. 18. num. 7. verſ. Tertio dixi, lib. 2. Bero. conſil. 118. num. 13. lib. 2. Aym. conſil. 40. num. 3. Honded. conſil. 55. num. 4. Gabriel. de regul. iur. lib. 6. concluſ. 5. num. 33. Maſcard. de probationib. lib.2. concluſ. 879. num. 48. Lancellot. de attent.par. 1.cap.1. num. 82.Menoch. de præſumptionib. lib. 6. pręſumpt. 23. num. 43. Cardin. Tuſc.practicar.concluſ in verbo Scientia, concluſ. 64. num. 102.

219 Verum Romanus in dict. conſil. 481. in principio, loquitur in procuratore habente ſpeciale mandatum, & ideo non eſt mirum ſi ab eo Dominus cenſetur certioratus de ijs, quæ ab ipſo geruntur, quia, vt mox dicam talis pręſumptio intrat vbi adeſt ſpeciale mandatum etiam quod factum non ſit arduũ; ergo vbi mandatum hoc ſpeciale non adeſt ſcientia, non pręſumitur etiam in facto arduo, & graui, prout voluit Honded. dict. conſil. 55. num. 55. lib. 1. & aduertit Maſcard. dict. concluſ. 879. num. 48. poſt Capyc. & Gabriel. in locis per eum relatis.

220 IGNORANTIA non pręſumitur, ſed ſcientia eorum, quę geſta ſunt à procuratore habente ſpeciale mandatum, Roman. dict. conſil. 481. in princip. cum alijs per Gabriell. de regul. iur. lib. 6. concluſ. 5. num. 34. & per Menoch. de pręſumption. lib. 6. pręſumpt. 23. num. 46. Maſcard. de probationib. lib. 2. concluſ. 553. num. 9. & concluſ. 879. num. 49. Cardin. Tuſc. pract. concl. in verbo Scientia, concl. 64. num. 62.

221 IGNORANTIA non pręſumitur, ſed ſcientia Domini eorum quę gaſta ſunt à procuratore, quando interceſſit aliquod notabile temporis ſpatium, Roman. dict. conſil. 481. num. 3. & ſeq. Aym. conſil. 40. num. 3. verſ. Facit quod in pulchro caſu. Lancellot. de attent. par. 1. cap. 1. Menoch. de pręſumpt. lib. 6. præſumptio. 23. num. 45. Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Scientia concluſion. 64. num. 104. & num. 102. & in verbo Ignorantia * concluſ. 23. nu. 37. vbi teſtatur de communi opinione Canoniſtarum, & Legiſtarum.

222 Quamuis contrarium quod vbi datur præſumptio ignorantia à principio non intret ſcientia propter diuturnitatem temporis conſuluerunt, Paul. de Caſtro conſil. 81. num. 3. verſic. ſi dicatur lib. 2. Dec. conſil. 445. nu. 68. prout eos ſic dicentes refert Cardinal. Tuſc. d. verbo Ignorantia eadem concluſ. 23. num. 36.

223 Ignorantia non præſumitur, ſeu ſcientia in vniuerſitate eorum, quæ à ſindico geruntur qui propterea pręſumitur detuliſſe inſtrumentum laudi ſuæ vniuerſitati, & per hoc præſumitur ſcientia, & ratificatio ipſius vniuerſitatis, Aym. conſil. 40. proponitur quod nobilis, Guido num. 3. verſic. facit, quod in pulchro caſu, Gabriell. de reg. iur. lib. 6. concluſ. 5. num. 36. Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ. 879. num. 49. Cardin. Tuſc. practic. concluſion. in verbo Ignorantia concluſ. 23. num. 44. & ſeqq. vbi de materia declaratque an, & quando ſcientia officialium vel adminiſtratorum noceat ipſi vniuerſitati.

224 IGNORANTIA non præſumitur ſed ſcientia in domino eorum quę facta ſunt à procuratore quando ex illis dominus ſtatim aliquod commodum percepit, Lancellott. de attentatis in præfation. num. 80. & 81. Menoch. de præſumptio. lib. 6. d. præſumptio. 23. num. 44.

225 IGNORANTIA non præſumitur, ſed ſcientia in domino eorum quæ procurator geſſit cum aliqua magna impenſa quam veriſimiliter non feciſſet inſcio, Domino Bero conſil. 118. nu. 23. lib. 2. Lancell.

de attentat.par. 1.cap.1. Menoch. de præſumpt. lib. 6.præſumpt.23.num.45.

226 IGNORANTIA licet pręſumatur,& non ſcientia in domino eorum quæ geſta ſunt a procuratore, non tamen ſic eſt in Principe, qui propterea præſumitur certioratus,& habere ſcientiam eorum quę geruntur à ſuis officialibus, & miniſtris, Alex. conſil. 157. viſo inſtrumento colum.2. verſic. Secundo reſpondetur lib. 2.Dec.conſil.404.viſo eleganti num. 5.& ſeq.vbi loquitur in officialibus Cameræ Apoſtolicæ,Curtian.conſil.162.num.3.verſic.nec in hoc poteſt prætendi,vbi loquitur in principe habente legatos, Card.Tuſc.practicar.concluſion. in verbo Ignorantia concluſ.23.nu.44.& in verbo Scientia concl. 64.num.55.57.& ſeqq.

ARGVMENTVM.

IGNORANTIA, & ſcientia, an probetur coniecturis, & quibus, & vbi à iure, vel ſtatuto requiritur ſcientia, qualis debeat eſſe talis ſcientia.

SVMMARIVM.

Ignorantia in animo conſiſtit, & ideo eſt difficilis probationis, num. 227.

Ignorantia probatur coniecturis, num. 227.

Scientia probatur coniecturis, num. 228. Vbi etiam, an ſufficiant coniecturæ hominis, vel requirantur præſumptiones iuris.

Scire pro certo is dicitur, qui per præſumptiones, & coniecturas à iure approbatas, aliquid ſcit, nu.228.

Scientia coniecturæ plures remiſſiuè, num. 229.

Ratificatio, vt inducatur per ſcientiam, & taciturnitatem, talis ſcientia debet eſſe non præſumpta, ſed certa, & vera, num. 230.

Scientia debet eſſe certa, non autem præſumpta, quando agitur de pœna, vel alias de iure tollendo, vel perdendo de priuatione beneficii, ſeu de quocunque graui præiudicio, nu. 231. Declara, vt nu.232.

Scire quis non dicitur, niſi etiam ſciat omnes facti qualitates, & circumſtantias, num.233.

Sententiam contra ſe latam, nemo ſcire dicitur, niſi etiam ſciat omnes qualitates, omniaque grauamina per ſententiam illata, num.233.

Scientia in genere idem operatur, quod ſcientia in ſpecie. Declara vt num.234.

227 IGNORANTIAM cum in animo conſiſtat, & idcirco ſit difficilis probationis ex allegatis per Viu.deciſ.505.num.21.lib.3. Oſaſc. dec. pedem.101.num.24. Honded. conſil. 80. num. 91. lib.2.Gabriell.conſil.31.num.36.lib.2.Burſat.conſ. 290.nu.14.lib.3. Hoc ideo coniecturis probari colligitur ex text.in c.ſi quis ſimoniacis 1.quæſt.1. & in c.ſi cui de accuſat. notant Doctores in c.final. qui matrim.accuſ.poſſ.in cap.2.de conſtitut. & c. quoſdam de præſumpt.Bald. in l. 1. num. 10. ff. de legib. Alex.in l.ſi cui §.Iiſdem ff.de accuſat.Alba conſil.9. ex his num.44.Idem Oſaſc.deciſ.pedem.71. nu.30. Anchar. Regien. quæſt. 63. num.2. part.1.Sfortia Odd.de reſtit.in integr.par.1. quæſt.38.nu.54. Maſcard.de probatio. lib.2.concluſ.880. num.1. Quid de ignorantia iuris an probetur coniecturis dixi infra num. 271.

228 Sic, & ſcientiam coniecturis probari ſcripſerunt Doctores communiter in l. qui Romæ §. Duo fratres vbi præſertim Ripa num.57.ff.de verbor.obligation. Couar.in c.Filius noſter num. 1.de teſtament. Alex. conſil.187.num.3.lib.1.Pariſ.conſil.91. num.47.& conſil.13.num.19.lib.2.& conſil.100. num. 88. lib. 1.Aym.conſil.193.num.7. Corn.conſil.85.num.12. lib.3.Soccin.iun.conſil.116.num.42. lib. 1. Rimin. conſi.1.nu.13.Ceph.conſ.314.n.15.Alba conſ.281. num.4.lib.2.Hippol.Riminald. conſil.234. nu.326. lib.3.Surd.conſil.429.nu.53.lib.3.Borgnin. Caualcan.deciſ.36.num.27.vbi teſtatur de communi,Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2. caſu 89.num. 17. Vbi amplius dixit quod ſcire pro certo is dicitur, qui per præſumptiones,& coniecturas à iure approbatas aliquid ſcit,Creſcent.de dolo,& contumac.deciſ.9.nu. 12.idem Surd. deciſ. Mantuana 221. num. 10. Rota Ianuen. deciſ.172. num.10. Anchar. Regien. quæſt. 63.num.2.part.1.Stephan. Lamberteng. de contractib.eorum,&c.gloſ. 1.num.165.in fine, Maſcard.de probatio.lib.3.concluſ.1293. num.1. Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Scientia concluſ. 64. num.65.Ioan.Baptiſt.Coſta in tract.de facti ſcientia & ignorantia inſpect.64.num.1.& ſeqq.Vbi etiam bene docet, an & quando ad probandam ſcientiam ſufficiant coniecturæ hominis,an vero requirantur iuris præſumptiones.

229 Scientiæ autem coniecturas plures poſui ſupra num. 86. & ſeqq. Vbi etiam nonnullas ignorantiæ præſumptiones explicaui alias itaque ſcientiæ coniecturas videre poteris apud Aym. conſil.271.num. 8. Roland. conſil.19. num.38. & ſeqq. lib. 1. deciſ. pedemen.71.poſt num.30.& ſeqq.Sfortia Odd.in tract.de reſtit.in integr.par.1. quęſt.8.nu.61.& ſeqq. Maſcard.de probat.lib.3.concluſ.1293.per tot.in diſcurſu,Ioan.Baptiſt.Coſt.in tract.de fact.ſcient.& ignorant.inſpect.64.num.10.& ſeqq.

Præmiſſa concluſio quod ſcilicet ſcientia probetur coniecturis, declaratur nonnullis modis de quibus infra mox dicam.

230 IGNORANTIA præſumitur, & non ſcientia ad effectum vt ratificatio inducta dicatur immo vt dixi ſupra ſcientia coniecturis probetur ad inducendam tamen ratificationem, ſcientia non præſumpta ſed certa, & vera eſſe debet ſecundum gloſ. in d. §. præterea in verbo Regreſſum verſic.Item iſtud intelligo in tit. quib. mod. feud. amittat. Paul. de Caſtro in conſil.166. viſo compromiſſo num.5. lib.1. Aym. conſil.197.num.14.Ruyn.conſil.49.num.12. lib.1.

& con-

& conſil.66.num.18.lib.3. Natta conſil. 636.num. 194.deciſ.pedemen.174.num.3.& 4. Vbi pluribus hanc probat concluſionem, Lancellott. de attentat. par.1.cap.1. num.71. & ſeqq. Vbi pariter eandem concluſionem exornat Cardin.Tuſc.practicar. concluſion.in verbo Scientia concluſ.64.nu.97.& concluſ.66.num.9.& ſeqq.Ioan.Baptiſta Coſta in tract. de facti ſcientia, & ignorantia inſpect.63. num.20.

231 IGNORANTIA præſumitur,& non ſcientia, quando agitur de pœna vel alias de iure tollendo vel perdendo, ſeu de quocunque graui præiudicio, & iſto caſu ſcientia debet eſſe plena concludens vera,& certa, non autem præſumpta, Ruyn. conſil. 66. num.18.& ſeqq.lib.3.Pariſ.conſil.23.num.241.lib. 1.Aym.conſ.193.nu.8. poſt med. Vbi loquitur quando agitur de renunciatione ſui iuris, Cæphal.conſil. 720.num.17. Simon. de Pret.conſil. 199.num. 36. deciſ.pedem.174.num.3.& 4. Cardin.Tuſc.practic. concluſion.in verbo Scientia concluſ. 65.num. 8. & 9.& latius concluſ.66.num.1.& ſeqq. Vbi de materia, Ioan.Baptiſt.Coſt.in tractat.de facti ſcientia, & ignorantia inſpect. 63. num. 13. & ſæpius Rota Romana reſoluit vt per eandem Rotam de dolo, & contumacia deciſ.21.in antiquis, Mohed. deciſ. 4. rubr. de probat. Quæ deciſiones loquuntur quando agitur de priuatione beneficij, Put. deciſion. 77.num. 7.lib.2.& deciſion.147.num.2. lib.1. Et deinde ſæpius in eadem Rota fuit reſolutum coram Cardinali Seraphino in Romana Secretariatus 17. Februarij 1592.coram Cardinali Blanchetto in Vrbeuetana bonorum 4.Maij.1594.coram Cardinali Mantica in Romana Caſalis 19.Martij 1590.& coram Pegna in Tuden.beneficij 15.Iunij 1604.

232 Verum ad id quod dicitur præſumptam ſcientiam non ſufficere quando agitur de pœna,intelligas hoc procedere quando agitur de pœna corporali, ſecus ſi de alia mitiori, Bal.in l.1.num.2.C.de his qui latrones, Aym.conſil.193.num.8. Boſſ.in tit.de rapinis num.29.& ſeqq.Mandoſ.ad Roman.conſ.127. littera E,Surd.deciſ. Mantuan.221. num.14.

233 IGNORANTIA in dubio præſumitur,& non ſcientia in tantum quod ad effectum vt ſupra incurrendi pœnam, vel ſi agatur de aliquo graui præiudicio non ſufficit alicuius facti ſcientiam habere niſi etiam quis ſciat eiuſdem facti omnes qualitates, & circumſtantias ad gloſ.quæ ad id communiter allegatur in c.Concertationi in verbo Sciuerit,& ibi omnes Canoniſtæ de appellat.in 6.Et poſt alios plures quos referunt in idem concordantes ſcripſerunt, Tiraquel.de retract.lignag.§.36.gloſ.2.num. 30. & ſeqq.Alba conſil.18.nu.7.Vbi declarat Natta conſ. 51.num.1.& conſil.456.num.18. Bertazzol. conſil. 357.num.40. & 46. Vbi loquitur in criminalibus quod ſcientia delicti in genere ſine qualitatibus punibilis non eſt, quod & idem ſcripſerunt Surd.conſ. 325.num.41.& Hippol.Rimin.conſil.310.num.24. Addo prææallegatis, Oſaſc.deciſ. pedemen. 174. nu. 4.verſic.Si igitur,Corſet.in ſing. in verbo Sententia 11. Menoch.de arbitr. quæſt.lib.1.quæſt. 66. Lancellott.de attent.par.1.cap.1.num.76.& cap.12.limitat.50.num.158.& ſeqq. Cardin.Tuſc.practicar. concluſion.in verbo Scientia concluſ.66.num.1.& ſeqq.Seraphin.de priuileg.iuramen.priuileg.4.num. 143.& ſeq.Ioan.Baptiſt.Coſt. in tract. de facti ſcientia, & ignorantia inſpect.63. num.10. 13. & 14. & inſpect.76.Apud quos in ſpecie reperies quod quando in aliquo caſu requiritur ſcientia ſententiæ, non ſufficit habere notitiam ſententiæ in genere, niſi etiam ſciantur eiuſdem ſententiæ omnes qualitates, & omnia grauamina illata,de quo dixi latius in quæſtionibus meis ciuilibus, & iudicialibus in materia appellationis interponendæ infra decem dies, in quæſt.53.

234 Nec præmiſſis obſtat iuris concluſio quod ſcilicet ſcientia in genere idem operetur quod ſcientia in ſpecie, nam vltra quod hæc concluſio procedit quando ſcientia in genere oritur ex coniecturis intrinſecis, & probabilibus, & non aliter ex allegatis per Barbat.conſ.60.num.3.lib.2. quem in id refert Anchar. Regien. quæſt.11.nu.17.lib.2.Adhuc & eadem concluſio non procedit quando aut de iure aut per ſtatum ſciẽtia requiritur pro forma, Iaſ.in conſ.159.num.17.lib.2.Plot.in l.ſi quando nu.526. C.vnde vi,ſecundum antiquam impreſſionem, Tiraquell.& omnes alij prææallegati Doctores,& in ſpecie aduertit Coſta d.inſpect.63. num.15.

ARGVMENTVM.

IGNORANTIA, an & quando iuramento probetur.

SVMMARIVM.

Ignorantia iuramento probatur regulariter, nu. 235. & ſeq. Vbi remiſſiuè etiam de materia.

Scientia iuramento probatur, num.236. & ſeq.

Ignorantia gabellæ,ſeu vectigalis nunquid iuramento probetur, num.237.

Ignorantia probatur iuramento illius qui in ius alterius ſuccedit,num.238.& ſeqq.

Hæres non ſoluens Canonem rei emphiteoticæ ignorans eam eſſe emphiteoticam, poteſt ſuam ignorantiam iuramento probare,num.239.

Emphyteoticæ rei caducitas, non cenſetur remiſſa à recipiente canonem, qui ignorantiam caducitatis habebat ex eo quod in alterius ius ſucceſſerit. Ignorantiamque iuramento probabit, num.140.

Ignorantia iuramento probatur ab eo qui ſuccedens in feudo ignorans eſſe rem feudalem caducitatem commiſit, num.241.

Ignorantia eorum quæ geſta ſunt à procuratore iuramento probatur, num. 242. Vbi quod non è contra ignorantia principalis probatur per iuramentum procuratoris.

Ignoran-

Ignorantia iuramento probatur, etiam ſi agatur criminaliter, num.243.

Ignorantia iuris, numquid iuramento probetur, num. 244.

Ignorantia iuramento probatur, quando agitur de iure quaſito tollendo, vel de punienda negligentia, num.245

Ignorantia iuramento non probatur, quando contra iuramentum adeſt aliqua præſumptio, num. 246. licet alii contra num. 247. Declara vt num. 248. & 249.

Ignorantia non probatur iuramento, quando agitur de alterius graui præiudicio, & ſic in cauſa magna quantitatis, quod an verum ſit, & quãdo, nu. 250.

Ignorantia iuramento non probatur, quando quis petit reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis, num. 251.

Ignorantia cauſæ, ſeu iuſtitia, iuramento non probatur, num. 252.

Ignorantia iuramento non probatur, quando alio modo probari poteſt, num. 253.

Ignorantia, iuramento non peobatur, quando ſtatutum probibet ignorantiam allegari. Declara vt num. 254.

Ignorantia iuramento probatur, quando iurare volens eſt perſona legalis, & probatæ vitæ, aliàs ſecus, num. 255.

Iuramentum nũquam defertur ei, qui non ſit bonæ famæ, & probatæ vitæ, nu. 255. verſ. Sed generaliter.

Iuramentum ſuper probatione bonæ famæ, defertur à iudice, num. 255. verſ. Et propterea.

Ignorantia iuramento, an probetur iudicis arbitrio remiſſum eſt, num. 255. verſ. Et propterea, in fine.

Ignorantia iuramento probata, probationem in contrarium admittit. Declara vt num. 256.

235 IGNORANTIA an iuramento probetur tractant Doctores omnes in cap. 2. de conſtitutio. & ex recentioribus, Cardinal. Tuſc. practicar. concluſion. verbo Ignorantia concluſ. 24. per tot. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 4. etiam per tot.

236 Et quidem ormari poteſt regula affirmatiua, quod ſcilicet ignorantia; cum ſit quid in animo conſiſtens, iuramento probetur c. vt iuramẽtum, c. Nonnulli, in fine, de electio. in 6. cap. ſi vero, il ſecondo de ſententia excommunicationis cap. cum in tua, qui matrimonium accuſare poſſunt, cap. Paſtoralis, de exception. cap. præſentium, de teſtibus gloſ. in capit. præſumitur in verbo Præſumitur, verſ. Vno modo de reg. iur. in 6. in c. innotuit in verbo Ignorantia, propè finẽ de electione. in cap. qui & humanis in vltima gloſ. in fin. 12. quæſt. 2. & in c. propoſuiſti, in verbo Non probatur verſic. Sed qualiter probat 82. diſtinction. Bart. in l. ſi cui §. ijſſtem num. 2. in fine, & ibi etiam gloſ. in verbo accuſari ff. de accuſation. & in l. Celſus num. 6. ff. de Vſucap. Roman. in l. qui bona fide §. qui damni num. 2. ff. de dæmno infecto. Iaſ. in §. ſed iſte num. 90. inſtitut. de action. & in l. 3. §. iurari num. 6. ff. de iur. iur. Rip. in l. Admonendi num. 55. ff. de iur. iur. Marſil. in l. qui ignorans num. 22. ff, ad l. Corneliam de falſis, & in rubr. C. de probation. num. 124. & in rubr. ff. de fideiuſſor. num. 41. Felin. in cap. Quoſdam in gloſ. 1. de præſumpt. Cardin. in clem. 1. in 8. quęſt. de conſanguinitate, Roman. conſil. 54. poſt num. 3. verſ. Contrarium puto Mandoſ. ad eundem Roman. conſil. 398. nu. 5. in verbo probari, littera E. Oldrad. conſil. 286. num. 4. Alex. conſ. 76. nu. 3. lib. 7. Corn. conſil. 168. nu. 13. lib. 3. Alba. conſil. 9. nu. 36. Crot. conſil. 307. num. 8. in fine, vbi teſtatur ita communiter teneri per Doctor. in cap. 2. de conſtitut. Cæphal. conſil. 242. num. 17. lib. 2. Honded. conſil. 55. poſt num. 61. & ſeqq. lib. 1. Bauer. in tractat. de iuramenti effectu 53. verſic. Octauo principaliter. deciſ. pedemon. 71. num. 23. & ſeqq. Andr. Gayl. obſeruation. 48. num. 23. lib. 2. Sebaſtian Medices de caſu fortuito part. 1. quæſt. 3. num. 14. Herculan. de negatiua nu. 275. Bouius de ſtatutaria præſcriptione gloſ. 19. num. 13. Villalob. in commun. opinion. littera I. nu. 4. vbi etiam de communi, Menoch. de arbitrar. quęſt. lib. 2. caſu. 186. num. 2. & ſeqq. Maſcard. de probation. lib. 2. concluſion. 638. num. 1. & 2. & concluſ. 881. nu. 1. & 2. Sfortia Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 38. num. 52. Seraphin. de priuil. iuramenti priuil. 4. num. 1. & ſeqq. vſque ad nu. 11. vbi proponit contraria, & illis reſpondet, & num. 126. & pluribus ſeqq. vbi facit plures illationes Mancin. in tract. de iur. iur. effect. 103. num. 1. Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo ignorantia concluſ. 24. num. 1. & num. 6. vbi etiam quod ſicut ignorantia probatur iuramento ita etiam, & ſcientia vt contrariorum ſit eadem diſciplina poſt. Bal. Alex. & Felin. in locis per eum relatis, Ioan. Baptiſta Coſta in tractat. de facti ſcientia, & ignorantia inſpectio. 84. num. 2. Apud quos propoſitæ concluſionis, & regulæ plures alios concordantes Doctores reperies.

Hæc autem regula pluribus modis ampliatur, de quibus mox dicam, ac deinde quibus modis limitetur declarabo.

237 IGNORANTIA Vectigalis, ſeu Gabellæ iuramento probatur, & ideo ſi forenſis per aliquem Locũ iter faciẽs, vectigal non ſoluerit, bona per ipſum uecta in commiſsũ non incidunt, nec aliquam incurrit pœnam, quia d. Gabellæ; ſeu viſtigalis ignorantiam allegare poteſt, & eam iuramento probare ſecundum Marſil. in rubr. C. de probatio. nu. 137. verſ. & ideo dixit multum notant. Abb. aliàs ſecundùm aliam impreſſionem nu. 124. verſic. Et vltra præmiſſa poſt Abbatem quem allegat in conſil. 35. nu. 2. part. 1. quod & idem voluit Grat. conſil. 151. num. 15. lib. 2. & idem Marſil. in l. qui ignorans num. 21. ff. ad l. Corn. de falſ. Andr. Gayl. obſeruation. 48. nu. 26. lib. 2. Mancin. de iuramento effect. 103. num. 4. & 5. cuius contrarium voluiſſe videtur, Paul. de Caſtro conſ. 432. nu. 4. lib. 1. prout illum refert Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Ignorantia concl. 22. nu. 20.

Vbi

vbi dixit, quod vectigalia quæ communiter ſolent exigi, præſumuntur ab omnibus nota, Riminal.conſil 26.nu. 18.vbi dixit, quod ignorantia gabellarum non admittitur, refert eum & ſequitur Sebaſtian.Medices de caſu fortuito,par.prima, quæſt.3. num.40. verſ.Octauo fallit. In hac contrarietate dic primam opinionem procedere quando ignorantia eſt probabilis,& veriſimilis, ſecundam autem opinionem, quando ignorantia non eſt probabilis, & inueriſimilis.Qnando autem ignorantia dicatur veriſimilis, & probabilis,vel è contra dixi in tract.de furtis, q.72. num.12.& ſeqq.

138 IGNORANTIA multo magis probatur iuramento illius, qui in ius alterius ſuccedit per ea quæ generaliter dicta ſunt ſupra num.124.& in ſpecie voluit Alexand.in conſ.71.videtur prima conſideratione, num. 5. lib. 1. vbi generaliter etiam dixit, quod vbicunque ignorantia præſumitur tunc illa ſemper iuramento probatur, refert eum, & ſequitur Card. Tuſc.practic.concluſion.In verbo Ignorantia concluſ.14.num 4.

239 Hinc eſt,quod ſi hæres alicuius non ſoluerit Canonem rei emphiteoticæ per biennium, dicatque ſe non ſoluiſſe,quia ignorabat rem eſſe emphiteoticam poteſt hanc ſuam ignorantiam iuramento probare ſecundum gloſ.in l.2.in gloſ. final. verſ. Sed quid ſi ille qui ſoluere debuit,C.de iure emphiteotico, Speculator in tit. de locato, ſiue de emphiteuſi, §. nunc aliqua,nu.29.verſ. XVIII. quæritur quid ſi mortuus ſit emphiteotica,Bar.in l. cum filius familias, §. in hac ſtipulatione, num. quarto, verſic. Quero hæres ſuccedens, ff. de verbor.obligation.Bald.in l.ſecunda, nu.3.C.ſi aduerſus venditionem pignoris, Dyn. in cap.cum quis,num.quinto,de reg. iur.in 6. Marſil. in rubric. de probation. num. 137. verſ. Et dixit multum egregie,& in l. qui ignorans. num.16. verſ. Item vltra præmiſſa,& in l.qui falſam,num.80. verſ. Item facit etiam, ff.ad l.Corneliam de falſis.Roman. conſil.166.in fin. Grat. conſ. 151. num. 14. lib. 2. Alexan.conſ.45.num.quarto,lib.quinto, Dec.conſ. 138.num 7.verſ. Secundo principaliter, quos, & alios quam plures referendo ſequuti ſunt, Andreas Gayl. obſeruation.48.num.4.lib. 2. Menoch. de recuperan.poſſeſſion.remed. 10. num. 52. & ſeq. Maſcard.de probation.lib.2.concluſ. 881.num.quarto, & ſeq. Cardinal.Tuſch.practicar. concluſion. littera I. concluſion.16.num. 31.vbi alijs relatis pariter dixit,quod ſuccedens in ius alterius non cadit ab emphiteuſi, vel feudo, ſi ignorans alienauit rem ſine Domini conſenſu vti liberam,& teſtatur de communi; & num. 32. Sebaſtian.Medic. de caſu fortuito, par.prima, quæſt. tertia, num.19. Honded.conſ.55. num.64.lib.primo.Seraphin.de priuileg. iuram. priuil.4.num.231.Mancin.in tract.de iur.iuran.effectu 103 num.6.

240 Hinc etiam eſt, quod ſi dominus receperit ab emphiteota canonem poſtquam is cecidit a iure ſuo licet remittere caducitatem videatur ad l. 2. C. de iure emphiteotico: Hoc tamen non procedit, quando ſic recipiens ignorabat incurſam caducitatem dictamque ignorantiam iuramento probauerit, Cin.in l.2.num.5.in quarta quæſtion.C.de iure emphiteotico Imol. in l.Meuius, §. duobus, ff. de leg. 2.Marſil.in rubr.C.de probationib.num. 138. verſ. Et adde quod iſta probatio ignorantiæ,& ſecundum aliam impreſſionem,num.125. Maſcard. de probat. lib.2.concluſ.881.num.6.Mancin.de iuramento effectu 103.num.7.

241 Et quæ de Emphiteota dicta ſunt, procedunt etiam in feudo,& ideo Vaſſallus alteri feudatario ſuccedens allegans feudi vacantis ignorantiam, offeratque ignorantiam iuramento probare, debet admitti,& ſi non admittatur,tanquam grauatus, poteſt appellare,vt in cap.primo,de controuer inter Dom. & emphiteot. vbi Afflict. num. 10. in vſibus feudorum,& eſt gloſ.in l.at qui natura, §. cum me abſente in verbo Committat, ff. de negocijs geſtis, Iaſ. in §. ſed iſte,num.88.inſtitut.de action.Alexan.conſ.71. num. quinto, lib. primo, Andreas Gayl. obſeruation.48.num.octauo,& ſeqq.lib.ſecundo,vbi generaliter de ignorantia excuſante feudatarium ſuccedente in ius alterius,& num.25.Sebaſtian.Medices de caſu fortuito, quæſt.3. num. 31.Maſcard.de probation.lib.ſecundo,concluſ.881.nu.7.Cardinal.Tuſc. practicar.concluſion.littera I,concluſ. 16. num. primo,& ſeqq. vbi ponit plures caſus in quibus ignorantia excuſat a caducitate feudi, præſertim ſuccedentem in ius alterius, & conſequenter quod eadem ignorantia iuramento probetur,& concluſ.18.num. primo.

242 IGNORANTIA Domini eorum quæ geſta ſunt a procuratore iuramento probatur,vt per Afflict in conſt.Neap.lib.2.de proceſſ.iud.rubr.23.nu.26. vbi tamen declaret niſi procurator haberet ſpeciale mandatum,refert eum,& ſequitur Maſcar.de probat.lib. 2.concl.881.nu.8.de qua re vide quæ dixi generaliter ſupra nu.216.& ſeqq.& vide etiam Seraphin. de priuil.iuram.priuil.4.nu.40.Vbi è contra in procuratore,cui non defertur iuramentum ad probandum ignorantiam ſui principalis,per tex.quem alleg.in c. ſi vero de ſent.excomm.poſt Curt.Iun.Rom.&Alex. in locis per eum relatis, & eſt ratio quia quæ in ſolo animo conſiſtunt per alium explicari non poſſunt.

243 IGNORANTIA probatur iuramento, non ſolum quando agitur ciuiliter; ſed quando criminaliter agitur,c.ſignificaſti de homicidio,c.ſi vero de ſenten.excomm.vbi de percutiente clericum,&dicente ſe ignoraſſe illum clericum,& ignorantiam probante per iuramentum,glo in l.1.in verbo Animo, C.ad l. Cornel.de ſicar.cum alijs adduct.per Iaſ.in §.ſed iſte nu.90.inſtitut.de action.Honded. conſ.92.num.15. lib.2.vbi quod ignorantia eius qui nummos expēdit adulterios iuramento probatur (de quo tamen remitto me ad ea, quæ latius dixi in materia criminis læſæ falſæ monetæ) Andreas Gayl. obſeruation.48. num. 30. lib. primo, vbi dixit innocentiam quæ in

animo conſiſtit regulariter iuramento probari per text. in l. furti, §. qui iuſſu, & ibi gloſ. in verbo Innocentiam, ff. de his qui notantur infamia, & in l. non damnatos, §. final. C. eodem, Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuileg. 4. num. primo, in princip. & num. 11. Vbi proponit contraria, & illis reſpondet, & num. 36. vbi quod hæc concluſio habear etiam locum in illicitis, & prohibitis, Mancin. de iur. iuran. effectu 103. num. 8. vide ad materiam huius concluſionis, quæ dixi ſupra num. 97. & ſeqq. & quidem apud me ſic generaliter, & ſimpliciter dicta concluſio propoſira, quod ſcilicet in delictis, & in prohibitis, ac illicitis ignorantia probetur iuramento, non tranſit ſine dubitatione, quia in delictis, & illicitis ſemper dolus, & malus animus præſumitur, l. ſi non conuitij, cum ibi notatis per Doctores, C. de iniurijs, & alibi dixi, & propterea eandem concluſionem declarandam eſſe exiſtimarem, vt procederet, vel in ignorantia facti alieni, quæ habet præſumptionem pro ſe, iuxta ea, quæ dixi ſupra d. nu. 97. & ſeqq. vel vbi alias pro ignorantia aliqua concurreret præſumptio; his enim caſibus illam iuramento probari facile admitterem; ſecus ſimpliciter, & generaliter in delictis illicitis, & prohibitis. Et hæc eſt veritas.

244 IGNORANTIA probatur iuramento non ſolum ſi ſit ignorantia facti; ſed etiam ſi ſit ignorantia iuris, vt per Bauer. in tractat. de virtute iuramenti, poſt numerum 82. ex Angel. & Alexand. in locis per eum relatis, refert eum Seraphin. in tractat. de priuilegijs iuramen. priuileg. quarto, num. decimoquinto, & ſequentibus, vbi tamen declarat hanc concluſionem procedete in Ignorantia iuris dubij, vt puta, ob varias Doctorum opiniones, de qua dicam infra in materia ignorantiæ iuris, num. 266. & ſequentibus, ſecus in ignorantia iuris per ſe noti, & indubitati, & benè dicit, quia ſi aliter diceremus, eſſet deſtructa regula, quod iuris ignorantiam nemo allegare poteſt, quia vnuſquiſque allegationem huiuſmodi iuramento firmaret, & propterea ſcripta per Angel. Alexandrum, & Baueriam in locis præallegatis ſolum procedère exiſtimarem, quando pro ignorantia iuris concurreret aliqua præſumptio, iuxta ea, quæ mox dicam in prima limitatione, aliter ſecus, prout videtur de mente Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 638. num. 4.

245 IGNORANTIA multo magis probatur iuramento, quando agitur de iure quæſito tollendo, vel de punienda negligentia; ad probandam enim ignorantiam, ne quis perdat ius ſuum ſufficere iuramentum conſuluit, Bald. conſil. 154. proponitur quod ad fin. verſic. Quia vbi agitur, lib. quinto, Alexand. conſil. 76. in cauſa, & lite, num. nono, verſic. Et ignorantia probatur lib. 7. quos ſic diceutes refert, & ſequitur Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Ignorantia, concluſ. 24. num. ſecundo.

Hucuſque ampliationes propoſitæ regulę explicaui, nunc limitationes aggredior.

246 IGNORANTIA iuramento non probatur, quando contra iurare volentem adeſt aliqua ſcientiæ præſumptio, ſecundum Bar. in l. inter omnes, §. recte, num. 3. in fin. ff. de furt. Alexand. conſil. 71. Videretur prima conſideratione, num. ſecundo, verſic. Et ideo, lib. primo, & conſ. 94. num. 3. lib. 5. Alba conſ. 18. num. 5. verſ. Tertio modo, & ibi in addit. littera E, Felin. in cap. quoſdam, num. 6. verſic. Tertio eſt aduertendum, & ſeq. vbi præſertim loquitur, quando lex præſumit ignoranriam, & determinat ſuper ea, & in cap. cognoſcentes, poſt nu. 21. verſ. Fallit, ſecundo de conſtitutionib. Roman. conſ. 481. Præſentis, num. 10. verſ. Cæterum, vbi Mandoſ. in addit. in verbo Probatur, alios plures refert concordantes, Ancharan. conſ. 270. ad fi. Rota de dol. & contumac. in nouis, deciſ. 19. alias 444. colum. ſecunda, in nouis, Marſil. conſ. 117. num. 20. & 21. & in l. qui falſam, num. 95. ff. ad l. Cornel. de falſ. Natta conſ. 230. num. 6. lib. primo, Burſatt. conſil. 119. num. 14. lib. primo, cum alijs per Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. ſecundo, caſu 186. num. 7. & de recuperan. poſſeſſ. remed. 16. nu. 36. & de præſumpt. lib. 1. quæſt. 77. num. 3. & ſeqq. vbi alijs pluribus relatis teſtatur de magis recepta Doctorum ſententia, proponit contraria, & illis reſpondet, Sebaſtian. Medin. in tractat. de caſu fortuito, par. prima, quæſt. 3. num. 15. Andr. Gayl. obſeruat. 48. num. 32. lib. ſecundo, Bouium de ſtatutar. praſcript. gloſ. 19. nu. 14. verſ. Et propter hoc, Anchar. Regien. quæſt. 63. num. 3. par. 1. Viu. opin. 695. num. 3. & 4. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 638. num. 5. & 6. Vbi bene exemplificat hanc concluſionem, & concluſ. 881. num. 11. 18. 24. & num. 26. Card, Tuſch. practic. concluſion. in verbo Ignorantia, concluſ. 24. num. 8. & 9. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. par. prima, quæſt. 38. num. 60. Seraphin. de priuileg. iuramenti priuilegio 4. num. 30. & ſeqq. vbi pariter, & ipſe huius concluſionis ponit exempla Mancin. de iure iuran. effectu 103. num. 2. & num. 10. Io. Bapt. Coſt. de facti ſcientia, & ignorantia inſpect. 84. nu. 8. Honded. conſ. 55. nu. 65. lib. 1.

247 Et licet contra hanc concluſionem facere videatur tex. in cap. cum in tua, qui matrim. accuſ. poſſ. vbi glo. & Doct. ſecundum Card. Tuſch. d. concl. 24. nu. 10. concludere videantur, quod immo iuramento probetur ignorantia etiam quando extant præſumptiones ſcientiæ, & Alba. in conſ. 9. num. 43. prout illum refert Maſcard. d. concluſ. 881. num. 9. dixerit ignorantiam iuramento probari etiam ſi præſumptio ſit contra iurantem, dummodo talis præſumptio non ſit omnino concludens, & pro hac contraria opinione afferri poſſunt plures aliæ Doctorum auctoritates & rationes, quas refert, ſed non ſequitur Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 77. num. 6. & ſeqq. Tu tamen non recedas a propoſita concluſione, quæ vt vides * communiter recepta eſt, & ex ea infertur per Maſcar.

dict. con-

dict. concluſ. 638. num. ſexto,& concluſ.881.num. 11. & num.17. & 19. per Seraphin.dict. Priuileg. 4. num.33.& per Mancin.de iure iuran. d. effectu 103. num.13.& 16.Quod ignorantia eorum,quæ publicè nota ſunt, vel quæ quis ex ſuo officio inueſtigare tenetur, vel eorum, quorum quis partem ſciuit iuramento non probatur. Quamuis quod immo iuramento probetur ignorantia eorum, quæ publice fiunt voluerint gloſ.& pleriq; alij Doctores relati per Menoch.dict.præſumpt.77.num.6.& ſeqq.

248 Poteſtq; contraria hæc opinio procedere,quando etiam pro ignorantia adeſt aliqua extrinſeca præſumptio, ſeu coniectura; Tunc enim in concurſu præſumptionum iuramentum præualet, ignorantiamque iuramento probari ſcripſerunt Roman.poſt Rotam,quam allegat in conſ.481. Præſentis dubitationis, num.10.& nu.11. Alba.conſ.nono, num.43. Surd.deciſ.Mantuan.216.num. 34.& num.35. cum alijs per Cardinal.Tuſch. dict. concluſ. 24. num. 11. Sfort.Odd.de reſtitut.in integr.dict.quæſt.38. num. 63. Seraphin.d.priuileg.4. num.4. & 5. & num. 28. verſ.& generaliter, Io. Baptiſt. Coſta, d. inſpect.84. num.4.Lamberteng.de contract.eorum.gloſ.1.num. 182.& ſeqq.deciſ.pedem.71.num.25.& ſeqq.Honded.dict.conſ.65.num.68. Vel etiam poteſt procedere,quando non agitur de alterius præiudicio, aut de modico præiudicio ex allegatis per eundem Menoc. d.præſump.77.num.15.

249 Immo,quando allegans ignorantiam, & eam iuramento probare volens eſt vir bonæ conditionis, & famæ,quod tunc etiam non concurrentibus præſumptionibus ignorantiæ, ſola hæc generalis præſumptio bonitatis,& qualitatis perſonę ſufficiat ad deferendum iuramentum ſuper probatione ignorantiæ, quæ habeat aliquam contrariam ſcientiæ probationem plene ſcripſit Oſaſc.deciſ. pedemontan.71. nu. 25.& ſeqq. Quem referendo ſequuti ſunt Seraphin. de priuileg.iuramenti, priuileg. quarto, num. 35. & num. 80.& Ioann.Baptiſt. Coſt. de facti ſcientia, & ignorantia, inſpect. 84. num.quarto, quæ quidem ampliatio apud me ſemper dubitabilis fuit,ea præſertim ratione, quia vt alias dixi in materia inditiorum abſurdum eſt, quod generalis bonæ famæ præſumptio, tollat particularia inditia,& coniecturas, & propterea veriorem credo eſſe ſententiam eorum, quos refert Stephan. Lambertengh. de contractibus eorum, &c. gloſ. prima, num. 182.& ſeqq. qui dixerunt, vt ad hoc, vt iuramentum deferatur ad probandum ignorantiam, quæ contra ſe habet pręſumptionem ſcientiæ non ſufficiat alicuius bonæ famæ, vel quod is ſit perſonam fide digna, niſi aliquæ aliæ concurrant coniecturæ,præſertim quando agitur de alterius præiudicio,vt ibi per eum quem omnino videas in materia.

250 IGNORANTIA non probatur iuramento, quando agitur de graui alterius præiudicio, & ſic agatur de cauſa magnæ quantitatis; ſeu ponderis, Felin. in capit. cognoſcentes, num. 14. & ibi Dec. ad fin. verſic. Similiter ſi agatur, & Bero. in fine de conſtitutionibus, idem Felin. in capit. quoſdam poſt numerum ſextum, verſic. Quarto eſt aduertendum, & ibi etiam Abb. in fin. de pręſumption. Aymon.conſil.73. num. 24.& num.26. Marſil. ſingular. 635. ad med.Natt. conſil.609. num.26.Burſat. conſil. 143. num. 53. lib. ſecundo, Honded. conſ. 55. num. 72. & ſeqq. Bouius de ſtatutaria præſcriptione, gloſ. 19. num. 13. Menoch. de recuperand. poſſeſſion.remed.16.num.36.& de arbitrar.quæſtio. lib. ſecundo, caſu 186. num. nono. Maſcard. de probationib. lib. ſecundo, concluſ.881.num.12. & ſeqq. Seraphin. de priuilegijs iuramenti, priuileg. quarto, num. 100. & ſequen. & num. 124. in decimaquinta limitatione, vbi etiam in propoſito dicit quod iudicis arbitrio remittitur, quæ ſit cauſa magna; deciſion.pedemontan.71.num. 46. Mancin. de iure iurando, effectu 103.num.12.& num.14.Steph. Lamberteng.de contractibus eorum,&c.gloſ. 1.nu. 186.Apud quos præmiſſam concluſionem declaratam habes duobus modis; Primò, vt non procedat, quando cum iuramento concurrit aliqua alia præſumptio;Secundo, quando præiudicium eſt leue.

251 IGNORANTIA non probatur iuramento, quando quis petit reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis, tunc enim fortior requiritur probatio ex allegatis per Aymon. de antiquitate tempor.par.4.§.materia iſta,num.62. Mancin.de iur.iur.effectu 103.num.17.Maſcard.d. concluſ.881.nnm.10.

252 IGNORANTIA licet probetur iuramento,non tamen ignorantiæ iuſtitiæ iuramento probatur,vt puta allego ignorantiam ex cauſa abſentiæ debeo ipſam abſentiam non ſolo iuramento,ſed legitimis probationibus probare; & eſt ratio, nam abſentia, aut alij ſimiles actus ignorantiam iuſtificantes non conſiſtunt in animo; ideo iuramento non probantur, Bal.in l. prima, poſt numerum ſecundum, verſ. Item apparet, C. ad Macedonian. Felin. in cap.ſecundo, num.16.in quinta limitatione,& num.19. de conſtitution. & in cap. quoſdam,poſt numerum quintum, verſ. Sed tamen in hoc eſt aduertendum,de præſumption.quos ſic dicentes referendo ſequuti ſunt Menoch.de arbitr.quæſtion.lib.ſecundo, caſu 186. nu. 15.Maſcar.de probat.lib.2.concl.881.nu.15.& 16. Sfortia Odd.de reſtitut.in integr.par.1.q. 38.nu.62. & ſeq. Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuileg. 4. num.8.& ſeqq.

253 IGNORANTIA non probatur iuramento, quando alio modo probari poteſt,& ſic iuramentum datur in ſubſidium argumento, text.in cap.præſentium extra de teſtibus, & in cap. litteris de præſumptionibus, Cardin. in clementin.prima, in octaua quæſtione de conſanguinitate, & affinitate, Felin. in cap. quoſdam, num. 5. verſ. Secundo eſt aduertendum,de præſump.& in cap.2.num.12.verſ.Fallit

primo de conſtitutionib. Baueria in tractat.de virtute iuramenti, quæſt.53.num.83. ad fin. verſ. Octauo principaliter admittitur, Menoch. de arbitrar. quæſt. lib.2.caſu 186.poſt num.6. & 7. Maſcard. de probation.lib.2.concluſ.638.num.7.& concluſ.881.num. 23.Sfortia Odd. de reſtitution. in integr. quæſt. 38. num.61.& 66.Seraphin.de priuil.iuramenti, priuil. 4.num.42.& ſeqq.Mancin.de iur.iuran.effectu 103. num.11.

254 IGNORANTIA iuramento non probatur quando adeſt ſtatutum, quod ignorantia allegari non poſſit, huiuſmodi enim ſtatuta valere, dixi ſupra num.120. Quibus addo Menoch. cum alijs per eum allegatis de arbitrar. quæſtion. caſu 186. num. 10.& ſeqq. Vbi tamen declarat vt huiuſmodi ſtatuta intelligantur de iniuſta, & craſſa ignorantia, non autem de iuſta, & probabili, quas numquam a ſtatutis ſublata cenſetur, & ſi iuſtam, & probabilem ignorantiam ſtatutum auferret vtique iniquum eſſet, & tanquam iniquum obſeruari non deberet, vt ibi per eum Addo, & Sfortiam Odd. in tract. de reſtitution. in integr.par. 1.quæſt.38. num.57. & num. 58. Vbi tunc demum huiuſmodi ſtatuta prohibentia allegationem ignorantiæ valida eſſe credit, quando fundarent ſe in adeo vehementi præſumptione, contra allegantem ignorantiam, vt vellent inducere præſumptionem iuris, & de iure quoad ſcientiam, aliàs ſecus. Addo, & demum Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuil.4.num.48.& ſeqq. vbi pariter, & ipſe declarat huiuſmodi ſtatuta non habere locum, quando quis allegaret, & probaret ignorantiam per euidentiam rei, & ibi bene declarat, quando dicatur probata ignoranta euidenter, & num.61 & ſeqq. vbi late diſputat, an verum ſit quod huiuſmodi ſtatuta excludant craſſam, & ſupinam ignorantiam, non autem probabilem, & veriſimilem.

255 IGNORANTIA tunc demum iuramento probatur, quando ſic ſuadet qualitas perſonæ iurare volentis, vtputa, quod ſit bonæ famæ, & probatæ vitæ, ſecus ſi vilis, aut non bonæ conditionis, & famæ; tunc enim non ſolum in probatione ignorantiæ, vt præſertim per Dec. in capit.cognoſcentes in ſecunda lectura, num. 49. de conſtitutionibus, & ibi Gygas in addition. ponit exemplum in eo, qui eſt facilis ad iurandum, & qui fortè aliàs fuit periurus, Soccin.Iun.inter conſilia feudalia, conſil. primo, num. 206. verſ. Confirmatur, Iaſ. in §. ſed iſte, num. 96. inſtitut. de actionib. cum alijs per Andr.Gayl.obſeruat.48. poſt num. 32. lib.ſecundo, & latius per Stephan. Lambertеng.de contractibus eorum, &c.gloſſ. prima, num. 182. & per Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuileg.4.num.78. & ſeqq. Vbi in ſpecie bene explicat qualitates, quas iudex conſiderare debeat vt iurare volenti ſuper ignorantia iuramentum deferat.

Sed generaliter in quocunq; caſu non admittitur probatio per iuramentum, ſecundum Bart. in l. ſecunda, §. quod diximus, num. primo, ff. ſi quis cautionib. Alex. in l. de tutela, num.11. C. de reſtit. in integr. in l. quæſitum, num. 48. ff. de re iudic. Vbi poſt alios quos allegat facit generalem concluſionē,
* quam teſtatur magis communem, quod exceptis quibuſdam caſibus in iure expreſſis in reliquis debet committ i arbitrio iudicis, cui nam ſit deferendum iuramentum, quod & idem communiter voluere e-
* tiam canoniſtæ, prout originaliter ſcripſit Archid. in cap.actor, in verbo Condemnetur, verſ.Sed qualiter, de dol.& contumac. in 6. Hoſtien. Ioan Andr. & Ancharan. in cap. primo, eod. tit. Dec. in cap. ex ratione ſub num. 53. & ſeq. verſ. Quarto principaliter, & ibi etiam Abb.num. 11. & Præpoſ. num. 12. extra de appellat. Idem Abb. in cap.ex litteris, num. 14 de reſtit. in integr. & in cap cum Bertoldus, nu. 36.de re iudic. Rota deciſ.34. in fin. de præben.in antiq. Tiraquell. in tract.de pœn. cauſa 51.num.146. Mſinger. obſeruat. 57. in fine Benincaſa de paupertat.quæſt.7.in 3 ſpeciali, num. 27. Card. Zabarell. conſ.77.num.5.in fine, Soccin. iun. conſ. 39. num. 14.Neuizzan.conſ.47.num.10.

Et propterea iure ſtatutum eſt, vt hoc iuramentum ſuper probatione ignorantiæ non præſtetur ab allegante ignorantiam, niſi iudex prius decreuerit illud eſſe ei deferendum, ſecundum Felin. in cap.quoſdam.poſt num.6.verſ.Item, quia iuramentum non valet de præſumpt.& in cap.ſecundo, poſt num. 17. verſ.Item iuramentum non valet extra de conſtitut. Roland. qui alios refert, conſ. 65. num.28.lib tertio, Sfort.Odd.de reſtitut.in integr.par.prima, quæſt.38. num.70. Maſcard. de probat. lib.ſecundo, concluſ. 881.num.27.Menoch.de arbitr quæſt. lib.ſecundo, caſu 186. num.6. Vbi poſt Dec.& Felin. in locis per eum relatis ad propoſitum dixit arbitrio iudicis remiſſum eſſe, an & quando alleganti ignorantiam ſuper illius probatione iuramentum deferendum ſit.

256 IGNORANTIA licet iuramento probetur, hoc tamen iuramentum recipit probationem in contrarium; probatioq. ignorantiæ per iuramentum facta, tollitur per legitimam contrariam probationem, Bar. in l. ſi cui, § iiſdem, num. tertio, vbi huius concluſionis ponit exempla, ff. de accuſat. Felin. in cap.ſecundo, num. 20. in ſeptima fallent. de conſtitut. Iaſ.in l. prima, §.primo, num. quinto, & ſequentib. Vbi declarat duobus modis declarationes ibi videas, ff. ſi ex noxal. cauſ. & in l. admonendi, num. 158. & num. 261. ff. de iure iurando, & in §. ſed iſte, nu. 93. inſtit.de actionib. Marſil. in rubric. C. de probation. num. 136.in fine, Tiraquell. de retract. lignagier. §. quarto, gloſ. prima, num. quarto, verſ. Hinc etiam prodijt, Roman. conſil. 481.num. decimo, Ioan. Anton. Trigona ſingul. 55.num. ſecundo, verſic. Adde etiam, quod licet lex dicat, Roland. conſil. 87. num. nono, lib. quarto, Maſcard. de probation. lib. ſecundo, concluſion. 881. num. 25. Sebaſtian. Medic. de caſu fortuito, parte

pri-

prima, quæſtione tertia, num decimoquinto, verſ. Poteſt tamen aduerſarius probare contrarium, Sfort. Odd. de reſtit. in integr. par. 1. queſt. 38. num. 56. & ſeq. Vbi etiam an hęc concluſio procedat, quando ſtatuto diſponeretur, quod probatio per iuramento haberetur pro plena, Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Ignorantia, concluſ. 24. num. 3. Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuileg. 4. num. 77. Mancin. de iure iurando effectu 103. num. 15. Ioan. Baptiſt. Coſta, de facti ſcientia, & ignorantia, inſpect. 84. num. 9.

ARGVMENTVM.

Iuris ignorantia, an & quando præſumatur, & quando ignorantem excuſet.

SVMMARIVM.

Ignorantia alia iuris, & alia facti, quæ ſit ignorantia Iuris, & quæ facti, num. 257.

Ignorantia; ſeu error iuris, quando præſumatur, & quando excuſet generaliter de materia, num. 257. verſ. De materia.

Scire leges omnes tenentur, & lata culpa eſt, imo turpe iuris diſpoſitionem ignorare, num. 258.

Ignorantia ſeu error iuris regulariter non præſumitur, & non excuſat, num. 258.

Iuris ignorantia multo minus præſumitur in Doctore, nec propterea ipſum excuſat, & an iſto caſu, propter iuris ignorantiam Doctor dicatur eſſe in dolo, vel in lata culpa, & quid ſi errauit de conſilio peritiorum, num. 259.

Ignorantia ſtatutorum, non præſumitur, & non excuſat præſertim iudicem, num 260.

Ignorantia ſtatutorum præſumitur, & excuſat Ciuem nouellum, num. 260. verſ. Bene verum eſt.

Ignorantia conſuetudinis nunquid præſumatur, præſertim in Principe, num. 260. verſ. Nunquid autem.

Ignorantia, & error iuris præſumitur ad effectum excludendi dolum, & latam culpam, num. 261. Licet alij contra, num. 262. Vbi hæc concluſio declaratur quatuor modis.

Errans in iure non dicitur in dolo; ſed in lata culpa, num. 262.

Iuris ignorantia ſeu error nunquid excuſet a dolo, & mala fide in præſcriptione præſertim ad effectum acquiſitionis fructuum, num. 263.

Iuris ignorantia nunquid excuſet in criminalibus, & in delictis, num. 263. verſ. Et generaliter.

Ignorantia extrauagantis non poſitæ in libro ſtatutorum ſeu conſtitutionum præſumitur, & excuſat, num. 264.

Ignorantia iuris excuſat, & præſumitur, quando habet ad mixtam ignorantiam, ſeu errorem facti, num. 265.

Ignorantia iuris dubii, & obſcuri præſumitur, & excuſat num. 266. & num. 267 vbi quod ius dubium dicitur, quando Doctores tenent diuerſas opiniones. num. 268. quod excuſat Doctorem, præſertim conſulentem peritiorem, & num. 269. vbi quod non excuſat diuerſitas opinionum, quando vna eſt recepta a conſuetudine vel communiter a Doctoribus.

Ignorantia iuris, non excuſat, quando agitur de lucro captando; ſecus ſi de damno vitando, & de amittendo ius quæſitum, num. 271.

Ignorantia iuris probatur coniecturis, & quibus, num. 272.

257 IGNORANTIAM aliam iuris eſſe, & aliam facti, nemo eſt qui neſciat, quæ autem ſit ignorantia iuris, & quæ facti, vide Bart. in l. ſecunda, C. quando præc. non eſt neceſſe, vbi dixit quod iuris ignorantia dicitur, quando quis ignorat illud quod ius commune diſponit, refert eum Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Ignorantia concluſ. 10. num. primo. Simile eſt, quod dixit Menoch. in conſil. 191. num. 63. & 64. lib. 2. & in tractat. de prǽſumption. lib. 6. præſumption. 23. num. 9. dum dixit ignorantiam iuris eſſe eam quæ verſatur circa iuris diſpoſitionem, ignorantiam autem facti, quæ verſatur circa factum hominis.

De materia ignorantiæ, ita erroris iuris, quando præſumatur, & quando excuſet tractatur per Doctores in l. regula, ff. de iuris, & facti ignorantia, late Federic. in viridario iuris, concluſ. 29. per totam, & ex recentioribus per Sebaſt. Medic. de caſu fortuit. par. prima, quæſt. 3. per totam per Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Error, concluſ. 320. Ad quos in occurrenti caſu recurras vltra infraſcriptos allegandos Doctores.

258 IGNORANTIA iuris regulariter non præſumitur, & non excuſat; leges enim ſcire omnes debēt, & lata culpa eſt iuris diſpoſitionem ignorare, l. leges ſacratiſſimæ, ff. de legib. Bar. in l. iuſte in fine, ff de acquirend. poſſeſſion. Soccin. conſ. 108. num. 12. verſic. Et licet iuris ignorantia, lib. 1. Aymon. conſ. 671. num. 11. Ita per hanc rationem ſcripſerunt Bar. in l. ſed, & ſi lege, §. ſcire, num. 3. ff. de petit. hæred. & in l. non Fatetur, num. 12. ff. de confeſſ. Alexan. conſ. 121. num. 14. lib. 4. Corn. conſ. 17. num. 5. lib. primo, Soccin. conſ. 59. num. 17. verſ. Præterea, lib 3. Ruin. conſ. 128. num. 13. lib. 2. Aym. conſ. 255. nu. 5. cum alijs per Andr. Gayl. obſeru. 48. num. 22. Gabriell. de reg. iuris concl. 7. nu. 1. lib. 6. Maſcard. de præſumpt. lib. 2. concluſ. 636. num. 11. & ſeqq. & concluſ 639. num. 1. & 2. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. num. 10. & ſeqq. Sebaſt. Medic. de caſu fortuito part. 1. quæſt. 3. num. 1. Stephan. Lamberteng. de contractib. eorum, &c. gloſ. 1. num. 131. & num. 166. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 8. nu. 39. & 40. Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Ignorantia concluſ. 11. num. 1. & 2. Apud quos non ſolum reperies iuris ignorantiam non præſumi, nec

excuſare, ſed nec etiam errorem iuris; loquūtur enim præallegati Doctores æquè tàm in ignorantia, quam in errore iuris.

Hæc regula ampliatur vt in ſequentibus numeris.

259 IGNORANTIA iuris multo minus præſumitur, & non excuſat in Doctore, qui ſe iuriſperitum profitetur, & quē nec iuris ignorantia, nec error excuſat etiam quod peritiorem non conſuluerit, cum per ſe ipſum iura ſcire teneatur facit text. in l. 2. §. ſeruus autem ſulpitius, vbi præſertim Cagnol. num. 516. & ſeq. ff. de origin. iuris vbi probatur turpe eſſe iuris conſulto ius in quo verſatur ignorare, & voluerunt Bart. in l. Bonorum in fine ff. de bonorum poſſeſſione, Salicet. & alij in l. iuris ignorantia C. qui admittit, Barbat. conſil 78. poſt num. 13 inter Concilia Calcani, Aym. conſil. 225. num. 9. in fin. Soccin. iun. conſil. 69. num. 48. lib. 1. cum alijs per Cardin Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Error, concluſ. 320. nu. 8. & ſeqq. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 4. nu. 24. & 25. Sebaſt. Medices de caſu fortuito part. 1. quæſt. 3. num. 28. & per Stephan. Lamberteng. de contractib. eorum gloſ 1. nu. 232. & ſeqq. Vbi præſertim num. 134. & ſeq. diſputat vtrum iuris ignorantia in Doctore dolo adſcribatur an vero potius latę culpæ, & num. 137. & ſeqq. Vbi nunquid excuſetur Doctor errans in iure ex conſilio Peritiorum, quos conſulere voluit, & num. 139. Vbi nunquid Doctor excuſetur in iuris difficilib. articulis, & hæc ſit prima ampliatio ad regulam.

260 IGNORANTIA non ſolum iuris, ſed nec ſtatutorum præſumitur, & allegans ſtatuta, ſeu conſtitutiones ignoraſſe, non excuſatur, de qua re dixi ſupra littera B; num. 28. & ſeqq. & littera C, num. 685. & ſeqq. Quibus ad comprobationem huius concluſionis addo Bar. in l. quod Nerua, num. 19. verſic. Secundo caſu ff. depoſiti. & in l. omnes populi, nu. 67. verſ. Circa ſecundum, ff. de iuſtitia, & iure, Bart. in l. Leges Sacratiſſimæ, num 2. verſ. aut eſt ius municipale C. de legibus, Bero in c. Cognoſcentes num. 10. de conſtitut. Roman. conſil. 251. num. 2. verſic. Nec eſt dicendum. & conſil. 228. num 8 verſic. Quarto quia Curt ſen. conſil. 27. num. 18 Pariſ. conſil. 49 nu. 37. verſic. Conſiderandum eſt inſuper lib. 1. cum alijs per Gabriell. de reg. iur. lib. 6. concluſ. 5. nu. 12. Sebaſt. Medices de caſu fortuito par. 1. quæſt. 3. nu. 42. verſic. Item ſtatuti ignorantia non excuſat, Andreas Gayl. obſeruation. 48. num. 29. lib. 1. Maſcar. de probation. lib. 2. concluſ. 879. num. 24. Cardin. Tuſc. in verbo Ignorantia concluſ. 11. num. 3. vbi præſertim loquitur de iudic. poſt Bald. in loco per eum relato, & concluſ. 23. num. 30. Ex quibus hanc concluſionem cōmuniter receptam eſſe dici poteſt, licet Alex. in conſil. 165. dubitatur num. 11. verſ. Quinimo lib. 6. relatus per Cardin. Tuſc. vbi ſupra concl. 20. nu. 2. dixerit ignorantiam ſtatutorum non dici ignorantiam iuris, ſed facti.

Benè verum eſt quod præmiſſa concluſio locum non habebit in Ciue nouello, in quo ſtatutum ignorantiam præſumi, & ipſum excuſare voluit Roman. in conſil. 251. clariſſime num. 3. verſic. ſolus enim, & ibi Mandoſ. in additio. in verbo Nouellus, Cur. ſen. conſil. 72. num. 18. benè comprobat Andreas Gayl. obſeruation. 48. num. 28. lib. 2. Cardin. Tuſc. in verbo Ignorantia d. concluſ. 23. num. 29. Seraphin. de priuil. iuramenti priuil 4. nu. 177. & ſeqq. vbi etiam quando quis dicatur ciuis nouellus.

Nunquid autem ignorantia generalis conſuetudinis in loco, vbi quis verſatur excuſet, ſed præſumatur præſertim in principe, Vide Gabriell. eum allegatis per eum de reg. iur. lib. 6 concluſ. 5. num. 17. Sebaſt. Medices de caſu fortuito part. 1. quæſt. 3. num. 9. Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ. 879. num. 27. Et hęc ſit ſecunda ampliatio propoſitæ regulæ.

Nunc aggredior limitationes.

261 IGNORANTIA ſeu error iuris licet non præſumatur, nec excuſet regulariter: Præſumitur tamen, & excuſat ad effectum excludendi dolum, & malam fidem; actus enim quilibet præſumitur potius geſtus per errorem, ſeu ignorantiam iuris, quam dolo, & mala fide, ita probat text. in l. ſed etſi lege §. ſcire autem ff. de petitio. hæreditat. & in l. ſi quis in graui §. ſi quis ignorans, ff. ad Sillanian. & in l. ſi quis id quod, vbi pręſertim Alex. de iuriſdiction. omn. iud. & in l. igitur §. 1. ff. de liberal. cauſ. & in l. Error §. Ceterum, & in l. iuris ignorantia. ff. de iuris, & facti ignorantia, Comenſ. in l. Non fatetur num. 8. ff. de Confeſſis, addentes ad Bart. in d. l. Non fatetur num. 12. littera R. Ruin. conſil. 145. num. 12. lib. 5. Alex. conſil. 65. num. 9. verſic. & potius lib. 1. & conſil. 24. nu. 4 verſic. Accedit ad confirmationem, & conſil. 70. num. 8. verſic. Benefaciunt eodem lib. 1. Aym. conſ. 419. num. 3. & conſil. 793. nu. 7. & conſ. 847. nu. 13. Roland. conſil. 11. num. 47. lib. 3. Tiraquel. de pœn. temperand. cauſa 11. nu 3. Vbi alios plures allegat concordantes Doctores Couarru. var. reſolutio. lib. 1. cap 3. num. 8. cum alijs per Plot. de in lit. iurando num. 258. Gabriell. de reg. iur. lib. 6. concluſ. 7. num. 3. Viuius opin. 366. num. 6. Barthol. Tegeus in ſuis tractatib. criminalib. par. 4. num. 5. Maſcard. de probatio. lib. 1. concluſ. 637. num. 26. & concluſ. 639. num. 9. & concluſion. 640. num. 1. & concluſ. 103. num. 33. Menoch. de præſumptionib. lib. 6. pręſump. 23. num. 29. & ſeqq. Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Error concluſ. 320. num. 48.

260 Et licet contra hanc concluſionem tenuerint nonnulli Doctores relati per Gabriell. d. concluſion. 7. num. 2. & per Bartol. Tegeum in tractatus criminales d. part. 4. num. 4. quibus addi poteſt Aym. in conſil. 375. cum relatis per eum num. 15. Non tamen ab
* ea recedas, cum, vt vides, cōmuniter recepta ſit, prout etiam teſtatur Menoch. de præſumptio. 23. poſt nu. 31. verſic. Cęterum. Benè verū eſt, quod hęc eadem concluſio declaratur vt non procedat. Primo quando quis erraret in iure naturali, vel quaſi, vel ab eo originem habente. Secundo quando erraret in iure ciuili notorio. Tertio in actu clàm, vel contra honeſta

tis

tis formã geſto. Quarto in actore, cui lex, vel ſtatutũ reſiſtit, ijs in quã caſib. iuris error dolũ præſumere faceret, & malã fidem ex allegatis, Tiraq. de pœn. temperand. cauſa 11. num. 7. & ſeqq. Plot. de in litem iurando d. num. 258. & ſeqq. per Sebaſt. Medices de caſu fortuito part. 1. quæſt. 3. num. 3. & relatis per Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ. 640. per totam, verum extra caſus prædictos, quod errans in iure dicatur non in dolo, ſed in lata culpa colligitur vltra præallegatos Doctores per Viu. d. opin. 366. num. 5. & per Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum &c. gloſ. 1. num. 134. & ſeq. Vbi etiam ponit contrarium tenentes, & loquitur in Doctore, & hęc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ. Ad quam vide etiam quæ dixi ſupra in tit. de pœn. temperand. quæſt. 90. num. 91. & ſeqq.

263 Nunquid autem iuris ignorantia excuſet a dolo & mala fide in præſcriptiore præſertim ad effectum acquiſitionis fructuum. vide Stepha. Lamberteu. de contractibus eorum, &c. gloſ. 1. num. 120. & 170. & 173. deciſ. Pedemont. 159. num. 5. & ſeqq. Menoch. de recuper. poſſeſſione remed. 15. num. 628. & ſeqq. Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ. 639. num. 16. & ſeqq. & concluſ. 640. num. 12. & ſeqq. Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Error concluſ. 320. num. 49. & num. 55. & ſeqq. Ioan. Baptiſta Coſta in tractat. de facti ſcientia, & ignorantia regul. 3. cum relatis per eos.

Et generaliter nunquid autẽ iuris ignorantia excuſet in delictis, & in criminalibus, vide quæ dixi latè ſup. concl. 90. nu. 91. & ſeqq. & plura etiam per Cardinal. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Error concluſ. 320. num. 15. 16. 43. & 50. & in verbo Ignorantia concluſ. 11. num. 14. & concluſ. 12. nu. 1. & concluſ. 13. num. 19. & ſeqq.

264 IGNORANTIA licet vt ſupra dixi non præſumatur, nec excuſet, nedum iuris, ſed etiam ſtatutorum, ſeu conſtitutionum, benè tamen excuſat, & præſumitur ignorantia alicuius extrauagantis non poſitæ in libro ſtatutorum, ſeu Conſtitutionum ſecundum Bar. in l. 1. in princip. C. quando procurare non eſt neceſſe Geminian. conſil. 78. num. 2. verſic. Nec obſtat ſi dicatur, & verſic. Vnde datur Sebaſt. Med. de caſu fortuito par. 1. q. 3. n. 43. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 4. nu. 177. cum alleg. per eum, Cardinal. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Ignorantia concluſ. 10. num. 3. & concluſ. 11. num. 4. & num. 5. & num. 8. & hæc ſit ſecunda limitatio.

265 IGNORANTIA iuris licet non præſumatur, nec excuſet regulariter, excuſat tamen quando habet admixtam ignorantiam ſeu errorem facti, Dyn. conſil. 5. in fin. num. 9. verſ. Præterea l. Cauetur Soccin. conſil 47. num. 11. lib. 1. Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ 639. num. 20. Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Error concluſ. 320. num. 35. & ſeqq. & in verbo Ignorantia concluſ. 13. num. 18. & hæc ſit tertia limitatio.

166 IGNORANTIA iuris dubij, obſcuri, ſeu difficilis, & ardui præſumitur, & excuſat, Iaſ. in l. 1. num. 22. ff. de tranſactionib. Alex. conſil. 19. num. 12. & ſeq. verſ. Quinimo poſito lib. 7. vbi loquitur quando error eſt circa legem ſingularem, quæ tamen lex eſt contra iuris regulas, & ponit pulchrum exemplum quod videas, Soccin. conſil. 47. num. 11. lib. 2. Neuizzan. conſil. 34. num. 21. Vbi exemplificat in matrim. l. Gallus, ff. de liber. & poſthum. Tiraquell. qui alios plures refert concordantes in tractat. de pœn. temperand. cauſ. 11. num. 6. Stephan. Lamberteng. qui alios plures in idem refert concordantes de contractib. eorum, &c. gloſ. 1. num. 139. & ſeqq. & latius num. 144. & ſeqq. Vbi etiam pluribus ſimilibus, & argumentis hanc probat concluſionem vſque ad num. 152. & num. 170. Barthol. Theg. in ſuis tractatib. crimin. par. 4. num. 21. Sebaſt. Medic. de caſu fortuito par. 1. quæſt. 3. num. 1. verſic. niſi eſſet ignorantia iuris obſcuri, Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 639. num. 19. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 8. num. 44. Seraphin. de priuilegijs iuramenti priuileg. 4. nu. 16. & 17. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Error concluſ. 320. nu. 27. & ſeqq. & num. 34. & num. 44. Vbi alia ad materiam, & in verbo Ignorantia concluſ. 11. num. 15. Et hæc ſit quarta limitatio ad quam vltra infraſcripta, vide quæ iterum dixi ſupra in tit. de pœn. temper. quæſt. 90. nu. 102. & 104. & aliquid etiam ſupra in hiſce fragmentis nu. 244.

267 Ius autem dubium dicitur eſſe quod à Doctoribus controuerſum eſt in eorum varijs, & contrarijs opinionibus ad gloſ. in §. Quibus, in verbo Certarum, in prima Conſtitutione Codicis, & in l. cum de nouo, C. de legib. Bartol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 6. quæſt. ff. de verborum obligat. Corn. conſil. 71. ad finem, lib. 3. Grat. reſponſo primo, num. 1. & 2. & reſponſo ſeptimo num. 39. & reſponſo 77. num. 15. Alexand. conſil. 19. circa primum, num. 11. lib. 7. Vbi notabiliter dixit, quod errans in iure dubio, propter varietatem opinionum non dicitur in dolo vero, nec præſumpto, ſed ſolum in culpa leui, & leuiſſima, ſecundum qualitatem dubitationis, refert eum Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Ignorantia, concluſ. 11. num. 13. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuil. 4. num. 16. & 17.

268 Et in tantum vera eſt præmiſſa concluſio, vt hæc opinionum diuerſitas, & dubietas iuris excuſet etiã Doctorem, & iuriſperitum ſecundum Bal. in l. venditioni, poſt med. C. de vſucapio. pro emptore, Alexand. conſil. 19. circa primum, num. 11. & ſequen. lib. 7. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 54. num. 7. & 8. cum alijs per Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. gloſ. prima, num. 170. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Ignorantia concluſ. 11. num. 13. & 14. Vbi bene reaſſumit dicta per Alexand. in dicto conſil. 19. Nunquid autem opinionum diuerſitas, & error iuris dubij excuſet præſertim Doctorem, qui peritiores non conſuluit. Vide Iaſ. & alios relatos per Viu. opin. 366. nu. 2. & ſeqq. & latè diſputantem Stephan. Lamberteng.

teng.vbi ſupra d.gloſ.1.num.171.& ſeqq.

269 Declaratur autem præmiſſa concluſio vt non procedat quando ex diuerſis opinionibus Doctorũ vna eſſet a conſuetudine approbata, ab ea enim recedens dicitur in dolo ſecundum Alex.d.conſ.19. num.13.verſ.Quia ab opinione lib.7.prout illum refert Card.Tuſc.d.concluſ.11.num.15.idem quando ex diuerſis Doctorum opinionibus vna fuiſſet communiter recepta, quia pariter ab ea recedens nõ excuſaretur ſaltim Doctor,& iudex ex alleg.per Corat. in tractat.de commun.opinion.tit.11.num.9.Rolan. conſil.60.num.39.lib... Sebaſt. Medices de caſu for tuito part.1.quæſt.3.num.6.verſic. Tertio nota,cum alijs per Stephan. Lamberteng. vbi ſupra d. gloſ. 1. num. 177.& ſeqq. Vbi proponit contraria, & illis reſpondet quicquid ſecus voluiſſe videatur Oſaſc.qui tamen loquitur in muliere deciſ.Pedemen. 56. num. 6.verſic.Non obſtat, & ſeq. Vide quæ dixi ſupra quæſt.90.num.104.

271 IGNORANTIA iuris licet non præſumatur,& non excuſet regulariter, hoc tamen intelligendũ eſt vt non excuſet quando agitur de lucro captando, ſecus ſi de damno vitando,& de amittendo ius quæſitum, Creſcent.de dol.& contumacia deciſ.10.nu. 15.Natta conſil.47. num.19. Vide tamen ad materiam huius concluſionis Cardin.Tuſc.practicar. concluſion.in verbo Error concluſ.320.num.12.17.18. 22. 42. 43. & 45. & vide etiam diſtinguentem Sebaſt.Medicem de caſu fortuito part.1.quæſt. 3. nu. 3.& demum vide bene declarantem Sfort. Odd.in tract.de reſtit.in integ.par.1.quæſt.8.num.76.77.& 78.82.& ſeq.

272 IGNORANTIA facti quod probetur coniecturis,dixi ſupra num.227.Quid de ignorantia iuris an coniecturis probetur. Dic quod ſic ſecundum Ang. in l. Plagij C. Regi vni de Plagiarijs, qui tamen loquitur,accedente iuramento allegatis ignorantiam Bar.in l.Non fatetur num.12.ff.de Confeſſis,vbi dixit, ſe vix ſcire modum probandi errorem iuris,præterquam illum, quem docet Iuris conſult. in l.ſi Adulterium cum inceſtu, ff.de adulterijs, ex qualitate ſcilicet facti, & perſonarum, Marc.Ant.Bauer.in tractat.de virtut.iurament. verſic.Quinquageſimo,in 8.quæſt. principali num. 82. cum alijs per Stephan. Lamberteng.in tractat.de contractib.eorum, &c.gl. 1.num. 169.& num. 181. & num. 190. Vbi amplius quod coniecturæ, quibus iuris ignorantia probatur remittuntur arbitrio iudicis, & num. 212. Maſcard. de probation. lib.2.concluſ.638.num.4. & concluſ. 639.num.3. & nu.5.& ſeqq. Vbi ponit aliquas coniecturas ignorantiæ iuris,de quibus videas etiam per Menoch.de præſumptio.lib.6. præſumptio.23. num. 16.& ſeqq.

ARGVMENTVM.

Ruſticus, Mulier, Miles, & Minor, an & quando iuris ignorantia excuſentur quando in eis præſumatur, & quando non.

SVMMARIVM.

Ruſticus quando iuris ignorantia excuſetur generaliter de materia, num.273. vbi remiſſiuè.

Ruſticus dicitur, qui in rure habitat, terram laborat ſeminando, vineas fodiendo, aut quid ſimile faciendo, vel melius dicas quod arbitrio iudicis remittitur quis ruſticus dicatur, num. 273. verſ. Quod ſi præſertim.

Ruſticus regulariter præſumitur habere ignorantiam iuris, & propter eam excuſatur, num. 274.

Ruſticus non ſolum excuſatur ignorantia iuris, ſed etiam quilibet alius non ruſticus,qui ſit homo groſſus, idiota, & illiteratus, num.275.

Mulier excuſatur iuris ignorantia, nu.276. vbi etiã an ea quæ iura diſponunt de ruſticis locum habeant mulieribus.

Mulieribus iura ſuccurrunt expreſſè in pluribus caſibus, de quibus remiſſiuè, num.276. in fine.

Milites iuris ignorantia excuſantur. num. 277. vbi etiam an à iure ſtatuta in ruſticis locum habeant in militibus.

Militibus iura ſuccurrunt in pluribus caſibus, de quibus remiſſiuè, num. 277. in fine.

Minores iuris ignorantia excuſantur, num.278.

Vniuerſitas æquiparatur minoribus, & ideo ſicut minores excuſantur ignorantia iuris, ita etiam excuſatur vniuerſitas, num.278.

Teſtis ruſticus excuſatur à contrarietate ſuæ depoſitionis, & ſic à præſumpta falſitate, num. 279. Contra num 280. Reſolue & declara, vt num.281.

Ruſticus numquid excuſetur à productione ſcripturarum contrariarum, & an pœnitens poſſit producta reuocare, num. 282.

Ruſticus numquid excuſetur à præſumpta vſurarum fraude, num.283.

Ruſticus excuſatur à ſurreptione reſcripti num.284.

Ruſticus ignorantia iuris excuſatur non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, & in delictis ad euitandum pœnam ordinariam, num.285.

Ruſticus excuſatur corrumpendo Album Prætoris, num. 285.

Ruſticus numquid excuſetur à dolo præſumpto, num. 285. in diſcurſu.

Ruſticus excuſatur à vera contumacia, & à mulcta, num.285.

Mulieres an excuſentur in delictis, & quomodo, nu. 286.

Ruſticus, Mulier, Minor, & Miles non excuſantur

ſantur ignorantia iuris naturalis vel gentium, nu. 287.

Ruſticus, mulier, minor, & miles non excuſantur ignorantia iuris ciuilis notorii, & indubitati, nu. 288.

Ruſticus Mulier, Minor, & Miles excuſantur ignorantia iuris quando agitur de damno euitando, ſecus vbi agitur de lucro captando, nu. 289.

Ruſticus, Mulier, minor, & miles non excuſantur ignorantia iuris, vbi agitur ne damno euitando quando ſumus in caſibus in quibus iura expreſſe probibent illis ſuccurri, nu. 290.

Ruſticus, mulier, minor, & miles non excuſantur, ignorantia iuris in actu clam facto, nu. 291.

Ruſticus ſagax non excuſatur ignorantia iuris, num. 292. Vbi etiam quod hodie omnes Ruſtici ſunt ſagaces.

Ruſticus, mulier, & miles non excuſantur ignorantia iuris, niſi in caſibus a iuris expreſſis, num. 263. Declara vt num. 294.

Ruſticus iura expreſſe ſuccurrunt in pluribus caſibus de quibus remiſſiue, nu. 295. Vbi etiam ponuntur caſus in quibus iura probibent illis ſuccurri.

Ruſticus, miles, minor, & mulier, non excuſantur in his, quæ concernunt rigorem Iudiciorum, ſiue formam, & ſolemnitatem Iudiciariam nu. 196.

Ruſticus, & mulier, authoritate propria occupantes rem ſuam vel alienã, nunquid excuſentur ignorantia Iuris nu. 297.

Ruſticus nunquid excuſetur ignorantia ſtatutorum num. 298.

Ignorantia Iuris non excuſat niſi allegetur nu. 299.

Ignorantia Iuris præſumptio recipit probationem in contrarium nu. 299.

273 IGNORANTIA iuris nũquid excuſat ruſticum, & quando; vide quæ dixi ſupra in tit. de pœn. temperan. quæſt. 98. cauſa 11. nu. 19. & ſeqq. vbi in ſpecie tractaui, an & quomodo in delictis ruſticitas excuſet; de quo aliquid etiam infra dicam, quam materiam volens modo reaſſumere magis generaliter, & etiam in cauſis ciuilibus ſi plura quam quæ hic ſcripſi quiſque videre voluerit, adeat ex recentioribus Maſcard. de probatio. lib. 3. concluſion. 1285. Sfort. Odd. in tractat. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 9. & Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Ignorantia concluſ. 13. Vbi non ſolum de ruſtico, ſed etiam de minore, muliere, & milite plura more ſuo exactiſſimè cumulat, & infra dicam generaliter de omnibus iſtis, quod ſi præſertim ſcire volueris quis dicatur ruſticus; vide Aegid. Bellam. conſ. 1. num. 41. Vbi dixit ruſticum dici eum, qui in Rure habitat, terram laborat ſeminando, vineas fodiendo, aut quid ſimile, Alex. conſil. 1. nu. 3. lib. 6. Vbi dixit ruſticum propriè eſſe eum qui opere, & conuerſatione eſt ruſticus, quos ſic dicentes refert Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Ruſticus concl. 371. num. 1. & 2. vel generaliter dicas iudicis arbitrio remiſſum eſſe quis ruſticus dicatur, vt per Bart. conſil. 55. in fine lib. 2. Plot. de in lit. iuran. num. 443. ſecundum antiquam impreſſionem quos ſic referendo ſequitur Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 194. num. 1. & 2.

Hoc præmiſſo firmabo regulam excuſatoriam, & affirmatiuam ad ruſtici fauorem, eaque pluribus modis prius ampliata illam pluribus alijs modis limitabo, & declarabo.

274 IGNORANTIA iuris regulariter præſumitur in ruſtico, & illum excuſat Bar. in l. Non fatetur nu. 12. ff. de conf. Luc. de Penna in l. 3. in præſump. 104. C. de apoc. public. lib. 10. Alex. in l. iuſtè num. 36. ff. de acquir. hæred. Dec. in l. fœminæ num. 82. ff. de reg. iur. & in l. ſi quis id quod num. 35. ff. de iuriſd. omn. iudic. & ibi etiam Curt. num. 36. idem Dec. in c. paſtoralis num. 68. de except. Bald. in l. 2. num. 3. in prima quæſtione C. de fideicommiſſ. per tex. quem allegat in l. Pater in princip. ff. de doli exceptione, Ancharan. conſil. 193. Viſa diligenter num. 7. Alex. conſil. 165. Dubitatur nu. 11. lib. 6. & conſil. 1. num. 5. eod. lib. 6. & conſil. 127. num. 2. lib. 3. Bero. conſil. 120. num. 27. lib. 1. Tiraquell. de pœn. temperand. cauſa 11. num. 1. & ſeqq. Grammatic. deciſ. 76. num. 10. & 11. Capyc. deciſ. 159. nu. 22. Marſil. ſing. 450. cum alijs per Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 9. num. 25. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. nu. 16. Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ. 639. num. 13. & lib. 3. concl. 1285. num. 1. Stephan. Lamberteng. de contractib. eorum, &c. gloſ. 1. num. 153. Sfort. Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 9. nu. 3. Vbi non dixit ſimpliciter in ruſtico iuris ignorantiam præſumi, ſed facilius præſumi, Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Error concluſ. 320. nu. 33. & in verbo Ignorantia concluſ. 11. num. 9. & 10. & in verbo Ruſticus concluſ. 371. & ſeq.

275 IGNORANTIA iuris non ſolum præſumitur in ruſtico, & illum excuſat, ſed etiam præſumitur, & excuſat quemlibet alium non ruſticum, iuxta deſcriptiones ſupra relatas, qui tamẽ ſit homo groſſus, idiota, & illitteratus, ſecundum Bart. in d. l. non fatetur eod. num. 12. verſic. Et erat homo groſſus, ff. de confeſſ. Paul. de Caſtro conſil. 356. Poſtquã iſte tutor, in fine lib. 1. Vbi ampliat etiam quod iſte homo ſimplex potuerit conſulere peritiores, & non conſuluit ſi agatur de damno euitando, Decia. conſil. 18. num. 16. lib. 1. per tex. quem allegat in l. athletæ, §. vltimo, ff. de excuſat. tutor. Quos, & alios referendo ſequuti ſunt Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 639. nu. 13. & lib. 3. concluſ. 1285. num. 2. Menoch. de præſump. lib. 6. præſumpt. 23. num. 16. Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Ignorantia num. 13. 14. & 22. Vbi d. num. 14. ampliat etiam quod potuerit conſulere peritiores, & non conſuluerit ſi agatur de damno vitando, & eſt ratio quia ruſticus excuſatur ignorantia iuris non ex eo quod Ruri habitet, & terram colat, ſed quia vt plurimum huiuſmodi perſonæ ſoleant eſſe ſimplices, & omnis iuris ignari. Et propterea, vt infra dicetur, ſi ruſticus fuerit perſona ſagax

iuris

iuris ignorantia, ipſum non excuſat, ergo vbi datur ſimplicitas, & groſſities in homine, ibi arguendo ab identitate rationis cadit iuſta, & probabilis ignorantia iuris, quæ ipſum excuſat. Et hęc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ.

276 IGNORANTIA iuris non ſolum excuſat ruſticum, ſed etiam mulierem; cum enim mulier, & ruſticus equiparētur, l. cum de indebito, §. 1. ff. de probation. Iaſ. in l. Quicunque, num. 4. & ibi etiam Dec. in fin. C. qui adm. tti, idem Dec. in l. iuris num. 3. C. eodem Curt. in l. ſi quis id quod num. 36. ff. de iuriſdiction. omn. iud. Hoc ideo ſicut ignorantia iuris excuſat ruſticum, ita etiam excuſat ipſam mulierem ſecundum Bar. in l. final. & ibi etiam Fulgoſ. C. de iuris, & facti ignorantia, Dec. in l. fœminæ num. 32. ff. de reg. iuris, Curt. in d. l. ſi quis id quod, eodem num. 36. ff. de iuriſdict. omn. iudicum, & in l. final. in fin. C. de iuramento calumniæ, Afflict. in c. 1. §. item ſacramenta in 3. notabili, num. 24. de pace iurament. firmand. Capye. deciſ. 159. nu. 22. & 23. Grammat. deciſion. 76. num. 10. & 11. Addent. ad Alciat. de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 32. in princip. Alex. conſil. 127. num. 2. lib. 2. & conſil. 234. num. 7. lib. 6. Aym. conſil. 142. num. 11. Ruin. conſil. 108. num. 2. lib. 3. Soccin. conſil. 47. num. 11. lib. 2. cum alijs per Menoch. de præſumptio. lib. 6. præſumptio. 23. num. 17. Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. gloſ. 1 nu. 154. Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Error concluſ. 320. num. 33. in verbo Ignorantia concluſ. 13. num. 3. Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ. 639. num. 12. Sfortia Odd. de reſtit. in integrum par. 1. quæſt. 9. num. 1. & ſeq. Vbi proponit quæſtionem an quæ dicuntur de ruſticis locum habeant in mulieribus proponit Doctores vnam, & alteram opiniones contrarias tenentes, & poſtea concludere quod ſic, vbi adeſt eadem ratio; ſed quod attinet ad ignorantiam iuris in ſpecie in quæſt. 10. num. 1. & 2. facit concluſionem quod licet in mulieribus facilius præſumatur ignorantia iuris, & eorum quæ ſciri debent, quia maribus, non tamen ita de facili in muliere eadem iuris ignorantia pręſumetur ſicut in ruſtico, quia facilius ſubuenitur aduerſus eam ipſi ruſtico, quam mulieri, ex eo præſertim quod mulieres poſſunt facilius conſulere peritiores, quam ruſtici, ex Tiraquello, quē allegat in l. ſi vnquam in præfatione num. 102. C. de reuocand. donation. iurib. ibi per eum allegatis. Et hæc ſit ſecunda Ampliatio propoſitæ regulæ, ad cuius materiam vide omnino Sfortiam Odd. vbi ſupra d. quæſt. 10. per tot. Vbi præſertim num. 3. & ſeqq. ponit 11. caſus, in quibus iura expreſsè mandant mulieribus ſuccurri propter iuris ignorantiam.

277 IGNORANTIA iuris ſicut præſumitur in ruſtico, & muliere, vt ſupra dixi, ita etiam præſumitur in militibus; cum enim, & ipſi ruſticis, & mulieribus æquiparantur d. l. cum de indebito §. 1. ff. de probationib. hoc ideo ſicut iuris ignorantia præſumitur in ruſtico, & muliere, ita etiam præſumitur in militibus, & eos excuſat tex. eſt in l. Scimus in princ. & ibi Bar. & communiter omnes C. de iur. deliberand. Bald. in l. penult. C. de his qui ſibi adſcribunt in teſtamento, Curt. in l. final. in fin. C. de iuramento calumniæ, Bal. in cap. ex parte num. 15. de Conf. Alex. conſil. 127. num. 2. lib. 2. Aym. conſil. 144. num. 19. Soccin. conſ. 47. num. 11. lib. 2. cum alijs per Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 639. num. 15. Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. gloſ. 1. num. 157. Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Ignorantia concluſ. 13. nu. 23. & 24. Sfortia Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 9. num. 1. & ſeq. Vbi dixit quod ſcripta in ruſtico, procedunt etiam in milite, vbi adeſt eadem ratio, & quæſt. 10. per tot. latè materiam huius concluſionis explicat, & præſertim num. 42. vbi non ſimpliciter dixit in militibus iuris ignorantiam præſumi, ſed facilius præſumi quam in non militibus, & num. 43. & ſeqq. ponit octo caſus, in quibus expreſsè iura militibus ſuccurrunt propter iuris ignorantiam. Et hæc ſit tertia ampliatio.

278 IGNORANTIA iuris ſicut excuſat ruſticum, mulierem, & militem, vt ſupra dixi, ita etiam excuſat minorem. Minores enim equiparantur ruſticis, mulieribus, & militibus d. l. cum de indebito, §. 1. ff. de probationibus, & in ſpecie ſic voluit Bal. in l. venditioni num. 3. C. de Vſucap. pro emptore. Alex. in l. final. in princip. nu. 4. C. de iur. deliberand. Aym. conſ. 142. num. 11. & conſil. 413. etiam num. 11. & conſil. 754. nu. 13. Dec. conſil. 351. in fine, Ruin. conſil. 10. num. 15. & conſil. 188. num. 2. lib. 3. Soccin. conſil. 47. num. 11. lib. 1. Riminald. conſil. 184. num. 9. lib. 2. Houded. conſil. 55. nu. 7. Grammat. deciſ. 76. nu. 10. cum alijs per Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum. &c. gloſ. 1. num 155. & 156. Vbi ampliat idem eſſe in vniuerſitate quæ iſto caſu minore equiparatur ex allegatis ibi per eum, Menoch. de præſumption. lib. 6. præſumption. 23. nu. 19. & 20. Maſcard. de probatio. lib. 2. concluſ. 639. num. 11. Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Error concluſ. 320. num. 23. & 24. vbi alia ad materiam, & num. 33. & in verbo Ignorantia concluſ. 11. nu. 12. & concluſ. 13. num. 1. & num. 12. & concluſ. 15. num. 14. Et hæc ſit quarta ampliatio.

279 IGNORANTIA iuris excuſat etiam teſtem ruſticum deponentem contraria. Vt enim ſuo loco dixi contraria deponens, aut falſus, aut vehementer de falſo ſuſpectus redditur. Hoc non procedit in ruſtico qui propter contrarietatem diſpoſitionis excuſatur à pœna falſi, cum potius ignoranter quam dolo cōtraria depoſuiſſe pręſumitur, ſecundum Angel. in §. licet, in verbo Actum, in Authen. de teſtibus, Iaſ. in l. ſi quis id quod, num. 32. ff. de iuriſdict. omnium iudicum, Alciat. in l. ſi ex falſis, §. ſed ſi mihi Pamphilium, num. 50. ff. de verborum obligationib. & in tractat. de præſumptionib. regul. 2. pręſumptio. 31. num. 3. Soccin. in l. is qui ducenta, §. vtrum, num. 6. ff. de rebus dubijs, Marſil. in rubric. de falſis, num. 5. & conſil. 7. num. 18. & conſil. 4. num. 39. Grammatic. conſil. 23. num. 6. Bertazzol. conſil. 247. num.

6. Et

Et hæc ſit quinta ampliatio.

280 Contrarium quod imo ruſticus teſtis non excuſetur à varietate & contrarietate, eo præſertim, quia vbi eſt contrarietas, ibi non poteſt eſſe ſimplicitas, vt in propoſito conſiderauit Barbat. in cap. ſuper litteris nu. 69. de reſcriptis, voluerunt Bal. in l. ſcripturæ num. 8. C. de fide inſtrument. Alex. In l. ſi quis id quod num. 10. ff. de iuriſdict. omn. iud. Dec. in l. Vbi Repugnantia num. 1. ff. de regul. iur. Curt. iun. in l. venia num. 3. C. de in ius vocando, Ripa in tractat. de peſte rubric. de remed. præſeruat. contra peſtem nu. 254. Natta conſil. 585. num. 5. Tiraquell. qui alios refert in tractat. de pœn. temperand. cauſ. 11. nu. 15.

281 In hac contrarietate vide Menoch. de arbitrar. q. lib. 2. n. 57. & ſeqq. vbi relatis hinc inde Doctoribus contrarium ſentientibus cõcludit ex Ripa, & Tiràquello in locis præallegatis id totum relinquẽdum eſſe arbitrio iudicis, qui prudenter conſiderabit qualitatem ruſtici, an inquam ſit talis, vt nihil intelligens interrogatus contraria profert teſtimonia, prout de huiuſmodi ruſtico loquitur Ang. in d. §. & licèt, ſecus ſi non ſit talis, & veriſimiliter bene cognoſcat quando quis contraria dicit vide etiam Maſcar. de probatio. lib. 2. concluſion. 1285, num. 13. & 14. Vbi ab hac Menochij ſententia diſſentire non videtur, ſed amplius ſubdit ruſticum non excuſari, quando contrarietas ſuæ depoſitionis eſſet manifeſta, tunc enim ſimplicitas non excuſat ſecundum Bald. poſt Ioa. Andr. quem allegat in d. l. ſcripturæ, eodem num. 8. C. de fide inſtrumentorum, Dec. in cap. Sollicitudinem num. 8. de appellatio. & in cap. ſuper litteris num. 27. de reſcriptis. Et demum vide Sfortiam Odd. in tractat. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 9. nu. 51. & ſeqq. Vbi firmata concluſione à qua neminem diſcrepare teſtatur (quod non eſt verum, vt ex præallegatis apparet) ruſticum ſcilicet non excuſari a contrarietate ſuæ depoſitionis, eam poſtea limitat non procedere. Primo ſi contrarietas non eſt manifeſta, Secundo, quando nõ eſt ſubſtantialis, nec tangit negocium principale, Tertio, quando nõ conſtat quod ruſticus malitiosè contraria depoſuerit ſentiens in dubio malitiam non pręſumi. Nec propterea ruſticum propter hanc contrarietatem poſſe ad pœnam condemnari, niſi probetur, quod malitiosè ſibi contradixerit, Et vltimo loco etiam, & ipſe hoc totum iudicis arbitrio remittit iuxtà facti, & perſonarum qualitatem.

282 Nunquid autem ruſticitas excuſet a productione contrariarũ ſcripturarum, ita quod poſſit idem ruſticus productionem reuocare, vide eundem Menoc. d. caſ. 194. nu. 60. & ſeq. vbi relatis Doctoribus hinc inde contrarium tenentibus, pariter diſtinguit inter manifeſtam, & non manifeſtam ſcripturarum contrarietatem, & poſtea omnia iudicis arbitrio remittit, & vide etiam Sfortiam Odd. de reſtit. in integr. par. 1. d. quæſt. 9. num. 52. & ſeqq. vbi firmata concluſione, quam communem dicit, quod ruſtico non ſuccurratur in productione contrariarum ſcripturarum eam poſtea limitat, & declarat ijſdem modis, quibus vt ſupra declarauit aliam concluſionem de ruſtico contraria deponente. Et hæc ſit quarta ampliatio. Ad cuius materiam vide quæ dixi ſupra in tit. de pœn. temperand. quæſt. 98. num. 29. & ſeqq. vbi hac de re iterum ſcripſi, & in tractat. de teſtibus quæſtio. 76. num. 80. & ſeqq. & quæſt. 67. num. 81.

283 IGNORANTIA iuris ruſticum excuſat à præſumpta vſurarum fraude ſecundum gloſ. in l. cum allegas C. de vſuris, quæ licet non expreſsè loquatur de ruſticis, ſed de ius ignorantibus. Doctores tamen eam ſic intelligunt in ruſticis, quia ruſtici ſunt iuris ignorantes, & in ſpecie ſic voluerunt Bal. In d. l. cum allegas in 4. oppoſitione, & Fulgoſ. poſt eum Iaſ. in l. ſi quis id quod num. 32. ff. de iuriſdict. omn. iud. Cępoll. de ſimulat. contract. in 6. caſu principali Ferratius cautel. 17. incipiente Magna eſt, vbi propterea cautelam tradit ad euitandam præſumptam fraudẽ vſurarum, vt quis per interpoſitum ruſticum emat, & idem ſcribit Petraſan. ſingular. 18. nota diligenter, Tiraquel. de retract. conuen. in prohemio nu. 34. vbi alios refert, Natta conſil. 186. num. 6. a quibus non diſſentit Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 194. num. 47. & ſeq. vbi propterea aduertit Ripam in tractat. de Peſte tit. de remed. præſeruat. num. 233. improbantem cautelam Ferratij vbi ſupra, ac dicentem hanc cautelam non eſſe cautelam, cum vnuſquiſq; etiam non ruſticus poſſit per interpoſitam perſonam emere, non bene perpendiſſe Doctorum mentem. Nec etiam ab eadem concluſione diſſentire videtur Maſcard. de probatio lib. 2. concluſ. 1285. num. 16. licet cautelam prædictam prorſus impugnet, nec homine chriſtiano dignum exiſtimat cautelas proponere, & conſulere ad vſuras committendas. Addo, & ad comprobationem huius concluſionis, Sfortiam Odd. de reſtit. in integrum par. 1. quæſt. 9. nu. 35. Et hæc ſit ſexta ampliatio, ad quam vide, quæ iterum dixi ſupra in tracta. de falſitate quæſt. 162. num. 45. & quæſt. 163. num. 127. & in tit. de pœnis temperandis quæſt. 98. cauſa 11. num. 27.

284 IGNORANTIA iuris excuſat etiam ruſticum à ſubreptione reſcripti gloſ. eſt in cap. ſuper litteris in verbo ſimplicitatem, extra de reſcriptis, Aym. conſil. 2. poſt num. 15. & conſil. 68. num. 12. in fine Menoch. de arbitrar. quæſtio. lib. 2. caſu 194. num. 31. vbi declarat, niſi ſubreptio eſſet doloſa. Verum in dubio ſubreptionem non doloſam præſumi affirmat ex gloſ. in d. c. ſuper litteris, & poſtea id totum iudicis arbitrio remittit. Et hæc ſit ſeptima.

285 IGNORANTIA iuris ruſticum excuſat non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, & ſic in delictis ad euitandum pœnam ſaltim ordinariam Aym. conſil. 18. num. 13. & ſeq. vbi tuetur ruſticum à pęna triremium, quia ſimplicitèr, & ex cauſa beſtiali rapuit Neptem ne maritaretur contra ſuam voluntatem per priuignum, refert eum, & ſequitur Cardinal. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Ruſticus concluſ. 372. num. 16. facit tex. in l. ſi quis id quod

ff. de

ff. de iuriſdict. omnium iudicum, qua excuſatur is qui per ruſticitatem Album Prætoris corrumpit. De cuius legis intellectu, vide bene diſcurrentem Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 194. num. 35. & ſeqq. vbi etiam inde ſumpta occaſione diſcutit, an verum ſit, quod ruſticus excuſetur a dolo præſumpto, facit etiam text. in l. 2. §. final. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit, vbi probatur ruſticum à vera contumacia excuſari, & eſt ratio, quia vera contumacia dolum requirit, & dolus in ruſtico, non præſumitur ſecundum Curt. iunior, Decius, & Ripa in locis relatis per Menoch. dict. caſu 194. num. 49. & ſeq. & rurſus facit text. in l. 1. §. primo, ff. ſi quis ius dicen. non obtem. vbi probatur ruſticum excuſari à mulcta, & contumacia, ſequitur Menoch. vbi ſupra dict. caſu 194. num. 50. Et generaliter, quod ignorantia iuris pœnalis excuſat ruſticum ab incurſione pœnæ vbi non in detrimentum alterius, ſed in contemptum dumtaxat ipſius Conſtitutionis aliquid fecerit voluerunt Bald. Paul. de Caſtro, Alciat. & alij in locis relatis per Sfortiam Odd. de reſtitut. in integrum, par. 1. quæſt. 9. artic. 8. num. 59. vbi tamen declarat hoc procedere, vbi in delicto dolus requiritur, ſecus, vbi dolus non requiritur, & agitur de lucro captando ipſius ruſtici, quia tunc ruſticitas eum non excuſat ex Cyn. Bal. & alijs ibi per eum allegatis, & artic. 6. num. 36. vbi de ruſtico contrahente contra leges pœnales. Addo ad præmiſſa Natta conſil. 586. num. 8. & Aym. conſil. 4. num. 26. quorum authoritate motus, Seraphin. in tract. de priuileg. iuramenti priuil. 4. dixit generaliter ruſticos poſſe allegare ignorantiam iuris etiam per ſe noti, quando agitur de pęna fugienda. Et quod ruſtici excuſentur à dolo præſumpto de futuro, quando damnum imminet iam de præſenti, voluerunt Crot. & Cagnol. in locis relatis per eundem Sfort. Odd. d. quæſt. 9. artic. 4. num. 17. vbi tamen declarat, niſi contrarium iudicis arbitrio viſum fuerit. ex quibus omnibus facile firmari poteſt generalis concluſio, quod etiam in delictis ruſtico ſuccurritur, ſaltim ad euitandam pœnam ordinariam; Et hæc ſit octaua Ampliatio propoſitæ regulæ, ad quam vide quæ latius dixi ſupra in tit. de pœn. temper. quæſt. 98. num. 19. & ſeqq.

286 Et licet præmiſſa de ruſtico loquentia trahi etiã poſſint ad mulieres, vide tamen quæ de excuſatione mulierum in delictis in ſpecie ſcripſerunt Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. Gloſ. fin. num. 221. vbi notabiliter ſcripſit mulierem non excuſari in pœnis ipſo iure impoſitis, & vide etiam Sfortiam Odd. vbi ſupra quæſt. 9. num. 17. & quæſt. 10. num. 8. 9. & 14. & Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Ignorantia, concluſ. 13. num. 3. & quæ latius dixi ſupra in tit. de pœnis temperandis quæſt. 98. num. 1. & ſeqq.

Nunc aggredior limitationes.

287 IGNORANTIA iuris naturalis, vel quaſi, nec minorem, nec mulierem, nec militem, nec ruſticum excuſat, l. 2. vbi gloſ. & Doct. C. de in ius vocando, & in l. reſpiciendum, §. delinquunt, vbi Bart. ff. de pœnis, Cyn. & Bald. in l. 1. C. de interdicto matrimonio, Ang. Raphael, & Imol. in l. ex conſenſu, §. final. ff. de appellation. Bart. in l. 1. num. 6. C. vnde vi, Alberic. in l. 1. C. de in ius vocando, & in l. ab antiquis, num. 2. C. de teſtamentis, & de iure canonico habemus text. expreſſum in cap. Turbatur, §. item ignorantia, Tiraquell. de pœnis, cauſa 11. num. 7. vbi alios refert concordantes; de quibus etiã per Sebaſtianum Medicem de caſu fortuito par. 1. quæſt. 3. num. 1. verſ. Iuris tamen naturalis, ignorantia non excuſat, & num. 4. Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. glo. 1. num. 258. & ſeqq. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 9. nu. 18. & ſeqq. vbi bene hanc concluſionem comprobat, proponit contraria, & illis reſpondet, & in tractat. de præſumption. lib. 6. præſumption. 23. num. 23. Maſcard. de probation. lib. 2. concluſ. 639. nu. 14. & concluſ. 640. nu. 4. & ſeq. Plot. de in litem iurand. num. 259. Bartol. Tegeus in ſuis tractatib. criminalibus par. 4. num. 8. Vbi pariter quod non excuſantur prædicti in his quæ fiunt contra ius gentium, Ludou. Peguer. deciſ. criminal. 34. num. 3. verſ. Neq; huius iuris, & lib. 3. concluſ. 1285. nu. 11. Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Error concluſ. 320. num. 52. & in verbo ruſticus concluſ. 372. num. 1. Sfortia Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 8. num. 80. vbi ampliat etiam quod agatur de damno vitando, & quęſt. 9. num. 4. & ſeqq. vbi hanc concluſionem indubitatam, ne dum communem teſtatur, & eam amplias procedere etiam in ignorantia iuris gentium, & hæc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ ad cuius materiam vide etiam quæ dixi ſupra in tit. de pœn. temperand. quæſt. 98. num. 49.

288 Et procedit præmiſſa concluſio non ſolum in ignorantia iuris naturalis, ſed etiam in ignorantia iuris ciuilis notorij ex Ang. & Imol. in l. ex cõſenſu §. fin. ff. de appell. Iaſ. Dec. & Curt. in l. venia C. de in ius vocando, Bal. in l. ſi iuris ignorantia nu. 3. C. qui admitti, & in l. Error nu. 7. in 1. q. C. de iuris, & facti ignorantia, Iaſ. in l. ſi quis id quod nu. 6. ff. de iuriſd. omn. iud. Alex. conſ. 103. nu. 14. lib. 1. Aym. cõſ. 419 nu. 2. & conſ. 974. nu. 44. Alciat. de præſump. reg. 3. præſum. 30. nu. 4. Tiraquel. de pęn. temper. cauſ. 11. nu. 9. Bartol. Tege. in tract. crim. p. 4. nu. 12. Plot. de in lit. iur. nu. 260. ſecundum antiq. impreſſ. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. caſ. 194. n. 16. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 640. num. 6. & lib. 3. concluſ. 1285. num. 5. Lud. Peguer. deciſ. crimin. 34. num. 10.

289 IGNORANTIA iuris excuſat ruſticũ, mulieres, milites, & minores quãdo agitur de dãno vitãdo, ſecus ſi de lucro captãdo, Bal. in l. 4. n. 3. C. ad Vſucap. pro emptore, Aym. conſ. 785. nu. 20. & conſ. 858. n. 7. Roman. conſ. 506. nu. 4. verſ. 2. & nu. 6. in fin. verſ. Cæterũ. Bal. cõſ. 151. caſus quidã mulier, in fin. verſ. ſequitur ſſm dubiũ lib. 1. Fede. de ſenis cõſ. 112. Amice cariſſime n. 3. verſ. ſed quæritur, & n. 4. vbi facit ge-

neralem

neralem concluſionem, quod nullus excuſatur igno-
rantia iuris, quando agitur de lucro captando, Dyn.
conſil. quinto, num. 5. verſ. Præterea parificantur, &
num. 7. verſ. Præterea certum eſt. Paul. de Caſt. conſ.
298. puto dicendum in princip. lib. 1. vbi quod quan
do agitur de damno vitãdo, quilibet excuſatur igno-
rantia iuris quos, & alios referendo ſequti ſunt Viu.
opinio. 366 num 9. & num. 10. Menoch. de arbitrar.
quæſtion lib. 2. caſu 194. num. 23. & de præſumptio.
lib. 6. præſumptio. 23. num. 23. Seraphin. de priuileg.
iuramen. priuil. 4. num. 22. & num. 123. Maſcard. de
probation. lib. 2. concluſ. 639. num. 8. vbi huius diſtin
ctionis vtrumque caput bene comprobat, ſubditque,
quod quando agitur de damno vitando, tunc ruſtici-
tas excuſat etiam quod potuerit conſulere Peritio-
res, & non conſuluerit Card. Tuſc. pract. concl. in ver
bo Error, concluſ. 320. nu. 19. & 20. & in verbo Igno
rantia, concluſ. 13. num. 4. 5. 9. 10. 13. 14. 16. 17.
& 25. vbi dict. num. 14. pariter ampliat, quod quan-
do agitur de damno vitando ruſticitas excuſat etiam
quod ruſticus potuerit conſulere peritiores, & non
conſuluerit, & in verbo Ruſticus, concluſ. 371. num.
4. & concluſ. 372. num. 23. & hæc ſit ſecunda limita
tio, in qua ſi bene conſiderabis nulla videtur ſpecia
litas, aut fauor ruſticalis, quia etiam non ruſticos
ignorantia iuris excuſat, vbi agitur de damno vitan-
do, vt dixi ſup. n. 271. Niſi dixeris, quod ſatis in ruſti
co, adeſt ſpecialitas, quia ſi peritiores conſuluit excu
ſatur ignorãtia iuris, etiã quod agatur de lucro captã
do, vt dixi inf. n. 304. Quod non ſic eſt in alio non ru
ſtico, qui ſiue conſuluerit, ſiue nõ conſuluerit peritio
res nunquam ignorantia iuris ipſum excuſat, quando
agitur de lucro captando, vt dixi ſupra d. num. 271.

290 Declara notabiliter hanc concluſionem, in pri-
mo diſtinctionis capite, vt procedat in caſibus in qui
bus, aut iura expreſſe mandant ruſticis ſuccurri, vel
quando hoc non mandant; ſed nec etiam prohibeat;
tunc enim ruſticitas excuſat, ſi agitur de damno vi-
tando, ſecus in caſibus, in quibus iura expreſſe pro-
bent ruſticis ſuccurri, de quibus infra dicam; Tunc
enim, nec illis ſuccurritur, ſi agatur de damno vitan-
do, ſecundum Gloſ. in cap. ignorantia, 38. diſtinct.
Alex. in l. iuris, num. 6. C. qui admitti, Crot. in l. 1. §.
nunciatio, num. 90. ff. de nou. oper. nunciat. Brun. in
tract. de forma in tit. quas perſonas, & caſus, colum.
24. verſic. Ruſticus autem, quos ſic dicentes refert,
& ſequitur Sfortia Odd. de reſtitution. in integr. par.
1. quæſt. 9. num. 24. vbi optimam huius declarationis
reddit rationem.

291 IGNORANTIA iuris excuſat ruſticum, mulie-
rem, militem, & minorem in actu palam geſto, ſecus
in clam confecto, vt enim ſuo loco dixi quæ clam
geruntur dolum præſeferunt, & vbi adeſt dolus ne-
* mo ex eo Auxilium expectare debet, & in ſpecie eſt
text. in capit. final. verſic. Si quis verò ibi cum taliter
contrahentes affectatores ignorantiæ videantur.
Extra de clandeſtina deſponſatione ſcripſerunt Bal.
Salicet. & alij communiter Doctores omnes in l. 1.
C. de interdicto matrimonio, Alexan. in l. ſi quis id
quod, num. 10. ff. de iuriſd. omn. iud. Iaſ. in l. venia,
num. 3. & ibi etiam Curtius pariter num. 3. C. de in
ius vocando, Roman. conſ. 506. num. 5. Aym. conſil.
36. num. 12. Soccin. conſ. 349. num. 3. Tiraquell. de
pœn. cauſ. 11. num. 11. & de retract. conuention. in
præfation. num. 14. verſ. Et hinc quidam aliquid fa-
ciunt, quos & alios plures idem dicentes referendo
ſequuti ſunt Menoch. de recuperand. poſſeſſione re-
med. 9. num. 39. in fine, & de arbitrar. quæſtion. lib.
2. caſu 194. num. 17. & de præſumptio. lib. 6. præſum
ptio. 23. num. 25. & num. 26. Maſcar. de probation.
lib. 2. concluſ. 639. num. 5. & concluſ. 640. num.
9. & 10. vbi latius Cardin. Tuſch. practicar. concluſ.
in verbo Error, concluſ. 320. nu. 26 & in verbo Igno
rantia, concluſ. 13. num. 27. & in verbo Ruſticus con
cluſ. 372 num. 19. Sfortia Odd. de reſtitution. in in-
tegr. par. 1. quæſt. 9 num. 68. vbi declarat hanc com-
munem ſententiam habere locum in illis actibus qui
palam fieri ſolent, ſecus autem in actibus qui clam
geri conſueuerunt. Tunc enim, vt ipſe inquit nulla
eſt ratio cur ruſtico ſuccurrendum, non ſit. Et hæc ſit
tertia limitatio.

292 IGNORANTIA iuris non excuſat ruſticum
ſagacem, cui nec ipſo iure ſuccurritur, nec ope reſti-
tutionis aliquo modo ſuccurendum eſt, ſic enim ar-
gumento text. in l. Athlete, §. de ruſticis, ff. de excu-
ſat. tutor. ſcripſerunt, Bal. in l. 1. in fine, C. de interdi-
cto matrimonio, Bal. & Caſtrenſ. in l. 2. num. 6. ff. ſi
quis in ius vocatus non ierit Alex. in l. ex quacunque
num. quarto, ff. ſi quis ius dicenti non obtemperaue-
rit, Iaſ. in l. ſi quis id quod. num 32. & ibi Alex num.
10. Soccin. num. 20. Curtius, num. 36. & Dec. num.
34. ff. de iuriſd. omn. iud. Curt. in l. venia, num. 3. C.
de in ius vocando, Iacob. de S. Georgio in l. Quicun-
que, num. 3. C. qui admitti, Dec. in cap. ſuper litteris,
num. 26. de reſcriptis, Bero. conſ. 120. num. 27. lib. 1.
Natt. conſ. 497. num. 9. Cæphal. conſ. 138. num. 12.
lib. primo, Petr. Gerard. ſingular. 18. num. 7. Afflict.
in tit. quæ ſint legalia in verbo Vectigalia, num. 198.
Polidor. Rip. in tract. de peſte; tit. de remed. præſer
uat. num. 249. Tiraquell. de pœn. cauſa 11. num. 17.
Plot. de in litem iurando, num. 443. ſecundum anti-
quam impreſſionem, quos, & alios referendo ſequuti
ſunt Menoch. de recuper. poſſ. remed. 9. nu. 32. & de
arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 194. num. 3. & 4. Maſcar. de
probat. lib. 3. concl. 1285. nu. 6. & ſeqq. Card. Tuſch.
pract. concl. in verbo Ruſticus concl. 372. nu. 18. Se-
raph de priuil. iuram. priuil. 4. nu. 20. Odd. de reſtit.
in integr. p. 1. q. 9. nu. 65. & ſeqq. vbi aduertendum
admonet, quod hodie ruſticus præſumitur ſagax,
quia omnes ruſtici regulariter ſunt ſagaces ex Alber.
quem alleg. in d. l. venia, num. 1. C. de ius vocando, &
in l. terminato, C. de pœn. iud. qui male iud. & ſen-
tiunt Bald. & Paul. de Caſtro in l. ſecunda, ff. ſi
quis in ius vocatus non ierit, Et hæc ſit quarta li-
mitatio.

203 IGNORANTIA iuris nõ excuſat ruſticũ, mili-

tem, aut mulierem, niſi in caſibus a iure expreſſis, ſecundum Fulgoſ. in l. iuris,& ibi etiam Alexand. in fine, & Iaſ. num. 3. C. qui admitti, idem Alexand. in l. 1. §. nunciatio, num. penultim. ff. de oper. nou. nunciatio. & in l. ſi quis id quod num. 10. & ibi Iaſ. num. 32. in fine,& Socin. num. 22. ff. de iuriſd. omn. iudic. Dec. in l. 2. num. 93. ff. de reg. iur. & in l. venia, num. 3. vbi etiam Curt. num. 5. C. de in ius vocando, & in cap. ſuper litteris, num. 29. extra de reſcriptis,& in cap. Paſtoralis, num. 69. de exceptionibus, idem Iaſ. in l. prima, num. 6. C. de iuris, & facti ignorantia, Bero conſ. 220. num. 27. lib. primo, Barbat. conſil. 56 num. 17. lib. ſecundo, Roman. conſil. 506. num. ſexto verſic. Iſtud autem & conſil. 125. incipiente Mater, num. 2. verſic. Item nec ſimiliter, & ibi Mandoſ. in addition. alios refert Alexand. conſil. 14. num. quinto, lib. ſecundo. Roland. conſil. 21. num. 29. lib. ſecundo, quos, & alios referendo ſequuti ſunt Tiraquell. de pœn. temperand. cauſ. 11. num. 23. & de retract. conuentional. §. quarto, gloſ. 7. num. 13. Stephan. Lambertengh. de contractibus eorum, &c. glo. prima, num. 162. & ſequen. Menoch. de recuperand. poſſeſſion. remed. 9. num. 27. & de arbitrar. quæſtion. lib. ſecundo, caſ. 194. num. 4. & num. 82. & ſeq. Viu. opinion. 366. num. ſeptimo, Maſcard. de probation. lib. 3. concluſ. 1285. num 9. & num. 10. Sfortia Odd. de reſtitut. in integr. par. prima, quæſt 9. num. 60. vbi
* contrarium tenentibus relatis, hanc dicit communẽ, & tutiorem ſententiam, & loquuntur de ruſtico, & quæſt. decima, num. 26. loquitur de muliere, pariter teſtatur de communi, quam iuribus, & Doctorum auctoritatibus comprobat, & num. 52. & ſequen. loquitur de milite, concordantes allegat, & etiam teſta
* tur de communi.

294 Et hæc ſit quinta limitatio propoſitę regulę, quę ſi vera eſſet ſic ſimpliciter intellecta, prout eam Doctores ponunt, abſque dubio regulam deſtrueret, ideo pro illius declaratione, vide Sfortiam Odd. d. quæſtion. decima, eodem num. 26. vbi eam declarat procedere, quando agitur de lucro captando, ſecus ſi de damno vitando, nam tunc, quod ope reſtitutionis, ruſtico, & mulieri, ſuccurendum ſit bene admittit. Verum, & generalius dicas ſecundum Rip. in tract. de peſte in tit. de remed. præſeruatiu. num. 245. & ſeq. Parpal. in l. ſi quis maior, num. ſecundo, verſ. Secundus caſus, C. de tranſactionibus, Menoch. de recuperand. d. remed. 9. poſt num. 26. & de arbitrar. d. caſu 194. num. 4. verſ. Ruſticum ipſo iure, vbi alios refert, & num. 83. Ruſticitas, & ſexus fragilitas non excuſat, niſi in caſibus a iure expreſſis ipſo iure, ſecus ex æquitate arbitrio iudicis ope reſtitutionis, nec ab hac declaratione diſſentit Sfort. Odd. dicta quæſtione nona, num. 25. & ſequentibus, & num. 61. Vbi dixit, quod in caſibus, in quibus iura expreſſe prohibent ruſticis ſuccurri, vel ſi non prohibent, non tamen ſuccurri iubent: adhuc illis datur reſtitutio in integrum, & quæſtione decima, num. 21. & ſequentibus, vbi quid in muliere, & num. 26. & ſequentib. vſque ad num. 41. & num. 52. & ſequentibus, vbi quid in milite.

Et iterum dicas, quod ruſticus, & mulier non excuſantur, niſi in caſibus a iure expreſſis, non ſimpliciter, & generaliter, ſed tantum quoad ea quæ verſantur ad conſeruandum iuris rigorem, de quo mox dicam ſecundum Polidor. Rip. Parpal. & Menoch. in locis præallegatis, quibus adde Dec. in l. iuris ignorantia, num. 15. in ſecunda lectura, & ibi Alexand. num. quinto, C. qui admitti, ergo in his, quæ non reſpiciunt iuris rigorem, ruſticitas excuſat etiam in caſibus a iure non expreſſis.

295 Caſus autem in quibus iura expreſſe ruſticis ſuccurrunt ponuntur per Tiraquell. de pœnis dicta cauſa vndecima, Menoch. dict. caſu 194. num. 33. & ſequentibus. Sfortia Odd. dicta quæſtione nona, num. 28. & ſequentibus. Et è contra caſus in quibus iura expreſſe prohibent ruſtico ſuccurrere ponuntur per eundem Menoch. dicto caſu 194. num. ſexto, & ſequentibus, & per Sfortiam Odd. dicta quæſtione nona, num. duodecimo, & ſeqq.

296 IGNORANTIA iuris non excuſat ruſticos, milites, mulieres, & minores in his quæ concernunt rigorem iudiciorum, ſiue formam, & ſolemnitatem iudiciariam. Hanc concluſionem probat tex. in l. properandum, §. final. C. de iudicijs, & in §. Pupill. in auth. de hæredibus, & falcid. tradunt communiter Doctor. omnes in l. iuris, C. qui admitti Bat. in l. prima, §. Nunciatio, num. 35. & ibi Curt. nu. 90. & Crot. etiam num. 90. ff. de nou. oper. nunciation. idem Curt. in l. ſi per errorem, num. 16. vbi de communi, ff. de iuriſdiction. omn. iud. & in l. venia, num. 3. vbi etiam Alciat. num. 12. C. de in ius vocando, & in l. ſi quis maior num. 11. C. de tranſaction. Dec. in cap. Paſtoralis, num. 68. de exception. & in cap. ſuper litteris, num. 28. de reſcriptis, Tiraquell. in tract. de pœn. cauſa 11. num. 18. & ſeqq. & de retractu conuentional. §. quarto, gloſ. 7. num. 14. & ſeqq. Alex. conſ. 165. num. 6. lib. 6. & conſ. 7. num. 19. lib. 7. Natt. conſ. 574. num. 10. & conſ. 575. nu. 22. & num. 23. lib. 3. & conſil. 586. num. 8. Bero. conſ. 120. num. 27. deciſ. pedemont. 86. num. 4. Barthol. Thegeus in tractat. criminal. par. 4. num. 9. & num. 10. cum alijs per Stephan. Lambertengh. de contractibus eorum, &c. gloſ. prima, num. 161. & ſequen. & gloſ. 7. num. 80. Menoch. de recuperan. poſſeſſione, remed. 9. num 30. Sebaſtian. Medices de caſu fortuito, par. 1. quæſt. 3. num. 30. in fine verſ. Octauo, &c. Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuileg. 4. num. 21. & num. 122. & 124. Sfortia Odd. de reſtit. in integ. par. prima, quæſt. 9. num. 14. & ſequentibus, & quæſt. 10. num. 15. & ſequentibus, vbi tam in ruſtico, quam in muliere facit plures illationes, Io. Baptiſta Coſta in tractat. de facti ſcientia, & ignorantia, regul. 15. per totam, vbi, & ipſe pariter facit plures illationes.

297 IGNORANTIA iuris non excuſat Ruſticum, aut Mulierem propria auctoritate occupante

pante

pante rem alienam ſecundum Angel. in l. ſed & ſi lege S. ſcire, ff. de petitione hæreditatis Bart. in l. ſi quis in tantam, num. 6. C. vndeui Menoc. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 194. num. 15. Sfortia Odd. de reſtitution. in integr. par. 1. quæſt. 9. num. 34. & quæſt. 10. nu. 12. Apud quem etiam reperies an ruſticus, & mulier authoritate propria inuadentes rem ſuam excuſentur; ſicut inuadendo rem alienam de qua re dixi latius ſupra in quæſt. 174. num. 5. & num. 9.

298 IGNORANTIA iuris communis licet excuſet Ruſticũ, non tamen eum excuſat ignorantia ſtatutorum, vt per Mauritium in tract. de reſtit. in integr. cap. 91. & 92. addentes ad Marant. in ſpecul. verſ. Et quandoque appellatur num. 96. prout eos ſic dicentes refert Sfortia Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 10. num. 69. & ſeqq. Quorum opinionem ipſe Oddus admittit, quando ſtatutum, aut facit expreſſam mentionem de ruſtico, aut eſt particulare ſtatutum villæ, ſeu caſtri, in quo habitat ruſticus, ſecus autem dicit in ſtatuto ciuitatis cuius ignorantiam ruſtici extra eam ruri habitantes habere præſumuntur, & iſto caſu eis reſtitutio deneganda non erit quatenus alias ex cauſa concedenda eſſet, vt ibi per eum, qui huius dicti optimam reddit rationem.

299 Et demum pro complemento huius quæſtionis ſcias, quod ignorantia iuris non excuſat vnquam niſi allegetur ex allegatis per Cardinal. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Error, concluſ. 372. num. 20. & faciunt quæ in ſimili de ignorantia facti alieni, dixi ſupra num. 121. Et rurſus quod præſumptio ignorantiæ in ruſtico, minore, & muliere admittit probationem in contrarium ex alleg. per Stephan. Lambertengh. de contractibus eorum, &c. gloſ. 1. nu. 165.

ARGVMENTVM.

Ruſticus, Mulier, Miles, & Minor nunquid excuſentur iuris ignorantia, ſi peritiores non conſuluerunt. Quando hoc verum ſit, & de materia.

SVMMARIVM.

Ruſticus iuris ignorantia non excuſatur, quando Peritiores non conſuluit, num. 300. Contra num. 301.

Periti conſilium excuſat eum qui iuxta dict. conſilium aliquid fecit etiam contra iuris diſpoſitionem, num. 301.

Mulieres, Milites, & Minores non excuſantur ignorantia iuris ſi peritiores non conſuluerunt, num. 302.

Peritorum copia, vbi non adeſt in loco is qui peritos conſulere debet, debet accedere ad loca vicinia, niſi ad loca vicinia acceſſus non eſſet tutus, vel adeſſet aliquod impedimentum, & quis, & quando dicatur locus vicinus, num. 303.

Peritorum conſilium, vbi exquirendum eſt, an ſufficiat vnius periti conſilium, an vero plures requirantur, & qualis debet eſſe iſte peritus, num. 304.

Ruſticus excuſatur iuris ignorantia, quando agitur de damno vitando, ſecus ſi de lucro captando, num. 305.

Ruſticus excuſatur ignorantia iuris, etiam quod peritiores non conſuluerit, quando illos conſulere non potuit, num. 306. & quid iſto caſu in dubio præſumatur, num. 307.

Ruſticus, Mulier, & Miles excuſantur ignorantia iuris, etiam quod peritiores non conſuluerint, quando ſumus in caſibus, in quibus iura expreſſe mandant illis ſuccurrendum eſt, num. 308. Contra num. 309.

300 IGNORANTIA iuris tunc demum excuſat ruſticum, quando aliquid fecit cum conſilio peritorum, ſecus ſi ex ſuo capite peritos non conſulendo aliquid geſſerit, tunc enim quod non excuſetur, probat tex. in l. iuris ignorantia, & ibi communiter Doctores omnes, C. qui admitti, & in l. Bonorũ, ff. de bonor. poſſeſſ. & in l. 2. S. final. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ ſeruetur, Mantua in cap. ſuper litteris, nu. 18, de reſcriptis, Tiraquell. qui alios plures pro hac declaratione concordantes adducit in tit. de poen. temper. cauſa 11. num. 20. Grat. reſponſo 150. in fi. Honded. conſ. 87. num. 39. lib. 1. Seraph. de priuil. iuramenti, priuil. 4. num. 19. & alij omnes infra allegandi Doctores hoc idem ſentiunt. Qui eam communiter reddunt rationem, quia ſicut ruſticus bene ſcit ire ad nemus pro lignis, ita etiam ſcire debet, iter ad ciuitatem pro periti conſilio.

301 Hæc ratio eſt quantam concludat quiſq. iudicet: ruſticus enim, hoc ideo pro lignis ad ſiluam accedit, quia frigoris, & coquendi carnem neceſſitas, & alia faciendi ad victum neceſſaria ipſum cogit, & impellit. Non ſic in itinere ad ciuitatem pro habendo conſilio peritiorum, cuius perquirendi neceſſitatem ſe nullam habere credit quia iuris ignorantia ipſum excuſat. Et quidem præmiſſa declaratio ſic ſimpliciter a Doctoribus poſita ſemper habuit apud me difficultatem, quia nedum ruſtici, ſed etiam non ruſtici, immo & Doctores in actu contra iuris diſpoſitionem facto excuſantur, ſi peritiores conſuluerunt, vt preſertim de Doctore pluribus probauit Stephan. Lambertengh. de contractibus eorum, &c. gloſſ. prima, numero 137. & ſequenti. Et generaliter, quod periti conſilium excuſet omnem perſonam pluribus probat idem Stephan. Lambertengh. dict. gloſſ. prima, num. 191. & ſeq. & alibi diximus, quod qui credit viro fide digno excuſatut in eo, quod iuxta ſuam credulitatem geſſit, licet contra ius. Conſidera, quia ſi præmiſſa declaratio vera eſt regula quam ſupra poſuimus num. 258. quod ruſticus excuſetur ignorantia iuris penitus, deſtrui-

tur, quia cum præmiſſa adhibita declaratione non ruſticitas, ſed periti conſilium ipſum excuſat.

Retenta tamen communi Doctorum ſententia, quod ſcilicet Ruſtici non excuſentur ignorantia iuris in actu, per eos geſto ſine peritorum conſilio, illam amplia nonnullis modis, de quibus infra.

302 IGNORANTIA iuris, nec etiam excuſat mulieres, minores, & milites, qui peritiores non conſuluerunt: iura enim, quæ ſupra num. 300. allegantur de ruſtico, non loquuntur in ſpecie de ruſtico, ſed in genere de illis, quos iuris ignorantia excuſat, prout bene aduertit Menoc. de arbit. q. caſ. 194. nu. 22. ſic, & generaliter poſt Bar. Alex. & Ruin. in locis per eum relatis, loquitur Maſcar. de probationib. lib. ſecundo, concluſion. 639. num. octauo, & num. 18. & in ſpecie de muliere ſcripſerunt Alexand. conſ. 165. Dubitatur, per tot. lib. 6. Viui. opinion. 366. num. nono. Et Honded. conſil. 87. num. 39. lib. primo; Et hæc ſit prima Ampliatio.

303 IGNORANTIA iuris non excuſat Ruſticum, qui peritiores non conſuluit, etiam quod in loco vbi habitat non adſit Peritorum copia, quia debet ire ad loca vicinia, vbi adſunt Periti, ex allegat. per Tiraquell. in tractat. de pœnis, cauſa vndecima, num. vigeſimo ſecundo, & de retract. conuention. §. quarto, gloſſ. ſeptima, num. vigeſimo, qua in re vide Stephan. Lambertengh. in tractat. de contractibus eorum, &c. gloſſ. prima, num. 303. & ſequentibus, vbi proponit quæſtionem, Doctoreſque hinc inde contrarium tenentes refert, & poſtea pro reſolutione diſtinguit, quod ſi locus extra locum iudicij in quo adſunt Periti eſt vicinus, & non valde remotus a loco iudicij faciliſque ſit ad eum acceſſus, & tunc ad locum vicinum pro habendo conſilio a perito mitti debet, alias ſecus. & numero 209. declarat, quando locus dicatur vicinus, aut remotus, ſitque ad illum facilis acceſſus, vel non ad effectum prædictum, & vide etiam Sfortiam Odd. in tractat. de reſtitution. in integrum, par. prima, quæſtion. decima, num. 62. & ſequentibus, vbi propoſitam concluſionem teſtatur communem, ad eiuſque comprobarionem alijs Doctorum auctoritatibus relatis limitat eam duobus modis; Primo, niſi ad loca vicinia acceſſus non eſſet tutus; Secundo, niſi ruſticus fuerit impeditus, aut propter infirmitatem, aut propter vindemmias iam maturas. Adde tu, vel propter aliud iuſtum impedimentum. Et hæc ſit ſecunda Ampliatio.

304 IGNORANTIA iuris, quando non excuſat Ruſticum, ſeu alium, qui peritiores non conſuluit, tunc ſi in loco adeſt peritorum copia, non ſufficit conſulere vnum peritum, ſed debent conſuli plures ſecundum communem, de qua alijs relatis teſtatur Villalob. in commun. opinion. littera I, num. ſecundo, & num. tertio; Nec diſſentit Stephan. Lambertengh. de contractibus eorum, &c. gloſſ. prima, num. 198. & ſequent ib. vbi declarat niſi ille vnicus, quem quis conſuluit, eſſet peritiſſimus. Ad quam materiam vide eundem Stephan. Lambertengh. vbi ſupra num. 193. vbi dixit quod quando ſumus in caſu, in quo vnus ſufficit peritus, vt puta, quando vt infra dicam, in loco non adeſt peritorum copia, & tunc conſilium Doctoris ignari, & iniquæ conſcientiæ non excuſat, & num. 194. & ſequentibus dicit, quod bene excuſabit conſilium periti mediocris, etiam quod non ſit aliorum peritior, & num. 210. vbi quod pariter ſufficit conſilium periti, etiam quod non ſit Doctor, proponit contraria, & illis reſpondet, & num. 207. & ſequen. bene declarat, cui incumbat onus probandi in loco adeſſe, vel non adeſſe copiam peritorum, & vide rurſus Sfortiam Odd. in tractat. de reſtitut. in integr. par. prima, quæſt. 20. artic. 10. num. 70. & ſequen. vbi facit concluſionem, quod in loco adſint plures periti, ſufficit tamen conſilium vnius periti, qui communiter reputatus ſit bonus, ſecus ſi eius fama non bene ſonaret, & num. 72. & ſequen. ponit quid ſi ille vnicus peritus fuerit aliàs præceptor, vel aduocatus eius, qui conſilium petit. Et hæc ſit tertia ampliatio.

Nunc ad limitationes.

305 IGNORANTIA iuris, non excuſat ruſticum, qui peritiores non conſuluit, quando agitur de lucro captando, ſecus ſi agatur de damno vitando, vel de amittendo ius quæſitum, quia tunc excuſat etiam quod peritiores non conſuluerit, Bart. in l. clodus, ff. de acquiren. hæredit. Ruin. conſ. 127. num. 17. lib. tertio, prout eos ſic dicentes refert, & ſequitur Maſcard. de probation. lib. ſecundo, concluſ. 639. num. octauo, verſ. Reſtringas, vbi loquitur, quando agitur de excludendo aliquem ab hæreditate propter expreſſam, vel tacitam repudiationem, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Ignorantia, concluſion. 13. num. 14. Ad quæ faciunt quæ dixi ſupra num. 271. vbi nedum ruſticus, ſed quiſque alius iuris ignorantia excuſatur, quando agitur de damno vitando, etiam quod peritiores non conſuluerit. Et hæc ſit prima limitatio.

306 IGNORANTIA iuris non excuſat ruſticum, qui peritiores non conſuluit. Intellige ſi conſulere potuit, ſecus ſi non potuit, ſic enim expreſſe quando ruſticus potuit conſulere peritiores ioquuntur omnes præallegati Doctores, & præſertim Bald. & alij in l. iuris, C. qui admitti, & in ſpecie pro hac diſtinctione, vide Tiraquel. de pœn. temperand. cauſa 11. num. 20. & ſeq. & de retract. conuentional. §. 4. gloſ. 7. num. 18. cum allegatis per eum, Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 194. num. 12. Honded. conſ. 87. nu. 39.

Viu.

Viu. opinion. 366. num. nono, vbi quod quando quis non potuit Peritiores conſulere, tunc iuris igno rantia illum excuſat etiam quod agatur de captando lucrum Sfortia Odd. de reſtitution. in integr. par. pri ma, quæſt. 10. num. 59. Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuileg. 4. num. 19. vbi pro hac eadem diſtinctione adducit bona iura, & concludit, quod quando ruſticus, mulier, minor, & miles non potuerunt conſulere peritiores, tunc ignorantia iuris, etiam notorij, & indubitati eos excuſat Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Ruſticus, concluſion. 371. num. ſexto. Et hac ſit ſecunda limitatio.

307 Difficultas eſt nunquid in dubio præſumatur ruſticum, mulierem, aut alios ſimiles potuiſſe, vel non potuiſſe conſulere peritiores, in quo vide Herculan. de negatiua, num. 26. verſic. Quarto infertur, vbi ſcripſit mulierem in dubio præſumi potuiſſe peritiores conſulere; ſed contrarium & ni fallor verius ſcripſit Sfortia Odd. de reſtitution. in integ. par. prima, quæſt. 10. num. 24. 61. & 75. loquens de ruſtico, muliere, minore, & milite, qui habent ſpeciale priuilegium a iure, vt propter iuris ignorantiam excuſentur, & reddit rationem, quia ruſtici, & alij ſimiles priuilegiati, vt plurimum impediuntur occupationibus ruſticaris; Domeſticis, vel bellicis, Quare ſecus dicit in alijs non priuilegiatis, qui hæc impedimenta non habent, & ideo in illis raro euenit, quod non poſſint conſulere peritiores, vt dicit text. in l. Regula, §. ſed labeo, ff. de iuris, & facti ignorantia, & ita referendo, & concordando contraria diſtinguit poſt Bar. Corn. Tiraqu. & alios quos allegat.

308 IGNORANTIA iuris excuſat ruſticum, mulierem, & Militem, etiam quod peritiores non conſuluerint in illis caſibus in quibus iura expreſſe ſtatuerunt illis, vel ipſo iure, vel ipſe teſtitutionis ſuccurrendum eſſe, de quibus dixi ſupra num. 27. in fine, & num. 295. ſecundum Sfortiam Odd. de reſtitution. in integr. par. prima, quæſtion. decima, num. 59. & ſequentibus; vbi propterea ſecus dicit in alijs caſibus in quibus regulariter prædictis non ſuccurritur, ſi in iure, vel rebus agendis labantur. Tunc enim ſuccurri illis non debet, quando peritiores conſulere potuerunt, & non conſuluerunt, & ibi per eum, qui ita dicit eſſe intelligendos Doctores diſtinguentes, quod ruſtici, & alij excuſantur &c. ſi peritos conſuluerunt, quando potuerunt, ſecus ſi non potuerunt de quibus dixi ſupra num. 300. & hæc ſit tertia limitatio.

309 Verum aduerte, quod Doctorem per eundem Sfort. Odd. allegati dict. num. 59. verſic. Tertio quia; & præſertim Tiraquell. cum relatis per eum de retract. conuention. §. quarto, gloſ. ſeptima, num. decimo octauo, loquuntur etiam in caſibus, in quibus iura expreſſe volunt mulierem, & ruſticum excuſare iuris ignorantia, & tamen concludunt eos non excuſari ſi peritos conſulere potuerunt, & non conſuluerunt. Quare conſidera nunquid hæc declaratio Oddi ſit contra communem Doctorum ſententiam.

ARGVMENTVM.

Famoſa Actione, vel ex crimine ciuiliter conuentus, an, & quando infamiam incurrat. Quandoue infamis teſtari poſſit.

SVMMARIVM.

Infamia quotuplex ſit, & de eius effectibus, num. 310. in princ.

Infamis eſt famoſa actione condemnatus, num. 310. verſ Et quia.

Infa mia, vt euitetur propter condemnationem in actione famoſa dantur tres cautelæ de quibus, num. 310.

Teſtari omnes poſſunt, qui expreſſe a iure prohibiti non reperiuntur, num. 311.

Infames regulariter teſtari poſſunt, Declara, vt num. 311. vbi remiſſiue.

310 INFAMIAE pœna quotuplex ſit, & qui dicantur infames infamia iuris, & qui infamia facti, quomodo probetur infamia, & de infamiæ pluribus effectibus, dixi in tract. de teſtib. quæſt. 56. per totam, & in tit. de indit. & tortura, quæſt. 47. num. 301. & ſeqq. Et quia conuentus etiam ciuiliter ad aliquid ſoluendum actione famoſa, vel ex crimine, ex quo ſequitur infamia, infamis eſt, vt in l. Athletas, §. calumniator, ff. de his qui notant. infamia, in propoſito caſu ad effectum, vt euitetur infamiæ dantur tres principales cautelæ; Prima eſt, vt ille qui ſic conuenitur compareat in iudicio, & litem ſuſcipiat non per ſe, ſed per procuratorem, Quia tunc licet ipſe condemnetur, & eius procurator procurationi nomine, iuxta l. 1. C. de ſenten. & interloqu. omn. iudic. Non tamen nec ipſe, nec eius procurator efficietur infamis, l. furti, §. ſi quis alieno, ff. de his, qui notantur infamia, vbi præſertim Bar. dat aliam, & ſic ſecundam cautelam, vt reus ſoluat ante litis conteſtationem. Tertia autem eſt cautela, & alijs tutior, vt ſoluatur ſine mandato ipſius rei ſecundum Ang. de Aretio in l. non, poterit, ff. de furt. & eſt caſus in cap. teſtimonium extra de teſtib. Super quibus tribus cautelis, & alia ad materiam vide bene declarantem Cæpoll. cautel. duodecima.

311 INFAMIAE licet plures ſint notabiles effectus, non tamen operatur quin teſtari poſſit; quod enim valeat teſtamentum infamis facit quia edictum de teſtamentis eſt prohibitorum, & ideo omnes poſſunt facere teſtamentum, qui expreſſe prohibiti non reperiuntur l. ſi quæramus in princip. ff. de

ff. de teſtamen. Michael. Craſſ. de ſucceſſ. ex teſtam. & abinteſtato in §. teſtamentum, quæſt. 20. Et in ſpecie eſt tex. in l. eius qui, in fin. ff. de teſtament. voluit Bart. in l. is cui, §. ob carmen, ff. eod. & Bartolum ſequuntur communiter Doctores, vt teſtatur Couarruu. variar. reſolution. lib. tertio, cap. tertio, num. octauo in fine, verſ. Quarto licet alioqui infames, vbi alios refert Michael Craſſ. vbi ſupra. quæſt. 32. & ante eum Benedict. Capra regul. 102. num. 179. & num. 199. & ſeqq. vbi enumerat eos qui propter infamiam expreſſe a iure prohibiti ſunt teſtari, de quibus præcipue in d. l. is cui eod. §. ob carmen. & in l. prima, C. de ſecund. nupt. Abb. in rubric. de teſtamen. poſt numerum octauum, verſic. Decimoquinto prohibetur, vqi pariter de communi teſtatur, refert eum, & ſequitur Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 25.

ARGVMENTVM.

INHIBITIO iniuſta, timenda non eſt, quando hoc ſit verum, & quid de ſtilo Rotæ.

SVMMARIVM.

Inhibitioni contraueniens dicitur at tentare, & pœnam in ea comminatim incurrit, nu. 312

Inhibitio iniuſta. & inualida timenda non eſt, & ideo illi contraueniens, non dicitur attentare, num. 312. verſ. Et quidem.

Inhibitio dicitur iniuſta, & inualida pluribus modis, de quibus remiſſiue, num. 312. in fin.

Inhibitio dicitur iniuſta, & timenda non eſt, quando emanauit contra ius etiam, quod a decreto inhibitionis non fuerit appellatum, nu. 313. vbi etiam idem de inhibitione emanata contra ſtatutum.

Inhibitio decreta vigore friuolæ appellationis, vel alias nulliter interpoſitæ, non dicitur canonica, nec cauſat attentata, num. 313. declara vt nu. 320.

Inhibitio relaxata ſine citatione partis, & cognitione cauſæ, an dicatur iuſta, & valida, num 314.

Poſſeſſionis ſua commodo, nemo priuandus eſt, num. 315.

Inhibitio, qua quis priuatur ſua poſſeſſionis commodo, tamquam iniuſta, timenda non eſt, num. 315.

Inhibitio decreta, & emanata vigore reſcripti ſubreptitii tanquam iniuſta, & inualida, timenda non eſt, nec cauſat attentata, declara vt num. 316. & num. 317. & num. 319.

Inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta, de ſtilo Rotæ, timenda eſt, num. 318. Declara tribus modis, vt num. 321. & ſeqq.

312 INHIBITIONI etiam in iudicio ciuili emanatæ contraueniens non ſolum dicitur attentare, ſed etiam pœnam in ea comminatam incurrit, & ideo in tribunali Illuſtriſſimi Domini A. C. in quo ſemel atque iterum in criminalibus cauſis per plures annos iudicaui inoleuit ſtilus, vt contra ſic contrauenientes criminaliter etiam procedi poſſit, idcireo non ab re eſſe putaui ſi de huiuſmodi contrauentionibus inhibitionum nonnulla in medium afferam. Et quidem de iure communi communiter receptum eſt inhibitionem iniuſtam, & inualidam regulariter non eſſe timendam, & ideo ex ea nec pœnam incurri, nec attentata cauſari probat tex. in cap. Non ſolum, §. illa vero de appellation. in ſexto, in illis verbis inhibeat canonice iudici, Rota deciſ. 58. alias 412. ſi appelletur de appellation. in nou. Bero. conſil. 85. Dicam breuiter, num. 23. lib. tertio, Vbi quod inhibitio habet in ſe tacitam conditionem, ſi de iure fieri poteſt. Et ideo contra ius emanata nec ſuos operabitur effectus, nec illi parendum erit, ex quo deficit conditio in ea ſubintellecta. Plura in huius regulæ comprobationem videas per Lancellott. in ſuo tractat. de attentat. par. ſecunda, cap. 20. in vndecima ampliatione, vbi præſertim explicat plures caſus in quibus inhibitio iniuſta, & inualida reputatur, de quibus nonnullos mox infra referam. Et limitat. prima, num. 3. & ſeqq.

313 INHIBITIO dicitur iniuſta, & conſequenter non cauſat attentata, nec timenda quando emanauit contra ius, etiam quod a decreto inhibitionis non fuerit appellatum, Abb. in capit. cum veniſſent in quarto notab. de reſtitution. in integr. Dec. conſil. 460. num. 20. lib. tertio, Pariſ. conſil. 108. de bono iure, num. 11. & ſequen. lib. primo, Roland. conſil. 77. num. 26. lib. ſecundo, Corn. conſil. 25. Attentis, littera C, lib. tertio, vbi idem in inhibitione emanata contra ſtatutum: Et generaliter, quod inhibitio decreta, & emanata vigore friuolæ appellationis, quod non cauſet attentata, nec faciat incurrere pœnam, ſentit Rota dict. deciſion. 58. alias 412. Si appelletur de appellation. in nouis. Pariſ. conſil. 108. num. nono, & num. 21. lib. primo, Et magis generaliter de inhibitione decreta vigore appellationis, nulliter interpoſita, quod non dicatur canonica, nec cauſet attentata voluit Rota deciſion. 75. alias 357. Nota, quod attentata de appellation. in antiq. Veſtr. in practic. lib. 8. cap. quarto, num. 16. verſic. Et quamuis, cum alijs per Lancellott. de attentat. par. ſecunda, d. cap. 20. num. 7. & ſeq.

314 INHIBITIO decreta, & emanata ſine citatione, & cauſæ cognitione pariter dicitur iniuſta, nec timenda eſt, nec producit attentata, & pleną incurſum. Quod enim talis inhibitio parte non citata, & ſine cauſæ cognitione decreta, & emanata non dicatur canonica voluit Rota dicta deciſione 58. alias 412. ſi appelletur numero ſecundo,

de

de appellat. in nou. & d. deciſ. 75. alias 357. Nota quod attentata de appellat, in antiq. Pariſ. conſ. 172 in cauſa num. 15. lib. 4. Roland. conſil. 77. nu. 24. lib. 2. deciſ. Pedemon. 5. num. 7. verſic. Non obſtat in contrarium adducta cum alijs per Lancellott. de attentatis par. 2. quæſt. 20. ampliat. 11. num. 22. & ſeq. vbi præſertim loquitur quando in commiſſione adeſt clauſula conſtito de aſſertis, & limitat. 1. num. 4. & ſeqq. Ad quam materiam an ſcilicet, & quando inhibitio concedi poſſit parte non citata, vide Gabriell. cum allegatis per eum rubr. de citationibus concluſ. 1. num. 77. & ſeqq. in 12. ampliatione, Couarr. pract. quæſt. cap. 24. num. 3. Villalob. in commun. opin. littera I, num. 35. & ſeqq. Contrard. de momentan. poſſeſſ. quæſt. 5. Lancell. de attent. par. 2. cap. 20. in præfatione num. 112. & plurib. ſeqq. & nu. 201. & ſeqq. Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Inhibitio concluſ. 144. vbi plura cumulat.

315 INHIBITIO per quam quis ſua poſſeſſione priuatur abſque dubio, dicitur iniuſta. Nemini enim per iudicem de facto, & ſine cauſæ cognitione auferenda eſt poſſeſſio, c. 1. extra vt lit. pendente, c. licet Epiſcopus, de præbend. in 6. Marſil. ſing. 195. & in l. de vno quoque, num. 37. de re iudic. cum alijs per Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 111. Et propterea inhibitionem prædictam non cauſare attentata, nec facere incurrere pœnam pluribus probat Plot. conſil. crim. diuerſ. 3. num. 32. & ſeqq. lib. 2. Et eſt ratio quia vt paulo infra dicam nu. 324. qui ſuam poſſeſſionem continuat, non dicitur attentare.

316 INHIBITIO decreta, & emanata vigore reſcripti ſubreptij vt puta quando in reſcripto narratur fuiſſe appellatum à diffinitiua, & tamen aut nullo pacto appellatum fuit, aut non niſi ab interloquutoria cum dicatur inualida, & iniuſta; hoc ideo nec cauſat attentata, nec pœnę incurſum, Pariſ. conſil. 172. num. 3. lib. 4. Roland. conſil. 77. num. 27. lib. 2. Bero. conſil. 117. num. 3. lib. 3. Dec. conſi. 33. Viſo puncto, ſub num. 5. verſic. Vnde inhibitio, vbi propterea dixit inhibitionem ſemper tacitè habere in ſe conditionem ſi preces veritate nitantur, & alias ſic voluit Rota in vna Anconitana attentatorum coram Orano 13. Decembris 1562. cum alijs per Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 20. limitat. 12. num. 1. & ſeqq. Vbi benè hanc concluſionem diſcutit, & declarat, & inter alias declarationes ibidem d. limitatione 12. num. 13. hanc eandem concluſionem non procedere affirmat, quando in reſcripto eſſet etiam commiſſa cauſa attentatorum, vel nullitatis, vel reſtitutionis in integrum, vel etiam adeſſet clauſula, Quã, & quas, &c. Vna cum toto negocio principali, &c. tunc enim licet non ſubſtineatur inhibitio in vim appellationis, cum re vera appellatio non ſit interpoſita; ſubſtinea tur tamen in vim aliarum cauſarum ſupradictarum, & ideo eſt timenda, & ex contrauentione cauſantur attentata, vt ibi per eum, & latius d. c. 20. in 11. ampliatione num. 25. & ſeqq.

317 INHIBITIO emanata in vim reſcripti ſubreptitij, licet vt mox dixi, timenda non ſit, nec illi cõtrauenienſ, attẽtare dicatur, nec vllam incurrat pœnam; hæc tamen concluſio vltra declarationem poſitam in precedenti verſiculo patitur tres alias notabiles declarationes. Prima eſt, vt non omnis ſubreptio tollat effectum inhibitionis, ſed tantum ea quæ reſpicit fundamentum ipſius negocij, & ſic quãdo ſubreptio eſt circa ſubſtantialia, ſecus ſi circa accidentalia. Secunda eſt, declaratio niſi inhibitio fuerit geminata. Tertia, niſi cõſtet de bono iure impetrãtis inhibitionem in negocio principali. His inquam tribus caſibus emanata vigore reſcripti ſubreptitij adhuc timẽda eſt, ex allegatis per eundem Lancell. d. cap. 20. limitat. 12. num. 12. & ſeqq.

318 INHIBITIO iniuſta, licet, vt dixi ſupra nu. 312. de iure timenda non ſit; non tamen ſic eſt de ſtylo Rotæ ſecundum quem ſiuè iuſta ſiuè iniuſta timenda eſt; non enim inhibiti iudices ſub clypeo iniuſtę inhibitionis inhibitionem contendere debent; nam ſi ſumus in Curia facile eſt adire Principem pro remedio, & reformare commiſſionem, ſi vero ſumus in partibus, non eſt aperienda via inferioribus iudicibus, vt Rotales inhibitiones ſic facile negligant, & in ſpecie ſic voluit Rota deciſ. 26. aliàs 307. Nota quod audientia, in fine de appellation. in antiq. Accoram. deciſ. 53. incip. licet Rota, Put. deciſ. 394. lib. 2. Acchill. deciſ. 27. incip. Attentata ex ſtylo, rubric. de attentatis; cum alijs de quibus per eundem Lancell. d. cap. 20. ampliatione 11. num. 1. & ſeqq. vbi ex hac concluſione facit plures alias illationes vltra infraſcriptas quas ibi per eum vìdeas.

319 INHIBITIO licet, vt dixi ſupra num. 316. in vim reſcripti ſubreptitij decreta, & emanata, timenda non ſit, hoc tamen procedit de iure communi, ſecus de ſtylo Rotæ, Peregr. deciſ. 94. alias 74. incip. fuit concluſum, Acchill. d. deciſ. 27. incip. Attentata ex ſtylo, ſub rubr. de attentat. Oradin. deciſ. 101. & 103. vbi quod iſto caſu debet recurri ad ſignaturam cum alijs deciſionibus relaris per Lancellott. de attentat. d. cap. 20. limitat. 12. num. 6. & ſeqq. vbi ponit exemplũ in inhibitione emanata vigore commiſſionis appellationis, in qua non erant narratæ tres cõformes, dicitque quod de ſtylo Rotæ ſeruanda eſt, immò ibidem num. 12. videtur tenere quod ne dum de ſtylo Rotæ, ſed etiam de iure communi talis inhibitio timenda ſit, etiam quod in commiſſione non ſit facta mentio de tribus conformibus.

320 INHIBITIO emanata vigore appellationis in caſu, in quo de iure appellatio non conceditur, vel alias nulliter interpoſitæ, licet, vt dixi ſupra nu. 313. ad fin. tanquam iniuſta timenda non ſit de iure communi, timenda tamen eſt de ſtylo Rotæ, ex allegatis per eundem Lancellott. de attentat. par. 2. capit. 12. limitat. 50. num. 128. & ſeqq. iuncto num. 213. & ſeqq. & c. 20. limitat. 1. nu. 10. & ſeq. & ampliat. 1. & ampliat. 11. num. 7. vbi infert ad plures particulares caſus, in quibus appellatio de iure eſt prohibita, & tamen ſi inhibitio illius vigore emanauit timenda

da eſt de ſtylo Rotæ.

321 INHIBITIO etiam iniuſta, licet vt dixi ſupra num. 318. timenda ſit de ſtylo Rotæ, hæc tamen concluſio declaratur tribus modis, & primo, vt huiuſmo di ſtylus non extendatur ad inhibitiones emanatas extra Rotam, & in alijs Curijs, Rota coram Grato in vna Gerunden. Canonicatus 29. Ianuarij 1565. & coram Paleotto in vna Pharen. Archidiaconatus 5. Maij 1561. & coram Rubeo in vna Parmen. ſtatus 11. Aprilis 1562. cum alijs per Lancellott. de attentatis par. 2. cap. 20. in 11. Ampliatione num. 5. verſ. eſt tamen aduertendum, & limitat. 1. nu. 1. & ſeq.

322 Secundo eadem concluſio declaratur, vt non procedat quando nullitas, ſeu iniuſtitia inhibitionis eſſet euidens, & notoria ex iiſdem actis, Lancellott. d. cap. 20. eadem 11. ampliatione num. 25. & ſeqq. & ideo inhibitio nimis calumnioſa nec etiam de ſtylo Rotæ timenda eſt, Put. deciſ. 122. poſt med. lib. 1. Peregrin. deciſ. 135. lib. 2. Ioan. Paul. deciſion. 197.

323 Tertio nec etiam de ſtylo Rotæ inhibitio iniuſta timenda eſt, quando commiſſio fuit ſignata cum clauſula, prout de iure, vt per eundem Lancellott. d. cap. 20. ead. ampliat. 11. num. 28.

ARGVMENTVM.

INHIBITIONE contrauenire quis non dicitur, nec attentare, quando ſuam poſſeſſionem continuat.

SVMMARIVM.

Inhibitioni contrauenire non dicitur, nec attentare regulariter, qui ſuam poſſeſſionem continuat, num. 324. & ſeqq.

Lite pendente, ſuam poſſeſſionem continuare vnuſquiſque poteſt, num. 325.

Spoliare non dicitur, qui ſuam poſſeſſionem continuat, num. 326.

Attentare non dicitur, qui lite pendente rem ab ipſo poſſeſſam reficit, vel alteri locat, num. 326.

Appellatio non debet, quem ſua poſſeſſione priuare, num. 327.

Epiſcopus per ſententiam depoſitus ſi ab ea appellauit, poteſt pendente appellatione, ſuam iuriſdictionem exercere, num. 327.

Continuans ſuam poſſeſſionem, non dicitur attentare, etiam ſi vſus poſſeſſionis eſſet principaliter contra ius in iudicio deductum. Declara vt num. 328.

Conſtituti clauſula operatur, vt abſque vitio attentatorum, poſſit quis poſſeſſionem habitam vigore dicti conſtituti continuare. Declara vt num. 329.

Hæres abſque vitio attentatorum, poteſt poſſeſſionem defuncti continuare, num. 330.

Poſſeſſionem ſuam continuare vnicuique, licet etiam armata manu, num. 331.

Vbi quod etiam armata manu, licitum eſt eam in continenti recuperare.

Poſſeſſionem ſuam, etiam inſtrumentalem, poteſt quis abſque attentatorum vitio continuare. Declara vt num. 332. & ſeq.

Inſtrumentalis poſſeſſio, an & quando dicatur vera poſſeſſio num. 333.

Poſſeſſionem ſuam, etiam in genere, quiſque abſque vitio attentatorum, continuare poteſt, num. 334. Vbi etiam quid de poſſeſſione præſumpta, vel ciuili tantum.

Continuatio poſſeſſionis non excuſat à contrauentione, quando Papa cauſam ad ſe auocauit; Declara vt num. 335.

Poſſeſſionem ſuam continuans non eo modo, quo prius vtebatur, non excuſatur à contrauentione, num. 336.

Poſſeſſionem quam quis habet de iure ſpeciali, & ex priuilegio continuans, non excuſatur à contrauentione, num. 337.

Poſſeſſionis continuatio, non excuſat à contrauentione, & ab attentatis, niſi probata poſſeſſione per teſtes legitimè examinatos. num. 338.

Continuatio poſſeſſionis de recenti habita paulo ante litem motam, non excuſat à contrauentione, nu. 339. Vbi idem quando in continuante, notatur perfidia.

324 INHIBITIO per quam quis priuatur ſua poſſeſſione quod timenda non ſit; dixi ſupra num. 315. ea præſertim ratione, quia continuans ſuam poſſeſſionem, nec attentare, nec contrauenire dicitur, & propterea inde ſequitur quod inhibitioni contrauenire non dicitur qui ſuam poſſeſſionem continuat, cap. 1. vbi notant omnes, extra vt lit. penden. Calderin. inter conſilia Ancharani conſ. 236. incip. Inhærendo in finalibus verbis, vbi inferendo dixit ſuperiorem non poſſe inhibere inferiori ne ſua iuriſdictione vtatur, Pariſ. conſil. 39. num. 8. & ſeqq. lib. 1. & conſil. 172. num. 14. lib. 4. Dec. conſil. 460. nu. 20. Neuizzan. conſil. 82. num. 12. & num. 35. Aegid. dec. 529. Mandoſ. de inhibitione quæſt. 9. ſub num. 3. & quæſt. 23. & ſuper regul. de ſubrogan. quæſt. 8. nu. 5. Gabriell. rubr. de acquir. poſſeſſ. concluſ. 6. nu. 8. lib. 5. Hier. Gabriell. conſil. 52. num. 17. lib. 1. Quos ſic dicentes refert, & ſequitur Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 4. limitat. 1. num. 10. & cap. 20. limitat. 9. Propoſitæ regulę ſequuntur ampliationes, & illationes.

235 INHIBITIONI ſicut quis contrauenire non dicitur continuando ſuam poſſeſſionem, vt mox dixi, multo minus contrauenire, innouare, aut attentare dicitur is, qui non inhibitus lite pendente ſuam continuat poſſeſſionem, ad gloſ. in cap. non ſolum, de appellat. in 6. & in clement. 2. vt lit. pendent. Prob. ad Io. Monac. in cap. 1. vt lit. penden. in 6. Vbi teſtatur

de

de communi,de qua etiam teſtatur Ant. Gabr. rubr. de acquir.poſſeſſ.lib.5.concl.6. in princip. & voluit Rota dec.10.aliàs 89. Nota quod vbi poſt de appel. in antiq.& dec.44.alias 344. licet in cauſa eod. tit. in nouis,vbi amplius dicitur,quod is qui lite penden te a ſua poſſeſſione deſiſtit,dicitur deſipere, Capyc. deciſion.72.ſub num.2.Pariſ.conſil.41.nu. 38.lib. 1.Bellon.conſil.18.num.24.& ſeq. Bero. conſil.87. num.5.lib.1.Natta conſil.606.nu.16.lib.3. Menoc. de recuper.poſſeſſ.remed.17.quæſt.17.num.49.Lancellott.qui alios refert de attentat.par.2.cap.4. limitat.1.num.2.Vbi hanc concluſionem firmat pro regula,eamque ampliat,& limitat pluribus modis,de quibus infra dicam.Addo, & Honded. conſil. 100. num.85.lib.2.cum allegatis per eum.

326 INHIBITIONI contrauenire,ſeu attentare non ſolum non dicitur,qui ſuam poſſeſſionem continuat, ſed nec etiam ſpoliare, Rota deciſ. 11. alias 259. Si Rector de reſtitut.ſpoliat. in nou. Dec. conſil. 460. num.20.lib.3.Alciat.conſil.100.incip.Alciati cauſa in fine nu.8.lib.5.vbi propterea dixit,quod reficiens rem ab ipſo poſſeſſam etiam poſt inhibitionem ſibi factam, non dicitur innouare, & fuit reſolutum in vna Rauennaten. bonorum coram Gropperio 10. Decembris 1563. in qua fuit dictum nec etiam per locationem factam lite pendente, ſeu poſt inhibitionem aliquid attentatum fuiſſe. Ex quo in facto prępſupponebatur locatores ante locationem factam eſſe in poſſeſſione rei ligatæ, quam deciſionem refert, & ſequitur Lancellott.de attentat.par.2.cap.4.limit. 1.num. 59.& ſeqq. vbi ampliat etiam quod locatio fuerit facta potentiori,& nobiliori.

327 INHIBITIONI contrauenire,aut attentare non dicitur,qui ſuam poſſeſſionem continuat non ſolum in prima inſtantia,ſed etiam in ſecunda , appellatio enim non debet quem ſua poſſeſſione, aut poſſeſſionis commodo priuare l.ſciendum §.penult.ff. qui Satiſdar.cogan.gloſ.in l. Imperatores §. final. in verbo Aduerſario,ff.de appellat.Franc. in cap. cum teneamur num.8.& in cap.ſæpe num. 35.& in cap. adhęc quoniam in princ. de appellat. vbi dixit Epiſcopum per diffinitiuam ſententiam depoſitum,ſi appellauit, poſſe liberè appellatione pendente excommunicare ſua iuriſdictione vti,ſuumq; officium exercere , idem Franch.in c.ad præſentiam in princ. de appellat. vbi pariter dixit clericum poſt legitimam appellationem excommunicatum,poſſe pendente appellatione abſque aliqua irregularitate celebrare ſuumq; in diuinis officium exercere,Rota deciſion.24.alias 615.Nota quod licet de dolo , & contumacia in antiquis. Mandoſ.ſuper reg.de ſubrogan.quæſt.8.num.4.& in tractat.de inhibitione quæſt.23.cum allegatis per eum & per Lancellott.de attentat.par.2.cap.12. limitat. 26.num.1.& ſeqq. vbi huius concluſionis in ſpecie plures affert ampliationes, & limitationes.

328 INHIBITIONI contrauenire aut attentare non dicitur,qui ſuam poſſeſſionem continuat,etiam ſi vſus poſſeſſionis eſſet principaliter contra ius deductum in iudicio , gloſ.in cap. non ſolum de appellat. in 6.Franch.in cap. ſignificante in 4. notab. & num. 9.verſic.in gloſ.1.de appellat.Card.in clement. 2.in 2.oppoſit.de appellat.Pariſ.conſil.39. num.6. lib.1. Ruyn.conſil.57.num.3.lib.4.Dec.conſil.97.in princip.lib.1.quos refert, & ſequitur Lancellott. de attentat.par.2.cap.4.limitat.1. num.8. & 9. Vbi hanc concluſionem declarat, niſi poſſeſſio eſſet contra ius id eſt,capta lite pendente; continuatio enim poſſeſſionis iniuſtæ lite ſcilicet pendente captæ non excuſat contrauenientem, vt ibi per eum.

329 INHIBITIONI contrauenire non dicitur, nec attentare , qui ſuam poſſeſſionem continuat,non ſolum quando ſumus in continuatione veræ, & actualis poſſeſſionis,verum etiam quando eſſemus in continuatione poſſeſſionis,quæ habetur per clauſulam conſtituti,Pariſ.conſil.172.ſub num.12.lib.4. Lancellot.de attentat.par.2.cap.4.limitat. 1.num.13.& 14.& cap.20.limitat.9. num. 4. vbi hanc concluſionem declarat non procedere , quando lis eſſet ſuper validitate , ſeu inualiditate contractus , in quo erat appoſitum conſtitutum; tunc enim poſt factam inhibitionem quis ſub prætextu d. conſtituti poſſeſſionem continuare non poteſt ſine vitio attentatorum ex Cott.quem allegat deciſ. 168. vide quæ dixi ſupra quæſt.175.num.14. &num.202. & ſeq. & num. 234.& ſeqq.& num.247.& nn.275.& ſeqq. vbi poſui an liceat authoritate propria occupare rem vigore clauſulæ conſtituti.

330 INHIBITIONI contrauenire non dicitur, nec attentare, qui ſuam poſſeſſionem continuat,non ſolum quando talis continuatio fit ab eadem perſona, ſed etiam quando fit ab alia perſona, repræſentante tamen illum, de cuius poſſeſſionis continuatione tractatur,prout eſt hæres vniuerſalis, qui abſque attentatorum vitio poſſeſſionem bonorum defuncti apprę hendere poteſt,etiam lite pendente ad tex. in Auth. nunc ſi hæres vbi Bal.col.1. verſic. nota iſtam C. de litigioſis,& in corpore,vnde ſumitur in auth.de litigioſis in princip.verſic.& hoc adijciendum,& voluit Rota in vna Maſſanen. Baroniarum coram Oradino 5. Nouemb. 1565. pluribus comprobat Lancell. de attentat.d.part.2.eodem cap.4. limit.1. num. 15.& ſeqq.vbi etiam proponit contraria,illis reſpondet,& hanc concluſionem declarat procedere in tertia perſona,repræſentante tamen illam,de cuius poſſeſſionis continuatione agitur ; ſecus in perſona prorſus diuerſa,& in quo non cadit præmiſſa repræſentatio, & vide ad hanc materiam quæ dixi ſupra quæſt. 175. num.283.& ſeqq.vbi poſui an,& quando hæres poſſit propria authoritate hæreditatis poſſeſſionem capere.

331 INHIBITIONI contrauenire non dicitur, qui ſuam poſſeſſionem continuat,in tantum,vt pro continuatione ſuæ poſſeſſionis liceat etiam, ſi opus fuerit per vim,& conuocatis hominibus armatis volentes ingredi,& turbare,expellere,& deijcere,prout dixi ſupra in quæſt.175.num.85.& ſeq. imò , & etiam liceat

liceat poſſeſſionem, de qua quis deiectus fuit in continenti pariter, & per vim, & conuocatis armatis hominibus recuperare, cum etiam, & tunc dicatur quis non ſpoliare, ſed ſuam poſſeſſionem continuare, prout dixi eadem quæſt. 175. num. 81.

332 INHIBITIONI contrauenire non dicitur, nec attentare, qui continuat ſuam poſſeſſionem, etiam inſtrumentalem, dummodo re vera per inſtrumentum fuerit acquiſita poſſeſſio, prout alias reſoluit Rota in vna Vrbeuetana Parochialis corā Accarambono 5. Maij 1557. & in alia Illerden. Sacriſtiæ coram Cantuccio die 9. Decembris 1555. & in alia Rom. Canonicatus S. Mariæ Rotundæ coram Cotta 19. Nouembris 1562. Quas quidem deciſiones refert, & ſequitur Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 4. limitat. 1. num. 71. & ſeq. & nu. 4. & ſeqq. vbi tamen declarat hoc procedere, quādo per inſtrumentū fuiſſet acquiſita poſſeſſio, ſecus ſi nihil fuiſſet acquiſitum, & ibi ponit tres caſus in quibus inſtrumentalis hęc poſſeſſio pro non poſſeſſione habetur, & non excuſat continuantem in d. poſſeſſione ab attentatorum vitio.

333 Quorum præcipuus eſt ille, quando alio exiſtente in poſſeſſione quis per inſtrumentum poſſeſſionem acceperit; tunc enim alio exiſtente in poſſeſſione, & non expulſo, inſtrumentalis poſſeſſio non meretur nomen poſſeſſionis, ſed dicitur quidam actus vanus, nullum poſſeſſori tribuens ius, l. Peregrè, §. final. vbi gloſ. in verbo ingreſſus, ff. de acquirend. poſſeſſione, Aretin. conſil. 32. num. 5. verſic. ſed in caſu noſtro, Dec. conſil. 400. num. 9. Bero. quæſt. 47. per tot. Beninten. deciſ. Bonon. 93. per totam, Biſignett. deciſ. 8. in fine de cauſa poſſeſſ. & propriet. Put. deciſio. 2. & deciſ. 6. & dec. 15. eodem tit. Caputaquen. deciſ. 379. lib. 1. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 20. num. 7. & ſeqq. vbi amplius quod iſto caſu niſi effectualiter expellatur Colonus poſſeſſio non transfertur etiam quod idem Colonus recognouiſſet in dominum illum, qui per inſtrumentum poſſeſſionem cæpit ei reſpondendo de fructibus, & etiam ſciente, & non contradicente vero domino, & poſſeſſore.

334 INHIBITIONI contrauenire non dicitur, nec attentare, qui ſuam poſſeſſionem continuat non ſolum ſi habeat poſſeſſionem in ſpecie, ſed etiam ſi habeat poſſeſſionem in genere, pone exemplum, vt per Lancellot. de attentat. d. cap. 4. limitatio. 1. num. 46. & ſeqq. vbi etiam declarat. Imo ad hoc vt continuatio poſſeſſionis excuſet ab attentatis ſufficit præſumpta poſſeſſio, Rot. deciſ. 10. aliàs 89. nota quod vbi, verſic. & ratio, de appellatio. in antiquis, cum alijs per Lancellot. vbi ſupra nu. 78. & num. 48. vbi hanc concluſionem limitat quatuor modis. Et amplius ſufficit poſſeſſio rei principalis, vt quis cenſeatur illam continuare etiam in annexis, & acceſſorijs, licet quis in dictis annexis verè, & actualiter non fuerit in poſſeſſione, vt ibidem per Lancellott. num. 57. & ſeqq. vbi bene exemplificat, & declarat. Nunquid autem ad effectū præmiſſū ſufficiat ciuilis poſſeſſio, dixi ſup. q. 165. n. 61. & declarat etiā Lanc. vbi ſup. n. 67. & ſeq.

Nunc ſequuntur limitationes.

335 INHIBITIONI contraueniens non excuſatur dicendo ſe continuare ſuam poſſeſſionem, quando Papa cauſam ad ſe auuocaſſet, Franch. in cap. Vt noſtrum, colum. 3. ſub num. 5. verſic. In eadem gloſ. de appellationibus, Pariſ. conſil. 39. ſub num. 7. lib. 1. cum allegatis per eum Rot. deciſ. 4. aliàs 76. de teſtibus in nou. Gabriell. rub. de acquirenda poſſeſſione lib. 5. concluſ. 6. num. 14. & ſeqq. vbi hanc concluſionem declarat duobus modis. Primo, vt procedat quando per continuationem poſſeſſionis fieret præiudicium negocio principali, alias ſecus; Secundo, vt procedat in auuocatione cauſæ non autem in commiſſione appellationis, vt ibi per eum quem refert, & ſequitur Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 4. limitat. 1. num. 69. & declaratio. 4. num. 35. vbi amplius quod quando Papa auocauit cauſam, tunc quis non ſolum non poteſt vti ſua poſſeſſione, & illam continuare, ſed nec etiam alio iure ſibi competente pro manutenenda ſua poſſeſſione, experiri poteſt.

336 INHIBITIONI contraueniens non excuſatur ex eo quod dicat ſe ſuam poſſeſſionem continuare, quando eadem poſſeſſione vteretur non eo modo quo ante litem vtebatur, ſed diuerſo; ſic enim probat tex. in cap. cum teneamus, de appellation. vbi præſertim Franch. in primo notabili, dum ibi dicitur non attentare eum, qui vtitur eo modo, quo ante litem vtebatur; inde enim ſequitur ſumpto argumento à contrario ſenſu, quod ſi diuerſo modo vteretur eſſet attentatum, & contrauentum, & in ſpecie ſic expreſsè voluit gloſ. in cap. Non ſolum. in gloſ. Magna ad medium, verſ. Dic tamen, & ibi communiter notant omnes Doct. de appellation. in 6. Alex. cum alleg. per eum in addit. ad Bart. in l. prima in verbo Litigioſa, ff. de litigioſis, Bero. conſil. 118. nu. 7. & ſeq. * & num. 24. lib. 3. Vbi etiam de communi cum alijs per Lancellott. de attent. par. 2. d. cap. 4. eadem limitat. 1. num. 70.

337 INHIBITIONI contraueniens non excuſatur ex eo quod dicat ſe continuare ſuam poſſeſſionem quando poſſeſſionem quis habet eſſet de iure ſpeciali, vt purà ex priuilegio non autem de iure communi ſecundum Paul. de Caſtr. in conſil. 403. incipiente Illaque num. 2. lib. 1. quem refert Prob. ad Io. Monach. in cap. 1. vt lit. pendent. in 6. Lancellot. qui benè hanc cōcluſionem exemplificat, & benè etiam de illius veritate diſputat in tractat. de attent. part. 2. cap. 4. limitat. 1. num. 73. & ſeqq.

338 INHIBITIONI contraueniens, tunc demum excuſatur continnando ſuam poſſeſſionem quando ſcilicet verè aut præſumptiuè conſtat de poſſeſſione quam quis dicit ſe continuare, ſecus ſi eadem poſſeſſio reuocaretur in dubium per teſtes, qui dicerent aduerſarium eſſe in poſſeſſione, & ſic quando poſſeſſio eſſet turbida, vel etiam teſtes eam probātes fuiſſent nulliter examinati; tunc enim prætenſæ poſſeſſionis continuatio non excuſat à contrauentione, & ab attētatis Rot. deciſ. 10. aliàs 89. nota quod vbi de

de appellation. in antiquis. Caputaquen. deciſ. 125. par. 1. Franc. in cap. ſignificante num. 10. verſic. ſed quando conſtaret de appellatibnibus, Alex. conſ. 99. num. 6. lib. 5. Dec. conſil. 103. num. 2. lib. 1. cum alijs per Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 4. limitatio. 1. num. 78. & ſeqq. vbi etiam bene declarat, quando poſſeſſio dicitur turbida, & capit. 20. limitation. 9. num. 5.

339 INHIBITIONI contraueniens, tunc demum excuſatur continuando ſuam poſſeſſionem à contrauentione, & ab attentatis, quando ſcilicet continuantis poſſeſſio ſit antiqua, ſecus ſi recens, vtputa quia illam habuerit pauloante litem motam, ſi enim ſtatim habita poſſeſſione poſſeſſor deſuper incontinenti litem introduxerit, non poteſt ab attentatis ſe excuſare, dicendo quod continuat ſuam poſſeſſionem, quia vt dixi poſſeſſio non eſt antiqua, ſed noua, vt bene conſuluit, Bero. conſil. 110. num. 39. & ſeq. lib. 3. quem refert, & ſequitur Lancellot. de attentat par. 2. cap. 4. limitat. 1. num. 87. & ſeqq. Vbi etiam num. 90. idem dixit, quando in continuante ſuam poſſeſſionem notaretur quædam perfidia, de qua ibi per eum, & vide ſupra quæſt. 175. num. 81.

ARGVMENTVM.

INQVISITIO an poſſit cumulari cum accuſatione, & an per ſuperuenientem accuſationem ceſſet eadem inquiſitio.

SVMMARIVM.

Inquiſitionis remedium non ordinarium, ſed extraordinarium eſt, num. 340.
Fallit de generali conſuetudine, nu. 345.
Declara fallentiam, vt num. 346. in fine, verſ. Vbi amplius.
Inquiſitio, & accuſatio, inſimul cumulari non poſſunt, num. 340. verſ. Ex eadem concluſione. Contra num. 341. Pro concordia diſtingue vt num. 342.
Accuſare volens præfertur Iudici inquirenti, num. 340.
Accuſatio propoſita coram alio Iudice, quàm coram Iudice inquirente, facit ceſſare inquiſitionem, num. 340 in fine.
Iudex inquirens, poteſt parti offenſæ terminum præfigere ad accuſandum, num. 343. vbi quod ſi in termino præfixo non accuſauerit, poteſt Iudex in inquiſitione ad vlteriora procedere. Declara vt nu. 346 verſ. Et ex hac.
Pars offenſa, ſi declarauit ſe nolle accuſare offendentẽ, non admittitur amplius ad accuſandum, num. 343 verſ. Dum enim.
Inquiſitio differtur quando offenſus comparet in iudicio, petitque terminum ad accuſandum, num. 343 in fine, verſ. Et pro notabili.
Inquiſitio non ceſſat per ſuperuenientem accuſationem, quando accuſator Iudici dedit licentiam inquirendi. num. 344. Declara vt num. 346. verſ. Sic ex eadem conſuetudine.
Inquiſitio hodie formatur ex officio Iudicis, & ad querelam partis ſimul, num. 345. in fine, verſ. Et hinc apud nos.

340 INQVISITIONIS remedium non ordinarium, ſed extraordinarium eſſe dixi ſupra in tit. de inquiſitione quæſt. 1. num. 7. vbi propterea iudicem regulariter inquirere non poſſe ex officio ac cuſatore non interueniente communiter receptam eſſe teſtatus fui. Quicquid ſecus ſenſerint Andr. Fachineus, & Hier. Cęuall. in locis ibi per me relatis, & hanc concluſionem num. 8. & ſeqq. tribus modis limitaui principaliter. Ex eadem concluſione infertur etiam quod inquiſitio, & accuſatio, quæ dicitur ordinarium remedium non poſſunt inſimul cumulari, & ſic pars accuſare volens, præferenda eſt iudici inquirenti, imo, & inquiſitionem ceſſare facit ſecundum Alberic. in tertia parte ſtatutorum quęſt. 57. vbi ità communiter ſeruari teſtatur, Boſſ. poſt Bal. in loco per eum relato in tit. de inquiſit. nu. 19. vbi pariter teſtatur practicam eſſe, quod ſi accuſatio eſt plenior ſuper ea proceditur, & iudex pronunciat non eſſe procedendum in inquiſitione, & hanc Baldi practicam a practicis iudicibus obſeruari teſtatur, Hieron. Giacchar. in additioñ. ad Clar. in loco infra allegando littera B, Roman. in l. edita poſt num. 138. C. de edendo vbi teſtatur, quod ita omnes concludunt, Clar. in pract. §. fin. quæſt. 3. num. 4. in princip. vbi quod in hoc propoſito omnes Doctores ſic fatentur, Baiard. ibidem in addition. num. 5. vbi hanc illationem multo magis procedere affirmat quando accuſatio proponitur non coram iudice inquirente, ſed coram alio; tunc enim ſciret inquiſitio ea alia ratione, quia ſcilicet erectio iudicum eſt actoris ſecũdum Aug. de Vbald. quem allegat in repet. l. ſi vacantia num. 221. C. de bonis vacantibus lib. 10.

341 Contrarium quod imo de iure accuſatione ſuperueniente poſt inquiſitionem procedatur ſuper vtroque iudicio, inquiſitionis ſcilicet, & accuſationis, & ſuper vtroque ſimul vnica tantum feratur ſententia fuit opinio Nicol. de Matarel. de qua mentionem facit Aretin. licet eam non ſequatur in d. capit. qualiter, & quando in princip. poſt num. 14. verſic. ſecunda fuit, referens Butr. ibi poſt nu. 13. dicentem, quod hæc opinio eſſet approbanda per Principes, & Pontifices, quia ſecundum eam ceſſant omnia inconuenientia. Nam ſi compareat accuſator, qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, non excludetur à proſequtione ſuæ iniuriæ; pariter etiam procedente iudice ſuper inquiſitione, ceſſabit ſuſpicio colluſionis accuſatoris, & ſi ipſe colludet, non colludet iudex quos ſic dicentes refert etiam Clar. d. quæſt. 3. num. 6. ad medium.

342 In hac contrarietate ſuccedit diſtinctio Salicet. de qua per eundem Clar. vbi ſupra num. 4. in l. ea qui-

quidem num. 54. C. de accuſatio. dicentis, quod aut accuſator ſuperuenit ante receptas probationes, aut poſt primo caſu, aut poteſt imputari negligentia accuſatori, & non ceſſat inquiſitio, ſed accuſator repellitur aut vero non poteſt imputari, & tunc ſi proſequitur ſuam vel ſuorum iniuriam, auditur, & ceſſat inquiſitio, niſi eſſet ſuſpectus de colluſione. Si vero neq; ſuam neque ſuorum iniuriam proſequitur, non eſt audiendus. Secundo autem caſu quando ſcilicet accuſator ſuperuenit poſt receptas probationes, tunc aut delictum eſt probatum, & repellitur accuſator, aut non eſt probatum: & tunc admittitur. Et hanc Salicet. diſtinctionem communiter teneri teſtati ſunt Felin. Maran. Boſſ. & Diaz in locis relatis per Clar. d. num. 4. verſic. Ex hac autem concluſione, in fine.

343 INQVISITIONI per accuſatorem nullum de iure fit præiudicium, nec in ea per eandem accuſationem ſuperſedetur quando iudex inquirens parti offenſæ terminum ad accuſandum præfixerit; præfixo enim termino lapſo ſi pars non accuſet poterit vtique idem iudex ex officio procedere, neque offenſus ad accuſandum amplius admittetur, & ſic non impedietur proceſſus iudicis inquirentis vt per Alex. in addit. ad Bar. in l. 2. §. ſi publico poſt num. 2. in verbo Modum inquiſitionis ff. de adulter. vbi dixit ita practicari, & hanc Alexandri practicam ſequun-
* tur communiter Doctores teſte Blanc. in pract. crim. fol. 6. num. 41. & num. 43. & pro notabili cautela tradidit Cepol. cautel. 25. vbi propterea dixit quod ad differendum proceſſum inquiſitionis ſi comparet offenſus, petatque ſibi ſtatuti terminum ad accuſandum durante termino, ſtatuto non poteſt iudex inquirens procedere; ergo eodem termino lapſo iudex tute inquirendo procedat: & in Regno Caſtellæ à peritis iudicibus ita vt ſupra practicari teſtatur Ant. Gomez de delict. cap. 1. num. 17. ſicut illum refert, Clar. d. quæſt. 3. num. 7. verſic. & conſequenter, & num. 8. Dum enim offenſus abſque eo quod accuſet permittit labi terminum ſibi ad accuſandum præfixum videtur tacitè declarare ſe nolle accuſare quo caſu pœnitendo ad accuſandum amplius non admittitur, vt bene explicat Additio ad Cepoll. cautelam 25. littera A, poſt Bald. & Alexand. in locis ibi relatis, & ante iſtos voluit Bart. in l. Papinianus, §. 1. num. 2. ff. de inoffic. teſtament. cuius opinionem
* communiter teneri dixit Imol. in cap. Tuæ, circa finem de procuratoribus, prout illum refert Blanch. vbi ſupra d. num. 41. & poſt Blanchum Clar. d. num. 7. eod. verſ. Et conſequenter.

344 Et ex præmiſſis infertur etiam ad aliam cautelam ex qua datur alia practica ad euitandum ne accuſatio impediat accuſationem vt ſcilicet poſt porrectam accuſationem iudex inquirens faciat ſibi dari licentiam procedendi ad vlteriora ab accuſatore ſecundum Bar. in l. inter accuſatorem num. 8. ff. de public. iudic. vbi teſtatur hanc eſſe Italiæ conſuetudinem, & Bar. ſic dicentem referẽdo ſecuti ſunt Areti. in cap. licet nu. 20. de accuſationib. Afflict. in 2. par. Conſtitutionum Regni rubr. 1. poſt num. 28. Carau. ſuper Ritu Magnæ Curię 21. poſt num. 2. & ſic etiam ſeruari à cautis aſſeſſoribus ſcripſit Bal. in l. ſi accuſatoribus num. 4. C. de accuſationib. refert eum Ioan. de Anan. in d. cap. licet num. 6. & hos omnes Doctores pariter refert Clar. d. quæſt. 3. num. 9. verſic. Superflua etiam.

345 INQVISITIO licet vt dixi ſit remedium extraordinarium, & propterea ceſſet de iure adueniente accuſationis ordinario remedio, de conſuetudine tamen hodierna, & generali non ſic eſt, quia vt dixi ſupra d. quæſt. 1. num. 10. hodie inquiſitionis remedium eſt ordinarium, & in omnibus delictis etiam nemine accuſante iudex ex officio procedere poterit, & propterea ſuperueniente accuſatore poſt formatam inquiſitionem accuſatio non facit ſilere inquiſitionem nec e contra, ſed ambo ſimul concurrunt in principio, medio, & fine totius iudicij criminalis, vt bene explicat Clar. in §. fin. d. quæſt. 3. nu. 6. verſic. Hinc infert, vbi amplius ſubdit quod immo multoties in eodem proceſſu concurrit denunciatio, inquiſitio, & accuſatio, & hinc apud nos in vrbe ino-
* leuit communis notariorum practica, qui quãdo partium quærelas recipiunt, ſolent dicere Inquiratur ex officio, &c. & ad inſtantiam N. qui coram me, &c. quærelante expoſuit, &c.

346 Et ex hac generali conſuetudine ſequitur ſuperfluam eſſe practicam, ſeu cautelam ſupra poſitam, nè per accuſationẽ impediatur inquiſitio, vt ſcilicet iudex parti offenſæ terminum ad accuſandum præfigat, huius enim termini præfixionem in practica non ſeruari teſtatur, Alberic. in l. ea quidem poſt nu. 8. verſic. Nunc aliquas, C. de accuſationib. Amadeus de ſindicat. poſt num. 32. Boſſ. in tit. de inquiſit. nu. 68. & in tit. de citatione num. 41. Clar. d. quæſt. 3. num. 7. verſic. & conſequenter in fine. Sic ex eadem conſuetudine non ſeruari aliam cautelam ſuprapoſitam vt ſcilicet iudex inquirens faciat ſibi dari licentiam à parte offenſa procedẽdi ad vlteriora, cùm poſſit iudex ipſe ad publicam vindictam ex officio iam cœptam accuſationem proſequi, vel nouum proceſſum formare, ſcripſit Ang. de Malefic. in verbo Comparuerunt, & negauerunt totum, num. 20. quem refert Boſſ. in tit. de accuſat. nu. 14. & ambos etiam poſt Blanch. in loco per eum relato refert, & ſequitur Clar. vbi ſupra d. quæſt. 3. num. 9. ante med. Vbi amplius ſubdit, quod vbi non vigeret talis conſuetudo ſtandum eſſet in meris terminis iuris communis.

ARGVMENTVM.

INQVIRERE quando Iudex poſſit ex officio in cauſis ciuilibus, & ad priuatam vtilitatem.

SVM.

SVMMARIVM.

Inquirere ex officio ad priuatam vtilitatem quando iudex poſſit generaliter de materia,num.347.

Iudex non petente officium ſuum, quando impartiri poſſit,& debeat,nu.347.& ſeq. verſ. Præmiſſæ autem regulæ.

Iudex regulariter inquirere non poteſt ex officio ad priuatam vtilitatem,nu.348.

Iudex poteſt ex officio inquirere etiam in cauſis ciuilibus ad publicam vtilitatem, nu. 349.

Iudex ex officio inquirere poteſt etiam in cauſis ciuilibus pro reperienda veritate,num.350.

Iudex, an poſſit ex officio partes litigantes interrogare ad fundandum ius, & actionem in iudicio deductam, num. 350. verſiculo Et propterea.

Iudex ex officio inquirere poteſt ad fauorem miſerabilium perſonarum,nu.351.

Iudex poteſt ex officio interrogare teſtes poſt eorum publicationem,& didicita teſtificata,num.352.

Iudex poteſt ex officio inquirere,& inueſtigare rei innocentiam,num.353.

Iudex ex officio inquirere poteſt ſuper conſanguineitate ne inter eos inceſtæ ſequantur nuptiæ,num. 354.

Inquirere poteſt iudex ex officio contra vſurarium, & vſuras reſtituat,num. 355.

Iudex poteſt ex officio inquirere ad priuatam vtilitatem partis cum dolo aduerſarii præcluſa eſt agendi via,num.357.

Inquirere poteſt iudex ex officio ſuper iuribus, & ſtatu Eccleſiæ, num.357.

Inquirere poteſt iudex ex officio de iuribus Principis, num.358.

Inquirere poteſt iudex ex officio ad priuatam vtilitatem, vbi agitur de exequutione teſtamenti, num. 359.

Inquirere poteſt iudex ex officio ad priuatam vtilitatem,quando agitur de correctione peccatorum, & vbi imminet periculum animarum, num. 360.

Inquirere poteſt iudex ex officio in cauſa ſuſpecti tutoris, & etiam ex officio pupillo tutorem dare, num. 361. Vbi etiam an pupillo non petenti, & litiganti poſſit iudex dare curatorem ad lites.

Inquirere poteſt iudex ex officio ſuper diminutione patrimonii alicuius, vt releuetur a cenſu, num. 362.

Inquirit iudex ex officio contra publicos exactores ne plus debito exigant,num.363.

Inquirere poteſt iudex ex officio,vbi agitur de pia cauſa,num.364.

347 INQVIRERE ex officio in ciuilibus, & ad priuatam vtilitatem, quando iudex poſſit,vel alias ſuum officium non petenti impartiri,ſub hac quæſtione duę ſeparatim cadunt inſpectiones, vna nempe ſpecialis, quę inquiſitionem a iudice ex officio faciendam reſpicit, & de hac nonnulla in medium afferemus. Alia eſt generaliter, quæ de iudicis officio non petenti, non in partiendo pertractat, de qua nonnulla diximus in quæſtionibus Ciuilibus, & ad ibi ſcripta me remitto. Verum ſi de vna hac, & altera inſpectione plura, quam quę hic afferant, ſcire voluerit lector, illum remitto ad Soccin. reg. 197. & reg. 200. Vbi format duas regulas negatiuas, illaſque ſingulariter more ſuo, pluribus modis declarat, & limitat Bar. Polid. Rip. & alij omnes in l. quarta, §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto, Gloſ. in capitulo Vnico, vt eccleſiaſtica beneficia, Bart. in l. ſecunda, §. ſi publico, ff. de adulter. Bald. in l. Iubemus, ff. de probationib. Angel. in repetition. l. ſi vacantia, C. de bonis vacantibus, Angel. de Malefic. in verbo Hęc eſt quędam inquiſitio, num. decimoquarto, & ſequen. Canoniſt. in capitulo Ad noſtram, il ſecondo extra de iur. iurand. relati per Hieronim. Cuchalon. in addit. ad Ang. de Malefic. in verbo Hęc eſt quędam inquiſitio, num.48. poſt med. additionis, verſic. Tertiò in quantum, & per Olaſch. decis. Pedemont. 1. num. 42. omnino Prępoſ. Mediolan. in cap. De accuſat. num. 52. ſecunda quæſt. octaua.

348 INQVIRERE regulariter non poteſt iudex ex officio ad priuatam vtilitatem nemine petente c. innotuit ex de election l.4.§. hoc autem iudicium, vbi communiter Doct. ff. de damn. infect. l. cum poſtulaſſes, ff. cod. tit. l. reſcripto, §. ſi quis accuſatorem, ff. de muneribus, & honoribus, Roman. ſing. 525. Innocentius dubitat, in princ. verſ. Scis quod regulariter non poteſt ex officio inquirere Soccin. reg 200. in princ. qui loquitur non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, ſed in criminalibus ſatis ſuperq; ſuo loco dixi Ang. de malefic. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio num. 14. in princ. Præpoſ. Mediolan. in cap. de accuſat. num. 52. in princip. ſecunda quæſtione octaua.

Præmiſſæ autem regulæ ea potiſſimum affertur ratio, & quidam generalis, quia iudex non petenti ſuũ officiũ non impartitur l.1. C. vt quæ deſunt Aduoc. l.4. §. Hoc autem iudicium, ff. de damn. infecto, l. Ad Peremptorium, ff. de iudic. auth. qui ſemel, C. quomodo, & quando iudex, l. ſancimus, C. ad Tabell.

Hæc regula limitatur pluribus modis, de quibus infra dicam.

349 INQVIRERE poteſt iudex ex officio etiam nemine petente quando agitur de publica vtilitate, l. 1. §. ius publicum, ff. de inſtit. & iur. l. Congruit de offic. Præſid. §. 1. & §. Quoniam in auth. vt nulli iudices, l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcop. & cleric. Soccin. reg. 197. in prima fallent. Roman.

ſingular. 525. incip. Innocentius dubitat, verſiculo Primò ratione publicæ vtilitatis, Ang. de Malefic. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio, num. 15. vbi expreſſe loquitur, quando agitur de publica vtilitate pecuniaria, & ciuili Præpoſ. Mediolan. in cap. de accuſation. num. 53. verſ. Ad publicam autem vtilitatem 2. quæſt. 8.

350 INQVIRERE poteſt iudex ex officio etiam in ciuilibus inquirere pro reperienda veritate text. in Authen. de Tabellion. in princip. cum ibi notat. Soccin. reg. 197. in nona fallent. vbi loquitur poſt inſtrumentorum productionem in iudicio, debetque iudex etiam ex officio, & totis viribus veritatem indagare ex allegat. per Cathelian. Cott. in ſuis memoralibus, in verſiculo, Iudici conuenit, fol. mihi 357.

Et propterea nunquid iudex poſſit ex officio nedum ad inſtantiam partis litigantes interrogare ad fundandum ius, & actionem in iudicio deductam, & an partes ipſe reſpondere teneantur, & de materia vide Marant. in Specul. in quarta par. nona diſtinct. num. 16. & latius in ſexta parte, num. 3. & ſequentibus, Neuizzan. conſil. quinto, num. 20. & ſequentib. Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. primo, quæſt. 35. num. 23. & ſequen. & latius, lib. ſecundo, caſu 51. num. 18. & omnibus ſequentibus, Oſaſch. deciſ. Pedem. 10. num. 6.

351 INQVIRERE poteſt iudex ex officio ad fauorem Miſerabilium perſonarum l. Nec quicquam, §. Aduocatos, ff. de officio proconſul. l. ſancimus, §. quinto, ff. de adminiſtr. tutor. Bar. in l. 4. §. Hoc autem iudicium in quarta oppoſition. ff. de damno infecto, Soccin. reg. 197. in tertia fallent. Roman. ſingul. 525. Innocentius dubitat, in fin. verſ. Tertio, quia pro vtilitate miſerabilis perſonæ, Auguſt. ad Ang. de Malefic. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio, num. 34. & 35. Præpoſ. Mediol. in cap. de accuſ. num. 52. verſ. Item quando eſſent miſerabiles perſonæ oppreſſæ, ſecunda quæſt. octaua, Soccin. reg. 200. nu. 5. vbi allegat alia iura, & amplius ſubdit, quod non ſolum ad commodum miſerabilium perſonarum, quando ſunt oppreſſæ poteſt iudex inquirere ex officio; ſed etiam indiſtincte quando actus eſt pius.

352 INQVIRERE poteſt iudex pro reperienda veritate etiam interrogando teſtes poſt eorum publicationem, & didicita teſtificata, l. Vbi tenet, ff. de interrogator. action. §. illud in Auth. de teſtib. cap. cum clamor, de fide inſtrum. Bar. in l. 4. §. hoc autem iudicium in ſecunda oppoſitione, ff. de damno infecto, Soc. reg. 197. in 7. & 10. limitatione, vide quę dixi in tract. de teſtib. ſupra quæſt. 75. num. 184. & ſeqq.

353 INQVIRERE poteſt iudex ex officio rei innocentiam, & defenſionem, l. Si non defendatur, ff. De pœnis, l. Non tantum, & ibi Ang. ff. De appellation. Alios refert Nouell. reg. 28. in quarta fallent. Præpoſit. Mediolan. in cap. de accuſat. num. 52. verſ. Item quando Iudex vult inquirere de conſanguinitate ſecunda quæſtione octaua.

354 INQVIRERE etiam poteſt iudex ex officio ſuper conſanguineitate coniugum, ne inter eos inceſtę ſequantur nuptiæ, cap. In iudicio de clandeſtina deſponſatione, & notatur in cap. Porro de diuortijs, & in cap. ſignificauit de officio ordinarij, Soccin. regul. 197. in 16. fallent. Præpoſ. Mediolanen. in cap. de accuſ. num. 52. verſ. Item quando iudex vult inquirere de conſanguineitate, 2. quæſt. 8.

355 INQVIRERE poteſt iudex ex officio, etiam parte non petente contra vſurarium, vt reſtituat vſuras ad priuatam vtilitatem, etiam quod qui vſuras ſoluit iuraſſet illas non repetere, cap. Ad noſtram il ſecondo extra de iur. iur. Soccin. reg. 200. in prima fallent. Ang. de Malefic. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio, num. 14. in quinta fallentia, & ibi Auguſt. in addit. nu. 32. vbi declarat quomodo in iſto caſu iudex debeat formare inquiſitionem, & num. 34. Nouell. reg. 28. in tertia fallent. ex Tiraquell. quem allegat in tract. de priuileg. pię cauſę, num. 152. in princ. & prope finem, Præpoſ. Mediolan. in cap. de accuſation. num. 52. verſ. Item inquiritur ad vtilitatem priuatam.

356 INQVIRERE poteſt iudex ex officio ad priuatam vtilitatem, quando propter dolum partis eſſet præcluſa via agendi, vt puta in eo, qui iurauit non agere contra aliquem, vt in exemplo vſurarum, de quo mox dixi l. Planè, & l. final. ff. De petit. hæredit. Auguſtin ad Ang. de Malefic. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio, num. 31. & ſeq. vbi alios refert concordantes, & bene materiam declarat Prępoſ. Mediolan. in capitulo Alienū, ſecunda quæſtione ſeptima, & in cap. De accuſ. num. 52. ad fin. verſ. Et generaliter, ſecunda quæſt. octaua.

357 INQVIRERE ex officio poteſt iudex ad vtilitatem eccleſiæ, & ſic vbi agitur de iuribus, & ſtatu eccleſiæ, quod in Papa tranſit ſine difficultate; ſed etiam in inferiore iudice eccleſiaſtico, quod indiſtincte poſſit ex officio inquirere de iuribus, & ſtatu eccleſiæ nedum contra occupantes bona Eccleſiæ relatis antiquiorum opinionibus firmare videtur, Soccin. reg. 200. in ſecunda fallent. Roman. ſingul. 525. incip. Innocentius dubitat, vbi tribus rationibus comprobat non ſolum Papam ex plenitudine poteſtatis, ſed etiam inferiorem iudicem poſſe ex inquiſitione procedere ratione exceſſus commiſſi in rebus, ſeu iure eccleſiæ, ibi addentes ampliant vt iudex indiſtincte ſuper iuribus eccleſiæ procedere poſſit ex officio, nedum ſuper iuribus occupatis, vel male detentis, Auguſt. ad Ang. de Malefic. in verbo Hæc eſt quædã inquiſitio, num. 33. vbi dixit, quod fauore eccleſiæ iudex poteſt formare ciuiliter inquiſitionem contra detentores rerum eccleſiarum, & num. 35. vbi, & ipſe concludit, quod quilibet iudex poteſt procedere per viam inquiſitionis ſuper rebus eccleſiæ, Præpoſit. Mediolan. in capitulo De accuſ. num. 52. verſiculo Item contra occultantem rem eccleſiæ, & verſiculo Item quando vellet inquirere ſuper ſtatu, & iuribus eccleſiæ.

IN-

358 INQVIRERE poteſt iudex ex officio de iuribus Principis l.penultima,& final.C.de bonis vacantibus lib. vndecimo, Innocent. & Ioan. Andr. in capitulo Ad noſtram il ſecondo, de iur. iurand. cum quibus communiter ibi tranſire Doctor. teſtatur Soccin. reg. 200. in tertia fallent. Roman. ſingular. 525. Incip. Innocentius dubitat verſ. Secundo quia in iuribus Principis temporalis.

359 INQVIRERE poteſt iudex ex officio etiam ad priuatam vtilitatem, vbi agitur de exequtione teſtamenti, capitulo Tua extra de teſtamentis, §. Si quis edificationem, in Authen. de electión. §. illud quoque in Authen. de hæredib. & falcid. & ibi Ang. cap. Ioannes,& capitulo Nos quidem extra de teſtamentis Soccin. reg. 200. in ſeptimo fallent. loquitur tamen in exequutione teſtamenti ad piam cauſam, Auguſtin. ad Angel. de Malefic. in verbo Hæc eſt quædam in inquiſitio num. 32. Præpoſ. Mediolan. in capitulo De accuſ. num. 52. verſic. Item inquiritur ad vtilitatem priuatam, ſecunda quæſtione octaua, vbi propterea dixit iudicem poſſe inquirere ex officio pro exoneratione conſcientiæ defuncti, & verſiculo Item pro exequutione vltimarum voluntatum.

360 INQVIRERE poteſt iudex eccleſiaſticus ex officio,& ad priuatam vtilitatem, quando agitur de correctione peccatorum, & vbi imminet periculum animarum, cap. Ad noſtram, il ſecondo, vbi Abb. & alij de iur. iurand. addentes ad Roman. ſingular. 525. Innocentius dubitat verſic. Et hęc opinio videtur verior Auguſt. ad Ang. de Malefic. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio num. 32. Præpoſ Mediolan. in cap. De accuſ. num 52. verſ. Item inquiritur ad vtilitatem priuatam pro ſalute animarum, vbi propterea infert poſſe iudicem ex officio inquirere contra occupatores bonorum alienorum.

361 INQVIRIT etiam iudex ex officio non ſolum in cauſa ſuſpecti tutoris, l. prima, ff. de ſuſpecto tutore, verum etiam in datione tutoris, l. Credendum, ff. qui pet. tut. l. Tutor a patrono, ff. de confirmatio. tutor, §. Sed hoc iure inſtitut. de Attilian. Tutor. Angel. de Malefic. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio num. 14. in prima,& ſecunda fallent. & ibi Auguſtin. in addition. num. 34. Præpoſ. Mediolan, in cap. de accuſ. num. 52. verſ. Item in crimine ſuſpecti tutoris, & verſ. Item circa dationem tutoris, ſecunda quæſt. octaua.

Numquid autem iudex poſſit ex officio dare pupillo non petenti, & litiganti curatorem ad lites, vide Miſinger. obſeru. 31. centur. 2. & Neuizzan. conſ. 17. num. 75. & ſeqq.

362 INQVIRIT iudex ex officio ad priuatam vtilitatem ad videndum cuius patrimonium ſit diminutum, vt releuetur a cenſu, l. final. ff. de cenſibus, Ang. de Malefic. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio, num. 14. in tertia fallent. Præpoſit. Mediolan. in cap. De accuſation. num. 52. verſ. Item cenſitor, ſecunda quæſt. octaua.

363 INQVIRIT iudex ex officio, & ad priuatam vtilitatem contra publicos exequutores, & exactores, ne exigendo tributa ſubditos iniuſte vexent, §. Coges in Auth. de mandatis Principum, Angel. de Malefic. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio, num. 14. in quarta fallent. Præpoſ. Mediolan. in cap. de accuſation. nu. 52. verſ. Item ad priuatam vtilitatem 2. quęſt. 8.

364 INQVIRERE poteſt iudex ex officio etiam quod ciuiliter agatur, vbi ad ſic inquirendum mouetur ex aliqua pietate Auguſtin. ad Ang. de Malefic. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio, num. 34. Vbi generaliter loquitur in omni cauſa pia Præpoſ. Mediolan. in cap. de accuſ. num. 52. verſic. Item quando aliqui occuparent, 2. quæſt. 8. vbi propterea dixit quod poteſt iudex ex officio inquirere contra occupantes bona, quæ venirent diſtribuenda ad ipſas cauſas,& in verſ. Item pro conſeruatione, vbi pariter dixit, quod pro conſeruatione piæ conſuetudinis poteſt iudex inquirere,& facere illam obſeruari etiam ad vtilitatem priuatam.

ARGVMENTVM.

INSTANTIA in cauſis criminalibus, quantum duret, & de eius effectibus.

SVMMARIVM.

Inſtantia in cauſis criminalibus regulariter perit per lapſum biennii, num. 365.

Inſtantia perempta in cauſis criminalibus pereunt acta ordinatoria, & probatoria. num. 366.

Inſtantia perempta in cauſis criminalibus accuſator amplius non auditur, & reus abſoluitur, & quomodo, num. 366. & ſeq.

Inſtantia in cauſis criminalibus biennio perit etiam quod non procedatur per inquiſitionem, num. 368.

Inſtantia in cauſis criminalibus biennio perit, & reus abſoluitur, & accuſator amplius non auditur, quando vltra quærelam recepta eſt aliqua probatio aliter ſecus, num. 368. verſ. Hoc tamen intelligendum eſt.

Inſtantia cauſæ criminalis non perit per lapſum biennii contra confeſſum, num. 369. Vbi etiam quid contra contumacem.

Inſtantia in cauſis criminalibus numquid per lapſum biennii dicatur perempta, quando cauſa non fuit expedita facto iudicis rei inquiſiti, vel tertii, num. 370.

Reſtitutio in integrum, an, & quando detur aduerſus lapſum inſtantiæ in cauſis criminalibus, num. 370.

Inſtantia in cauſis criminalibus, numquid

perempta dicatur in ſtatu Mediolani; num. 371. Vbi etiam quid ſeruetur in ſtatu Eccleſiaſtico.

Inſtantia in cauſis criminalibus per lapſum biennii numquid dicatur perempta de iure canonico, num. 371. in fine.

365 INSTANTIAM biennij lapſu perire in cauſis criminalibus ad litteram probat tex. in l. Properandum in princip. C. de iudic. ibi cum criminales quidem cauſas iam noſtra lex biennio concluſit, & in l. final. C. vt intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur, vbi pariter dicitur: criminales cauſas omnimodo intra duos annos a conteſtatione litis connumerandos finiri cenſemus; Quod & idem per iura prædicta aperte ſcripſerunt, Marant. in Specul. par. 5. num. 2. & nu. 5. Dec. inter conſil. criminal. diuerſ. tom. 1. conſ. 102. num. 20. & inter eadem conſilia, Anton. Galeat. Maluaticen. conſ. 210. num. 40. Grammat. vot. 31. num. 1. Carer. in practic. crimin. in tertio tractatu de homicid. & aſſaſſin. §. 28. excuſatur, num. decimo, Boſſ. in tit. de ſenten. num. 108. Carauit. ſuper ritu Magnæ Curiæ 248. num. primo Vinc. de Franch. deciſ. 250. num. 1. Mar. Ant. Eugen. conſil. ſecundo, num. 18. Roland. conſil. 94. num. 6. lib. primo, Baiard. ad Clar. quæſt. 51. nu. 19. & ſeqq. Scacc. de iudic. cauſarum ciuilium, criminalium, &c. cap. 94. num. 3.

366 INSTANTIA in criminalibus, quando eſt perempta, tunc quicquid ſecus ſit in ciuilibus perijſſe dicuntur, etiam non ſolum acta ordinatoria, ſed etiam probatoria in tantum quod reus amplius moleſtari non poteſt, nec accuſator amplius auditur, nec ad agendum admittitur ſecundum Salicet. qui ita communiter dici teſtatur in l. qui de crimine poſt numerum octauum, C. de accuſation. quem refert Capic. deciſion. 206. num. quarto cum alijs per Marant. in Specul. par. quinta, num. 47. & ſeq. 55. & 57. Grammatic. vot. 31. num. quarto, & ſequentibus, & num. 13. in fine, & num. 14. Carer. in practic. in 3. tract. de homicid. & Aſſaſſinio, §. 28. excuſatur num. decimo, verſic. Salicetus vero, Ant. Galeatius Maluaticen. conſil. crimin. diuerſ. 110. num. 40. tom. primo, Carauit. ſuper ritu Magnæ Curiæ 248. num. 13. & ſeqq. Clar. in pract. §. final. quæſt. 51. num. octauo, verſic. Alia etiam eſt defenſio, Roland. conſil. 94. num. 6. & ſeqq. lib. 3. Vincen. de Franch. deciſ. 250. num. ſecundo. Ex quibus ita communiter a Doctoribus receptum eſſe dubitandum non eſt, licet contrarium affirmauerit Sigiſmund. Scaccia dicto capitulo 94. num. tertio, verſic. Aut loquimur, & ſequen. & capitulo 95. num. tertio in fine, verſiculo Nota tamen.

367 Et licet gloſ. in dict. l. final. C. vt intra certum tempus in verbo Abſolui, dixerit iſto caſu ob peremptam inſtantiam, reum abſoluendum eſſe ab obſeruatione iudicij. Quod, & idem affirmarunt Dec. inter conſil. criminal. diuerſor. conſil. 102. num. vigeſimo, tom. primo, poſt Salicet. in loco per eum relato, Grammatic. vot. 31. num. primo, & num. 14. Roland. dict. conſil. 94. num. ſexto, lib. tertio, & Carauit. ſuper ritu Magnæ Curiæ 248. num. 16. & ſequentibus; Aduerte tamen, quod præallegati Doctores, & ſi admittant hanc abſolutionem debere eſſe ab obſeruatione iudicij, adhuc tamen affirmant ſequuta abſolutione prædicta, accuſatorem non eſſe amplius audiendum.

368 INSTANTIA in cauſis criminalibus licet bienno pereat, & hoc ſiue per denunciam, ſiue per inquiſitionem nedum ſi per accuſationem, aut quærelam procedatur ex allegat per Marant. in Specul. par. quinta, num. ſexto, Dec. inter conſilia criminalia diuerſ. conſ. 102. num. 20. tom. primo, Grammatic. vot. 31. num. decimo ſexto, Ioan. de Amic. conſil. 139. num. decimo, Carer. in pract. criminal. in tertio tractat. de homicid. & Aſſaſſin. §. 28. excuſatur, num. vndecimo, Baiard. ad Clar. quæſtion. 51. num. 19.

Hoc tamen intelligendum eſt quando vltra quærelam, ſeu inquiſitionem, recepta eſt aliqua probatio, vel examinati teſtes ſuper delicto: ſecus ſi nulli ſunt fuerint teſtes producti, vel recepta probatio, quia tunc inſtantia non currit, fuit opinio Petri de Bellapertica, quem referendo ſequuti ſunt, Carer. in practic. criminal. in tertio tractat. de homicid. & & Aſſaſſin. §. 28. Excuſatur, num. decimo, Grammat. dict. vot. 31. num. 15. Ioan. de Amic. conſ. 139. nu. 9. & ſeqq. & Carauit. ſuper ritu Magn. Cur. 248. num. 17. ad finem.

369 INSTANTIA cauſæ criminalis non perit per lapſū biēnij contra cōfeſſū: In cōfeſſū enim etiā perempta inſtātia, quod poſſit ferri diffinitiua ſententia voluerunt Bal. in l. Properandum in fine princip. & ibi Iaſ. col. penul. verſ. Tertio limita, C. de iudic. Ang. de Malefic. in verbo Inchoata, columna quarta, verſic. Vnum tamen, & ibi Auguſtin. de Arimin. in additio. column. penult. in fine, Felin. in cap. de cauſis, column. penult. verſ. Tertio limita de officio delegati, Alexand. ad Bart. in l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reorum in addit. incip. An ex inordinato, Abb. in c. cum venerabilis, num. 18. & ibi etiam Soccin. extra de iudic. Marſil. ſingular. 201. Marant. in Specul. p. 5. num. 60. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Roland. conſ. 94. num. 1. & ſeqq. lib. 3. Vbi tamen declarat hoc procedere in verè confeſſo, non autem ficte, & per contumaciam etiam ſtantibus ſtatutis, quod contumax habeatur pro confeſſo, quæ quidam declaratio fuit etiam de mente Ioan. de Amicis, dict. conſ. 139. num. 11.

370 INSTANTIA in criminalibus cauſis, licet per lapſum biennij expiret, & illa perempta, inquiſitus; ſeu accuſatus amplius moleſtari non debeat. Hoc tamen non procedit, vbi iudex fiſcus, vel accuſator facto è culpa ipſius rei fuerit impeditus. Nec per quærelantem ſtetit, quo minus cauſa non expediretur, l. Cum ipſe, vbi Bald. in princip. ff. de excuſat. tutor. Salicet. in l. Properandum, §. fi-

§. final. C. de iudic. Corſett. in ſuis ſingularibus, verſic. Iudex in ſingulari, incipiente ſi iudex impeditus iſto enim caſu ſuccurrendum videtur impedito, ſaltim ope reſtitutionis in integrum. Quod an verum ſit, & quando hæc reſtitutio concedenda ſit, & quid ſi impedimentum prouenit ex parte iudicis, vel culpa ipſius partis, ſeu etiam facto, & culpa tertij, & generaliter de hac materia vide Marant. in Specul. d. 5. p. num. 31. & ſeqq. Io. de Amic. conſ. 139. num. 1. & ſeqq. Carer. in pract. in tertio tract. de homicid. & aſſaſſin. §. 28. excuſatur, nu. 10. verſ. Et etiam an detur reſtitutio: Grammat. vot 31. nu. 2. & 10. & ſeqq. Carauit. ſuper rit. magn. cur. 248. num. 4. 5. 10. 12. & 17. Vinc. de Franch. deciſ. 250. num. 2. verſ. Dubitatum tamen fuit, & ſeqq. & omnino Sfortia Odd. de reſtitut. in integ. quæſt. 67. per tot. vbi licet loquatur in ciuilibus, Concluſiones tamen ibi per eum poſitæ applicari etiam poſſunt ad cauſas criminales.

371 INSTANTIA licet de iure communi in criminalibus cauſis pereat per lapſum biennij, itaut poſtea accuſator amplius ad agendum non admittatur in ſtatu tamen Mediolani, hoc non ſeruatur cum in eo, neque iuris communis, neque conſtitutionum illius ducatus inſtantia ſeruetur quin imo ex generali conſuetudine, etiam perempta inſtantia poteſt iudex proſequi proceſſum teſte Iul. Clar. in pract. §. fin. q. 51. num. 8. verſ. Alia etiam eſt defenſio, poſt Boſſ. in tit. de ſenten. num. 108.

Et in ſtatu Eccleſiaſtico, ſicut hanc defenſionem peremptionis inſtantiæ nunquam allegatam vidi, nec audiui ne dum a iudicibus admiſſam, ita etiam in eodem ſtatu, quod lapſo biennio nõ pereant acta probatoria, nec ordinatoria, & quod propterea reus alias accuſatus, carceratus, & relaxatus, ſi deinceps conſtiterlt de delicto, pro quo fuit accuſatus, & carcetatus, poſſit denuo carcerari, & puniri ſine vllo ſcrupulo ſeruari teſtatur Scaccia de iudicio cauſarum ciuilium, & criminalium, cap. 94. num. 3. verſ. Et licet contrarium ea ratione motus, quia ſcilicet de iure canonico, quod ſeruatur in terris eccleſiæ inſtantia numquam perit, vt in propoſito conſiderauit, Marant. vbi ſupra dict. quinta parte, num. 14. in princip. licet apud me hæc ratio non ſit multum tuta; cum non habeat locum in criminalibus cauſis, vt per Ananiam in capitulo qualiter, & quando, il ſecondo, §. licet autem num. ſexto de accuſation. quem benè in idem ponderat Clar. dict. verſ. Alia etiam eſt defenſio, num. 8. eumq. refert Mar. Anton. Eugen. conſ. ſecundo, num. 19.

ARGVMENTVM.

INSTRVMENTVM in parte falſum an, & quando in totum repetetur falſum.

SVMMARIVM.

Inſtrumenti falſitas in parte tollit ei fidem in totum regulariter, nu. 372. & 374. licet alii contra num. 373.

Notarius iurat fideliter exercere ſuum efficium, num. 374.

Teſtamenti, & Priuilegii falſitas in parte in totum illis fidem tollit, num. 375.

Inſtrumenti falſitas reperta in vno capitulo, in totum reddit falſum illud capitulum, num. 376.

Inſtrumenti falſitas in vno capitulo reddit falſa omnia alia capitula connexa, & acceſſoria num. 377.

Inſtrumenti falſitas reperta in vno capitulo reddit etiã falſa omnia alia capitula diuerſa, & ſeparata nu. 378. Contra nu. 379. Diſtingue, vt nu. 380. & 381

Inſtrumenti falſitas in parte reddit falſum totũ inſtrumentum, quando falſitas reſpicit ſolemnia, ſeu ſubſtantialia inſtrumenti, nu. 382.

Inſtrumenti falſitas reperta in loco, in tempore, in rogitu, in teſtibus, & ſimilibus reddit falſum totum inſtrumentum, num. 382.

Inſtrumenti falſitas reperta etiam in verbis narratiuis, ſeu enunciatiuis, reddit falſum totum inſtrumentum, num. 382. Declara vt num. 383.

Inſtrumenti falſitas in parte commiſſa, dolo, vel vitio notarii reddit totum inſtrumentum falſum, nu. 384. Secus quando hæc falſitas eſt commiſſa ſine dolo, & vitio, notarli, nu. 385. Declara, vt num. 386.

Inſtrnmenti falſitas in parte reddit falſum totum inſtrumentum, quando falſitas conſiſtit in eius ſubſtantia, vel circumſtantiis ſubſtantialibus num. 387. ſecus quando non reſpicit ſubſtantiam inſtrumenti, vel eius ſubſtantiales circumſtantias, num. 388.

Inſtrumenti falſitas in ea parte, quæ non reſpicit negotium de quo agitur, non vitiat totum inſtrumentum, num. 389.

Inſtrumenti falſitas in re tenui, & modica non reddit totum inſtrumentum falſum, num. 390.

Inſtrumenti falſitas reperta in acceſſorio non vitiat in totum, num. 391. Contra num. 392.

Inſtrumenti falſitas in parte non vitiat in totum, quando conſiſtit circa rem, cuius veritas aliunde demonſtratur, num. 393.

Inſtrumenti falſitas præſumpta in vna parte, non vitiat in totum, num. 394. & ſeq. Declara, vt num. 396. & ſeq.

Inſtrumenti Cancellatio, ſeu raſura in parte illius reperta non vitiat in totum, num. 394. & ſeq. Declara vt num. 396. & ſeq.

Aſcribens ſibi, & alteri puta Titio legatũ, licet reſpectu aſcribentis legatum præſumatur falſum, non tamen ſic præſumitur reſpectu Titii, num. 395

Inſtrumenti falſitas in parte probata per contumaciam notarii non reddit inſtrumentum falſum in totum, num. 398.

Inſtrumenti falſitas in parte, non reddit inſtrumentum falſum in totum, quando alias inſtrumenti partes conſtat eſſe veras ex confeſſione partis; num. 399. Idem quando pars acceptat inſtrumentum in alijs partibus, in quibus falſitas non reperitur, num. 400. Idem quando ex alia probatione conſtat de veritate aliorum capitulorum, in quibus falſitas non eſt commiſſa, num. 401. & num. 402. Vbi etiam quod ſufficit hoc conſtare per præſumptiones, &c.

372 INSTRVMENTVM in parte falſum, regulariter reputatur falſum in totum, eiuſque fides pariter, & In totum proſternitur, gloſ. eſt in cap. ad ſcripturas in verbo Quid in eis, diſt. 9. Vbi adducit in argumentum iura pro, & contra, & poſtea concludit, quod ſi aliquid falſitatis reperiatur in inſtrumento in totum ei non creditur per l. ſecunda, in fin. quam allegat, ff. de fid. inſtrument. Item glo. in cap. Quid ergo, in verbo Falſum 23. quæſt. 5. Bellaper. in l. ſi ex falſis, colum. 2. ad med. verſ. Ego credo contrarium, C. de tranſactionib. & ibi Cyn. num. 5. Bar. num. ſecundo, verſ. Aut inſtrumentum, eſt falſum propter vitium Notarij in prima lectura, & in ſecunda lectura verſ. Si de vitio falſitatis, Bald. num. 14. Alber. num. 4. vbi aliorum opinionibus relatis hanc tamen ſententiam de ſtricto iure veriorem affirmat Ang. num. 2. Paul. de Caſtro, num. 12. in princ. Alex. num. 10. Vbi licet multa dicat in hac tamen videtur reſidere ſententia, Iaſ. num. 9. Vbi teſtatur de * magis communi Doctorum ſententia quando falſitas culpa notarij proceſſit Iacob. de Sancto Georgio, * num. 17. & ſeq. Vbi de communi, Hoſtien. in cap. Fraternitatis, num. 6. in princ. extra de hæretic. & ibi etiã Ioan. Andr. num. 1. verſ. Dicimus tamen Felin. num. * 16. Vbi alijs relatis teſtatur de communi, & Marian. Soccin. num. 11. verſ. Secundo caſu & ſeqq. Vbi pariter relatis, & reprobatis contrarijs teſtatur de com- * muni, Bald. in cap. Cum adeo, num. 5. de reſcript. & in conſ. 28. ſub num. 2. verſ. Item inſtrumentum falſum lib. primo, & conſil. 66. num. primo, & num. quarto, lib. quinto, Barbat. conſil. 43. num. quinto, lib. primo, Corn. conſ. 61. num. 23. lib. tertio, Cæphal. conſ. 338. num. 56. lib. 3. & fuit opinio Pilei Modi cenſis in quæſt. 95. incip. Quæritur vtrum, totum inſtrumentum, & Barthol. Brixien. quæſt. 138. incipien. Aliquod inſtrumentum, Bonifac. de Vitallin. in titul. de falſiſ. num. nono, in princip. Al- * ba conſil. 485. num. pnimo. Vbi de communi, Ferran. Gargiar. inter conſilia criminalia diuerſor. conſil. 122. poſt num. 14. lib. ptimo, & conſil. 123. * num. 18. Vbi de communi relati per Menoch. de præſumptionib. lib. 5. præſumption. 21. num. ſecundo, verſic. Secunda fuit opinio, & ante eum Diaz regul. 348. in princip. Gabriell. lib. ſeptimo, concluſ. tertia, num. primo. Maſcard. de probationib. * lib. ſecundo, concluſ. 742. num. primo, vbi de communi.

373 Contrarium, quod inſtrumentum in parte falſum reputari non debeat falſum in totum voluit, & gloſſ. in l. ſecunda, in verbo Libri, C. de veteri iure enuclean. Vbi dixit, quod licet ratione partis, totum reputari debeat falſum l. vulgaris, §. quod ſi totum vas, ff. de furt. l. tertia, §. ſi quis tabulas, ff. ad Syllan. Contrarium tamen procedit in inſtrumentis per l. ſi ex falſis, C. de tranſaction. Vbi quod tranſactio facta ſub prætextu falſi inſtrumenti reſcinditur in eo ſolum, in quo falſitas eſt commiſſa, & detecta non in alijs, & ibi hoc adnotarunt gloſſ. in figuratione caſus, verſic. Ex hac lege nota, Iacob. Butrig. in ſummario, & column. final. verſic. Sed ipſe videtur male dicere, Odofred. num. nono, Aretin. num. ſecundo, column. ſecunda, verſic. Aut falſitas in vno capitulo, Alciat. num. 14. in princip. Boer. deciſion. 253. num. ſexto, relati per Menoch. de præſumptionib. lib. quinto, præſumption. 21. num. primo, & ante eum Gabr. lib. ſeptimo, concluſione tertia, num. ſecundo, verſic. Contrarium, quod indiſtincte: & hanc negatiuam ſententiam in puncto iuris veriorem defendit, & contrarijs reſpondet Andreas Fachin. controuerſ. iur. libro nono, capitulo 79.

374 Ratio primæ opinionis affirmatiuæ, quæ ni fallor magis communiter recepta videtur ea eſt, quia ſcilicet fides, & probitas notarij eſt, quid indiuiduum, eo præſertim, quia notarius in ingreſſu officij iurat fideliter exercere, quod iuramentum pariindiuiduum eſt, vt per Bald. in l. ſi ex falſis, num. 14. verſic. Ratio eſt, C. de tranſact. & ibi Alberic. num. quarto, verſic. Et quia tabellio iurauit Paul. de Caſtro, num. duodecimo, verſic. Quia attenditur fides Iacob in. de Sancto Georgio, num. 18. verſic. Et eſt ratio, Ancharan. in cap. Fraternitatis, num. ſecundo, columna prima in fine, verſ. Ratio eſt ſecundum Oldradum, & ibi etiam Felin. num. 20. verſic. Vltimo conſidera, & Marian. Soccin. num. 13. extra de hæretic. Bonifac. de Vitallin. in tit. de falſ. ſub num. nono, Hieronym. Cuccalon. in addition. ad Angel. de Malefic. in verbo Falſario, num. 45. littera D, in fin. additionis, & ante iſtos hanc eandem rationem conſiderauit Specul. in tit. de inſtrument. edit. §. Poſtremo, num. vndecimo, Menoch. qui hanc rationem benè comprobat dict. præſumpt. 21. num. 4. & 5.

Propoſita regula affirmatiua ampliatur, & limitatur pluribus modis, de quibus infra dicam.

375 INSTRVMENTI falſitas in parte vitiat in totum: hæc regula habet præſertim locum in teſtamentis, & priuilegijs in quibus ſpeciale eſt, vt vitium in parte totum vitiet argument. tex. in capitulo cum olim extra de priuileg. in capitulo Cum adeo, & ibi prima gloſſ. de reſcript. & in capitulo Inter dilectos de fid. inſtrumen. per quæ iura ſic firmauit Alberic. in l. ſi ex falſis, num. quarto in fine, verſic. Quidam etiam dicere voluerunt, C. de tranſactionib.

IN-

376 INSTRVMENTI falſitas in parte vitiat in totum: procedit abſque dubio hæc concluſio. quando præſertim agitur de ſubuertendo fidem vnius capitu li in inſtrumento continenti; falſitas enim in vno capitulo reperta quod viteret totum capitulum, nulla eſt dubitatio, ſecundum Bar. in l. ſi ex falſis nu. 12. in prima lectura C. de tranſact. cum alijs per Menoc. lib. 5. præſumption. 21. num. 30. Vbi loquitur quando falſitas reſpicit ſubſtantialia ipſius inſtrumenti, ſeu contractus, & negocij de quo agitur, & ante eum Gabriell. lib. 7. concluſion. 3. num. 15. vbi melius declarat concluſionem procedere quando falſitas non eſt circa ſubſtantialia inſtrumenti, ſed circa ſubſtantiam negocij, de qua agitur.

377 INSTRVMENTVM in parte falſum, in totum reputatur falſum: procedit hæc concluſio non ſolum quoad capitula connexa, & acceſſoria ſecundum gloſ. in cap. ſi ad ſcripturas in verbo Quod in eis, verſic. Solutio ſi plura, diſtinction. 9. item glo. in l. ſi ex falſis in figuratione caſus, in fine C. de tranſact. & ibi etiam Bar. num. 12. verſic. Aut in diuerſis, Roman. num. 9. Vbi etiam declarat quando capitula dicantur connexa, Salyc. num. 12. verſic. Aut non conſtat capitula vera eſſe, Fulgoſ. num. 8. verſic. Aliquando circa alia, Innocent. in cap. Fraternitatis num. 1. in fine verſic. Alij tamen dicunt, extra de hæretic. & ibi etiam Hoſtien. num. 7. ad fin. verſic. Alij dicunt. Ioa. Andr. colum. prima in fine, verſic. In gloſ. hic. Menoch. de præſumption. lib. 5. præſumption. 21. num. 15. & 16. & num. 31. & ante eum Gbar. lib. 7. concl. 3. num. 16. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſio. 742. num. 13.

378 Sed etiam in ſeparatis, & diuerſis; falſitas enim in vno capitulo reperta, tollit fidem inſtrumento, etiam in alijs capitulis diuerſis, & ſeparatis ſecundum Bal. in l. ſi ex falſis, num. 14. verſ. Si autem non eſt tantum ſuſpitio, ſed manifeſta falſitas, C. de tranſact. & ibi Alber. num. 4. vbi hanc ſententiam de ſtricto iure veriorem exiſtimat, Salyc. num. 12. ad fin. verſic. Alij dicunt, vbi teſtatur de tutiori opinione, & hanc affirmatiuam ſententiam, ſecundum aliquos approbarunt ex Innocentio (qui tamen ni fallor contrarium ſentire videtur) Anchar. in capit. fraternitatis num. 2. colum. 1. verſic. Et hoc dicunt quidam extra de hæretic. & ibi Ant. de Butr. num. 4.

* Vbi amplius teſtatur dictum Innocentij communiter teneri, Abb. num. 4. Marian. Soccin. num. 11. verſic. Secundo caſu & num. 12. Vbi refert argumenta Pilei pro, & contra, & poſtea ita concludit cum Innocentio, licet eum ſatis obſcurè loqui fateatur, & Anan. num. 10. in fine, verſic. Et pondera benè, vbi dixit ponderandum quod licet Doctores credant Innocentium ſentire pro negatiua ſententia, veritas tamen eſt quod ſentit contrarium Bal. conſil. 66. num. 4. verſic. Aut ſuper pluribus differentibus lib.

* 3. Soccin. iun. conſil. 41. num. 4. lib. 2. Vbi de communi prout illum refert Additionator ad Albam conſil. 224. littera I. in fine, Hieronym. Cuccalon. in addit. ad Ang. de malefic. in verbo Falſario littera D. in verbo Si ex falſis, Gabr. lib. 7. concluſion. 3. num. 17. verſic. contrarium, vbi loquitur etiam ſi falſitas committatur circa accidentalia inſtrumenti relati per Maſcard. de probat. lib. 2. concluſion. 742. num. 14. & iſta fuit opinio Ioannis antiqui Gloſſatoris in qua reſidere videtur Speculat. in tit. de inſtrumentorum editione §. Poſtremo num. 10. verſi. Quid ſi aliquod inſtrumentum, & num. 11. vbi præſertim quando falſitas reperitur in illo articulo, in quo eſt vis quæſtionis, & ibi Ioan. Andr. in addition. littera G, in verbo Venerearis, refert argumenta Pilei in loco præallegato.

379 Contrarium quod falſitas reperta in vno capitulo inſtrumenti non tollat in totum fidem in alijs capitulis, diuerſis, & ſeparatis voluit gloſ. in capit. ſi ad ſcripturas in verbo Quid in eis, diſtin. 9. in item gl. in l. ſi ex falſis in figuratione caſus, in fine verſic. Ex hac lege nota, & in verbo Firmis etiam, in fine verſ. Item intellige ſi cauſa ſit diuidua, C. de tranſact. & ibi etiam Bal. num. 3. in 3. notab. & Alberic. num. 4. vbi licet multa hinc inde deducat, & contrariã affirmatiuam ſententiam de ſtricto iure veriorem affirmauerit, hanc tamen gloſæ opinionem communiter in iudicio obſeruari vidiſſe teſtatur, Innoc. in capit. Fraternitatis nu. 1. in fine, verſic. Alij tamen dicunt extra de hæretic. Vbi ni fallor hanc ſententiam ſibi magis placere affirmat, & ibi etiam Hoſtien. num. 7. in fine verſic. Primum tamen dictum magis placet, idem Bal. conſil. 228. num. 2. lib. 2. Ripa in l. admonendi num. 125. in fin. ff. de iur. iuran. Ang. de Malefic. in verbo Falſario num. 45. & ibi Auguſt. in addit. remiſſiuè plures refert Doctores, Bonifac. de Vitallin. in tit. de falſ. num. 9. in fine, vbi quod hæc opinio ſibi magis placet, Adden. ad Albam conſil. 99. littera C. verſic. Item addo, Maſcar. de probat. lib. 2. concl. 742. num. 5. & nu. 11. & ſeq. Petr. Gregor. ſintagm. iuris lib. 36. cap. 5. num. 3. Menoch. de præſumption. lib. 5. præſumpt. 21. num. 42. Gabr. lib. 7. concluſion. 3. num. 4. in 2. ampliatione.

380 In hac contrarietate duas Doctorum diſtinctiones reperio, prima eſt vt opinio affirmatiua procedat quando falſitas eſt commiſſa cum dolo, & vitio Notarij, qui confecit inſtrumentum. Secunda autem quando falſitas proceſſit ſine dolo, & vitio eiuſdem Notarij iuxta ea quæ dixi infra in prima limitatione num. 384. & in ſpecie ſic voluiſſe videtur Bar. in d. l. ſi ex falſis num. 12. verſic. Aut inſtrumentum eſt falſum propter vitium Notarij iuncto verſic. aut propter aliũ defectum, & verſ. Aut ſunt capitula ſeparata C. de tranſact. in prima lectura, & hanc eandem diſtinctionem amplexi ſunt, in cap. Fraternitatis extra de hæretic. Abb. num. 4. verſic. Aut effectus non prouenit vitio Notarij, Felyn. num. 20. & Marian. Soccinus num. 14. verſic. Si vero falſitas non prouenit vitio Notarij, Foller. in prac. crim. in verbo item quod commiſit falſitatem num. 68. ante med.

* vbi de communi, Hieronym. Cuccalon. in addit. ad Ang.

Ang. de maleſic. in verbo Falſario, num. 45. littera D, verſ. Si ex falſis, Gabriel lib. 7. concluſ. 3. num. 4 Maſcard. de probation. lib. 2. concluſ. 742. num. * 15. Ex quibus negari non poteſt, ita communiter à Doctoribus receptum eſſe, licet Andr. Fachineus controuerſ. iuris lib. 9. cap. 79. ante finem, ſub verſ. Mouet me illa ratio dixerit falſitatem dolo Notarij commiſſam in vna parte inſtrumenti, non vitiare aliud capitulum ſeparatum.

381 Secunda offertur diſtinctio, vt prima opinio procedat, quando falſitas reſpicit ſolemnia, & ſubſtantialia inſtrumenti, à quibus tota inſtrumenti fides dependeat, iuxta ea quæ dixi in ſequenti Ampliatione num. 382. Secunda autem opinio quando falſitas non reſpicit ſolumnia, & ſubſtantialia inſtrumenti, ſed quando reſpicit ſubſtantiam negotij, de quo agitur. Sic enim concludere videtur Bart. in l. ſi ex falſis, num. 12. C. de tranſact. & ibi etiam Ang. num. 2. Paul. de Caſtro num. 12. in fine. Aretin. colum. 2. verſic. Aut falſitas in vno capitulo, vbi licet arguat pro, & contra. In hac tamen diſtinctio- * ne reſidere videtur quam etiam communiter teſtatur Curt. iun. ibidem num. 46. & ſeq. licet eam impugnet Abb. in cap. Fraternitatis, num. 4. verſic. Aut defectus non prouenit, & ibi magis clarè Card. Zabarell. num. 1. in fine, verſ. Sed quod inſtrumentũ, Foller. in pract. crimin. in verbo Item quod commiſit falſitatem, num. 68. Vbi poſt plura hinc inde rela- * ta teſtari videtur de magis communi Doctorum ſententia, Bonifac. de Virallin. in tit. de falſ. num. 9. in fine. Nec diſſentit Gabr. cum allegatis per eum, lib. 7. concluſ. 3. num. 14.

382 INSTRVMENTVM in parte falſum, reputatur falſum in totum, quando falſitas reſpicit ſolemnia, ſeu ſubſtantialia inſtrumenti, vel, vt alij dicunt, quando reſpicit ea in quibus eſt vis totius inſtrumenti, & de quibus notarius de viſu facit fidem, prout eſt in loco, & tempore, rogitu, teſtibus, & ſimilia. In his inquam, falſitas reperta, & commiſſa per Notarium, etiam per verba narratiua, & nunciatiua, vitiat inſtrumentum in totum, ſecundum Bar. in l. ſi ex falſis num. 12. verſ. Aut propter alium defectum, C. de tranſact. & ibi Ang. num. 2. Paul. de Caſtro num. 12. in fine. Roman. num. 35. in fine. Alexand. num. 11. Salyc. num. 12. verſic. Aut quæritur de vitio falſitatis, Aretin. colum. 2. ad fin. verſic. Non obſtat ſi diceretur. Fulgoſ. num. 8. verſic. Sed aliquando vbi loquitur quando vitium eſt circa milleſimum, Alciat. poſt num. 14. verſic. Alioqui ſi vel ad ſubſtantiam, * Curt. iun. num. 46. vbi de communi, & Rimin. num. 4. colum. final. verſic. Allegatur tamen Felyn. in capit. Fraternitatis num. 16. verſic. Et hanc concluſionem communem amplia, & ante eum ibidem Abb. num. 4. colum. 1. in fine verſic. Aut defectus Bonifac. de Vitallin. in tit. de falſ. num. 9. in fin. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 21. num. 6. & num. 27. & ante eum Diaz reg. 348. in prima ampliatione Gabriell. lib. 7. concluſ. 3. num. 3. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 742. num. 2. Andr. Facchin. controuerſ. iur. lib. 9. cap. 79. verſ. Iſtis ergo vbi expreſſe dixit quod quando falſitas eſt commiſſa circa locum celebrati inſtrumenti tunc vitiat in totum.

383 Declara dummodo verba narratiua, & enunciatiua in quibus falſitas reperitur ſint ſubſtantialia ſeù reſpiciant ſolemnia, & ſubſtantialia inſtrumenti prout exemplificant præallegati Doctores in loco, tempore, teſtibus, & ſimilia aliàs ſecus. Menoch. d. præſumpt. 21. num. 6. & ante eum Gabriel. lib. 7. concl. 3. num. 3. verſic. Et intellige. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 742. nu. 3. verſic. Intelligas hanc ampliationem.

Hucuſquè Ampliationes nunc ad limitationes deuenio.

384 INSTRVMENTVM in parte falſum, reputatur falſum in totum quando falſitas commiſſa eſt dolo, vitio, vel malitia Notarij ſecundum Paul. de Caſtro in l. ſi ex falſis num. 12. in princip. C. de tranſact. & ibi etiam Fulgoſ. num. 8. in princip. Iaſ. num. 9. vbi de * magis communi, Curt. Iun. nu. 49. Vbi pluribus hanc probat ſententiam, & Rimin. num. 4. vbi quod ita reſident communiter Doctores, Igneus in l. 3. §. ſi quis Tabulas verſic. Si autem nu. 43. ff. ad Syllanian. Ruyn. conſil. 63. num. 18. & conſil. 189. num. 20. in fine lib. 1. Pariſ. conſil. 23. nu. 253. lib. 1. Soccin. Iun. conſil. 132. num. 7. lib. 3. Alba conſil. 485. num. 1. * vbi de communi, Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 21. num. 3. & ante eum Grammat. conſil. ciuil. 66. num. 31. Vbi teſtatur de communi, de qua etiam Gabriell. lib. 7. concluſ. 3. nu. 2. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 742. num. 4.

385 Secus quando falſitas in parte inſtrumenti commiſſa reperitur non dolo, aut vitio Notarij, ſed ſine eius dolo, & vitio, vtputà ad aſſertionem partium: tunc enim inſtrumentum in totum non reputatur falſum ſecundum Igneum in l. 3. §. ſi quis, Tabulas nu. 108. verſic. Quarta limitatio, ff. ad Syllanian. Iacobin. de Sancto Georgio in l. ſi ex falſis num. 23. verſ. Quarto fallit, C. de tranſact. Felyn. in cap. Fraternitatis num. 20. extra de hæretic. Menoch. de præſum. lib. 5. præſumpt. 21. num. 20. & ante eum Gabriell. lib. 7. concluſ. 3. num. 12. in 6. limitatione, Maſcard. * de probat. lib. 2. concluſion. 742. num. 6. Vbi de communi.

386 Declara niſi falſitas ſit commiſſa circa ſubſtantialia, & ſolemnia inſtrumenti, tunc enim, etiam ſi non ſit commiſſa vitio Notarij, ſed per errorem, & ignorantiam; totum tamen inſtrumentum redditur falſum, Maſcard. de probation. lib. 2. concluſ. 742. num. 7. poſt Bart. Paul. de Caſtro, & Alex. in locis ibi per eum relatis, & ante Maſcard. Gabriell. lib. 7. concluſ. 3. num. 14. in fine, faciunt ſcripta per Innoc. in cap. Fraternitatis num. 1. verſic. Si autem ſuper his extra de hæretic. vbi magiſtraliter dixit, quod ſi falſitas reperitur commiſſa ſuper his, quę tangunt ſubſtantiam contractus, de quo ſit inſtrumentum, vel ſuper eis circumſtantijs (adde tu ſubſtantialibus) tunc inſtru-

ſtru-

ſtrumentum non valebit ſiuè ſcienter, ſiuè ignoranter falſum admiſceatur, & ibi Hoſtien.num.6. in fine verſic. Nec poteſt in hoc ignorantiam allegare, Ioan.Andr.num. 1.colum. 1. poſt med. eod. verſic. Nec poteſt in hoc ignorantiam allegare.Anchar. nu. 1. verſic. Tunc ſi ſcienter ſicut ignoranter, Ant.de Butr.num.4.verſic. Nec poteſt in hoc prætendere ignorantiam.Marian.Soccin.num.14.& Ioan.Anan. num.10.verſic.Iſtud pondera. Ex quibus negari non * poteſt ita communiter à Doctoribus receptum eſſe licet hæc recepta ſententia non placeat Menoch. in tract.de præſump.lib.5.præſump 21.num.29.ea mo tus ratione quia ſcilicet vbi adeſt error, ceſſat dolus & ceſſante dolo ceſſat etiam falſitas, ſed hæc Menochij ratio concludit quoad pœnam infligendam non quo ad tollendam fidem inſtrumento, de quo nunc agitur.

387 INSTRVMENTVM in parte falſum,in totum reputatur falſum, quando falſitas conſiſtit in eis ſubſtantia, vel circumſtantijs (adde tu ſubſtantialibus)ſecundum Bal.in l.ſi ex falſis num.12.& ibi Roman.num.34.in fine verſic. Sed tu aduerte Alex, num.10.poſt med.verſic.Ad hoc bene facit, & Fulgoſ.num.8.verſic.Sed aliquando eſſe vitioſum C.de tranſact.Innoc.in cap. Fraternitatis, num. 1. extra de hæretic.Vbi ponit exemplum quando contrahentes dixerunt ſolutionem eſſe faciendam in moneta argentea, & Notarius ſcripſit in aurea, & ibi Hoſtien.num. 6. verſic. Quod verum eſt;vbi ponit aliud exemplum,quando ſcilicet contrahentes agunt de Boue, & Notarius ſcripſit de aſino, & idem quando contractus,qui celebratur inter Petrum, & Martinum ſcribitur à Notario, quod celebratur inter Robertum, & Guglielmum, Ioan.Andr.num.1.verſic. quod verum eſt,Anchar.num.2. verſic.Aut illa falſitas, Ant.de Butr.num.4. verſic.Prædicta vero, Marian.Soccin.nu.15.;vbi ponit aliud exemplum quando ſcilicet fuerunt promiſſa decem,& Notarius ſcripſit de viginti, & Cardin.Zabarell.num.1.colum.1. in prima oppoſit.Alba conſil.485.num.1.Vbi de * communi, & anteiſtos vide ad idem Speculat. in tit. de inſtrumentorum editione §. inſtrumentum ergo num.10.& ſeq.Vbi relatis antiquorum opinionibus videtur concludere quod falſitas reperta in eo in quo eſt vis quæſtionis vitiat totum inſtrumentum Gabriell.lib.7.concluſ.3.num.1.& num.14.Maſcard. de probationib. lib. 2. concluſion. 742.num. 10.

388 Secus quando falſitas non reſpicit ſubſtantiam inſtrumenti, vel eius circumſtantias ſubſtantiales, tunc enim non vitiat totum inſtrumentum, vtputa ſi Notarius dixit contrahentem eſſe de vna terra,vel Parochia de qua non ſit.idē ſi dixit contrahentē eſſe filiū conſanguineū,vel affinē alicuius, & non ſit. idē ſi dixerit actum in domo.Titij,& domus nō erat Titij, ſed alterius, & his ſimilia ſecundum Paul. de Caſtr.in l. ſi ex falſis num. 12. verſic. Secus ſi non erat de ſubſtantialibus C. de tranſact. & ibi etiam Roman.num.35.Alex.num.10. poſt med. verſic. Et Paul.de Caſtro,& in verſ. Aduerte,Fulgoſ.num.8.ad fin.verſ. Aliquando circa alia,Iaſ.num.9. verſ.limita quando falſitas,Iacobin.de ſancto Georgio num.20 & Curt.Iun.num.53.Innoc.in cap. Fraternitatis nu. 1.extra de hæretic & ibi etiam Hoſtien. num.7.Ioa. Andr.num.1.colum.1.poſt med.verſ. Si autem errauit, Ancharan.num.2. Ant.de Butr. num. 4. colum. 1.in fine verſ.Secus ſi mentitus eſt,Abb.num.4.verſ. Sed ſi falſitas eſt orta circa alia extrinſeca, Marian. Soccin.num 14.verſ.Secus ſi errauit, & Cardin.Zabarell. nu. 1.colum. 1.in quinta oppoſ.verſ.Aliquando erratum fuit, Foller.in practic.crim.in verbo Item quod commiſit falſitatem num.68.ad finem.

389 Simile eſt quod dicitur falſitatem in ea parte inſtrumenti, quæ nullo modo reſpicit negocium, de quo agitur,non vitiare totum inſtrumentum, vt per Ant.de Butr.in cap.cum cauſa in fine de probat. Iacob.Butrig. in l. final. colum. 3. in princip. verſ. Et tunc aut allegat falſum in loco de quo non eſt quæſtio C.de edit.Diu.Adr.tolleri.Gabriell.lib.7.concl. 3.num.7.Maſcard. de probat.lib.2.concluſ. 742.nu. 8.& ſeqq.vbi declarat Menoch. de præſump. lib. 5. præſump.21. num.10.Vbi huius concluſionis eam reddit rationem quia ſcilicet hæc falſitas cum nemini noceat conſiderabilis non eſt.

390 INSTRVMENTVM in parte falſum non reputatur falſum in totum quando falſitas reperitur commiſſa in re tenui, & modica ſecundum Bal. in capit. Cum adeo num.4. verſ. Vel dic hoc verum,extra de reſcript.Menoch.de præſump.lib.5.præſump.21.nu. 18.& ante eum Gabriell.lib.7.concluſ.3. num. 11. in 5. limitatione.Maſcard. de probat. lib.2.concluſ. 742.num.21.

391 INSTRVMENTVM in parte falſum non reputatur falſum in totum,quando falſitas reperitur in aliquo acceſſorio, vtputa in pœna, vel Fideiuſſore Bal.in l.ſi ex falſis num.14. in fine C. de tranſactio. & ibi etiam Alciat. num. 14.verſ.Sed & falſitas circa acceſſoria, & Riminal.num.4. verſ. Item etiam limita,Hoſtien.in cap. Fraternitatis num. 7. extra de hæretic.& ibi etiam Felyn.nu.18.Menoch.de præſump. lib.5.præſump.21. num. 14.& ſeq. qui tamen dubitat de hac concluſione,& cogitandum relinquit, & ante eum Diaz.regul.348.in 2. fallent. Maſcard.de probat.lib.2.concluſ.742.num.19.

392 Contrarium voluit Igneus in l.3. §.ſi quis Tabulas verſ.Si autem non nu. 105.ff.ad Syllanian.Imol. in l.1.§.Si quis ſimpliciter circa fin.ff. de verbor.obligat.Gabriell.lib.7.concluſ.3.num.10.in 4.limitatione verſ.Contra iſtam limitationem vbi de magis communi.

393 INSTRVMENTVM in parte falſum,non reputatur in totum falſum quando falſitas conſiſtit circa rem cuius veritas aliunde demonſtratur ſecundum Alciat.in l.Si ex falſis num.14.verſ.Sicut, & cum in demonſtratione C. de tranſact.;Vbi huius concluſionis ponit exemplum,& ibi etiam Ruin. nu.4.verſ.

Item

Item limita, Felyn. in cap. Fraternitatis num. 19. extra de hæretic. Diaz regul. 348. in 3. fallent. Gabriel. lib. 7. concluſ. 3. num. 8. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 21. nu. 11. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 742. num. 8. in 2. limitatione, & num. 9. & ſeq. vbi declarat duobus modis.

394 INSTRVMENTVM in parte falſum, reputatur falſum in totum, quando falſitas eſt vera, ſecus ſi præſumpta, aut ſumus in quaſi falſo, vtputa quia reperiatur raſura ſeu cancellatio in aliqua parte instrumenti, nam tunc ea iſta præſumptione falſitatis non eſt præſumenda falſitas in toto inſtrumento ſecundum Bellapert. in l. Si ex falſis colum. 2. ad med. ver. Sed ſi quæratur de vitio cancellaturæ, C. de tranſact. & ibi etiam Cyn. n. 5. verſ. Sed ſi alias, Bal. n. 14. Alber. n. 4. ver. Aut eſt ſuſpectum ex alia cauſa, Alex. nu. 12. Salyc. nu. 12. verſ. Aut eſt circa aliud ſubiectum, Aretin. colum. 2. poſt num. 2. verſ. In gloſa firmis, Iaſ. num. 11. verſ. Tertio limita, Alciat. nu. 14. verſ Procedit id. Iacobin. de Sancto Georgio nu. 22 & Rimin. num. 4. verſ. Tertio limita, Ant. de Butr. in cap. Fraternitatis num. 4. colum. 1. poſt med. verſ. & hoc, & ibi etiam Felyn. num. 17. extra de hæretic. Alberic. in l. Ambiguitates nu. 2. in fine verſ. Aut eſt ſuſpecta ratione ipſius ſcripturæ, C. de teſtament. Menoch. qui alios refert de præſumpt. lib. 5. præſump. 21 num. 12. & ante eum Diaz reg. 348. in prima limitatione, Gabriell. lib. 7. concluſ. 3 num. 9 in 3. limitatione, Maſcard. de probat. lib. 2. concluſion. 742. num. 17.

395 Facit doctrina Bar. in l. filius, S. ſequens; ff. de falſ. vbi dixit, quod ſi quis adſcribat in teſtamento ſibi, & Titio legatum licet reſpectu ſui præſumatur falſum legatum, non tamen ſic falſum præſumitur reſpectu Titij, & Bar. ſequuti ſunt Soccin. & Ruyn. in locis relatis per Menoch. d. præſumpt. 21. num. 13. & ante eum Gabriell. lib. 7. d. concluſ. 3. num. 9. in 3. limitatione in fine verſ. Et iſta concluſio.

396 Declara niſi raſura, aut cancellatio reperiatur in eo quod eſt ſubſtantia totius inſtrumenti vt in indictione vel anno vel nomine T bellionis, vel nomine partium quia tunc inſtrumentum non valet in aliquo etiam quod falſitas ſit præſumpta Bal. in l. Si ex falſis num. 14. C. de tranſact.

397 Declara ſecundo quin cancellatio, ſeu raſura reperta in teſtamento circa inſtitutionem hæredis, à quo omnia dependent vitiat in totum, niſi in teſtamento adſit clauſula, Si non valet, &c. Salyc. in l. Si ex falſis num. 12. C. de tranſact. Et Idem quod raſura, ſeu cancellatio in inſtitutione hæredis, vel circa annos Domini, aut in alio loco ſimili ſuſpecto vitiet totum teſtamentum ſaltim ad effectum impediendi hæredem in poſſeſſionem hæreditatis ſecus ſi talis raſura vel cancellariò reperiatur in legato ſeu alio loco non ſuſpecto ſcripſit Bar. in l. final. num. 3. C. de edit. Diu. Adr. tollen. & latius ibidem Menoc. de adipiſc. poſſeſſ. remed...... num. 709. & ſeqq. Idem Bar. in l. Si vnus C. de teſtament. & ibi etiam Salyc. & alij Doctores omnes tractant materiam de qua vide etiā quæ dixi in tract. de falſit. in præſumptione reſultante ex raſura, & cancellatione.

398 INSTRVMENTVM in parte falſum, in totum reputatur falſum quando de falſitate conſtat per condemnationem Notarij præſentialiter factam, ſecus ſi in contumaciam, Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 742. num. 20. & ante eum voluit hoc idem Alciat. in l. Si ex falſis num. 14. verſ. Si enim ex ſola contumacia C. de tranſact. & ibi etiam Riminald. num. 4. ver. Secundo limita, vbi tamen declarat niſi vltra contumaciam de falſitate Notarij conſtaret in proceſſu.

399 INSTRVMENTVM in parte falſum, non reputatur falſum in totum, quando ex confeſſione partis conſtat alias inſtrumenti partes eſſe veras, Alex. in l. Si ex falſis num. 10. verſ. Salycetus hic fatetur, C. de tranſact & ibi Iaſ. num. 10. verſ. Secundo limita, Iacobin. de Sancto Georgio num. 21. Curt. Iun. nu. 50. & ſeqq. vbi declarat hanc partis confeſſione n ſibi præiudicare, non autem fiſco, ſi re uera inſtrumenti in omni parte eſſet falſum, Foller. in practic. crimin. in verbo Item quod commiſit falſitatem nu. 68. ante finem ver. Sanè tamen Menoc. de præſump. lib. 5. præſump. 21. num. 7. & 8. vbi optimam reddit rationem quia ſcilicet ne dum præſumptio iuris, ſed etiam præſumptio iuris, & de iure recipit probationem contrariam ex confeſſione partis, & ante eum Gabriell. lib. 7. concluſ. 3. num. 5. in prima limitatione Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 742. nu. 16.

400 Et idem erit quando pars acceptat inſtrumentum contra ipſam productum in alijs capitulis, in quibus falſitas non reperitur. Talis enim acceptatio habet vim confeſſionis vt per Alciat. in l. Si ex falſis nu. 14. in fin. verſ. Qua ratione traditum eſt, C. de tranſact. & ibi etiam Rimin. num. 4. colum. final. verſ. Vltimo limita, Felyn. in cap. Fraternitatis num. 2. in 5. fallentia, & ibi etiam Marian. Soccin. nu. 14. verſ. Item prædicta limita extra de heretic. Menoch. de præſumpt. d. præſumpt. 21. num. 7. vbi amplius ex Bal. in loco per eum relato idem eſſe affirmat non ſolum quando pars vt ſupra expreſſe acceptat alia capitula in quibus non reperitur falſitas, ſed etiam quando illa non impugnat, & ante eum Diaz reg. 348. in 5. fallentia Gabriell. lib. 7. concluſ. 3. nu. 13. in 7. limitatione Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 742. num. 18.

401 Et idem eſſe quando non ſolum ex confeſſione partis, ſed etiam ex alia probatione conſtat de veritate aliorum capitulorum, in quibus falſitas non eſt commiſſa ſcripſerunt, Salyc. in l. Si ex falſis C. de tranſact. & ibi Alciat. num. 14. ad fin. verſ. Generaliter enim, & Rimin. num. 4. colum. final. verſ. Vltimo limita, Menoch. d. præſumpt. 21. nu. 8. verſ. Et idem eſt, & num. 9. Vbi huius concluſionis eam reddit rationem, quia ſi vna præſumptio tollit aliam, multo magis eam tollere debet probatio quæ ſimplici præſumptione efficacior eſt, & ante eum Gabriell. lib. 7. concluſ. 3. num. 6.

402 Et idem quando de veritate aliorũ capitulorũ in quibus nulla reperitur falſitas quod ſtaret ex præſumptionibus efficacioribus ne dum probationibus, quod tunc falſitas in vna parte inſtrumenti non vitiet in totum voluerunt Igneus in dict. l. 3. §. ſi quis tabulas, verſ. Si autem non num. 86. ff. ad Syllanian. & Alciat. in l. ſi ex falſis num. 15. C. de tranſact. quos refert, & ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 21. n. 21. & ante iſtos Bal. in d. l. Si ex falſis nu. 14. verſ. Ergo non creditur.

ARGVMENTVM.

IRREGVLARITAS ex voluntario homicidio, an & quando incurratur.

SVMMARIVM.

Irregularitas ex voluntario homicidio, regulariter incurritur, num. 403.

Homicidium quando dicatur voluntarium ad effectũ, vt ex eo incurratur irregularitas, num. 404.

Irregularitas ex voluntario homicidio, incurritur non ſolum à priuata perſona, ſed etiam à Regibus, & à Principibus, num. 405.

Papa numquid incurrat irregularitatem ex homicidio voluntario, num. 405.

Occidens Sarracenum, Paganum, Iudæum, Excommunicatum, ſeu Bannitum, irregularis eſt, num. 406.

Homicidio cauſam dans, licet propriis manibus non occidat, irregularitatem incurrit, n. 407.

Vulnerans aliquem animo non occidendi, morte ſequuta, irregularis eſt, num. 408.

Occidens vnum, volens occidere alium, irregularis eſt, num. 409.

Irregularitas incurritur non ſolum ex homicidio notorio, ſed etiam ex occulto, num. 410.

Irregularitas incurritur etiam ab eo, qui vulnerat aliquem non lætaliter, & non animo occidendi, ſi vulneratus obiit, vel ex negligentia, & mala cura Medici, vel ob malum regimen ipſius infirmi, num. 411. *Contra, num.* 412. *Reſolue, vt num.* 413. *& ſeqq.*

Irregularitas non incurritur ab eo, qui non eſt baptizatus, etiam quod propriis manibus aliquem occidat, num. 416

Infans dormiens, aut furioſus occidendo aliquem in infantia, in ſomnio, vel furore, an & quando irregulares ſint, num. 417. *& ſeqq.*

Ebrius ſi inebrietate aliquem occidat, numquid irregularis ſit, num. 422. *& ſeqq.*

Irregularitas ex homicidio, ſeu mutilatione, non incurritur morte, aut mutilatione non ſequuta, nu. 425. *Licet alii contra, num.* 426.

Diſpenſare quis poßit ſuper irregularitate propter homicidium incurſa, num. 426. *in fine.*

403 IRREGVLARITATEM ex voluntario homicidio regulariter incurri, dixi ſup. quæſt. 119. num. 56. Quibus addo Speculat. in tit. de diſpenſat. §. Iuſta num. 7. verſ. Alia Realis, & num. 39. & num. 45. Imo ſecundum Maiol. in tractat. de irregularitat. lib. 5. cap. 48. nulla vetuſtior irregularitas à iure propoſita reperitur quam ea quæ ex homicidio voluntario ſurgit vt in lib. Exodi cap. 21. vbi dicitur: Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur. quod, & idem ſcriptum eſt 1. Paralip. cap. 22. & cap. 28. vbi dicitur: Non edificabis domum nomini meo quod ſanguinem fuderis, idem 2. Reg. cap. 7. & de iure canonico habemus tex. in capit. ſi quis omnem 1. quæſt. 7. in cap. final. de tempor. ordinat. & in cap. Miror diſtinct. 50. quæ iura vt benè aduertit idem Maiol. vbi ſupra d. cap. 48. num. 3. loquuntur, & procedunt etiam poſt peractam pœnitentiam, & extat decretum Concilij Tridentini ſeſſ. 14. cap. 7. de reformat. Addo Garziam in tract. de Benef. par. 7. cap. 11. poſt num. 8. vbi ampliat etiam quod homicidium fuerit iuſtum, & meritorium vtputà commiſſum in publicos latrones, de quo dixi infra nu. 406.

404 Quando autem homicidium dicatur voluntarium ad effectum vt hæc irregularitas incurratur, vide Nauarr. in ſumma cap. 27. num. 240. Henriquez in ſumma Theologiæ lib. 14. rubr. de irregularitate cap. 14. num. 1. littera L. Emanuel Rodriquez pariter in ſumma in verbo Irregularitas cap. 178. poſt 3. concluſionem, & dixi ſupra quæſt. 126. num. 1. & ſeqq. Quos in id ſic remiſſiuè refert Auila in tract. de cenſur. Eccleſiaſtic. cap. 7. de homicid. directè voluntario ſect. 2. dubitat. 1. & bene declarat Gregor. Sayr. in Theſauro Theologiæ moral. rubr. de irregularitatib. quæ ex delict. incurrunt lib. 7. cap. 1. num. 10. & ſeqq. & latius Suarez in eod. tract. de cenſuris diſputat. 44. ſect. 1. per tot. quem omnino videas.

Huius regulæ ampliationes nunc ſubijciam, & illis explicatis limitationes adijciam.

405 IRREGVLARITAS ex voluntario homicidio incurritur non ſolum commiſſo à qualibet priuata perſona, ſed etiam à Principibus, & Regibus, addunt aliqui etiam à Papa, qui licet ſtatuendo poſſit imponere pœnam mortis; hoc tamen non poteſt facere exequendo, & ideo ſi proprijs manibus aliquem occideret, ſtatim irregularis fieret, ſecundum Diaz in pract. crim. Canon. cap. 56. in fine, & ſecundum aliam impreſſionem cap. 61. num. 4. allegat Innocentium in cap. 2. num. 2. in verbo Moriantur, de maiorit. & obedien. & ibi etiam Bal. num. 4. vbi dicit hoc eſſe valde notandum non diſſentit Maiol. in tract. de Irregularitate lib. 5. cap. 48. num. 2. Quorum ſententiam falſam ſibi videri dixit Suarez de cenſuris diſputat. 44. ſect. 3. num. 1. rationibus ibi per eum allatis, ſubdit tamen quod ſi contingeret Papam proprijs manibus aliquem occidere maiorem horrorem & ſcandalum inferret quam ſi occidi præciperet iniuſtè, & quod propterea poſt hoc homicidium non poſ-

poſſet,licite diuina miniſtrare niſi peracta pœniten-
tia, & ablato ſcandalo non propter irregularitatem,
ſed propter naturalem, quam habet obligationem
auferendi ſcandalum, & Sancta Sanctè miniſtrandi
vt ibi per eum.

406 IRREGVLARITAS ex homicidio voluntario
incurritur non ſolum ab occidente aliquem chriſtia-
num,ſed etiam ab occidente ſaracenum, paganum,
iudeum,excommunicatum,& bannitum: de pagano
eſt tex.in cap.clericum, & in cap. De ijs clericis, di-
ſtinct.50.de excommunicato occiſo, eſt text. in cap.
excommunicatorum 13.quæſt.5. Speculat. in tit.de
diſpenſation.§.iuxta,num.45. verſ.Facto autem, &
de occidente bannitum, qui impunè lege, vel edi-
cto impunè occidi poteſt ſi zelo iuſtitiæ illum occi-
dat,licet nullum committat peccatum,Silueſt.in ver
bo Homicidium 1. quæſt. 3. & in d. verbo Homici-
dium 3.quæſt.2. verſ. Primum,Armil. in verbo Ban-
num,& in verbo Homicidium quæſt.8. cum alijs per
me allegatis ſupra quæſt.103.num. 348. non tamen
irregularitatem effugit cum ſic occidendo videtur fa
cere officium executoris, qui præcipuè eſt irregula-
ris,vt bene aduertit Maiol.in tractat.de irregularita-
te lib.5.cap.48.num.2.verſ.Quinimo, & ſi quis pa-
ganum, Palud.4.diſtinct.25.quæſt.3.art.2.concluſ.
2.Nauarr.in Manual.cap.27.num.209.Tolet.lib.1.
inſtruct.ſacerdotal.capit.27.verſ.Sine crimine,Sua-
rez de cenſuris diſputat.44. ſect.3.num.4.cum alijs
per Gregor.Sayr.in theſaur.Theolog. lib.6. cap. 15.
num.8.& lib.7.cap.1.num.4.in fine. Garzias in tra-
ctat.de benefic.par.7.cap.11.ſub num.8. vbi ex deci
ſione Rotæ coram Corduba ibi perallegat. dixit irre
gularitatem incurri ex homicidio etiam iuſto, & me-
ritorio, vtputa commiſſo contra publicos latrones.

407 IRREGVLARITAS propter voluntarium ho-
micidium incurritur non ſolum ab eo, qui manibus
proprijs occidit, ſed etiam, qui morti cauſam de-
dit vulgata regula,quod qui cauſam damni dat,dam
num ipſum dediſſe videtur, nihilque intereſt,an quis
occidat,an vero mortis cauſam præbeat, & ideo qui
venenum præbet,vt inde ægritudo,& mors ſequatur
morte ſequuta irregularitatem incurrit, Maiol. in
tract.de irregularitate lib.5.cap.48.§.1.rubric.dans
cauſam mortis, nu.3. verſ. Ad hoc homicidij genus,
poſt Speculator.in loco per eum relato, Suarez qui
bene materiam declarat de cenſuris rubr. de irregu-
laritate diſputat.44.ſect.3.num.5.vbi ampliat.etiam
quod venenum poſt longum tempus operatur,& etiā
quod venenum præbeat non ex odio, & voluntate
occidendi,ſed animo experiendi,illiuſque efficaciam
oſtendendi,ſpem habens applicato contrario farma-
co ne mors ſequatur:adhuc enim ſi ſequatur mors,ir
regularitatem incurri affirmat,non obſtante quod an
te mortem ſecutam ſui delicti qui cauſam mortis ap
plicauit, pœnitentiam ægerit, licet hoc caſu farma-
co applicato, & morte ſequuta hanc irregularita-
tem ad homicidium caſuale potius quàm ad volun-
tarium ſpectare affirmet,vt ibi per eum qui propte-
rea ſubdit quod morte impedita per cōtrarium far-
macum nulla incurritur irregularitas.

408 IRREGVLARITAS abſque dubio incurritur
ab eo,qui aliquem vulnerat, & vulneratus ex vulne
re moriatur,etiā quod quis vulnerauerit animo non
occidendi: verum nunquid hæc irregularitas perti-
neat ad homicidium voluntarium,an vero ad caſua-
le,vide omnino Suarez cum allegat. per eum in trac.
de cenſur.diſputat.44.ſect.1.per tot. & Auilam in
eod.tract.de cenſuris Eccleſiaſticis par. 7. diſputat.
6.ſect.2.in verſ. Ex dictis ſequitur, & in verſ. ſeq.
Vbi concludit quod ſi percutiens intendebat leuiter
vulnerare, ſed non temperauit manum,non eſt homi
cida volūtarius,ſecus vero ſi voluit grauiter percute
re,licet non intēderit occidere:tunc enim dicitur vo-
luntarius homicida,etiam quod occidendi animum
non habuerit, & vide etiam Gregor.Sayr.de cenſur.
lib.6.cap.4.num.16.verſ.Tertio ſi vulnus, vbi dixit
quod vulnerans aliquem leuiter animo non occiden
di, ſi inde adhibita debita medici diligentia, vulnus
ſubcreſcat,& ſuperueniēte febre ſequatur mors effici
tur irregularis ex caſuali homicidio.

409 IRREGVLARITAS etiam indubitanter incur
ritur ab eo,qui volens occidere vnum, occidit alium,
verum nunquid hæc irregularitas ſpectat ad homici-
dium voluntarium, vel caſuale,vide reſolutionem
Sacræ Congregationis Concilij Tridentini, cuius
verba poſui ſupra quæſt.125.num.163.in additione
manuſcripta,illique adde Suarez in tract. de cenſu-
ris diſputat.45.ſect.6.num.16.verſ.Secundo ſequi-
tur,& num.18.vbi bene diſtinguit, & reſoluit reſo-
lutionem ibi videas.

410 IRREGVLARITAS incurritur non ſolum ex
homicidio notorio, ſeu probato,ſed etiam ex occul-
to, Gloſ.& Doctores in cap. ex tenore,& in cap. fin.
de tempor.ordinat.item gloſ.in cap.Inquiſitionis de
accuſat. Silueſtr. in verbo Homicidium 3. quæſt. 8.
verſ.Quartum in fine, & voluit Concilium Tridenti
num ſeſſion.14.cap.7.de reformation.Maiol.de irre
gularitat.lib.5.cap.48.rubr.de homicid:num.2.Co-
uarr.in clem.ſi furioſus par. 2.§.3. num. 4. de homi-
cid.Nauarr.in manual.cap.27.num.194.verſ.Sexto
& verſ.Septimo,& num.239.verſ. Secundo,Martin.
Ledeſm.de irregularitate 2.4.quæſt.26.art. 2. ſum-
ma Antonin.par.3.tit.29.cap.2.§.penultimo, Cor-
dub.lib.1.quæſt.35. & caſu 41. Enriquez in ſumma
Theol.moral.lib.14.rubr.de irregularitate cap. 3. §.
Secundo.Gregor.Sayr.in tract.de cenſuris Eccleſia-
ſticis lib.7.cap.1.num.6.vbi reprobat Alphonſum
à Caſtro in loco per eum relato contrarium tenen-
tem.

411 IRREGVLARITAS incurritur etiam ab eo qui
aliquem vulnerat non lethaliter, & non animo occi
dendi,ſi vulneratus obijt,vel ex negligentia medici,
& illius mala cura, vel ob malum regimen ipſius in-
firmi.Ratio eſt quia cum mors ſecuta ſit ex vulnere,
& non ſecuta fuiſſet ſi vulnus illud inflictum non
fuiſſet,ſatis videtur quod percutiens fuit cauſa pro

pin-

pinqua mortis, Et licet interuenerit Medici negligentia, aut ipſius infirmi malum regimen, vel inobedientia Medici. Hoc videtur fuiſſe per accidens reſpectu mortis: percuſſio vero, ſeu vulnus directè, & per ſe ad mortem pertinebat, & per conſequens ſic vulnerans irregularis efficitur, vt dixi ſupra quæſt. 127. num. 26. Quibus pro hac eadem opinione addo Silueſtrin. in verbo Homicidium, 2. quæſt. 2. Thabien. in verbo Irregularitas, 3. §. 6. poſt med. Roſell. in verbo Homicidium, 3. §. 8. Nauar. in manual. cap. 27. num. 223. verſ. Octauo in fine. S. Antonin. 3. par. tit. 29. de irreg. cap. 2. in princ. Cordub. in ſumma, quæſt. 34. Et hanc ſententiam communiorem teſtatur, Greg. Sayr. de cenſuris eccleſiaſticis. lib. 7. cap. 4. num. 16. in fine principij.

412 Contrarium, quod ſic vulnerans iſto caſu non ſit irregularis, voluerunt Hoſtien. in ſumma, tit. de homicid. §. qua pœna, verſ. Item ſecus, Caiet. 2. 2. quæſt. 64. art. 8. in princip. regul. 2. Sotus lib. 5. de iuſtitia, quæſt. 1. art. 9. ante med. Henriquez in ſumma Theolog. lib. 14. rubr. de irregularitate, cap. 14. §. 4. Mich. Salon. in 2. 2. quæſt. 64. art. 8. in princ. Angelic. in verbo Homicidium, 2. §. 12. Tolet. lib. 1. inſtruct. Sacerd. cap. 29. ante fin. Quos ſic dicentes refert, & ſequitur Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 7. cap. 4. num. 16. verſ. Alia opinio negat, vbi dixit
* hanc negatiuam ſententiam magis rationi conſentaneam ſibi videri, licet prima communior. Et hanc eandem negatiuam ſententiam omnes tenere teſtatur Suarez in tract. de cenſur. Eccleſiaſtic. diſput. 45. rubric. de irregularitate ex homicid. ſect. 6. num. 16. in fin. princip. & nu. 19. Vbi huius ſententię optimam reddit rationem, & pro ea ponderat, & inducit tex. in cap. final. de homicid. in 6.

413 In hac contrarietate vide Gregor. Sayr. vbi ſup. d. num. 16. per tot. vbi diſtinguendo plures caſus dixit; primam affirmatiuam opinionem poſſe procedere quando vulnus non fuit lethale, ſed tamen etiam adhibita Medici diligentia ſucreſcere cepit, & ſuperueniente febre vulneratus obijt. Vel quando pariter non lethaliter vulneratus Medicum, aut Chirurgum a quo ſanaretur non inuenit, aut non niſi poſt longũ tempus; in quo vulnus incepit eſſe mortale. His inquam duobus caſibus ſequuta morte vulnerans irregularis erit ex homicidio, tamen non voluntario, ſed caſuali.

414 Secus ſi vulnus erat adeo leue, vt nullo vel modico medicamine percuſſus euadere potuiſſet, & tamen Medicus illi leui vulneri loco medicaminis venenum adhibuit, aut lucri cauſa curationem prolungauit, vel vulneratus debitam ſui curam habere noluit, tunc enim irregularitatem non intrare, affirmat idem Sayr. in loco præallegato.

415 Et vide rurſus Auilam in tract. de cenſuris eccleſiaſticis, par. ſeptima, rubric. de homicid. caſual. diſputat. quarta, ſectio prima, dubitat. quinta. Vbi relatis Doctoribus inter ſe contrarijs dixit irregularitatem iſto caſu incurri, quando vulnus erat graue, licet non lethale, ſecus ſi erat adeo leue, vt exiguo medicamento ſanari potuiſſet. Et pariter irregularitatem incurri affirmat, quando ex vulnere non lethali ſequatur mors ratione alterius ſuperuenientis infirmitatis. Subditque hanc irregularitatem eſſe non ſimpliciter homicidij voluntarij, aut caſualis, ſed mixti, ex Couar. & Didac. Perez. in locis ibi per eum relatis.

Nunc limitationes aggredior.

416 IRREGVLARITAS non incurritur ab homine non baptizato etiam quod proprijs manibus aliũ interficiat: iura enim hanc irregularitatis pœnam nõ impoſuerunt, niſi propter homicidium patratum poſt Baptiſmum, cap. ſi quis poſt Baptiſmũ, 51. diſtinctio. cap. Si quis viduam, 50. diſtinction. Ergo non ſunt extendenda ad homicidia commiſſa ante Baptiſmum ex regula, quod irregularitas non contrahitur niſi in caſibus a iure expreſſis, & amplius cum nõ ſint baptizati non ſint capaces irregularitatis; ſequitur, quod etiam ſi homicida poſtea baptizetur non pullulet in eo irregularitas ratione præcedentis actus, vt per Nauarr. in manual. c. 27. nu. 219. Refert eum, & ſequitur Suarez in tract. de cenſuris diſput. 44. ſect. 3. nu. 2. Sayr. qui alios refert in theſauro Theol. moral. de cenſuris eccleſ. lib. 6. c. 16. nu. 2. Auila in eodem tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis, p. 7. diſp. 5. ſect. 1. in princ. & ante iſtos Spec. in tit. de diſpenſ. §. Iuxta, num. 12. in fine, verſ. His autem qui ante baptiſmum.

417 IRREGVLARITAS non incurritur ex homicidio patrato ab infante, dormiente, aut furioſo, tex. eſt in clem. 1. de homicid. per quem tex. quod attinet ad furioſum corrigi videtur, tex. in c. ſi quis inſaniens; & ſeq. 15. q. 1. vbi dicitur clericum in furore occidentem non peccare, ſed officium exercere non poſſe. Quamuis enim nullum requiratur peccatum ad incurrendam irregularitatem, quæ ex homicidio procedit, requiritur tamen vt operationes illæ, a quibus oritur irregularitas ſint humanæ ex iudicio rationis, & non ex ſola ſenſualitate procedẽtes, vt bene aduertit Couar. in d. clem. 1. incip. Si furioſus, p. 3. in princ. & Alph. a Caſt. lib. 2. de poteſt. leg. penal. c. 14. verſ. Prima principalis concluſ. Ita per hanc, & alias rationes ſcripſerunt Silueſt. in verbo Homicidium, 3. num. 1. Nau. in man. c. 27. nu. 218. Maiol. de irregularit. lib. 5. c. 48. nu. 11. verſ. Inter homicidas, & verſ. Quæ omnia, & verſ. Infans quoque, vbi tamen quoad furioſum ſubdit, quod furioſi ob ſolum furorem ſunt irregulares. Sayr. de cenſur. lib. 6. c. 17. nu. 29. & 32. & ſeq. vbi hanc concluſionem teſtatur communem, de qua etiã per Auil. in tract. de Cenſuris Eccleſiaſt. p. 7. rub. de homic. caſual. diſput. 6. ſect. 1. dubit. 12. faciunt quæ de pœna infantis delinquentis, dixi ſup. in tit. de pœnis temperandis, q. 92. nu. 46. & ſeqq. & q. 94. nu. 26 vbi in ſpecie dixi de furioſo occidente aliquem, an irregularitatem incurrat. & de dormiente, qui aliquẽ mutilet, aut occidat, an irregularis efficiatur, dixi etiam in ſpecie ſup. q. 98. nu. 68. & ſeqq.

418 Procedit hæc concluſio etiam quod occiſor ſua

culpa in furorem inciderit ex Maiol. in tractat. de irregularitate, lib. 5. c. 48. nu. 11. verſ. Quod procedit etiam, cum allegatis per eum Nauar. in manual. cap. 27. nu. 230. vbi alios refert, nec diſſentit Auila, vbi ſupra d. dubitatione 12. verſ. Notandum eſt primo, faciunt, quæ dixi ſupra, d. quæſt. 94. & ſeqq. vbi etiam aduerti vix dari poſſe caſum, in quo quis velit culpa ſua furioſum euadere.

419 De dormiente autem, ſi in ſomnijs aliquem occidat, quando vigilans aduertit ſe conſueuiſſe in ſomno, arma capere, & homines offendere, & non adhibuit debitam diligentiam, vt huiuſmodi periculum euitaret, puta includendo ſe cubiculo benè obſerato nunquid euadat irregularis, & quid ſi quis ſic ſciens quod in ſomnijs ſolet Arma capere, & homines offendere, eodem ſomno vtitur, vt inſtrumento liberæ malitiæ ad executionem mali ab ipſo vigilante excogitati, & deliberati, itaut per ſomnum tanquam inſtrumentum, exequatur præcogitatum ſcelus, Nunquid, & eo magis iſto caſu occiſor in ſomnijs ſit irregularis, vide Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 6. cap. 17. num. 36. & ſeq. Auilam in eod. tract. de Cenſuris Eccleſiaſt. p. 7. rub. de homic. caſuali diſp. 6. ſect. 1. dub. 14. & dixi iterum hac de re ſupra in tit. de pœn. tempet. q. 98. num. 69. & ſeq.

420 Et quoad infantem concluſio negatiua ſupra firmata, procedit etiam in infante doli capace: reperiri enim poſſe infantes doli capaces, & delinquentes, ſcripſi ſupra in tit. de pœnis temperandis, quæſt. 92. num. 47. & ſeqq. Et propterea ſi contingat patrari homicidium ab aliquo infante, etiam doli capace, quod tunc nec etiam irregularitatem incurrat, ſcripſerunt relatis, & reprobatis contrarium tenentibus Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 6. c. 17. num. 30. & Auila in eod. tract. de cenſur. Eccleſiaſt. d. par. 7. rubr. de homicidio caſuali, diſputation. 6. ſect. 1. dubitation. 13. Qui etiam hanc concluſionem admittunt in infante maiori ſeptennio, non tamen doli capace, quicquid ſecus dixerit Maiol. in tract. de irregularitate, lib. 5. c. 43. nu. 11. verſ. Infans quoque, & vide quæ dixi ſup. in d. q. 92. num. 50.

421 Et quod attinet ad furioſum, aduerte firmatam concluſionem procedere in eo qui occidit durante furore, vnde ſecus ſi habens dilucida interualla occidat tempore ſanæ mentis; nam adhuc irregularitas manet ex Auil. vbi ſup. d. dubit. 12. verſ. Secundo notandum eſt, & ſeqq. vbi etiam ponit, quid ſi dubium ſit, an quis occiderit tempore furoris, vel tempore ſanæ mentis, de qua re ego latius dixi in d. q. 94. nu. 5. & ſeqq. hic repetere non eſt neceſſe.

422 IRREGVLARITAS non incurritur ab eo, qui Ebrius exiſtens aliquem occidit, aut mutilat, Angel. in verbo Ebrietas, nu. 3. Couar. in clem. ſi furioſus, p. 3. in princ. num. 3. de homicidio, Bonifac. de Vitallinis in eadem clem. num. 25. & 26. Nauar. in manuali cap. 27. num. 230. Tolet. lib. 1. inſtruct. cap. 27. & c. 29. Suarez de cenſuris, diſput. 46. ſection. 1. nu. 12. verſ. Nam communis. Gregor. Sayr. in eod. tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 6. cap. 17. num. 34. verſ. Secunda opinio negat, vbi teſtatur de veriori opinione ea nempe ratione quia Ebrius, ebrietate durante, caret vſu rationis, & ideo in eo ſubeſt eadem ratio excuſandi ab irregularitate, quæ ineſt in furioſo, & præſertim, quando occiſor ſic ſe inebriauit, aut propter guloſam delectationem vini, aut dolo alterius, qui puta in vino ſal immiſcuerit Auil. de cenſuris Eccleſiaſticis p. 7. rubr. de homicid. directe voluntario, ſect. 1. dubitat. 15. verſ. Secunda Concluſio.

423 Et licet contrarium, quod imo ebrietas non excuſet ab irregularitate verius crediderint Card. Zabarella, & Imol. in d. clemen. ſi furioſus de homicidio, Silueſtr. in verbo Homicidium 3. 4. verſ. Quantum. Paludan. 4. diſtinct. 32. quæſt. 1. art. 3. Roſella in verbo Homicidium 3. q. 4. num. 5. Tabien. in verbo Ebrietas, num. 9. S. 8. & in verbo Irregularitas, 1. num. 5. Villadieg. in tract. de irregularitate lib. 5. cap. 48. num. 11. ver. In ebrio verò occidente, ea moti ratione, quia ſcilicet Ebrietas non eſt expreſſa in d. clementina ſi furioſus, prout expreſſum eſt de infante furioſo, & delinquente, & pro hac eadē opinione faciat tex. in cap. Inebriauerunt, & in cap. ſane 15. quæſtione prima, vbi habetur: Ebrium delinquentem in ebrietate non eſſe omninò liberum a culpa, & pœna.

424 Tu tamen non recedas a prima opinione; eamq; amplia procedere etiam, quod quis culpa ſua ſe inebriauerit immoderate bibendo, dummodo non ſe inebriaſſet dedita opera, vel niſi alias eſſet ſolitus in ebrietate arma ſumere, & homines percutere. Hoc enim caſu ſecundam opinionem poſſe procedere expreſſe declarauit Couarru. in loco præcitato Petr. a Placha in epitom. delict. lib. 1. cap. 30. nu. 3. verſ. Ex quibus, & nu. 5. dixi etiam ſupra in tit. de pœn. temp. q. 95. nu. 9. Quibus addo ſic pariter declarantē, Suarez vbi ſup. d. nu. 12. verſ. Nam communis, Sayr. d. c. 17. num. 35. Auila d. dubitation. 15.

425 IRREGVLARITAS ex homicidio, ſeu mutilatione, tūc demum incurritur, quādo in effectu ſecuta eſt, aut mors, aut mutilatio, ſecus effectu prædicto nō ſecuto ex D. Tho. 1. 2. quæſt. 20. art. 5. ad 4. iuncta doctrina eiuſdem in 2. 2. quæſt. 64. art. 7. ad 3. & art. 8. ad 2. Soto lib. 5. de inſtit. q. 1. art. 4. Silueſtr. in verbo Homicidium, 3. nu. 2. Armilla in verbo Irregularitas, nu. 2. Nauar. in manual. cap. 27. num. 223. Antonin. in ſumma par. 3. tit. 28. cap. 2. Couarru. qui alios refert in clementina ſi furioſus, par. 2. in princ. num. 5. Suarez de cenſuris diſputation. 44. ſection. 2. nu. 2.
* vbi teſtatur hanc ſententiam communiter receptam eſſe ea ratione, quia pœna ipſo iure impoſita, prout iſto caſu imponitur pœna irregularitatis non incurritur, niſi conſumato delicto. Non diſſentit Gregor. Sayr. in eod. tract. de cenſuris eccleſiaſticis, lib. 6. c. 15. num. 4. Auila in eodem tractat. de cenſuris eccleſiaſticis, par. 7. diſputation. 5. ſection. 1. verſ. Tertio notandum eſt, & diſputat. 2. dubitat. 1. in ſecunda concluſione.

426 Et ſi contrarium, quod imò irregularitatem incurrat is, qui animo occidendi aliquem vulnerat, vel quod in ſe eſt fecit ad occidendum, quamuis mors non fuerit ſubſequuta voluerit gloſ. in cap. Perniciosè, de pœnitent. diſtinct. 1. in gloſ. final. Speculat. in tit. de diſpenſat. §. iuxta, verſiculo Sed quid de iudice, Maiol. in tract. De irregularitate, lib. 5. cap. 48. nu. 3. verſiculo Eſt præterea ea ratione motus, quia in atrociſſimis, attentatio, etiam non ſequto effectu inducit eandem pœnam, ſicut delictum conſumatum, & num. 4. vbi hanc opinionem declarat procedere, quando eſt deuentum ad actum proximum, ſecus ſi affectus ſtetit ſolum in ſimplici deſiderio, animo, & cogitatione occidendi, vel in præparatione ad occidendum, & num. 5. Vbi idem procedere affirmat in ſeipſum occidere volente, & ob id vulnera in ſe conijciente, ſi enim cura affinium, aut alia quauis cauſa conualeſcat, & a morte euadat, ſi Clericus, eſt irregularis efficitur, & ſi laicus, ſepultura priuatur, & oratio pro eo fieri non poteſt, etiam quod quis in ſe ipſum manus iniiciat, vt peccatum euitet, & etiam & ſi vulnera in ſe illata animo occidendi non fuerint, vt in exemplo ibi per eum allato.

De diſpenſatione irregularitatis incurſæ, propter homicidium, tam voluntarium, quam non voluntarium, quis ſcilicet poſſit cum homicida diſpenſare, an ſolus Papa, & an etiam Epiſcopi, vide late diſcurrentem Garziam de beneſ. par. 7. cap. 11. num. 11. & ſeqq. poſt alios quos allegat antiquiores.

ARGVMENTVM.

De irregularitate, quam Medicus incurrit ex morte infirmi eius culpa, vel negligentia.

SVMMARIVM.

Medicus, cuius culpa, aut negligentia infirmus moritur, irregularis efficitur, num. 427.

Chirurgi, ſectores venarum, & phlebotomantes, quorum culpa, ſeu imperitia mors ſequuta eſt irregulares euadunt, num. 428. Vbi etiam quid de Chirurgo medicante contra prohibitionem ſibi factam.

Medicus, ſi infirmi ſuſceptam curam deſerit, eo quia ſibi debita merces non ſoluitur, efficitur irregularis, ſi ob id infirmus moriatur, num. 429. & nu. 432. Vbi quid ſi Medicus poſt ſuſceptam curam deſerit, eo quia ægrotus non vult ſua peccata confiteri.

Medicus ex publico ſtipendiatus, ſi recuſat medicare infirmum, ad cuius curam eſt vocatus, efficitur irregularis, ſi ob id infirmi mors ſequatur, num. 430. & ſeq. Vbi etiam quid in Medico, non publice ſtipendiato.

Clericus, Chirurgus eſſe non poteſt, ſed nunquid ſi infirmus in eius cura moriatur, efficiatur irregularis, num. 433. & ſeq.

Medicus non efficitur irregularis, ſi adhibita per eum omni diligentia, infirmus moriatur abſque vlla eius culpa, num. 436. Vbi etiam quæ requirantur ad hoc, vt Medicus non teneatur de morte infirmi.

Medicus non efficitur irregularis ex morte infirmi ſequta propter Aromatarii culpam, nu. 437.

427 IRREGVLARITATEM incurrit Medicus, ſi eius imperitia, aut negligentia infirmus moriatur: imperitia enim, & negligentia culpæ adſcribitur, l. Imperitia, ff. de regul. iur. l. Idem iuris, ff. Ad l. Aquil. Ideo inde ſequuto homicidio, vel mutilatione per imprudentiam cauſata, irregularitas ſuccedit, cap. ſi quis a Medicis, & ibi gloſ. & Doctores, diſtinct. 25. Speculat. in tit. de diſpenſat. num. 45. in fin. Maiol. de irregularitat. lib. ſecundo, cap. 12. rubr. de Medicorum irregularitate, num. 1. Summa Aſtenſis, par. ſecunda, lib. 6. tit. 14. art. 8. quæſt. 14. Summa Confeſſ. lib. ſecundo, tit. 1. quæſt. 32. in fin. & quæſt. 35. Silueſt. in verbo Homicidium, ſecundo. verſ. Decimo tertio, & verbo Medicus, q. 1. verſ. Secundo, & verbo Reſtitutio, 3. q. 5. verſ. Secundum Armill. in verbo Medicus, nu. 2. & in verbo Homicidium, q. 6. Tolet. lib. 1. inſtruct. ſacerd. c. 29. verſ. Rurſus tertio, & verſ. Idem dicendum eſt. Suarez de cenſuris, diſput. 47. ſect. 7. num. 1. & ſeq. Vbi amplius, quod hæc irregularitas non eſt ex defectu lenitatis, ſed ex delicto pertinetq. ad homicidium caſuale potius, quam ad voluntarium Gregor. Sayr. in eod. tract. de cenſur. Eccleſiaſticis, lib. 7. cap. 4. nu. 5. verſ. Medicus etiam vbi quod hæc irregularitas quodammodo ſpectare videtur ad homicidia voluntaria, & num. 6. Vbi in ſpecie de Medico dante infirmo Medicinas non proprias.

Propoſita concluſio eſt vera regulariter, & ideo Ampliatur pluribus modis, & limitatur vnico modo vt infra.

428 IRREGVLARITAS prædicta incurritur non ſolum a Medicis, ſed etiam a Chirurgis, & venæ ſectoribus, phlebotomantibus, & eorum miniſtris, ſi enim in aliqua ſunt culpa, & ob eorum imperitiam, aut negligentiam mors, vel mutilatio contingat, eandem incurrunt irregularitatem, ſicut Medici. Speculat. in titul. de diſpenſatio. num. 11. & num. 12. Alex. conſ. 15. col. final. num. 11. verſ. Et Medici, lib. 1. Silueſtr. in verbo Homicidium, ſecunda quæſt. 13. & 14. Maiol. de irregularitat. lib. 2. cap. 12. rubr. De Medicorũ irregularitate, num. 2. verſ. Chirurgi quoq. & lib. 5. cap. 50. num. 6. Nauar. in Manual. capitulo 27. num. 218. ſumma Confeſſ. lib. ſecundo, verſ. Decimo quarto, Summa Aſten. par. ſecunda, lib. 6. tit. 14. art. 8. q. 17. Suarez de cenſuris, diſputat. 47. ſect. 7. num. 1. & 2. Gregor. Sayr. in eod. tract. de cenſur. eccleſiaſtic. lib. 7. cap. 4. num. 7. verſ. Sic etiam Chirurgi, & cap. 6. num. octauo, verſic. Immo vero, vbi tamen ſubdit, quod ſi Chirurgus peritiſſimus ex aliqua cauſa, quæ

non reſpiceret imperitiam artis eſſet a iudice prohibitus ad tempus exercere Chirurgi officium, & is nō obſtante prohibitione ſecreto eadem arte vteretur, & ob aliquam aduſtionem, vel inciſionem peritiſſimè factam culpa ægroti mors ſequatur non erit irregularis, cum illicita hæc præcepti iudicis tranſgreſſio ad culpam homicidij caſualis non pertineat ex Couar. quem allegat in clemen. ſi furioſus par. 2. §. 4. nu. 10. verſ. Tertio, & c. de homicid. quem etiam refert, & ſequitur Suarez vbi ſupra diſput. 45. ſect. 6. num. 12. ante med.

429 IRREGVLARITAS a Medico etiam incurritur quando iam cæpit ægrotum curare, & illum deſerit, & amplius curare recuſat, eo quia Egrotus diues ſibi pecuniam debitam non ſoluit. Cum enim iſte Medicus poſt conualeſcentiam, vel etiam mortem potuiſſet ſua ſtipendia, & mercedem petere ſi ex hac curæ deſertione ægrotus moriatur, Medicus ipſe irregularitatem incurrit. Dum enim ſic iam cæptam curam deſerit expreſſe cognoſcens, quod cura deſerta infirmus mortis periculum incurrit: quodammodo eiuſdem infirmi mortem velle videtur, ſic enim hanc ampliationem ex D. Thoma 2. 2. q. 64. Silueſt. in verbo Homicidium, ſecundo in princip. Armill. in verbo Medicus, num. ſecundo, firmauit Maiol. in tract. de irregularitate, lib. ſecundo, cap. 12. rubr. De Medicorum irregularitate, num 4. & num. 5. Vbi declarare videtur, niſi in loco adeſſet Medicorum copia; Tunc enim inquit ipſe imputandum eſt potius ægroto qui ſciens Medicum diſcedere ab eius cura, alium non aduocauit, potius quam Medico diſcedenti, & ſecundum iſtam declarationem dicit intelligendum eſſe S. Anton. in lib. de cenſur. cap. 97. ſimpliciter dicentem Medicum non curantem, non effici irregularem. Addo pro hac eadem concluſione eundem Maiol. vbi ſupra, lib. 5. cap. 48. §. 5. num. 3. ante fin. verſiculo Qua ratione; Nauar. in Manuali, cap. 25. nu. 64. verſiculo Septimo, & licet idem Nauar. cap. 27 num. 231 verſiculo Decimonono dixerit Medicum non aſtringi ad perſeuerandum in cura, eius tamen aſſertio non videtur iuridica, quia ſicut Gubernator Nauis, qui ab initio non tenetur eiuſdem nauis curam ſuſcipere: Attamen poſt ſuſceptam curam tenetur eam conſeruare, & non deſerere, ita Medicus, qui ſemel curam infirmi ſuſcepit perſeuerare tenetur ex contractu, qui ab initio eſt voluntarius, & ex poſt facto neceſſarius. ita in ſpecie reſpondit Greg. Sayr. de cenſur. eccleſiaſtic. lib. ſeptimo, cap. quarto, num. quinto, verſiculo Quod etiam verum eſt, vbi amplius contra Maiol. in loco præallegato ſubdit Medicum deſerentem curam infirmi non excuſari ex eo, quod alij Medici auocari poſſunt, niſi ipſe aliquem alium ęque idoneum aduocauerit.

430 IRREGVLARITAS incurritur non ſolum a Medico, qui ſuſceptam ægroti curam deſerit, & ob id ægrotus moriatur, ſed etiam ſi ad medicandum vocatus recuſat infirmo medicare, ſi ex publico ſtipendiatus fuerit, capitulo Abſit, diſtinct. 50. Silueſtrin. in verbo Reſtitutio, tertia quæſtione 5. verſ. Secundum, Maiol. in tract. de irregularitate lib. ſecundo, cap. 12. rubr. de Medicorum irregularitate, num. tertio, Emanuel in ſumma, capitulo 173. concluſ. decimatertia, Auil. de cenſuris Eccleſiaſticis, par. ſeptima, diſputat. ſexta, ſection. ſecunda, dubitat. ſeptima, verſiculo Sequitur tertio, quod ſi Medicus.

431 In Medico autem non publice ſtipendiato, ſi requiſitus ægrotum curare recuſat non videtur incurri irregularitatem ſi non curatus moriatur ex Sanct. Antonin. de cenſur. cap. 97. Maiol. de irregularitat. lib. 2. cap. 12. rubric. de Medicorum irregularitate, num. 4. verſic. Et ideo. Vbi de communi, & lib. 5. cap. 48. §. 5. num. 3. verſ. An autem Medicus, & nu. 4. vbi hoc declarare videtur, niſi in loco vbi infirmus moratur non adeſſet, niſi vnus tantum Medicus, tunc enim, ſi ex negligentia, & recuſatione medicandi infirmum ipſe infirmus moriatur irregularis erit Medicus, vt ibi per eum quem ſequitur Gregor. Sayr. in tract. de cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 4. num. 5. verſic. Immo vero ſi non reperiatur alius Medicus, Addo pro primo dicto Summam Emanuelis, capitulo 173. concluſ. decimatertia, Auilam de cenſuris eccleſiaſticis, par. ſeptima, diſputatio. ſexta, ſection. ſecunda, dubitatio. ſeptima, verſiculo Sequitur tertio.

432 IRREGVLARITAS incurritur a Medico deſerendo ægrotum poſt ſuſceptam medicandi curam, ſi inde ſequatur mors etiam quod ægrotus nolebat ſua peccata confiteri iuxta præceptum, capitulo cum infirmitas de pœnitentia, & remiſſione. Non enim ob hoc Medicus debet infirmum deſerere, vt per Silueſtr. in verbo Medicus quæſtione tertia, verſiculo ſecundum Maiol. de irregularitate lib. ſecundo, capitulo duodecimo rubr. de Medicorum irregularitate, num. ſexto & lib. quinto. cap. 48. §. quinto, num. quarto, verſic. Nec excuſabitur eo prętextu, vbi amplius, quod non excuſabitur medicus ex eo, quod ægrotus ſit illi inobediens. Nam circa illa medicamenta, quæ inuito ægrotanti dari poſſunt in culpa eſt medicus, ſi ipſi etiam inuito non dederit ex gloſ. in princip. diſtinctio. 83. in verbo Inferas, refert & ſequitur Gregor. Sayr. de cenſuris eccleſiaſticis, lib. ſeptimo, capitulo quarto, num quinto, ante finem, verſ. Nec excuſabitur ex eo.

438 IRREGVLARITAS multo magis incurritur a Clerico Chirurgo ſi ſub eius cura aliquis moriatur, etiam quod non eius culpa. Quod, & an verum ſit, & quando, & quid etiam de Clerico medico, vide quæ dixi ſupra in fragmentis, verſiculo Clericus, num. 204. & omnibus ſequentibus. Quibus adde Speculatorem in titulo de diſpenſatione, §. Iuxta, num. duodecimo, verſiculo Clericis autem, vbi dixit, quod licet Clerici ob hoc ſolum, quod ſint Chirurgi non ſint irregulares. Si tamen ſub eorum cura aliqui obierint etiam præter eorum culpam irregulares ſunt ex capitulo Tua nos, ex-

tra

tra ne Clerici, vel Monaci. Maiol. de irregularitate, lib. 2. cap. 12. rub. de Medicorum irregularitate, vbi pariter dixit, quod adeo Clerici, etiam primæ tonſuræ prohibentur eſſe Medici, ac Chirurgi, vt ſi medicando ſub eorum cura mors, vel mutilatio ſequatur, irregulares fiunt etiam quo omni culpa vaceat. Immo quod ſemper morientes ſub clericorum cura ipſorum culpa mori præſumuntur ex Silueſtrin. quē allegat in verbo Homicidium, 2. quæſt. 12. & Thabien. in verbo Irregularitas, 3. num. 11. & idem dicit procedere etiam in Regularibus. Addo etiam Suarez de Cenſuris, diſput. 45. ſect. 6. num. 12. vbi etiam dixit Clericos, & Monachos in ſacris conſtitutos irregularitatem incurrere, ſi Chirurgiæ artem exercentes ſub eorum cura aliquis, etiam ſine eorundem culpa moriatur. Non tamen hanc irregularitatem (& ſic contra Maiol. vbi ſuprà) incurrere credit Clericum in minoribus conſtitutum proponit contraria, & illis reſpondet.

434 Verum ad hanc materiam vide bene declarantem Gregor. Sayr. in tract. de cenſuris eccleſiaſticis, lib. 7. cap. 6. num. 7. 9. 10. & 11. vbi prædictam concluſionem, quod ſcilicet Clerici, & Monaci irregulares fiant exercendo artem Medicinæ ſeu Chirurgiæ, quando ſub eorum cura aliquis moriatur etiam ſine eorumdem culpa, declarat tribus modis; Primo, vt non procedat in Clericis in minoribus conſtitutis, niſi ſint Beneficiati, ex Panormitano, Silueſt. Tabien. Couarruu. & alijs ibi per eum relatis; Secundò, vt nec pariter procedat, niſi prædicti Clerici Medici ac Chirurgi inſimul inciderint, vel combuſſerint. Si enim non inciderint, vel combuſſerint, aut ſi combuſſerint, vel inciderint, non tamen ex illa inciſione, vel combuſtione ſubſequuta ſit mors; ſed aliunde, vtputa ex malo regimine, aut alia de cauſa non erunt irregulares, & quod propterea, ſi Monachus, vel Clericus peritus tanquam alter Medicus Medici artem exerceat, dummodo non interceſſerit inciſio, aut aduſtio, & abſque eius culpa Egrotus moriatur, irregularis non erit. Tertio declarat prædictam concluſionem non procedere in caſu neceſſitatis, vtputa, quando non adeſſet alius laicus peritus, tunc enim fortaſſe ab irregularitate excuſaretur Clericus verè peritus adhibendo medicamenta Egroto etiam ſi is obierit, ſine tamen eius culpa.

435 Et vide rurſus Auilam in eodem tractat. de cenſuris, par. ſeptima, diſputat. ſexta, ſection. prima, dubitatio ſecunda, vbi aliis pluribus relatis concordantibus firmat concluſionem, quod Clericus in ſacris conſtitutus exercens Chirurgiam per inciſionem, vel aduſtionē ſit irregularis morte ſecuta, licet omnē adhibuerit diligentiam, & ſiue artem hanc exerceat quæſtus cauſa, ſiue etiam ex pietate ſecundum communem intellectum, & ibidem dubitatio decima, verſiculo Primò ſupponendum eſt, & ſequen. & in verſiculo Tertia Concluſio, & ſequen. & in verſiculo Sit quinta concluſio, quibus in locis in ſubſtantia concludere videtur, ad hoc, vt Clericus irregularis euadat ex eo, quod contra iuris prohibitionem exerceat artem Medicinæ, vel Chirurgiæ, etiam quod in curando omnem adhibuerit diligentiam duo præcipuæ requiruntur, vnum quod inciderit, aut combuſſerit, aliud quod mors ſequatur. Sola enim inciſio, vel aduſtio abſq; morte irregularitatē nō inducit in Clerico Medico, ſeu Chirurgo, ſic nec etiā irregularitatē inducit ſubſequuta mors ſine inciſione, aut combuſtione. Et deinde in verſ. Secundo ſupponendum eſt, & ſequentibus, firmat tres alias declarationes; Prima eſt, vt ſupra firmata concluſio non procedat in Clericis minoribus conſtitutis, & non Beneficiatis. Secunda, vt nec etiam procedat vrgente neceſſitate. Tertia, vt non prohibeatur Clericus conſilio, aut auxilio iuuare peritum Chirurgum ad ſecandum membrum, licet per ſe ipſum ſecare non valeat.

436 IRREGVLARITAS licet, vt ſupra firmatum eſt, num. 429. incurratur a Medico, cuius imperitia, ſeu negligentia infirmus obierit. Non tamen ſic eſt ſi idem Medicus in nulla fuerit culpa ſubſequutæ mortis, omnemque ne Egrotus moriatur diligentiam adhibuerit. Speculat. in titul. de diſpenſation. §. Iuxta, num. 45. ad finem, verſiculo Hinc eſt, quod medico, qui adhuibuit diligentiam, Maiol. de irregularitat. lib. ſecundo, capitulo duodecimo, rubric. de Medicorum irregularitate, num. ſexto, Greg. Sayr. lib. ſeptimo, capit. ſexto, num. octauo. Vbi propterea dixit tria præcipua eſſe neceſſaria ad hoc, vt Medicus non teneatur de morte infirmi. Vnum ſcilicet, vt ſit peritus in illa arte, & profeſſione, alterum, vt adhibeat omnem diligentiam. Secundum artis præcepta. Tertio, vt admoneat infirmum, vt præcaueat ab his quæ ſibi nocumento futura ſunt, ex Hoſtien. Panormitan. Angelica, Silueſt. Thabien. & Couarru. in locis ibi per eum relatis.

437 Hinc & multo minus irregularis erit Medicus ſi medicamenta rite ordinauit, ſed Aromatarius aliquid noxium intermiſcuerit, tunc enim ſolus Aromatarius ſequuta morte irregularis erit, ſecundum Panormitan. in capitulo tua nos, §. Ad vltimum, num. quarto, de homicid. Summa Aſten. par. ſecunda lib. ſexto, tit. decimoquarto, art. octauo, quæſtio. 21. Summa confeſſ. lib. tertio, titul. 34. quæſtion. 36. Maiol. de irregularitat. lib. ſecundo, capitulo duodecimo, rubric. De Medicorum irregularitate, num. ſecundo, verſiculo Propterea ſi Medicus, Gregor. Sayr. de cenſur. Eccleſiaſt. lib. ſeptimo, cap. 4. num. 6. verſ. Secus autem.

ARGVMENTVM.

De irregularitate, an, & quando incurratur ab eo, qui abortui cauſam dat.

SVMMARIVM.

Abortui cauſam dans, homicida eſt, & ideo irregularis efficitur, num. 438.

Percutiens mulierem pregnantem, irregularis efficitur, ſi inde abortus ſequatur, num. 440. Vbi etiam quid ſi ludens ſit laicus, cui prohibitum non ſit ludere cum muliere.

Saltans cum muliere grauida, nunquid irregularis efficiatur, ſi inde ſequatur abortus, num. 440. in fine.

Sollicitans mulierem prægnantem ad ſe venire fornicationis cauſa, mulierque in acceſſu abortum fecerit, irregularis eſt, num. 441.

Abortui cauſam dans, efficitur irregularis, ſi fætus erat animatus, ſecus ſi inanimatus, num. 442. & ſeq. Vbi etiam quando dicatur fætus animatus, & quando inanimatus, & num. 444. Vbi quid in dubio præſumatur.

Irregularitas an incurratur ab eo, qui præbet potionem vel cibum ad inducendum ſterilitatem in muliere, & in viro impotentiam generandi, num. 445.

438 IRREGVLARITATEM incurrere qui abortui cauſam dat, nulla eſt dubitatio, cum & is homicida reputetur probat tex. in cap. ſicut ex litterarum, extra de homicid. in c. Aliquando 32. q. 2. eſt in l. necare, ff. de liber. agnoſcen. Et propterea eum de occiſo teneri, capitalique ſupplicio ſubijci, voluit gloſ. prima in l. ſi quis necandi, & ibi etiam Iacob. Butrig. Alberic. & Salyc. C. de ſicar. dixi latius ſupra in tit. de homicid. quæſt. 122. num. 131. & ſeqq. Quare intrat argumentum quod vbi quis tenetur de occiſo, tunc etiam efficitur irregularis quod quidem argumentum affirmatiuè valere nulla eſt dubitatio, licet an valeat negatiuè dubitatio eſt, apud Doctores, vt videre eſt apud Auil. in tractat. de cenſur. Eccleſiaſtic. par. 7. diſputat. 6. ſect. 3. dubio 3. verſ. Ex dictis ſequitur.

Præmiſſa concluſio quæ regulariter vera eſt ampliatur tribus modis, & limitatur duobus modis, prout infra.

439 IRREGVLARITAS multo magis incurritur ab eo, qui abortui cauſam dat percutiendo mulierem pregnantem, tex. eſt in cap. Moyſes 32. quæſt. 2. Clar. in pract. §. final. quæſt. 68. num. 2. verſ. Abortum procurans, cũ alijs per me relatis ſupra d. quęſt. 122. num. 149. Quibus addo Suarez de cenſur. diſputat. 45. ſect. 2. num. 5. Vbi etiam plene diſputat, & declarat an hęc irregularitas pertineat ad homicidium voluntarium, vel ad homicidium caſuale, de quo etiam per Auilam in eod. tract. de cenſur. Eccleſiaſtic. par. 7. diſputat. 6. ſect. 2. dub. 1. verſ. Sed dubium eſt, & ſeqq. & hæc ſit prima ampliatio ad propoſitam regulam.

440 IRREGVLARITAS incurritur, etiam ab eo, qui abortui cauſam dedit non animo occidendi, ſed pura cum muliere ludendo, quicquid enim ſit in laico, vtputà marito, fratre, aut alio coniuncto, cui prohibitum non eſt ludere cum coniuncta pregnante, vnde propterea ſi alias ludus non ſit in ſe noxius, ſed gracilis, & agilis abortu ſequuto, non intret irregularitas; in clerico tamen cui cum muliere ludere prohibitum eſt; ſi inde ſequatur abortus, ſequitur etiam irregularitas, ad tex. in cap. ſicut litterarum, cum ibi notatis per Doctores extra de homicid. quos retuli ſupra quæſt. 122. nu. 160. & ſeqq. Quibus addo Thabien. in verbo Irregularitas 3. num. 14. Silueſtr. in verbo Homicidium 2. quæſt. 11. Maiol. de irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 3. rubr. de homicidio ex culpa aut caſu num. 2. verſ. Quicquid dicitur. Couarr. in clem. ſi furioſus par. 2. §. 4. nu. 10. Suarez de cenſur. diſput. 45. ſect. 6. num. 11. Nauarr. in manual. cap. 27 num. 236. §. Vigeſimoquarto, ſumma Corona tit. de irregularitate num. 17. Gregor. Sayr. in eod. tract. de cenſur. lib. 7. cap. 6. num. 15. vbi ampliat etiam quod clericus ſeu monacus ludens cum pregnante ſit eius affinis, vel conſanguinea, & quamuis cum ea modeſte ludat, aut choreas ducat, & ſiue ex cauſa inhoneſta, ſiue etiam honeſta, & etiam quod cautè cum eadem pregnante ludat reprobato Henriquez contrarium in hoc vltimo dicente lib. 14. cap. 15. §. 4.

Nunquid autem incurratur irregularitas quando abortus ſequitur ex eo, quod quis ſaltat cum muliere grauida, vide Sylueſtr. in verbo Saltus, Nauarr. in manual. cap. 27. num. 236. & conſil. 20. de homicid. lib. 5. Couar. in clement. ſi furioſus par. 2. §. 4. nu. 10. verſ. Quinto libenter, Auila d. par. 7. diſput. 6. ſect. 1. Dubio 6. & hæc ſit ſecunda ampliatio.

441 IRREGVLARITAS eo magis incurritur ab eo qui abortui cauſam dat ex inhoneſta cauſa, vtputa ſi quis fornicationis cauſa mulierem pregnantem ad ſe venire ſollicitauerit, ipſaque in acceſſu aliquid paſſa ſit, vnde abortum fecerit Silueſt. in verbo Homicidium 2. quæſt. 7. Thabien. in verbo Irregularitas 3. num. 14. Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 48. §. 3. rubr. de homicidio ex culpa, aut caſu, num. 14. verſ. Huc quoque ſpectat. Nauarr. in manual. cap. 27. nu. 235. verſ. Vigeſimotertio. Gregor. Sayr. de cenſur. Eccleſiaſtic. lib. 7. cap. 6. num. 16. vbi de clerico qui ad ſe venire facit pregnantem per loca periculoſa vt per tecta domus, aut per feneſtram, ſi illa cadens, aut moriatur, aut abortũ fecerit, ſecus tamen credens ſi eã introduxerit per viam planam, & per oſtium. Auila de cenſur. Eccleſiaſtic. par. 7. diſputat. 5. ſection. 3. dubio 3. verſ. Sed obiter eſt aduertendum, & hæc ſit tertia ampliatio.

442 IRREGVLARITAS licet incurratur ab eo, qui abortui cauſam dat, hoc tamen intelligitur, ſi fœtus animatus, ſecus ſi nondum animatus, facit tex. in c. Moyſes 32. quæſtio. 2. voluit gloſ. in cap. ſi aliquis, * verſ. Sed non eſt irregularis, & ibi communiter omnes Canoniſtæ extra de homicid. & in cap. ſicut ex litterarum, in verbo Viuificatus, extra eodem, & in

cap.

tap.conſuluiſti, in verbo Abortum,& ibi etiam Doctor.2.quæſt.5.cum alijs per me relatis ſupra d.quęſtion.122.nu.120. 134.& ſeqq. & 149.& ſequent. Quibus adde S.Thom.2.2.quæſt.64.art.8.ad ſecundum ſum.Aſten.par.2.lib.6. tit.14.par.8. quæſt.11. & 12.Couarru.in clem.ſi furioſus part.2. §. 3.num. 1.de homicidio, Suarez de cenſuris diſput.44.ſect. 2.nu.13.vbi aduertit conſtitutionem Sixti V.volentem iſto caſu irregularitatē intrare etiā quod fœtus non ſit animatus eſſe correctam, & ad viam iuris reductam à Gregorio XIII. Gregor.Sayr.in eod. tract. de cenſuris lib.7.cap.1.num.12.& cap.2.nu. 5. vbi pro hac eadem diſtinctione plures alios refert concordantes reprobato Maiolo contrarium dicentem in tract.de irregularitate lib.5.c.48.§.1.n.1.& 4.nec diſſentit Auila in eodem tract.de cenſuris Eccleſiaſt. par.7 diſp.6.ſect.4.dub.1.vbi teſtatur de communi.

443 Quando autem fœtus dicatur animatus, variæ fuerunt Doctorum ſententiæ, quas retuli ſupra d. quæſt.122.num.139.& ſeqq.inter quas illa præcipuè magis communiter approbata videtur,quam tenuit gloſ.in l.Diuus,ff.de extraordinarijs criminibus & in cap. in ſumma diſtinct. 5. quod videlicet in maſculo fœtus dicatur animatus poſt 40.dies,in fœmina autem poſt dies octuaginta. Quod, & idem ſcripſit Gregor.Sayr.de cenſuris eccleſiaſtic. lib.7. cap. 1.num.3.vbi teſtatur de communi, & Auila in eod. tract.de cenſuris eccleſiaſticis par.7. diſput. 6. ſect. 4.dub.1. verſ. pro explicatione concluſionis vbi pariter ita communiter Doctor.tenere teſtatur.

444 In dubio autem non conſtito,an fœtus fuerit animatus, vel inanimatus.Quid præſumendum, videquæ dixi ſupra d.quæſt.122. num. 138. vbi probaui quod ad excluſionem pęnæ quando criminaliter agitur, fœtus præſumitur potius inanimatus quam animatus,ſecus ad effectum incurrendi irregularitatem, quam in dubio incurſam eſſe præſumendum eſt,quia indubijs tutior pars eligenda eſt,tutiuſque eſt putare fœtum fuiſſe animatum, quam inanimatum iuxta ea quæ tradunt Angelica in verbo Dubium num. 2. Couarru.in clem.ſi furioſus par.1. in princ. num. 3. de homicid.Sotus 4.diſtinct.25.quæſt. 1.art.3. concluſ.4.Nauarr.in manual.cap.27.num.183.& num. 222.Gregor.Sayr.de cenſuris eccleſiaſticis lib.6.c. 15.num.9.verſ.Si vero dubius ſit,& lib.7. cap.2.nu. 5.vbi alios plures refert Concordantes, nec diſſentit Auil.in eodem tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis, par.7.diſputat.6.ſecti.4.verſ.Tertia Concluſio.

445 IRREGVLARITAS licet incurri videatur ab eo,qui potionem, vel cibum ad inducendum ſterilitatem in muliere præbet, ſeu etiam viro medicinam ne generare poſſit ſubminiſtrat, vt per Maiol. in tractat.de irregularitate cap.48.§.1.num.3.verſic. Ad hoc homicidij genus; veritas tamen eſt in contrariũ quod iſto caſu nulla incurritur irregularitas, vt per Nauarr.in manual.cap.27.num.222. Villadieg. in tractat.de irregularitate cap.6. verſ. Sed contrarium num.36.Auil.de Cenſuris Eccleſiaſticis par.7.diſputat.6.ſect.4.dub.2.Gregor. Sayr. in eodem tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.capit.3.num.5. vbi expreſsè reprobat Maiol.in loco præallegato, cuius opinio poteſt procedere quando ex poculo ſterilitatis ſequitur mors reciptentis illud prout idem Maiol.loquitur in eodem cap.48.§.3.num. 14. ſub verſ. Huc quoque ſpectat. Morte autem non ſecuta,non recedas a propoſita limitatione.

446 IRREGVLARITAS an quomodo, & quando incurratur ex homicidio à pluribus commiſſo quando quis occiderit incertum eſt, dixi remiſſiuè ſupra in tit.de pœnis temperan.quæſt.96.num.60.quam materiam modo latius reaſſumendo,diſtinguēdi ſunt plures caſus, pluresque faciendæ ſunt concluſiones iuxta caſuum diuerſitatem,de quibus ſingulariter dicā in ſingulis infraſcriptis verſiculis. Pręmiſſo prius quod quando homicidium à pluribus patratum fuit præcedente tractatu, & communicato conſilio, tunc quia,vt dixi in d.quæſt.96. num. 72.& ſeqq. omnes de occiſo tenentur, pœnaque ordinaria puniri poſſunt. Hoc ideo omnes pariter irregularitatem incurrere dubitandum non eſt. Valet enim argumentum affirmatiuè ſumptum de pœna occiſi ad irregularitatem, licet quod non valeat negatiuè,controuerſia ſit inter Doctores relatos per Auilam in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis par.7.diſpu.6.ſect.3.dub. 3.verſ.Ex dictis ſequitur.ſic in ſpecie cōmuniter ſcripſerunt Canoniſtæ omnes in cap.ſignificaſti 2. de homicidio, Couarru.in clem.ſi furioſus par. 2. §. 2. num. 3. verſ. Primus caſus,eodem titulo de homicid. cum allegatis per eum Siluestr. in verbo Homicidiũ 1.quæſtion. 11.Gregor.Sayr.de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.cap.4.num.12.Auila in eodem tractat.de Cenſuris Eccleſiaſticis par.7.diſputat.6. ſect.3.dub. 3.Vbi plurib.hanc probat concluſionem.

447 IRREGVLARITAS an incurratur ex homicidio commiſſo in rixa, quando ex pluribus vulneribus vnum ſolum erat lætale, conſtabatque quis dictum lætale vulnus intulerat. Dic quod ex quo is quem certum eſt lætaliter vulneraſſe, de homicidio tenetur, cæteri uero de percuſſione ad text.in l.Item Mela §.ſed ſi ſeruum,ff.ad l.Aquiliam, & in l.ſi in rixa, ff.de ſicarijs,& dixi latius ſupra in d. quæſt. 96. num.28.& ſeqq.Ita etiam ille ſolus qui lętaliter vulnerauit,irregularis erit; Cæteri vero,vt ab homicidio ſic,& ab irregularitate excuſantur vt pariter communiter tradunt Doct.in cap.ſignificaſti,de homicidio, Couarru. cum alleg. per eum in clement. ſi furioſus par.2.§.2.num.3.verſ.Secundus caſus, eodem titulo de homicid. Villadieg.in tract.de irregularitate cap. 6.num.47. Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.cap.4.num.13.

448 Cuius contrarium quod imò iſto caſu, etiam quod homicidiũ fuerit in rixa commiſſum, & quod vnus tantum lętaliter vulnerauerit, omnes ſint irregulares,poſt Nauar.quem allegat in manual.cap.27. num.224.§.10.& conſ.32.de homicid. in fine,aperte tenuit Auila in eod.tract.de Cenſuris Eccleſiaſti-

cis

cis par.7..diſputat.6.ſect.3.dubitat.3.verſ.Maior autem difficultas, & ſeqq. vbi, & hanc ſententiam probabiliorem affirmauit, pluribus eam probat, & reſpondet contrarijs.

ARGVMENTVM.

De Irregularitate, quando incurratur ex homicidio à pluribus in rixa commiſſo, & aliàs quando incertus eſt occiſor.

SVMMARIVM.

Homicidio commiſſo in rixa à pluribus, quos certum eſt vulneraſſe, licet vnum tantum vulnus eſſet læthale, ignoraturque quis illud læthale vulnus intulerit omnes irregularitatem incurrunt, num. 449. *Declara vt num.*450.

*Homicidio in rixa ſequuto ex vulneribus à pluribus illatis nullo exiſtente vulnere letali, ſed morte ſequuta propter vulnerum multiplicationem omnes efficiuntur irregulares, num.*451.

*Homicidio ſequuto in rixa, quando vnus primo vulnerauit, alter vero ſuperueniens vulnerauit, & occidit, quis iſtorum irregularitatem incurrat, & de materia, num.*452.*& ſeqq.*

Lapide proiecto ex feneſtra domus in qua plures erant, ſi ex lapide occiſus fuerit aliquis ex tranſeuntibus per viam, ſi ignoretur quis lapidem proiecerit, quomodo incurratur irregularitas, & de materia, num. 456.

449 IRREGVLARITAS incurritur ex homicidio cõmiſſo in rixa ab omnibus, qui vulnerauerunt licet ex vulneribus illatis vnũ tantũ ſit lætale, & neſciatur quis illud intulerit, ſic enim iudicẽ iudicare debere ſcripſerunt gloſ. in cap. Si quatuor, in verbo Quicunque eorum 23.quæſt.8.& in cap.Cupientes, §. cæterum, in verbo Qui culpabiles, de electione in 6.Barthol. Brixen. in quæſt. Dominic. 15. ſumma Confeſſorum lib.2.tit.1.quæſt.31. Couarru. in Clement.ſi furioſus par.2.§.2.nu. 5. verſ. Quoad irregularitatem, de homicidio, Didac. Perez in additionibus ad Villadieg. in tract. de irregularitate c. 6.num.45.verſ.Idem ex prædictis, Gregor.Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.cap.4. num. 13. verſic. Alij vero, & rectius docent Auil.in eod. tractat.de Cenſuris Eccleſiaſticis par.7.diſputat.6.ſect.3.dubitat.3.verſ. Hinc ſequitur Garzias de benef.par.7.c. 11.ſub num.8.verſic. Quinimo quamuis non apparet.

450 Verum quod attinet ad forum interius, & conſcientiæ, tunc vniuſcuiuſq; rixantis conſcientiæ ſtandum eſt. Is enim qui certo ſcit ſe non vulneraſſe tutus eſt in conſcientia, irregularis non eſt. Idem de eo qui licet ſciat ſe vulneraſſe, certus tamẽ eſt, quod nec animo occidendi, nec lætaliter vulnerauit. At ſi quis dubitat, & ſic ſi omnes dubitant ſe lætaliter vulneraſſe, in tali dubio tutius eſt in foro conſcientiæ ſe irregulares reputare, vt per gl.in cap.Quieſcamus, in uerbo Sed quoniam omnes, diſtinct.42. Speculatorem in tit.de diſpenſation.§. iuxta, num. 52. ſumma Aſtenſis par.2.lib.6.tit.14. art. 8. quæſt. 3. Marian. Soccin.in cap. Ad audientiam, num. 46. de homicidio, Nicol.Plouius de irregularitate reg.28.Gregor. Sayr.d.lib.7.cap.4.num.13.verſ.Quando autem dubium eſt, Auil.d.dubitatio.3. verſ. Sed quid quando plures.

451 IRREGVLARITAS in homicidio commiſſo in rixa incurritur ab omnibus, quando vulneratus pariter ab omnibus non lætaliter, obijt tamen ob multiplicationem vulnerum, quando enim vnus à pluribus percuſſus ex vulneribus moritur, nec conſtat potius ex vno, quam ex alio vulnere obijſſe, tunc omnes ſunt irregulares, Silueſtrin. in verbo Homicidium 3.quæſt.6.verſ.Tertium, Felin.in cap.ſignificaſti il 2.num.10.de homicid. Carer.in pract.crim. in tit.de homicid.§.2.num.59. Couarru.in clement. ſi furioſus par.2.§.2.num.4.verſ. Quarto conſtituitur cum alleg.per eum de homicidio, Maiol.in tract.de irregularitate lib.5.cap.48.§.4. rubr. de opem præſtante homicidio num.7.ad finem, verſ. Ex ijs conſequens eſt, & num.8.Gregor.Sayr.de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.cap.4. nu. 14. Auila in eodem tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis par.7.diſput.6.ſect.3.dubitat.3.in fine, verſ.Quinta concluſio, vide quæ dixi ſupra in tit.de pœn.temper.quęſt.96.nu.25.& ſeqq. & num.31.& ſeqq.

452 IRREGVLARITAS quomodo incurratur quando in rixa vnus primo vulnerauit, alter poſtea ſuperueniens vulnerauit, & occidit, vide Speculator.in tit.de diſpenſation.§.iuxta, num.48.verſ.Illud etiam nota, vbi dixit quod ſi quis occidendi animo, percuſſit latronem, non tamen lætaliter, latro autem ex aliorum vulneribus perijt primus ille percuſſor, irregularis eſt, allegat.tex.in d.cap. ſignificaſti 2. de homicidio, cuius contrarium per eundem text. firmaſſe videtur Gregor.Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7.cap.4.num.15 in principio, vbi dixit quod ſi vnus primus leuiter ſolum percuſſit etiam animo occidendi, & debilitauit nihilque in animum ſecundi occiſoris influxit ſolus ſecundus qui occidit, irregularis erit, & non primus.

453 Quod ſi primus non leuiter, ſed lætaliter vulnerauit, tunc licet alter ſuperueniens occidat uterq; irregularis erit, quia vterque eſt vna cauſa moralis mortis.d.cap.ſignificaſti 2.de homicid. Villadieg.in tractat.de irregularit.rubric.de percuſſore colum.3. Silueſtrin.in verbo Homicidium.2.verſ.Decimoſexto, & in verbo Homicidium.3.quæſt.7. verſ. ſecundum Thabien.in verbo Irregularitas 3.§.9. Nauarr. in manual.cap.27.num.223.verſ. Octauo, Couarru. in clementina ſi furioſus par.2.§.2.num.4.uerſ. Ter

tia,

tia,&c. de homicidio,Maiol.de irregularit.lib.5.cap. 48.§.4.num.6.

454 Nec diſſentit Gregor.Sayr.de Cenſur.Eccleſiaſtic.lib.7.cap.4. num. 15. vbi præmiſſam concluſionem ampliat tribus modis. Primo vt idem ſit quando primus percuſſor eo animo vulnerauit,vt alter ſuperueniens occideret,aut id veriſimiliter præcogitare debuit euenturum. Secundo, quando, nec prima, nec ſecūda percuſſio de ſe ſufficiens erat ad mortem, ſed ſimul iunctę mortem cauſarunt.Tertio,& idem quando prima percuſſio fuit cauſa, vt citius percuſſus moreretur ex ſecunda percuſſione, vel etiam fuit cauſa ne percuſſus fugeret, & ſic non fugiendo à ſuperuenientibus occiſus fuit. His inquam omnibus caſibus omnes vulnerantes eſſe irregulares ſecundum * communes Doctorum traditiones, teſtatur ibidem Sayr.

455 Verum ad hanc materiam,vide quæ dixi ſupra in d.quæſt.96.num.46.& ſeqq. & omnino bene declarantem plures caſus,pluresuè concluſiones facientem Auilam in eod. tractat.de Cenſuris Eccleſiaſtic. par 7.diſput.6.ſect.3.dubitat.4.per tot.

456 IRREGVLARITAS an incurratur quando ex aliqua feneſtra domus in qua plures erāt lapis proiectus hominem putà tranſeuntem occidit, dixi remiſſiuè hac de re ſupra in d.quæſt.96.num.17.Quibus adde Maiol.in tract.de irregularitate lib.5.cap. 48.§.4. num. 9. Vbi dixit in foro conſcientiæ, qui ſcit ſe lapidem proieciſſe omnino irregularis eſt, & è contra. In foro autem iudiciali iudex neminem poteſt irregularem declarare quando ſibi ignotum eſt quis lapidem proiecerit; ſed tantum poterit,& tenetur omnibus comminari, vt qui lapidem proiecit, ſciat ſe irregularem, & adminiſtrādo ſibi perpetuam damnationem parare. Nō enim inquit ipſe abſonum eſt; vt conſcientiæ perſonæ delinquentis quandoq; irregularitas remittatur. Adde etiam Auilam in tractat.de Cenſuris Eccleſiaſticis par.7. diſput.6. ſect. 3.dubitat.3.verſ.Sed quid quando,& ſeq.Vbi ponit caſum, quando non ex dolo,nec ex mutua cooperatione;ſed ex aliqua negligentia quatuor proiecerunt lapides, conſtatque vno tantum lapide percuſſum obiiſſe,ſed incertum eſt quis lapidem illum quo percuſſus obiit,proiecerit, videtur concludere quod omnes abſoluuntur à Cenſuris.

ARGVMENTVM.

De Irregularitate, & quando incurratur ab eo,qui valens impedire homicidium cui præſens eſt,illud non impediuit.

SVMMARIVM.

Irregularitas incurritur ab eo, qui præſens homicidio valens illi obuiare non obuiat, num. 457. Contra, num. 458.

Irregularitatem non incurrit,non obuians homicidio, cui obuiare poteſt quando proximum, quis defendere tenetur ſolum ratione charitatis, ſecus quando defendere tenetur etiam ratione iuſtitiæ,num. 459.

Filii,famuli,ſerui vxor,ſubditus,& publicus officialis irregularitatem incurrunt, ſi videntes vulnerari, & occidi eorum Patrem, Dominum, Maritum, & Superiorem,homicidium non impediunt,& illi non obuiant,num.459.

Obuiare negligens homicidio,cui præſens obuiare poteſt, non ex dolo,ſed ex negligentia,ſocordia, ignauia, vel perplexitate, aut quia non vult ſe immiſcere in rebus alienis,irregularis non eſt, num.460.Contra num.461.

Fame perire permittens fameſcentem,quem ſine ſuo incommodo paſcere poteſt, numquid ſit irregularis, num.462

Perſuadens alteri ne defendat aliquem,qui ab alio vulneratur,& occiditur,numquid irregularitatem incurrat, num.463.& ſeqq.

Irregularitatem an incurrat quis ſciens aliquem eſſe occidendum illi non reuelat occiſorem,& vt ſibi caueat,num.466.& ſeqq.

Irregularitatem an incurrat is, qui inſultato, & fugienti ianuam ſuæ domus claudit, in quam inſultatus non ingredi inſultante,& ipſum inſequente fuit occiſus, num 468.

Irregularitas incurritur ab eo,qui iniuriam paſſus,& ſciens quod ſui conſanguinei, vel amici iniuriantem occidere voluerunt, homicidio non obuiat, nu. 469.

Irregularitas incurritur ab eo qui vltra omiſſionem, & non obuiationem homicidio exercet amplius aliquam doloſam defenſionis ſubtractionem, nu.470. vbi ponuntur exempla huius concluſionis.

Irregularitas quæ incurritur ex omiſſione,ſeu non obuiatione futuro homicidio pertinet ad homicidium caſuale, & non ad voluntarium,num.471.

457 IRREGVLARITATEM nunquid incurrat is qui uidens alterum vulnerari, & occidi,homicidioq; non obuiat,illud impediendo cum poſſit controuerſia eſt inter Doctores,aliqui enim hunc eſſe irregularem exiſtimarunt, Silueſtrin. in verbo Homicidium 3.quæſt.5.verſ. Quintum,Angelic.in verbo Homicidium 1.num.17.Speculator.in tit. de diſpenſat.§.Iuxta,verſ. Quid ſi potui,Marian. Socc. in cap.Ad audientiam quæſt.95.num 338.& ſeqq. & quæſt.97.num.353.Nauarr.in cap.Non inferenda num.18.23.quæſt.3. Qui enim manifeſto facinori,& homicidio obuiare deſinit, homicidia dicitur nec occulta ſocietatis ſuſpicione caret. Homicidiumq;etiam tacendo committitur d.cap.Non inferenda 23.quæſt.3.cap.Epheſiis diſtinct.43.cap. Facientis 86.diſtinct.cap.Illi de homicidio,cap. Quanta, de ſententia excommunicationis cum aliis per me relatis ſupra in tit.de inditiis & tortura, quæſt. 15.

51. Vbi latè explicaui, an quis,& quando præſens de lecto, illi obuiare teneatur.

458 Contrarium, quod imo iſto caſu nulla incurratur irregularitas ab eo, qui præſens homicidio illud non impedit, cum poſſit, voluerunt Armilla in verbo Irregularitas num. 2. Thabien. in eodem uerbo Irregularitas 1. §. 2. poſt Hoſtien. & Archidiacon. in locis per eum relatis. Sanctus Antonin. par. 3. tit. 28. cap. 2. in princip. & in ſumma de irregularitate cap. 3. Summa Confeſſorum lib. 2. tit. 1. quæſt. 32. Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis, qui alios refert Concordan-
* tes lib. 7. cap. 4. num. 2. Vbi etiam de communi teſtatur. Quorum opinio ea ratione cõfirmatur, quia huiuſmodi irregularitas requirit factum, cap. ſi quis viduam, diſtinct. 50. cap. 2. de cletic. pugnant. in duello nec vllo iure expreſſum reperitur, quod ex ſola permiſſione, vel omiſſione irregularitas contrahatur, & ni fallor hæc contraria opinio expreſsè probatur in cap. fin. 23. quæſt. 8. Vbi dicitur: qui uero, nec eum impugnabant, nec uulnerabant, neq; auxilio, vel conſilio cooperatores fuerint, ſed tantum adfuerunt extra noxam ſint.

Secunda opinio negatiua uerior eſt, declara tamen vt in ſequentibus limitationibus.

459 IRREGVLARITAS an incurratur ab eo, qui videns aliquem vulnerari, & occidi, valens homicidium impedire, non impedit. Dic quod quando quis tenetur proximum defendere ſolum ratione charitatis (hoc enim modo omnes proximum ſuum defendere teneatur, quando commodè poſſunt dict. capitulo non inferenda, & cap. vltimo 23. quæſt. 3.) & tunc non defendendo quis irregularitatem non incurrit, ſecus quando quis alium defendere tenetur non ſolum ratione charitatis, ſed etiam ratione iuſtitiæ, prout contingit in filijs, famulis, ſeruis, vxore, ſubditis, publicis officialibus, aliiſque ſimilibus, de quibus latè dixi ſupra d. quæſt. 51. vel etiam ratione ſtipendij obligationis, aut iuramenti, tunc enim abſque dubio non obuians homicidio, & illud non impediens, cum poſſit, irregularitatem incurrit, colligitur hæc diſtinctio ex traditis per Nauarr. in d. cap. Non inferenda num. 35. & in ſumma cap 27. num. 231. & ſeqq. & cap. 24. num. 22. Siluestrin. in verbo Homicidium 3. quæſt. 5. §. 5. & §. 2. reg. 3. Emanuel in ſumma in verbo Irregularitas cap. 178. concluſ. 4. & 5. Felyn. in cap. 1. num. 4. de offic. deleg. Maiol. de irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 5. num. 2. & ſeq. vbi latè de ſingulis perſonis in prædicta diſtinctione contentis, ac etiã de Maſſarijs obligatis deferre Curiæ delicta; Et inter alia ſubdit eſſe animaduertendum, quod in propoſito, vbi quis ratione iuſtitiæ proximum defendere tenetur, non intelligitur, vt teneatur eripere à morte, ſed ſufficit agere quicquid adiuuando verbo, vel facto facere poteſt, vt mors impediatur. Tiraq. de pœn. temperand. cauſ. 44. nu. 13. Suarez de Cenſuris diſput. 45. ſect. 4. num. 3. & num. 5. & ſeqq. vbi pluribus prædictam diſtinctionem comprobat, proponit contraria, & illis reſpondet Gregor. Sayr. in tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 4. num. 3. & 4. vbi alij referuntur concordantes, & pariter declarat cum Maiol. vbi ſupra quomodo iſto caſu intelligatur defenſio, Auila in eod. tractat. de Cenſuris par. 7. diſputat. 6. ſect. 2. dubitat. 7. verſ. Inter has opiniones, & ſeqq.

Et hæc ſit prima limitatio opinionis negatiuę.

460 IRREGVLARITATEM an incurrat is, qui valens homicidio, cui præſens eſt, obuiare, & non obuiat. Alia à Doctoribus affertur diſtinctio, (& erit ſecunda limitatio negatiuæ opinionis) vt ſcilicet deſiens obuiare, non ſit irregularis, quando ſic obuiare deſinit ſine dolo, vtputà per negligentiam, ſocordiam, ignauiam, vel perplexitatem, aut quia non vult ſe immiſcere in rebus alienis, ſecus ſi cum dolo, vt per Maiol. in tract. de irregularit. lib. 5. cap. 48. §. 5. rubr. de homicidio ex omiſſione num. 2. in princ. & in verſ. Secundo fallit, vbi amplius dixit, quod iſto caſu dolus coniecturis probatur, poſt Abbatem in loco per eum relato, Angelica in verbo Homicidium 1. §. 17. Non diſſentit Couarru. in Clementin. ſi furioſus par. 2. §. 2. num. 7. in fine, Gregor. Sayr. in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 4. num. 2. iuncto num 8. poſt med. verſ. Et idem erit in eo qui doloſè deſinit obuiare, vbi loquitur in eo, qui commodè poterat clerico iniuriam auertere, & ex dolo auertere deſijt.

461 Contra ſecundam partem diſtinctionis prædictę, & quod imò etiam quod quis præſens homicidio, illi obuiare deſinat ex dolo, irregularis non ſit, facere videtur, quia dolum iſto caſu Doctores intelligere videntur deſiderium, vt alius occidatur. Quod quidem deſiderium maximè apparet ex eo, quod quis præſens homicidio, gaudeat, niſi gaudij ſigna talia ſint, vt homicida fauorem ſentiat, & animoſior fiat ad committẽdum delicti, tuc enim non eſt ſola omiſſio, ſed ſola cooperatio. Quod ſi vidẽs homicidiũ gauderet, & exterius rideret, vel alicui tertio diceret, ſibi placere, nihil ſciente, vel aduertente ipſo homicida, tũc ſic gaudens, & ridens, homicidio non obuians, irregularis non eſt, etiam quod dolo, odio, & deſiderio, vt alter occidatur, obuiare deſinat, vt per eundem Maiol. vbi ſupra d. lib. 5. c. 48. §. 5. n. 2. verſ. Etiamſi gaudeat, & verſ. ſeq. incipiente hoc fallit in duobus caſibus, & bene etiam explicat Suarez in tract. de Cenſur. diſputat. 45. ſect. 4. num. 3. verſ. Maiolus vero, & nu. 4. vbi etiam dixit, in foro cõſcientiæ quod ſi re vera interceſſit tantum omiſſio contrà charitatem, quamuis illa fuerit voluntaria ex interno odio, deſiderio, ac gaudio mortis proximi, nulla tamen incurritur irregularitas per text. quem allegat, & ponderat in cap. final. 23. quæſt. 8. & in hac contraria opinione, ni fallor, reſidere videtur, Auila in eodem tractat. de Cenſuris par. 7. dubitat. 6. ſect. 2. dubitatio. 7. vbi relatis hinc inde contrarijs in hoc articulo Doctorum ſententijs, eorumque argumẽtis reprobatis, reſidere videtur ſimpliciter, nulla habita ratione exiſtentis, vel nõ exiſtentis doli in præmiſſa diſtinctione

de

de qua ſupra num. 459. vt ſcilicet non incurratur irregularitas ab eo, qui proximum defendere tenetur ſola charitatis ratione, ſecus quando tenetur defendere etiam ratione iuſtitiæ, & pro hac eadem opinione faciunt quæ mox dicam in ſeq. concluſione.

462 IRREGVLARITAS nunquid incurratur ab eo qui fameſcentem famæ perire permittit etiam doloſè cum ſine ſuo incommodo eum paſcere poſſet reſoluitur hac dubitatio iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 459. (& hæc erit tertia limitatio) vt ſcilicet ſi omittens paſcere fameſcentem non habet particularem obligationem illum alendi, & tunc licet omittens alere exiſtentem in extrema alimoniæ neceſſitate, mortaliter peccet, opus charitatis omittēs, non tamē eſt irregularis, etiamſi deſideret illius mortem, doloſeque alere omittat, vt per S. Antonin. de Cenſuris cap. 97. Cardinal. Zabarell. in clement. 1. quæſt. 14. de homicid. Siluestr. in verbo Homicidium 3. quæſt. 2. verſ. Tertium; ſecus ſi non ſolum ex charitate, ſed etiam ex iuſtitia aliquo modo alendi habet obligationem, prout ſunt miniſtri, & cuſtodes infirmorum, & Hoſpitalarij, maritus, filius, ſeruus, & ſimiles. Sic enim pluribus hanc eandem diſtinctionem in propoſito caſu pluribus comprobat Maiol. in tract. de irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 5. rubric. de homicidio ex omiſſione n. 4. verſ. Ex præmiſſis, & ſeqq. vbi in verſ. Prædictis; addo ſubdit, quod ſi valde diues, & prælatus requiſiti de alimēto ab exiſtēte in extrema neceſſitate id negent cum ſcandalo Populi, & illo mortuo populus ſcandalum patiatur dicendum poteſt hanc ſcā doloſam omiſſionem irregularitatem inducere per text. quem allegat in cap. Florentinus 85. diſtinct. & in cap. Ex litteris 1. de homicidio cum alijs ibi per eum allegatis. Addo pro hac eadem diſtinction. Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 4. nu. 4. ad finem verſ. Sic etiam irregularis eſt, vbi de Patre, Marito, Domino, Vxorem, Filium, aut Seruum contemnentibus, eiſque alimenta denegantibus & ob id morientibus.

463 IRRREGVLARITAS licet vt præfertur non incurratur ex ſola omiſſione non defendentis eum qui ab altero vulneratur, & occiditur, non tamen ſic eſt in eo, qui volentem illum defendere conſulit eique perſuadet, ne defendat. Si enim, vt ſupra dixi, videns aliquem occidi, homicidio gaudens, exterioribusq. ſignis animoſiorē reddens homicidam, irregularis eſt, à fortiori ſequitur irregularem fieri eum, qui mandat, vel conſulit alicui, vt alium non tueatur ab homicidio; is enim peccat contra iuſtitiam reſpectu occiſi, & poſitiuè ad eius mortem operatur, ideo irregularitatem incurrit, vt per Suarez in tract. de Cenſuris diſputat. 45. ſect. 4. num. 3. ad finem verſ. Vnde à fortiori, & ante eum Siluestrin. in verbo Homicidium 1. quæſt. 9. par. 1. Thabien. in verbo Irregularitas 2. num. 16. Armilla in eodem verbo num. 31. Nauarr. in ſumma cap. 27. num. 231.

464 Contrarium, quod ſic conſulēs, & perſuadens nō ſit irregularis, licet id doloſè faciat, & ex prauo animo vt alter moriatur, defendere conatur Auila in tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis par. 7. diſput. 6. ſect. 2. dubitat. 7. verſ. Ex dictis ſequitur primo, vbi tamen hoc declarat non procedere quando quis non ſola perſuaſione, ſed per violentiam, iniuriam, vel fraudem aliquem à defenſione retraheret: tunc enim quia ageret contra iuſtitiam, eſſet irregularis, vt ibi per eum.

465 In hac contrarietate dic primam opinionem procedere quando quis defenſionem diſuadet doloſè, & mente corrupta. Secunda autem quando id fecerit pietate motus, ne is qui ſe ad defenſionem parabat, veriſimiliter maiori periculo ſe ſubijceret, aut quid ſimile: ſic enim eſt de mente Thabien. in loco præcitato, S. Antonin par. 3. tit. 29. cap. 2. in princip. & aliorum, vt in propoſito refert, & ſequitur Maiol. in tractat. de irregularitat. lib. 5. cap. 48. §. 4. num. 3. & §. 5. poſt num. 3. verſ. Sic quia vertit, vbi teſtatur * de communi Doctorum ſententia, Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 4. num. 8. in princ. Et hæc ſit quarta limitatio præpoſitæ concluſionis negatiuæ.

466 IRREGVLARITAS, ſicut non incurritur per eum qui præſens homicidio illud non impedit quando, ſcilicet proximum defendere tenetur ſolum ratione charitatis, ſecus ſi etiam ratione iuſtitiæ, vt dixi ſupra in prima limitatione num. 459. ita nec etiam irregularitatem incurrit is, qui ſciens homicidium committendum illud reuelando non impedit quando occidendum defendere quis tenetur ſolum ratione charitatis non ſi defendere etiam tenetur ratione iuſtitiæ, vt in ſeruis, filijs, ſubditis, vaſſallis, & alijs quos ſupra numerauimus (& hæc ſit quinta limitatio dependens à prima) colligitur hæc diſtinctio ex traditis per Maiol. in tractat. de irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 5. rubric. de homicidio ex omiſſione nu. 3. verſ. Et conſequitur ex prædictis, Nauarr. in manual. cap. 24. num. 22. Auila in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis par. 7. diſput. 6. ſect. 2. dub. 7. ver. ſecundo ſequitur, & verſ. ſequitur quarto, vbi amplius dixit quod ſi fœmina dixerit illi, ex quo concepit, ſe velle ſumere medicinam ad abhortum faciendum, & ille taceat, ſequaturque abhortus poſt animationem, manet irregularis, ſi non tacendo, & diſſuadendo credebat ſe profuturum ex Emanuel quem allegat in cap. 178. poſt 10. concluſionem.

467 Datur per Doctores in hac materia non reuelantis homicidium alia diſtinctio iuxta ea quæ tradita ſunt ſupra in 2. limitatione num. 460. vt ſcilicet ſi is qui mortis tractatum non manifeſtat, ad ſic non manifeſtandum mouetur non ex ignauia, timiditate, vel animi puſillanimitate, ſed malo animo, & ex dolo, tunc ob non reuelationem, ſecuta morte irregularis efficitur, ſecus ſi ſine dolo, & malo animo, vt per Siluestrin. in verbo homicidium 1. quæſt. 10. Angelic. in verbo Homicidium 1. §. 19. Nauarr. in manual. cap. 25. num. 232. Maiol. in tractat. de irregularitat. lib. 5. cap. 48. §. 5. rubric. de homicidio ex omiſſione num.

num.3.verſ.Et conſequitur,Gregor.Sayr.de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.cap.4.num. 8. in fine verſ.Ex quibus omnibus colligitur.

468 Sic ſi antefores domus alicuius fiat ſanguinolenta rixa, dominuſque domus oſtium claudat, quo ſi occiſus introiſſet abſque dubio fuiſſet ſaluus; licet tunc d.dominus irregularis ſit,vt per Suarez in tract. de Cenſuris diſputat.45.ſect.4. num.3.in fine,verſ. Idem probabiliſſimè,poſt Maiol.in tract.de Irregularitate lib.5.cap.48.§.5.rubr. de homicidio ex omiſſione num.3.verſ.Ex prædictis etiam deciditur.Veritas tamen eſt, & ita Maiol. loquitur vt hoc ſit verū quando quis doloſè domum claudit ne inſultatus domum ingreſſus ſaluaretur,faciliuſque per aduerſarios occideretur.Tunc enim ſit oſtium claudens, irregularis efficitur,ſecus ſi ſine hoc dolo quis domus ſuæ oſtium claudat, vtputa ne in domum irruat rixantium impetus,tunc enim irregularis non eſt, vt ibi per eum,quem etiam refert, & ſequitur Gregor. Sayr.in tractat.de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.cap. 4.num.8. verſ.Item ſi quis rixas excitans.

469 IRREGVLARITAS(& hæc ſit ſexta limitatio) etiam incurritur ab eo qui puta verberatus aut aliam iniuriam paſſus ſentit eius conſanguineos, ſeu amicos dicentes quod volunt iniuriam ipſi illatam indicare;tunc enim ſi iniuriam paſſus expreſsè non contradicat,nec impediat quantum in ſe eſt ſequuto homicidio, irregularis erit, Summa Aſtenſis par.2.lib. 6. tit. 14. articul. 8. quæſt. 10. Angelic. in verbo Homicidium 1.§. 20. Siluestrin. in verbo Homicidium. 1. quæſtion.10. verſic. Tertium.Quos ſic dicentes refert, & ſequitur Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis.lib. 7.capit. 4. num. 8. verſic. Et idem dicendum eſt, & ante iſtos idem ſcripſit Speculator.in tit. de diſpenſation. §.iuxta,num.53.Vbi ſecus ſubdit eſſe quando amici mei, aut me ignorante, aut me prohibente,& inuito interficiunt aliquem à quibus alias iniuriam recepi; ad quæ vide omnino Auil. de Cenſuris Eccleſiaſticis part. 7. diſputat. 6. ſect. 4. ad finem verſic. Secunda concluſio.

470 IRREGVLARITAS (& hæc ſit ſeptima limitatio) vt irregularitas incurratur ab eo qui vltra omiſſionem,& non obuiationem homicidio exercet amplius aliquam doloſam defenſionis ſubtractionem. Et huius declarationis plura per Doctores afferuntur exempla. Primum eſt quando cæcus pontem tranſit, tu clàm tabulam aufers, vt cadat, & ille incautus ceciderit, & obierit. Secundum exemplum quando aliquis immergitur in flumine, & faci le poteſt ſaluari apprehendendo remum tuum,vel funem tuam,aut ipſam ſchafam, ſed tu remum, funem, aut ſchafam auferas, vt ille ſaluari non poſſit. Tertium exemplum quando Aduocatus vel Procurator aſſumptum patrocinium rei doloſè deſerat, & ob hanc deſertionem reus ad mortem damnetur. Quartum exemplum in teſte qui tacendo verum,fuit cauſa vt reus ille pro quo fuit inductus ad ſe examinandum, ad mortem damnatus fuit. Quintum exemplum quando mitto te tamquam nuntium cum litteris quibus moneo Titium, vt ſibi caueat ne occidatur, tu autem doloſè litteras non dediſti, & ob id non ſe præcauens occiſus fuerit. Sextum exemplum quando quis noctu per loca periculoſa cum lumine incedat, & alter illius lumen ioco, vel doloſè extinguat, illeque ſine lumine propterea preceps ruuat, & moriatur. Septimum erit exemplum in occultante arma alterius, quibus ſe defendere poterat, & ob id indefenſus occiſus fuit. De quibus omnibus exemplis vide latè per Maiol. in tractat. de irregularitat. lib. 5. capit. 48. §. 5. rubric. de homicidio ex omiſſione num. 3. per totum in diſcurſu. Suarez de Cenſuris diſputation. 45. ſectio. 4. num. primo in princip. Gregor. Sayr. in eodem tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. quarto num. quarto ad finem, verſic.verſ.Item Aduocatus,vel Procurator,& verſ. ſeq. & nu. 8. verſ. Et qui noctu, & verſic.ſequenti.

471 IRREGVLARITAS (& hæc ſit declaratio ad omnes prædictas limitationes) quæ incurritur ex omiſſione, & non obuiatione futuro homicidio non pertineat ad homicidium voluntarium, ſed tantum ad homicidium caſuale, quando ſcilicet hæc omiſſio procedit ex negligentia, ex timore humano, ex auaritia, & ſimilibus affectibus, ſecus ſi ex odio, ac directa voluntate, vt alius occidatur, tunc enim irregularitas hæc ad homicidium voluntarium pertinebit, vt bene declarat Suarez in tractat. de Cenſuris eccleſiaſt. diſputation.45. ſectio, 4. in fine, num.9.verſic. Alterum notandum eſt.

ARGVMENTVM.

De Irregularitate, an, & quando incurratur ex homicidio ad defenſionem commiſſo.

SVMMARIVM.

Irregularitas non incurritur ab eo, qui hominem occidit ad ſui neceſſariam defenſionem, num. 472. & ſeq. Vbi quod procedit hæc concluſio etiam de iure antiquo, & ante Clementinam 1. de homicid.

Irregularitas nunquid incurratur ex homicidio ad defenſionem commiſſo ex Concilio Tridentino, num. 475.

Occidens ad ſui defenſionē irregularitatē non incurrit etiam præueniendo, & non expectando ſe ab inuaſore percuti, num. 476. & ſeq. Vbi idem de occidente eum in inſidiis ſeparantem vt aliquem occideret.

Occidens ad ſui defenſionem aggreſſorem non eſt irregularis etiam quod ipſe aggreſſor moriatur in peccato mortali, num. 479.

Occi-

Occidens ad ſui defenſionem non eſt irregularis, etiam quod ab aggreſſore non ſit poſitus in periculo mortis, ſed tantum mutilationis, alicuius membri, num. 480. Vbi etiam, quod ſi immineat periculum grauis percuſſionis poſita in notabili læſione, ſeu vulneratione, ſiue etiam in notabili contumelia, vel infamia prout eſt in alapa, vel in percuſſione cum virga, vel arundine.

Occidens ad ſui defenſionem non efficitur irregularis, etiam, quod occidat innocentem inuaſorem, vtputa puerum, freneticum, amentem, vel dormientem, num. 481.

Irregularitas, nec etiam incurritur ab eo, qui vt ſe ab inuaſore defendat, ſocium vocat in auxilium ſuæ defenſionis, ſociuſque ille inuaſorem occidat, num. 482. Et quid ſi ſocius ille occidatur, num. 483. & ſequen. Vbi de eadem materia.

Occidens ad ſui defenſionem non neceſſariam excedendo moderamen inculpatæ tutelæ irregularis efficitur, numer. 485. Declara, vt numer. 486.

Occidens non pro ſui corporis defenſione, ſed aliorum, irregularis eſt, num. 487. Contra num. 488.

Occidens pro defenſione rerum ſuarum, vt puta furem, quando dicatur irregularis, num. 489. & ſeq.

Occidens pro defenſione ſui honoris, an, & quando efficiatur irregularis, num. 489. & ſequentibus.

Irregularitas incurritur ab eo, qui clamat contra furem, aut alium maleficum, vt capiatur, ſi captus ab alio occidetur, vel a iudice decapitetur, num. 492. Et quid ſi aliquis vulnerat furem, vel latronem, vt non valeat fugere, & ob id ſuperueniant alii qui eum occidat, nu. 493. Et quid ſi Clericus videns furem fugientem, cum rebus ſibi ſubtractis clamet, & vocet vicinos, qui venientes furem occidant, num. 494. Et quid ſi Clericus ſcribit alicui, vt aliquis capiatur, & ex captura ſequatur mors, num. 495.

Irregularis nunquid efficiatur is, qui aliquem occidit, cum poſſit, fugiendo ſe ſaluare, nu. 496. & ſeqq. & num. 499. vbi quid de eo, qui fugientem aggreſſorem occidit.

Irregularis an efficiatur is, qui aggreſſorem occidit, eſt tamen in aliqua culpa in exponendo ſe in neceſſariam vitæ defenſionem, num. 500. & ſeqq. vbi plura huius concluſionis ponuntur exempla.

Author rixæ, & prouocator occidendo aliquem non excuſatur ab irregularitate, num. 500.

Occidens maritum vxoris, cum qua depræhenſus eſt in adulterio, irregularitatem incurrit, num. 500.

Fur ingreſſus domum alienam animo furandi ſi ſe ſuam vitam defendat, & occidat aggreſſorem irregularis efficitur, num. 500.

Occidens ad ſui defenſionem in Bello iniuſto irregularis efficitur, num. 500.

Occidens ad ſui defenſionem miniſtros iuſtitiæ volens ſe ab illis eximere irregularis efficitur, nu. 500.

Maritus ſi occidat Vxorem propter adulterium, nunquid adulter irregularis efficiatur, num. 505.

Irregularitas incurritur ab eo, qui aggreſſorem mutilat, cum poſſet mortis periculum euadere, & ſe defendere, cum minori læſione, vtputa vulnerando, num. 506.

472 IRREGVLARITAS non incurritur ab eo, qui hominem occidit ad ſui neceſſariam defenſionem, text. eſt Clarus in clementin. vnica de homicidio, & ibi præſertim Couarru. par. 3. §. primo, num. primo, Nauarr. in manual. cap. 27. nu. 207. num. 211. Maiol. in tractat. de irregularitat. lib. 5. cap. 48. num. 6. Soto lib. 5. de iuſtitia quæſtio. prima, artic. 8. Alphonſ. de Caſtro, lib. ſecundo, de lege pœnali, capit. 4. & eſt communis concluſio, & regula, vt per omnes ſummiſtas in verbo Homicidium; & teſtatur Caiet. in 2. 2. quæſt. 64. artic. 7. Barth. Medin. lib. primo, inſtruct. confeſſ. cap. 11. §. 10. Suarez de Cenſuris diſputation. 46. ſect. prima, num. primo, & ſeq. Auila in eod. tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis, par. 7. diſputat. 5. ſectio. 3. dubio primo verſ. Loquendo de iure nouo, Iacob de Graſſijs, lib. ſecundo ſuarum deciſionum, cap. 65. num. primo, Gregor. Sayr. in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 6. cap. 17. num. primo, vbi de alijs relatis teſtatur hanc eſſe communem omnium recentiorum ſententiam, & n. 5. dixit hoc procedere non ſolum in laicis, ſed etiam in Clericis, & Religioſis, dixi ſupra in titul. de homicidio, quæſt. 125. num. 27.

Propoſita regula, & concluſio extenditur, & ampliatur pluribus modis, de quibus ſingulariter dicam necnon etiam limitatur, & declaratur pluribus alijs modis, de quibus poſt ampliationes ſucceſſiue dicam.

473 IRREGVLARITATEM (& hæc ſit prima Amplibtio propoſitæ concluſionis, & regulæ) licet nonnulli exiſtimauerint iure antiquo, & ante clementinam primam de homicidio incurri etiam ab eo, qui ad neceſſariam ſuæ vitæ defenſionem aliquem occiderit per text. in cap. Si quis viduam, diſtinction. 50. in illis verbis, aut conſilio, aut præcepto, aut defenſione, quæ verba etiam repetuntur in cap. ſecundo, de Clerico pugnan. in Duell. & in cap. de his Clericis il primo. diſtinctio. 50. vt videre eſt apud Speculatorem in tit. de diſpenſatione, §. iuxta, num. 47. S. Tho. 2. 2. quæſt. 64. art. 7. ad 5. & ibi etiam Caieta. d. artic. 7. in fin. Palud. 4. diſtinct. 25. quæſt. 3. art. 2. concluſ. 3. Alex. de Ales. in ſumma par. 3. quæſt. 34. membro ſecundo, art. ſecundo, §. ſecundo, Summa confeſſ. lib.

ſecundo, titul. primo, quæſt. 12. & quæſt. 21. Martin. Ledeſm. 2. 4. quæſt. 26. art. 2. in tract. de irregularitate, Maiol. de irregularitate, lib. 5. cap. 48. in princip. num. 6.

474 Verior tamen, & probabilior opinio videtur, quod etiam ante dictam Clementinam, & ſic de iure antiquo incurrebatur irregularitas ab eo, qui aliquẽ occidit ad ſui neceſſariam defenſionem, vt videre eſt apud Gloſ. in d. clementin. ſi furioſus in verbo, & idem vbi citat Hoſtienſ. dicentem, quod ſuo tempore clemens iv. & Curia ſic tenebat Abbatem in cap. ſi quod dignum, num. 14. de Homicidio, Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 211. & num. 255. Greg. Sayr. de cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 6. cap. 17. num. 9. vbi alios refert de veriori opinione teſtatur plures adducit rationes, & bene reſpondet ad iura in contrarium allegata, quod ſcilicet loquantur, & intelligi debeant de defenſione, ſine moderamine inculpatæ tutelæ, & non de defenſione ſimpliciter, quod, & idem ante cum voluit Suarez in tractat. de Cenſuris diſputatio. 46. ſectio. prima, num. primo, in princip. & num. ſecundo, verſ. Imo probabilius eſt, vbi teſtatur de probabiliori opinione. Auila de cenſur. Eccleſiaſt. par. 7. diſputatio. 5. ſectio. 3. dubio primo, verſ. Primo, & ſequentibus, vbi pariter teſtatur de probabiliori ſententia.

475 IRREGVLARITAS non incurritur (& hæc ſit ſecunda Ampliatio) propter homicidium commiſſum ad neceſſariam defenſionem non ſolum de iure antiquo, & nouo, vt mox dixi, ſed nec etiam vigore Concilij Tridentini, licet enim ſeſſion. decimaquarta, de reformation. cap. ſeptimo, loquens de homicidio, quod contingit vim repellendo diſpenſationem ſtatuerit ordinario committi quaſi quod tale homicidium irregularitatem inducat aliter diſpenſatio non eſſet neceſſaria, prout videtur fuiſſe de mente Maioli in tractat. de irregularitate, lib. quinto, capitulo 48. num. decimo, verſiculo Sexta declaratio, vbi tamen loquitur quod iſto caſu irregularitas non operabitur, vt homicida non exerceat ſine diſpenſatione ſuſceptos ordines; ſed tantum, vt non poſſit ad alios altiores aſcendere. Veritas tamen eſt, quod prædictum concilium intelligi debet non de homicidio facto ad neceſſariam defenſionem, & ſine culpa, & prout nos loquimur, ſed de homicidio patrato cum aliqua culpa, & exceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ, vt benè declarat Nauarr. in conſilio 36. in tit. de homicidio Auila in tractat. de cenſuris Eccleſiaſticis par. ſeptima, diſputatio. quinta, ſectio. tertia, dubitation. prima, verſiculo Loquendo de iure nouo, & melius Suarez in tractat. de cenſuris, diſputatio. 46. ſectio. prima, num. tertio. Vbi propterea reprobat Maiol. contrarium dicentem in loco præallegato. Quod, & idem aperte etiam ſcripſit Gregor. Sayr. in eodem tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. ſexto, capitul. 17. num. decimo, vbi alijs relatis concordantibus amplius teſtatur, ita alias de anno 1588. prima octobris declaraſſe Congregationem Cardinalium ſuper decretis Tridentini Concilij, & etiam prædicto Concilio dat aliam reſponſionem, vt ſcilicet intelligatur in dubio, quando dubitatur, an homicidium fuerit commiſſum ad neceſſariam defenſionem, an vero cum aliquo exceſſu, & culpa tunc enim, & ad cautelam diſpenſatio neceſſaria erit ſecus quando vere conſtat de neceſſaria defenſione, & de non exceſſu.

476 IRREGVLARITAS non incurritur ab eo (Et hæc ſit tertia Ampliatio) qui ad ſui defenſionem aliquem occidit præueniendo, & non expectando, ſe ab illo percuti, Nauarr. conſil. 31. in titul. de homicidio, & in manuali cap. 15. num. tertio, Sotus lib. quinto, de iuſtitia, quæſt. primo, artic. 8. verſiculo At vero Suarez in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis diſputatio. 46. ſection. prima, num. 7. ad finem, verſiculo Oportet tamen animaduertere, vbi propterea dixit quod iſto caſu præuenire nòn eſt aggredi; ſed ſe defendere Iacob. de Graſſijs, lib. ſecundo ſuarum deciſionum cap. 65. num. 6. & num. 7. Alphonſ. Riuald. in tractat. de irregularitate, num. 215. Gregor. Sayr. de cenſuris eccleſiaſticis, lib. 6. cap. 17. num. 8. vbi & hanc concluſionem reprobato fiat. Mich. Salon in loco per eum relato, vti veriorem admittit quoties veriſimilia præcedunt inditia, & actus manifeſti, quod ille qui fuit occiſus intendebat occiſorem offendere, nec aliter occiſor probabiliter ſe defendere poterat arbitrio boni viri, Auil. in eodem tract. de cenſuris Eccleſiaſticis, par. 7. diſputatio. quinta, ſectio. tertia, dubitatio. ſecunda, verſ. Secunda concluſio, vbi propterea infert, quod poteſt quis ſagitta, vel alio inſtrumento, è longinquo æmiſſo occidere inimicum contra ſe venientem euaginato gladio immo, & per foramen poteſt inuaſorem occidere ex Villadieg. quem allegat in tract. de irregularit. num. 73.

477 Et hinc inferri etiam poteſt non eſſe irregularem eum qui occidit parantem ſe inſidijs, vt interficiat eũ a quo propterea occiſus fuit, quãdo periculum quod ex inſidijs imminebat erat tale, vt niſi quis occidiſſet eum qui ſe in inſidijs poſuerat iſte occiſus fuiſſet
* ſecundum communiorem Doctorum ſententiam, quam alijs relatis teſtatur Sayr. d. lib. 6. c. 17. nu. 13.

478 IRREGVLARITAS non incurritur ab eo (& hæc ſit quarta ampliatio) qui ad ſui neceſſariam defenſionem occidit ex odio odium enim cordis internum non facit, vt contrahatur irregularitas, ſi re vera, quis inuaſorem occidat ad tuendam vitam ſuam, peccat tamen ſecundum Couarruu. in clementin. ſi furioſus, par. ſecunda, §. quinto, num. ſecundo, de homicidio cum alijs relatis per Gregor. Sayr. in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſt. lib. 6. cap. 17. num. 12. Vbi propterea reprobat Nauarr. in Manual. cap. 27. num. 226. contrarium dicentem, nec ab hac ampliatione diſcedit Auil. in tractat. de Cenſuris Ec-

cle-

cleſiaſt. par. 7. diſputatio. 5. ſectio. 3. dubitatio. 1. ſub verſ. Loquendo, de iure nouo, poſt medium ibi, Secundo habet verum. vbi pariter reprobat Villadieg. contrarium tenentem in loco per eum relato.

479 Imo nec etiam irregularitas incurritur ab eo qui ſe defendendo occidit inuaſorem, quem bene ſcit eſſe in peccato mortali, & in eo moriturum, vt per eundem Gregor. Sayr. de cenſur. dict. lib. 6. capit. 17. num. ſecundo, Vbi alios refert concordantes, contrarium tenentes reprobat, & illorum rationibus bene reſpondet.

480 IRREGVLARITAS non incurritur etiam ab eo (& hæc ſit quinta ampliatio) qui ad ſui defenſionem aliquem occidit, licet in periculo mortis non ſit conſtitutus dummodo tamen exiſtat in periculo mutilationis alicuius membri, dixi ſupra in titulo de homicid. quæſt. 25. num. 83. Quibus addo Siluestrin. in verbo Homicidium, tertia quæſtione quarta, verſiculo Primum, Roſella in verbo Homicidium, 4. num. primo, Nauar. in manual. cap. 27. num. 211. Suarez de Cenſuris Eccleſiaſticis, diſputatio. 46. ſect. ſecunda, num. 6. verſ. Rurſus in altera parte, vbi reprobat Maiol. contrarium tenentem in tractat. de irregularitate, lib. 5. cap. 48. in princ. num. 7. Plouium, & Villadiego contrarium tenentes in locis ibi per eum relatis imo, & ſubdit idem videri dicendum, etiamſi non timeatur mutilatio, aut vulnus letale, ſed ſolum immineat periculum grauis percuſſionis corporis, ſiue grauitas ſit poſita in notabili læſione, ſeu vulneratione, ſiue etiam in notabili contumelia, vel infamia prout eſt in alapa, vel percuſſione alia virgæ, vel arundinis, Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 6. cap. 17. num. 3. & nu. 4. vbi alios refert concordantes, contrarium tenentes reprobat, & pariter ampliat hoc procedere, etiam, quod quis occidat inuaſorem, ne ab eo recipiat graue, vel deforme vulnus poſt Salon. & Vitald. in locis ibi per eum relatis. Nec diſſentit Auila in tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis, par. 7. diſputatio. 5. ſectio. 3. dubitatio. 1. ſub verſ. Loquendo de iure nouo ibi tertio habet verum, vbi, & ipſe reprobat
* Villadieg. contrarium tenentem teſtatur de communi, & eam quoque ampliat in occidente inuaſorem ad vitandum periculoſum vulnus, ſubdens quod niſi vulnus fuerit periculoſum, ſola illius deformitas non tollit irregularitatem, & ſic contra Suarez, & Sayr. in locis prææallegatis.

481 IRREGVLARITAS nec etiam incurritur ab eo (& hæc ſit ſexta Ampliatio) qui pro ſui defenſione neceſſaria occidit innocentem inuaſorem, vt puta, freneticum, amentem, quos ſi aliter ſaluus eſſe non poſſum, niſi occidendo, irregularis non ero. Vim enim repellere licet, & ſi iniuſte illata non ſit cum in pari innocentiæ cauſa mihi magis teneat, Corduba in ſuas quæſtiones, lib. primo, quæſtione 38. ſub quarta ratione, ſecundæ opinionis, verſiculo Sed vt ſemel, vbi bene hanc probat concluſionem, Sot. lib. quinto, de iuſtitia quæſtione prima, articulo ſeptimo in fine, Petr. Nauarr. de reſtitut. tom. primo, lib. ſecundo, capitulo tertio, num. 347. verſiculo Vltimo colligo, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. ſexto, cap. 17. num. 6.

482 IRREGVLARITAS Nec etiam incurritur (& hæc ſit ſeptima ampliatio) quando ſi quis, vt ſe ab inuaſore defendat ſocium, vocat in defenſionis auxilium, illeq. ſocius inuaſorem occidit, tunc enim qui ſocium vocauit irregularis non eſt, ſicut enim quis per ſe ipſum occidendo irregularitatem non incurrit, ita nec per alium, vt per Nauar. in manual. cap. 27. num. 212. verſ. Secundo, &c. & conſ. 12. num. tertio, de homicidio, cum alijs per Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. ſexto, capitulo decimo ſeptimo, num. decimo quarto, vbi idem dicit de eo, qui proprijs armis ab aggreſſore, ſe defendere non valens illa dat alteri, qui cum armis ſibi datis ab inſultato inuaſorem occidit. Tunc enim occiſori pro ſuæ vitæ defenſione arma præbens irregularitatem non incurrit, vt ibi per eum occiſori pro ſuæ vitæ defenſione arma præbens, irregularitatem non incurrit, vt ibi per eum. Nec diſſentit Auil. de Cenſuris Eccleſiaſticis, par. ſeptima, diſputat. 5. ſect. 3. dubitatio. prima, verſ. Loquendo de iure nouo, ibi primo quando aliquis.

483 Nunquid autem incurratur irregularitas, quando puta, ego illicite rixor cum Ioanne, amicoſque in mei defenſionem vocaui, qui ab amicis Ioannis occiduntur. Numquid inquam ego irregularis remaneam vide Auil. de cenſur. eccl. p. 7. diſp. 6. ſect. 2. dubit. 5. verſ. Secunda quæſtio, vbi refert Doctores hinc inde contrarium tenentes, & poſtea concludit probabilius ſibi videri iſto caſu conuocantem, amicos ad ſui defenſionem eſſe irregularem.

484 Et quid e contra ſi puta Petrus rixatur cum Ioanne, ſuperuenientesq; conſanguinei, vel amici Petri, Ioannem occidant. Nunquid Petrus ſit irregularis, licet expreſſe ſuis prohibuerit ne Ioannem offenderét. Dic quod ſi Petrus licite cum Ioanne rixabitur, nullam incurrit irregularitatem, ſtante prohibitione, & in hoc omnes concordant, ſi vero Petrus non licitè rixabatur cum Ioanne, & tunc licet inter Doctores, ſit diſſentio, probabilius tamen videtur ſtante præmiſſa prohibitione ſecundum communem recentiorum Theologorum ſententiam Petrum, nec iſto caſu eſſe irregularem, vt per eund. Auil. d. p. 7. ſect. 4. dubit. 5.

Nunc limitationes aggredior.

485 IRREGVLARITAS incurritur ab eo (& hæc ſit prima limitatio) qui ad ſui defenſionem aliquem occidit non neceſſariam, ſed excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, de qua re dixi ſupra quæſt. 125. num. 418. quibus addo Gregor. Sayr. cum alleg. per eum in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. ſexto, cap. 17. num. 7. vbi etiam bene explicat in quibus conſiſtat iſtud moderamen inculpatæ tutelæ, quod, & idem declarauit Suarez de Cenſuris, diſputatio. 46. ſectio. prima, num. ſeptimo, & poſt eum Auila in eod. tract. de cenſuris Eccleſiaſticis, par. ſepti-

ma, diſputatio. quinta, ſection. tertia, dubitation. ſecunda.

486 Verum ad præmiſſam limitationem, quod non omnis exceſſus defenſionis irregularitatem inducit, niſi fuerit mortalis, vt per Auilam in loco præallegato dubitatio. prima, veſiculo Loqueodo, de iure nouo. Et rurſus aduerte, quod irregularitas, quæ incurritur ob exceſſum moderaminis tutelæ pertinet ad homicidium caſuale, & non ad voluntarium, vt per Nauarr. in conſ. 36. de homicidio; quem refert, & ſequitur Suarez de cenſuris Eccleſiaſticis diſputation. 46. ſection. 1. num. 13. quem bene declarantem videas.

487 IRREGVLARITAS incurritur ab eo (Et hæc ſit ſecunda limitatio) qui alium occidit non pro ſuæ vitæ defenſione; ſed aliorum dixi ſupra in titulo de homicidio quæſt. 125. num. 278. & ſeqq. Quibus addo gloſ. in dict. clementin. prima, in vltima gloſ. per illum, text. de homicidio, vbi propterea dixit, quod priuilegium defenſionis de quo in d. Clementina reſtringitur ad ſe tantum, non autem ad defenſionem propinquorum, Innocentius in cap. ſi vero, il primo, & ibi etiam Abb. num. 11. de ſententia excommunicationis, idem Abb. in cap. Olim 1. num. 18. de reſtitution. ſpoliator. & in cap. ſecundo, num. 3. de vita, & honeſtate clericorum, & in capitulo ſicut dignum, num. 14. de homicidio. Silueſtrin. in verbo Homicidium, quæſt. 9. verſ. Quartum, & in verbo Excommunicatio, ſexto, verſiculo Nono in princip. Armill. in verbo Irregularitas, num. 41. Angelic. in verbo Defenſio, §. 3. & in verbo Homicidium, 3. §. 3. Roſell. in verbo Homicidium, 4. num. 1. S. Anton. par. 3. tit. 29. rubr. de irregularitat. cap. ſecundo, §. homicidium facto, Thabien. in verbo Irregularitas, 2. §. vigeſimoquinto, & §. vigeſimo ſeptimo, Maiol. de irregularitat. lib. quinto, cap. 48. in principio, num. decimo, Nauar. in manual. capit. 27. num. 213. Martin. Ledeſm. 2. 4. quæſt. 26. artic. ſecundo, fol. 364. column. quarta, Tolet. lib. 1. inſtructio, cap. 27. verſiculo Tutus, alios refert ſed non ſequitur Sayr. in tractat. de cenſuris eccleſiaſticis, lib. 6. cap. 17. num. 21. Addo pro hac eadem ſententia, ſcripta per Auilã in eodem tractat. de cenſuris eccleſiaſticis, par. ſeptima, diſputatio. quinta, ſectio. 3. dubit. 4. verſ. Denique quantum, vbi ex Panormitan. in loco per eum relato teſtatur de communi, ſubditq; quod licet probabile ſit dicere, quod non incurratur irregularitas ab eo qui occidit inuaſorem Patris ſui, filij, vel vxoris Probabilius tamen eſt dicere, quod iſte occiſor irregularis remaneat.

488 Contrarium, quod immo irregularitas non incurratur ab eo, qui pro defenſione ſui proximi innocentis, & præſertim ſi inſultatus fuerit aliquis ex illis, quos quis defendere tenetur non ſolum ex charitate, ſed etiam ex præcepto iuſtitiæ, ſeu obligatione, vtputa, Rex, Princeps, Pater, Mater, Vxor, Filius, Frater, Dominus, Epiſcopus, aut ſimilis, aggreſſorem occiderit, voluerunt Maiol. 4. diſtinct. 15. quæſt. 30. Couarru. in clementin. ſi furioſus, par. 3. §. vnico, num. quinto, de homicidio, Petr. Nauarr. lib. ſecundo, de reſtit. cap. 3. num. 419. Iacob. de Graffijs, lib. ſecundo, ſuarum deciſionum, cap. 65. nu. 15. Alphonſ. Viuald. in tractat. de irregularitate, num. 228. Suarez de Cenſuris, diſputatio. 46. ſectio. 3. per tot. vbi pluribus hanc probat ſententiam Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 6. cap. 17. num. 21. verſ. Secunda opinio, vbi relatis contrarijs hanc ſententiam ſibi valde probabilem videri affirmat, Auil. de cenſuris Eccleſiaſticis, par. ſeptima diſputatio. 5. ſectio. 3. dub. 5. vbi relatis aliorum opinionibus teſtatur ſibi ſemper viſam fuiſſe probabiliorem ſententiam eorum qui dixerunt, quod occidens inuaſorem pro defenſione ſui proximi in caſu in quo ex præcepto naturali, vel diuino tenetur defendere, ſiue Clericus ſiue laicus exiſtat irregularis ſit, & hanc ſententiam quatuor fundamentis confirmat, & reſpondet contrarijs, vide reſolutionem S. Congregationis Concilij, quem refert Garzia in tract. de beneſic. par. ſeptima, capitulo vndecimo, num. 53. in fin.

489 IRREGVLARITAS incurritur ab eo (& hæc ſit tertia limitatio) qui alium occidit, vtputà furem pro defenſione rerum ſuarum etſi aliter eos recuperare nequeat, vel pro ſui honoris defenſione, quem aliter defendere, & conſeruare non poteſt, niſi occidendo eum, qui ignom iniam infert, de qua re dixi etiam late ſupra in tit. de homicidio, quæſt. 125. num. 221. & ſeqq. & num. 230. & ſeqq. vbi vide, addo pro hac concluſione, S. Anton. in ſumma, par. 3. titulo 4. cap. 3. §. vltimo in fine, & tit. 29. cap. 2. §. Homicidium facto, Silueſtrin. in verbo Bellum, 2. §. 7. num. 12. verſ. Et notandum, & in verbo Excommunicatio, 6. §. 4. caſu 9. in fine, Angelic. in verbo homicidium. 3. num. 1. Thabien. in verbo Irregularitas, §. Vigeſimoquinto, & §. vltimo, Nauar. in manuali cap. 27. num. 213. Maiol. in tract. de irregularitate, lib. 5. cap. 48. in princip. num. 7. Sebaſtian. Medices in ſumma, par. 2. tit. 9. quæſt. 34. §. Decimo, ſumma Corona in tractat. de irregularitate, num. 13. Et hæc concluſio communiter a Doctoribus recepta eſt, prout fatetur Suarez in tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis, diſputat. 46. ſect. 2. num. 2. licet, vt mox eum referam contrariam amplectatur ſententiam, Gregor. Sayr. in eod. tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 6. c. 17. num. 21. vbi licet etiam contrarium tenentes referat ſubdatque vtráq. opinionem probabiliter defendi poſſe; Hanc tamen affirmatiuam, & ipſe communem teſtatur, a qua nec etiam diſcedit Auila in eod. tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis, par. 7. diſput. 5. ſect. 3. dubit. 4. vbi hanc opinionem, ita certam exiſtimat, vt contraria ſententia parum probabilitatis habeat, & loquitur, tam in occidente aliquem pro defenſione bonorum, quam pro defenſione honoris. Et præſertim pro defenſione rerum non ſuarum, ſed alterius, de quo in ſpecie dixi ſupra d. quæſt. 125. num. 190.

490 Et licet contrariam ſententiam veriorem affirmauerint Sotus, Fortunius, Garzias, Couarruu.

ruu. Petr. Nauarr. & Gaietan. in locis relatis per Gregorium Sayr. & Auilam in locis præcitatis, & hanc contrariam ſententiam pluribus defendere conetur, Suarez de Cenſuris, dict. diſputation. 46. ſection. ſecunda concurrentibus tamen quatuor requiſitis ibi per eum explicatis, ſub num. primo, verſiculo Ego vero, & per totam, vbi præſertim, num. octauo, & ſequentibus; Eandem ſententiam etiam antiquo iure, & ſic ante clementin. prima de homicidio procedere contendat: Ego tamen in occurrenti caſu vix a communi recedendum eſſe exiſtimarem. Niſi ageretur de defenſione bonorum temporalium magni momenti, vel niſi etiam fur mihi exiſtenti in extrema neceſſitate raperet id, quod actu eſt neceſſarium ad vitæ ſubſtentationem; tunc enim defendendo panem dicor defendere vitam, & ſic his duobus caſibus irregularitatem non incurri ab eo, qui inuaſorem rei ſuæ, cum aliter eam defendere nequeat, occidit, irregularitatem non incurrere ſcripſerunt Suarez vbi ſupra, num. ſeptimo in princip. Gregor. Sayr. etiam vbi ſupra num. vigeſimo quarto, & ſequentibus; vbi reſpondet contrarijs, & Auila pariter in loco præcitato, in verſiculo Sit tamen concluſio.

491 Quod vero attinet ad occidentem pro defenſione honoris, vide magiſtralem diſtinctionem de qua per eundem Gregor. Sayr. in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis, dict. lib. ſexto, cap. vigeſimo ſeptimo, num. vigeſimo tertio. Et propterea quod irregularitas incurratur ab eo qui iniuriam ſibi inferentem occidit non eſt dubitandum, quando occidit iniuriantem verbaliter, vel etiam ex interuallo poſt illatam iniuriam, his enim duobus caſibus non videtur ſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, & de vltimo caſu, vide Suarez in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis diſputatio. 46. ſection. prima, num. decimo. Difficultas eſt, an incurratur irregularitas ab eo, qui occidit inferentem iniuriam realem, eam præſertim, quæ notabilem infamiam irrogat, prout eſt Alapa, aut percuſſio virgæ, vel arundinis. Et quidem, quod non incurratur irregularitas, voluit Suarez de Cenſuris Eccleſiaſticis, diſputatio. 46. ſection. ſecunda, num. ſexto ante finem, quem etiam retuli ſupra num. 480. & faciunt ſcripta per Auilam de Cenſuris Eccleſiaſticis, par. ſeptima, diſputatio. quinta, ſection. tertia, dubitatio. prima, poſt verſiculum Loquendo, de iure nouo, vbi dixit generaliter, quod ſi exceſſus in ſui defenſione non ſit mortalis, ſed tantum venialis, non inducit irregularitatem.

492 IRREGVLARITAS etiam incurritur ab eo (& hæc ſit quarta limitatio) qui clamat contra furem, aut alium maleficum, vt capiatur; ſi captus ab alio occidatur, vel a iudice decapitetur. Quod an verum ſit, & quando, vide quæ dixi ſupra in titul. de homicid. quæſtione 125. num. 233. Quibus addo Speculat. in titul. de diſpenſation. §. Iuxta, numero trigeſimo nono ad medium, verſiculo. Sed ſi inſiſteret, vbi dixit, quod ſi quis conſilio inſiſteret, vt maleficus capiatur, non eſt irregularis etiamſi capiens illum occidat, quia hoc non conſuluit abſit enim (inquit Speculat.) vt ea quæ propter bonum facimus nobis debeat imputari, ſi quid præter noſtram voluntatem cuiquam mali accidit, & num. 48. Vbi quod ſi quis contra latronem clamauit, vt capiatur, non eſt irregularis, etiamſi ab alijs occidatur, ſecus ſi occidendi animo, quis latronem percuſſerit etiam non lætaliter: ſi poſtea ex aliorum vulneribus occiſus remanſit, vel ſiue clamet contra latronem, vt capiatur, ſiue quocunque alio modo, ſi potuit intelligere, & prauidere, quod ex clamore, vel alio actu poſſit ſequi Homicidium, ſic clamans, irregularis eſt; niſi forte faciat propter ſui corporis periculum, vt ibi per eum, & num. 50. Vbi dixit irregularitatem non incurrere eum qui per executores alicuius Curiæ procurauit aliquem capi propter delictum, pro quo nec mori, nec mutilari debuiſſet, licet iudex inueniens eum alia commiſiſſe, ſuſpendere feciſſet, ſi tamen non credidit, nec cogitauit id contingere poſſe.

493 Addo, & Maiol. in tractat. de irregularitate, libro quinto, capitulo 48. §. primo, num. primo, verſiculo Quid ſi aliquis, vbi quod ſi aliquis vulnerat furem, vel latronem, vt non valeat fugere, & ob id ſuperuenerint alij, qui eum occiderint, tunc cum homicidij cauſam dederit, irregularis erit, ſi tamen cogitare potuit; quod ab alijs occidi potuiſſet allegat text. in capitulo Significaſti il ſecundo de homicidio, & Silueſtrin. in verbo Homicidium, ſecundo, verſiculo Decimoſexto.

494 Et Addo rurſus Gregor. Sayr. in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. ſexto, capitulo decimo octauo, numero nono, Vbi dicit, quod ſi Clericus videns furem fugientem cum rebus ſibi furto ſublatis, clametque, & vocet vicinus, qui venientes furem occidant, etiam contra proteſtationem clamantis iregularis erit, allegat Abbatem in capitulo Significaſti, ſecundo num. duodecimo de homicidio, Angelic. in verbo Homicidium, ſecundo num. quarto, Silueſtrina in verbo Homicidium, ſecundo §. decimo ſeptimo, Summa Confeſſ. lib. ſecundo, titul. primo, quæſtione 48. Nauarr. in manual. capitulo vigeſimo ſeptimo, num. 236. verſiculo Vigeſimo quarto, & Couarruu. in clementin. ſi furioſus, par. ſecunda, §. quinto, num. tertio, verſiculo Octauo de homicidio.

435 Addo, & demum Auilam in eodem tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis, parte ſeptima, diſputatio. ſexta, ſection. ſecunda, dubitatio. quinta, verſiculo Tertia quæſtio, vbi dubitat numquid ſit irregularis Clericus, qui ſcribit, quod

aliquis capiatur,& ex captura ſequatur mors, concluditque,quod ſi ſcribendo Clericus fuit in culpa irregularis eſt,ſecus ſi non fuit in culpa,prout contingit,quando Prælatus Eccleſiaſticus mandat ſuo Baricello,vt aliquem capiat, quia ſi capiendus ſe defendat,& ob id occidatur,non erit Prælatus ille irregularis, quia dando operam rei licitæ, non eſt imputandum ei homicidium per accidens,& indirectè ſecutũ, ex Hoſtien.Silueſt.& Villadieg.in locis ibi per eum relatis.

496 IRREGVLARITAS incurritur ab eo(& hęc ſit quinta limitatio)qui aggreſſorem occidit cum ſe ſaluare,& ab omni periculo ſe defendere potuiſſet fugiendo; per ea quæ dixi ſup. in tit. de homicid. q. 125.num.29.Quibus addo quod hæc concluſio eſt veriſſima, non ſolum in Clericis, quibus ignominia non eſt aufugere;ſed etiam in laicis nobilibus;ſeu militibus,aut alias quibus fugere dedecus eſſet; licet enim perſonæ huiuſmodi quibus fuga ſit ignominia, & dedecus non teneãtur fugere;non tamen euitãt irregularitatẽ. Iniqua enim eſt commutatio, ob tutelã proprij honoris alterius vitam adimere, Angelic. in verbo Irregularitas,3.num.2.Silueſtrin. in eodem verbo Homicidium, 1.quæſt.2.§.Sextum, verſiculo Quarto,&c.& quæſt.9.§.Tertium,S.Anton.in ſumma par.3.tit.29.rubr.de irregularitate,cap. 2. §. Homicidium facto,Thabien.in verbo irregularitas,§.vltimo,Nauar.in manual.cap.27. num.211. Petr. Nauarr.lib.2.de reſt.cap.3.num.370.Iacob.de Graffijs lib.2.ſuarum deciſionum,cap.55.num.10.& nu. 11. Gregor.de Valent.tom.3.diſput.5.quæſt. 8. puncto 4.Tolet.lib.1.de Inſtruct.ſacerd.cap.27.verſ.Tutus, Maiol. de irregularitate, lib. 5. cap. 48. in princip. num.6.verſ.Quarum prima eſt,Couarru.in Clemen. ſi furioſus par.3.§. vnico, num. 4. Gregor. Sayr. qui alios refert,& de communi teſtatur in tract.de cenſuris eccleſiaſticis, lib.6.cap.17.num.16.& num. 17. Nec diſſentit Auila in eod.tractat.de cenſuris,par.7. diſputatio.5.ſect.3.dubitat.2.verſ.Ex dictis ſequitur vbi tamen dixit, quod hæc irregularitas dicitur potius ex defectu perfectæ lenitatis, quam homicidij iniuſti. Et ab iſta concluſione,quæ vt vides communiter recepta eſt,minime crederem recedendum.

497 Quamuis alij nonnulli per eundem Sayr.vbi ſup. num.16.in principio relati tenuerint non incurri irregularitatẽ ab eo,qui aggreſſorem occidit,& ſi fugiendo poſſit ſe ſaluare,quando fuga ipſi ignominioſa eſt cum qua diſtinctione pertranſire videatur etiã Suarez in tract.de cenſuris,diſputat.46.ſectio.1.num.4. 5.& 6.Niſi forſan is qui valens fugere,aggreſſorem occidit,quem prius aliqua iniuria verbali,vel reali affeciſſet, nam tunc irregularitatem incurrere dicit ſi fugiendo poteſt mortis periculum euadere, etiamſi fuga ipſi ſit ignominioſa, & idem repetit, num. 11. verſ. Duo tamen occurrunt aduertenda. Poſſet autem hæc contraria opinio procedere in caſu per eundem Sayr.adnotato d.num.17.verſ.Addit autem, quando ſcilicet Clericus inſultatus aufugiendo ignominiam,& dedecus produceret, non ſibi ſolum, ſed etiam Eccleſiaſtico ſtatui,aut toti religioni, vtputa quando in habitu ſcandaloſo,& infragrãti delicto occulto fugiens ciuitatem totam ſcandalizzaret ſuumque ordinem infamaret,tunc enim inquit Sayr. valde probabile eſt dicere,quod poſſit abſq; irregularitate,inuaſorem occidere, etiam quod fugiendo poſſet ſe ſaluare ex Alphonſo Viual. quem allegat in tractat.de irregularitat.num.221. Et tamen etiam iſto caſu aduertendum crederem nunquid Aggreſſorem clericus iſte ſic infragranti delicto repertus prouocauerit,nam tunc,quod non poſſit allegare ſui corporis defenſionẽ,ſaltim ad effugiendum irregularitatem,dicam infra in ſequenti limitatione.

498 Bene verum eſt,quod ſi in fuga adeſt aliquod periculum,vtputa caſuræ,vel velocioris curſus inimici inſequentis,qui propterea audacior factus ob fugam facilius poteſt fugientem a tergo vulnerare,& ad terram deijcere,vel quia inimici ſtarẽt a tergo, aut quid ſimile,& tunc occidens inuaſorem, ſiue laicus, ſiue clericus ſit nullam incurrit irregularitatem, etiam quod fugere noluerit,vt per Silueſt.in verbo Homicidium,1.quæſt.9.verſ.Tertium, & in eodem verbo Homicidium,3. quæſt.4. verſ. Secundum, cum alijs pluribus relatis per Greg.Sayr.vbi ſupra d.lib.6.cap. 17.num.19.verſ.Hoc autem intelligendum, & num. 17.verſ.Hoc tamen,Nec diſſentit Auila in eodem tractat.de Cenſuris Eccleſiaſticis,par.7.diſputat.5. ſect.3.dub.2.poſt verſ.Ex dictis ſequitur.

499 Sic,& irregularitatem incurri ab eo, qui aggreſſorem fugientem occidit etiam poſt grauiſſimum vulnus ſibi a fugiente inflictum, tunc enim eſt potius quædam vindicta quam defenſio, vt per Gregor. Sayr. de cenſur. Eccleſiaſt.lib.7.cap.17 num.15.& Suarez in tract.de Cenſuris Eccleſ. diſp.46. ſect.1. num.9.

500 IRREGVLARITAS etiam incurritur ab eo(& hæc ſit ſexta limitatio)qui licet alium occidat ad ſui neceſſariam defenſionem, ipſe tamen eſt in culpa cum in hanc neceſſitatem vitæ ſuæ defendendæ ſe ingeſſerit,Quod an verum ſit,& quando,vt dignoſcamus proponenda prius ſunt exempla, quibus huius limitationis caſus contingere poteſt. Primum eſt exemplum in eo, qui rixæ author eſt, & prouocator; alterum iniuria afficiendo, aut diffidando, & ad pugnam inuitando. Secundum eſt exemplum in adultero,qui a marito depræhenſus in adulterio,ipſum maritum occidit,vt ſuam defenderet vitam ab agreſſione mariti.Tertium eſt exemplum in eo, qui alienam domum ingreſſus eſt animo furandi,aut aliquid aliud mali faciendi,& poſtea,vt ſuam vitam defendat interficit volentem ipſum interficere. Quartum in eo, qui ſcienter proficiſcitur ad Bellum iniuſtum, & poſtea,vt pariter propriam defendat vitam,occidit militem contra ſe venientem.Quintum, & vltimum eſt exemplum in eo,qui volens a miniſtris iuſtitiæ eripere captum,vel impedire,ne capiatur, vt poſtea a miniſtris iuſtitiæ volentibus ipſum occidere, ſe defen-

dat

dat, aliquem ex dictis miniſtris occidit. His inquam, & ſimilibus caſibus, an occidens irregularitatem incurrat faciunt quæ dicam infra in materia dantis operam rei licitæ, vel illicitæ,

501 Prima fuit opinio affirmatiua, quam tenuerunt, Antonin. in ſumma, par. 3. titul. 5. cap. 8. §. 1. Nauarr. conſ. 32. de homicidio, & in Manual. cap. 15. num. 6. & cap. 27. num. 238. Vbi ait hanc opinionem placuiſſe Pio Quinto, & ita illum Pontificem declaraſſe contra quendã adulterum cũ in ſacra Pœnitentiaria caſus ille controuerteretur, Roſell. in verbo Homicidium, 4. num. 2. Aſtenſ. lib. 1. tit. 25. art. 2. Maiol. de irregularitate lib. 5. cap. 48. in princ. num. 7. verſ. Tertia declaratio, & num. 8. vbi teſtatur hanc eſſe tutiorẽ ſententiam, & quod alias in contingenti caſu in Curia Romana oportuit obtinere diſpenſationem, ſumma Corona, par. 3. in tract. de irregularitate num. 13. & par. 4. in tract. de ſacram. ordinis, num. 21. Suarez in tract. de Cenſur. diſputat. 46. ſect. 1. nu. 10. & 11. Vbi diſputata quæſtione rem dubiam eſſe exiſtimat, vtramq; opinionem eſſe probabilem affirmat cum vnaquæque habeat graues Authores, & apparentia fundamenta, & nihilominus hanc primam affirmatiuam ſententiam, ſibi ſatis probabilem, & practicè conuenientem, ac tutam ſibi videri conſentit.

502 Secunda eſt opinio contraria, quod in prædictis caſibus occidens ad ſui neceſſariã defenſionem nullam incurrat irregularitatem, etiam quod iniuſte occidat Thabien. in verbo Irregularitas, 2. num. 3. §. Vigeſimonono, Silueſtrin. in verbo Homicidium, 3. quæſt. 4. ver. Tertium, Armilla in verbo Irregularitas, num. 42. Sotus lib. 5. de Iuſtitia, quæſt. 1. artic. 9. verſ. In tertia autem concluſione, Alphonſ. Caſtro lib. 2. de lege pœnali, cap. 14. verſ. Hic tamen admoneo, ante finem capitis, Couarru. in clementin. ſi furioſus, par. 2. §. 4. num. 9. verſ. Tertio ad idem de homicidio, Petr. Nauar. de reſtit. cap. 3. nu. 362. & ſeq. Alphonſ. Viuald. in tract. de irregularit. num. 212. Quos, & alios referendo ſequutus eſt, Gregor. Sayr. in tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 6. cap. 17. nu. 18. & ſeqq. vbi pluribus hanc probat ſententiam eam teſtatur veriorem, & communiorem. A qua nec diſſentire videtur Auila in eod. tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis, par. 7. diſputat. 5. ſect. 3. dubitat. tertia.

303 In hac contrarietate diſtinguere potes ſecundũ Gregor. Sayr. in loco præallegato, num. 20. vt prima opinio affirmatiua procedat, quando occidens iuxta viri prudentis iudicium inſpectis rei ſingulis circumſtantijs præuidere poterat ſubſequutæ mortis periculum, tunc enim occidens irregularis efficitur, etiam, quod ad ſui neceſſariam defenſionem occidit, ſecus ſi nulla probabilis ratio ſuadere poterat, vt hoc periculum eueniret. Nam tunc ſecunda procedit opinio, & irregularitas nõ incurritur. Quod ſi occidens dubitauit, an hoc periculum euenire potuiſſet, nec nè, & tunc tutior erit prima affirmatiua opinio, vt ſe irregularem reputet, maxime, quando dat operam adulterio aut alteri rei illicitæ, nonnunquam ad mortem inferendam directę, & iudicio meo eſt optima diſtinctio.

504 Vel ſecundum Suarez in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis diſputat. 46. ſect. 1. nu. 12. verſ. Aliud notandum eſt, diſtingui poteſt negatiuam opinionem procedere, quando delinquens, ſeu adulter adhibuit prius diligentiam ad cauendum, & obuiandum futuro periculo, procurando, ſcilicet, & ſecretum, & occaſionem, in qua moraliter de vllo periculo temeri non poterat, ſecus ſi temerè, & ſine huiuſmodi circumſpectione adulterium, aut aliud facinus, quis aggrederetur. Nam tunc occidendo, irregularitatem incurrere etiam quod ad ſui defenſionem neceſſariam occideret ex Couarruuia in loco per eum relato.

505 Nunquid autem Maritus, ſi occiderit vxorem propter adulterium adulter irregularis euadat, dic quod ſic ſecundum Nauar. in manual. cap. 27. num. 238. vbi teſtatur ita Pium V. in contingenti caſu in ſacra Pœnitentiaria declaraſſe, quod, & idem teſtatur de auditu a fide dignis, & probatiſſimis iudicibus Romanæ Curiæ, Maiol. in tract. De irregularitate, lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 15. Vbi etiam de iudice nulliter, ſeu iniuſte inquirente vxorem alicuius de adulterio an irregularis euadat, ſi propterea maritus vxorem occidat, & d. cap. 47. num. 7. Vbi pariter dixit irregularem eſſe illum, qui defert marito vxoris adulterium ita quod maritus vxorem occidat deprehenſam, vel non deprehenſam in adulterio, & his ſimilia, de quibus, vide ibi per eum. Et Nauarrum ſic dicentem refert, & ſequitur Gregor. Sayr. in tract. de cenſur. eccleſiaſtic. lib. 6. cap. 17. num. 19. verſ. Ad Nauarrum autem.

Cuius contrarium poſt Couarruu. & Alphon. Caſtro in locis per eum relatis, voluit Auila in eodem tractat. de Cenſuris par. 7. dubitat. 5. ſect. 3. dubitat. 3. verſ. Secunda concluſio. Nec diſſentit Suarez de Cenſuris Eccleſiaſticis, diſput. 45. ſect. 6. nu. 5. verſ. Item de adulterio, iuncto num. 7. Vbi tamen Nauarri opinionem, & Pij V. declarationem procedere affirmat in foro exteriori, ſecus in foro conſcientiæ, ſecundum diſtinctionem ibi per eum traditam.

506 IRREGVLARITAS etiam incurritur ab eo (& hæc ſit ſeptima limitatio) qui aggreſſorem mutilat cum poſſet mortis periculum euadere, & ſe defendere cum minori lęſione, vtputa, vulnerando, idem ſi occidit cum poſſet mutilando ſe defendere, vt per Silueſtrin. in verbo Homicidium, 3. quæſt. 3. in princip. Maiol. de irregularitat. lib. 5. cap. 48. in princ. nu. 6. verſ. Secunda declaratio, Suarez de cenſuris, diſputat. 46. ſect. 1. num 8. Auila de cenſur. Eccleſiaſticis, par. 7. diſputat. 5. ſect. 3. dubio 2. verſ. Tertia concluſio, & licet Armilla in verbo Iregularitas, nu. 41. & Tabien. in eod. verbo Irregularitas, 2. §. 26. in fine contrarium dixerint ex Card. quem allegant in dict. clementin. ſi furioſus, tu tamen non recedas a propoſita concluſione, quæ verior eſt, eamq; a contrarijs impugnationibus bene defendunt Maiol. Suarez &

Auil.

Auil. in locis prææallegatis niſi tamen adhibita ſufficienti diligentia de non occidendo præter intentionem occidat: tunc enim cum det rei licitæ operam, non efficitur irregularis vt per Auil. in loco præcit.

ARGVMENTVM.

De Irregularitate, quam quis ocurrit, & homicidio caſuali ſeu culpoſo, quando præſertim quis dat operam rei licitæ, vel illicitæ.

SVMMARIVM.

Dans operam rei licitæ, ſi inde ſequatur homicidium, irregularis non eſt, ſi adhibuit omnem diligentiam, ne illud ſequatur, alias ſecus, num. 507. & nu. 511. vbi etiam qualis debeat eſſe iſta diligentia, quando quis dat operam rei licitæ, & num. 518. Vbi quid, quando quis dat operam rei illicitæ.

Magiſter moderatè corrigendo, & verberando diſcipulum, ſi inde ſequatur mors, irregularis non eſt. ſecus ſi correctionis moderamen excedat, num. 508.

Campanam pulſans, ſi eadem campana cadat, aut illius tintinabulum, & aliquem occidat, non eſt irregularis, ſi in pulſando nulla eſt culpa, ſecus ſi in aliqua culpa eſſet, declara vt num. 509. vbi etiam quod de pulſante campanam ad iuſtitiam, vel in tempore ſibi prohibito.

Cuſtodiens infirmum, illique aliquid dans, vel faciens ex quo mors ſequatur, aut acceleretur, eſt irregularis, etiam ſi id faciat ex cauſa pietatis, declara, vt nu. 510. vbi ponuntur huius concluſionis exempla.

Irregularis non erit, qui fabrum lignarium expertum facit incedere per tectum, vt illud componat ſi forte cecidit, & mortuus ſit, num. 512.

Dans operam rei illicitæ irregularitatem contrahit, ſi inde ſequuatur homicidium, etiam contra ius intentionem, num. 513.

Dans operam rei illicitæ irregularitatem incurrit, ſi inde ſequatur homicidium, præter eius intentionem etiam quod diligentiam adhibuerit, ne illud ſequatur, num. 514. contra nu. 515. Diſtingue vt nu. 516. & ſeq.

Homicidii ſubſequuti ex opere illicito ad mortem periculoſo plura exempla, num. 517.

Dans operam rei illicitæ irregularis eſt, ſi inde ſequatur homicidium præter eius intentionem ſi illa licita opera dedit cauſam homicidio proximam, ſecus ſi remotam, num. 519.

Adulter nunquid ſit iregularis, ſi propter adulterium vxoris maritus eam occidat. num. 520.

Marito denuncians adulterium vxoris nunquid ſit irregularis, ſi maritus eam occidat. num. 520.

Iudex ſi iniuſtè mulierē de adulterio inquirat, nūquid ſit irregularis, ſi ob id maritus eam occidat, nu. 520.

Leones, Vrſos, & mordentes Canes retinens, nunquid ſit irregularis, ſi ab illis aliquis occidatur, num. 521.

Nutrices, ſeu parentes puerum in lecto tenentes, & ſuffocantes nunquid irregulares ſint, num. 522. & ſeq.

Irregularitas non incurritur regulariter ex homicidio caſuali. num. 524.

Homicidium quando dicatur caſuale, quando voluntarium, & quot modis dicatur caſuale, num. 525. & ſeq. vbi remiſſiuè ponuntur plura exempla homicidii caſualis.

Equo currens, & non valens illum retinere, ſi incidens equus in aliquē illum in terram proiiciat, & occidat nunquid ſit irregularis, nu. 527. vbi etiam quod in monaco Franciſcano, qui equitando ex inopinato caſu puerum occidit.

Irregularitas incurritur ex homicidio caſuali, quādo illud præceſſit aliqua culpa præſertim lata, nu. 528. & quid quando præceſſit leuis culpa, num. 529. & quid ſi præceſſit culpa leuiſſima, num. 530. & ſeqq.

Culpa quando dicatur lata, quando leuis, & quando leuiſſima, num. 534.

Culpa in qua non ineſt peccatum mortale nunquid irregularitatem contrahere faciat, ſi inde ſequatur homicidium, & de materia, num. 535. & ſequentibus.

Culpa quando dicatur talis, quæ ſufficiat ad peccatum mortale, num. 538.

Lapidem proiiciens, indeque aliquem occidens an irregularis dicatur, num. 539.

Irregularitas quando incurratur ex homicidio ſequuto in ludo. num. 540.

Irregularitas nunquid contrahatur ex homicidio ſequuto in venatione, num. 541.

Venatio quando dicatur prohibita, & periculoſa, nu. 542.

Arborem incidens ſi cadens aliquem occidat in via publica nunquid ſit irregularis, ſiue ſuum, ſiue alienum arborem incidat, num. 543. & ſeqq.

Irregularitas, quæ incurritur ex homicidio caſuali operatur, vt non ſolum quis non poſſit promoueri ad alios ordines, ſed etiam vt in ſuſceptis miniſtrare nequeat. num. 546.

507 IRREGVLARITAS non incurritur ex homicidio ſequuto ex eo quod quis rei licitę operam dabat ſi is omnem adhibuit diligentiam ne homicidium ſequatur, alias ſecus cap. Lator, cap. Dilectus filius, cap. Ex litteris 2. cap. Significaſti 1. cap. Ioannes, & cap. Final. de homicid. cap. Hi qui, cap. Sæpè, & cap. Si duo fratres, diſtinct. 50. cap. Presbyterum, & in cap. Ad audientiam, eod. tit. de homicid. Hijs enim iuribus vtraque propoſitæ concluſionis pars benè probatur, & eſt ratio quia tale homicidium eſt inuoluntarium, & ſine vlla culpa quando præ-

prædicta diligentia adhibetur, ſecus ſi talis diligentia non adhibeatur, Speculat. in tit. de diſpenſationibus S.iuxta.num.45.verſ.Idem etiam eſt, & ſi non ſponte,& in verſ.Si autem caſu, & voluit D. Thom. 1.2.quæſt.73.art.8.& 2.2.quæſt.64.art.8. Sot. lib. 5.de iuſt.quæſt.1.art.9.Alphonſ.de Caſtro lib.2.de lege pœnal.cap.14.Nauarr.in manual.cap.27.num. 290.cum alijs per Suarez in tractat. de Cenſur. diſputat.45.ſect.5.rubric de irregular.ex homicid.caſual.num.1.& ſeqq.Vbi hanc dixit eſſe communem Theologorum, Summiſtarum, & Canoniſtarum ſententiam, & per Gregor. Sayr. de Cenſur. Eccleſiaſtic.lib.7.cap.5.num.8.& ſeqq.Vbi num.10. in fin. dixit in hanc concluſionem conſentire omnes Doctores, & in ea nullam eſſe poſſe difficultatem, & per Auil. in eod. tractat. de Cenſur. Eccleſiaſtic. par.7.diſputat.6.ſect.1.ver.Secundo notandum eſt, vbi pariter teſtatur ita communiter teneri per Doctores, & verſ.Prima regula, Garzias in tractat. de benef.par.7.cap.11.nu. 53.vbi refert reſolutionem S.Congregationis Concilij, & hæc ſit prima regula præpoſitæ quæſtionis, quam amplia, & declara vt in quatuor ſeqq.verſiculis.

508 IRREGVLARITAS non incurritur à magiſtro moderate diſcipulum corrigente, & verberante etiam quod inde mors ſequatur, & eſt ratio, quia ſic moderate verberando dicitur dare operam rei licitæ, ſecus ſi in corrigendo, & verberando modū excederet, vtputa ratione inſtrumēti cū quo diſcipulus verberatur apti,ſcilicet,ad inferendum mortem, vel ratione loci in quo diſcipulus verberatur, vtputa in capite,nam tunc propter exceſſum incurritur irregularitas,ad tex. in cap. Presbyterum,& ibi communiter notant Doctores omnes extra de homicid.Silueſtrin.in verbo Homicidium quæſt.2.Thabien.in verbo Irregularitas 3.S. Sexto, &c. Nauarr. in manual. cap.27.num.235.verſ.Vigeſimo ſecundo, Maiol.in tractat. de Irregularitate lib.5.cap.48.S.3. num.12. verſ.Sed & ille,Couarru. in Clement.ſi furioſus par. 2.S.4.num.5.de homicid. Summa Corona tit. de irreg.num.16.reg.3.Suarez de cenſur. diſput.46.ſect. 2.rubric.de irregularitate ex homicid. caſual. nu.4. Vbi loquitur etiam in mandante percuti, & corrigi illum, qui moderate corrigi, & percuti poteſt, Gregor.Sayr.de Cenſur.Eccleſiaſtic.lib.7.cap.6. nu.2. vbi ampliat ſiue diſcipulus moriatur infra octo dies, ſiue etiam longiori tempore poſt receptas percuſſiones, dummodo ex Medicorum inditio conſtet illum ex inflictis percuſſionibus obijſſe non diſſentit, Auil. in eod.tractat.de Cenſur.Eccleſiaſtic. par.7.rubric. de homicid.caſual.diſputat.4. ſect.1. dubitat.3. Faciunt quæ dixi ſupra in tit.de var. ac diuerſ. crimin. quæſt.105.num.133.& ſeq.

509 IRREGVLARITAS nec etiam incurritur ab eo,qui campanam pulſat ſi abſque eius culpa eadem campana, aut illius tintinabulum cadendo aliquem occiderit,tunc enim ſic pulſans rei licitæ operam dare dicitur,ſecus ſi idem pulſans eſſet in aliqua culpa vtputa quia minus diligenter cum campanis pulſandis eſſet Præpoſitus minus diligenter obſeruaſſet campanæ colligaturam non præuidendo quod cadere poterat:idem ſi quis campanam pulſaret ad aliquid illicitum, vtputa ad ſeditionem, & arma. His enim, & ſimilibus caſibus incurretetur irregularitas à ſic pulſante campanas.Probatur hæc bipartita concluſio in cap.Ex literis 2.& in cap. Ioannes extra de homicid. Silueſtrin. in verbo Homicidium 2. quæſt. 10.Thabien.in verbo Irregularitas 3.num. 19. Maiol.de Irregularitate lib.5.cap.48.S.3.num.11.verſ. Illequoque qui campanis pulſandis Præpoſitus eſſet, Summa Corona in tit.de Irreg. num.16. reg.1. Couarru.in Clem.ſi furioſus par.2. S.4.num. 5. verſic. Tertio, extra de homicid.Gregor.Sayr.in tractat. de Cenſur.Eccleſiaſt.lib.7.cap.6.nu.3. & 4. Vbi etiam quid de clerico pulſante campanas in ſignum quod aliquis à miniſtris iuſtitiæ ſit furca ſuſpendendus,& num. 23. Vbi etiam quid de monaco qui pulſando campanam tempore ſibi prohibito ſi adhibita per eum diligentia tintinabulum cadit, & ex eo aliquis occidatur,concluditque ipſum non eſſe irregularem licet tempore prohibito pulſando campanam peccet Vide quæ dixi ſupra in tit. de homicid. quæſt. 126. num.38.

510 IRREGVLARITAS nunquid incurratur ab eo qui infirmum puta cuſtodiens aliquid eidem infirmo dat vel facit, ex quo aut mors ſequitur,aut mors acceleratur etiam ſi id faciat cauſa pietatis: eſt pulchra dubitatio in qua vide Speculat.in tit.de diſpenſationibus S.Iuxta,num.12.Vbi de eo qui ſagittam vel telum in gutture vel pectore infixum extrahit propter quod vulneratus citius obijt, & nu.13. Vbi de cuſtodiente infirmum, qui dat ei bibere vinum, vel aliud imperitè contra Medicorum conſilium, & num.46.Vbi quid de vertente, & tranſuertente infirmum laquentem,& morti proximum in aliud latus vt citius moriatur.Eum omnino videas quia benè,& magiſtraliter loquitur, & vide etiam Maiol.in tractat.de Irregularitate lib.5.cap.48.S.1.nu.2.Vbi pariter de vertente in aliud latus pietatis cauſa infirmum,vt celerius moriatur; & S.4.num.3.verſ.Morti etiam opem fert num. 3. & 4. Vbi etiam de extrahente ſagittam ex gutture vulnerati, & de dante vinum infirmo etiam morituro ac de cuſtode frenetici ſinentis illum ex lecto vel domo egredi, & inde aut ipſius frenetici mors ſequatur, aut ipſe freneticus alium occidat, & vide rurſus Sayr. de Cenſur. Eccleſiaſtic.lib.6.cap.16.num.3. verſ. Dixi vel citius, vbi facit generalem concluſionem,quod qui aliquid facit aut dicit etiam ex pietate vnde accelereturalicui mors etiam quod alias moriturus eſſet irregularis eſt, ex Silueſtr. Thabien. Antonin. Nauarr. Maiol.& ali,s ibi per eum relatis, & ibi ponit plura alia prædictæ generalis concluſionis exempla,& demum vide Auil.de Cenſur.Eccl. par.7.rubr. de homicid. caſual.diſputat.6.ſect.1.dub.8.Vbi hanc totam materiam per quatuor concluſionis bene reaſſumpſit, & de-

& declarauit, & in qualibet concluſione Doctorum authoritates concordantes retulit.

511 IRREGVLARITAS licet non incurratur ab eo ex cuius licita opera aliquod ſequatur homicidium ſi omnem fecit diligentiam ne homicidium ſequatur ſecus ſi hanc non fecerit diligentiam, vt dixi ſupra in hac prima regula num. 507. Aduerte tamen quod ad effectum iſto caſu euitandi hanc irregularitatem non requiritur ſumma illa, & exactiſſima diligentia qualem adhibuiſſet vir diligentiſſimus, & maxime circumſpectus, ſed ſatis eſt quod talem quis adhibuerit diligentiam, qualem conſiderata rei qualitate & perſonarum, & negociorũ, & temporis ad viri prudentis arbitrium adhibere debuiſſet, vt per Abb. in cap. Quæſitum num. 3. de pœnitentia, & remiſſione Sylueſtrin. in verbo Homicidium. 2. in princ. reg. 4. Thabien. in verbo Irregularitas 1. §. 5. & in eodem verbo Irregularitas 3. §. 6. Gregor. Sayr. de Cenſur. Eccleſiaſtic. lib. 7. cap. 6. num. 11.

512 Et hæc quoad primam regulam quæ reſpicit homicidium ſequutum ex eo quod quis dat operam rei licitæ quibus addo Silueſtrin. in verbo Homicidium 2. §. 9. Angelic. in verbo Homicidium 2. §. 8. dicentes in propoſito quod qui fabrum lignarium expertum tamen fecit incedere per tectum vt illud componat, non erit irregularis ſi ille forté cecidit, & mortuus eſt ſequitur videre de ſecunda regula quæ reſpicit irregularitatem ex homicidio ſubſequuto quando quis rei illicitæ operam dat, de qua nunc dicam.

513 IRREGVLARITAS incurritur ab eo, qui contra eius intentionem aliquem occidit dando operam rei illicitæ, dixi aliquid ſupra in tit. de homicid. quęſt. 126. num. 74. quibus ad huius concluſionis comprobationem addo Speculat. in titul. de diſpenſation. §. iuxta, num. 39. verſ. Vel dic, & melius, & nu. 45. verſ. Idem etiam eſt, & ſi non ſponte D. Thom. 1. 2. quæſt. 73. art. 8. & Clarius 2. 2. q. 64. art. 8. Vbi Caietanus idem ſequitur, & Padulanus in 4. diſtinct. 25. quæſt. 3. num. 15. & Gabriell. in 4. diſtinct. 15. quęſt. 14. art. 3. dub. 2. Sylueſtr. in verbo Homicidium 2. in princ. reg. 3. & in quæſt. 1. 2. & 18. Alphonſ. Viual. in tract. de Irregularitat. num. 248. Summa Corona eod. tit. de Irregularitat. num. 16. Couarr. in Clem. ſi furioſus par. 2. §. 4. in princip. Vbi alios refert, Nauarr. in manual. cap. 27. num. 219. & ſeqq. Suarez de Cenſur. diſputat. 45. ſect. 6. num. 1. Vbi teſtatur hanc concluſionem communiter receptam eſſe præſertim à Canoniſtis, Gregor. Sayr. in tract. de Cenſuris Eccleſiaſtic. lib. 7. cap. 5. num. 12. Vbi teſtatur hanc opinionem eſſe communem inter Iuriſtas, & ſummiſtas, & licet contra hanc concluſionem, & regulam non deſint contradictores, ab ea tamen non recedas declarata vt in infraſcriptis ampliationibus, & limitationibus.

514 IRREGVLARITAS incurritur ab eo qui dando operam rei illicitæ aliquem contra eius intentionem occidit etiam quod ſufficientem adhibuerit diligentiam ne ſequatur homicidium, ſic enim propoſitam regulam in præcedẽti numero expręſsè ampliãt omnes ferè Doctores ibidem allegati, Garzias de benef. par. 7. cap. 11. poſt num. 52. Vbi refert reſolutionem ſac. Congregationis Concilij.

515 Contrarium quod irregularitas non incurratur ab eo qui dando operam rei illicitæ aliquem præter eius intentionẽ occidit ſi debitam fecit diligentiam ne ſequatur homicidium ſecundum Alphonſ. Caſtro lib. 2. de lege pœnal. cap. 14. ad fin. late proſequitur; Suarez vbi ſupra allegatus d. ſect. 6. num. 1. verſ. Sed hæc ſententia, & num 2. & ſeqq. Gregor. Sayr. Vbi ſupra allegatus d. lib. 7. cap. 5. num. 12. verſ. Alij vero docent, in fine verſiculi, vbi hanc contrariam ſententiam communiorem, & veriorem teſtatur, & num. 14. ad fin. verſ. Tertio dans operam rei illicitæ, & ſeqq. Vbi reſpondet contrarijs.

516 In hac contrarietate à Doctoribus cõmuniter recepta eſſe diſtinctio vt ſcilicet ſi homo dat operã rei illicitæ, non tamen periculoſæ de ſe, vt ex illa ſequatur mors, & tunc non maneat irregularis ſi debitam adhibuit diligentiam ne ſequatur homicidium, ſecus ſi quis dabat operam rei illicitæ quæ de ſe ad homicidium periculoſa erat, tunc enim ſequuto homicidio irregularis remanet, quamuis debitam adhibuerit diligentiam ſecundum Soccin. in cap. Ad audientiam num. 49. de homicid. Caſtro in loco præallegat. Sot. lib. 5. de Iuſtitia quæſt. 1. art. 9. Villadieg. in tractat. de Irregularitate rubr. de percuſſore col. 3. Couarr. in d. Clement. ſi furioſus par. 1. §. 4. num. 10. Tolet. lib. 1. de inſtruct. ſacerdot. cap. 29. in 2. notab Nauarr. d. cap. 7. num. 237. Saurez de Cenſuris diſputat. 45. ſect. 6. n. 4. verſ. Alij vero diſtinctionibus vtuntur, & n. 9. & ſeqq. plurib. vbi latè hanc cõprobat diſtinctionem, & illius materiam plene pertractat Gregor. Sayr. vbi ſupra d. lib. 7. eod. cap. 5. num. 12. verſ. Alij vero dicunt, vbi alijs pluribus relatis concordantibus hanc diſtinctionem veriorem, & communiorem teſtatur, & num. 14. in princip. Auil. in eod. tractat. de Cenſur. Eccleſiaſtic. par. 7. diſputat. 6. ſect. 1. dub. 1. Vbi relatis prædictis opinionibus cõtrarijs, hanc amplectitur diſtinctionem, eam late comprobat reſpondet contrarijs, illamque probabiliorem, communiorem, & in practica receptam teſtatur.

517 Plura autem exempla homicidij ſubſequuti ex opere illicito ad mortem periculoſo, & non periculoſo ad mortem, vnde ſecundum diſtinctionem prædictam cognoſci poſſit an quis irregularis efficiatur ex ſubſequuto homicidio nec ne, videas per Maiol. in tractat. de Irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 1. rubr. De dante cauſam morti num. 1. Suarez vbi ſupra d. diſputat. 45. ſect. 6. num. 5. & num. 10. & ſeqq. omnibus in diſcurſu, Gregor. Sayr. de Cenſur. Eccleſiaſtic. lib. 7. cap. 5. num. 13. in princip. & in verſ. Alio modo, & num. 14. in princip. & cap. 6. num. 26. quem in prædictis locis benè hanc materiam declarantem omnino videas. Et Auil. vbi ſupra par. 7. diſputat. 6. ſectio. 1. dub. 1. verſ. Primo modo.

518 IRREGVLARITAS poſtquam vt modo dixi non incurritur ab eo qui dando operam rei illicitæ non tamen de ſe periculoſæ ad mortem aliquem contra eius voluntatem occiderit ſine homicidium ſequatur ſufficientem adhibuerit diligentiam. Reſtat videre quando dicatur in propoſito caſu quis adhibuiſſe debitam aut ſufficientem diligentiam prædictam ad effectum euitandi irregularitatem in homicidio ſequuto quando quis dat operam rei licitæ, dixi ſupra num. 511. non requiri diligentiam illam ſummam, & exactiſſimam qualem adhibuiſſet vir diligentiſſimus, & maxime circumſpectus, ſed ſatis eſt quod talem quis adhibuerit diligentiam, qualem conſiderata rei qualitate, & perſonarum, & negociorum, & temporis ad viri prudentis arbitrium adhibere debuiſſet verum quando quis dat operam rei illicitæ tunc, vt aliqua ſit differentia inter operam licitam, & illicitam videtur dicendum non dici adhibitam debitam diligentiam, niſi quis ab illicito opere deſiſtat ſecundum Auil. in tractat. de Cenſur. Eccleſiaſt. par. 7. rub. de homicid. caſual. diſput. 6. ſect. 1. verſ. Hinc ſequitur, & verſ. Ad primum argumentum, & verſ. Secunda regula ad cuius dicta benè aduerte quod primo loqui videtur in foro conſcientiæ, ſecundo, & pariter loquitur quando quis dat operam rei illicitæ ita de ſe periculoſæ ad mortem vt ſit proxima mortis occaſio ſecus quando quis dat operam rei illicitæ, licet periculoſæ ad mortem rarò tamen ex ea mors contingit quia tunc ſufficit debita diligentia abſque eo quod ab opera illicita ceſſet, ſeu deſiſtat vt in exemplis ibi per eum poſitis.

519 IRREGVLARITAS vt incurratur ab eo qui dando operam rei illicitæ aliquem occidit præter eius intentionem requiritur vt ex illa illicita opera homicidium ſequutum fuerit tanquam ex cauſa proxima, ſecus ſi remota vt per Nauarr. in manual. capit. 27. num. 221. cum allegatis per eum cum alijs per Suarez in tractat. de Cenſur. diſputat. 45. ſection. 6. num. 5. & num. 6. Vbi plura ponit exempla homicidij ſequuti ex illicita opera illi cauſam dante remotam, & alia ad materiam explicat, & per Gregor. Sayr. in tractat. de Cenſur. Eccleſiaſtic. lib. 6. cap. 16. num. 2. verſ. Dixi autem propinquam vbi pariter ponit plura exempla cauſæ tam proximæ, quam remotæ ad homicidium ſequutum, & lib. 7. capit. 3. num. 3. Vbi etiam declarat quando dicatur cauſa propinqua. Vide ad hęc quæ dixi ſupra in tit. de homicid. quæſt. 126. num. 79. & ſeqq. Vbi nu. 80. etiam poſui contrarium tenentes, volenteſque idem eſſe in dante cauſam remotam homicidio quod in dante cauſam proximam quibus adde Speculat. in tit. de diſpenſat. §. Iuxta num. 39. verſ. In talibus.

520 Nunquid autem adulter ſit irregularis ſi propter adulterium maritus occidat vxorem, & quid ſi aliquis vxoris adulterium marito deſert itaq; maritus vxorem occidat, & quid de iudice iniuſte mulierem de adulterio inquirente, cuius cauſa pariter maritus vxorem occidat an in his caſibus irregularitas incurratur dixi ſupra nu. 505. Vbi vide.

521 IRREGVLARITAS incurritur ab eo, qui leonis Vrſoſve, aut mordentes canes alit & retinet qui propterea aliquem occidant vel mutilent niſi eos caute, & bene legatos retinuerit ſecundum Speculat. in tit. de diſpenſationibus num. 46. verſ. Quid ſi aliquis. Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. quæſt. 28. Siluestr. in verbo Homicidium 2. verſ. Vigeſimo quarto, Tabien. in verbo Irregularitas, 3. num. 18. Summa Aſten. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 6. quæſt. 9. S. Anton. par. 3. tit. 28. c. 2. §. Homicidium caſuale Summa Piſanell. in verbo Homicidium 3. §. 2. Angelic. in verbo Homicidium 2. §. 16. Maiol. in tract. De Irregularitate, lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 13. Nauar. in Manual. Cap. 23. num. 227. verſ. 14. Couar. in clementin. Si furioſus par. 2. §. 4. n. 10. verſ. Quarto de homicid. Tolet. de inſtruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 29. in fine. Gregor. Sayr. in tractat. de cenſur. eccleſiaſtic. lib. 7. cap. 6. num. 19. Vbi pariter irregularitatem incurri affirmat ēt ſi quis retineat animalia prædicta bene ligata in Itinere, in via, aut in aliquo loco publico, niſi illa in priuato loco cuſtodierit: Quod & idem voluit Auila in eod. tractat. de Cenſuris Eccleſiaſtic. par. 7. rub. de homicid. caſual. diſputat. 6. dubio. 7. Vide quæ dixi ſupra littera C. num. 5. & ſeqq.

522 IRREGVLARITAS incurritur à Parentibus & Nutricibus tenentibus in lecto Infantes, qui nocte dum ipſi dormiunt ſuffocentur: Hoc enim ipſis prohibitum eſt propter probabile periculum homicidij quod inde euenire ſolet, vt in c. cōſuluiſti. 2. q. 5. & in c. quæſitum de pœnitentia, & remiſſione & in ſpecie ſic voluerunt ſumma Confeſſ. lib. 2. tit. 1. quæſt. 57. ſumma Piſanell. in verbo Homicidium, 3. §. final. Angelic. in verbo Homicidium 2. §. 15. Siluestrin. in verbo Homicidium, 3. §. 23. Thabien. in verbo Irregularitas 3. §. 6. & §. 14. Summa Corona in tit. de Irregularitate num. 17. regul. 4. Nauar. in manual. cap. 27. num. 220. verſ. 25. Maiol. de irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 9. Alphonſ. Viual. in tract. de irregularitate num. 243. Tolet. de Inſtruct. ſacerdot. capit. 29. notab. 1. Suarez in tract. de cenſur. diſputat. 45. ſect. 6. nu. 15. Gregor. Sayr. de Cenſur. Eccleſiaſtic. lib. 7. cap. 6. num. 20. & 21.

523 Et licet plerique ex præallegatis Doctoribus, ac præſertim, Maiol. Suar. & Sayr. præmiſſam concluſ. declarent non procedere in duobus caſibus. Primo ſcilicet quando ex circumſtantijs de quibus ibi per eos nulla veriſimilis ratio periculi ſuperaret. Secundo, quando parentes ita inopes erant, vt ob frigus infantem lecto foueant cum tunc charitas inobedientiam excludunt. Subdunt tamen prædicti Doctores quod nec etiam prædictæ excuſationes faciunt euitare irregularitatem quando adeſſet cenſura excommunicationis, vt communiter fulminatur ab Epiſcopis in ſuis Diœceſibus cōtra eos qui culpabiliter ſuffocant infantes in lecto. Vide ad materiam quæ dixi ſupra in tit. de homicid. quæſt. 120. nu. 178. & ſeqq.

Et

Et hæc dicta ſufficiant de homicidio ſequuto prę-ter intentionem dantis operam rei illicitę. Venio modo ad tertiam regulam, in qua ſimpliciter de homicidio caſuali agetur.

524 IRREGVLARITAS ex homicidio caſuali non incurritur. Caſualia enim (ſimpliciter loquendo) nō ſunt intenta, & voluntaria, ſicut ſcripſit S. Thom. 2.2.quæſt.64. Ideo conſequens eſt, vt qui caſu homicidium fecerit quia nolens fecit, nihil illi imputari poſſit, vt ibi per eum. Caſus enim fortuitus eſt inopinatæ rei euentus, & propterea ſi nulla culpa caſum præceſſerit nulla incurritur irregularitas, cum talis euentus cogitari non potuerit cap. ſignificaſti 1. & cap. Dilectus extra de homicid. cum alijs per Maiol. in tractat. de Irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 3. nu. 1. Dixi aliquid ſupra in tit. de homicidio quæſt. 126. num. 57. & communiter hanc regulam firmant omnes Doctores infra mox allegandi.

525 Quando autem homicidium dicatur caſuale, & quando voluntarium, & quot modis dicatur caſuale homicidium vide quæ dixi ſupra in tit. de homicidio quæſt. 126. num. 5. Vbi probaui homicidium caſuale dici illud in quo nec dolus, nec vlla culpa interuenit præter intentionem, & voluntatem occidentis ſeu homicidio cauſam dantis. Adde omnino benè declarantem Suarez de Cenſuris diſputat. 45. ſectio. 2. nu. 1. & 2. quem omnino vide, & Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 5. num. 1. Vbi dixit homicidium caſuale duplex eſſe, Alterū nullo modo intentum, nec in ſe nec in cauſa nulloque modo voluntarium, & conſequenter ſine peccato. Alterum vero caſuale homicidium dicitur voluntarium non quidem directè, ſed indirectè, & ſic non voluntarium in ſe neque propriè in cauſa; ſed quodam modo. Auila in tractat. de Cenſuris par. 7. diſput. 6. ſect. 1. qui pariter dixit homicidium caſuale duplex eſſe, vnum quod nullo modo eſt voluntarium nec directè, vel indirectè, alterum quod eſt voluntarium indirectè, & per accidens, & hoc vocatur mixtum ex voluntario ſcilicet, & caſuali.

526 Plura exempla homicidijs caſualis poſui ſupra in tit. de homicidio quæſt. 126. num. 1. & ſeqq. & alios vide per Maiol. in tractat. de irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 3. per totum, & §. 4. Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſtic. lib. 7. cap. 6. in diſcurſu.

527 IRREGVLARITAS nunquid incurratur ab eo, qui equo currens, & non valens illum retinere, incidēs equs in tranſeuntem, illum in terram proijcit, & occidit dixi ſupra in tit. de homicidio quæſtio. 126. num. 25. Quibus adde Maiol. in tractat. de Irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 3. nnm. 13. verſ. Præterea ſi parum diligenter, vbi dixit quod iſto caſu incurritur irregularitas, ſi æquitans parum diligenter equi habenas cuſtodiat, vtputa vel quia illas contractas, vel inutiles ad cohibendum, & effrenatū equum habeat, ſecus ſi adhibita debita diligentia, debitiſque habenis equo adhibitis inconſideratè, & imprudenter aliquis equi frenum fregerit, & ob id furens equus aliquem interfecerit ex Vgone, & Thabien. in locis ibi per eum relatis, quod, & idem voluerunt Angelic. in verbo irregularitas §. 17. ſumma Aſten. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 6. quæſt. 10. Couarru. in Clement. ſi Furioſus par. 2. §. 4. num. 6. verſ. Poſterior extra de homicid. Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 6. num. 1. & num. 25. Vbi loquitur de monaco franciſcano, qui æquitando caſu inopinato puerum occidit, licet enim peccet equitando contra ſuam regulam, quia tamen non eſt res periculoſa, vel ordinata ad mortem hoc, ideo non efficitur irregularis, ſi debitam adhibuerit diligentiam ex Nauarr. quem allegat in manual. cap. 27. num. 238. verſ. Vigeſimo octauo, & alijs ibi per eum allegatis, Auil. in eodem tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis part. 7. rubr. de homicidio caſuali diſputat. 6. ſect. 1. dub. 1. verſ. fin. vbi facit eandem diſtinctionem de adhibita, vel non adhibita diligentia.

528 IRREGVLARITAS ex caſuali homicidio tunc demum non incurritur quando illud nulla præcedit culpa ſecus ſi culpa aliqua præcedit præſertim lata, quæ quod faciat irregularitatem incurrere in homicidio caſuali probat tex. in cap. Clerico iacente diſtinction. 50. & in cap. Eos vero ead. diſtinct. per quę iura ſic ſcripſit Maiol. de Irregularitate lib. 5. capit. 48. §. 3. num. 2. verſ. Vnde ex maiori ratione. Si enim vt infra dicam leuiſſima præcedens culpa facit ex caſuali homicidio irregularitatem incurrere, multo magis hoc faciet lata culpa prout arguit Maiol. in loco præallegato, Suarez de Cenſur. diſputat. 45. ſectio. 5 num. 4. verſ. Quoties ergo culpa lata eſt vbi propterea dixit iſto caſu certum eſſe irregularitatem contrahi. Nunquid autem ex lata culpa iſto caſu contrahatur irregularitas quando illa non habet in ſe peccatum mortale dicam infra.

529 IRREGVLARITAS licet incurratur ex homicidio caſuali quando illud lata culpa præcedit vt mox dixi: Non tamen ſic eſt quando præcedit culpa leuis tunc enim quod irregularitas non incurratur voluerunt, Caieta. 2.2. quæſt. 64. art. 8. ad med. Antonin par. 3. tit. 28. cap. 2. §. 4. Thabien. in verbo Irregularitas 3. num. 12. Nauarr. in munual. capit. 27. num. 228. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Auila de Cenſur. Eccleſiaſtic. par. 7. rubric. de homicid. caſuali diſputat. 6. ſect. 1. dub. 11. in ſecunda concluſione verſ. Quod vero non ſufficiat culpa leuis vbi pro hac concluſione adducit rationem quia ſcilicet ſine dolo irregularitas non contrahitur cap. Quæſitum de pęnitent. & remiſſ. Nauarr. in manual. capit. 27. num. 249. poſt Gemin. & Felyn. in locis ibi per eum relatis dolo autem non leuis ſed lata culpa æquiparatur ergo ex leui culpa irregularitas non contrahitur.

Quamuis contrarium voluerit Maiol. in loco nuper allegato, nec à Maioli ſententia diſſentire videtur, Suarez pariter in loco pręallegato eod. num. 4. verſ. De leui etiam culpa vbi ſic communiter dici teſtatur, nec diſſentit Suarez de cenſur. diſput. 45. ſect.

5. num.

5.num.146.ſequitur Auila de Cenſuris eccleſiaſticis,par.ſeptima,rubric.de Homicidio caſuali diſputatione octaua,ſectio.ſecunda, dubitat. duodecima, in tertia concluſione, verſiculo Non obſtat, vbi pro hac concluſione adducit rationem, quia ſine dolo irregularitas non contrahitur.

530 Plura exempla de culpa leuiſſima,poſui etiam ſupra in titulo de homicidio,quæſt.27. nu.2. & alios vide per Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib.8.cap.6.in diſcurſu. Vide etiam Maiol. in tract. de irregularitate,lib.6.cap.8. §.4. Auila in tract. de cenſur.Eccleſiaſticis,par.ſeptima, diſputat. quinta, ſectio.tertia.

531 Bene verum eſt, inquit, ibi Speculator non eſſe irregularem conſulentem alteri, vt ſe indubitatæ morti exponat pro honore Chriſti, vel pro fide, vel pro ſtatu Eccleſiæ,etiam ſi mors inde ſequatur, cap. ſunt quidem,25.quæſt.1.cap.Non ſolum,& cap.ſequenti,11.quæſt.3.Couarru.in clem.ſi furioſus,par. 2.§.5.num.6.de homicidio,directe voluntario,Angelic.in verbo Homicidium,1.num. 14.Siluestrin. in eodem verbo Homicidium,1.quæſt.8. verſ. Octauo, &c.Thabiena in verbo Irregularitas,2. §. 15. S. Antonin.par.3.tit.26.cap.2.§.2.Summa Confeſſorum lib.2.tit.1.quæſt.9.Summa Aſtenſ. par.2. lib. 6. tit. 14.art.3.quæſt.10.Summa Piſanell.in verbo Homicidium,§.Quid ſi ſuadet,Maiol.in tract.de irregularitate,lib.5.cap.48.§. 2.num.9. verſ.Pro fide vero, Greg.Sayr.de Cenſur.Eccl.lib.7.c.3.nu. 8. Auil. in eod.tract.de Cenſur.Eccleſ.dub.5. verſ.Hinc infertur a fortiori.

532 Et hæc concluſio abſq; dubio procedit in culpa leui,aut leuiſſima ſecundum communem,de qua alijs relatis teſtatur Plot.de in litem iurando num.774.& bene declarat Setſerus de iuramento lib. 5. cap. 6. num.13.& num.17.

533 Difficultas eſſe videtur nũquid ſufficiat lata culpa. Dic pariter quod licet culpam latam in propoſito dolo æquiparari facile ſuadeatur, ex l. in actionibus,§. plane, ff.de in litem iurando, quo primo aſpectu caueri videtur iuramentum in litem dari ob moram debitoris. Mora autem non dolus, ſed lata culpa ſit l. Mulier, §.ſed enim, ff. ad Trebellian. l. ſi mora vbi gloſ. Bald. & Ang. ff. ſoluto matrim. de cuius quidem textus intellectu plene ſcripſit Seraphin.in tractat.de priuil. iuramenti priuil. 31. num.20.verſ. Sed contra hunc tertium caſum, & pluribus ſequentibus, & ob id ſolam latam culpam abſque dolo ad defendendum iuramentum in litem ſufficere dixerit Dec. in dict. l. in actionibus, num. 12. in nono notabili, & num. 17. Bero. conſ. 195. num. 12. lib. 2. Purpurat. conſil.368. num.44. lib. 1.Burſat.conſil. 105. num.8. lib. 1.Rimin.Iun. conſ.43. num. 31. lib.1. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Mancin. in tractat.de iuramento par.2. articul.8. num.13.& num.14.vbi teſtatur hanc eſſe veriorem ſententiam, quam etiam tenet,& a contrarijs defendit Setſerus in eodem tractat. de iuramento lib. 5. cap. 5. num. 56.& ſeqq.& latius cap. 6.num.8.& ſeqq.

534 Contrariam tamen ſententiam,quod lata culpa non ſufficiat ad delationem iuramenti in litem,& veriorem, & communiter receptam exiſtimo, quam præcipue tenuerunt plures relati Doctores per eundem Mancin. vbi ſupra num.12.Plot.de in litem iurando nu.764.vbi alijs relatis teſtatur de communi, & nu.639.vbi ampliat etiã,quod ageretur contra criminoſum,& 702.vbi ampliat eodem modo licet ſubdat, quod poterit iudex ex officio taxare intereſſe perſonæ offenſæ, Phanuc. de iure iurando in litem par.2.cap.2. num. 11. vbi relatis contrarijs, & alijs ad huius ſententiæ comprobationem Doctorum authoritatibus allegatis pulchre eam a contrarijs defendit, quam etiam tenet poſt alios,quos allegat Maſcard. de probation. lib.1.concluſion.471.num.17. Idem Seraph. in tract. de priuil.iuram.priuil.31. nu. 58. in fin. Vbi teſtatur hanc concluſionem communem quam abſque dubio procedere in iuramento in litem affectionis,de quo latius infra dicam.

535 IRREGVLARITAS nunquid incurratur ex culpa,in qua non inſit peccatum mortale,aut veniale: videtur dicendum,quod ſic ſecundum communẽ Canoniſtarum,& ſummiſtarum opinionem, quos ſupra retuli nu.529.& nu.532.Dum dixerunt ex leui, & leuiſſima culpa in committendo;ſi inde ſequatur homicidium contrahi irregularitatem. Cum certum ſit dari culpam leuiſſimam abſq. peccato etiam veniali ſecundum Couar.in regula poſſeſſor p.2.§.7.n. 7.Cum alijs per Auil.de cenſur.Eccl.p.7.rub. de homic.caſual.diſput.6.ſect.1.dub.11.in 2.concluſ.verſic.Secundo probatur.

536 Verum quia præmiſſa concluſio a Theologis qui res omnes ex ſolidis,& firmis principijs,&rationibus colligunt reprobatur teſte Sayr.d.lib.7. c.5. poſt nu. 4.verſ.Cum igitur.Remanet dubium nunquid ad irregularitatem contrahendam in culpa requiratur peccatum mortale,an vero ſufficiat veniale ſolum, vna fuit opinio ſufficere peccatum veniale, ſecundũ Caiet.2.2.q.64.art.8.Tolet.de inſtructio.Sacerdot. lib.1.cap.29.in 1.notab.cum alijs, quos refert, ſed non ſequitur Gregor.Sayr.d.lib.7.cap.5.nu.4. verſ. Vna eſt aſſerentium.

537 Contrarium,quod ex veniali peccato non contrahatur irregularitas;ſed requiratur mortale,dixerunt Sot.de iuſt.lib.5.q.1.art.9.in fi.Nauar.in man. c.27.nu.252.verſ.Octauo dico,quos,& alios plures refert,&ſequitur Sayr.vbi ſup.d.lib.7.c.5.n.5.vbi dixit hanc contrariam ſententiã eſſe communiorem,& veriorem eamq. bene comprobat,& cõtrarijs rationibus reſpondet.Non diſſentit Suarez in tract. de Cenſuris diſput.45.ſect.5.num.7.in fi. verſ.Quando autem,& num.8.vbi pariter reſpondet contrarijs, dicitq. hanc ſententiam eſſe ſatis probabilem, neque alienam a mente Canoniſtarum,conſentit Auil. in eod.tract.de Cenſuris Eccleſ.p.7. rubr. de homicid. caſuali diſputatio.6.ſect.1.dub.11.verſ.Tertia concluſio.

538 Quando autem culpa dicatur talis quæ ad peccatum mortale ſufficiat, dic inſpiciendam eſſe naturam negotiorum temporis,ac perſonarum. Nec requirendam ſummam prudentiam, ſed communem ſecundum Caietan.& Paludan. in locis relatis per Suarez vbi ſupra dict.num.7.in fine, verſic. Quando autem.

539 IRREGVLARITAS An incurratur ab eo, qui lapidem proijciens aliquem occidit, vel ex illa lapidis proiectione contra intentionem proijcientis aliquis occiſus reperitur. Hæc dubitatio pluribus modis contingere poteſt pluraq; dantur exempla a Doctoribus, ideo pro reſolutione, vide quæ dixi ſupra in titul. de Homicidio quæſt.126.num.17.& ſeqq. Maiol. de Irregularitate lib.5. cap.48.§.3.num.4.& ſeqq. Gregor. Sayr.de Cenſuris Eccleſiaſtic. lib.7.c. 6.nu. 5.& num.29.& 30.

540 IRREGVLARITAS nunquid contrahatur ex homicidio ſequuto in ludo pariter,& hæc quæſtio poteſt pluribus modis cõtingere,quia in ludo datur homicidiũ,quandoq; caſuale,quãdoq; culpoſũ,& quandoq; etiã doloſum,vt plene dixi ſup.in tit. de homic. d.q.126.num.28.& ſeqq.& ideo irregularitas ex eo contrahitur ſecundum homicidij qualitatem,qua in re vide Maiol.in tract.de irregul.lib. 5.c.48.§.3. nu. 2.verſ.Dicitur autem culpa,& nu.3.vbi diſtinguit inter ludum noxium,hoc eſt periculoſum ad mortem, prout eſt haſtiludium,iactus lapidum,ludus, qui calcibus,aut pugnis exercetur,& inter ludum non noxiũ, nec periculoſum, prout eſt ludus pilæ luctæ ſine armis,& ſaltationis.Primo caſu, quando ludus eſt noxius,& periculoſus, ſi ex eo ſequatur homicidium abſque dubio incurritur irregularitas,ſecus ſecundo caſu,dummodo tamen ludens adhibuerit omnem diligentiam,ne ſequatur homicidium, vt ibi per eũ, qui tamen ſubdit,quod hodie,ſiue culpa præceſſerit, ſiue non,& ſiue ludus ſit noxius,& periculoſus, ſiue non,ſemper in ludo occidens debet abſtinere,& non promoueri, donec cauſa plenè cognita diſpenſatio concedatur ex Concil.Triden.ſeſſ.14.cap.7.de reformatione,& vide etiam Theſaur.de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.cap.6.num.6.vbi de intellectu, text.in cap.lator extra de homicidio.

541 IRREGVLARITAS nunquid contrahatur ab eo,qui in venatione contra eius voluntatem aliquem occidit, vel alias ex venatione ſequatur aliquod homicidium diſtinguendum eſt inter laicum,& clericũ, laicus enim incumbens venationi periculoſæ ad mortem ſi ſufficientem adhibeat diligentiam ne ſequatur homicidium,licet inde ſequatur irregularis non eſt, quia ipſi venatio non prohibetur. Clericus verò in ſacris conſtitutus venationi incumbens,ſequuto homicidio irregularis eſt etiam,quod omnem adhibeat diligentiam, ne homicidium ſequatur,quando venatio de ſe eſt periculoſa ad mortem; ſi vero venatio non eſt ad mortem periculoſa,licet clerico prohibita ob honeſtatem,& decentiam ſequuto homicidio non eſt irregularis ſi omnem adhibuit diligentiam, ne illud ſequatur colligitur hęc diſtinctio ex Angelic. in verbo Homicidium,2. num.13. S. Antonin.p.3.tit. 29.cap.2.num.4.Siluestrin. in verbo Homicidium, 2.nu.5.Alphonſ.a Caſtro de poteſta. leg pen. lib.2. c.14. verſ.Nec refert Caietan. 2.2. q.64.art. 8. Nauar.in manual.c.27.num. 235.verſ. Vigeſimo ſecundo,& nu.237.verſ. Vigeſimoſexto, Couarru. in clemen.ſi furioſus,p.2.§.4,nu. 10. verſ. Quarto, &c.de Homicidio,Sot.de iuſtit. lib.5.q.1.art.9.Greg.Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis,lib.7.cap.6. nu.17.& 18. Auila in eod.tract.de Cenſuris Eccleſiaſt.p.7. rubr. de homic.caſuali diſp.6.ſect.1.dub.1. verſ. Primò ſequitur,vide quæ ſcripſit Suarez.in tract.de Cenſuris diſput.45.ſect.6.num.14.& quæ dixi ſupra in tit.de homicid.quæſt.126.num.26.

542 Venatio autem dicitur periculoſa ea quæ fit armis adhibitis,& cum clamore, prout eſt venatio Aprorum,ad tex.in c.qui venatoribus,& ſeq.& in c. Eſau,& ibi gloſ.in verbo Piſcatores,diſtinctio.86. & in cap.1.& 2.vbi gloſ.& Panormitanus de Clerico venatore.Non periculoſa,autem venatio dicitur venatio cuniculorum,animalium mãſuetorum,& Auiũ ſine ſtrepitu,ſine armis,& ſine clamore. Vtraque autem hæc venationis ſpecies clerico prohibita eſt. Prima propter periculum futuræ mortis. Secunda propter honeſtatem,& ſtatus decentiam ſecundum Gregor.Sayr.d.lib.7.c.6.num.18.vbi bene hanc materiam declarat,& ibi etiam ponit, nunquid hæc ſecunda venationis ſpecies ſit clerico prohibita recreationis cauſa,quandoque,& in tempore non prohibito.

543 IRREGVLARITAS nunquid incurratur ab eo qui arborem incidit prope viam publicam, & ex inciſo arbore cadente in caput tranſeuntis homicidiũ ſequatur,Dic quod ſic incidens efficitur irregularis niſi acclamauerit,vt tranſeuntes præcaueant, cap. ſi duo,& c.Hi qui arborem,& cap.ſeq.diſt. 50. Idem deeo qui in reſarciendis teſtis ſignum publice non exponit,qui propterea ſi aliquis interficiatur,irregularis eſt,vt per Thabien.in verbo Irregularitas, 3. §. 19.Nauar.in manual.cap.27.num.237.verſ.Vigeſimoſecundo,S Antonin.p.3.tit.29.c.2. §. homicidiũ caſuale.Maiol.de irregul.lib.5.cap.48. §.3. num.10. Gregor.Sayr.de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 7. cap. 6.num.27.

544 Quod ſi clericus non ſuam arborem incidebat, ſed alienam cum peccato, vtputa,animo furandi ligna,& ex arbore ceſſo caſu aliquis occiſus fuerit, tunc etiam, quod incidens acclamauerit vt Gentes præcauerent,quod irregularis efficiatur, quia dabat operam rei illicitæ voluerunt Siluestr.in verbo Homicidium,2.§.18.Thabien.in verbo Irregularitas, 3. §.19.verſ.Sed quid ſi incidebat arborem alienam, Maiol.de irregularitate,lib.quinto,cap.48.§.3.num. decimo.

555 Cuius contrarium, quod imo iſto caſu clericus irregularitatem non incurrat etiam, quod incidendo arborem alienam det operam rei illicitæ, &

& peccet eo quia hæc illicita opera non erat de ſe periculoſa ad mortem, voluit Sot. lib. 5. de iuſtitia, quæſt. 1. art. 9. poſt med. Nauarr. in manual. cap. 27. num. 237. verſ. Vigeſimoſexto, Barth. Medina in 1. 2. quæſt. 73. art. 8. §. tertia regula, cum alijs per Gregor. Sayr. de cenſuris eccleſiaſticis, lib. 7. cap. 6. num. 22. vbi dixit contrariam Silueſtr. & Maioli ſententiam omni probabilitate carere, & teſtatur de communi; vide quæ dixi ſupra in tit. de homicidio, quæſt. 126. num. 21. & ſeqq.

546 IRREGVLARITAS quæ incurritur ex homicidio caſuali operatur, vt non ſolum quis non poſſit promoueri ad alios ordines, ſed etiam vt in ſuſceptis miniſtrare nequeat ſecundum Abb. in c. Dilectus, nu. 3. poſt Io. And. quem allegat de homic. Cou. in clem. ſi furioſus, par. 2. §. 4. nu. 11. in fin. eod. tit. de homic. & licet contrarium, quod imò hæc irregularitas operetur ſolum impedimentum quoad ordines ſuſcipiendos, non autem quoad ſuſceptos voluerint gloſ. in c. Dilectus, in verbo Nec actu, de homicid. & Felin in c. Presbyterum, num. 3. eod. tit. de homicid. Horum tamen ſententiam non habere probabilitatem, nec in iure fundamentum dixit Suar. in tract. de cenſur. diſput. 45. nu. 1. Nec diſſentit Sayr. de cenſur. eccl. lib. 7. cap. 6. num. 32.

ARGVMENTVM.

De Irregularitate, quam quis incurrit ex conſilio, auxilio, ſeu mandato ad homicidium.

SVMMARIVM.

Conſulens, de cuius conſilio homicidium eſt ſequutum, regulariter irregularis eſt, num. 547.

Conſulens homicidium irregularis eſt, etiam quod occidatur is, qui conſilium recepit, num. 548.

Conſulens mandans, vel inſtigans aliquem, vt ſemetipſum præcipitet, immergat, vel occidat, morte ſequuta irregularis eſt, num. 549.

Conſulens aliquem verberari, & expreſſe prohibens nō occidi irregularis eſt, etiam quod is, qui conſilium recepit, excedat fines mandati, num. 550.

Conſulens alicui, vt illicitè, iniuſte, aut temerarie mortis periculo ſe exponat, morte ſequuta irregularis eſt, num. 551. Vbi ſecus quando quis conſulit alteri, vt exponat ſe periculo mortis pro bono publico, pro defendenda Patria, Parentes, vel etiam proximum, & quid pro honore Chriſti, & pro fide, num. 552.

Conſulens homicidium irregularis eſt, homicidio ſequuto, ſi occiſor ſine illo conſilio non erat alias facturus, ſecus ſi alias occiſurus erat, nu. 553. & ſeq. vbi idem quando quis ex conſilio factus eſt deterior, & occidendi voluntatem auxit, & nu. 555. vbi an in dubio quis eſſet alias facturus, nec ne, & nu. 556. vbi quod hoc probatur coniecturis, & num. ſeq. vbi ponuntur coniecturæ.

Conſulens homicidium non efficitur irregularis, ſi re integra conſilium reuocat, & reuocationem notificat occidendo, ſecus ſi reuocationem non notificat, num. 558. & ſeq. vbi declaratur, quando talis declaratio ſit neceſſaria.

Conſulens aliquod pium, ex quo præter conſulentis intentionem mors ſequatur irregularis non efficitur, num. 560. & ſeqq. Vbi ponuntur huius concluſionis exempla.

Irregularitas non incurritur ex homicidio ſequuto propter conſilium datum ad bonum, & licitum actum, num. 563.

Conſulens parato aliquem occidere, vt non occidat, ſed mutilet, & ſic conſulens minus malum non incurrit irregularitatem, num. 563.

Irregularitas incurritur ex quolibet auxilio ad homicidium cooperatiue, num. 564.

Aſſiſtens armatus homicidio, vel homicidam ad homicidium committendum aſſociās irregularis efficitur, homicidio ſequuto, etiam quod manibus ſuis nihil operetur, num. 565.

Arma ad occidendum apta accommodans occiſori, homicidio ſequuto irregularis eſt, declara, vt nu. 566.

Mandans aliquem occidi, homicidio ſequuto irregularis eſt, num. 567.

Mandans aliquem occidi, homicidio ſequuto irregularis eſt, etiam quod mandans excedat fines mandati, num. 568. vbi etiam an hæc irregularitas pertineat ad homicidium voluntarium, vel caſuale.

Mandans aliquem licite percuti, & verberari, vt puta Magiſter Diſcipulum, Pater Filium, Dominus Famulum, aut ſimiles, tunc ſi mandatarius exceedat fines mandati, & occidat excedendo moderamen irregulares non ſunt.

Mandans aliquem occidi, ſi occidatur irregularis eſt, etiam quod mandatarius diu ſteterit ad exequendum mandatum, num. 570. & ſeq. vbi etiam idem ſi a principio mandatarius mandatum non acceptauit, & poſtea occidit.

Irregularitas incurritur etiam ex tacito mandato, declara vt num. 572.

Irregularitas incurritur ex mandato ad homicidium, etiam quod occidatur mandatarius, num. 573.

Irregularitas nunquid incurratur ex mandato ad homicidium, homicidio non ſequuto, nu. 574. & ſeq.

Irregularitas non incurritur ab eo, qui mandat occidi, ſi mandatarius etiam ſine illo mandato occiſurus erat, num. 576.

Mandato ad homicidium reuocato, & reuocatione notificata mandatario, qui poſtea occidit ex mandato, non incurritur irregularitas, nu. 577. & ſeq. vbi etiam idem in tacita mandati reuocatione, & num. 579. vbi quod hæc mandati reuocatio non eſt ratificanda occidendo.

Irregularitas nunquid incurratur ex ratificatione homicidii nomine ratificantis commiſſi, num. 580.

547 IRREGVLARITAS incurritur ex conſilio ad illicitum homicidium, item, & ex auxilio ex mandato, & ratificatione. De ſingulis videndum. Et primo, quoad conſilium regula ſit affirmatiua, quod conſulens illicite homicidium irregularis eſt. Probatur hæc concluſio in cap. perniciose, de pœnitentia, & in cap. ſi quis viduam, diſtinctio. 50. in cap. ſicut dignum, §. Clericos, de homicidio, & in cap. 2. de cleric. pugnan. in duello, & voluerunt Specularor in tit. de diſpenſatione, §. Iuxta, & in verſ. Semper tamen fit irregularis, Silueſtrin. in verbo Homicidium 1. quæſt. 7. Thabien. in verbo Irregularitas, 2. §. 10. S. Anton. par. 3. tit. 29. cap. 2. §. 2. Summa Corona. tit. de irregularitate, num. 11. Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. quæſt. 6. Summa Aſten. par. 2. lib. 6. tit. 24. art. 3. quæſt. 1. Summa Piſanella in verbo Homicidium, 2. in princ. Nauarr. in manual. cap. 27. num. 223. Couarru. in clementin. ſi furioſus, par. 2. num. 1. de homicidio, Alphonſ. Viual. de irregularitate, num. 249. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 48. §. 2. n. 1. Suar. de Cenſuri diſp. 44. ſect. 3. nu. 10. & eſt communis Doctorum ſententia, prout teſtatur Sayr. de Cenſur. Eccl. lib. 7. c. 3. num. 1. vide ad hanc materiam, quæ dixi ſupra in tit. de conſultoribus, quæſt. 129. num. 56.

Hæc Regula ampliatur quatuor modis, & limitatur quatuor alijs modis; Primo ponam ampliationes, & deinde limitationes.

548 IRREGVLARITAS incurritur a conſulente homicidium, etiam quod is, qui conſilium recepit occidatur. Licet enim Innocentius in cap. ad audientiam, num. 4. & 5. & ibi etiam Hoſtienſ. extra de homicidio dixerit, quod ſi veriſimiliter is, qui conſilium recepit ad occidendum aliquē poterat ab inuaſo occidi, tunc conſulens eſt irregularis, quia cogitare debebat hoc euenire poſſe, ſecus ſi veriſimiliter cogitās hoc periculum cogitare non poterat, vtputa, quando ille (cui datum fuit conſilium) erat longe fortior eo, quem occidi conſulebat. Verior tamen eſt opinio indiſtincte, & in omni euentu conſultorem eſſe irregularem, ſecundum Abbat. in d. c. ad audientiam, nu. 6. & ibi etiam Cardin. num. 3. de homicid. Io. Andr. Anchar. Dominic. & Franc. in c. fin. de homicid. in 6. Felin. in c. 1. num. 23. de officio deleg. Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. quæſt. 7. Summa Aſten. par. 2. lib. 6. tit. 34. art. 1. quæſt. 2. Summa Piſanell. in verbo Homicidium, 2. §. 2. in fin. Angelic. in verbo Homicidium, 1. num. 12. Thabien. in verbo Irregularitas, 2. §. 12. Nauarr. in manual. cap. 27. num. 233. Couar. in clementin. ſi furioſus, p. 2. §. 2. num. 1. verſ. Quod ſi ex prauo, de homicidio, Maiol. de irregul. lib. 9. c. 48. §. 2. num. 4. vbi propterea dixit Speculatoris contrariam ſententiam, in tit. de diſpenſat. §. Iuxta, nu. 43. verſ. Quid ſi aliquis ſibi ſatis periculoſam videri. Suarez de Cenſur. diſput. 44. ſection. 3. num. 17. vbi tamen dicit hanc irregularitatem eſſe potius homicidij caſualis, & idem dixit in diſputatio. 45. ſection. 2. num. 6. verſ. Vnde etiam, Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib. 7. cap. 3. num. 3. vbi teſtatur de veriori, & communiori opinione, & alios idem allegat concordantes, a quibus nec etiam diſſentit Auila in eodem tract. de cenſuris Eccleſiaſticis, par. 7. rubric. de Homicidio recte voluntario diſputat. 6. ſect. 2. dubio 5. verſ. Sit quarta concluſio, loquuntur autem præallegati Doctores non ſolum in conſulente; ſed etiam in mandante, voluntq; ipſum mandantem irregularem effici ſi mandatarius occidatur, de quo particulariter dixi infra num. 573.

Et hæc ſit prima Ampliatio quoad conſulentem.

549 IRREGVLARITAS incurritur etiam ab eo, qui conſulit, mandat, vel inſtigat aliquem, vt ſemetipſum præcipitet immergat, vel occidat morte ſequuta etiam ſi iſte talis ſic parendo faciat rem ſtultiſſimam ſecundum Maiol. in tract. de irregularitate, lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 7. in fine in octaua ampliatione poſt Speculatorem, & Ioan. Andream in locis ibi per eum relatis, a quibus non diſſentit Sayr. de cenſur. eccleſ. lib. 7. cap. 2. num. 6.

Et hæc ſit ſecunda Ampliatio.

550 IRREGVLARITAS incurritur etiam ab eo qui conſulit aliquem verberari, aut vulnerari expreſſe prohibens ne occidat. Si enim is, cui datum eſt hoc conſilium excedendo fines mandati occiderit, adhuc conſulens irregularis efficitur, nec excuſatur ob illam prohibitionem, ne occidat ſecundum Maiol. cum alleg. per eum in tract. de irregularitate, lib. 5. c. 48. §. 2. num. 5. in 7. ampliatione Suarez de cenſuris diſputation. 45. rubr. de irregularitate ex homicidio caſuali ſection. ſecunda, num. ſexto, vbi, & alios adducit concordantes Doctores, vide quæ in ſimili de mandante dixi infra num. 568.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

551 IRREGVLARITAS incurritur ab eo, qui conſulit alicui, vt illicite, iniuſte, aut temerarie ſe exponat mortis periculo morte ſequuta ſecundum Speculator. in tit. de diſpenſation. §. Iuxta, num. 39. verſiculo Sed & qui non conſuluit, vbi ponit exempla huius concluſionis, & declarat Nauarr. in manual. cap. 27. num. 235. Auil. de Cenſuris Eccleſiaſ. par. ſeptima, rubr. de homicidio recte voluntario diſputatio. ſexta, ſectio. ſecunda, dub. 5. verſ. Tertia concluſio, Gregor. Sayr. in eod. tractat. de cenſur. Eccleſiaſt. lib. 7. c. 3. nu. 14. vbi pariter ponit exemplum in eo qui ſuadet iactum machinæ, vel baliſtæ, vel quod quis eat ad capiendam iniuſtam caſtri aut beneficij poſſeſſionem, quod de facili ſine hominum morte fieri non poterat.

Et hæc erit quarta ampliatio, quæ procedit, prout loquitur, quando cōſilium datur in cauſa iniuſta, ſeu temeraria, ſecus ſi pro cauſa iuſta, vtputa, quando quis conſulit alteri, vt ſe mortis periculo exponat pro bono publico, pro defendenda; Patria, pro defendendo patrem, vel etiam proximum, tunc enim ſic conſulens etiam ſequuta morte illius, cui conſulit, vt ſe mortis periculo exponat irregularis non efficitur ſecundum Angelic. in verbo Homicidiū, 1.

num.

& num. 15. Silueſt. in eodem verbo Homicidium 1. quæſt. 8. partic. 8. quos, & alios ſic dicentes refert, Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. capit. 3. num. 11. & num. 12. Vbi idem in eo qui conſulit alicui, vt pro defenſione bonorũ ſuorum magni momenti, & ad vitam ſubſtentandam neceſſariorum periculo ſe exponat, non cogitans probabiliter illũ moriturum, Auila vbi ſupra d. dub. 5. in prima, & 2. concluſione, & ante eum Speculator in tit. de diſpenſatione §. Iuxta, nu. 44. in princip. Vbi allegat bona iura, & ſubdeclarat niſi ſic conſulens ſciret, vel crederet eum moriturum, cum tunc irregularis euadat eo quia ordinata charitas vult, quod quiſque diligat plus corpus ſuum, quam alterius c. qui vult. de pœnitentia diſtinct. 3.

552 Benè verum eſt inquit ibi Speculator non eſſe irregularem conſulentem alteri, vt ſe indubitatæ morti exponat pro honore Chriſti, vel pro fide, vel pro ſtatu Eccleſiæ, etiamſi mors inde ſequatur cap. ſunt quidem 25. quæſt. 1. cap. Non ſolum, & cap. Sequenti 11. quæſt. 3. Couarru. in Clementin. Furioſus par. 2. §. 5. num. 6. de homicidio, Angelic. in verbo Homicidium 1. num. 14. Silueſtrin. in eodem verbo Homicidium 1. quæſt. 8. verſ. Octauo, &c. Thabien. in verbo Irregularitas 2. §. 15. S. Antonin. part. 3. tit. 29. capit. 2. §. 2. Summa Confeſſorum lib. 2. tit. 1. q. 9. Summa Aſtenſ. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. quæſt. 10. Summa Piſanell. in verbo Homicidium, §. Quid ſi ſuadet, Maiol. de Irregularitate lib. 5. capit. 48. §. 2. num. 9. verſ. Pro fide vero, Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. ſeptimo capit. 3. num. octauo, Auila vbi ſupra. d. dub. 5. verſic. Hinc infertur a fortiori.

Nunc ingredior limitationes.

553 IRREGVLARITAS licet incurratur ab eo, qui iniuſtum conſulit homicidium, vt ſupra dixi in regula, nu. 547. Hoc tamen intelligitur quando quis conſulit alicui, qui ſine illo conſilio non erat facturus homicidium, ſecus ſi etiam ſine conſilio occidiſſet. Probatur hæc diſtinctio communiter per Doctores omnes in cap. Ad audientiam de homicidio, vbi præſertim, Soccin. num. 70. Felyn. in cap. ſicut dignum nu. 12. eodem titul. Couarru. in Clementin. ſi furioſus part. 2. §. 2. num. 1. eodem tit. de homicidio, Albert. Trot. in tractat. de vero, & perfecto clerico lib. 2. c. 21. num. 7. Villadieg. in tract. de Irregularitat. capit. 6. num. 20. cum alijs per Suarez de Cenſuris diſputat. 44. ſect. 3. rubr. de conſulente num. 10. verſ. Addo etiam, vbi teſtatur quod ita communiter tenent, Summiſtæ, Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſtic. lib. 7. cap. 3. num. 2. Vbi pariter teſtatur de communi Auila in eodem tractat. de Cenſuris Eccleſiaſtic. par. 7. rubr. de homicidio directè voluntario diſputat. 6. ſect. 2. dub. 3. in 2. & 4. concluſ.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ, quæ conſulentem reſpicit, ad quam vide quæ in ſimili de mandante dixi infra num. 776. & latius ſupra in tit. de Conſultoribus quæſt. 129. num. 108. & ſeqq. Recipit autem hæc limitatio duas principales ſublimitationes de quibus mox dicam.

554 IRREGVLARITAS, licet vt modo dixi, non incurratur a conſulente alias facturo, attamen ſi quis etiam ſine conſilio facturus homicidium, factus eſt deterior ex conſilio dato: itaquod conſilium auxit conſulto occidendi volũtatem: vel etiamſi alium occidendi modum docuit eo, quem iam animo ſuo cogitauerat, tunc conſulens irregularis erit, licet conſultus ſine conſilio occidiſſet, argumento Textus in cap. ſicut dignum §. Qui vero de homicidio. Doctores communiter in cap. Nuper de ſententia excommunicationis, Silueſtr. in verbo Excommunicatio 8. nu. 12. verſ. Tertio, &c. & in eodem verbo Excommunicatio 10. quæſt. 4. verſ. Quartum, &c. Couarru. in clementin. ſi furioſus par. 2. §. 2. num. 1. verſ. Eſt igitur de homicidio, Suarez de Cenſuris diſputat. 44. ſect. 3. rubric. de conſulente num. 10. verſ. Ad irregularitatem vero, vbi bene loquitur in materia, Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 3. num. 2. verſ. Imo uero ubi pariter teſtatur de communi, Auila in eodem tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis part. 7. rubr. de homicidio directè voluntario diſputat. 6. ſect. 2. dub. 3. verſ. Tertia concluſio, & dixi aliquid ſupra in tit. de conſultoribus quæſt. 129. num. 109. & hæc ſit prima ſublimitatio præcedentis primæ limitationis.

555 IRREGVLARITAS, vt dixi ſupra num. 153. non incurritur ab eo qui conſulit homicidium, alias ſine conſilio illud facturo, ſed aduertendum eſt quod pariter, & in dubio conſulens irregularis efficietur vt per Thabien. in verbo Conſilium num. 4. Couarr. in clement. 1. par. 2. §. 2. nu. 1. verſ. ſed ſi quis; & nu. 2. verſ. In eo vero caſu, Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 3. num. 2. in princip. Auila in eodem tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis par. 7. rubric. de homicidio directè voluntario ſect. 2. dub. 3. in 5. concluſione in fin. verſ. ſi autem omnibus penſatis, & dixi ſupra in tit. de Conſultorib. quæſt. 129. num. 140. & ſeqq. vbi vide.

Et hæc ſit ſecunda ſublimitatio ad eandem primam limitationem.

556 Bene verum eſt, prout dicit Auila in loco præallegato, & ego etiam aduerti in dicta quæſtione 129. num. 142. An quis eſſet aliàs facturus nec ne, probatur coniecturis, & inter alias coniecturas ea eſt, an quis occiderit ſtatim recepto conſilio, an vero diu poſt datum conſilium. Primo enim caſu dicendum eſt illum ſine conſilio non occidiſſe, ſecus autem ſecundo caſu, vt pariter dixi dicta quæſtione centeſima vigeſima nona, numero centeſimo quinquageſimo, & numero quinquageſimoprimo, vbi etiam poſui contrarium tenentes, & voluit Auila vbi ſupra in dicta 5. concluſione verſiculo Cæterum ſi hoc non poſſit ſciri:

557 Alia eſt coniectura, quæ ſumitur ex aſſertione illius qui occidit, dicentis ſe ad occidendum mo-

tum fuiſſe ex ſe ipſo, & non ex conſilio dato, vt per Gregor.Sayr.de Cenſuris Eccleſiaſticis, lib.7.cap.3. num.2.verſ. Quãuis, vt recte notat, vbi pariter dixit ſtari aſſertioni homicidæ dicentis ſe ad occidendum motum fuiſſe ex conſilio dato, nec diſſentit Auila vbi ſupra in eadem quinta concluſione in principio, & in quarto dubio,verſ.Hinc ſequitur ad finem, ſed certè hæc coniectura non tranſit ſine difficultate, & habet contradictores, vt dixi ſupra in d. quæſt. 129. num.152.& ſeqq.vbi vide.

Et de alijs coniecturis in propoſito, vide in d. q. 129.num.143.& ſeqq.

558 IRREGVLARITAS non incurritur ab eo, qui poſt conſilium datum ad homicidium, antequam illud ſequatur, conſilium reuocat, reuocationem illi cui conſilium dedit manifeſtat, & occidendo notificat, vt præcaueat, ſecus ſi id non notificauerit, tunc enim ſequuto homicidio irregularis efficitur, etiam, quod conſilium datum reuocauerit, occiſoremq. ad non occidendum contrario conſilio perſuaſerit. Sic enim in conſilio (quicquid tamen ſecus ſit in mandato in cuius reuocatione notificationem non requiri dixi infra num.579.) ſcriptum reliquerunt Innocen. in cap.Ad audientiam,num.3. de homicidio, Silueſtrin.in verbo Homicidium,1.quæſt.7. verſ. Tertium fauet.Thabien.in verbo Irregularitas,2.§.14. Angelic.in verbo Homicidium, 1. num. 14. Summa Confeſſ lib.2.tit.1. quæſt.6. Summa Aſten. lib. 6. par. 2. tit.24.art.3.quæſt.1.Summa Corona in tit. de irregularitate,num.11.Nauarr.in manual.cap.27.num. 233.Maiol.de irregularitate,lib.5.cap.48.§.2.num. 3.in 5.Ampliatione, Viuald. in eodem tract. de irregularitate,num.258.Suarez in tract.de Cenſuris,diſputatio.44.ſection.3.num.11.& ſeqq. vbi pluribus hanc probat ſententiam,& reſpondet contrarijs, teſtatur de communi fauorabiliori, & magis rationi * conſentanea ſententia,optimamq. reddit rationem, Cur ſcilicet in reuocatione mandati,nulla requiritur occidẽdo notificatio,ſecus autem in conſilio. Quod & idem voluit,& tradidit Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis,lib.7.cap.3.num.4.& 5.Vbi pariter red* dit eandem rationem diuerſitatis, teſtatur de communi,& amplius aduertit,quod notificans, qui iam homicidium conſuluit,non debet reuelare nomen perſonæ,cui conſilium dedit,ſed bono modo ſeruata eius fama inimicum monere, vt ſibi caueat, Auila in eodem tract.de cenſuris eccleſiaſticis,par.7.rubr.de homicidio directe voluntario diſput.6.ſect.2.dub.4. verſ.Sit tertia concluſio,& ſeq.

Et hæc ſit ſecunda limitatio in materia conſilij, quam ſublimita,vt in ſeq.num.& ad hanc materiam, vide quæ dixi ſupra in tit.de conſultorib.quæſt.129. nu.90.& ſeqq.& de mandante infra n.577.& ſeqq.

559 IRREGVLARITAS licet,vt euitetur ab eo,qui conſilium datum reuocauit,ſit neceſſaria notificatio, vt mox dixi,illa tamen non requiritur,quando is, qui conſilium reuocauit, probabiliter,& bona fide crediderit ſic reuocato conſilio mortem non ſubſequuturam, tunc enim etiam ſequuto homicidio, & nulla facta notificatione occidendo, vt ſibi caueat, irregularis non efficietur, vt per Siluſtr.in verbo Homicidiũ 1.quæſt.3.verſ.Tertium,&c.Thabien.in verbo Irregularitas 2.§.14.Summa Piſanell. in verbo Homicidium 2.§.Quid ſi aliquis conſuluit, Maiol.de Irregularitate lib.5.cap.48.§.2.nu.3.in fin.vbi tamen hanc declarationẽ periculoſam dicit Suarez vbi ſupra nu.12.in fin.verſ. Quod tamen intelligẽdum eſt, vbi in ſpecie reſpondet rationi adductæ per Maiol. vbi ſup.Sayr.de Cenſ.eccl.d.lib.7.c.3.nu.6.in prin. & vide quæ dixi ſup.d.quæſt.129.num. 92.& ſeqq.

560 IRREGVLARITAS licet incurratur ab eo,qui conſulit homicidium,homicidio ſequuto,vt ſupra dictum eſt in regula,non tamẽ incurritur ab eo,qui dat aliquod conſilium pium ex quo præter intentionem conſulentis homicidium ſequatur ſiquidem cũ actus ille qui conſulitur non ſit ordinatus ad mortem nec à cõſultore intentus,hoc ideo irregularitatẽ non producit ſecundum Maiol.in tract. de irregularitate lib. 5.cap.48.§.2.nu.9.vbi huius concluſionis tria ponit exempla. Primum quando quis conſulit vt quis pro Chriſti fide indubitanter morti ſe exponat,de quo dixi ſupra nu.552.

561 Secundum affert Maiolus exemplũ quando quis videns Petrum fugientem manus hoſtium eum inſequentium vt occiderent,hortatus eſt illum ne fugeret,vel quia inſequentes non erant hoſtes ſed affines vel amici vel quia ſic conſulens vt vir multæ authoritatis apud inſequentes,veriſimiliter ſperabat fugiẽtis periculo conſulere magis quam per fugam, tunc enim inquit ibi Maiol:ſi præter intentionem conſulentis ille fugiens occidatur, conſulens non erit irregularis, & voluerunt Speculator in tit. de diſpenſat. §.Iuxta nu.39.verſ.Quid ſi aliquis mori,Sũma Confeſſor.lib.2.tit.1.quæſt.11.Summa Aſtenſ.par.2.lib. 6.tit.14.art.3.quæſt.5. Summa Piſanell.in verbo Homicidium 2.ver.Quid de illo,Sũma Corona in tract. de irregular.nu.11.Silueſtrin.in verbo Homicidiũ 1. q.8.verſ.Nonum,&c. Tabien.in verbo Irregularitas 2.§.17.Quos ſic dicentes refert etiã,& ſequitur Gregor.Sayr.de Cenſur.Eccleſiaſt.lib.7.cap.3.nu.9.

562 Tertium ibidem Maiol.vbi ſupra affert exemplũ in eo,qui tranſeunti flumen rapaciſſimum cum equo vel debili iumẽto,& equo in medio fluminis exiſtẽte equitans ſit in euidenti mortis periculo dicat,diſcende,& melius pertranſibis putans verè illũ tutius euaſurũ,etiã ſi poſtea deſcendens,vi fluminis fuerit ſubmerſus ſic conſulens nõ erit irregularis ex Speculat. quẽ allegat in tit.de diſpenſ.§.Iuxta num.39.verſic. Sed pone ruſticus ſuper aſino, nec diſſentit Gregor. Sayr.vbi ſupra d.lib.7.cap.3.num.10.

Et hæc ſit tertia limitatio,ad quam vide quæ in ſimili de mandante dixi infra num.570.

563 IRREGVLARITAS ſicut non incurritur ex homicidio ſequuto propter conſiliũ datum ad bonũ,& licitũ actũ,ita nec etiã incurritur ab eo,qui cõſulens homini omnino parato inferre grauæ malum vtputa homi-

homicidium,vt faciat minus malum, & non vt occidat,Exempium in eo qui eſt paratus occidere clericum adulterum in adulterio cum ſua ſorore depræhenſum,tunc enim vt dixi, ſi quis eum conſulat vt non occidat,ſed potius mutilet, conſulens irregularis nõ erit,nec excõicatus,quia non peccat in hoc bono conſilio,nec conſiliũ eius influit moraliter vt fiat mutilatio,ſed ne fiat homicidium,nec conſulit malũ, ſed proponit tantum materiã minoris mali;vt eum à maiori malo retrahat,quod eſt licitum, argumento tex.in cap.Nerui in fin. & ibi gloſ. in verbo Minimis diſtinct. 13.in cap.Conſidera 22. quæſt.1.in cap.Hi qui de paganis, & ibi gloſ.in verbo Potius 26.quęſt. 2.& in cap.ſi quod verius 33.quæſt. 2. & voluerunt Caieta.tom.1.opuſc.tract.31.reſponſ.13. dub. 3. & 2.2.quæſt.95.art.8.in 5. cauſa duelli in fine, & in Summa in verbo Tirannis verſ.Reſpondetur, Sot.de iuſtit.lib.6.quæſt. 1.art.5. Nauarr. in manual. capit. 14.num.40.verſ.Decimotertio, & cap.17. nu.263. Suarez de Cenſuris diſputat.45.ſect.3.num.1. in fine verſ.Vnum vero caſum,& num 2. 3. & 4. vbi pluribus hanc probat concluſionem, & loquitur etiam in cooperante, & comitante ad impediendum homicidium,licet minori malo conſentiat, & bene explicat quomodo vt euitetur irregularitas, conſilium dari debet ad minus malum,in ſenſu ſcilicet conditionali vtputa dicendo ſi homicidium es facturus, potius mutiles,aut minori etiam vulnere contentus ſis, Gregor.Sayr.de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.capit. 3. num. 13. vbi quod de hac concluſione nulla eſt apud Authores difficultas, Auil.in eod. tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis part.7.rubric.de homicid.directe voluntario diſput.6.ſect.2.dub.3.verſ.Vnde inquirimus, & ſeq.

Et hæc ſit quarta limitatio ad irregularitatem quæ ex conſilio contrahitur.deuenio modo ad ſecundam regulam quæ reſpicit irregularitatem ex auxilio ad homicidium præſtito.

564 IRREGVLARITAS incurritur ab eo,qui in homicidio cooperatur, vel quouis modo illi opem, & auxilium præſtat cap. ſicut dignum §. illi; de homicidio, dum ibi dicitur,conſtat ab homicidij reatu immunes non eſſe, qui occiſoribus opem contra alios præſtare tenuerunt, & per hunc text. ita in ſpecie probauit, Suarez in tractat. de cenſur. diſputat. 44. ſect.3.num.31.Vbi amplius, quod quando interuenit cooperatio,huiuſmodi irregularitas dicitur eſſe homicidij voluntarij, & non caſualis.

Præmiſſa concluſio, ſeu regula,de qua iterum dixi ſupra in titul.de Conſultor. & Mandatorib. quęſtion.131.num.10.& ſeq.habet duas illationes, ſeu ampliationes, de quibus mox dicam infra nu. 565. & ſeq.

565 IRREGVLARITAS etiam incurritur ab eo, qui homicidio auxilium præſtat non cooperatiuum vtputa aſſociando homicidam ad homicidium committendum, vel ipſi homicidio aſſiſtendo,vt per Speculatorem in tit.de diſpenſatione §. Iuxta num. 54. verſ.Quid ſi aliquis vadit, Thabien.in verbo Irregularitas 2.§.20.ſumma Aſten.par.2. lib.6.tit. 14. art. 8.quęſt.6.Maiol.de Irregularitate lib.5.cap.48.§.4. num.1.Couarru.in Clement. ſi furioſus par.2. §. 2. num.2.verſ.Quatenus de homicidio, Suarez de cenſuris diſputat.44.ſect.3.num.31. vbi tamen, quod non interueniente coöperatione incurritur irregularitas homicidij caſualis, & non voluntarij, Gregor. Sayr.de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.cap.4. nu. 11. vbi ampliat hanc concluſionem etiam quod ſic comitans diſſuadeat volentem occidere, ne occidat, ſi diſſuadendo eum committatur quouſque ille occidat aduerſarium, Auil.in eodem tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis par.7.rub. de homicidio contingente in bello diſputat.6.ſect. 3.dub.3.in prima concluſione verſ.ſecundo probatur vbi ampliat eodem modo, Garzias in tractat de Benefic.par.7.cap.11.ſub num.8.verſ.Et eadem irregularitas intraret. vide ad hanc materiam quæ dixi ſupra in tit. de Conſultorib. quæſt.131.per tot.in diſcurſu, & præſertim nu. 10.& num.75.& 77.

569 IRREGVLARITAS incurritur etiam ab eo, qui arma ad occidendum apta occiſori accomodat, homicidio ſequuto, ex allegatis per Maiol. in tract. de Irregularitate lib.5.capit.48.§.3.num.17.verſic. Huc ſpectat quæſtio: Vbi tamen declarat hanc concluſionem procedere in eo, qui accomodat arma homini, de quo veriſimiliter cogitare potuit,quod aliquod maleficiũ cõmiſſurus erat, ſecus ſi arma accomodauerit amico bonæ opinionis, de quo nullum ſcelus excogitare poterat, & alia huiuſmodi ad materiam, de qua vide etiam Suarez de Cenſuris diſputat.45.rubr.de Irregularitate ex homicidio caſuali ſect.3.num.5.vt pariter diſtinguit inter arma defenſiua, & offenſiua, licet enim vtraque arma præbendo poſſit incurri irregularitas, facilius tamen incurritur ex offenſiuis, quę magis ordinãtur ad damnum inferendum, quod per ſe eſt iniuſtum, quam ex defenſiuis,cum defenſio ex ſe licita ſit, vt ibi per eum, vide quæ generaliter dixi ſupra in tit. de Conſultorib.quæſt.130.num.4.& ſeqq.

Et hæc de irregularitate incurrenda ex auxilio. Nunc de incurrenda irregularitate ex mandato firmabo regulam cum ſuis ampliationibus, & limitationibus.

597 IRREGVLARITAS,quod incurratur ab eo,qui mandat homicidium fieri, homicidio ſequuto certum eſt apud omnes, prout teſtatur Suarez de Cenſuris diſputation.44.ſect.3.rubr. de mandante poſt num.6.vbi id à fortiori probari dicit in cap. vltimo de homicid.in 6.vbi mandans aliquem verberari, & non occidi,ſi alius à mãdatario occidatur irregularis efficitur propter voluntarium ſaltem indirectum,ergo qui directè mandat interfectionem alterius,multo magis incurrit irregularitatem voluntarij homicidij,quod, & idem voluerunt Maiol. in tractat. de irregularitate lib.5.cap.48.§.2.nu.1. Gregor.Sayr. cum allegatis per eum de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.

7.cap.

7.capit.2.num.6.Auila in eodem tractat.part.7.rubric.de homicidio directe voluntario diſputation.6. ſection.2.dub.2.Vbi in idem allegat text.in capit.ſi quis viduam, 30.diſtinct.& ante iſtos Speculator.in titul.de diſpenſation.§.Iuxta,num.7.verſ. Alia realis, & num.39.Nauarr.in manual.capit.27.nu.233. &eſt ratio, quia, vt inquit, Auila in loco præallegato,ſecundum omnes Theologos inter cauſas morales concurrentes ad aliquem effectum connumeratur tanquam cauſa principalis,qui mandat illũ fieri, Qui autem mandatũ exequitur eſt cauſa minus principalis,ſicut ergo mandatarius homicida irregularitatem incurrit, multo magis debet eam incurrere mandans.

Et hæc ſit tertia regula in irregularitate incurrenda ex mandato ad homicidium, ad quam vide etiam quæ dixi ſupra in tit. de conſultor.8.q.135.num.2. ſequitur prima regulæ ampliatio.

568 IRREGVLARITAS incurritur ex mandato: homicidio ſequuto, etiam quod Mandatarius excedat fines mandati, vtputa ſi ſibi expræſsè ordinetur quod verberet,vel percutiat,non autem vt occidat ſi enim Mandatarius occiderit,mandans irregularis eſt qui ſic mandando in culpa fuit, & hoc euenire poſſe cogitare debuerat, tex.eſt in capit.final.de homicidio in 6.Abb.in cap. ad Audientiam num.6. de homicidio, ſumm.Aſtenſ.par.2.lib.6.tit.14.art.8.quæſtion.26. Summa Piſanell. in verbo Homicidium 2. verſ.Quid ſi mandauit.Thabien.in verbo Irregularitas 2.§.12.S.Antonin.par.3.tit.29.de irregul.capit. 2.§.1.Angelic.in verbo Homicidium 2.§.20. Silueſtr.in verbo Homicidium 1.quæſt.7.verſ.Tertium &c.Nauarr.in manual.cap.27.num.233.& nu.240. Maiol.de Irregularitate lib.5.cap.48.§.2.num.4.& 5.in 7.ampliatione, Viuald. in tractat. de Irregularitate num.260.Couarru. in Clementina ſi furioſus par.2.§.1.num.2. de homicid. Iacob. de Graffijs lib. 2,ſuarum deciſionum cap.64.num.2.Suarez de cenſuris diſputation.45.ſection.2.num.3.vbi latè diſputat an hæc irregularitas ſit homicidij voluntarij, vel caſualis, & videtur tenere eſſe irregularitatem homicidij caſualis, & non voluntarij, quicquid ſecus ſenſerit Couarru. per eum allegatus in clementin.ſi furioſus par.2.§.1.num.2.Gregor.Sayr.de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.cap.2.num.7.Vbi cum Couarru. in loco præcitato videtur tenere contrarium, quod ſcilicet ſit irregularitas homicidij voluntarij,& non caſualis, Auila in eodem tractat.de Cenſuris Eccleſiaſticis par.7.rubr.de homicidio directè voluntario diſputation.6.ſect.2.dub.1. vbi ni fallor videtur ſentire cum Couarru.vbi ſupra allegato, vide quæ in ſimili dixi ſupra de conſulente num.550.

Et hæc ſit prima ampliatio in materia irregularitatis contractæ ex mandato, quam limita, & declara vt in ſequenti verſiculo, & vide quæ dixi ſupra in tit.de conſultor.q.35.num.166.

569 IRREGVLARITAS,licet vt mox dixi,incurratur a mandante aliquem verberari, vel percuti, & non occidi,ſi adhuc Mandatarius occidat, & ſic excedat fines mandati, hoc procedit ſi percuſſio,& verberatio ſit illicita,ſecus ſi licita, vtputa quando magiſter,pater, vel dominus correctionis, & diſciplinæ cauſa mandat verberari diſcipulum, filium, aut ſeruum, tunc enim ſi mandatarius excedendo mandatum occidat, mandans irregularis non eſt ad gloſ.in dict. capit. final. in verbo Culpa de homicidio in 6. Thabien.in verbo Irregularitas 2.§.2. Maiol.de Irregularitate lib.5.capit.48.§.2.num.5. Nauarr.in manual.capit.27.num.233.verſ. Vigeſimo vbi propterea dixit opinionem Silueſtr. contrariam in verbo Homicidium 1.verſ.Quartum,&c. eſſe periculoſam, Suarez de Cenſuris diſputat.45.rubric. de irregularitate ex homicidio caſuali ſection.2.num.4.verſ.Ex quibus intelligitur. Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.cap.2.num.8.Vbi alijs relatis teſta-
* tur de communi opinione, reprobato Silueſtro contrarium tenente in loco præallegato,vide quæ in ſimili de Conſulente bonum, & pium opus dixi ſupra num.560.

570 IRREGVLARITAS incurritur ex parte mandantis homicidium fieri, homicidio ſequuto, etiam quod Mandatarius diù ſteterit ad exequendum mãdatum. Quod, & idem procedit in conſulente,perſuadente, & iſtigante ſecundum Innocent. in capit. ad Audientiam num. 2. de homicidio, Abb.ibidem num.7.Speculatorem in tit.de diſpenſatione §.Iuxta,num.39.verſ.Nec intereſt, Silueſtr. in verbo Homicidium 1.quæſt.8.verſ.ſextum, &c. Thabien.in verbo Irregularitas 2.num.13. Maiol.de Irregularitate lib.5.cap.48.§.2. num.3. Alphonſ. Viuald. in tractat.de Irregularitate num.252. Suarez de Cenſuris diſputation.44.ſection.3.rubric. de mandante num. 6.in fin. verſ. Ad propriam ergo irregularitatem Gregor. Sayr.de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap.2.num.13.verſ.Et quæ in dubio, & cap.3.num. 6.verſ.Sicut de mandante, & dixi aliquid ſupra in titul.de Conſultoribus quæſtion. 135.num. 20. & ſeqq.

571 Et hæc ſit ſecunda ampliatio, quæ non ſolum procedit quando Mandatarius diù ſtetit ad exequendum mandatum, quod iam acceptauerat; ſed etiam ſi mandatum non acceptauit, & adhuc poſtea occidit, quem mandans occidi voluit, vt per Maiol. de Irregularitate lib.5.d.cap.48.§.2. num.3. verſic. Quarto amplia,cum alijs relatis per Gregor. Sayr. lib.7.capit. 2.num.15.& dixi ſupra d.quæſt.135,ſub num.20.& ſeqq.

572 IRREGVLARITAS incurritur ex mandato ad homicidium, homicidio ſequuto, non ſolum quando mandatum eſt expræſſum ad occidendum; ſed etiamſi tacitum vtputa quando pater, ſeu dominus, qui aliquam recepit iniuriam à petro,dicat filio, ſeu ſeruo non reuertaris domum, donec aliquid noui ſentiam de Petro, nam tunc occiſo petro ex parte patris, ſeu domini dicitur contracta irregularitas, etiam quod fuerit inhibitum ne petrus occidatur.An-

gelic.

gelic. in verbo Excommunicatio 1. nu. 34. Thabien. in verbo Irregularitas 2. §. 3. & in verbo Excommunicatio 1. caſu. 1. §. 36. Couarru. in clement. ſi furioſus par. 2. §. 1. num. 3. de homicidio, Nauarr. in manual. cap. 27. num. 233. verſ. Vigeſimo, &c. Alphonſ. Viual. in tract. de Irregularitate num. 235. Maiol. de Irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 2. nu. 8. Suarez de Cenſuris diſput. 44. ſect. 3. num. 14. & ſeqq. vbi teſtatur de communi doctrina, & bene declarat an hæc irregularitas dicatur homicidij voluntarij, vel caſualis, Gregor. Sayr. de cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 2. num. 9. vbi etiam de communi, Auil. in eod. tract. de cenſuris Eccleſiaſticis part. 7. rubr. de homicidio directe voluntario diſputat. 6. ſect. 2. dub. 2. in prima concluſione verſ. Quæ concluſio habet verum.

Et hæc ſit tertia ampliatio ad quam vide quæ latè dixi ſupra in tit. de conſultoribus &c. quæſt. 34. nu. 41. & ſeqq.

573 IRREGVLARITAS incurritur ex mandato ad homicidium etiam, quod mandatarius occidatur argumento text. in cap. final. de homicidio in 6. & eſt ratio quia mandans homicidium ſic mandando dat operam rei illicitæ, & ideo nihil refert ſi præter eius intentionem occidat mors mandatarij, quia cogitare debebat tale quid contingere poſſe, Summa Confeſſorum lib. 2. tit. 1. quæſt. 7. Silueſtrin. in verbo Homicidium 1. quæſt. 7. verſ. Quartum, &c. Nauarr. in manual. cap. 27. num. 233. Maiol. in tractat. de Irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 4. Alphonſ. Viual. in tractat. de Irregularitate num. 259. Suarez in tractat. de cenſuris diſputat. 44. ſect. 3. num. 17. & ſeqq. vbi teſtatur de communi ſententia proponit contraria, & illis reſpondet, ac etiam declarat an hæc irregularitas ſit homicidij voluntarij, vel caſualis, de quo etiam per eundem Suarez diſputat. 45. ſect. 3. nu. 6. verſ. Vnde etiam colligunt omnes. Addo pro hac eadem concluſione Auilam in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis par. 7. diſputat. 6. ſect. 2. dub. 5. verſ. Ex dictis ſequitur deciſion. Gregor. Sayr. d. lib. 7. cap. 2. num. 12.

Et hæc ſit quarta ampliatio, ad quam vide, quæ in ſimili de conſulente dixi, num. 548. & in titul. de Conſultoribus, quæſt. 35. num. 25. & ſeq.

574 IRREGVLARITAS incurritur etiam ab eo, qui mandat homicidium fieri etiam ſi mandatarius attentauit homicidium per actus proximos morti vtputa vulnerando, ſed non occidit: ſicut enim idem mandatarius irregularis eſt iſto caſu etiam homicidio non ſequuto, ſecundum opinionem eorum quos retuli ſupra num. 526. Ita etiam, & irregularis erit ipſe mandans ſecundum Maiol. in tractat. de irregularitate lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 1. verſic. Primo etenim.

575 Contrarium quod nullum mandatum ſeu conſilium homicidij facit quam irregularem antequam homicidium ipſum ſequatur, voluit Couarru. in clementin. ſi furioſus par. 2. §. 2. num. 2. prout illum refert, & ſequitur Auila in tractat. de cenſuris Eccleſiaſticis par. 7. rubr. de homicidio directe voluntario diſputat. 6. ſect. 2. dub. 3. in fine principij, & videtur de mente Suarez in tractat. de cenſur. diſputat. 44. ſect. 3. rubr. de mandante poſt num. 6. verſ. Quæri vero poteſt, & retorquendo argumentum, Maioli faciunt Doctores allegati ſupra num. 425. volentes attentantem homicidium homicidio non ſecuto irregularem non eſſe, ergo nec etiam mandans.

Et hæc ſit quinta ampliatio, ad quam vide quę dixi ſupra in tit. de Conſultoribus quæſt. 129. nu. 81. & ſeqq. & quæſt. 124. nu. 90. & ſeqq. 97. & ſeq. Nunc limitationes aggredior.

576 IRREGVLARITAS non incurritur ab eo, qui mandat aliquem occidi alicui, qui etiam ſine illo mãdato occiſurus erat, per ea quæ dicta ſunt in ſimili de conſulente ſupra num. 553. & voluit Couarru. in loco relato per Auilam in tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis par. 7. rubr. de homicidio directè voluntario diſputat. 6. ſect. 2. dub. 3. in quinta concluſione verſ. Sed inquiris, vbi tamen oppoſitum eſſe probabilius teſtatur ex Nauarr. & Emanuel. in locis ibi per eum relatis qua in re vide Gregor. Sayr. in eodem tractat. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 2. num. 11. Vbi ſic diſtinguit ſecundum Couarru. in clementin. ſi furioſus part. 2. §. 2. nu. 1. de homicidio. Quod ſi mandatarius non erat alias facturus tunc certum eſt mandantem irregularem eſſe ſecuto effectu, ſi vero mandatarius erat alias facturus, & tunc ſi ex mandato dato citius occidit pariter, & mandans erit irregularis; cum ſit cauſa propinqua accelerationis, ſi vero ex mãdato non citius occidit, & ſic mandatum non auxit mandatarij voluntatem, nec in aliquo illum deteriorem fecit, & tunc non erit irregularis vt ibi per eum qui alijs relatis teſtatur de communi Doctorum ſententia.

Et hæc ſit prima limitatio huius tertiæ regulæ reſpicientis irregularitatem ex mãdato ad homicidium ad quam vide etiam quæ dixi ſupra in tit. de Conſultoribus quęſt. 129. num. 130. & ſeqq.

577 IRREGVLARITAS non incurritur ab eo, qui mandauit fieri homicidium quando mandatarius poſt reuocatum mandatum, & mandati reuocatione ſibi notificata homicidium ſibi demandatum commiſerit, ſecus ſi mandans eidem mandatario mandati reuocationem non intimauerit, vt per Thabien. in verbo Irregularitas 2. §. 14. Silueſtrin. in verbo Homicidium 1. quæſt. 7. verſ. Tertium, &c. ſumma Confeſſ. lib. 2. tit. 1. quæſt. 6. S. Anton. par. 4. tit. 29. de irregul. cap. 2. in princip. ſumma Piſanell. in verbo Homicidium 2. verſ. Quid ſi quis mandauit. ſumma Aſtenſ. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. quæſt. 1. ſumma Corona eodem tit. de irregular. num. 10. Nauarr. in manual. cap. 27. num. 233. verſ. Vigeſimo, &c. Alphonſ. Viual. in tractat. de irregular. num. 252. & 257. Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap. 2. nu. 13. Vbi alijs relatis teſtatur de communi opinione, & propterea infert, quod ſi quis mandauit homicidium non potuit monere mandatarium propter eius abſentiam, aut eum qui periculum patitur tunc ſe-

quuto

quutohomicidio irregularis efficitur etiam quod voluntatem mutauerit, & mandatum in ſe reuocauerit Auil.in eodem tract. de Cenſuris Eccleſiaſticis par. 7.rubric.de homicidio rectè voluntario diſputat. 6. ſect.2.dub.4.in 1.& 2. concluſioue vbi etiam proponit contraria,& illis reſpondet.

578 Hæc autem notificatio reuocationis mandati fieri poteſt mandarario expreſse, & tacitè;expreſsè expreſſis verbis vel per epiſtolam, vel per nuntium ipſum monendo, vt ab homicidio ſibi demandato ceſſet. Tacitè vtputa ſi mandans reconcilietur ei cuius homicidium mandauit, & hoc notum ſit mandatario, vt per Silueſtr. in verbo homicidium 1.quæſt. 7.verſ.Tertio.Thabien.in verbo Irregularitas 2.§. 1. Angelic.in verbo Mandatum de irregularitat. nu.4. & 6. Gregor. Sayr. de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 7. cap.2.num.14. Vbi alijs relatis, pariter dicit cenſeri reuocatum mandatum per mortem mandantis re integra, & infecta, Auila vbi ſupra in 1.concluſione verſ.Quæ concluſio intelligitur.

579 Et licet in conſulente dixerim ſupra nu. 558. & ſeq.eſſe etiam neceſſe conſilij reuocationem intimari occidendo.non tamen ſic eſt in mandante qui irregularitatem euitat etiam quod mandati reuocationem occidendo non intimauerit cum ſufficiat intimaſſe, & notificaſſe mandatario, vt per eundem Gregor.Sayr.d.lib.7.cap.2.num.14.verſ. Nec tenetur, & cap.3.num.4. Suarez de Cenſuris diſputat. 44.ſect.3.num.11.12.& 13.Auila vbi ſupra in tertia concluſione apud quos iſto caſu reperies rationem diuerſitatis inter conſulentem, & mandantem.Quare, ſcilicet, in conſulente requiratur notificatio reuocationis conſilij illi qui occidendus erat, in mandante autem non, & licet contrarium quod etiam in mandante requiratur talis notificatio, ſicut in conſulente voluerit Mayol.in tractat.de irregularitate lib.5.cap.48. §.2.num.3.in quinta ampliatione eius tamen opinio eſt contra communem nec procedere poteſt, niſi forſan in caſu quando mandans veriſimiliter credit mandatarium nolle deſiſtere ab homicidio propter reuocationem, hoc enim caſu qui raro contingere poteſt tutius eſt etiam occidendum monere vt bene declarat Gregor.Sayr. d.num.14.verſ. ſatis enim eſt.

Et hæc ſit ſecunda limitatio eiuſdem tertiæ regulæ ad quam vide quæ dixi ſupra in tit. de Conſultoribus quæſt.135.num. 174. & ſeqq. Vbi latius hanc mareriam explicaui.

580 IRREGVLARITAS licet incurratur ex mandato ad homicidium, homicidio ſecuto non tamen incurritur ex ratificatione ſola homicidij etiam quod homicidium commiſſum ſit nomine ratificantis ex allegatis per me ſupra in tit.de Conſultoribus, &c. q. 135.nu.67.Quibus addo Gloſ.in cap.ſi quis viduam in verbo Aut conſilio diſtinct. 50. Speculator in tit. de diſpenſation.§.Iuxta nu.51.verſ.Sed quid ſi agenti, Archidiacon.in cap.Omnes 17. quæſt. 4. Angelic.in verbo Homicidium 2.num.7. Thabien.in verbo Irregularitas 2.§.7.Couarru. in clement. ſi furioſus par.2.§.1.num.4.de homicidio, Alphonſ. Viual. in tractat. de Irregularitate num. 299. & num. 301. Suarez de Cenſuris diſputat.44. ſect.3. num. 24. & ſeqq.pluribus, vbi multa alia ad hanc materiam proponit,& diſcutit Gregor. Sayr .de Cenſuris Eccleſiaſticis lib.7.cap.4.num.17. & ſeqq.Auila in eodem tractat.de Cenſuris Eccleſiaſticis par.7.rub.de homicidio rectè voluntario diſputat.6.ſect.2.dub.6. & licet Felyn.Carer.Silueſtrin. Roſel.Mayol. & Nauarr.in locis relatis per Suarez, & Sayr. vbi ſupra; non tamen ab hac opinione recedendum eſt cum, & verior,& probabilior ſit contrarijſque rationibus, & argumentis rectè reſpondeant prædicti,Suarez Sayr. & Auila vbi ſupra allegati.

Et hæc ſit tertia limiratio.

ARGVMENTVM.

De Irregularitate, quam quis contrahit propter membri mutilationem.

SVMMARIVM.

Irregularitas incurritur non ſolum propter homicidiū, ſed etiam propter membri mutilationem num. 581.

Irregularitas incurritur ex vulnere, ſeu percuſſione etiam ſine membri mutilatione, dummodo inde oriatur deformitas talis, vt percuſſus ad ſacros ordines promoueri nequeat num. 582. Contra nu. 583.

Irregularitas incurritur etiam ab eo, qui ſe ipſum mutilat num. 584.

Irregularitas non incurritur ab eo, qui alicui abſcindit capillos, metum, barbam, ſeu dentes aut ſimile membrum, quod non pertinet ad integritatem, & conſiſtentiam corporis, ſed tantum ad ornatum, nu. 575. & quid ſi quis abſcindat membrum non habens propriam, & per ſe diſtinctam operationem, ſed coniunctam, & acceſſoriam, prout digitus pedis, vel manus, num. 587. & ſeqq.

Membri appellatione quid veniat, & quotuplex ſit membrum quando agitur de incurrenda irregularitate, num. 586.

Irregularitas nunquid incurratur ab eo, qui alteri abſcindat auriculam, num. 590. & ſeqq.

Irregularitas nunquid incurratur ab eo, qui membrū non incidit, ſed inutile, & inhabile reddit, vtputa per neruorum inciſionem, nu. 594. & ſeqq.

Oculum alterius ladens, vt in eo albugine maculata promoueri non poſſit, an ſit irregularis, nu. 596.

Irregularitas nec etiam incurritur ex detruncatione membri aridi, num. 597.

Irregularitas nec etiam incurritur ex magna ſanguinis effuſione ex multis vulneribus cauſata, num. 598.

Irregularitas an incurratur ab eo, qui per indignationem vel ignominiam mortuo, membrum abſcindit, num.

num. 599. & ſeq.

Irregularitas, quæ incurritur ex voluntaria mutilatione membri an ſit eadem cum irregularitate, quæ incurritur ex voluntario homicidio, num. 601.

581 IRREGVLARITAS incurritur non ſolùm propter homicidium, ſed etiam propter membri mutilationem, ſeu abſciſſionem, & propterea irregularis efficitur non ſolum quia hominem occidit, ſed etiam qui illi membrum mutilat vel abſcindit, quia in hac materia quoad irregularitatem æquiparantur homicidium, & mutilatio, ſeu abſciſſio mẽbri. clement. 1. de homicid. & ibi gloſ. in verbo Mutilet. item gloſ. in cap. is qui, in princ. de homicid. in 6. cap. in Archiepiſcopatu extra de Raptor. & voluerunt ſumma Piſanell. in verbo Homicidium 4. §. fin. S. Antonin. part. 3. titul. 29. cap. 2. in princip. Silueſtrin. in verbo Homicidium 5. quæſt. 3. Tabien. in verbo Irregularitas 1. §. 6. &c. Nauarr. in manuali c. 27. num. 206. & num. 218. Couarru. in clementin. ſi furioſus par. 3. in princip. num. 8. verſ. Deinde de homicid. Maiol. de irregularitate lib. 5. cap. 50. num. 1. in fine, verſ. Qui vero mutilat, cum alijs per Suarez. in tractat. de cenſur. diſputat. 44. ſection. 2. num. 3. & per Gregor. Sayr. de cenſur. eccleſiaſt. lib. 6. cap. 15. num. 3. & per Auil. in eod. tractat. de cenſur. eccleſ. part. 7. diſputation. 5. ſection. 1. in princip. verſ. Quarto ſupponendum eſt, & ante iſtos Specul. in titul. de diſpenſatione, §. iuxta, num. 7. verſ. Idem eſt ſi ſequitur membri mutilatio.

Hæc regula ampliatur duobus modis de quibus mox dicam, & limitatur pluribus alijs modis de quibus poſt ampliationes verba faciam.

582 IRREGVLARITAS incurritur etiam ab eo qui aliquem percutit, & vulnerat ſine mutilatione, & abſciſſione membri, dummodo percuſſus, & vulneratus ex vulnere, & percuſſione ita deformis remaneat vt quia irregularis ad ordines promoueri nequeat, quia percutiendo facere alterum inhabilem perinde eſt ac ſi membrum illi abſcinderet ſecũdum Bonifac. de Vitallin. in clem. 1. de homic. col. 6. de homic. ſicut illum refert ſed non ſequitur Nauar. in manual. c. 27. nu. 207. Silueſtr. in verbo Homicidium 3. q. 3. verſic. Tertium, &c. ad fin. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 2. nu. 10. verſ. Decimanona, &c. & lib. 5. cap. 50. num. 4. & num. 9. in fine. Alphonſ. Viual. in tract. de irregularitate num. 35. nec diſſentit videtur Auil. de cenſur. eccleſiaſt. par. 7. rub. de irregularitate ex defectu corporis diſputat. 3. dub. 1. verſ. Ex dictis ſequitur.

583 Contrarium quod non ſit irregularis percutiens ſeu vulnerans aliquem niſi membrum mutilet aut abſcindat etiam quod ex illa percuſſione, ſeu vulnere percuſſus ſeu vulneratus remaneat deformis, & ſeu alias inhabilis ad ordines voluit Nauarr. in manual. d. c. 27. nu. 207. refert eum, & ſequitur Gregor. Sayr. de cenſu. eccleſiaſt. lib. 6. c. 15. nu. 7. verſ. Alij tamen. & nu. 16. verſ. Nec hoc mirum eſſe debet, vbi propterea infert irregularem eſſe eum, & ad ordines inhabilem, cuius manus debilitata, & eneruata remanet, & tamen non eſſe irregularem illum qui debilitauit, & eneruauerit niſi abſciderit, ex Soto, & Sylueſtr. & alijs ibi per eum allegatis, & infra particulariter dicam, & cum hac contraria ſententia pertrãſire etiam videtur Suarez de cenſur. diſput. 44. ſect. 2. poſt nu. 10. & 12. vbi teſtatur de communi.

Et hæc ſit prima ampliatio.

584 IRREGVLARITAS non ſolum incurritur ab eo qui alteri membrum mutilat ſeu abſcindit, ſed etiam ab eo qui ſe ipſum mutilat ea nempe ratione, quia nemo membrorum ſuorum dominus eſt idque procedit, nedum quando quis ſic per indignationem faciat, ſed etiam ſi ad euitandum peccatum, vt puta in eo, qui ad ſeruandum caſtitatem, ſe ipſum caſtrat cap. ſi quis abſcidit, & cap. Hi qui, diſtinction. 55. Silueſtrin. in verbo Homicidium quæſtion. 1. ſumma Corona tit. de irregularitate num. 9. Nauarr. in manual. cap. 27. nu. 219. §. 3. verſ. Seipſum. Alphonſ. Viuald. in tractat. de irregularitate num. 201. Maiol. in eodem tractat. de irregularitate lib. 5. cap. 48. in princip. num. 5. verſ. Nam, & ſi quis, & cap. 50. num. 1. Suarez de cenſuris diſputation. 44. ſection. 2. num. 10. vbi ampliat etiam quod ſic ſeipſum mutilans membrum non abſcindat, dummodo ſe adeo deformem, ſeu debilem faciat vt ad ordines adminiſtrandos inhabilis ſit inde inferens quod licet, vt mox dicam, alteri partem digiti abſcindens irregulari non ſit, erit tamen irregularis ſi ſibi ipſi digiti partem abſcinderit per text. in cap. qui partem diſtinction. 55. Alios refert Gregor. Sayr. de cenſuris eccleſiaſticis lib. 7. cap. 1. num. 7. Auila in eodem tractat. de cenſuris eccleſiaſticis part. 7. diſputation, 3. dubio 1. verſ. Sed petis, & ſeqq. vbi pariter firmat concluſionem quod præſcindens ſibi ex indignatione partem digiti irregularis ſit, etiam quod talis abſciſſio notabilem deformitatem non inducat, nec celebrationem impediat, alios in idem refert concordantes, & teſtatur de communi, eamq. iterum ampliat etiam quod quis ſibi abſcindat membrum occultũ.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio. Nunc ad limitationes deuenio.

585 IRREGVLARITAS non incurritur ab eo qui alteri abſcindit membrum quod non ad integritatem, & conſiſtentiam totius integri corporis pertinet, ſed tantum ad decorem, & ornatum, prout ſunt capilli capitis, mentum, barba, & dentes, ſecundum communem omnium opinionem de qua poſt alios Maiol. in tractat. de irregularitate lib. 5. cap. 50. num. 3. Gregor. Sayr. de cenſuris eccleſiaſticis lib. 6. cap. 15. num. 11. verſ. His ſuppoſitis communiter tradunt omnes Doctores infra allegandi, & dixi iterum ſupra in ijſdem fragmentis in verbo Clericus, num. 374. & 375.

586 Et hæc ſit prima limitatio ad quam ſi ſcire volueris in hac irregularitatis materia membri appellatione quid veniat, & quotuplex ſit membrum: vide Suarez de cenſuris eccleſiaſticis diſput. 44. ſect. 2. nu. 8.

& melius Gregor. Sayr. de cenſuris eccleſiaſticis lib. 6. cap. 15. num. 11. & 14. in fine, dixi ſupra in iiſdem fragmentis nu. 371. & quæſt. 19. num. 23.

587 IRREGVLARITAS non ſolum non incurritur ex mutilatione ſeu abſciſſione membri quod ſolum ad corporis ornatum, & decorem pertinet, vt dixi in præcedenti limitatione, ſed nec etiam ex mutilatione, ſeu abſciſſione membri, quod licet ad eiuſdem corporis ornatum, & decorem integritatem, & perfectionem ſpectet, non habet tamen propriam, & per ſe diſtinctam operationem ab alijs, ſed coniunctam, & acceſſoriam cum aliqua participatione, prout eſt digitus, pedis, vel manus, & ſic in hac irregularitatis materia illa corporis pars proprie dicitur membrum, quæ habet ſuum proprium, & peculiarem actum ab alijs diſtinctum, vt ſunt manus ad palpandum, pedes ad ambulandum, oculi ad videndum, aures ad audiendum, nares ad odorandum, & lingua ad loquendum: cætera autem membra non habentia hanc ab alijs diſtinctam operationem, vt ſupra poſui exemplum in digito ex eorum mutilatione & abſciſſione, irregularitas non contrahitur ſecundum Angelic. in verbo Homicidium 5. num. 7. Nauarr. in manual. cap. 27. num. 206. verſ. Secundo dico, Couarru. in clement. ſi furioſus par. 3. in princ. num. 8. de homicidio, Mayol. de irregularitat. lib. 5. cap. 50. num. 2. Iacob. de Graff. lib. 2. ſuarum deciſionum cap. 62. num. 4. vbi alios refert quos, & alios pariter refert, & ſequitur Gregor. Sayr. de cenſuris eccleſiaſticis lib. 6. cap. 15. nu. 13. & ſeqq. vbi etiam late contrarijs reſpondet Auila in eod. tract. de cenſuris eccleſiaſt. par. 7. diſputat. 5. ſect. 1. dub. 1.

588 Et licet Caietan. 2. 2. quæſtion. 65. articul. 1. & Sot. lib. 5. de iuſtitia quæſtion. 2. articul. 1. contrariam affirmauerint ſententiam quod ſcilicet etiam ex abſciſſione ſeu mutilatione huius membri non habentis diſtinctam operationem, ſed acceſſoriam contrahatur irregularitas, & ſic ex abſciſſione digiti, cum qua etiam pertranſire videtur Suarez de cenſuris diſputation. 44. ſection. 2. num. 8. vbi hanc contrariam ſententiam pluribus comprobare conatur. Ego tamen, in occurenti caſu non recederem a prima negatiua opinione, tum quia eſt probabilior prout teſtatur Auila in loco præallegato, ſed etiam quia ni fallor, magis communiter recepta videtur. Et multo magis indubitanter procedit in abſciſſione non totius digiti, ſed partis illius, cum tunc ex huiuſmodi abſciſſione irregularitatem non incurri, omnes conſentiant, prout teſtatur Suarez in loco præallegato num. 8. in fine, verſ. Dicitur autem, & num. 10. etiam in fine.

589 Et hæc ſit ſecunda limitatio ad irregularitatem contractam ex membri abſciſſione, ſeu mutilatione, in qua dubitare etiam contingit, nunquid eadem irregularitas contrahatur ex mutilatione digitorum quibus a ſacerdote Euchariſta contractatur, prout eſt pollex, aut index, vel medius, qua in re vna eſt opinio affirmatiua, quam ſequuti ſunt Silueſtrin. in verbo Homicidium 3. quæſtion. 3. verſic. Quartum, &c. Mayol. de irregularitate lib. 5. cap. 50. num. 2. & Tholet. de inſtruction. ſacerdot. lib. 1. cap. 27. notab. 3. altera fuit opinio huic contraria, quod, ſcilicet nec ex abſciſſione prædictorum digitorum irregularitas contrahatur, de qua vide Gregor. Sayr. dict. lib. 6. cap. 15. num. 16. & pro reſolutione vide quæ generaliter dixi ſupra in prima ampliatione num. 582. & ſeq.

590 IRREGVLARITAS non incurritur ex abſciſſione auriculæ, licet enim vt ſupra dixi, auris proprie corporis membrum dicatur, auricula tamen ideſt cartilago illa, quæ eſt circa aurem non eſt membrum, quia non eſt neceſſaria auditui, ſed potius quædam tutela, & ornamentum auris, vt per Nauarr. in manual. cap. vigeſimoſeptimo num. 223. verſic. Septimo infertur, Couarru. in clementin. ſi furioſus part. tertia initio relect. num. 8. de homicid. Ignat. Lopez in additionib. ad Diaz in practic. crimin. canon. cap. 49. litera D, verſic. Deducitur etiam. Dixi ſupra in iiſdem fragmentis in verbo Clericus, nu. 376. Nec diſſentit Auil. de cenſur. eccleſiaſtic. parte ſeptima, diſputation. 5. ſect. 1. dub. 1. verſ. Sequitur ſecundo.

591 Et licet contrarium voluerit Maiol. in tractat. de irregularitate lib. 1. cap. 25. num. 5. & lib. 5. cap. 50. num. 6. verſic. Ille etiam qui alterius auriculam mutilauit, vbi propterea dixit quod licet Sanctus Petrus abſcindendo auriculam Malco, irregularis factus non fuerit, hoc ideo fuit, quia tunc de hac irregularitate non extabat ius poſitiuum, & ideo non potuit hac cenſura notari præſertim id faciendo ad defenſionem Dei, & Domini ſui, & ſi forte aliqua irregularitas in eo fuit a Domino diſpenſatus extitit ex Specular. quem allegat in titul. de diſpenſatione, §. iuxta, num. 8. Et cum hac contraria opinione conſentit Suarez de cenſuris diſputation. 44. ſection. 2. num. 9. ea ratione motus, quia, ſcilicet, auricula multum præſtat ad organum auditus, & addita deformitate quam talis abſciſſio inducit, videtur eſſe ſatis grauis diminutio integritas corporis humani.

592 Non tamen a prima opinione recedendum putarem niſi forſan auricula abſciſſa fuiſſet in pœnam culpæ, vel perforata: tunc enim is, qui ſic in pœnam abſciſſam ſeu perforatam habet auriculam poſſet reputari Irregularis ratione infamiæ, vt per Gregor. Sayr. de cenſuris eccleſiaſticis lib. ſexto cap. decimoquinto, num. decimoſeptimo, cum allegatis per eum.

593 Non ſic eſt dicendum in mammilla alicuius fœminæ, quam abſcindens, quod irregularitatem incurrat, quia eſt membrum principale, voluerunt Bal. in l. Data opera, num. ſeptuageſimoquinto, C. qui accuſ. non poſſ. Felyn. in cap. Cum illorum, num. tertio de ſentent. excommunicat. Suarez vbi ſupra dict. diſputation. 44. num. nono in fine, verſic. Solet enim dubitari, Gregor. Sayr. dict. lib. ſexto, cap. decimoquinto, nu. decimooctauo, Et dixi ſupra in iiſdem

fragmentis in verbo Clericus, nu. 373. Vbi vide.

Et hæc ſit tertia limitatio.

594 IRREGVLARITAS non incurritur ab eo, qui alteri membrũ debilitat, aut inutile facit, vtputa per inciſionem nerborum etiam, quod illum reddat inhabilem ad vſum ordinum. Vbi enim iura per mutilationẽ irregularitatem incurri ſtatuerũt intereſſerunt per amputationem membri, & non per debilitationẽ, quia membrum debilitatum membrum eſſe non deſinit argumento tex. in c. ſicut vrgeri, 1. quæſt. 1. & voluerunt gloſ. in c. Accuſaſti in verbo Debilitatus, & ibi Panormitan. num. 3. de homicid. Idem Abb. in c. Clericis, ne cleric. vel Monaci, & in cap. 1. qui cleric. vel vouent. num. 9. Felin. in c. cum illorum, num. 11. de ſent. excommunic. Card. Zabarel. in clement. ſi furioſus, quæſt. 31. de homicid. Angelic. in verbo Homicidium, 5. §. 5. Thabien. in verbo Irregularitas, 3. num. 27. §. Vigeſimo ſexto ante finem, Villadieg. in tract. de irregularitat. rubr. de percuſſore, col. 1. Aufrer. in addit. ad Cappel. Tholoſan. deciſ. 207. Sot. de iuſt. & iure, lib. 5. quæſt. 2. art. 1. concluſ. 3. Nauar. in manual. cap. 27. num. 207. Couar. in clem. ſi furioſus par. 3. in princ. relect. num. 9. Tolet. lib. 1. inſtruct. c. 27. §. mutilans, verſ. Secundo, Maiol. de irregularitat. lib. 5. cap. 50. num. 7. verſ. Irregularitas tamen, Suar. de cenſur diſputat. 44. ſect. 2. num. 5. Gregor. Sayr. de cenſur. Eccleſ. lib. 6. cap. 15. num. 6. Vbi teſtatur de veriori opinione, Auila de cenſur. eccl. p. 7. diſp. 5 ſect. 1. dub. 2. verſ. Sit concluſio.

595 Et licet contrarium, quod immo per ſolam debilitationem membri abſq; abſciſſione irregularitas incurratur, voluerit idem Abb. ſibi contrarius in d. cap. cum illorum, num. 8. de ſent. excommunicat. Angel. in verbo Homicidium, 3. quæſt. 3. verſ. Tertium, &c. & hoc præſertim, quando membrum, ita debilitatur, vt non poſſit commodè tractare ſacramentum, vt per Maiol. qui ſic diſtinguendo concordat contraria de irregularitate, lib. 5. dict. cap. 50. num. 5. & num. 7. & poſt num. 9. Iacob. de Graffijs, lib. 2. ſuarum deciſionum, cap. 62. num. 3. Non tamen crederem recedendum a prima opinione, quæ magis communiter recepta eſt. Eaq; bene defenditur a contrarijs per Suar. & Sayr. in locis præallegatis, etiam quod membrum; ita ſit debilitatum, vt deſeruire non poſſit adminiſtrationi ſacramentorum, vt per eundem Sayr. dict. cap. 15. num. 16.

596 Et hæc ſit quarta limitatio, ad quam vide quæ dixi ſupra in verbo Clericus, num. 377. & omnino etiam Suarez dict. diſputation. 44. ſect. ſecunda, num. vndecimo, verſiculo Atq; ita, vbi conciliando prædictas Doctorum contrarias ſententias, dixit, hanc ſecundam opinionem poſſe procedere in eo, qui membrum, verbi gratia, occultum, ita ledit, vt ex vi leſionis omnino areſcat, & ſiccetur. Quamuis nullam partem abſcindere videatur, is enim irregularis manet, quia ſubſtantialiter, vt ſic dicam mutilat relinquens corpus vno membro principali priuatum. faciunt ad hæc ſcripta per Maiol. in tractat. de irregularitate, dict. lib. quinto, eodem cap. 50. num. quinto; vbi dixit quod qui oculum alterius, ita ledit; vt inducta in eo albugine, vel macula promoueri non poſſit, ipſe quoq; qui ita commaculauit irregularis eſt, & item in eo, qui alteri oculum eluſcauerit, ex allegatis ibi per eum.

597 IRREGVLARITAS nec etiam incurritur ex detruncatione membri aridi ideſt mortui, talis enim truncatio non videtur eſſe mutilatio corporis humani ex deductis per Suarez de cenſur. dict. diſputat. 44. ſect. ſecunda, num. 11. verſic. Reſpondeo aliud eſſe, & verſ Ideoq; ſi alter poſtea ſecus quando truncatur membrum vicium quantumuis debile, vel inutile ad ſuum miniſterium, tunc enim quod mutilator irregularis efficiatur, bene probat idem Suarez vbi ſupra dict. num. vndecimo, verſic. At vero, Auil. de cenſur. Eccleſiaſtic. par. ſeptima, diſputation. quinta, ſectio. prima, dubio 2. ad fin. verſ. Sequitur ſecundo, cum allegatis per eos.

Et hæc ſit quinta limitatio, ad quam vide quæ dixi ſupra in verbo Clericus, num. 378.

598 IRREGVLARITAS nec etiam incurritur ex magna ſanguinis effuſione etiam ex multis vulneribus cauſata, ſecundum Abb. in cap. 1. num. octauo, qui clerici, vel vouentes, Nauarr. in manual. cap. 27. num. 223. Suarez de cenſur. diſputat. 44. ſectio. ſecunda, num. ſexto, vbi reſpondet contrarijs, Auil. vbi ſupra de cenſur. Eccleſiaſt. par. ſeptima, diſputat. quinta, ſect. prima, dubitat. ſecunda, in fin. Qui tamen loquitur in magna ſanguinis effuſione ſine deformatione.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

599 IRREGVLARITAS nec etiam incurritur ab eo, qui per indignationem, vel ignominiam mortuo membrum abſcindit, & mutilat. Tunc enim irregularitas non incurritur cum non adſit hominis abſciſſio aut mali membri abſciſſio, vt per Archidiac. in cap ſi quis, 15. quæſt. prima, & in cap. periculoſe de poenit. diſtinct. prima, Silueſtrin. in verbo Homicidium, 3. quæſt. 7. verſ. Secundum, &c. S. Anton. par. 3. tit. 29. cap. 2. Thabien. in verbo Irregularitas, 3. num. 27. Summa Corona in tractat. de irregularitat. num. ſeptimo, Nauar. in manual. cap. 27. num. 210. & 217. Iacob. de Graff. lib. 2. ſuar. deciſ. c. 62. nu. 15. Couar. in clem. ſi furioſ. p. 2. in princ. n. 1. de hom. Sayr. de cenſur. eccl. lib. 6. c. 15. n. 9. verſ. Secus autem ſentiendũ eſt, & lib. 7. c. 1. n. 1. vbi ampliat etiam, quod ſic mutilans haberet animum occidendi, ſi eum viuum comperiſſet.

600 Et licet Maiol. de irreg. lib. 5. c. 48. §. 6. n. 8. & ſeq. & c. 50. nu. 8. contrarium dixerit, quod imo non ſolũ iſto caſu, quando mortuo mẽbrũ abſcinditur, & mutilatur propter indignationẽ, & ignominiã incurratur irregularitas, ſed etiã ſi id fiat pietas cauſa, vt in exẽplo ibi per eũ poſito, & inde inferat ad anathomiſtas quos propterea dixit nõ eſſe admittẽdos ad ordines ſi manu ſua inciderint, nõ tamen recedendũ putarem a prima opinione, quæ vt vides cõiter recepta eſt, &

eam communem fatetur, idem Maiol. vbi ſupra d.c. 48.§.6.n.8.Maiolumq.ſine iure,aut ratione loqui aſ firmauit Sayr.d.lib.6.c.15.num.9.in fine.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

601 IRREGVLARITAS quæ incurritur ex voluntaria membri mutilatione non eſt eadem, ea quæ incurritur ex voluntario homicidio,ſed diſtincta, cum illa tamen coniungitur propter ſimilitudinem culpę & licet differant inter ſe,vt perfectum, & imperfectũ in iure tamen æquiparata ſunt,quoad pœnam,vt bene docet Suar.de cenſur.diſput.44.ſect.2.num.3.ad finem verſ.Atq; ita,& num.4.Vbi etiam bene ponit, an,& quando iura diſponentia,circa irregularitatem homicidij voluntarij extendantur ad mutilationem voluntariam.

Et hæc ſit ſeptima limitatio.

ARGVMENTVM.

IVDEIS an ſit ſeruanda æquitas, vel rigor,an compræhendantur in diſpenſatione fauorabili,ſicut in odioſa, an gaudeant immunitate, ſeu ſaluuconducto Chriſtianis conceſſo;an admittantur ad ceſſionem bonorum,& more purgationem, ac etiam in integrum reſtitutionem, an rem Chriſtiani præſcribant,an ſine cauſa expelli poſſint, an obligentur iuramento,& an illis deferatur iuramentum in ſupplementum plenę probationis,aut in litem.

SVMMARIVM.

Iudeis ſeruanda non eſt æquitas ſed rigor,nu.602.Contra num 603.

Iudei non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione fauorabili,ſed tantum in odioſa,num. 604. Contra num.605.

Immunitate Chriſtianis conceſſa gaudent etiam iudei, num.606.

Saluus conductus conceſſus alicui pro ſe,& ſociis,extenditur etiam ad ſocium iudeum.num.607.

Ceſſionis bonorum beneficio gaudent etiam iudei,num. 608.

Moram purgare de æquitate poſſunt etiam iudei,num. 609.Contra.num.610.

Reſtitutionis in integrum beneficio ex æquitate gaudent etiam iudei,num.611.

Præſcribere rem Chriſtiani,poſſunt etiam iudei, num. 612.

Iudei non poſſunt expelli de ciuitate ſine cauſa,n.613. & ſeq.vbi etiam ponitur,quæ nam ſit cauſa legitima expeliendi iudeos de ciuitate.

Aequitas ſcripta ſeruanda eſt iudeis,non autem non ſcripta,num.615.

Iuramentum in litem iudeo non defertur,num.616.

Iuramentum in ſupplementum plenæ probationis iudeo non defertur,num.617.Contra num.618.Diſtingue vt num.619.

Iudeus nunquid teneatur ſeruare iuramentum ab ipſo præſtitum,an ad illud ſeruandum cogi poſſit, num. 620.

Iudei iuramentum,an firmet contractum nullum, num.620.

602 IVDEIS, an rigor ſolus, an etiam æquitas ſeruanda ſit ſepe,tam in ciuilibus,quam in criminalibus dubitare contingit,videndum ergo eſt de huius quęſtionis veritate,vna fuit opinio, quod iudeis nõ æquitas,ſed rigor ſeruandus ſit, & fuit opinio gl.in c.2.in gl.pen.in verbo Iuris ſeueritate extra de iudeis,quã ſequuti ſunt,Blanc.in tract.de comprom. in 3.q.principal.n.47.in verbo Hebræi,Socc.cõſ.63 in præſenti conſultatione,nu.17.lib.1.Bero.conſ.28 in cauſa,n.41.lib.3.Marſ.ſing.41.inci.Iudeus, Iaſ.in repet.l.admonendi in materia delationis iuramenti in ſupplementum,caſu 36.& in l.& ſi poſt tres, col.1. in fi.in 2.notab.ff.ſi quis caution.Quos ſic dicentes referendo etiam ſequuti ſunt Lancell.de attent.p.2. c.12.limit.11.nu.8.Decia.in tract.crim.lib 5.c.13. nu.15.Marquar.de iudeis,p.2.c.5.nu.5.omiſſis alijs Maſcar.de prob.lib.2.concl.944.num.19.

603 Altera fuit opinio,huic contraria,& quidem verior,& magis etiam communiter recepta, quod ſcilicet iudeis æquitas etiam ſeruanda ſit, quam ſequuti ſunt Felyn.& alij plures,& relati per Tiraq. de iure primogen.nu.7 Natt.conſ.620.nu 17.vbi dixit glo. in d.c.2.de iudeis non eſſe veram,Marquar.de iudeis d.p.2.eod.c.5.nu.7.Menoc.de recuper. poſſ. remed. 9.num.288.vbi propterea dixit iudeos humanitet fauendos eſſe poſt Rip.& Socc.Iun.in locis per eum relatis,Rolan.conſ.35.nu.18.& ſeqq.& nu.51.& ſeqq. lib.2.vbi relatis, & reprobatis contrarijs hanc bene comprobat opinionem,& bene reſpondet gloſ. in d. c.2.de iudeis,ex quibus iũctis alijs Doctoribus,quos infra in huius concluſionis ampliationibus referam negari non poteſt hanc ſecundam opinionem magis communiter(vt dixi)receptam eſſe,prout, & alijs relatis ex Eman.Suar.quem alleg. magis communem etiam teſtatur incert. Author in ſintag. comm.opin. tom.1.tit.de iudeis,cap.1.verſ.Iudei omnibus.

Regula igitur ſit quod iudeis æquitas ſeruanda eſt ſicut Chriſtianis,habet hæc regula plures ampliationes,ſeu potius illationes, & exempla, de quibus mox dicam infra,vſque ad num.615.

604 IVDEI nunquid cõpræhendãtur in iuribus,ſeu generali diſpoſitione ipſis fauorabili ſicut cõpræhenduntur in diſpoſitione odioſa.Pariter inter Doctores eſt controuerſia,vna enim fuit opinio eos non comprę hendi in fauorabilius;ſed tantum in odioſis,& videtur ratio,quia generalis diſpoſitio nõ cõpræhẽdit perſonas odioſas,l.Lutius,§.Lucius,Titius,ff.de leg. 2.ſed

2. ſed ſic eſt, quod iudei ſunt perſonæ odioſæ, quia fidei noſtræ aduerſantur, peioreſq. ſunt alijs infidelibus, c. Nonne, & ibi glo. in verbo Peiores, 1. q. 1. ergo, &c. Item facit, quia ſcilicet leges fauores ſuos non oſtendunt ad eos, qui ſunt eis rebelles, l. generaliter, C. de Epiſc. & Cler. l. 1. cum auth. ſeq. C. de hæretic. ſed ſic eſt, quod iudei ſunt legibus Chriſtianorum, rebelles ergo, &c. & demum iudei ſunt ex alio græce, & alterius ſectæ, & de his, quæ foris ſunt, nihil ad nos, c. gaudemus de diuortijs, c. Multi, 2. q. 1. c. qui ſincere, 16. diſt. Et hanc opinionem tenuit Salic. in l. 1. col. 2. C. de epiſcopal. audien. Brun. in tract. de reb. dub. p. 1. rub. de dubia diſpoſit. reſpec. illius perſonæ, col. 10. verſ. Hinc dicimus, fol. mihi 7. prout illum ſic dicentem refert, & ſequitur Lancell. de attent. p. 2. c. 12. limit. 11. num. 9.

605 Contrarium, & verius, quod imo iudei non ſolum in odioſis; ſed etiam in fauorabilibus, & in his quæ eorum commodum, beneficium, & priuilegium reſpiciunt, compræhendantur ſub generali diſpoſitione voluerunt Alex. conſ. 85. videretur nu. 6. & ſeq. lib. 5 & conſ. 13. nu. 3. verſ. Fortificantur, lib. 7. vbi dixit, quod ſicut iudei includũtur in proclamatibus, quod homines talis loci teneantur ad aliquid. Ita etiam cõpræhenduntur iudei eo loci habitantes, ſic & etiã compræhendi debeant in ijſdem proclamatibus fauorabilibus, & non oneroſis, Socc. conſ. 62. nu. 17. verſ. Quarto, & vltimo, lib. 1. Pariſ. conſ. 2. n. 9. lib. 4. Natt. conſ. 620. nu. 8. per tex. quem alleg. in l. ſpadonem, §. iam autem, ff. de excuſ. tut. & nu. 21. vbi dixit verum non eſſe, quod iudei reſpectu fori temporalis ſint perſonæ odioſæ, cum in eorum ritibus, & ceremonijs ab eccleſia tollerentur, vt etiã infra dicam, & iudeũ eſſe, delicto caret in foro contentioſo. Rolan. conſ. 35. nu. 36. lib. 2. incert. auth. in ſintag. comm. opin. to. 1. tit. 30. rubr. de iudei, c. 1. verſ. Iudei omnibus ſtatutorum vbi alios plures refert concordantes, & de magis cõmuni opinione teſtatur poſt Eman. Suar. in loco per eum relato, Tuſc. pract. concl. in verbo Iudeus, concl. 371. nu. 19. 39. 48. 59. & 60.

606 IVDEI gaudent etiam immunitate Chriſtianis conceſſa, etiam quod de illis in conceſſione facta nõ ſit mentio, Bal. in l. ſpadonem, §. iam autem per illum tex. ff. de excuſ. tuto. vbi ita in facto habuiſſe teſtatur Alex. conſ. 75. nu. 6. & ſeq. lib. 5. conſ. 99. nu. 8. lib. 6. Iaſ. de iuſtit. ff. de iuſt. & iur. in fi. Marſ. conſ. 161. nu. 47. Socc. conſ. 62. nu. 13. lib. 1. Tiraq. qui alios refert de iure primogen. q. 66. nu. 4. Bero. conſ. 28. nu. 19. lib. 3. Natt. conſ. 620. nu. 8. Rolan. conſ. 35. nu. 31. & nu. 36. lib. 2. & conſ. 25. n. 26. lib. 3. Menoc. de recup. poſſ. rem. 9. nu. 292. incert. auth. in ſintag. comm. opi. tom. 1. tit. 30. rubr. de iudeis, c. 1. verſ. Iudei omnibus ſtatutorum, vel immunitatibus, vel odij, vbi alios refert, & de magis communi teſtatur Maſcard. de prob. lib. 2. concl. 944. num. 25. Card. Tuſch. pract. concl. in verbo Iudeus, concl. 371. nu. 33. & nu. 41. & concluſ. 373. num. 31.

607 IVDEI compræhenduntur in ſaluo conductu alicui conceſſo pro ſe, & ſocijs, etiam quod de illis in eo expreſſa mentio facta non fuerit: hebræorum enim ſocietas non eſt ita reprobata, vt hoſtium, & hæreticorum ſecundum Ang. in l. 1. n. 3. verſ. In iudeo reſponde, ff. ad l. Iul. maieſt. & in l. vtimur, nu. 6. verſ. Item attende, quod ſi quis, ff. de ſepulchro violato, vbi dixit ita de facto vidiſſe Peruſij pronunciari, & Angelum, ſic dicentem referendo ſequuti ſunt Alex. conſ. 75. nu. 6. lib. 5. & conſ. 99. nu. 7. verſ. Accedit, lib. 6. & conſ. 13. nu. 14. lib. 7. Soccin. conſ. 62. nu. 14. verſ. Quarto pro hac parte, lib. 1. Natt. conſ. 620. nu. 8. Roland. conſ. 35. nu. 33. & ſeq. lib. 2. Marquar. de iudeis par. 2. c. 1. nu. 12 incert. auth. in ſintag. comm. opin. to. 1. tit. 30. rub. de iudeis, c. 1. verſ. Saluus conductus conceſſus, Tuſc. pract. concl. in verbo Iudeus, concl. 372. nu. 31. & 35. Dixi hac de re iterum ſupra in tit. de carcer. & carcerat. q. 29. nu. 47.

608 IVDEIS in tantum ſeruanda eſt æquitas, vt & ipſi admittantur etiam ad beneficiũ ceſſionis bonorũ quod, vt notũ eſt pauperibus debitoribus, & ſoluere nõ valentibus de æquitate, iura concedunt, l. 1. C. de ceſſ. bon. cum de iuris rigore, qui non ſoluit debitam pecuniã in carcerẽ detruditur, & ibi quouſq. ſatisfaciat detinetur, l. nemo carcerẽ, C. de exactor. tribut. lib. 10. l. fin. ff. de in ius vocãdo: licet enim iudei dicãtur perſonæ, & infames, & odioſæ, vt per Socc. cõſ. 70 nu. 5. verſ. Quarto, videtur probari, lib. 1. & conſ. 119. præſupponitur, nu. 12. verſ. Pro hoc facit, lib. 4. Aym. conſ. 73. n. 6. & in beneficijs generaliter conceſſis nõ veniant perſonæ odioſæ, l. lutius, §. lutius, titius, ff. de leg. 2. Socc. conſ. 62. nu. 16. verſ. Secũda hæc opinio, lib. 1. Et propterea prima facie videatur dicendũ iudeos ad ceſſionẽ bonorũ non admittendos, verius tamen videtur, & ita tenendũ, quod & ipſi ad dictũ beneficium admittãtur, cum vt infra dicetur ipſi quoq; iure cõi ligentur, & legibus imperialibus ſupponãtur Romanorumq. iure agendo, & defendendo vtantur, l. iudei, C. de iudeis, Imol. cõſ. 1. prope fin. verſ. Itẽ etiã eſt aduertendũ, nu. 5. Ex quibus ſic hanc concluſionẽ bene firmatam, ſequitur Brun. de ceſſion. bon. in 4. q. princ. q. 36. vbi bene reſpondet rationi præallegatæ in contrariũ adductæ, quod ſcilicet generalis beneficiorum conceſſio perſonas odioſas non compræhendat. Quod, & idem latius conſuluit Natt. conſ. 620. per tot. in diſcurſu, vbi num. 12. dixit eandem rationem quæ militat in Chriſtiano, vt admittatur ad ceſſionem, militat etiam in iudeo, & num. 23. Vbi bene probat non eſſe verum, quod ceſſio bonorum imitatur magis æquitati, quam rigori, Quinimò, & rigor ipſe poſtulare videtur, vt ſatisfacere non valens admittatur ad ceſſionem ratione ibi per eum relata.

609 IVDEI cum vt dixi, æquitate gaudeant, gaudẽt etiam purgatione moræ, quæ de æquitate conceditur, l. ſi ſeruum, §. ſequitur, ff. de verbor. obligat. ſicut, & gaudent Chriſtiani ſecundum Cror. in l. ſi inſulã, num. 8. & ibi etiam Polidor. Rip. num. 90. & ſeq. Io. Annibal. in repet. num. 19. & Iacob. Niger num. 38.

ff.de verbor.obligat. idem Ioan. Annibal. in repetit. l.naturaliter, n.17.ff.de vſucap.Alciat.parergh.iuris lib.2.cap.11.quos ſic dicentes refert,& ſequitur Roland.conſil.35.num.19.&num.52.lib.2.& ante eum Natt.conſ.620.num.3.& num. 19. lib. 3. Viu. opin. 522.num.4.Calderin.conſ.281.Alias 3.de locat.in verſ.Circa ſecundum,quod eſt duplicatum in conſil. 488.alias 1.de iudic.vbi amplius dixit, quod iudeus excuſatur a mora, & iuuatur ex oblatione, & proteſtatione, conſeruatq. ius ſuum in caſibus a iure expreſſis pro Chriſtiano refert eum, & ſequitur Card. Tuſch.pract.concluſ.in verbo Iudeus,concluſ. 371. nu. 12. Et ab iſta concluſione, quæ magis communiter a Doctorib.recepta eſt, prout teſtatur Seraph.in tract.de priuileg.iuram. priuileg.48. num.27. non crederem recedendum.

610 Quamuis contrarium, quod iudeus non admittatur ad moræ purgationem voluerit Iaſ. in l.& ſi poſt tres,col.1.in fi. ff.ſi quis caution.vbi dixit hoc eſſe ſuum nouum,& notabile dictum,Ang.Imol.& Brun. in locis relatis per Seraphin. qui tamen eos non ſequitur in tract.de priuileg.iuram.priuil.48.num.27. Marſil.ſing.41.incip.Iudeus,prout illum refert Marquar.p.2.c.5.n.6.Nec diſſentiat incertus Author in ſintagm.comm.opin.tom.1.tit.30.rub.de iudeis,c.3. ante fin. verſ.Iudeus non poteſt purgare moram poſt Iaſ.& Eman.Suar.in locis ibi per eum relatis.

611 IVDEI cum vt præfertur æquitate gaudeant illiſq; æquitas ſeruanda ſit,remedium autem reſtitutionis in integrum fuerit ex æquitate inuentum,l.1.ff.de minoribus,l.denique,§.nec vtilem,ff.ex quibus cauſis maiores idcirco iudeis etiam maioribus concedi tur in integrum reſtitutio ex capite læſionis ſicut ex eodem capite conceditur Chriſtianis ſecundũ Corn. conſ.260 ad fi.lib.3.Aym.conſ.73.dicendum videtur prima facie,nu.2.& nu.26.verſ.Secundo illa opinio Tiraq.de iure primog.q.66.nu.8.Natt.conſ.620 nu.14.Marquard.de iudeis,p.2.c.5.n.7.Maſcard.de probat.lib.2.concl.944.nu.25.Tuſch.pract.concl.in verbo Iudeus,concl.373.nu.27.

612 IVDEI non ſolum gaudent æquitate,vt ſupra dictum eſt in regula, ſed etiam gaudent rigore iuris contra Chriſtianum patet quia præſcriptio inducta eſt de rigore,& contra æquitatem ſecundum gloſ. in c.ius generale,1.diſtinct.& dicitur iniquiſſimum remedium,vt in §.1.in Authent.vt Eccleſia Romana,& tamen rem Chriſtiani præſcribere poteſt iudeus ſecundum gloſ.in c.Porro, & ibi etiam Archidiac. 16. 3.& in l.ſi fur,§.1.in verbo vſucapere, & ibi etiam Imol.ff.de vſucapion. Roman. ſingular. 812. Incip. an iudeus poſſit,vbi tamen,quod non præſcribit rem eccleſiæ, & conſ. 489. Incip.ex domina Natt. conſ. 620.nu.7.Adde ad comprobationem præmiſſæ concluſionis eundem Archidiac. in c. de rebus 12.q. 1. Aretin.in l.multum in fine, ff. de verborum obligationib. Balb. de præſcription. in 5. quæſt. principali primæ partis principalis,Tiraq.qui alios refert de iure primogeniorum,quæſt.66.num.6. incert.Author. in ſintagm.commun.opin.tom.1.tit.30. rubr. de iudeis,cap.1.verſ.Iudeus poteſt rem Chriſtiani præſcribere,& ab hac concluſione,quæ vt vides communiter recepta eſt diſcedendum non eſt,& ſi contrarium voluerit Bero.in conſ.134.nu.19.& ſeq. lib. 3. quem refert Card.Tuſc.pract.concl.in verbo Iudeus, concluſ.373.num.21.vide conſtitutionem Pij quarti in ordine 63.verſic.Et pariter fol. mihi 735. in prima parte Bullarij, qua cauetur præſcriptionem a iure præfinitam poſſe opponi a Chriſtianis aduerſus credita hebræorum.

613 IVDEI non poſſunt ſine cauſa ex ciuitate expelli; ſed in ea tollerandi ſunt cum eorum ritibus, & ſinagogis facit text.in l.nulli,C.de iudeis,& in c.multum eodem tit.Innocent.& Hoſtienſ.in c.quod ſuper his extra de voto,& voti redemp.Oldrad.conſ. 264. Felin.in cap.conſuluit in 2.notab.de iudeis,Alexan. conſ.99.in fine,lib.6.&conſ.13.num.23.lib.7.Pariſ. conſ.2.num.16.lib.4.Petr.Gerard. ſingul. 59. Natt. conſ.621.num.8.Roland.conſ.25.lib.3.per tot. vbi ex profeſſo hanc concluſionem pluribus per ipſum comprobatam dicit æquiorem magis probabilem, & communiter receptam incertus Author in ſintagm. commun.opin.tom.1.tit.30.rubric.de iudeis, cap.1. verſ.penultimo,& ſeq.vbi relatis contrarium tenentibus pariter teſtatur de magis communi, & ibi in additionibus, num.3.Marquar.de iudeis,par.1. cap. 2.& 3.per tot.vbi pluribus,& magiſtraliter hanc eandem concluſionem probat.Ponit etiam,quod ſit ſinagoga,& an liceat iudeis nouas erigere ſinagogas,aut antiquas reficere eas præſertim, quæ funditus erunt deſtructæ,& par.2.c.2. num.2.& 3.Card.Tuſc. practic.concluſ.in verbo Iudeus,concluſ.370.num.3.& ſeqq.vbi pariter dixit,quod iudei poſſunt retinere ſinagogas antiquas,nouas autem erigere non poſſunt. & etiam declarat quid ſit ſinagoga, & num. duodecimo;vbi quod iudeis ſunt permiſſæ ſinagogæ in locis remotis,& quid de Oratorijs particularibus in eorum proprijs domibus.

614 Cauſa autem legitima expellendi iudeos ex ciuitate erit,quando ipſi Chriſtianis ſunt infecti,vel illicite contrahunt ſecundum Calderin. in conſ. 381. alias 3.de locat.num.2.verſ.Non obſtat.Quod conſilium eſt duplicatũ in conſ.488.alias 1.de iudeis prout illum refert Cardin.Tuſc. pract. concluſ. in verbo Iudeus concluſ.371.num.58.Erit etiam cauſa legitima expellendi iudeos ex ciuitate, quando ex eorum habitatione immineret Chriſtianis aliquod periculũ vel ſcandalum,vt per incert.Author.in ſintagm.com mun.opinion.tom.1.tit.30.rubr.de iudeis,cap.1.verſic.In contrarium in fine,& ibi in addition. num. 3. etiam in fine,& cap.3.in fine, vbi de communi opinione ex Couert.quem allegat in tract. de poteſtate regia,num.18.tom.5.

Hucuſq. ampliationes propoſitæ regulæ explicaui.Nunc vero ad limitationes deuenio.

615 IVDEI quod gaudeant æquitate aduertẽdũ eſt quod omnes prꝛallegati Doct.præſertim in exẽplis,

&

& illationibus prępoſitis intelliguntur, & etiam loquuntur in æquitate ſcripta, vt in ſpecie videre eſt apud Natt.d.conſ.620.num.6.Rolan.conſ.35.num. 51.verſ.Non obſtat vltimum lib. 2. Incertus author in ſintagm.commun.opin.tit.30.rubr.de Iudeis,c. 1. num.2.vbi alijs relatis teſtatur de magis communi. Ergo ſecus, vbi æquitas non eſt ſcripta, tunc enim non poteſt iudex in illis æquitatem ex ſua ceruice inducere, & illa vti erga iudeos; ſed ſeruare ſolum debet, id quod iure ſtatutum eſt, vt per Salicet. in l. placuit in prin.Marquar.de iudeis.p.2.cap.5.n.7.verſic.Vnde putarem, ſic diſtinguit Decian.in tract.crimin.lib.5.cap.13.num.15.in fine verſ.Quod intellige. Et hæc declaratio eo magis videtur admittenda quod etiam in non iudeis attenditur potius id quod rigoroſe ſcriptum eſt, quam non ſcripta æquitas in l. quam ęquitas non ſcripta, vt in l.1.C.de legib.ſecundum lecturam Bart.Paul.de Caſtr.& Salicet.de cuius dicti veritate, vide late differentem Foller.in practic. cenſual.fol.mihi 111.num.1.& ſeqq.ſecundum vnā impreſſionem, & ſecundum aliam fol.mihi 145.num. 35.& ſeqq.& Andr.Fachin. controuerſ. iuris, lib.1. cap.3.

616 IVDEO contra Chriſtianum non defertur iuramentum in litem iuxta terminos, leg.ſi quando, C. vndeui ſecundum Imol.in conſ.2.incip. in caſu propoſito, cum enim iudei in cauſa alterius non ſint teſtes idonei contra Chriſtianum, l.quoniam multi, C. de hęreticis, clem.1.de iudeis, multo magis in cauſa propria recipi non debent, & voluit Plot.de in lit.iuran.ad l.ſi quando, C.vndeui, num.401. ſecundum antiquam impreſſionem, Tiraquell.de iure primogeniorum, quæſt.66.num.15.Cardin.Tuſch.practicar. concluſion.in verbo Iudeus, concluſ. 371. num. 64. Marquard.de iudeis.par.2.cap.5.num.17.Stephan, Lambert.de contractib.eorum,&c.gloſ.final.nu. 58. verſ. Et ad hoc facit, Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib.2.caſu 208.num.43.Viu.opinion.982.num.7. & huius concluſionis alia poteſt eſſe ratio, quod hoc iuramentum in litem non defertur alicui, qui non ſit omni exceptione maior, vt per Curt.Iun. in l. admonendi, num.201.ff.de iure iuran.Marſil.conſ.74. nu. 33.Boſſ.in tit.de captura, num.47.Seraphin.de priuileg. iuramen. priuileg.31. num.89. & alibi ſepe, & communiter Doctores, omnes iudeus autem non ſolum non dicitur perſona omni exceptione maior, ſed illa quidem infamis, Chriſtique fidelibus odioſa, & inimica.

617 IVDEO contra Chriſtianum non defertur iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, Bal. in l.qui accuſare, num.2.verſ.Ex hoc etiam apparet, C.de edendo, Iaſ.in repetition.l.admonendi, nu.105 verſ.36.& ibi etiam Curt.num.202.in 8. limitatione, & Caccialup.num.156.in 28. fallent. poſt Ang. & alios, ff.de iur.iur.Marſil.ſingular.41.incipien.Iudeus, Plot.in l.ſi quando, C.vndeui, num.868.ſecundum antiquam impreſſionem, Natt. conſ.620. num, 4.iuncto num.20.Stephan.Lamberten.de contract. eorum,&c.gloſ.fin.num.58.ad fin.verſ.Et ad hoc bene facit, Rolan.conſ.35.num.20.lib.2.Marquard.de iudeis, par.2.cap.5.num.5.Maſcard. de probationib. lib.2.concluſ.857.num.14.& concluſ.944.num.17. & ſeqq.Seraphin.de priuil.iuram.priuil.33.nu.204. Viu.opin.982.num.7.

618. Et licet contrarium conſuluerit Aym. in conſil. 73.num.26.verſ.Secundo illa opinio, quem etiam refert Tiraquell.de iure primogen.quæſt.66.nu.8.in fine verſ. Et ex hoc quoque. Non tamen recedas a prima opinione, quæ & verior, & magis communiter (vt vides) recepta eſt, præterquam in duobus caſibus Primo inter iudeum, & iudeum, vel etiam inter iudeum, & Chriſtianum de iudeiſmo ſuſpectum, prout in caſu in quo loquitur Aym.d.conſ.73.in quo Chriſtianus, qui agebat contra iudeum erat de iudeiſmo ſuſpectus, tū quia vſuras exercebat ad inſtar iudeorum. Tum etiam, quia iudeus vocabatur, hoc inquam caſu etiam iudeo contra Chriſtianum defertur hoc iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, vt bene aduertit Maſcar.d concluſ.944.nu.28.& ſeqq. quem etiam refert, & ſequitur Cardin.Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Iudeus, concluſ.373.num. 25.& ante iſtos non diſſentire videtur Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. ſecundo, caſu 190. num. 15. & caſu 464.etiam num. 15. Viu.opinion.540.num. vndecimo.

619 Secundo hæc eadem contraria opinio poterit habere locum, quando ad iudei fauorem aderat pluſquam ſemiplena probatio. Tunc enim iuramentum in ſupplementum deferendum eſt, etiam quod alias deferendum non eſſet, vtputa in cauſis arduis, & magnæ quantitatis, vt per Iaſ.in d. l. admonendi, num 281.verſ.Limita omnes iſtos caſus, & in l.ait prætor, la prima in princ.num.22.ff.de iur.iur. & in terminis de iudeo voluerunt Aym. d. conſ.73. num.26. Menoc.d.caſu 190.num.15.& Maſcar. d.concluſ. 944. num.31.

620 IVDEVS autem quando iurauit in contractu aliquid obſeruare, nunquid iuramentum ſeruare teneatur, & non ſeruando, nunquid de periurio puniatur, & an iſtud idem iuramentum firmet contractum nullum, vide Gabriell.lib.3.tit.de donationib.concl. 4.num.25.in 3.limitatione, vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus concludit iudeum aſtringi vinculo iuramenti, & quod iuramentum firmet donationem inter coniuges alias nullam, Rolan. conſil. 63.num.9.& ſeqq. lib.4. Vbi quod iuramentum ſeruandum etiam eſt ab infidelibus, Simoncell.de decreto, lib.3.tit.8.num.194. vbi quod iudei, hæretici, & excommunicati, cum non ſint de ſacro noſtro ouili iuramento non obligantur. Stephan. Lamberten. de contractibus eorum,&c. gloſ. fin. quæſt. 13.nu. 58. & ſequentibus, vbi relatis contrarijs concludit ſecundum veriorem, & communiorem opinionem, quod iuramentum iudei præſtitum eorum more ſecundum l. Moſaicam ipſum obligat, poteſtq; ad illius obſeruationem cogi, tam a ſeculare, quam ab eccleſiaſtico iu

dice, vt ibi num. 61. dummodo ſit præſtitum alicui Chriſtiano, ſecus ſi alteri iudeo, vt ibidem, num. 63. iuramentum autem a iudeo præſtitum more Chriſtianorum, licet ſub hac forma ei deferri non debuiſſet, delatum tamen illum obligat, & obſeruare tenetur, vt ibidem quęſt. 14. num. 64. & 65. & vide rurſus ad hanc eandem materiam Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 66. poſt num. 16. & num. 27. & ſeqq. & num. 32. Incert. Authorem in ſintagm. communium opinion. tom. 1. tit. 30. rubr. de iudeis, cap. 6. verſ. Primo, & ſecundo, Card. Tuſch. practic. concluſion. in verbo Iudeus, concluſ. 369. num. 13. & ſeqq. & concluſ. 371. num. 43. & num. 53. & concluſ. 372. num. 9. & concluſ. 377. num. 3. & dixi latius hac de re in tractat. de falſit. quæſt. 160. num. 224. & ſequentib. vbi vide.

ARGVMENTVM.

IVDEI nunquid iure communi ſtatutario, ſeu conſuetudinario ligentur, an habeant filios in poteſtate, an poſſit ad baptiſmum cogi, & quid de eorum filijs infantibus.

SVMMARIVM.

Iudei legibus Romanorum ligantur, iure communi vtuntur, & ſecundum iura ciuilia, & imperialia iudicantur, num. 621.

Iudei dicuntur de Populo Romano, ſubditiq; ſunt illius Principis, & Ciuitatis, in qua morantur, num. 622.

Iudei ligantur ſtatutis, & conſuetudinibus illius ciuitatis in qua morantur, num. 623.

Statutum excludens fæminas propter maſculos, comprehendit etiam iudeos, num. 624.

Statutum requirens certas ſolemnitates in contractu minorum, vel mulierum comprehendit etiam iudeos, num. 625.

Iudei comprehenduntur ſub ſtatutis Chriſtianorum requirentibus certas ſolemnitates in contractibus, num. 625.

Iudei habent filios in poteſtate, num. 626.

Filii iudeorum infantes, inuitis parentibus ad baptiſmum cogi non poſſunt, num. 626. licet alii contra, num. 628. & ſeq. vbi alia ad materiam remiſſiue, & etiam quod licet dicti filii ad Baptiſmum cogi non poſſint, Baptiſmum tamen eſt ratum, & firmum.

Filii iudeorum etiam infantes poſſunt baptizari etiam inuitis parentibus in duobus caſibus. Primo, quando ſunt in agone mortis, num. 630. Secundo, quando vnus ex parentibus ad fidem conuerſus eſt, num. 631.

Iudeus ad ſe baptizandum cogi non poteſt, num. 632. declara primo ſi vis fuit præciſa; ſecus ſi cauſatiua, & conditionalis, num. 633. vbi etiam declaratur, quandouis dicatur præciſa, & quando conditionalis, ſeu cauſatiua, declara ſecundo, niſi poſt baptiſmum per longum tempus, & per actus poſitiuos, illud approbauerint non contradicentes, num. 634.

Iudeorum bona de iure communi propter eorum delicta non confiſcantur, num. 635.

Pater iudeus admittitur ad defendendum filium abſentem, & contumacem in cauſa capitali, num. 636.

Pater iudeus præſentando Curiæ filium inquiſitum in cauſa capitali facit illum mitius puniri, num. 637.

Vxor iudea habet priuilegium tacitæ hipothecæ pro ſua dote in bonis mariti, num. 638.

Iudei non ligantur iuribus canonicis in ſpiritualibus, & ſacramentalibus, num. 639.

Iudei nunquid confugientes ad eccleſiam gaudeant illius immunitate, dict. num. 639. in fine.

Iudei non comprehenduntur ſub legibus ciuilibus diſponentibus in materia ad illos non proportionabili, num. 640.

621 IVDEI legibus Romanorum ligantur, & propterea iure communi vtuntur, iudicanturque ſecundum imperialia, & ciuilia iura, tex. eſt in l. iudei, & ibi notant omnes, C. de iudeis, & in cap. 2. extra eod. cum alijs per Paul. Pic. in repetit. l. titia, §. Titia, cum nuberet quæſt. 20. num. 80. & 81. ff. de legat. 2. Tiraq. de iur. primogen. quæſt. 66. num. 1. in fin. verſ. Sin minus, & num. 4. & 5. Vbi alia iura, & ciuilia, & canonica ad idem adducit, & num. 19. Calderin. conſ. 10. verſ. Non obſtat tit. de conſtitutionib. & conſ. 30. tit. de teſtament. in fin. Abb. conſ. 82. Illud de iure in princ. lib. 2. Florian. conſ. 17. num. 6. & ſeq. verſ. Prærerea, Alex. conſ. 6. ſuper præmiſſa, num. 2. & ſeq. lib. 6. Natt. conſ. 620. num. 11. vbi huius concluſionis optimam reddit rationem, Marant. in Speculo diſtinction. 2. num. 49. Brun. de ceſſion. bonor. quæſt. 36. ſub num. 3. in 4. quæſt. princ. Roland conſ. 35. num. 22. & num. 30. lib. 2. & conſ. 25. nu. 25. lib. 3. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 9. num. 289. Thom. Ferrat. cautel. 24. vbi de communi, quam refert Stephan. Lamberteng. de contractib. eorum &c. gloſ. 2. num. 78. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 14. num. 5. vbi pariter, & alia iura, & alios concordantes allegat, Viu. opin. 392. num. 2. Marquar. de iudeis, p. 2. cap. 1. nu. 1. Vbi & ipſe alios refert, & ampliat tex. in d l. iudei, vt intelligatur tam in his quæ reſpiciunt ordinem iudiciarium, quam in concernentibus deciſionem cauſarum incertus author in ſintagm. commun. opin. tom. 1. tit. 30. rubr. de iudeis cap. 1. ſub verſic. Iudei omnibus, &c. & in verſ. In alijs omnibus, &c. & cap. 4. verſ. Iudei habenr filios, in fine, Cardin. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Iudeus, concluſ. 369. num. 5. & num. 11. 30. 31. & 33. Rationem huius concluſionis habes infra in ſeq. num. & vide conſtitutionem Iulij iij. in ordine 15. verſ. Decernentes etiam

ac ſtatuentes fol. mihi 515. qua cauetur quod contra Iudeos in criminalibus proceditur iuxta formam iuris communis.

Præmiſſa concluſio, & regula habet plures ampliationes, ſeu potius illationes de quibus dicam infra vſque ad num. 639. & vltra eas vide late diſcurrentem, & inferentem Marquar. de Iudeis par. 2. cap. 1. per tot. Cardin. Tuſch. concluſ. 371. pariter per totum, & ante iſtos Tiraq. vbi ſupra d. quæſt. 66. in diſcurſu.

622 IVDEI hoc ideo legibus Romanorum, & iure communi vt ſupra vtuntur quia dicuntur, & ipſi de Populo Romano, ſubditique ſunt illius Principis, & Ciuitatis in qua morantur ad gloſ. in cap. Ius quiritum in verbo Quod nulli prima diſtinct. & in cap. Venerabilem in verbo Tranſtulit in Romanos, extra de electio. Bar. in l. Hoſtes ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. Alex. conſil. 75. num. 6. & ſeq. lib. 5. & conſ. 99. num. 3. lib. 6. & conſil. 16. num. 13. & ſeq. lib. 7. Soccin. conſil. 70. num. 3. lib. 1. & conſ. 62. num. 12. verſ. Secundo pro hac parte eod. lib. 1. Natta conſil. 620. num. 18. vbi bene hanc probat concluſionem, Brun. de ceſſion. bonor. quæſt. 36. num. 3. in 4. quæſt. princ. Roland. conſil. 35. num. 8. & ſeq. & num. 38. & num. 50. lib. 2. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 9. num. 291. Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 14. num. 5. verſ. Dicuntur enim iudei de populo Romano, incertus Author in Syntagm. commun. opin. tom. 1. tit. 30. rubr. de Iudeis lib. 1. verſ. Iudei exiſtentes. vbi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, Cardin. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Iudeus concluſio. 371. num. 18. vbi de magis communi, & num. 22. & concluſ. 377. num. 2. & hæc eſt ratio præmiſſæ concluſionis, & regulæ nunc venio ad ampliationes ſeu illationes eiuſdem regulæ.

623 IVDEI ſicut ligantur iure communi, & legibus Romanorum vt ſupra dixi, ita etiam ligantur ſtatutis & conſuetudinibus illius ciuitatis in qua morantur, & cuius, vt pariter dixi, ſubditi dicuntur, Imol. conſil. 1. in fine, Aretin. conſil. 33. num. 30. & ſeq. verſ. Tertio dato, Alex. conſ. 75. num. 8. verſ. Et expreſſius lib. 5. Bero. conſil. 28. num. 13. & ſeq. lib. 3. Barbat. conſ. 63. lib. 4. vbi conſuluit adulterium iudei eſſe vindicandum pœna ſtatuti eius loci in quo commoratur, & non pœna mortis ſecundum l. Moſaicam quod & idem conſuluit Alex. conſ. 99. viſa inquiſitione lib. 6. quem & alios in idem refert Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 14. num. 9. vbi facit generalem concluſionem quod tam in ciuilibus, quam in criminalibus Iudei ſtatutis Chriſtianorum ligantur. Addo ad præmiſſa, Bal. in l. 3. §. Hæc verba, ff. de negoc. geſtis vbi in ſpecie dixit ſtatutum de offendēte ciuem compræhendere etiam iudeum ciuem, Rip. in l. ſi Inſulam num. 10. ff. de verbor. obligation. Marſil. conſil. 101. num. 57. Tiraquel. de iure primogen. quæſt. 66. num. 4. verſ. Et præterea ſtatuta, & num. 14. & num. 19. Vbi alios refert Roland. conſil. 35. nu. 8. & ſeqq. iuncto num. 39. 42. in fine, & ſeqq. lib. 2. vbi relatis, & reprobatis contrarium firmat iudeum compræhendi etiam in criminalibus ſtatutis Chriſtianorum, & etiam ad ſui commodum, & fauorem, Lamberteng. de Contractib. eorum, &c. gloſ. 2. num. 78. vbi alijs relatis teſtatur de communi ex Thom. Ferrat. quem allegat cautel. 24. Menoch. de recuper. poſſeſſion. remed. 9. num. 290. vbi loquitur de conſuetudine Bulgari volente vxorem relictam a viro vſufructuariam ſuæ hæreditatis filijs a teſtatore hæredibus inſtitutis non debere habere, niſi alimenta ex Picho quem allegat in l. Titia §. Titia cum nuberet quæſt. 20. nu. 80. & 81. Marquar. de Iudeis par. 2. cap. 2. num. 1. in fine & num. 4. etiam in fine vbi de veriori, & indubitata opinione num. 6. & 7. vbi pariter loquitur de ſtatuto imponente pœnam adulterij quod habeat locum etiam in iudeo, & generaliter in omni ſtatuto pœnā pro crimine imponente, & d. num. 7. in fine ponit etiam de prædicta Bulgari conſuetudine Incertus Author in Syntagm. commun. opin. tom. 1. tit. 30. rubr. de Iudeis cap. 1. num. 2. vbi alios refert Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Iudeus concluſ. 371. num. 23. & num. 28. & ſeq. & concluſ. 373. num. 18. vbi generaliter loquitur in omnibus ſtatutis, & conſuetudinibus reſpicientibus ea, quæ ſunt iudeo proportionabilia adde ad. præmiſſa conſtitutione Iulij Tertij 15. verſ. Decernentes etiam ac ſtatuentes in prima parte Bullarij fol. mihi 515. & aliam Pauli IIII. in ordin. 5. in verſ. Et ſtatuta Ciuitatum in eadem parte Bullarij fol. mihi 576. & aliam Pij IIII. 63. verſ. Et inſuper volumus eadem parte fol. 735.

Præmiſſa concluſio quod ſcilicet iudei ligentur ſtatutis, & conſuetudinibus Chriſtianorum rurſus ampliatur duobus modis de quibus infra num. 624. & ſeq.

624 IVDEI cum vt dixi, ligentur iure ſtatutario ſequitur, quod etiam compræhendantur ſub ſtatutis excludentib. feminas propter maſculos, & ſic vigore huius ſtatuti contra iuris communis diſpoſitionem maſculi præferantur feminis in ſucceſſionibus ab inteſtato ſecundum Bal. in cap. 1. per illum text. de form. fidel. Marſil. conſil. 101. num. 44. Campeg. in tractat. de ſtatut. excludent. femin. quæſt. 36. Natt. in eodem tractat. num. 4. & conſil. 621. num. 3. Roland. conſ. 35. nu. 35. lib. 2. poſt Alex. Anan. & Felyn. quos allegat, & conſ. 25. n. 27. lib. 3. Viu. opin. 812. nu. 15. vbi alijs relatis teſtatur de communi Marquar. de Iudeis par. 2. cap. 2. num. 4. & 5. vbi teſtatur de communi, & veriori Doctorum opin. reprobat. Alberto Bruno contrarium tenente in tractat. de ſtat. excluden. femin. &c. in 6. articulo principali quæſtione 3. cuius rationi bene reſpōdet Incertus Author. in Syntagm. Commun. opin. tom. 1. tit. 30. rubric. de Iudeis cap. 1. poſt num. 2. Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Iudeus concluſ. 369. num. 13. & cōncluſ. 371. num. 20. & hæc concluſio concordat cum l. Moſaica qua etiam circumſcripto omni ſtatuto in ſucceſſionibus ab inteſtato maſculi præferuntur feminis, prout dixi infra nu. 643. & in propoſito aduertit Marquar. vbi

vbi ſupra d.cap.2.num.5.& Cardin.Tuſc.ex Calderin. quem allegat. dict. concluſion. 369.num.9.& num.13.

625 IVDEI maſculi vel feminæ comprætenduntur ſub ſtatuto requirente certas ſolemnitates in contractu minorum, ſeu mulierum ex allegatis per Stephan. Lamberteng.de contractibus eorum, &c.gloſ.2.nu. 76.& ſeqq.vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus hanc ſequitur opinionem, ea præcipue ratione motus. Quia ſcilicet in reſpicientibus ſolemnitatem contractus iudei ligantur ſtatutis Chriſtianorum ex Bart.in prohem. digeſtorum in loco per eum relato, & in ſpecie hoc idem firmarunt Ruyn.conſil. 159.ferè per tot.& præcipuè num.13.lib.5.Carpan. ad ſtatut.Mediol.cap.328.num.25.par.1.Surd.dec. 133.num.2.in fine, & nouiſſimè Domin. Picus in tractat.de contract.ſine certa ſolemnitate non valitu ris gloſ.2.num.15.

626 IVDEI habent filios in poteſtate ſicut habent Chriſtiani gl.in cap. Iudeorum 28. queſt. 1. vbi propterea dixi filios iudeorum per baptiſmum eximi à patria poteſtate, Bald.Alberic.& Cyn. in l. Item in poteſtate, ff.de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris Canoniſtæ omnes in cap. 2. de conuerſ. infidel. idem Bal.in l. Nam Ciuium eodem tit.de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris vbi per hoc dicit filium familias iudeum non poſſe teſtari impediente patria poteſtate Alex.conſil.71.num.2. verſ. Nam etiam iudei lib.2. & conſil. 99. num. 4. lib. 6. & ibi addentes in verbo * Patria teſtantur de magis communi, & in conſ. 13. * num.11.& ſeq.lib.7. Vbi de eadem magis communi Natt.conſ.620.nu.8.in fin. Tiraquell.de iur. primogen.quæſt.66.num.2.Pariſ.conſil.2.num.9. lib.4. & * de magis communi etiam opinione etiam teſtantur, Soccin.conſil.62.num.12. lib.1. Roland. conſil.35. num.27.& ſeqq.lib.2.Vrſil.in additionib. ad Afflict. deciſ.151.in princip.Burſatt.conſil.121.num.6.lib. 1.Viu.opin.392.num.1. vbi etiam refert, & reprobat contrarium tenentes Incer.Author.in Syntagm. commun.opin.tom.1.tit.30. rubr.de iudeis capit. 4. num.1.& num.2.& num.5.Maſcard.de probat.lib.2. concluſ.944.num.24.Card. Tuſch.practicar.concluſion.in verbo iudeus concluſ.371. num.25. & ſeqq. & concluſ.373.num.13.& num.26.

627 IVDEI cum vt dixi habeant filios in poteſtate hoc ideo ipſis inuitis non poſſunt cogi dicti eorum filij infantes antequam ad annos diſcretionis deuenerint ad baptiſmum ſecundum gloſ.in cap. Iudeo* rum. 28. quæſt. 1. Abb. & communiter omnes in cap.ſicut extra de Iudeis Calderin. in conſil. 3. in tit.de iudeis, Pariſ.conſil.2 num.38.& num.41.lib. * 4.vbi de communi Viu.opin.393.num.1.& ſeqq.vbi * relatis contrarijs hanc veriorem, & magis communẽ teſtatur ſententiam.Reſtaur.de Imperator.quæſtion. 110.caſu 315. vbi reuocando ſententiam in melius fatetur ita vidiſſe vſu Romæ comprobatum, & ſeruatum a Pontifice, Natt. latiſſimè in conſil.434. quædam Puella lib.2.Iacob.Port.Imol.conſ.4. num. 34. Burſat.conſil.152.num.11.iuncto nu. 70. vbi etiam * de veriori, & magis communi, Aſcan. Clement. in tractat.de Patria poteſtate effectu 7.nu. 6. vbi etiam * de communi, Marquar.de iudeis par.3.cap.2. num. 6.verſ.Sed d.Abbas, vbi relatis, & reprobatis con* trarium tenentibus teſtatur hanc ſententiam communiorem, & veriorem Ioan.Azzor.inſtitut.moral.lib. * 8.cap.25.in ſecunda quæſtione vbi teſtatur de communi omnium ſententia quam etiam tenere aſſerit S.Thom.2.2.quæſt.10.art.12.& par.3.quæſt.68.artic.10.proponit contraria, et illis reſpondet.

628 Quamuis contrarium poſt alios Canoniſtas, & Theologos, quos allegat, tenuerit Afflict. deciſ.151. idem Reſtaur.in tractat.de Imperatore quæſt.28.nu. 4.Archid.Domin.Henric.Boic.& alij relati per Marquard.qui tamen eos non ſequitur in tractat. de iudeis par.3.cap.2.nu.6. Montan.in tractat. de reprobat.ſent.Pilati §.Vos inquam num.11. incert. Auth. Syntagm.commun.opin.tom.1.tit.30.rub.de iudeis cap.4.verſ.Iudeorum filij, & ſeq.vbi, & ipſe relatis * contrarijs hanc ſententiam teſtatur communem, & ab ea in conſulendo, & iudicando non recedendum.

629 Verum ad hanc totam materiam cum pluribus contingibilibus quæſtionibus vide omnino Ioan.Azzor.vbi ſupra inſtitution.moral.d.lib.8. cap.25. per tot.in diſcurſu vbi præſertim in 8.quæſt.firmat ſecun* dum communem Theologorum receptam ſententiam quod licet non poſſint filij iudeorum infantes ſine peccato cogi vt baptiſmum recipiant, receptum tamen eſt ratum, & firmum ex D. Thom.Caietan.& Sot.ibi per eum relatis quicquid ſecus alij pariter ibi relati contrarium dixerint, & propterea ſi infantes iudei ſic effecti Chriſtiani ad iudeiſmum redierint hæretici reputantur, & vt hæretici puniuntur, dixi ſupra in quæſt.178.num.140.

630 IVDEORVM filij licet, vt dixi, infantes non poſſint cogi ad baptiſmum, parentibus inuitis, duo tamen ſunt caſus, in quibus cogi poſſunt etiam inuitis parentibus; vnus eſt quando infans in agone mortis reperitur, quia tunc baptizari poteſt, etiam parẽtibus inuitis, nec dictis parẽtib. aliqua iniuria fieri dicitur cũ breui eum ſint amiſſuri mortẽ rapiendum ſecundum Sot.in loco relato per Azzor.inſtit.moral. lib.8.cap.25.quæſt.10.Nec diſſentit Viu. cum alleg. per eum opin.393.nu.4.& ſeq. vbi etiam ponit nunquid iſto caſu in caſu neceſſitatis poſſit iſte infans ſic in mortis articulo conſtitus a laico baptizari refert eum incert.Auth.in Syntagm. commun. opin. tom. 1.tit.30.rubric.de iudeis cap.4.verſ. Sed ſi quis puerum. Hæc concluſio procedit in infantulis iudeorũ iàm iàm morituris, & de quibus nulla ſit moraliter ſpes ſalutis ſi furtim, & inſcijs parentibus baptizari poſſent, Sot.in 4.ſentent. tom.1.diſtinct.5. quæſtio. 11.art.10.in fin. §.Septimum autem, vbi dicit quod etiamſi illis ſcirent niſi ſic obſiſterent vt ſine ſcandalo id fieri non poſſet, nihilominus poſſent baptizari, & Sot.ſequitur Azzo.loco ſup.relato, & Franc. Suarez tom.3.in tertiam partem Diui Thom.quæſt. 68.

68.art.10.diſputat.15. ſect.3.§. Ex his autem dicens tamen cum magna prudentia, & cautela eſſe proſequendum, & quod fiat ſecreto nec per manifeſtam violentiam cum ſcandalo parentum infidelium, & hanc ſententiam approbant etiam Didac. Nugn. in 3.par.Diu.Thom.queſt.66.art.10.& ante eos Diuus Antoninus in ſecunda parte ſummæ tit.12.cap.2.§.4.pueri iudeorum, &c.

631 Alter eſt caſus ſingularis quando pater, vel mater iudea ad fidem conuerſa eſt, tunc enim poteſt petere communem ſobolem altero parente iudeo inuito ad baptiſmum perducere tex.eſt in cap.Ex litteris de conuerſione infidelium,& in cap.iudei 28. quæſt.1.extat decretum Concilij Toletan. canon.14. quo cauetur natum ex iudeo, & chriſtiano inuitum eſſe baptizandum Ioan.Azzor.inſtit.moral lib.8.cap.25 in 3. quæſt. vbi ampliat hoc procedere etiam quod vterque parens tam infidelis, quam fidelis prohibet filium baptizari. Adhuc enim contra eorum voluntatem eccleſia habet ius cogendi vt baptizetur, vt ibi per eum.

632 IVDEORVM filij infantes ſicut inuitis parentibus ad baptiſmum cogi non poſſunt, multo minus cogi poſſunt ipſi iudei tex.eſt in cap.de iudeis 45.diſtinct.in cap.Ad fidem 23.quæſt.5. & in cap.Maiores §.item quæritur extra de baptiſ.& in capi. ſicut,& ibi notant omnes,extra de iudeis cum alijs per Marquar.de iudeis par.3.cap.2.num.5. & per Decian.in tractat.crimin.lib.5.cap.14.nu.1.

633 Declaratur pręmiſſa concluſio duobus modis,primo vt procedat ſi vis fuerit præciſa,ſecus ſi cauſatiua vel conditionalis, primo enim caſu iudei cogi non poſſunt ad ſe baptizandum, vt quando quis ligatur manibus, pedibus deductus eſſet ad baptiſmum, & reclamans violenter immergeretur, tunc enim caracterem non recipit ſecundum gloſ.in cap.contra chriſtianos in verbo Abſoluti,de hæreticis in 6.ſecundo autem caſu quando iudeus eſt ſic compulſus per vim non præciſum ſed cauſatiuam ſeu conditionalem caracterem recipit:talis enim voluntas etiam coacta in baptiſmo voluntas eſt cap.merito 15.quæſt.1.cum alijs per Pariſ.conſil.2.nu.17.& ſeq.lib.4.Marquar. de iudeis par.3.cap.2.num.5.verſ.Et prædicta procedunt. & num.7.& 8.vbi etiam bene declarat quando vis dicatur pręciſa, & quando cauſatiua vel conditionalis, Decian.in tractat.crimin.lib.5. cap. 14. num. 1.vbi vim cauſatiuam exemplificat quando quis minatur hebręo aliquod malum, niſi ſe baptizauerit.vide quæ dixi ſupra in tractat.de hæreſi quæſt.178.nu.141.& ſeq.

634 Declara ſecundo niſi iudei illatam vim in baptiſmo patientes per longũ temporis ſpatium non contradicendo, approbauerint etiam per actus poſitiuos gerentes ſe pro chriſtianis, tunc enim non obſtante præcedente vi illata, caracterem ſuſcipiunt, Pariſ. d.conſ.2.lib.4.vbi declarat, & declarat etiam Marquar.de iudeis par.3.cap.2.num.5.ante med.verſ.Et prædicta procedunt, & num.9.

635 IVDEI cum iure communi vtantur ea propter gaudent diſpoſitione text. in authen. Bona damnatorum C.de bonis præſcrip. præterquam in crimine lęſæ maieſt.ſecundum gloſ.in cap.iudei, prima queſtione quarta,quam refert, & ſequitur Decian. in tract.crimin.lib.5.cap.14.num.5. in fine, verſ. item ſicut bona damnatorum, & Marquar.de iudeis parte 2.capit. 1.num.6. in fin. verſic. item, & ſicut patris.

636 Sic ſicut de iure communi pater admittitur ad defendendum filium abſentem, & contumacem in cauſa capitali adnotata per Doctores in l. ſeruum quoque §.publicè, ff. de procurator.& in l.penult.§. ad fi. ff.de publicis iudicijs,& ſatis ſuo loco dixi, ita etiam admittitur pater hebręus pro filio citato, & contumace, vt late conſuluit Cepol. conſil.74. incip.pater, vbi loquitur in cauſa contra chriſtianum, quem refert, & ſequitur Decian.in tractat.criminal. lib.5.cap.14.nu.5.& Marquar.de iudeis par.2.capit. 1.num.5.in fine, & ante iſtos idem voluit Tiraquell. de iure primogen.quæſt.66.num. 16. & Natta conſ. 620.num.10.qui bonam affert rationem.

637 IVDEVS offerens iudici, & in carceribus conſtituens filium de aliquo crimine inquiſitum facit vt idem filius pęna capitali non puniatur ſicut,& idem operatur oblatio, ſeu conſtitutio fieri facta a patre chriſtiano ſecundum Hyero. Gigant.in tract.de crimine læſæ maieſt.lib.3.quæſtion.6.ſicut illum refert Decian.in tractat.criminal.lib.5.cap.14. nu.5. verſ. Sit pariter, & Marquar.in tractat.de iudeis par.2.c. 1.num.6.dixi iterum ſupra in tit. de pœn. temperan. quæſt.98.num.168.

638 Et demum ſicut vxor chriſtiana in bonis mariti pro ſuæ dotis aſſecuratione habet priuilegium tacitę hipothecæ l.Aſſiduis C.qui potior.in pign. hab.ita, & iſtud idem habebit priuilegium vxor hebræi ex alleg.per Tiraquell.qui tamen etiam refert contrarium tenentes de iur.primog.quæſt.66. num. 10. & 11. & eſt communis per Marquar.in tract. de iudeis par. 2. cap.1.num.9.& cap.5.num.22.& par.3. cap.6.num. 2.& cap.8.num.1.& Suarez in loco relato per incert. Auth.in Syntagm.commun.opin.tom.1.tit.30.rubr. de iudeis cap.4.verſ.Iudeorum vxores.

639 IVDEI licet vtantur, & ligentur iure communi & ciuili, non tamen ligantur legibus Canonicis in ſpiritualibus concernentibus fauorem animarum cum de eorum anima nihil curent ſecundũ gloſ.Imol. & alios omnes in cap.1.& de conſtit. Felyn.in cap.Iudei il ſecondo num.23.verſ.Et nec procedunt de foro competenti vbi teſtatur de communi, Brun. in tract.de ſtatuto excludente feminas propter maſculos quæſt.5.art.6.ſub num.60. Viu.opin. 392.num. 3.Marquar.de iudeis par.2.cap.8.num.1.vbi alios refert concordantes,& num.2.vbi facit generalem concluſionem quod iudei, & alij infideles in ſpiritualibus, & ſacramentalibus non ſufficiuntur conſtitutionib.iuris canonici,Seraphin.in trac.de priuil.iuram. priuil.123.nu.2.incert.Auth.in Syntagm.commun.

opin.

opin.t om.1.tit.30.rub.de iudeis cap,4.verſ.Sed hoc limitatur, Tuſc.prac.cócl.in verbo Iudeus concl.366 nu.24.& ſeq.vbi hanc concluſionem declarat,& hæc ſit vna limitatio propoſitæ regulæ.

Nunquid autem iudeus confugiens ad eccleſiam gaudeat immunitate eccleſiæ vide Tiraq. de iure primogen.quæſt.66.num.9.& latius dixi ſupra in tit.de carceribus, & carceratis quæſt.28.num.68.

640 IVDEI licet cõpræhendantur tã ſub iure cõi,quã etiã ſub ſtatutis, & alijs conſtitutionibus, ſeu edictis etiã quod de illis mentionem nõ faciant, hoc tamen intelligendum eſt,quãdo materia de qua tractatur in dictis legibus ſtatutis,ſeu conſtitutionibus eſt æque proportionabilis ad iudeos ſicut ad chriſtianos, aliter ſecus ad gloſ.in clem.1.in verbo Cenſuram extra de vſuris,Gemin,in c.1.§.fi.in fin.de vſuris in 6.cum alijs per Marquar.de iudeis p.2.c.5.per tot.vbi huius concluſionis facit plures illationes, & ponit plura exempla, quæ ibi per ipſum videas.

ARGVMENTVM.

Iudei nunquid ligentur l. Moſayca potius quam iure communi vel ſtatutario.

SVMMARIVM.

Iudei ligantur l.moſayca, quæ propterea inter eos ſeruanda, num.641.

Iudeis ſeruanda eſt lex moſayca etiam quod illi repugnet lex ciuilis, num.642. contra nu.643. & ſeq. diſtingue duobus modis, vt num. 645.

Iudeus pro adulterio an puniatur pœna l.moyſis vel iuris communis.num.644.

Iudei in ſucceſſionibus tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ligantur l.moſayca, & non iure communi ſeu ſtatutario, num.646. contra num.647.

Iudei in ſucceſſione primogenituræ ligantur l.moſayca, num. 648.

Iudei in confectione inſtrumentorum, & teſtamentorum ſeruare debent l.moſaycam, & non ſolemnitates iuris communis ſeu ſtatutorum, nu.649.contra num.650.

Iudei in contrahendis matrimoniis ligantur l.moſayca & non l.ciuili, vel canonica, num.651.

Iudei poſſunt habere duas vxores repudiata prima, num.652.

Iudei in diuiſione bonorum non l.moſayca,ſed iure communi ligantur, num.653.

Iudei non tenentur ſeruare feſta à ſtatuto Chriſtianorum ordinata, num.654.

641 IVDEI ligantur l.Moſayca,qua propterea inter ipſas ſeruanda eſt,Bald.conſil.316. quia ſepe reuocatum lib.1.Calderin.conſil.30.tit.de teſtamentis, & conſil.10. tit. de conſtitutionibus, & conſ.2.incip.conſuetudo., quæ habet tit. de conſuetudine, Florian.conſ.17.num.6. & ſeq. verſ. Præterea, Alex.conſ.6.ſuper præmiſſa num. 2. & ſeq. lib. 6.Soccin.conſ.72.in fin.lib.2.Barbart.conſ.15.clementiſſimi vbi late, & conſ.65.inc.illud in medium referam column.3.verſ. Quinimo conſideret vſque ad fin.conſil.lib.2.Tiraq.de iur.primogen.quæſt.66. num. 24. vbi alios plures refert concordantes Marant.in ſpeculo diſtinct.3.num. 49. Marquar.de iudeis par.2.cap.4.nu.2.vbi ex Calderin. in locis præallegat.ampliat hanc concluſionem etiamſi lex ciuilis in genere diſponeret illud idem quod diſpoſuit lex Moſayca, Decian.in tractat.crimin.lib.5.cap.14. num.6.vbi alios refert Cardin. Tuſc.practic.concluſion.in verbo Iudeus concluſ.369. num.1. & num.4. & num.5.& num.6.vbi quod iudei non ſolum iudicantur ſecundum l. Moyſis ſed etiam ſecundum ritus conſuetudines, & ſuperſtitiones eorum dummodo non ſint contra legem Chriſti, vel reprobatæ, & num.7.

Et hæc concluſio procedit regulariter. Habet autem hęc regula ſuas ampliationes,& limitationes de quibus mox dicam.

462 IVDEI ſecundum l. Moſaycam iudicantur non ſolum quando illi non repugnant ius commune, & lex ciuilis, ſed etiamſi illi repugnat, ſitque eadem lex Moſayca à iure ciuili reprobata ſecundum Calderin.in conſil.30.ſub tit.de teſtam.vbi quod ſi vna pœna foret per l.Moſaycam delinquenti in aliquo crimine, & alia foret impoſita de iure ciuili attendenda, & imponenda eſt pœna l.Moſaycæ,& non pœna iuris ciuilis, Felyn.in cap.1.num.46.extra de conſtitutionib.vbi dicit iudeum ligari legibus ciuilibus in ijs dumtaxat, de quibus lex Moſayca non diſpoſuit, & in quibus lex Moſayca non repugnat, ſecus ſentiens l.Moſayca repugnante, Roc. de Curte in repetit.cap.vltim.de conſuetudin. num.754. & ſeq.vbi dicit hoc procedere etiam in criminalibus, & quod ita debet intelligi gl.in cap.ſepè 28.quæſt.1. quæ indefinitè voluit quod eccleſia poſſit punire iudeos etiam pœna corporali,nam intelligenda eſt,niſi lex Moſayca repugnaret,vt ibi per eum,quem & alios præallegatos ſic dicentes refert, & ſequitur Decian. in tractat.crim.lib.5.cap.14.num. 6.verſ. Et ideo ſi vna pœna. & pro hac opinione poſſunt adduci alij plures Doctores allegati per Tiraquell.de iur.primogen.quæſt.66.num.22.&23.volentes in materia ſucceſſionis,de qua mox infra in ſpecie dicam attendendam eſſe l.Moſaycam, & non ius commune, ſeu ſtatutum, & ſic etiam quod præſupponant repugnantiã inter ius commune & ſtatutarium,adhuc volunt l.Moſaycam eſſe attendendam, & ita etiam videtur de mente eiuſdem Tiraquell.cum alleg.per eum nu. 24. in fine.

643 Contrarium quod lex Moſayca non attendatur inter iudeos quando eſt expreſſe reprobata a iure ciuili(l.enim Moſaycam poſſe in iudicialibus,& in his, quæ ex dictamine naturę nõ procedunt mutari,quando præſertim aliqua ſubeſt ratio aliter diſponendi

causa

cauſa publicæ vtilitatis, quam in veteri teſtamento continetur, ſcripſit Bar. in l. Omnes populi in 13. q. verſ. Tertio principaliter, ff. de iuſtitia & iure, cum quo aliqui communiter tranſeunt, & notant communiter Doct. in cap. final. extra de conſuetudine, & in cap. Quæ in eccleſiarum, extra de conſtitutionibus) voluerunt Calderin. in conſ. 10. in fin. de conſtitut. & conſ. 30. de teſtamen. circa fi. verſ. Nec obſtat Alex. conſ. 6. num. 2. & ſeqq. lib. 6. dicentes l. moſaycam ſeruandam eſſe inter hebræos niſi in aliquo reperiatur prohibita a iure communi, in eo enim in quo eſt prohibita ſeruandam eſſe ius commune etiam inter iudeos prout eos ſic refert, & ſequitur Cardin. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iudeus concluſ. 369. num. 6. & num. 28. & ſeq. Marquar. de iudeis par. 2. cap. 4. num. 1. et 2. vbi quando facit concluſionem, vt ſupra eum retuli quod iudei l. moſayca ligantur, et non l. ciuili illam declarat procedere, dummodo ipſa lex moſayca non ſit expreſſe reprobata per ius commune ſtatuta vel conſuetudines.

644 Faciunt pro hac concluſione Doctor. ſupra allegati num. 623. dum dicunt iudeum pro adulterio puniendum eſſe non poena mortis iuxta l. moſaycam ſed poena ſtatutaria quando ſtatutum imponit minorem poenam, & ſic quando lex moſayca eſt expreſſe a ſtatuto reprobata, tunc non attenditur, & rurſus pro hac eadem opinione adduci poſſunt alij plures Doctores relati per Tiraquell. de iur. primogen. quæſt. 66. num. 21. qui de ſucceſſione loquentes dicunt eſſe attendendum loci ſtatutum, aut ius commune, & non l. Moſaycam, & ſic licet præſupponant l. Moſaycam, & ius commune ſeu ſtatutum inter ſe repugnare, tenent tamen non l. Moſaycam, ſed ius commune aut ſtatutum eſſe attendendum.

645 In hac contrarietate poteſt diſtingui, vt prima opinio procedat, quando lex ciuilis non repugnat in ſpecie l. Moſaycæ, ſed in genere, ſecunda autem quando in ſpecie lex ciuilis reprobat l. Moſaycam, vt primo caſu attendatur lex. Moſayca, ſecundo autem caſu attendatur lex ciuilis, ſecundum Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 14. n. 6. in fi. verſ. Et generaliter tenendum eſt, poſt Barbat. & Ruy. in locis per eũ relatis, vel etiam poteſt diſtingui, quod prima opinio procedat quãdo agitur inter iudeos. Secunda autem quando agitur inter iudeum, & chriſtianum, ſecundum Calderin. in conſil. 30. de teſtamentis circa fin. verſ. Nec obſtat prout illum refert, & ſequitur Cardinal. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Iudeus concl. 369. num. 31. in quo vide Natt. conſ. 620. num. 10. in fine verſ. Item quia.

646 IVDEI iudicantur ſecũdum l. Moſaycam, & non ſecundum ius commune aut ſtatutarium, in ſucceſſionibus ab inteſtato, prout conſuluit Calderin. conſ. 30 incip. an ſi iudeus, in tit. de teſtament. & conſ. 10. incip. lex Moſayca, in tit. de conſtitution. Florian. in l. maximum vitium C. de liberis præteritis vbi alios refert conſulẽtes, Corn. cõſ. 127. viſo ſupradicto themate col. fin. verſ. Et hoc etiam reperitur lib. 1. & in alijs pluribus conſilijs relatis per Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 66. num. 22. & 25. vbi, & alios plures refert concordantes, & eiuſdem ſententiæ bonas affert rationes Campegg. in tractat. ſtatut. femin. excluden. quæſt. 36. incip. an prædictum ſtatutum, & quæſt. 60. vbi teſtatur ita Mantuæ obſeruatum fuiſſe Ferrat. cautel. 24. Natt. conſ. 621. num. 10. vbi propterea reprobat Imol. contrarium tenentem in conſ. 1. Marquar. in tractat. de iudeis par. 2. cap. 4. num. 5. & ſeqq. vbi relatis Doctoribus hinc inde contradi-* centibus hanc teſtatur veriorem, & magis communem ſententiam, & ab ea in iudicando, & conſulendo minime recedendum eſſe affirmat, prout etiam * hanc eandem ſententiam magis communem ex Marquar. in loco præallegato teſtatur Incertus Author. in Syntagm. commun. opin. tom. 1. tit. 30. rubr. de iudeis n um. 1. qui loquitur tam in ſucceſſionibus ab inteſtato quam ex teſtemento delatis Card. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Iudeus concluſ. 369. nu. 9. & 10. vbi tamen refert contrarium tenentes.

647 Contrarium quod in ſucceſſionibus ab inteſtato non attendatur lex Moſayca, ſed ius commune aut ſtatutum inter iudeos voluerunt Imol. in conſ. 1. incip. in caſu præmiſſo, ad finem, Natt. in repetition. c. Quamuis de pactis in 6. 23. quæſt. Ruin. conſ. 159. num. 15. lib. 5. Gugliem. de Benedict. in cap. Raynutius in verbo Duas habens filias, num. 139. extra de teſtament. quos & alios plures refert idem Tiraquel. de iure primogen. d. quæſt. 66. num. 21. Card. Tuſc. d. concl. 369. vbi tamen refert Brun. diſtinguentem in tractat. quod ſtantibus maſculis, &c. art. 6. nu. 59. & ſeq.

648 Sic, & in iure, & priuilegijs primogenituræ ſeruandam eſſe l. Moſaycam inter iudæos, non autem ius commune, ſeu ſtatutum pluribus probat Tiraqu. vbi ſupra de iure primogen. quæſt. 66. num. 1. iuncto num. 34. & ſeqq. vbi hanc concluſionem ampliat, & limitat pluribus modis, refert eum & ſequitur Marquar. de iudeis par. 2. cap. 4. num. 2. & ſeqq. quem etiam bene declarantem videas.

649 IVDEI in confectione inſtrumentorum, & teſtamentorum ſeruare debent non ius commune, ſeu ſtatutum, ſed l. Moſaycam ſecundum Calderin. in conſil. 10. incip. l. Moſayca, de conſtitutionibus, & conſil. 2. de conſuetudine, vbi dixit valere teſtamentum iudæi ab hebraicis perſonis ſcriptum, ſecundum eorum conſuetudinem, Alexand. conſil. 6. ſuper præmiſſa dubitatione colum. 2. num. 4. lib. 6. vbi dixit in teſtamento hebræi ſeruari ius gentium, quos ſic dicentes refert & ſequitur Natt. in conſil. 621. nu. 2. & ſeqq. vbi propterea conſuluit valere teſtamentum iudei adhibito numero duorum vel trium teſtiũ, & ſic minori numero, quam requirat ius ciuile, reprobatque propterea Ioan. de Anan. & Paul. de Caſtro contrarium tenentes in locis ibi per eum relatis, quando inter iudeos ſolos agitur Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Iudeus, concluſ. 369. num. 15.

Con-

650 Contrarium quod imo in confectione inſtrumentorum, & teſtamentorum, non l. Moſaycæ, ſed iuris ciuilis ſtatutorum, & conſuetudinis ſolemnitates ſeruari debeant, voluerunt Bart. Ant. de Butr. Felyn. & Paul. de Caſtro in locis relatis per Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 66. num. 12. poſſunt etiam pro hac eadem opinione allegari plures alij Doctor. relati per Stephan. Lambertengh. in tract. de contractibus eorum, &c. gloſ. 2. in verbo Mulierem, num. 79. & ſeqq. volentes ſolemnitates à ſtatuto in contractibus requiſitas, ſeruandum eſſe etiam in contractibus celebrandis à iudeis, & inde idem Lamberteng. infert, quod in inſtrumentis iudeorum Notarius ſi fuerit Chriſtianus debet etiam inuocare nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti & hanc dicit Communem, quam tamen declarat non procedere, quando ſolum inter iudeos ageretur, & ſic nec contrahentes, nec Notarius eſſent Chriſtiani; tunc enim ſolemnitates ſtatutarias, aut iuris ciuilis ſeruandas admittere videtur, Addo pro hac eadem opinion. Marquar. in tract. de iudeis par. 2. cap. 1. num. 2. Card. Tuſch. Practic. concluſ. in verbo Iudeus concluſ. 371. num. 14. vbi propterea dixit annullari teſtamentum iudei ex præteritione filiorum, vel nepotum ex filio præmortuo ſicut annullatur teſtamentum Chriſtiani, & hanc dicit communem ex Alex. quem allegat in conſ. 161. examinatis in princ. lib. 2. & num. 15. & nu. 17. vbi pariter ex eodem Alex. in loco præcitato dixit teſtamentum iudei nullum ob filij præteritionem conſeruari per clauſulam codicillarem, & pariter eiuſdem iudei teſtamentum inter liberos ſubſtineri cum eadem ſolemnitate, qua ſubſtinetur inter chriſtianos, & ſic in confeſſione teſtamentorum ſentire videtur etiam inter iudeos ſeruari ius ciuile.

651 IVDEI in matrimonijs contrahendis ligantur l. Moſayca, & non l. ciuili, vel canonica, & ideo poſſunt contrahere matrimonium etiam in gradibus ab eodem iure ciuili, vel canonico prohibitis, capit. Non ſatis 34. quæſt. 11. cap. de infidelibus de conſanguinitate, & affinitate cap. final. qui fil. ſint legitim. & cap. fin. de diuort. Notant communiter omnes Canoniſtæ in capit. Gaudemus eodem tit. de diuortio, Quare iudeus poterit ducere in vxorem neptem ſuā item, & ſororem vxoris ſuæ, item, & conſobrini patruales poſſunt inter ſe matrimonium contrahere. item, & poterit indeus commatrem ſuam in vxorem ducere, ex Felyn. Barbat. Ioan. Andrea, & Archidiacon. in locis relatis per Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 14. num. 7. vbi dixit quod licet Bellapertic. & Cyn. in l. celebrandis, C. de nuptijs, per illum tex. & etiam Salicet. & Fulgoſ. in l. Nemo la prima C. de iudeis pariter per illum tex. dixerint quod ſi iudei non contrahant matrimonium ſecundum ritum chriſtianorum eorum liberi non ſuccedant iure tamen prædicta prohibentia iudeis contrahere nuptias ſecundū eorum morem intelligengendum ſunt ſecundum morem vel l. eorum diuerſam à l. Moſayca, prout etiā Accurt. ſentire videtur in eadem l. Celebrandis, ad quæ vide etiam idem tenentes Tiraquell. cum alleg. per eum de iur. primogen. quæſt. 66. num. 25. verſic. Et ſimiliter, & num. 26. vbi reſpondet alio modo Petro de Bellapertic. Cyno contrarium vbi ſupra tenentibus. Clar. in pract. §. Inceſtus verſic. final. Marquar. de iudeis par. 2. cap. 4. num. 9. & cap. 8. num. 3. Card. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Iudeus concluſ. 369. num. 3. & num. 21. & ſeq. cum alleg. per eum Incert. Author in ſintagm. commun. opin. tom. 1. tit. 30 rubr. de iudeis cap. 4. verſ. Iudeus ſi id genus nuptias contraxerit quicquid ſecus poſt Imol. quem alllegat in conſ. 3. ſenſiſſe videtur idem Cardin. Tuſch. d. concluſ. 371. num. 48.

652 Sic etiam licet chriſtianus non poſſit habere duas vxores viuentes, poteſt tamen iudeus, repudiata prima, aliam ſuperinducere, neque ideo punietur vt per Bald. in conſ. 428. lib. 5. & conſ. 316. quia ſepe lib. 1. Tiraquell. de iur. primogen. quæſt. 66. ſub num. 25. Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 14. nu. 7. poſt med. Marquar. de iudeis par. 2. cap. 4. num. 10. & cap. 8. num. 4. Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Iudeus concluſ. 369. num. 2. & num. 14. & num. 23. & concluſ. 371. num. 74. & aduerte quod licet idem Cardinal. Tuſch. in eadem concluſ. 371. num. 49. & ſeq. & concluſ. 372. num. 18. videatur probare non licere iudeis habere duas vxores; hoc tamen intelligendum eſt, vt non poſſint ſic duas vxores habere ſine cauſa, ſecus ſi cum cauſa, vtputa ſi prima vxor filios non generat, vt bene declarat idem Tuſcus in d. concl. 371. eod. nu. 7. Addo, & Viu. opin. 533. n. 7.

Hucuſq. præmiſſæ cōcluſionis, ſeu regulę ampliationes explicaui. Audi nūc duas ſequētes limitationes.

653 IVDEI in diuiſione bonorum non l. Moſayca ſed iure communi ligantur; licet enim d. l. Moyſis ſtatuatur quod maius fatetur diuidat, & minor eligat exemplo Abraham natum maioris, qui fecit diuiſiones, & Loth nepos ex fratre ætate minor elegit vt habetur Geneſ. 13. iure tamen communi ſorte, vel iudicis officio inter fratres diuiſio fieri debet, cū nulli ex dictis fratribus de iure in hoc prærogatiuæ ſit tribuendum ſecundum communem opinionem, de qua pluribus relatis teſtatur Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 60. num. 10. quem refert, & ſequitur Marquar. de iudeis par. 2. cap. 4. num. 11. & ſeq. vbi propterea dixit quod in hac materia diuiſionis faciendæ inter iudeos lex Moſayca vel potius exemplum Abraham de quo ſupra ſit correctum a iure communi eo præſertim quod etiam ipſa lege veteri reperitur diuiſiones fuiſſe ſorte expediendas vt habetur num. 33. circa finem, nec diſſentit Incertus Author in ſintagm. commun. opin tom. 1. tit. 30. rubric. de iudeis cap. 1. num. 1. verſ. Quamuis in hæreditatis ipſius diuiſionibus.

654 IVDEI non cōpræhendūtur ſub lege vel ſtatuto puniēte artifices certis feſtis diebus artes ſuas exercere, tenentur enim obſeruare tantum dies feſtos ex l. Moſayca interdictos, Archidiacon. in cap. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. Collect. in cap. In audientia de

ſen-

ſententia excommunicationis, & magis in ſpecie Bald. conſil. 108. ſtatuto cauetur, quod nullus Artifex, lib. quarto, Firman. in tractat. de Gabellis, parte ſeptima, quæſtione decima ſeptima, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Decian. in tractat. crimal. lib. quinto, capit. decimo quarto, num. octauo, in fin. verſic. Similiter ſi lex, vel ſtatutum, nec diſſentit Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iudeus, concluſion. 377. num. quarto, & in vrbe Romæ adſunt diuerſa Bannimenta emanata a Sanctiſſimo Domino Noſtro Vicario quibus obligantur dies feſtos ſeruare.

ARGVMENTVM.

IVDEI delinquentes quomodo, & à quibus puniri debeant.

SVMMARIVM.

Iudei delinquentes regulariter ab inquiſitoribus puniri non poſſunt, quia vere heretici non ſunt, num. 655.

Iudei impedientes S. Inquiſitionis officium ab inquiſitoribus puniuntur, num. 656.

Iudei perſuadentes iudeiſmum, ab inquiſitoribus puniuntur, num. 656.

Iudei ab inquiſitoribus puniuntur ſi delinquant circa fidem, & in eius opprobrium eam contemnendo, & vilipendendo, vel etiam committendo aliquid in contumeliam Chriſti, & eius eccleſiæ, num. 657.

Iudei Blaſphemi, vel ſacrilegi a quo iudice puniantur, num. 658.

Iudei puniuntur ab inquiſitoribus quando delinquunt circa ea quæ quoad fidem ſunt nobis communia cum ipſis, num. 659.

Iudei in criminibus Eccleſiaſticis puniuntur a iudice Eccleſiaſtico, num. 660.

Declara vt num. 662.

Delicta Eccleſiaſtica, quæ ſint, quæ ſecularia, & quæ mixta, nu. 661.

Iudei in criminibus merè ſecularibus non ab Eccleſiaſtico iudice, ſed a ſeculari puniuntur, num. 663.

Iudei in criminibus mixtis puniri poſſunt tam a iudice Eccleſiaſtico, quam ſeculari, & inter eos habet locum præuentio num. 664.

Declara, vt num. 662.

Iudeus carnaliter cognoſcens Chriſtianam, & è contra, quomodo puniatur, num. 665. vbi etiam de materia.

Iudeus delinquens contra naturam, & in crimine ſodomiæ, a quo iudice puniatur, num. 666.

655 IVDEI delinquentes nunquid puniri poſſint ab inquiſitoribus, & quando, dixi aliqua ſupra in tract. de Hæreſi, q. 178. nu. 133. vbi reſcripta iterum reaſſumendo facio concluſionem, & regulam negatiuam, quod ſcilicet inquiſitores hæreticæ prauitatis contra iudeos non procedunt ex eo tantũ, quod iudei ſint, quia, vt ſuo loco dixi in tract. de Hæreſi, & voluit Bal. in conſ. 115. Iudeis, lib. 1. & ſeqq. ipſi non ſunt vere hæretici, & propterea in eos iuriſdictionem habent eccleſiaſtici, & ſeculares iudices, prout infra explicabo, & vltra allegatos per me in d. q. 178. eod. nu. 133. aduertit Decia. in tract. cri. lib. 5. c. 14. nu. 2. Hęc autem regula, quod inquiſitores in iudeos iuriſdictionem non habent, limitatur tribus modis, vt mox ſucceſſiue referam.

656 IVDEI poſſunt ab inquiſitoribus puniri ſi quo quomodo ſanctũ officiũ impedierint, vel iudeiſmum perſuaſerint, vbi hanc concluſ. indubitanter procede re affirma vigore conſtit. Clem. iv. & Greg. x. dātibus auctoritatem inquiſitoribus iudicandi, & puniendi iudeos, qui chriſtianos ad iudeiſmum induxerint, & per Marqu. qui alia ad materiam ponit in trac. de iude. p. 2. c. 9. nu. 3. in fi. Et dixi ſup. in tract. de Hæreſi, q. 158 nu. 143. de iudeis, & infidelibus, receptatoribus, fautoribus, & defenſoribus chriſtianorũ ad iudeiſmũ trāſeuntium, vel redeuntium, quod puniantur ad inſtar receptatorum, fautorum, & defenſorum hæreticorũ.

667 IVDEI poſſunt etiam ab inquiſitoribus puniri ſi delinquant circa fidem noſtram eam contēnendo, & vilipendendo, vel etiam committendo aliquid in contumeliam Chriſti, & eius fidei & eccleſiæ, ex allegatis ſupra in trac. de Hęreſ. in q. 178. nu. 133. Qua in re vide Decia. in tract. cri. lib. 5. c. 14. nu. 2. verſ. Notandũ tamen, & vide etiam Marqu. de iudeis, p. 2. c. 9. nu. 3. vbi de iudeo, & infidele delinquente in opprobriũ, & vilipendium chriſtianę religionis, & fidei noſtræ orthodoxæ ponit nonnulla exempla, & pariter cognitionē hanc ad iudicem eccleſiaſticum pertinere affirmare videtur, Tuſc. pract. concl. in verb. Iudeus, concl. 372. n. 1. & facit generalē concluſionē, quod iudei, & alij infideles delinquentes in contemptum religionis tanquam hæretici, & pœna hæreticorum puniri poſſunt, ex Bal. & Calder. in locis per eum relatis, & nu. 7. & 8. vbi quid de iudeo deturpante crucem, & effigiam Saluatoris, dum fieret proceſſio.

658 In crimine autem blaſphemiæ, & ſacrilegij a quo iudice puniri debeat iudeus, vide Decia. in trac. crim. lib. 5. c. 14. nu. 2. poſt med. & d. nu. 2. in fi. Marqu. de iudeis, p. 2. c. 9. ſub nu. 3. & 5. Incer. Auctor. in ſintag. comm. opi. to. 1. tit. 30. rub. de Iudeis, c. 6. in fi. Tuſch. pract. concl. in verbo Iudeus, concl. 370. nu. 7. & concluſ. 372. nu. 5. & ſeqq. & dixi iterum ſupra in tit. de delict. & pœn. quæſt. 20. nu. 40. & ſeq.

659 IVDEI pariter poſſunt ab inquiſitoribus puniri, quando delinquunt circa ea, quæ quoad fidem ſunt communia nobis cum eis, vtputa, ſi non crederent vnum Deum, quod, & ipſi l. Moſayca credere iubentur, idem ſi non crederent decem

præcepta ligare ex l. Diuina Secund. Campegg. in addition. ad Zanchin. in tractat. de hæreticis cap. 36. littera C. refert eum, & ſequitur Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 14. num. ſecundo verſic. Et inſuper, Tiraquell. de iure primogen. quæſtion. 66. num. 25. vbi de iudeis aliquid committentibus contra vetus teſtamentum, quod poſſunt a Papa puniri, ex Hoſtienſ. Ioan. Andr. Panormitan. & alijs, quos allegat in cap. quod ſuper his, extra de voto, quod, & idem voluit Marquer. in tractat. de iudeis part. 2. cap. 9. num. ſecundo, cum allegatis per eum & incertus Author in ſintagm. commun. opin. tom. 1. titul. 30. rubric. de iudeis cap. 8. verſ. Secundo dixi hac de re iterum ſupra in tractat. de hæreſi quæſt. 178. num. 146. vbi latius.

660 IVDEI extra caſus prædictos, & alios in quibus ab inquiſitoribus puniri poſſunt, ſi deliquerint in criminibus eccleſiaſticis ab eccleſiaſtico iudice puniũtur, ex allegatis per Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 14. num. ſecundo ante finem, verſ. Quod in criminibus, Marquar. de iudeis. part. ſecunda cap. 9. num. 4. Incertus Author in ſintagm. commun. opin. tom. 1. tit. 30. rubr. de iudeis cap. 8. num. 2. vbi quod iudei pro criminibus eccleſiaſticis, pro quibus etiam Principes ſeculares poſſunt punire, poſſunt etiam ab eccleſia puniri poena corporali, dummodo in vindictam ſanguinis non procedat, Card. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Iudeus concluſion. 372. num. 2. licet contrarium videatur aſſerere in eadem concluſione num. 17.

661 Delicta autem eccleſiaſtica, quæ ſint, & quæ ſecularia, & quæ etiam mixta, vide gloſ. & Doct. in cap. cum ſit generale, de foro competenti, Ioa. Andr. Hoſtien. Abb. & alios relatos per Marquar. in tractat. de iudeis par. 2. cap. 9. num. 6. vbi præſertim inter crimine eccleſiaſtica numerat ſacrilegium, vſuram, hæreſim, ſimoniam, periurium, adulterium, fornicationem, excommunicationem, rapinam, & alia de quibus ibi per eum.

662 Declara præmiſſam concluſionem, quod licet eccleſia in eccleſiaſticis criminibus, & etiam mixtis, vt infra dicam, poſſit iudeum punire, hoc tamen intelligitur, ſi vult, non tamen cogitur de iure quid imo in dubio præſumitur nolle eos punire, ſed permittere, quod puniatur per iudices ſeculares, vt eſt text. in iun cta gloſ. in verbo Principibus in clement. 1. de iudeis neque vllo caſu eccleſia dicetur velle punire iudeos, niſi in caſibus a iure expreſſis ſecundum Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 14. num. 2. verſ. Et quamquam poſt Aretin. Soccin. & Alexand. in locis per eum relatis, & Marquar. de iudeis part. ſecunda cap. 9. num. 5.

663 IVDEI in criminibus mere ſecularibus non ab eccleſiaſtico iudice, ſed a ſeculari puniuntur, præterquam ſi ſecularis iudex in puniendo fuerit negligens & tunc eccleſiaſticus illos punire poteſt, Alexand. conſ. 6. num. 5. & ſeq. verſ. Fortificantur, & conſ. 99. viſa inquiſitione num. 13. lib. 6. Calderin. Anchar. Guidopap. & alij relati per Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 14. num. 2. ad fin. verſ. In alijs vero, & verſ. Sed quod regulariter, Marquar. in tract. de iudeis part. 2. cap. 9. num. 4. verſ. In criminibus vero non eccleſiaſticis, & num. 5. verſ. Secunda concluſio, Card. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Iudeus concluſ. 372. num. 2. & num. 7. & 8. vbi de materia, & num. 10. & num. 15. & 16. vbi alios refert concordantes, & teſtatur de magis communi Doctor. ſententia, licet in Vrbe Romæ adſit conſtitutio Iulij Papæ III renouata per reformationem S.D.N. in tit. de iuriſdictione in hebræos.

Delicta autem ſecularia, quæ ſint, dixi remiſſiue ſupra num. 661.

664 IVDEI in criminibus mixtis puniri poſſunt tam a iudice eccleſiaſtico, quam ſeculari, & inter eos locus eſt præuentioni, prout notant Canoniſtæ omnes in cap. Quod ſuper, extra de voto, Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 14. num. 2. in princ. verſ. Et ſi ſint delicta mixta, & d. num. 2. ante fin. verſ. Licet in mixtis, Marquar. de iudeis par. 2. cap. 9. num. 4. verſ. In mixtis vero, & num. 5. in fin. verſ. Si vero videtur eſſe mixtam, vbi tamen, quod ſi iudex eccleſiaſticus non ſufficienter puniret iudeum, non prohibetur ſecularis iudex, iterum illum punire, Card. Tuſch. pract. concluſion. in verbo Iudeus concluſ. 372. num. 2. & num. 4. quem declarantem videas, & nu. 12. Vbi quid in crimine vſurarum.

Declara hanc concluſionem per ea, quæ dixi ſupra num. 661. & ſeq. Vbi etiam poſui quo in propoſito dicantur crimina mixti fori.

665 IVDEVS carnaliter cognoſcens chriſtianam, & e contra, quomodo puniatur, & de materia, vide Tiraquell. de iur. primogen. quæſt. 66. num. 20. Vbi alijs relatis facit concluſionem, quod Iudeus carnaliter cognoſcens chriſtianam, non eſt morte puniendus ſecundum legem moſaicam, ſed arbitrio iudicis ſecundum ius commune, vel ſtatuti, in quo commoratur Rolan. conſ. 35. lib. 2. per tot. vbi latiſſime idem conſuluit. Quod, & idem alijs pluribus relatis concludit Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 14. nu. 9. Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. in verbo Iudeus concl. 373. num. 7. & ſeqq. & num. 32. & ſeqq. Vbi pariter alios hanc materiam tractantes more ſuo luculenter refert, de qua etiam vide late diſcutientem incertum Auctorem in ſintagm. commun. opin. tom. 1. tit. 30. rubr. de iudeis cap. 4. num. 12. & omnib. ſeqq. & dixi etiam ego late ſupra in titul. de delict. carn. quæſt. 139. num. 1. & ſeqq. omnibus vbi latiſſime.

666 Et de iudeo delinquente contra naturam, & committentem crimen ſodomiæ, vide Marquar. de iudeis par. 2. cap. 9. num. 1. & num. 7. Card. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Iudeus concluſ. 372. nu. 14. incertum Authorem in ſintagm. commun. opin. tom. 1. tit. 30. rubr. de iudeis cap. 8. ſub verſ. 2. & de iudeo committente adulterium cum alia iudea, dixi etiam aliquid ſupra num. 623.

ARGVMENTVM.

IVDEIS vſura prohibita eſt, & pro vſura puniri poſſunt, ſicut Chriſtiani, & nunquid ſeculares Principes poſſint illis vſurarum exercitium permittere.

SVMMARIVM.

Iudei vſuram exercentes puniri poſſunt criminaliter, quia illis iure naturali, & diuino, vſura probibita eſt, num. 667. licet alii contra num. 668.

Iudeis vſuram exercendi licentiam, aut tollerantiam ſeculares principes ſine peccato dare non poßunt, nu. 699. & 671. contra num. 670. & quid iſto caſu ſentiant canoniſtæ, & quid ſentiant Theologi, & quorum opinio alteri præualeat, num. 672. & ſeqq.

Theologorum opinio, nunquid præualeat opinioni Canoniſtarum in materia vſurarum, num. 672. & ſeqq.

Principes ſeculares non punientes iudeos fæneratores nō peccant, num. 673. niſi expreſſe ſtatutum condant, vel conſuetudinem confirment iubentes ſolutionem vſurarum a chriſtianis promiſſarum, d. num. 673.

Principes ſeculares impedientes chriſtianos, agentes contra iudeos ad repetitionem vſurarum ſolutarum nunquid peccatum committant, num. 674.

Vſurarum exercitium iudeis permittere ex cauſa ſibi bene viſa poſſunt Pontifices, num. 675. contra num. 676. reſolue vt num. 677.

Principes ſeculares de conſuetudine tollerant hebraos mutuare ſub vſuris, num. 678.

Conſuetudo permittens vſurarum exercitium iudeis ex licentia Principum ſecularium nunquid valeat, num. 679. & ſeqq.

Principes ſeculares non poſſunt lucrum capere a iudeis pro tollerantia fæneris, num. 681.

Iudeis conceſſa priuilegia de mutuando ſub vſuris, quomodo ſint interpratanda, num. 681.

Iudei vſurarii teſtamentum valet etiam non data cautione de reſtituendo vſuras, num. 683. Contra num. 684.

667 IVDEI Si vſuras exerceant in chriſtianos præſertim puniri poſſunt criminaliter ex quo ipſis ſicut chriſtianis prohibitum eſt vſuram facere non ſolum iure humano, ſed etiam naturali, & diuino, & eſt communis opinio, vt teſtatur Curt. Iun. in l. eius, qui in prouincia, poſt num. 5. ff. ſi cert. petat. relatus a Claro in §. vſura, num. 7. verſ. hæc autem conclusio, Guidop. in tract. de vſur. nu. 35. in fin. verſ. Quæro, an iudei, & num. 41. Lupus in tract. de vſur. comment. 1. §. 4. num. 1. & ſeq. vbi plura adnectit pro reſponſione textus, cap. 23. Deuteron. vbi dicitur nō fæneraberis fratri tuo, & quæ ſequuntur, quaſi quod inde arguatur a contrario ſenſu, quod ſit licitum alienigenæ, & ſic Chriſtiano fænerari. Quod, & idem ſcripſerunt Couar. variar. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 7. vbi pariter ponit plures intellectus ad d. c. 23. & Ludou. Peguer. deciſ. crim. 30. num. 10. & ſeq. vbi amplius ex Hieronym. Sauanerola in Homelia 17. cap. 6. Michael quem allegat, dicit mentiri iudeum aſſerentem ſibi licere poſſe dare ad vſuras, Marquar. de iudeis par. 1. cap. 11. num. 1. & ſeqq. vſq. ad nu. 11. vbi poſt Iacob. Butrigar. Signorol. de Homode. Abbatem, Corneum, Ioan. Bapt. de S. Seuerino, & alios ibi per eum relatos teſtatur de communi omnes Theologos aſſentire affirmat, & reſpondet contrarijs ea motus ratione, quia vſurarum crimen dicitur peccatum contra naturam, & quando iudei contra legem naturæ delinquunt, poſſunt criminaliter caſtigari, & puniri ad not. per Innoc. Io. And. Hoſtien. & alios in c. quod ſuper, extra de voto non ſolum in pecunia, ſed etiam corporaliter, dummodo eccleſiaſtici iudices ad vindictam ſanguinis non procedant, addo, & Cardin. Tuſchum practicar. concluſion. in verbo Iudeus, concluſion. 370. nu. 10. & concl. 374. nu. 2. & in verbo Vſura, concl. 338. num. 4. 13. & 18. vbi alijs relatis hanc dicit veriorem, & communem opinionem Theologorum, & canoniſtarum.

668 Et ab hac concluſione, quæ vt vides magis communiter recepta eſt in conſulendo, & iudicando non recedas. Quamuis cōtrarium, quod imo iudeis liceat ex lege moſayca chriſtianis mutuare ſub vſura, ſcripſerit Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 14. nu. 8. & hanc contrariam ſententiam late defendere conetur Theſaur. in ſuo conſ. poſt deciſ. Anton. Patris 57. per tot. in diſcurſu.

669 IVDEI in tantum non poſſunt vſuras impune exercere, vt nec etiam ſine peccato poſſint ſeculares Principes etiam ſuperiorem non recognoſcentes illis quoquomodo mutuandi ſub vſuras licentiam concedere nec expreſſe, nec tacite per tolerantiam, nec etiā ſub prætextu cauſæ ſecundum gloſ. in c. quanto, in verbo Immoderatas extra de vſur. quam ibi ſequitur & defendit Hoſtien. Abbas, & alij & in clem. 1. §. cæterum in verbo Cēſura de vſur. Bal. in auth. ad hæc, nu. 2. C. de vſur. Anton. de Prato veteri inter conſ. Alex. conſ. 49. n. 6. lib. 4. vbi ita alias Senis iudicatum fuiſſe teſtatur Alex. conſ. 1. in princ. nu. 7. verſ. Sexto videtur, lib. 2. Anch. conſ. 243. alias 235. circa fi. Paul. de Caſt. conſ. 255. inc. Si dicta pignora, lib. 2. & cōſil. 20. viſis, & ponderatis, n. 4. eod. lib. 2. Iaſ. in l. 1. n. 56. in 1. lect. C. de Sum. trin. & fid. cath. & ibi etiam Io. Bapt de S. Seuer. nu. 43. & ſeqq. Neuo conſ. 100. cū trib. ſeqq. conſilijs, Petr. Belluga in Speculo Principū rub. 11. §. de vſurat. nu. 21. & 24. Ceph. conſ. 549. nu. 68. & ſeq. Rimin. conſ. 349. in præſenti cauſa nū. 15. Couar. var. reſ. lib. 3. c. 3. n. 8. verſ. Idem reſpondendū eſſe cēſeo in Principe ſeculari, vbi relatis, & reprobatis cōtrariū tenētibus hanc ſuſtinet ſentētiā Corrad. de cōtrac. illic. q. 25. & ſeq. & ex Theologis S. Th. in 2. 2. q. 78. ar. 1. ſumm. Angel. in verb. Iudeus, n. 22. Addo pro hac negat. opin. Guidop. de vſur. n. 35. & ſeq.

Lauren.de Rodulph.in trac.de vſur.q.146.Pet.Royz. deciſ.Lituana 5.num.220.& plur.ſeqq. vbi latiſſime hanc comprobat, & defendit ſententiam, quod ſcilicet ſeculares principes ſuis conſtitutionibus vſuras iudeis permittere nequeunt, & num. 233. teſtatur in hoc omnes Doctores conſentire Catelian. Cotta in memoral. in verſ. Vſuras poſſunt permitti, ibi ego autem puto, vbi declarat ſe dum ſupra dixerat vſuras poſſe a ſtatuto permitti, hoc non procedere in ſtatutis a principe ſeculare conditis, ſed tantum a ſummo Pontifice, Ludouic. Peguer. deciſ.crim.30.num.15. Marquar.de iudeis part.1. cap. 11. num. 11. poſt Io. Andr.Dec.Felin.Bonifac.de Vitellin.& alios per eũ relatos, concluditque pium eſſe dicere principes chriſtianos ab iſtis conceſſionibus ſe abſtinere debere, & illas impetrare volentes reijcere, benæque declarat non poſſe eos excuſari ex eo, quod ſic permittant ex cauſa publicæ vtilitatis, cum nulla re vera in hoc poſſit publica vtilitas conſiderari, vt ibi per eum Ant. Theſaur.deciſ.pedemont.57.per tot.vbi diſcuſſa ad partes quæſtione teſtatur, quod conſultus Senatus Pedemontanus ab illo Sereniſſimo Duce, numquid ipſe ſine peccato ſaltem tolerari potuiſſet hebræis vſurarum exercitium iuxta antiqua priuilegia, licet in eodem Senatu aliqui expreſſe eum licentiam concedere, Aliqui autem per tolerantiam hoc permittere poſſe exiſtimauerint; Maior tamen Senatorum pars inclinauit, vt nullo modo poſſit Princeps nec expreſſe hanc licenriam concedere, nec etiam priuilegio tolerare, nec etiam ex cauſa, nec etiam, quod vſuræ ſint moderatæ, niſi accedente ſummi Pontificis expreſſa licentia, & aſſenſu, & quod ita reſponſum fuit D.Sereniſſimo Duci, qui propterea cum licentia Sixti V. (quæ ibi regiſtrata eſt, vſuras ad 18. pro centenario, quæ prius erant ad 33. reduxit, hebręiſq; ad hanc vſurarum quantitatem mutuandi tolerantiam pręſtitit, & hanc negatiuam opinionem, quod ſcilicet ſeculares principes non poſſint nec expreſſe nec tacite per tolerantiam iudeos vſurarios in eorum ſtatu recipere ſine ſummi Pontificis expreſſa licentia, & auctoritate, receptiorem, & communem inter Theologos tutiorem, & æquiorem fatetur Gaſp. Theſaur. in ſuo conſ.poſt Ant.Patris deciſionem 57. num. 3. verſic. Tertio, hanc ſententiam, & num.9. verſ. Et ſi deniq; & in fine conſilij, verſ.Cæterum, licet per totum conſilium, vt infra eum referam de iuris apice contrariã ſententiam acerrime defendere conetur, Tuſc. pract. concl.in verbo Iudeus, concl.374. nu. 4. & in verbo vſura, concl.338.per totam in diſcurſu, vbi pluribus hanc probat ſententiam, & præſertim, nu.18.hanc dicit eſſe veriorem, & communem Theologorum, & canoniſtarum opinionem plene ſuo more materiam pertractat, reprobatq; contrarias cautelas traditas a Paul.de Caſt.in locis ibi per eum relatis.

670 Contrarium, quod imo poſſint ſeculares principes ſaltim per tolerantiam iudeis permittere, vt poſſint ſub vſuris mutuari ex cauſa, vtputa, pro euitatione maioris mali, & pro ſuſtentatione pauperũ voluerunt Paul.de Caſt.conſ.358.quoddam commune, & conſ.397.non videtur lib.2.Alex.conſ.8.lib.6. Barbat.conſ.16.lib.4.Socc.Iun.conſ.208.lib.3.qui communem dicit, & amplius, quod poſſunt principes concedere hebræis, vt non ſolum exigant vſuras, ſed etiã vſurarum vſuras Cagnol.qui tamen remiſſiue loquitur in l.curabit num.7.verſ. Sed quomodo hodie C. de act.empt.Lupus in tract.de vſur.comm.1.§.4.nu. 1.& ſeqq.vſque ad num. 7. vbi licet multa dicat ad probandum, quod principes ſeculares iudeis concedere non poſſint vſurarum exercitium erga chriſtianos, & hanc opinionem veriſſimam credat, concludit tamen num.5.in fine, quod hoc poſſint facere ex tolerantia, & condonatione. Hanc eandem affirmatiuam ſententiam ſequuti ſunt alij nonnulli Doctores relati per Catelian.Cott. in memoral. in verſ. Iudei fænus exercere, & in d.verſ. Vſuræ poſſunt permitti, & per Tuſc.in verbo Iudeus, d.concl.374.nu.3.& in verbo Vſura concl.338.nu.2.Verum eandem affirmatiuam ſententiam late comprobauit Amedeus a Ponte in conſ.poſito poſt dec.57.Ant.Theſauri, vbi relatis hinc inde contrarium tenentibus, & diſputata quæſtione concludit ſecularem principem poſſe hebræis dare licentiã mutuandi ſub vſuris moderatis tamen, & ibi in propoſito declarat, quæ dicantur moderatæ vſuræ, & latius Theſaur.in ſuo conſ.poſt d.dec. Ant. Patris 57.per totum, vbi ad ſaturitatem diſcuſſa dubitatione concludit de iuris rigore poſſe ſecularem Principem ſine peccato hebræis licentiam dare, ſeu ſaltim tolerare, vt vſuras faciant ex iuſta tamen cauſa, licet de æquitate, & tutius conſulat in fine conſilij, vt a Pontifice licentiam impetrent, & amplius hãc affirmatiuam partem apud Doctores (exceptis Theologis) magis communem eſſe teſtari audet, & quatenus contraria eſſet communis, eam tamen non eſſe ſequendam credit.

671 Non recedas a prima opinione, quæ non ſolum eſt æquior, & tutior, vt fatetur Theſaur. ſed etiam verior, & magis communiter recepta, vt ex præallegatis apparet; vide tamen quæ dicam infra in ſeqq. concluſ.

672 IVDEIS, an poſſint ſeculares Principes ſine peccato licentiam dare, ſeu permittere, & tolerare, vt vſuras exerceant nonnulli doctores exiſtimarunt eſſe controuerſiam inter Canoniſtas, & Theologos, vt ſcilicet canoniſtæ partem affirmatiuam ſuſtinuerint, Theologi vero negatiuam; hinc dubitandi occaſio orta fuit numquid in propoſito ſequenda ſit potius opinio canoniſtarum, quam theologorum, quã in re vide Marquar. de iudeis, par.1. c.11.n. 11. verſ. Et ſciendum eſt, vbi poſt Anch.Alex.Dec.Anan.Io. Bapt. de S.Seuerino, & Pariſ. in locis per eum relatis ſcripſit ſtandũ eſſe potius Canoniſtis, quã Theologis, quod & idẽ expreſſe firmauit Theſaur. in ſuo conſ. poſt dec. Ant. Patris 57. num.9.verſ.Et ſi denique, & conſequenter credunt prælati Doctores præualere debere potius opinionem affirmatiuam, quã negatiuã; quod ego minime verum puto, tum quia, vt ſupra dixi, negatiua

tiua opinio magis cemmuniter recepta eſt nõ ſolum a Theologis,ſed etiam a canoniſtis,tum quia vbi agitur de peccato,& ſalute animæ abſurdiſſimum credo eſſe dicere,quod ſtandum ſit potius Theologis quam Canoniſtis.

673 Vide tamen hac in re non mediocris eruditionis Theologum Io.Azzor.inſt.mor.lib.2.c.10. verſ.Aliquorum item eſt opinio fol.mihi 139.p.1.lib.8.c.22 in 13.q.per tot.fol.mihi 1015.ex cuius dictis poſt alios quos allegat hæc præcipua elicitur concluſio, quod licet exigere,& accipere vſuras iure naturali,& diuino prohibitum ſit,& proinde peccare,tam qui exigunt,& accipiunt, tum qui aliquo modo conſentiunt in peccatum eorum,qui eas inique exigunt,aut qui aliquo modo operantur cũ eis in vſuris exigendis,vel accipiendis;Non idcirco tamen peccant principes ſi iudeis vſuras exigere impune permittãt, hoc eſt ſi in iudeos vſuras a chriſtianis exigentes non animaduertant. Niſi expreſſe ſtatutum condant, vel conſuetudinem confirment,qua iubeant chriſtianos ſoluere vſuras,quas ſe ſoluturos iudeis promiſerant,tũc enim hoc principi nullo pacto licere exiſtimat. ex Silueſtr.Angel.Imol.Anan.Zabarell.Alex.& Iaſon.per eum relatis,quorum opinionem dicit probabiliorem licet aliqui alij pariter per eum relati contrarium dixerint.

674 Quod ſi principes,quod attinet ad repetitionem vſurarum a chriſtianis promiſſarum,& ſolutarum nullum expreſſe faciant ſtatutum eandem repetitionem prohibentes,ſed tantum denegent ius repetendi. eas in iudicio ciuili,hoc eſt coram iudice ſeculari (Non tamen impediendo ne eas Chriſtiani repetant coram iudice eccleſiaſtico)& tunc concludit Azzorius principes aliud non facientes,niſi negantes ius repetendi vſuras ſolutas in iudicio ciuili peccatum non committere;Prout nec eos peccare exiſtimat condentes ſtatuta,quibus præcipiant iudeis,ne vltra certam pecuniæ quantitatem maiores exigant vſuras;Sic enim ſtatuere non eſt expreſſe cauere,vt vſuræ exigantur, (quo caſu peccarent Principes ſic ſtatuendo) ſed ne immodicæ accipiantur ſecundum glóſ.quem allegat in clem.1.de vſur.in verbo Facere, quam communi vſu approbatam teſtatur.

675 IVDEIS, vt vſuras etiam a chriſtianis exigant Pontificem poſſe permittere,& tolerare ex cauſa ſibi bene viſa voluerunt Alex.conſ.1.lib.2.Ancha.conſ. 153.inc.Chriſtianiſſime,Io. Baptiſta de S. Seuerino in l.1.nu.58.C.de ſumm.Trin.& fid.Cath.Catelian. Cotta in memorial.in ver.Vſuræ,poſſunt permitti ibi ego autem puto Cagnol.qui tamen remiſſiue loquitur cum allegatis per eum in l.curabit num.7.verſic. Sed quomodo hodie,C.de act.empt.Lupus in tract. de vſur.comment.1.§.4.num.1.& ſeqq.vſq.ad num. 7.vbi licet multa profundat ad oſtendendum, quod neq;Romanus Pontifex poſſit priuilegio, aut diſpenſatione iudeis vſuras permittere, concludit tamen num.5.in fine,quod hoc poſſit facere ex quadam tolerantia,& condonatione,quæ vt ibi per eum differt a diſpenſatione,Marquar.de Iudeis par.1.cap.11.nu. 13.& ſeqq.vbi poſt Ancharan.Alexand.Corn. Barbat.Socc.Iun.& Dec.in locis ibi per eum relatis reprobatiſque contrarium tenentibus teſtatur de communi ex cauſa tamen,vtputa,quando in ciuitate non adſunt impræſtita Montis Pietatis,& periculum verteretur ne egentes pecunijs non inueniendo eas ſub vſuris furta,latrocinia,& ſimilia ſcandala committerent,accedente etiam conſenſu populi ſui, & domini temporalis,& amplius teſtatur hanc vſurarum diſpenſationẽ iudeis alias factam fuiſſe, a Martino Quinto, & Eugenio Quarto,ad quæ vide etiam Tuſch. pract. concl.in verbo Vſura,concl.338.nu.1.17. 19.28.& ſeqq.vbi licet referat etiam doctores contrarium volentes,quod ſcilicet Papa non poſſit iudeis concedere licentiam exercendi vſuras,non tamen negat eum poſſe deſuper diſpenſare,& ex cauſa magna,tamen etiam Principi ſeculari,vt eas permittat licentiam dare non generaliter,ſed in caſibus particularibus. Addo pro hac eadem affirmatiua opinione Theſaur.deciſ.pedem.57.in fine,vbi refert licentiam Sixti Quinti conceſſam Sereniſſimo Duci Sabaudiæ; vt permitteret hebræis mutuare ſub vſuris ſcutorum 18. quolibet anno pro centenario,Amedeum a Ponte in ſuo conſilio poſt d.deciſ.Theſauri 57.verſ.Alij affirmatiuam,& verſ.ſeq.Gaſparem Theſaurum pariter in ſuo conſilio poſt deciſionem Antonij Patris 57. in fine conſilij,verſ.cæterum,vbi etiam refert eandem licentiam eidem Sereniſſimo D.Duci ante Sixtum Quintum datam fuiſſe a Gregorio xiij. ad maiorem ſummam tacitè ſentiens poſſe Pontifices hanc tolerantiã dare.& iterum ſupra num. 7.verſ. In Pontifice vero, poſt alios, quos refert concordantes hanc ſentẽtiam affirmatiuam,ſine dubio procedere affirmant, & nu. 10.verſ.De Pontifice vero miratur de illorum ſententia,qui contrarium dicunt,nec diſſentit Baiar. ad Clar.in §.vſura,num.10.

676 Contrarium,quod nec etiã Papa poſſit hanc tolerantiam mutuandi ſub vſuris iudeis concedere,aut permittere;nec principibus ſecularibus eas permittendi licentiam dare,aut ſuper vſuris diſpenſare, Iaſ. in l.cunctos populos,n.36.alias 54.C.de ſumm. trin. & fid.cath.Pariſ.conſ.68.dubium exoritur,nu.84.& ſeqq.lib. .. Gabr.Samyn.in add.ad Matheſ.ſing.49. incip.Nota quod omnes vſurarij,verſ.Et papa in hoc diſpenſare non poſſet.Couar.var.reſ.lib.3.c.3.nu.8. vbi refert contrarium tenentes,& eorum opinionem falſam eſſe affirmat Clar.in pract.§.vſura, verſ.Hæc autem concluſio,nu.7.vbi dicit hanc contrariã opinionem communem canoniſtarum,& theologorum, ex Neuio in conſ.106.nu.9.& 13.in fin.& conſ.101. poſt nu.14.Suar.in comm.opin.litt.I.n.202.Peguer. dec.crim.30.nu.13.& ſeqq.Pet.Royz deci.Lituan.5 num. 220. & pluribus ſeqq. vbi latiſſime defendit quod ſummi Pontifices non poſſunt ſuis conſtitutionibus iudeis vſuras permittere,proponit contraria, & illis reſpondet, & amplius num.233.teſtatur in hoc omnes conſentire Ant.Theſaur.deciſ.57.nu.2.

in fine,Ioan. Andr. Anton. de Butrio, Io. Baptiſta de Sancto Seuerino, Conrad. & alij relati per Marquar. de iudeis,par.1.cap.11.num. 14. & per Gaſparem Theſaurum in ſuo conſilio poſt d.deciſionem Antonij Patris,cap.7.num.3.verſ. Tertio hanc ſententiam in fine verſiculi, qui tamen per eum relatos non ſequuntur.

677 In hac controuerſia aduertendum puto, quod Papa non ſolet generaliter ſtatuere,quod iudei exerceant vſuras,nec principibus ſecularibus generaliter concedere;vt iudeis exercitiū vſurarum permittant. ſed ex cauſa ſibi bene viſa tollerat iudeos mutuare ſub vſuris ſic,& pariter ſecularibus Principibus licentiam dat,vt habemus in Bulla Pauli Quarti in ordine quinta in prima parte Bullarij; & reliqua vt ſupra fol.mihi 575.in aliam Pij Quarti in ordine 63.in eadem prima parte Bullarij fol.89 r.& in alia Gregorij xiij.in ordine 43.eadem parte fol.mihi 1220.quibus ſummi illi Pontifices præſcripſerunt iudeis fœneratoribus,& eorum liberis nonnullas metus,& capitula ſeruanda.

678 IVDEIS licet vt ſupra dixi, ſeculares Principes non poſſint licentiā ſeu tollerantiā dare ſine peccato vt vſuras exerceant,de conſuetudine tamen generali tam in Italia,quam extra,& illa quidem immemorabili ſeculares principes contrarium de facto ſeruant, conceduntq; hebræis,& licentiam, & tollerantiam mutuandi Chriſtianis ſub vſuris,ſicuti teſtatur Paul. de Caſtro in conſ.397.incipiente Non videtur expediens,lib.2.Marquar.de iudeis,par.1.cap.11.nu.13. poſt medium verſ.Accedentibus quoq; ad hoc conſuetudinibus,Clar.in pract.in §.vſura,num.7. verſic. Hæc autem concluſio, in fine Io. Bapt. Lupus in tractat.de vſuris comment.1.§.4.num.1.& ſeqq.vſque ad num.7.vbi licet multa profundat contra validitatem huius conſuetudinis etiam immemorabilis, non tamen negat,num.5.in fine hanc conſuetudinem a Pontifice,& Principibus tollerari non in vim diſpenſationis,aut conceſſionis,quæ plurimum diſtat a diſpenſatione,vt ibi per eum ſed tollerantię, & condonationis,Rocch.de Curte in tractatu de conſuetudine, num.120.Gaſpar.Theſaur.in ſuo conſil. poſt deciſion.Antonij Patris 57.num. 4. verſ. Secundo pro hac ſententia,vbi plura congerit pro validitate huius conſuetudinis tam in terris principum ſecularium, quam in eccleſiaſticis Card.Tuſch.pract.concl. in verbo Iudeus,concl.374.num.3.& in verbo Vſura, concluſ.338.num.17.& ſeqq.vbi teſtatur de eadem conſuetudine Italiæ ex priuilegij Martini V.& Eugenij Quarti.

679 Et quidem quod hæc conſuetudo ſit vera non habet difficultatem:Difficultas eſt nunquid ſit valida & an excuſet a peccato, & quod non ſit valida tanquam nutritiua peccati non negat Cardinal.Tuſc. in loco præcitato,& vt dixi pluribus probat Io.Baptiſta Lupus vbi ſupra allegatus,quod & idem ſcripſerunt Guidop.in tract.de vſuris,num.35.& ſeq.verſ.Quæro an iudei,Couarru.var.reſolution.lib.3. cap.3. nu. 8.verſ.Item reſpondendum eſſe cenſeo, Alex.de Neuo,conſ.102.num.13.Ludou. Peguer. deciſ. crimin. 30.num.15.verſ.Item etiam fateri oportet, & facit, quod alias dixi, & probaui ſupra in titulo de pœnis temperand.quæſt.95.num.5.& ſeqq. iuncto nu. 42. conſuetudinem excuſare ab vſura, quoad pœnam temporalem,non autem quoad reſtitutionem vſurarum,& a peccato, & propterea, cum ſupra firmauerimus,ſeculares Principes non poſſe ſine peccato abſq; ſedis Apoſtolicæ beneplacito iudeis vſuras permittere ſequitur quod quæcunq; conſuetudo contraria eos a peccato non excuſet.

680 Et licet Io. Azzor.inſtitution.moral.lib.2. c. 10. ſub verſic. Illud vero damnandum non eſt, & in verſ. ſeq.& lib.8.c.22.ſub verſ.In hac quæſt.in fin.opinatus fuerit,poſſe conſuetudinem derogare pœnis,clementin.1.de vſuris,loquitur tamen ipſe quando conſuetudo talis ſciente,& tollerante Romano Pontifice fuit introducta,quamuis addat huic declarationi ſcientiam,& tollerantiam Papæ per verbum Præſertim,quaſi quod etiam ſine tali ſcientia, & tollerantia admittere videatur hanc conſuetudinem,ſed ego,ſaluo rectius ſentientis iudicio,crederem conſuetudinē hanc vti peccati nutritiuam nullo pacto valere ſine ſcientia,& tollerantia Pontificis,qui,vt ſupra dixi, ſicut ex iuſta cauſa,& illa quidem magna, poteſt in aliquibus particularibus caſibus concedere,vt ſeculares principes hebræos fœneratores tollerent, ita etiam conſuetudini prædictæ poſſunt robur dare.

681 IVDEIS eo minus ſeculares principes poſſunt licentiam,ſeu tollerantiam dare,ſine peccato,vt mutuent ſub vſuris,quo ipſi pro hac licentia ; ſeu tollerantia tributum,ſeu lucrum aliquod accipiant, cum & tunc eo magis excommunicationem, de qua in clementin.1.de vſuris incurrere videantur. Guidop. de vſuris,nu.36.in ñ.verſ.Quæro an iudei, vbi quod iſto caſu dicti ſeculares principes ipſo iure excommunicationis ſententiam incurrunt, ex Zabarell. quem allegat in d.clem.1.in 11.notab.& q.16.alios refert Marquar.de iudeis,p.1.c.11.ſub nu.3.& Tuſc.pract. concl.in verbo Vſura,concl.338.nu.18.ex quibus teſtatur de veriori,& communi Theologorum, & canoniſtarum opinionum,Et licet Amedeus a Ponte in ſuo conſilio poſt deciſiones Theſauri,dec.57.ſub verſic.Præterea dicunt hebræi,dicat Doctores conſentire,quod princeps pro permiſſione vſurarum hebræi non poteſt capere aliquod tributum, ſed ſolum pro habitatione,& tollerantia in loco,& hanc Concluſionem declaret,niſi lucrum,ſeu tributum caperet permittendo moderatas vſuras,quia tunc lucrum prædictum capere videtur propter habitationem,& non propter permiſſionem vſurarum,vt ibi per eum. Et pariter Gaſpar Theſaurus in ſuo conſilio poſt d. deciſionem 57.Antonij Patris in fine conſilij,verſ.Concludamus igitur poſſe principem ab hebræis ex iuſta cauſa recipere annuum cenſum pro tollerantia vſurarum.Non tamen recedas a præcedente communi, & vera negatiua opinione,cum,vt ſupra probaui ſecundum

* cundum magis communem Doctor. ſententiam, ſeculares Principes non poſſunt hebræis hanc licentiã mutuandi ſub vſuris dare, nec expreſſe, nec tacite tollerando, aut permittendo, nec ex iuſta cauſa, nec etiã quod vſuræ ſint moderatæ.

682 IVDEIS conceſſa priuilegia de mutuando ſub vſuris ſunt ſtrictiſſime intelligenda, quia odioſa, & in dubio contra eos interpretanda. Multa de horum priuilegiorum interpretatione ſecundum diuerſitatem caſuum contigibilium videas per Cardin. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Iudeus concluſ. 374. per tot. in diſcurſu, vbi præſertim num. 16. & ſeqq. An d. priuilegium illis ſuffragetur quando mutuant ſuper pignoribus derobatis, de quo etiam ego dixi ſupra in tract. de Furtis, quęſt. 177. num. 32. & ſeqq.

683 IVDEI teſtamentum valet etiam non data cautione de reſtituendo vſuras, quia in eo non habet locum diſpoſitio text. in cap. Quanquam de vſuris in 6. ſecundum Ancharan. Florian. Anan. Aretin. Soccin. & alios relatos per Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 66. num. 31. in princ. qui generaliter loquitur non ſolum in diſpoſitione d. cap. Quanquam, ſed etiam in alijs huiuſmodi iuribus, Marſil. ſingul. 609. Dilectus Gualden. cautel. 7. de ijs qui non habent teſtam. factionem, Gabriell. lib. 4. tit. de teſtam. concl. 3. num. 8. Viu. opin. 1053. num. 8. & 9. vbi, & ipſe alios refert Marquar. de iudeis par. 2. cap. 1. num. 2. vbi alios refert Decian. in tractat. criminal. lib. 5. cap. 14. num. 8. cum alleg. per eum, Cardin. Tuſch. practic. concluſ. in verbo Iudeus concluſ. 361. num. 16. Michaell. Craſſ. in tract. de ſucceſſione tam ex teſtamento, quam ab inteſtato S. teſtamentum quæſt 33. num. 6. vbi teſtatur de communi ex Viu. & Gabriell. in locis præallegatis, eamque communiter obſeruari ex Aretin. in conſ. 158. ſubdens quod licet alicui contrarium tenuerint, quia tamen hodie in locis vbi viuunt iudei, habent plerumque priuilegium exercendi vſuras, & defraudandi miſeros chriſtianos, fruſtra de hoc diſputatur.

684 Contrarium quod diſpoſitio d. cap. Quanquam de vſuris in 6. & alia huiuſmodi iura habeant etiam locum in iudeo, voluerunt Dec. Geminian. Abb. & alij relati per eundem Tiraquell. vbi ſupra d. num. 31. verſic. de quo tamen dubitat Suarez in commun. opin. littera I. num. 202. Couarru. var. reſol. lib. 3. cap. 3. nu. 9. in 7. quæſt. vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus in hac reſidet ſententia Ludou. Peguer. deciſ. crim. 31. num. 11. vbi refert, & ſequitur Cou. in loco præcitat. & ampliat. hanc concluſionem procedere non ſolum in teſtamento iudei manifeſti vſurarij, ſed etiam in codicillis.

ARGVMENTVM.

De ſuſpecti iudicis recuſatione regula affirmatiua cum nonnullis ampliationibus, & declarationibus generalibus.

SVMMARIVM.

Recuſationis iudicis diffinitio, num. 685.

Iudice coram ſuſpecto litigare periculoſum eſt, num. 686.

Iudex ſuſpectus ex iuſta cauſa regulariter recuſari poteſt, num. 686.

Recuſari poteſt ſuſpectus iudex non ſolum in ciuilibus ſed etiam in criminalibus, num. 687.

Recuſari poteſt iudex ſuſpectus non ſolum a reo, ſed etiam ab actore, num. 688.

Tertius comparens in iudicio pro ſuo intereſſe poteſt ſuſpectum iudicem recuſare, num. 689.

Iudex habens liberum arbitrium poteſt etiam ſuſpectus recuſari, num. 690. vbi etiam quid de iudice, cui data eſt poteſtas iudicandi ſecundum ſuam conſcientiam.

Exceptionibus prohibitis a ſtatuto non cenſetur prohibita exceptio recuſationis, num. 691.

Recuſare non poteſt iudicem ſuſpectum, qui illum impetrauit, num. 692. niſi ſuſpicionis cauſa aut de nouo ſuperueniſſet, aut nouiter detecta fuiſſet, num. 693. & 694.

Iudex datus de conſenſu partium recuſari non poteſt, num. 695. niſi ſuſpicionis cauſa aut ſuperueniſſet poſt conſenſum, aut iam orta poſtea ad notitiam deueniſſet, num. 696.

Iudex recuſari non poteſt ab eo, qui in illius iuriſdictionem comparendo conſenſit, nu. 697. & ſeq. vbi etiam quando dicatur recuſans conſentire in iuriſdictionem iudicis.

Recuſari non poteſt iudex in notoriis, num. 699. contra num. 700.

Declara primam opinionem procedere quando pœna eſt ordinaria, & certa, ſecus ſi arbitraria, num. 701.

Iudex allegari non poteſt ſuſpectus quando ſic a ſtatuto cautum eſt, num. 702.

Iudicis recuſatio debet proponi in ſcriptis, & oblato libello, num. 703.

Recuſari non poteſt iudex a procuratore non habente ſpeciale mandatum, num. 704.

Iudex etiam notorie ſuſpectus poteſt in cauſa procedere & pronuntiare antequam recuſetur, & ſic eſt neceſſaria recuſatio, vt impediatur proceſſus a iudice ſuſpecto factus, num. 705. Declara, vt num. 706.

685 IVDICIS ſuſpecti recuſati materiam tractaturus non ab re eſſe putaui, ſi pauca quædam de recuſationis diffinitione præmittam, & quidem Speculator in tit. de recuſatione in rubrica dixit recuſationem eſſe iuriſdictionis, vel audientia cauſa ſuſpicionis præpoſitam declarationem, alij tamen dixerunt, quod recuſare aliud non eſt, quam iudicem ſuſpectum ante litis conteſtationem proclamare,

re, alij dixerunt quod recuſatio eſt audientię, vel iu-
riſdictionis declinatio per exceptionem ſuſpicionis
oppoſita, alij dixerunt, quod recuſatio eſt cognitio-
nis iudicialis refutatio, Hoſtienſis autem in tit. de
recuſar. iudic. delegat. num. 1. dixit recuſationem eſſe
ob iuſtam cauſam ſuſpicionis contra iudicem propo
ſitam audientiæ eiuſdem iudicis declinationem ca-
nonicè allegatam verum Ioan. Andr. ad Speculator
vbi ſupra littera D, in verbo Recuſatio, aduertit aliud
eſſe diffinire recuſationem ſimpliciter, aliud autem
diffinire recuſationem legitimam; prout facit Hoſtiē-
ſis in loco præallegato, vide ad hæc Aufrer. in tract.
de recuſatione num. 1. vide aliam diffinitionem, ſeu
deſcriptionem, Bal. in l. in Puberibus §. fin. ff. de ſu-
ſpect. tutor. relatam per Sigiſmund. Scacciam de iu-
dic. cauſ. ciuil. crimin. &c. lib. 1. cap. 101. num. 21. Ia-
cob. Laur. in tractat. de iudic. ſuſpecto c. 14. n. 1. verſ.
illam tamen non prætermittam deſcriptionem.

686 IVDICE ſuſpecto exiſtente cum periculoſum
ſit coram ipſo litigare cap. quia ſuſpecti 3. quęſt. 5.
* l. apertiſſimi, C. de iudicijs vbique, & paſſim commu
niter Doctores omnes hoc ideo iure recuſari poſſe
regulariter text. eſt in cap. poſtremo de appellation.
ibi, vel ex alia iuxta cauſa ſuſpectus huiuſmodi dele
gatus non immerito poterit recuſari, & ibi gloſ. in
figuratione caſus in vltimo notabili, & Doct. omnes
* communiter Præpoſ. Mediol. in cap. cum ſpeciali nu.
24. de appellation. item, & text. in dicta l. apertiſſimi
C. de iudicijs in illis verbis liceat ei, qui ſuſpectum
iudicem putat, antequam his inchoetur eam recuſa-
* re, & ibi gloſ. & communiter omnes Canoniſtæ, Co-
uarru. practicar. quæſt. cap. 26. in princ. vbi pulchre
hanc comprobat regulam pract. Conrad. rubr. de ex-
cept. nu. 7. Iacob. Port. Imol. conſ. 91. nu. 15. & ſeqq.
vbi generaliter loquitur in omni iudice cuiuſcunque
conditionis ſit, aduertitque exceptionem recuſatio-
nis naturali ratione in hominum defenſione funda-
tam eſſe, Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 152.
n. 1. vbi quod hæc regula dicta ut a naturali ratione
Pacian. de probat. lib. 2. cap. 45. num. 1. Seraphin. de
priuil. iuram. priuil. 7. num. 1. Cardin. Tuſch. practic.
concluſ. in verbo Suſpectus concluſ. 910. num. 1. &
ſeqq. Iacob. Laurent. de iudic. ſuſpect. cap. 8. num.
26.

Hæc autem regula ampliatur nonnullis modis, &
alijs modis etiam declaratur de quibus mox ſucceſ-
ſiue dicam.

687 IVDEX ſuſpectus recuſari poteſt non ſolum in
ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, & ſiue proceda
tur per accuſationem, ſiue etiam per inquiſitionem
officio iudicis tex. eſt in cap. cum ſpeciali de appella-
tion. & ibi hoc adnotarunt glo. in verbo cum iudice,
Innoc. num. 6. in verbo aduerſarij, Bald. num. 3. & 4.
Franc. num. 34. & Alex. de Neuo num. 29. deciſ. Pe-
demon. 15. in princ. num. 8. & 9. vbi loquitur etiam
in iudice ordinario eſt etiam gloſ. in cap. qualiter, &
quando in gloſa magna verſ. Item ſi ille de accuſat.
* quam communiter teneri teſtatur Marian. in d. cap.
Qualiter, & quando nu. 78. refert, & ſequitur Clar.
in pract. §. final. quæſt. 43. in princip. & ibi Baiard. in
addition. num. 18. vbi quod in criminalibus cauſæ
ſuſpicionum non probantur coram arbitris, ſed prin
ceps auditis cauſis pro parte reorum expoſitis ſi ei iu
ſtæ videbuntur remouet iudices ſiue ordinarij, ſiue
delegati ſint, vel dant adiunctum ſuo arbitrio, Lan-
cell. de attent. cap. 6. in princip. Theſaur. deciſ. Pede-
mon. 255. num. 6. Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in
verbo Suſpicio concluſ. 907. num. 10. vbi refert, &
ſequitur Clar. in loco præallegato, Sigiſmund. Scac
cia de iudic. cauſ. ciuil. crimin. &c. lib. 1. cap. 66. ſub
num. 16. ante finem, vbi poſt Staphil. Foſſan. & Mar-
cheſ. in locis per eum relatis concludit in criminali-
bus facilius dari adiunctum iudici ordinario, quam
in ciuilibus, & amplius ſubdit quod ſuſpicionis cau
ſa ſolo iuramento probatur, ſed hoc vltimum non eſt
verum, prout dixi num. 886. Addo Iacob. Laur. in
tract. de iudic. ſuſpecto c. 5. num. 12. vbi probare co-
natur in criminalibus ex iuſta cauſa Iudice ordina-
rio non dari Adiunctum, ſed in totum remoueri.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ.

688 IVDEX ſuſpectus recuſari poteſt non ſolum à
reo, ſed etiam ab Actore, niſi Iudicem impetrauerit
ſecundum gloſ. in l. apertiſſime C. de iudicijs in ver-
bo Litigantibus & ibi etiam Bellapertic. col. 3. poſt
princ. verſ. ſequitur videre, vbi plene declarat quo-
modo contingere poſſit, quod iudex recuſetur tam à
reo, quam ab Actore, & Ioan. Siccard. num. 2. Specul.
in tit. de recuſatione §. 1. num. 3. vbi allegat pro, &
contra.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

689 IVDEX ſuſpectus recuſari poteſt non ſolum ab
vna ex principalibus partibus litigantibus, ſed etiam
à tertio comparente pro ſuo intereſſe text. eſt in cap.
cum ſuper, & ibi Doctor. extra de offic. delegat. Præ-
poſit. Alexandr. in c. poſtremo num. 11. col. final. in
69. cauſa extra de appellat. & ibi etiam Franc. col.
fin. in fin. verſ. 5. & vltimo adde Alex. de Neuo num.
34. & 35. Franch. in c. cum ſpeciali num. 45. eod. tit.
de appell. Aufrer. in tract. de recuſat. num. 38. verſ.
lxix. Vant. in tract. de nullit. rubr. Quis poſſit dicere
de nullitate ſub num. 10. Pract. Conrad. rubr. de ex-
cept. num. 7. in fin. in 5. ampliation. Lancel. de atten.
par. 2. cap. 6. num. 59. Sigiſm. Scacc. de iudic. cauſ. ci
uil. crimin. &c. lib. 1. cap. 101. num. 13. cum allega-
tis per eum.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

690 IVDEX recuſari poteſt ſuſpectus ex iuſta cauſa
etiam, quod in delegatione ſit ſibi datum liberum in
iudicando arbitrium etiam ſecundum ſuam con-
ſcientiam, ex plene deductis per Iacob. Laur. in tract.
de iudice ſuſpecto c. 9. num. 10. & per tot. caput, vbi
plene tractat. materiam clauſulæ conſcientiam tuam
oneramus.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

691 IVDEX recuſari poteſt ſuſpectus non obſtante
ſtatuto prohibente non poſſe opponi aliquas excep-
tiones

tiones ſecundum gloſ.in c.quoniam contra de probat.vbi etiam Abb.Aſin. in pract.cap. 31. §. 45. qui tamen ſe refert ad ſcripta per Dec. in cap. ex parte el 2.limitat.24.de offic.deleg.Menoch.de præſumpt. lib. 2.præſump.48.num.32.qui pariter allegat Dec. in d.c.ex parte,Iacob.Lau.de iudic. ſuſpect.c. 8. nu. 34.vbi hanc concluſionem intelligit procedere quãdo ſtatutum imponeret etiam pœnam opponenti exceptionem contra ſtatuti prohibitionem, verum vbi ſtatutum ſimpliciter exceptiones excluderet, quod tunc cenſeatur etiam excluſa recuſationis exceptio pluribus probat.

Et hæc ſit quinta ampliatio ſequuntur modo limitationes,ſeu declarationes.

692 IVDICEM impetrans non poteſt illum ſuſpectum allegare per regulam, quod iudicem quemquis elegit recuſare nõ poteſt auth.offeratur, C.de litis conteſtat. l. Papinianus, & auth.& conſequenter C.de ſententijs,Franch.in cap.poſtremo num. 9. de appellation.gloſ.in cap. inſinuante,de offic.delegat. in verbo Cõſenſerit, vbi & alia concordantia iure allegat, & ibi etiam Hoſtienſ. ſub num.6. in eodem verb. Conſenſerit.Ant.de Butr. num.19.Bellam.nu. 1.verſ.ſecundo oppunitur,Card. Zabarell. col.final. ad fin.verſ. Quinto oppono.Item gloſ.in l.apertiſſimè,C.de iudicijs in verbo Litigantibus,&ibi Pau.de Caſtr.num.9.Iaſ.num.1.in 1. limitation. & Iacobin. de S.Georgio nu.26.in fi. verſ.Decima quinta cauſa eſt, & Ioan.Siccar.num.2.Specul.in tit.de Iudice de leg. §. ſupereſt, ſub num. 1. verſ. Item ſi ad petitionem alterius.Speculator in tit.de recuſat. §. 1. num. 2.in fine.Marant.de ord.iudic. par.6.num.53. & nu. 76.Quintilian.Mandoſ.de commiſſ.in formul.8.in verbo Ad inſtantiam, vbi magiſtraliter hanc probat concluſionem Pacian.de probation.lib. 2.cap.45.nu. 54.vbi quod iſto caſu non eſt probanda alia cauſa ſuſpicionis,cum ſufficiat iudicem fuiſſe impetratum ab aduerſario,& num.86.idem dicit Seraphin. de priuil.iuram priuil.7.num.9.Card.Tuſc. pract. concluſ.in verbo Suſpicio,concl.907.num.17.& in verbo Iudex,concl.422.nu.13.vbi ampliat etiam,quod iudex ſit impetratus a procuratore,Iacob.Laur.de iudic.ſuſpecto,cap.5.num.22.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ.

693 Declara niſi tempore impetrationis impetrans ſuſpicionis cauſam ignoraſſet,Ioan.Andr.in cap.poſtremo de appellation.num.2.verſ.dicit etiam,vbi tamen ſubdeclarat,quando ignorantia fuit probabilis, alias ſecus,& ibi etiam Anchar.num.8. verſ. Vltimò quæritur,Henric.Boic.poſt num.5. verſ. Dicit etiam Boatin.Bellamer.num. 2. ante finem, Anto. de Butr. num.5.in fin.verſ.An poſſit recuſari ab actore,Imol. num.2.ad med.Franch.num.9.in fin.Seraph.de priuileg.iuram.priuil.7.num.10.

694 Idem ſi cauſa ſuſpicionis poſt impetrationem ſuperuenerit ad gloſ.in cap. inſinuante in verbo Conſenſerit de offic.deleg.vbi etiam Hoſtien.ſub num.6. poſt medium in dicto verbo Conſenſerit, Anton. de Butr.poſt num.19.& Abb.num.10.Marant. de ordine iudic.par.6.num.76.Pariſ.conſ.31.num. 94. lib. 1.Seraph.de priuileg.iuram.priuileg.7.num.10.Theſaur.deciſ.pedemont.295.num.3.Card. Tuſc. pract. concluſ.in verbo Suſpicio,concluſ.907.num. 17. & faciunt quæ in ſimili dixi infra in ſequenti limitatione,num.696.

695 IVDEX datus de conſenſu partium recuſari nõ poteſt ſecundum Bellapertic.in l.apertiſſimi, colum. ſecunda ante med.verſic.Idem dico,quod non poteſt recuſari,C.de iudic.& ibi etiam Iaſ.num.2.verſic.Secundo limita.Specul.in tit.de recuſat.§.1. num.6. in fin.Pacian.de probat.lib. 2.cap.45.num.84. Seraph. de priuileg.iuramen.priuileg.7.num.9.Card.Tuſch. practicar.concluſion.in verbo Suſpiciõ, concluſion. 607.num.17.Iacob.Laur. de iudic. ſuſpecto, cap. 5. num.23.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

696 Declara,quia etiam de conſenſu partium aſſumptus iudex noua cauſa ſuperueniente,aut nouiter detecta recuſari poteſt,l.non diſtinguemus,§.cum quidam,ff.de recept.arbitr.gloſ.in cap.ſtatutum, §. cum autem in verbo Recuſent,de reſcriptis in 6.Præpoſit. Mediol.in cap.cum ſpeciali,num.24.de appellat.Bellapert.in littera G,apertiſſimi,col.2.eod.verſ.Item dico,Seraph.dicto priuil.7.num.10.& ſeqq. & num. 16.Card.Tuſc.d.concl.607.num.17.Iacob.Laur.de iud.ſuſpecto cap.5.num.19.

697 IVDEX ſuſpectus recuſari non poteſt ab eo,qui licet illum non impetrauerit, nec de eius conſenſu fuerit electus,habita tamen notitia de cauſa ſuſpicionis conſenſijt in illius iuriſdictionem text. eſt in cap. inſinuante de offic. deleg. in fine, in illis verbis, Niſi poſt quam familiaris eius effectus litigare conſenſerit coram illo,vbi dicitur,quod licet poſt litem conteſtatam ex noua ſuperuenienti cauſa poſſit iudex recuſari,hoc tamen non procedit,quando quis habita notitia ſuſpicionis poſt litem conteſtatam in illius iuriſdictionem conſenſiſſet aliquem actum faciendo,& ibi hoc notat gloſ. in verbo Conſenſerit, & in verbo Alioquin,& ibi etiam Innoc.num.2. in eodem verbo Conſenſerit,Hoſtien.ante numerum primum,in verbo Calculum,num.6.in fin.in verbo Alioquin, Bald. num.2.vbi quod iſto caſu conſenſus elicitur per vnicum actum,Ancharan.num.2. colum.1. in 7. notab. Anton.de Butr.num.6.in 4.notab.& num. 19. in fine verſic.Quid ſi iſte impetrans Abb. num.9. Felin. nu. 11.Imol.num.2.Card.Zabarell. num. 2. in 7. notab. Paul.de Caſt.in l.apertiſſimi poſt num. 2.verſic. Vel alio modo couſenſiſſet in iudicem,C.de iudicijs, Speculat.in tit.de recuſation.§.ſit autem recuſatio,num. 3.Marant.de ordine iudic.par.6.num.25.& num.75 Nouell.reg.32.in 7.fallentia,Alexand.conſil.12.nu. 6.lib.6.Roman.conſ.220.num.7.ante finem, verſic. Tertio quia,Burſatt.conſ.21.num.27.& ſeqq.vbi de communi Pacian.de probation. lib. 2.cap.45.num. 13.Card.Tuſc.practicar.concluſion.in verbo Suſpectus,concluſion.909.num.3.vbi amplius,quod ſufficit

cit conſenſus procuratoris in verbo Iudex concluſio. 422.num.6.Sigiſmund.Scaccia in tract.de appellat. quæſt.11.num.52.verſ. Subreſtringe primo.

Et hæc ſit rertia limitatio.

698 Verum quando quis iſto caſu conſentire dicatur in iuriſdictionem iudicis ſuſpecti vide Bellapertic.bene declarantem in l.Apertiſſimi C.de iudicijs colum. 3.ad fin.& col. 4. in princ. vbi præſertim an per citationem, & comparirionem ante litem conteſtatam. & an etiam per permiſſionem de iudicio aſſiſti cenſeatur in ſuſpecti iudicis iuriſdictionem conſenſum, Burſatt.conſil.21.num.30.& ſeq. vbi declarat non induci conſenſum per comparitionem recuſantis cum protestatione, quod non intendit comparendo recuſationi renunciare, Iacob. Laur.de iudic. ſuſpect.cap. 14.num.8.& num.10.vbi an quis dicatur conſentire in iudicem per præſtationem ſatisdationis de ſtando iuri, ſeu iudicio inſiſti, & num.9.an per petitionem copiæ libelli, & num.11.an per voluntariam promiſſionem ſeu cautionem, & num.12. an per conſtitutionem procuratoris, & num. 13. vbi an iuriſdictio cenſeatur prorogata per diſputationem ſuper dilatoria ab aduerſario oppoſita, & num. 16. vbi quid de comparente cum proteſtatione prædicta.

699 IVDEX non poteſt vt ſuſpectus recuſari in notorijs præſertim quando criminaliter agitur ſuper notorio crimine, aut enim reus fatetur factum notorium & non poteſt euadere pœnam, aut negat, & idem quia negatio conuincitur per euidentiam rei, & ſic non facit rem dubiam, & conſequenter iudex recuſari non poteſt, vt per Imol.in cap. cum ſpeclali num. 16. de appellationib. & ibi etiam Anr. de Butr. num. 7. Franch.num.24.Alberic.in l.apertiſſimi, ante numerum primum verſ.in notorijs, C.de iudicijs, & ibi etiã Aretin.num.3.in fin.verſ. Scias tamen, quod in crimine notorio, Speculator.in tit.de recuſatione, §.effectus autem num.37.Nouell.reg.32.verſ.Fallit in crimine notorio, Carauit.ſuper ritu magn.cur.265.n. 11.Pract.Conrad.rubr.de exception.num. 6. Iacob. Laur.de iud.ſuſpect.cap.11.num. 2. vbi in ſpecie loquitur de notorio delinquente; & num.20.vbi quid quando iudex recipit recuſationem in notorijs tenetur exprimere cauſam reiectionis, & ibi etiam declarat an ſufficiat exprimere hanc cauſam in genere, an vero debeat exprimere in ſpecie, & quomodo.

Er hæc ſit quarta limitatio.

700 Contra quod in notorijs poſſit iudex recuſari præſertim in ciuilibus, & quando notorium eſt facti tranſeuntis, nõ autem permanentis, & amplius quod notorietas non tollat recuſationem niſi ex cauſa friuola, & fruſtratoria, defendit Burſat. conſ.21.nu.23. & ſeqq.lib.1.refert eum, & ſequitur Lancell.de attentat.cap.6.nu.25.

701 Declara primam opinionem præmiſſa procedere quando poena eſt ordinaria, & certa a iure ſtatuta, ſecus ſi eſſet arbitraria; tunc enim cum in arbitrando iudex poſſet reddere partem, hoc ideo ex iuſta ſuſpicionis cauſa recuſari poteſt ſecundum Imol.in d. cap.cum ſpeciali num. 16.verſ.& quod dixi extra de appellation.& ibi etiam Ant.de Butr.num.7. verſic. Hæc dicit vera, Franch.num.24. Specul.in tit. de recuſatione §.effectus autem in fin.nu. 37. verſ. Secus vbi forte, Carauit ſuper ritu magnæ curiæ 265. nu. 11.Burſat.conſ.21.num.24.lib.2.Lancell.de attent. cap.6.nu.27.Iacob.Laur.de iud.ſuſpect.cap. 11.nu. 38.vbi quod hæc diſtinctio ab omnibus commendatur.

Vide ad hanc materiam, & declarationem quæ dixi infra num. . . . & ſeq.& ſupra quæſt.21.nu.129.& ſequenri.

702 IVDEX ſuſpectus allegari non poteſt, quando ſic ſtatuto cautum eſt, Roman.conſ.220.num.7.verſ. quod autem nulla, & ibi Mandoſ.iri addirion. litera M, in verbo Conſtirutione, vbi alios refert concordantes Card.Tuſch.pract.concluſ.in verbo Suſpicio concluſ.913.num.37.

Et hæc ſit quinta limitatio.

703 IVDICIS recuſatio debet proponi in ſcriptis ſicut appellatio ad gloſam in cap. Quoniam contra in verbo Recuſationes, de probatio.& in cap. 2. requiris, §.1.de appellat.cum alijs per Franc.in cap.Cum ſpeciali nu.20.de appellatt.& ibi etiam Præpoſ. Mediolan.num.18.Hoſtien.in cap.Suſpicionis cauſa, nu.1. in verbo Contra iudicem, de offic. deleg. & ibi etiam Bald.num.7.vbi dixit, quod licet in cauſa ſuſpicionis non ſit offerendus libellus, ſed ſufficiat talis qualis petio, quia tamen recuſatio debet fieri in ſcriptis ipſa recuſationis productio poſtea facta coram arbitris habetur pro libello, Bellamer. num.7.in 9.quæſt.& quod recuſatio iudicis non ſolum debeat fieri in ſcriptis, ſed etiam debeat recuſationis libellus afferri, probat text. in l. Apertiſſimi, C.de iudicijs in illis verbis libello recuſationis ei porrecto, & ibi gl. & Canoniſtæ omnes ponunt huius libelli formam, & materiam pertractant Speculat. in rit. de recuſatione, §.Qualirer autem, num.1.Roland.conſ.19.nu. 18.lib.3.Aufrer.in tract.de recuſatione num.2.Lanfranch.de oriano in repetitione cap.1.Quoniam contra rubr.de recuſat.nu.115.extra de probation. Rot. diuerſ.deciſ.2.nu.4.par.2. Andr. Gail.obſeruat.33. num.13.lib.1.Pacian.de probation.lib.2.cap.25.nu. 9.& 10.Sigiſmund.Scaccia de iudic.cauſ.ciuil.crim. &c.lib.1.cap.101.num.22.cum alleg.per eum.

Et hæc ſit ſexta limitatio, ſeu potius declaratio propoſitæ regulæ.

704 IVDEX recuſari non poteſt a procuratore, niſi habeat ſpeciale mandatum; qui enim iudicem ſuſpectum allegat actione Iniuriarum tenetur ſecundum Bald.in cap. ſuper quæſt. de offic. deleg. & Angel. in l.quæ omnia per illum text. ff. de procuratoribus, & propterea ſequitur quod procurator non poſſit aliquid facere, per quod dominus incidat in pœnam ſi ad id non facit ſpecialiter conſtitutus, vt dicit Bar. in l.ſi procurator nu.6.& 7.per illum text.ff. de condit.indebit.& per hanc rationem ſic in ſpecie voluit Rebuff.in tract.recuſat.art.1.gloſ.1.nu.1. vol. 3. vbi

tamen

tamen teſtatur quod eum fuiſſe deciſum, & ſeruatum quod ſi principalis eſſet abſens poſſet procurator iudicem allegare ſuſpectum cum promiſſione de rato infra certum petitum terminum, & interim iudex debet ſe abſtinere a cognitione cauſæ, refert eũ & ſequitur Carauit.ſuper ritu magnæ curiæ 265.nu. 25.Roland.conſ.19.num.2.vol.3.Baiard.ad Clar. quæſt.43.num.8. vbi refert dicta per Rebuff. & Carauit.in locis præallegatis, Lancell.de attentat.cap.6. num.5.& ſeqq.vbi quod ſi aſſertus procurator parte opponente iudicem recuſaſſet recuſatio non dicitur legitima etiam quod poſtea doceatur de mandato ex allegatis ibi per eum deciſionibus,& num.46.vbi ſcripſit, quod recuſatio facta per aſſertum procuratorem puta per iuramentum per horreſcentiæ non inualidat proceſſum quouſque dominus illam non ratificauerit, Thom.Triuiſan.deciſ.51.nu.6.lib.1. Pacian.de probat.lib.2.cap.45.num.102.Card.Tuſch. practicar.concluſ. in verbo Suſpicio concluſ.913. num.38.

Et hæc ſit ſeptima declaratio.

705 IVDEX etiam notoriæ ſuſpectus, poteſt in cauſa procedere, & pronunciare antequam recuſetur,& ſic eſt neceſſaria recuſatio, vt impediatur proceſſus etiam quod pater eſſet iudex in cauſa filij, Io. Andr. in cap.poſtremo de appellat.num.4.in verbo Recuſari,& ibi etiam Anchar.nu.1. in 1.notab. Bellamer. num.3.colum.2.in princip. in verbo Recuſari, Ant. de Butr.num.9.verſ.Quid ſi conſanguineus,Abb.nu. 7.in fin.Imol.num.3.in fine, verſ.Illud etiam tene, Anan.num.7.Prepoſ.Mediol.num.5.Franch.num.1. in 2.notab.Alex.de Neuo nu.5.& ſeqq.in 3.notab. Felin.in cap.cauſam quæ, colum.final.verſ.Septimo fallit,de offic.delegat.vbi propterea dixit dominum poſſe eſſe iudicem in cauſa ſui familiaris niſi opponatur,& ibi etiam Dec.num.11.verſ.Si autem non recuſatur,& num.12.& ſeqq.quem bene declarantem hanc materiam videas Addo pro hac eadem concl. gloſ.in cap.Iudex ab apoſtolica in verbo Proponatur in fine,verſ.Item licet iudex ſit ſuſpectus,de offic.delegat.in 6.Viu.opin.866.num.3.

Et hæc ſit octaua declaratio.

706 Fallit ſi iudex fuerit ſuſpectus ex cauſa capitalis inimicitiæ, tunc enim proceſſus ab eo factus,erit nullus, etiam non appoſita recuſatione ſecundum Præpoſ.Mediol.in cap.cum ſpeciali num.40.in fine, de appellat. poſt Bald. & Ang. in locis ibi per eum relatis.

ARGVMENTVM.

Iudices, qui ſuſpecti recuſari poſſint, & quid præſertim de Papa, Imperatore, alijſq; ſupremis Principibus,Concilio, Collegio, Ciuitate, ſeu Vniuerſitate.

SVMMARIVM.

Suſpectus recuſari poteſt vnuſquiſque qui vel referendo,vel pronunciando, poteſt partem litigantem lædere, num.707.

Vniuerſitas, Ciuitas, Collegium, Collegiique, & Vniuerſitatis Rectores, & Conſules, recuſari poſſunt, num.708.licet alij contra, num.709.

Vniuerſitas, & Collegium recuſari poteſt, quando omnes de Collegio,ſeu Vniuerſitate ſunt ſuſpecti, aliter ſecus, num.710.

Recuſari poteſt totum Collegium, totaque Vniuerſitas, vt ſuſpecta,licet non omnes de Vniuerſitate,& Collegio ſint ſuſpecti,quando Collegij, ſeu Vniuerſitatis caput,& principalis eſt ſuſpectus,num.711.Declara vt num.712.

Collegium,& Vniuerſitas tota recuſari poteſt, quando principaliores, ſeu maior pars officialium eſt ſuſpecta, num.713.

Recuſari poſſunt omnes officiales vnius tribunalis, quando illius tribunalis Caput, & Superior eſt ſuſpectus,num.714.

Arbiter iuris recuſari poteſt ſuſpectus ex iuſta cauſa, num.715.

Arbitri compromiſſarii recuſari non poſſunt ſuſpecti, niſi ex cauſa ſuperueniente, vel nouiter detecta, num.717.

Arbitri iuris,ſeu neceſſarii iudicantur,& qui etiam dicantur arbitri voluntarii, num.716.

Aſſeſſor, & Conſultor iudicis recuſari poteſt ſuſpectus ex iuſta cauſa,num.718.

Notarius,& tabellio ex iuſta ſuſpicionis cauſa,recuſari poteſt, num. 719. & 720. vbi idem de examinatore.

Papa, Imperator, & quilibet alius ſupremus Princeps, recuſari non poteſt,iudex etiam in cauſa propria, num.721.

Declara vt num.722.

Concilium generale recuſari non poteſt, num. 723. Poteſt vero recuſari Concilium prouinciale, num. 724.

Cardinales iudices recuſari non poſſunt, vt ſuſpecti, num.725.

Contra num. 726.& ſeq.

Exequutor merus recuſari non poteſt, vt ſuſpectus, nu. 728.

Declara vt num.729.

Exequutor mixtus recuſari poteſt, vt ſuſpectus, num. 730.

Fiſcalis procurator nunquid poſſit ſuſpectus recuſari num.730.in fine.

707 IVDEX recuſari regulariter poteſt vnuſquiſque, qui vel referendo, vel pronunciando poteſt lędere partem,ex allegatis per Pacian. de probation.lib.2.cap.45.nu.43. Villalob.in commun.

mun.opin.littera I,num. 161. & ibi Ficeard. in addit. verſ. Item nota, vbi magis generaliter dixit recuſari poſſe omnem perſonam, quæ in iudicio interuenire poteſt, & hæc regula pariter habet ſuas ampliationes, & limitationes, de quibus mox dicam.

708 IVDEX recuſari poteſt ſuſpectus non ſolum particularis aliqua perſona, ſed etiam quæcunque vniuerſitas, ciuitas, collegium, vniuerſitatiſque, & collegij Rectores, & Conſules cap. licet, et ſuſcepto de foro competenti, Franch. in cap. Poſtremo num. 17. extra de appellat. & in cap. Cum ſpeciali nu. 31. eodem tit. de appellat. & ibi etiam Præpoſ. Mediol. num. 28. Alberic. in l. Apertiſſimi num. 6. C. de iudicijs, & ibi etiam Iaſ. num. 10. vbi quod poſſunt allegari ſuſpecti omnes Doctores vnius Ciuitatis ſecundum Alberic. qui ita in pract. ſeruari teſtatur in trac. de ſtatutis par. 2. quæſt. 100. Iacobin. de S. Georgio in l. Apertiſſimi num. 32. C. de iudicijs, vbi quod poteſt recuſari vniuerſitas iudicium, Roland. conſil. 19. nu. 4. & ſeqq. lib. 3. vbi pluribus hanc probat concluſionem, & contrarijs reſpondet, & num. 16. teſtatur
* de communi Iacob. Port. Imol. conſ. 91. num. 18. vbi alios refert, & per totum conſilium reſpondet contrarijs, Pariſ. conſil. 31. nu. 99. lib. 1. Viu. opin. 867. vbi hanc concluſionem admittit in collegio, licet in ſenatu, & ciuitate contrarium teneat, vt infra eum referam And. Gail. obſeruat. 33. num. 2. lib. 1. vbi dixit communiter receptum eſſe poſſe totum collegium, vel vniuerſitatem recuſari, licet poſtea ipſe hanc communem ſequi non videatur Lancell. de attentat. cap. 6. num. 36. vbi refert, & ſequitur Iacob. Port. Imol. in loco præallegato, Pacian. de probat. lib. 2. cap. 45. num. 99. cum allegatis per eum Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Suſpicio concluſ. 907. num. 8. vbi
* de communi, & nu. 19. Sigiſmund. Scacc. de appell. quæſt. 16. limitat. 1. num. 16. verſ. Et quod quæcumque vniuerſitatis, Iacob. Laur. in tract. de iudice ſuſpecto cap. 3. num. 15. & ſeqq. vbi tamen declarat dummodo de iuſta ſuſpitionis cauſa manifeſte conſtaret alias ſecus.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ, quæ limitatur, vt infra num. 710.

709 Licet contrarium tenuerint relati doctores per Roland. Iacob. Port. & Iacob. Laur. in locis præallegatis, & in ſpecie, Bald. in l. Hoc modo num. 1. ff. de condit. & demonſtr. vbi dixit fraudem præſumi in eo, qui omnes ſapientes ciuitatis tanquam ſuſpectus recuſat
* & hoc Baldi dictum magis communiter teneri teſtatur Viu. opin. 867. num. 1. & 2. vbi alijs relatis reprobato Rolando in d. conſ. 19. contrarium tenente ampliat hanc contrariam ſententiam in concilio, vel ſenatu, ita teſtatur ſe alias iudicaſſe, & in pract. ſeruari vidiſſe (licet, vt ſupra eum retuli in collegio primam affirmatiuam opinionem admittat) & Viu. ſic dicentem refert, & ſequitur Andr. Gail. obſeruat. 33. num.
* 2. vbi licet pariter communiter receptum eſſe teſtetur poſſe totum collegium, vel vniuerſitatem recuſari, adhæret tamen ſententiæ Viuij quoad totum ſenatum, vel ordinem decurionum, & num. 3. hanc contrariam ſequi videtur ſententiam etiam in collegio.

710 IVDEX ſuſpectus recuſatus etiam quod ſit vniuerſitas, ciuitas, aut collegium, vt modo dixi declara hoc dictum procedere, quando omnes de collegio, ciuitate, vel vniuerſitate eſſent ſuſpecti, ſecus aliqui tantum, quia tunc ſuſpecti recuſabuntur, vt collegio non interſint, non autem collegium, ciuitas, aut vniuerſitas remouebitur ex alleg. per Præpoſ. Mediol. in cap. cum ſpeciali num. 28. de appellat. & ibi addentes litera A, alios referunt concordantes, Abb. in cap. cauſamque num. 1. in fine in 1. notab. de offic. deleg. & ibi etiam Felin. nu. 1. vbi reſpondet contrarijs, Bero. conſ. 16. num. 7. lib. 3. & num. 26. Iacob. Laur. de iudic. ſuſp. cap. 3. num. 22. ante finem.

Hæc autem limitatio ſublimitatur, vt infra in ſeqq. num.

711 IVDICE exiſtente aliquo collegio, vel vniuerſitate licet totum collegium, totaq. vniuerſitas recuſari non poſſit, niſi omnes de collegio, & de vniuerſitate ſuſpecti fuerint, vt modo dixi. Hoc tamen fallit quando ille, qui ſuſpectus habetur eſt caput, ſeu principalibus in ipſo collegio vel vniuerſitate, tunc enim totum collegium, totaq. vniuerſitas recuſari poteſt ſecundum gloſ. in cap. in ſingulis, de ſtatu monachorum, quæ dicit, quod ſi eſt ſuſpectus principalis tota ſynodus recuſari poteſt, refert eam, & ſequitur Felin. in cap. Cauſamque num. 1. verſic. Bene fatetur de offic. delegat. Bero. conſil. 16. num. 22. lib. 3. Rola. conſil. 19. num. 5. & num. 12. & ſeqq. lib. 3. vbi Iacob. Port. Imol. conſil. 91. num. 19. & omnibus ſeqq. in diſcurſu. Carauit. ſuper ritu magnæ curiæ 265. nu. 27. Lancell. de attent. cap. 6. num. 37. vbi refert, & ſequitur Portium Imol. in loco præallegato Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. in verbo Suſpicio concl. 907. num. 8. vbi de communi Sigiſmund. Scacc. in tractat. de appell. quæſt. 16. limitat. 1. num. 16. verſ. Similiter ſi eſt ſuſpectus rector, Iacob. Laur. de iud. ſuſpecto c. 3. num. 17. & 19.

712 Declara procedere quando vere collegij caput propter ſuam præheminentiam iuſtam produceret ſuſpicionem, vtputa, quia eſſet Epiſcopus capituli, ſeu Prælatus collegij ſine quo capitulum non eſſet, nec collegium aliter ſecus, & ita etiam declarat Viu. opin. 867. num. 3. Iacob. Laur. d. cap. 3. num. 20.

713 Idem quando collegij principaliores eſſent ſuſpecti, Roland. conſil. 19. nu. 5. & 12. & ſeq. lib. 3. Iacob. Port. Imol. conſ. 91. num. 19. & omnibus ſeqq. in diſcurſu, Carauit. ſuper ritu magnæ curiæ 265. vbi loquitur quando maior pars officialium eſſet ſuſpecta, Sigiſmund. Scaccia in tract. de appellat. quæſt. 16. limitat. 1. num. 15. Iacob. Laur. de iud. ſuſpecto cap. 3. num. 17. & 18.

714 Sic, & vbi ſuperior alicuius tribunalis eſt ſuſpectus, quod omnes eius officiales ſint pariter ſuſpecti voluit Brun. conſ. 31. num. 9. Menoch. in 2. reſponſo cauſæ Finarien. num. 90. & 91. & in conſ. 94. nu. 11. lib. 1. poſt Dec. Rip. Bero. & Port. quos allegat Lancell.

cell.de attent.cap.6.num.38.Burſatt.conſ.21. num. 19.lib.1.vbi de communi, Iacob.Sbrozz. in tract. de offic.vicarij, lib.3.q.14.nu.5.Iac.Laur.de iud.ſuſpe. cap. 3. nu. 18.& 19. vide quæ in ſimili dixi de officialibus Epiſc. ſuſpecti infra num.753.

715 IVDEX ex iuſta cauſa recuſari poteſt ſuſpectus etiam quod ſit iuris arbiter ſecundum Henric.Boic. in cap.poſtremo, nu.6.in fi.verſ.Item quod hic dicitur de appellat. Iacob. Laurent.in tract. de iudic. ſuſpecto, cap.7.num.12.vbi dixit in propoſito arbitros iuris eſſe eos, quos iudice ſuſpecto allegato ad ſuſpicionis cauſam cognoſcendam, & decidendam paſſim eligere mos eſt.

716 Generaliter autem ſcias, quod arbitri iuris, ſeu neceſſarij dicuntur, quorum electio non a mera partium voluntate, ſed a lege, ſeu ſtatuti neceſſitate proficiſcitur, arbitri vero voluntarij ſunt, qui de partium conſenſu eliguntur ad litem decidendam, prout ſunt compromiſſarij, arbitratores vero ſunt amicabiles cõpoſitores non ad litem decidendam, ſed ad diſcordias dirimendas de facto potius, quam de iure, vt bene poſt alios declarat Iacob.Lauren.de iudic.ſuſpec. cap.7.num.11.& 12.iuncto num.60.

717 IVDEX iuris arbiter ſi ſuſpectus fuerit licet recuſari poſſit, arbiter tamen, ſeu arbitrator electus a partibus non poteſt ſuſpectus allegari, niſi ex cauſa ſuperueniente poſt compromiſſum, vel nouiter deducta ad notitiam partis ex allegat. per Franc. qui contrarijs reſpondet in c.cum ſpeciali, nu. 36. de appell. & ibi etiam Præpoſ.Mediolan.num.31.& ſeq.vbi licet ſimpliciter affirmet arbitrum, & arbitratorem poſſe recuſari, hoc tamen intelligendum eſt ex noua ſuperueniente cauſa, prout loquitur Franc. & prout loquitur text. in l.non diſtinguemus, §.cum quidam, ff.de arbitr.ab eodem Præpoſito allegatus, alias ſecus ſic etiam intelligi debet Nouell. reg.32.in 1.ampliatione, dum dixit arbitrum poſſe recuſari ſuſpectum, ſecus vero arbitratorem, Bero.conſ.16.num. 29. lib. 3.vbi quod iudices aſſumpti pro amicabili concordia inter partes componenda non poſſunt recuſari ſuſpecti, Lanfranch.de Oriano in repetit.cap. Quoniam contra rubr.de recuſat. num. 107. extra de proban. vbi quod arbitrator non poteſt tanquam ſuſpectus recuſari. Adde ad præmiſſa, Lancell.de attent. c. 6. nu. 43.& 44.& c.15.num. 158. vbi quod arbiter poteſt etiam recuſari ex cauſa poſt compromiſſum ſuperueniente, Tuſc.pract.concl.in verbo Suſpicio, cõcl.907 nu.7.& ſeqq.vbi concludit arbitrum, & arbitratorem allegari poſſe ſuſpectos, ſed non niſi ex graui cauſa, & de nouo ſuperueniente, aut antiqua ignorata, & cõcl. 913.nu.32.& ſeq.Iacob. Lauren. in tract. de iudice ſuſpect.c.7.num.64.quem videas bene declarantem numquid in propoſito inter arbitrum, & arbitratorem ſit aliqua differentia.

718 IVDEX non ſolum recuſatur ex iuſta cauſa, ſed etiam aſſeſſor, & conſultor iudicis, ſi ſuſpectus fuerit recuſari poteſt ſecũdum Ant.de Butr.in c. Poſtremo, num.12.poſt gloſ.& alios extra de appell. Franc. in cap.cum ſpeciali, num.37.39.& ſeq.extra de appell. per text.quem allegat in c.ſtatutum, §. aſſeſſorem de reſcript.in 6.vbi etiam an iſto caſu in electione aſſeſſoris debeant a partibus dati ſuſpecti, & confidati, an vero ſuſpecti tantum, Præpoſ.Mediolan.in d.c.cum ſpeciali, num.33.& 34.Alberic.in l.apertiſſimi, num. 6.C.de iudicijs, vbi teſtatur de communi opinione, Lanfranch. de Oriano in repetitione c. Quoniam contra rubr.de recuſat.nu.109.extra de prob. Pract. Conrad.rubr.de except.num.7.in 1.ampliatione, vbi amplius, quod quando aſſeſſor eſt ſuſpectus, poteſt iudex recuſari, Pacian.de probat.lib.2.c.45. nu. 3.& num.53.vbi quod iſto caſu non eſt neceſſaria probatio cauſæ ſuſpicionis, quia agitur de leui præiudicio, & num.85.idem repetit, Card. Tuſc.pract.concluſ.in verbo Suſpicio, concl.907.num.13.vbi pariter ad conſultorem remouendum ſola ſuſpicionis allegatio ſufficit ex Anchar. & Alex. in locis ibi per eũ relatis, & concl.908.num.2.4.& 5.vbi etiam coram quo ſit tractanda hæc recuſationis cauſa, & concluſ. 413.nu.30.vbi pariter, quod conſultor recuſatur ſine expreſſione cauſæ, Iacob.Laur.de iudic. ſuſpect. c. 4.num.1.& ſeqq.vbi plura de materia recuſati aſſeſſoris, & latius, cap.10.per tot.vbi etiam quis ſit conſultor, & quis ſit aſſeſſor, in quo differant inter ſe, & de modo eligendi conſultorem, & aſſeſſorem, & præſertim ſub num.12.ponit conſultorem ſine noua cauſa, vel de nouo detecta recuſari non poſſe, quando in illius electione ſeruata eſt forma, de qua ibi per eum, nec etiam recuſari poſſe poſt conſilium præparatum, ſeu ſigillatum.

Et hæc ſit tertia ampliatio propoſitæ regulæ.

719 IVDEX ſicut propter iuſtam ſuſpicionem recuſari poteſt, ita etiam recuſatur tabellio ſecundum glo. in §.quod ſæpe, in verbo Artifices in auth.de triente, & ſemiſſe cum alijs per Franch.in c.cum ſpeciali, nu. 41.& ſequentibus, de appellat.vbi tamen ſubdit non eſſe neceſſe probari cauſam ſuſpicionis, ſed ſufficere iuramentum recuſantis, & ibi etiam Præpoſ. Mediol. num.36.vbi amplius quod arbitrio iudicis relinquitur, ex qua cauſa tabellio recuſari poſſit, Lanfranch. de Oriano in repetition.c.Quoniam contra rub.de recuſat.num.110.Carauit.ſuper ritu magnæ Curiæ 265.num.7.& ſequen. Vbi quod licet aliqui Doctores dixerint ad recuſandum notarium, ſeu actuarium ſufficere ſolum recuſantis iuramentum, quia talis recuſatio non infert magnum præiudicium: Practica tamen ſeruat, vt ſemper aliqua cauſa requiratur, quãuis non nimis vrgens arbitrio iudicis, qui multoties ex leui ſuſpicione remouet, & ita fieri vidiſſe teſtatur Villalob.in commun.opinion.littera S, num.161.verſiculo Item nota, & ibi etiam alia ponit de materia notarij recuſati, Andr. Gayl. obſeruation. 33. num. ſeptimo, vbi idem dicit de commiſſarijs datis ad recipiendum, & examinandum teſtes, & num. 17. vbi quod ad recuſandum notarium ſolum iuramentum ſufficit, Pacian. de probation.lib.primo, cap.45.num. 53. vbi quod iſto caſu non eſt neceſſaria probatio

ſit legatus de latere,Pariſ.conſil.31.nu.98.lib.1.Mandoſ.in praxi commiſſion.in 8 formula in verbo Auditoris Cameræ, vbi quod Cardinali ex aliqua magna cauſa datur adiunctus alter tamen Cardinalis, & ita teſtatur ſeruari vidiſſe,& legiſſe Iacob.Laur.in tract.de iudic.ſuſpecto, cap.2.num.13.& num. 14. vbi alijs relatis ab hac opinione recedendum non eſſe exiſtimat.

727 Et hæc contraria opinio eo magis procedere poterit, ſi Cardinalis fuerit delegatus in cauſa alterius Cardinalis,ſecundum Franc.in c.poſtremo,nu. 15. de appell.& ante eum Speculator in tit.de iudice delegato,§.ſupereſt,num. 3.verſ.Cardinalis poteſt, vbi reſpondet contrarijs.

728 IVDEX & ſi regulariter iuſta ſuſpicionis cauſa exiſtente recuſari poſsit, quia plurimum lædere poteſt partem litigantem: Non tamen recuſari poteſt exequutor merus,qui ſcilicet limitatam habet exequendi facultatem,& ſic in nihilo lædere poteſt partem.Bellamer.in c.cum ſpeciali,nu.10. poſt Hoſtien. ibi de appellation.& ibi etiam Imol.num.16. verſ.Si autem alicui delegatur executio,Ant.de Butr. num. 7.verſ.Idem putat.Franc.num.35.Specul.in tit.de recuſat,§.1. nu.7.in fine,verſ.Item merus executor, Lanfran. de Oriano in repetitio.C.quoniam contra, num.154.Tuſc.pract.concl.in verbo Suſpicio,concl. 907.num.15.& in verbo Executor,concl.523.num. 3.Iac.Laur.de iudic.ſuſpect.c.8.nu.2. Scacc. de appell.quæſt.16.limit.1.num.10.

Et hæc eſt quarta,& vltima limitatio propoſitæ regulæ.

729 Declaratur autem hæc quarta limitatio duobus modis;Primo vnum procedat ſi exequutor etiam merus haberet intereſſe in cauſa,in qua exequutor fuit deputatus,vel alias non ſit idoneus;tunc enim, quod recuſari poſſit,voluit Feder.de Sen.in conſ.138.in fin.nu.4.verſ.Ad id,quod dicitur,prout illum refert Tuſc.pract.concl.in verbo Executor,concl.523.nu. 1.& 2.vbi hanc concluſionem limitat,niſi Papa illum deputans ex certa ſcientia deputaſſet, ſciens ſcilicet illum habere intereſſe.

730 Declaratur ſecundo eadem vltima limitatio, vt locum non habeat in exequutore mixto, qui aliquo modo excedendo poteſt partem grauare,Franc.in d. c.cum ſpeciali,num.35.de appellat.& ibi etiam Præpoſ.Mediol.nu.30. verſ. Et ideo,idem dicit de alijs executoribus.Lancell.de attentat.c.6.nu.12.vbi allegat nonnullas Rotæ deciſiones, Pacian. de probat. lib.2.c.45.num.93.Bero.in c.Quoniam contra,num. 154.Card.Tuſc.pract.concl.in verb. Suſpicio,concl. 907.num.15.Scacc.in tract.de appell.quæſt. 16.limit.1.nu.11.& ſeqq.vbi in propoſito ponit nonnulla exempla mixti executoris.

Numquid autem quid ſi procurator recuſari poſſit ſuſpectus a reo,vel ab accuſatore,vide Iacob. Lauren.de iud.ſuſpecto,cap.6.num.9.

ARGVMENTVM.

Ordinarius iudex,an,& quando, & quomodo recuſari poſſit ex iuſta cauſa ſuſpectus.

SVMMARIVM.

Iudex ordinarius non recuſatur ſuſpectus, nu.731.& 733.

Licet alii contra num.732.

Iudex ordinarius non recuſatur ſuſpectus de iure ciuili ſecus de iure canonico,nu.734.& ſeq.vbi propterea, quod in terris Eccleſiæ ſeruatur ius canonicum, & in terris imperii ſeruatur ius ciuile.

Iudex ordinarius,licet de iure ciuili recuſari non poſſit ſuſpectus,vt remoueatur in totum recuſatur tamen, vt illi detur adiunctus,num.736.

Adiuncti dati iudici recuſato poteſtas, & materia, num.737.

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum numquid recuſari poſſit ſuſpectus,num.738.& ſeq.

Iudex ordinarius allegatur ſuſpectus, & in totum remouetur etiam de iure ciuili in pluribus caſibus arbitrio iudicis, de quibus remiſſiue, num. 740. & ſeq.

Iudex ordinarius recuſatur ſuſpectus, & in totum remouetur de iure ciuili propter conſanguinitatem, vel quia fuit aduocatus in cauſa, num. 742. & ſeq.

Iudex ordinarius recuſatur in totum etiam de iure ciuili propter familiaritatem,num.744. & idem ſi habet intereſſe in cauſa num.745.

Iudex ordinarius recuſari poteſt in totum etiam de iure ciuili ab orphanis,& viduis, num. 746. & idem ſi eſt nimis fauens alteri parti,num.747.

Iudex ordinarius de iure ciuili recuſatur in totum propter inimicitiam,num.748.

Iudice ordinario recuſato ſuſpecto, quis cognoſcit cauſam ſuſpicionis,& quomodo procedendum, nu.749.

731 IVDEX quicunque delegatus, quod poſſit ſuſpectus recuſari nemo contradicit, etiam quod ſit Principis delegatus,iura ſunt aperta Doctorumque auctoritates propemodum infinitæ quas referre nimis longũ eſſet, ſufficiat itaq; in hoc caſu dicere quod omnes vno ore ita fatentur; Difficultas ſolum eſſe videtur in iudice ordinario numquid poſſit ſuſpectus recuſari;Et quidem quod non poſſit recuſari voluit gloſ.in l.apertiſſimi,in verbo Iudices,C.de iudicijs,vbi dixit hanc eſſe opinionem Bulgari contra Martinum, iuribusq; pro opinione Martini adductis plene reſpondet, & ibi Iacob. Butrigar. verſiculo His expeditis, Bellapertic. column.1.verſ.Quæro numquid iudex ordinarius poſ-

ſit recuſari, vbi teſtatur de veriori, & tutiori opinione Odofred. nu. 4. vbi late hanc probat ſententiã, & plene contrarijs reſpondet Iac. Laur. qui alios refert, & de communi teſtatur in tract. de iud. ſuſpect. c. 5. n. i.

732 Et licet contrarium, quod imo iudex, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus poſſit ſuſpectus recuſari voluerint Præpoſ. Mediol. in c. cum ſpeciali, nu. 24. de appell. Bellam. in c. ſuſpicionis cauſa nu. 9. de off. deleg. vbi ſimpliciter dixit ordinarium poſſe recuſari ex cauſa, Cyn. in l. apertiſſimi, C. de iudic. nu. 1. vbi concordando contrarias opiniones videtur tenere quod ordinarius poſſit recuſari cum cauſa, ſine cauſa autem non, Specul. in tit. de recuſ. §. 1. nu. 1. & ſeqq. vbi relatis aliorum antiquorum ſententijs videtur ſe firmare in ſententia Vberti volentis, quod ordinarius recuſari poſſit ante litem conteſtatã, maxime in foro, vbi ſunt plures iudices, Hoſtien. in ſumm. in tit. de recuſat. iudic. deleg. §. quis recuſetur, vbi pariter dixit, quod tã ordinarius, quã delegatus, & quicunque ſit, qui iuriſdictionẽ habeat, & etiam auditor poteſt ſuſpectus recuſari. idem Hoſtien. in ſumm. poſt rub. de appell. in tit. de recuſat. nu. 1. vbi diſputata quæſt. An ordinarius ſecundum legiſtas recuſari poſſit, pariter concludere videtur, qnod ordinarius ex iuſta cauſa recuſari poteſt, Pract. Conrad. rub. de except. nu. 7. vbi dixit regulariter poſſe quemlibet iudicem etiam ordinarium
* recuſari, & ibi teſtatur de communi, pro qua faciunt ſcripta per Oſaſc. deciſ. pedem. 15. nu. 3. & ſeqq. quẽ refert Lancell. de attent. c. 6. nu. 39. Pacian. de prob. lib. 2. c. 45. nu. 4. & nu. 89. vbi concludit, quod quãdo ordinarius allegatur ſuſpectus ad effectum, vt in totũ remoueatur, tunc cauſa eſt alleganda, & probanda, ſi vero, vt non in totum remoueatur, ſed ſolũ, vt detur adiunctus, & tunc nulla ſit alleganda cauſa ex allegatis ibi per eum, de quo etiam dixi, col. 85.

733 Tu tamen non recedas a propoſita concluſione negatiua, quæ ſine dubio communis eſt, & etiam veriſſima adhibitis tamen infraſcriptis limitationibus, & declarationibus.

734 IVDEX ordinarius licet vt modo dixi non poſſit, vt ſuſpectus recuſari, hoc vtiq; intelligendum eſt, vt procedat de iure ciuili, ſecus autem de iure canonico. Secundum, quod, quod recuſari poſſit text. eſt in c. cum ſpeciali de appell. & ibi hoc adnotarunt glo. in verbo Cum Iudice, & in verbo de Recuſatoris, vbi concordia iura allegat Hoſtien. col. 1. in fi. in verbo Monentis, Bal. poſt num. 14. Bellamer. nu. 10. verſ. Et ſic nota ſecundum canones, Abb. nu. 2. verſ. Et alia differentia. Zabarell. num. 3. Franc. num. 46. Dec. nu. 5. & ſeq. Præpoſ. Mediol. num. 11. ante fin. verſ. Et eſt ratio. Anchar. in c. ſuſpicionis, num. 2. in 3. notabil. & ibi etiam Ioan. de Anan. num. 4. & voluit gloſ. in l. apertiſſimi. in verbo Iudices, in fine, C. de iudicijs, & ibi Adden. ad Iacob. Butrigar. in 1. notabili Bart. ante num. 1. verſ. Quæro primo, Bal. num. 6. Alberic. num. 2. vbi relatis in hoc diuerſis antiquorum opinionibus ita communiter teneri teſtatur Ang. nu. 6. Paul. de Caſtr. etiam nu. 6. Iaſ. n. 5. & Io. Sicchar. etiam nu. 6. Marant. de ordin. iudic. p. 4. diſt. 5. nu. 40. Lanfran. de Oriano in repetition. c. quoniam contra, rub. de recuſat. nu. 111. & 114. extra de probat. Carauit. ſuper ritu magnę curię 265. nu. 13. Quintil. Mandoſ. in praxi commiſſion. in 8. formula in verbo Adiunctum, verſ. De iure vero canonico, vbi dixit, quod licet de iure canonico, etiam ordinarius recuſari poſſit in totum, Signatura tamen ſubſiſtente legitima cauſa tam iudicibus Romanæ Curię, quam extra eam adiunctũ dare conſueuit etiam quod ſint ordinarij, Michael Craſſ. in commun. opin. lib. 2. cap. 8. quæſt. 12. Andr. Gail obſeruat. 33. num. 1. lib. 1. Vbi de communi Doctorum opinione. Pacian. de probat. lib. 2. c. 45. num. 35. & 36. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 7. num. 3. & ſeqq. vbi alijs relatis teſtatur de vera, & communi Doctorum ſententia. Sigiſmund. Scacc. de iudic. cauſar. ciuil. criminal. &c. c. 66. num. 13. vbi alijs plurib. relatis concordantibus teſtatur de communi Doctorum ſententia. Iacob. Laur. de iudic. ſuſpecto cap. 5. num. 34.

735 Et propterea in terris imperij ſeruabitur ius ciuile, in terris vero Eccleſiæ ſeruabitur ius canonicum, vt per Adden. ad Iacob Butrigar. in l. apertiſſimi, verſic. Et dicit Bar. C. de iudic. & ibi etiam Bellapert. col. 1. ad fin. verſ. Ipſi tamen dicunt. Odofred. nu. 4. in fin. Iacob. de S. Georgio, num. 16. faciunt quæ in ſimili dixi infra num. 885.

736 IVDEX ordinarius licet de iure ciuili recuſari non poſſit. Hoc intelligendum eſt, vt non poſſit recuſari ad effectum, vt in totum remoueatur, non autem vt non detur adiunctus: textus eſt in Authen. ſi vero contigerit, C. de iudicijs, vbi quamuis ſtatuatur, quod ordinario recuſato aſſociatur Epiſcopus, qui cauſam amicabiliter componat; Hodie tamen non eſt in vſu, quod adiungatur Epiſcopus, vt amicabilis compoſitor, ſed adiungitur quilibet alius bonus vir non ſuſpectus, qui inſimul cum recuſato iudice cauſam cognoſcat Bart. in l. apertiſſimi, num. primo, C. de iudicijs, & ibi etiam Bald. in auth. ſi vero contingerit, ante numerum primum, C. eodem, & ibi etiam Paul. de Caſtro num. primo, & ſequentibus. Iaſ. num. quarto, vbi teſtatur de vera, & communi opinione, & Ioan. Sicchard. num. ſeptimo, Marant. de ordin. iud. part. quarta, diſtinct. 5. num. 40. Carauit. ſuper ritu magnæ Curiæ 265. num. 13. in fine, Couarru. pract.
* quæſt. cap. 26. num. primo, vbi teſtatur hanc eſſe communem totius Orbis Chriſtiani interprætationem, Quintilian. Mandoſ. in praxi commiſſion. in 8. formula in verbo Adiunctum per tot. deciſ. pedem. 15. nu. 1. & ſeqq. & deciſ. 84. num. 7. Michael Craſſ. in commun. opin. lib. 2. cap. 8. quæſt. 12. And. Gayl. obſeru. 33. num. 1. lib. 1. vbi de communi. Viu. opin. 866. nu. 15. Decian. de probat. lib. 2. cap. 45. nu. 36. Theſaur. deciſ. pedem. 255. nu. 2. Iacob. Laur. de iud. ſuſpecto, cap. 5. num. 1. & ſeq.

737 De poteſtate autẽ adiuncti, & quod proceſſus a iudice recuſato ſolo factus nullus ſit, ac de illius materia cum pluribus cõtingibilibus quęſtionibus vide

Paul.

Paul.de Caſtro in auth.ſi vero contigerit, num. 1. & ſeqq.C.de iudic.Quintilian. Mandoſ. in praxi commiſſion.in 8.formul.in verbo Adiunctum,per tot. vbi latè deciſ pedemont.84.num.7.Card. Tuſch. pract. concluſ.in verbo Iudex,concluſ.417.vbi ponit an, & quando iudex alteri adiunctus datur, poſſit ſolus procedere,& in verbo Adiunctus,concl.200.vbi quis dicatur adiunctus,& quamdiu duret adiuncti iuriſdictio. Theſaur.d.deciſ.pedemon.255.num.7.& 9. Sigiſm. Scaccia de iudicio cauſarum ciuil. crim. &c.c. 66.num.17.Iacob.Laur.de iudic.ſuſpecto,cap.5.num. 7.vſq; ad num.9.

738 IVDEX autem delegatus ad vniuerſitatem cauſarum numquid de iure ciuili recuſari poſſit, vide Bellapertic.in l.apertiſſimi,colum.1. in fin. verſ. Sed quæritur,numquid omnis iudex delegatus, C.de iudicijs,vbi pro opinione negatiua multa adducit, ſed poſtea videtur concludere quod poſſit recuſari delegatus, ſiue ad vnam cauſam tantum,ſiue ad vniuerſitatem cauſarum,& idem ibi tenet Iaſ.num.3. verſic. Tertio limita reprobata gloſa contrarium tenente in l.final.in gloſ.1.eod.tit.C.de iudicijs,vbi pariter eandem gloſam reprobant Butrigar.Bal.Salic.& Fulgoſ. Iacob.de S.Georgio num.3.Pacian.de probat. lib.2. cap.45.num.2.

739 Contrarium,quod non poſſit recuſari delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſed quod detur adiūctus voluit Marant.de ordin.iudiciorum,par.4.diſtinct.5 num.40. Quintilian. Mandoſ. in praxi commiſſion. in 8.Formul.in verbo Adiunctum, verſic. Ampliа, vt non ſolum vbi concludit, quod licet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparetur ordinario ſecundum gloſ. communiter approbatam in l.Pomponius alias ſi vni, verſiculo Idem in delegatis ad vniuerſitatem cauſarum, ff. de re iudic. ipſo tamen delegato recuſato datur adiunctus, ſicut ordinario,Iac. Laur. de iud.ſuſpecto,cap.5.num.24.

740 IVDEX ordinarius allegatur ſuſpectus vltra infraſcriptos caſus in pluribus alijs caſibus, de quibus per Odofred.in l.apertiſſimi,num.quarto,C.de iudicijs,& ibi etiam Paul. de Caſtr. num. 6. & Ioan. Sichard.num.8.& ſeqq.Speculator in tit. de recuſatione,§.ſecundo,num.ſecundo, Hoſtien. in ſumma poſt tit.de appellation.rub.de recuſationib.§.& quibus cauſis,num.ſecundo, vbi vltra infraſcriptas ponit plures alias cauſas deciſ. pedemont. 15.num. 8. verſ.Secundo limitatur,Pacian.de probat.lib.2.cap. 45.num.37.& ſeqq.Iacob.Laur.de iud.ſuſpect. cap. 5.num.11.

741 IVDICES ordinarij poſſunt etiam recuſari ſuſpecti ex alijs cauſis in iure non expreſſis arbitrio iudicis ſecundum Hoſtien.in ſumma poſt tit.de appellat.rubr.de recuſationibus,§.& quibus cauſis, nu.2. verſ.Et breuiter puto.

742 IVDEX ordinarius recuſatur ſuſpectus,& in totum remouetur etiam de iure ciuili propter conſanguinitatem ſecundum Abb.in cap.Poſtremo,num.2. in ſecundo notab.de appell.Hoſtienſ. in ſumma poſt tit. de appellat. rubr.de recuſation.§.ex quibus cauſis ſub num. 2. vbi idem de affine, Andr.Gail.obſeruat. 33. num. 9. lib.1.

743 Sic & ordinarius iudex recuſatur ſuſpectus,& in totum remouetur, ſi alias in cauſa, in qua recuſatur fuit Aduocatus ſecundum Franch. in cap.cum ſpeciali, num. 46. verſ. Secundo ratione præcedentis aduocationis extra de appellation.Iaſ.in l. apertiſſimi,num.quarto, verſiculo Fallit in certis caſibus,C. de iudicijs,& ibi etiam Iacobin. de Sancto Georgio, num. ſecundo, Speculator in titulo de recuſation.§. ſecundo,num.ſecundo,Hoſtien.in ſumma poſt titul. de appellation.rubr.de recuſationibus, §. & quibus cauſis ſub num.2.verſ.Aut quia fuit aduocatus, Lanfranch.de Oriano in repetition. cap. Quoniam contra,rubr.de recuſationibus,num.113.Pacian. de probation.lib.2.cap.45.num.38.Iacob. Laur. de iudice ſuſpecto,cap.5.num. 11.

744 IVDEX ordinarius recuſari poteſt ſuſpectus in totum,etiam de iure ciuili, propter familiaritatem, quam habet cum parte,text.eſt in cap.inſinuante, qui loquitur in Epiſcopo de offic. delegat.& ibi hoc adnotarunt Bellamer. num.8.in quarta quæſt. Abb. num.5.Dec.in cap.cauſamq; num.11.eodem tit. de offic.deleg.poſt Abb.ibi Hoſtienſ.in ſumma poſt tit. de appellation.rubr.de recuſationibus, §. ex quibus cauſis,num.2.in princ.& in verſ. Indiſtincte enim poteſt recuſari,deciſ.pedem.15.num.8. Andr. Gayl. obſeruat.33.num.9.lib.1.Iacob.Laur.de iudic.ſuſpecto,cap.5.num. 12.

745 Sic,& pariter ordinarius iudex in totum recuſatur,quando in cauſa habet aliquod intereſſe,& commodum,& ſic agitur de facto proprio,tex.eſt in l.qui iuriſdictioni præeſt,ff.de iuriſdict. omn.iud. & voluit Abb.in cap.cauſam quæ,num.3.de offic.delegat.vbi ponit exemplum,quando iudex ſucceſſit vni ex partibus litigantibus in totum,vel in partem ſuæ hæreditatis,Bald. conſ.365. in cauſa, quæ vertitur per tot. lib.3.prout illum refert,& ſequitur Cardinal. Tuſch. practic.concl.in verbo Iudex, concl.422.num.21.

746 IVDEX ordinarius recuſari poteſt ſuſpectus in totum etiam de iure ciuili ab orphanis, & viduis ex eorum ſpeciali priuilegio ex l.vnic.C. quando imperat.inter pupill.& vidua,Odofred.in l. Apertiſſimi,nu. 4.col.2.verſ.Alius caſus eſt,C.de iudicijs, Hoſtienſ. in ſumma poſt tit.de appellation.rubr.de recuſation. num.1.verſ.Nec obſtat,C.quand. imperat. inter pupill.& vid.

747 Sic etiam ordinarius iudex ſuſpectus recuſatur in totum de iure ciuili,quando vni parti nimis fauens eſt ſecundum Speculat.in tit.de recuſat.§.2.in fi.nu. 2.Hoſtien.in ſumma poſt tit.de appell.rubr.de recuſation.§.ex quibus cauſis ſub num.2.verſ.Aut quia nimis fauet.

748 IVDEX ordinarius de iure ciuili poteſt ſuſpectus recuſari in totum propter inimicitiam ex allegatis per Paul.de Caſtro, qui tamen loquitur de inimicitia capitali in l. Apertiſſimi, num. ſexto,

C.de iudicijs,& ibi etiam Io.Sichard.num. 8.deciſ. pedemon.15.num.5.verſ.Nec obſtat, quod ordinarius,& num.7.& 8.Andr.Gail.obſeruat.33.num. 9. lib.1.Pacian.de probation.lib. 2.cap. 45.num. 37. qui tamen loquitur de magna inimicitia, Iac. Laur. de iudic.ſuſpecto,cap.5.num.12.

749 IVDICE autem ordinario recuſato, quis nam cognoſcit, an recuſationis cauſæ ſint iuſtæ, vel iniuſtæ, an deueniendum ſit ad arbitrorum electionem; an vero recurrendum ad ſuperiorem,& quomodo procedendum,dixi infra num.... ſecundum iura canonica quæ indiſtinctè non minus ordinariũ, quam delegatum recuſari poſſe permittunt,ſed in ſpecie de ordinario,vide bene declarantem Hoſtien. in ſumma poſt tit.de appellat.rubric.de recuſationibus,§.quis cognoſcit de cauſa,num.3.

ARGVMENTVM.

De Epiſcopo ſuſpecto, quando propter ipſius ſuſpicionem poſſit recuſari vicarius Epiſcopi,& è contra.

SVMMARIVM.

Epiſcopo ſuſpecto exiſtente recuſari poteſt etiam Vicarius Epiſcopi,num.750.

Licet alii contra num.751.

Archiepiſcopo ſuſpecto exiſtente recuſari etiam poteſt Archiepiſcopi ſuffraganeus,num.752.

Epiſcopi officiales omnes recuſari poſſunt, quando Epiſcopus eſt ſuſpectus,num.753.

Vicario Epiſcopi ſuſpecto exiſtente recuſari poteſt etiam ipſe Epiſcopus,num.754.

Contra num.755.

Vicarius Epiſcopi ſi inſimul cum Epiſcopo tanquam delegatus cauſam cognoſcat ipſo ſuſpecto exiſtente recuſatur etiam ipſe Epiſcopus, num.756.

Vicarius Epiſcopi ſi cauſam cognoſcat tanquam delegatus ab Epiſcopo ipſo ſuſpecto exiſtente non recuſatur Epiſcopus,num.757.

Contra num.758.

Et quid ſi vicarius cauſam cognoſcat tanquam delegatus a Papa,num.759.& ſeq.

Vicarius Epiſcopi electus,vel confirmatus per Papam, ſi fuerit ſuſpectus non per hoc redditur ſuſpectus Epiſcopus,num.761.

Declara,vt num.762.

Vicarius Epiſcopi ſi fuerit ſuſpectus, & habitet ſeorſum ab Epiſcopo non recuſatur Epiſcopus,num.763.

Vicarius Epiſcopi, quando eſt ſuſpectus Epiſcopus illi ſolet dare adiunctum,num.764.

Vicarius Epiſcopi quando eſt ſuſpectus, ſuſpicioq; æque tangit Epiſcopum,tunc indiſtinctè recuſatur Epiſcopus,num.765.

Vicarius ſi fuerit ſuſpectus coram quo ſunt cognoſcendæ cauſæ ſuſpicionis,num.766.

Et quid Epiſcopo abſente,num.767.

Et quid ſi fuerint ſuſpecti duo Vicarii Epiſcopi,num. 768.

Et quid ſi ſuſpicionis cauſa eſſet atque communis cum Vicario,& Epiſcopo,num.769.

750 IVDEX ordinarius,de iure canonico poteſt ſuſpectus recuſari ſupra dictum eſt;Verum quia Epiſcopus eſt ordinarius iudex eccleſiaſticus ea propter Epiſcopum poſſe recuſari ſuſpectum nulla eſt dubitatio,quæro modo,nunquid Epiſcopo ſuſpecto propter ipſius Epiſcopi ſuſpicionem poſſit etiam ſuſpectus recuſari eiuſdem Epiſcopi Vicarius, reſponde quod ſic regulariter ſecundum glo.in cap. ſi contra vnum,in verbo Epiſcopi,de offic.deleg. in 6.Præpoſit.Mediolan.in cap.Poſtremo,num.11.in lxxi.cauſa extra de appellat.& ibi etiam Franc.num. 20.12.quando iudex Abb.in cap.inſinuante,num.2. de offic.delegat.quem ampliantem videas, & ibi etiã Felin.ante numerum primum,vbi reſpondet contrarijs Geminian.in cap.non putamus, num. 8. de conſuetudine in 6.Salic.in l.vnica, C. ſi quacunq. præd. dig. Polidor.Ripa in cap.primo,num.44.de iudicijs, Iaſ.in l.a pertiſſimi,num.nono,verſic. Aduerte tamen C.de iudicijs,Capic.deciſ.137.num nono,Rebuff.in practic.beneficial.titul.de foro, Vic.Arch.num. 190. Bertacchin.in tractat.de Epiſcopis,lib.quarto, par.5. num. 69,& part.6. titul. de Vicar. Epiſcopi, num. 12.Bertrand.conſil. 184. num. ſecundo,lib. 3. Marant.de ordin.iudic. par.6.num.28.Aufrer. de recuſat. num. 10. in fine, verſic. Decima, ſi Vicarius, & num. 38. in fine, verſic. LXXI. quando Epiſcopus eſt recuſatus, Caballin. ad conſtitution. Marchiæ, cap. 17.num.quinto, lib. ... Rodoan. de reb. eccleſ.non alienan. cap. 3. num.29. Anton. Burg. in repetition. capit. cæterum, num. 128. de reſcriptis, Sbrozzius,de offic. Vicarij,lib.3.quæſt. 14. num. 4. & ſeqq.vbi huius concluſionis plures reddit rationes & contrarijs reſpondet Pract.Conrad.rubr. de exception. num.7. in prima ampliatione, Rota diuerſor. deciſion.ſecunda,num. 21.& ſeqq. par.ſecunda, vbi teſtatur de veriori,& magis communi Doctor.ſententia,reprobato Bald.contrarium tenente,vt infra mox eum referam Iacob.Laurent. in tractat. de iudic. ſuſpecto, cap. quarto, num. 7. & num. 8. vbi pluribus hanc probat ſententiam,eamque veriorem, & receptiorem teſtatur Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Suſpectus, concluſion. 908. num. 3. Marcheſan. in tractat. de commiſſion. part. prima, rubric. de commiſſione appellation. extra Romanam Curiam, cap. 6. ſubnum. 76. in ſecunda impreſſione,Sigiſmund.Scaccia in tractat. de appellat. quæſt. 8. num. 68.

751 Licet contrarium voluerint nonnulli doctor.relati per Iaſon.Felin.& Præpoſ.in locis præallegatis, & in ſpecie,Bald.in d.l. Vnica num.4.per illum text. C. ſi quacunque præd.dig.Dec.in cap.1.num.17.extra de

de iudicijs,Franch.in d.cap.Si contra vnum in fine verſ.Et addc etiam de offic.deleg.in 6.Corſett.ſingu lar.in verbo Teſtis 20.num.2.idem Bald.in auth.Clericus,C.de Epiſcopis,& Clericis, Angel.in l.aduerſus in fine, C.ſi aduerſus rem iudic. quos refert, ſed non ſequitur Rodoan.vbi ſupra.

Premiſſa concluſio,& regula habet ſuas ampliationes, & limitationes, de quibus mox ſucceſſiue dicam.

752 IVDICE Archiepiſcopo ſuſpecto exiſtente recuſari poteſt etiam eius ſuffraganeus,text. eſt in cap. Accedas il primo, & lite non conteſtata gloſ. in cap. inſinuante verſ.Tunc purgarent de purgatione canonica, Præpoſ.Mediol.in cap.poſtremo nu. 11. in 10. cauſa de appellation. & ibidem in 14. cauſa, Fran. ibidem nu.20.verſ.xv. quando ſuffraganeus,Aufrer. de recuſation.num.12.verſ.14.Si iudex eſt ſuffraganeus aduerſarij,Lanfranch. de Oriano in repetitione cap. Quoniam contra,rubric. de recuſation. num. 9. verſ. Quarta cauſa,Pract. Conrad. rubric. de except. num.9.verſ.16.Viu.opin.866. num.17. vbi de communi, & ampliat in omnibus ſuffraganei officialibus, Iacob.Laurent.in tract.de iudic.ſuſpecto cap. 4. nu. 8.Card.Tuſc.pract. concluſ.in verbo Suſpectus concluſ.908.num.20.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ concluſionis ſeu regulæ.

753 IVDICE Epiſcopo ſuſpecto exiſtente poſſunt etiam recuſari omnes eiuſdem Epiſcopi officiales text.eſt in cap.Inſinuante de offic.delegat.in illis verbis:Et alter ipſorum coniudicum officialis, & Epiſcopi, & ibi hoc adnotauit gloſ.in verbo Officialis,Ioan. Andr.num.3.in eodem verbo Officialis, Ancharan. num.2.in 4.notab.Imol.ante num.1.verſ. Item nota quod eo ipſo,& Card.Zabarell.poſt num. 1. in 3.notab.Pract.Conr.rubr.de except.num.9. verſ. 13. Faciunt,quæ generaliter dixit colum.71.verſ.Sic & vbi part.3.Vide quæ in ſimili dixi ſupra num. 714.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

754 IVDICE Vicario Epiſcopi ſuſpecto exiſtente poteſt etiam ex eadem ſuſpitione recuſari ipſe Epiſcopus, quia vnum, & idem eſt tribunal ſecundum in l. vnica,C.ſi quacunque præd.dig.Iaſon.in l. Apertiſſimi num.9.verſic. Aduerte tamen,C.de iudicijs,poſt Imol.in loco per eum relato, Dec.in cap.1. num.17. extra de offic.deleg. Rebuff. in pract. benef. tit. de Vic. Archiep. num. 219.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

755 Contrarium voluit gloſ.in d.cap.ſi contra vnum in verbo Epiſcopi, de offic. deleg. in 6. & ibi etiam Franch.colum.2.in fin.Bald.in d. l. vnica in fine,C.ſi quacunque præd.dig.Angel.in l.aduerſus in fine,C.ſi aduerſus rem iudicatam,idem Franch.in cap. Dilecti quæſt.14.extra de appell. Bero. in cap. 1. num. 128. extra de iudicijs,Bertachin.in tract.de Epiſcopo par. 6.lib.4.tit. de Vicario Epiſcopi num. 11. Sbrozzius in tract.de offic.Vicarij lib.3.quæſt.15.vbi reſpondet contrarijs, nec diſſentit Sigiſmund.Scaccia in tract. de appellat.quæſt.8.num.57. verſ. Septimo quia, & num. 85. vbi poſt Marcheſan .in loco per eum relato dixit, quod ſi Vicarius Epiſcopi recuſatur,vt ſuſpectus poterit Epiſcopus loco Vicarij dare alium iudicem, quia ſuſpicio contra Vicarium non militat contra Epiſcopum.

756 IVDICE cauſa exiſtente Vicario Epiſcopi poteſt ipſe vicarius recuſari, Epiſcopo exiſtente ſuſpecto ſiue ipſe Vicarius ſolus cauſam cognoſcat tanquam vicarius, ſiue etiam tanquam delegatus inſimul cum Epiſcopo,ſecundum Sbrozzium in tract.de offic.vicar.lib.3.q.14.num.7.poſt Roman.& Abbat. in locis ibi per eum relatis;nec diſſentit Iacob. Laur. in tract. de iudice ſuſpecto,c.4.num.11.poſt med.verſic.Et ideo,vbi Epiſcopus,Scaccia in tract.de appell. quæſt.8.num.69.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

757 IVDEX ſuſpectus allegatus ſi fuerit Vicarius Epiſcopi, & cauſam cognoſceret non tanquam Vicarius, ſed tanquam delegatus ab eo non poteſt ſuſpectus recuſari ex eo, quod Epiſcopus ſuſpectus ſi ſecundum Card. in clem. 2. in 8. quæſt. de reſcriptis, quem refert, & ſequitur Felin. in cap. inſinuante num. 1. in fine de offic.deleg. Sbrozz. in tract. de off. Vicarij lib.3.quæſt. 14. num. 8. & ſeqq.vbi ampliat hoc procedere etiam in Vicario capituli ſede vacante, qui in cauſa ſibi delegata non facit idem conciſtorium cum ipſo capitulo ſecundum Pauin. quem allegat in tract.de poteſtate cap. Sede vacante parte 2.principali quæſt.10.num.14.Scaccia in tractat. de appel l.quæſt.8.num.70.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ concluſionis.

758 Contrarium quod Epiſcopo ſuſpecto poſſit etiam recuſari eius Vicarius, cui Epiſcopus cauſam delegauit pluribus probat Iacob.Laurent.in tract.de iudice ſuſpecto cap.4.num.11.ea ratione, quia licet Vicarius ſit delegatus in cauſa eſt tamen epiſcopo inferior, poteſtque ad nutum ab epiſcopo remoueri,& ni fallor eſt optima ratio.

759 Et præmiſſa prima negatiua ſententia eo magis procedit, quando Vicarius Epiſcopi cognoſceret cauſam ſibi delegatam a Papa; hinc enim Epiſcopo non remouetur Vicarius ſecundum Card. in clem. 2. de reſcript.quem ſequitur Felin.in d.cap. inſinuante num. 1.de offic.deleg.quorum opinionem veriorem dixit Iacob.Sbrozzius in tractat.de Vicario Epiſcopi lib.3.quæſt.14.num.13. verſ. Sed contrarium.

760 Contrarium voluit Ripa in cap.1. num.44.de iudicijs,& hanc Ripæ ſententiã clariſſimam, & indubitatam exiſtimauit Iacob.Laurent.in tract.de iudic. ſuſpecto cap.4.num.11.rationibus ibi per eum adductis.

161 IVDEX Epiſcopi Vicarius ſi fuerit electus, ſeu confirmatus per Papam, vel alium ſuperiorem, non poteſt recuſari ſuſpectus ex eo, quod Epiſcopus ſit ſuſpectus ſecundum Salicet.in l. Vnica,C.ſi quacunque præd.dig.Felin.in cap.inſinuante num.1. in fine de offic.delegat.Ripa in cap.1. num. 44. de iudicijs, Ber-

Bertachin. in tractat. de epiſcop. lib.4. par. 6. tit. de Vicario Epiſcopi, Barbat. in tract. de Card. legat. à lat. quęſt. 3. nu. 12. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Iacob. Sbrozz. in tractat. de offic. Vicarij lib. 3. quæſt. 14. num. 11.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

762 Verum quod attinet ad Vicarium Epiſcopi a Papa confirmatum, vel ab alio electum præterquam a Papa, quod Epiſcopo ſuſpecto ipſe recuſari non poſſit, eo quia ſic confirmatus, vel ab alio electus ab Epiſcopo remoueri nequeat contrarium defendit Iacob. Laurent. in tract. de iudice ſuſpecto cap. 4. num. 9. & num. 11. poſt med. non in Vicario, vbi retorquendo rationem prædictam dixit Vicarium ab epiſcopo electum licet confirmatum a Papa, vel ab alio quam ab ordinario conſtitutum poſſe ab epiſcopo remoueri etiam inconſulto Papa, licet non ſic eſſet in electo vicario immediatè ab ipſo Pontifice, quem nos vicarium apoſtolicum nuncupamus, prout quandoq. contingit propter epiſcopi ſuſpenſionem, vel excommunicationem, aut ex aliqua alia cauſa, tunc enim quia huiuſmodi vicarius ab epiſcopo remoueri non poteſt idcirco epiſcopo ſuſpecto ipſe reuocari non poteſt, vt ibi per eum num. 10. ſecus in Vicario electo ab Epiſcopo, & confirmato a Papa, vel etiam in electo ab alio, quam a Papa, quia tunc cum ad epiſcopi nutum remoueri poſſit idcirco pariter, & epiſcopo ſuſpecto recuſari etiam poteſt, vt ibi per eum.

763 IVDEX Vicarius epiſcopi recuſari non poteſt ex eo quod parti Epiſcopus ſit ſuſpectus, quando ſeorſum ab epiſcopo habitat ſecundum Felin. in c. inſinuaute de offic. deleg. num. 1. in fine, verſ. Item nota, Rota diuerſ. deciſ. 2. num. 23. part. 2. Scaccia de appellation. quæſt. 8. num. 71.

Et hæc ſit tertia limitatio.

764 IVDICE cauſæ exiſtente vicario epiſcopi, eoq; ſuſpecto recuſato propter ſuſpicionem epiſcopi, ipſe vicarius non remouetur in totum, ſed illi datur adiunctus ex ſtilo ſignaturæ teſte Staphil. de liter. gratiæ relato per Papaz. ad Rot. deciſ. 1. alias 47. in fine. tit. de offic. Vicarij in nouis, Capic. deciſ. 137. num. 3. & num. 10. quos refert, & ſequitur Iacob. Sbrozz. in tractat. de offic. Vicarij lib. 3. quæſtion. 14. numero 15.

Et hæc ſit quarta limitatio.

765 IVDICE ſuſpecto epiſcopo indiſtinctè recuſatur vicarius, & pariter vicario ſuſpecto recuſatur Epiſcopus, quando cauſa ſuſpicionis tangit vtrumque, Franch. in c. Dilecti in 14. quæſt. extra de appellatio. Geminian. in c. Si contra num. 10. de offic. delegat. in 6. Oldrad. conſil. 268. Bertacchin. in tractat. de Epiſcopo par. 6. lib. 4. tit. de Vicario epiſcopi num. 12. Barbat. in tract. de Card. a latere quæſt. 3. num. 12. Sbrozzius in tractat. de offic. Vicarij lib. 3. quæſtion. 14. num. 12. & quæſt. 15. num. 5. & quæſtio. 16. num. 3.

Et hæc ſit ſublimitatio, ſeu limitatio generalis ad præcedentes limitationes.

766 IVDEX epiſcopi vicarius ſi fuerit recuſatus ſuſpectus ſuſpicionis, cauſa probanda eſt coram ipſo epiſcopo ad text. in c. ſi contra vnum, vbi Ancharan. in 4. & 5. notab. Archid. colum. 2. in fine, verſ. Cum autem, Geminian. num. 7. & 8. Franch. in 4. notab. de offic. delegat. in 6. Idem Geminian. in cap. non putamus num. 7. de conſuetudine in 6. Bald. in l. 1. in fine C. ſi quacunque pręd. dig. Abb. in cap. ſi quis contra num. 35. de foro competenti, Bero. in cap. 1. nu. 128. extra de iudiciis, Franch. in cap. cum ſpeciali num. 2. verſ Secundo, quando recuſatur, & verſ. Seq. de appellation. quos, & alios ſic dicentes refert, & ſequitur Iacob. Sbrozzius in tract. de offic. Vicarij lib. 3. quæſt. 16. num. 1. Nec diſſentit Iacob. Laurent. in tractat. de iudice ſuſpecto cap. 4. ſub num. 6. ad med. vide infra num. 924. vbi de recuſato delegato Epiſcopi.

767 Quid autem epiſcopo abſente, quiſnam cognoſcet de cauſis ſuſpicionis recuſati eius Vicarii vide Iacob. Sbrozzium cum allegat. per eum in tractat. de offic. Vicarij lib. 3. quæſt. 16. num. 4. & ſeq. tractatur materia per Canoniſtas in c. Si contra vnum §. cum autem, de offic. delegat. in 6. & late per Iacob. Laurent. in tractat. de iudice ſuſpecto cap. 4. num. 17. & ſeq.

768 Et quid ſi ex duobus Vicarijs ab epiſcopo indiſtinctè conſtitutis vnus ſuſpectus recuſetur, ſuſpicionis cauſæ coram quo ſint cognoſcendæ, & quomodo procedendum vide Iacob. Laurent. vbi ſupra dicto cap. 4. num. 14. & ſeqq. vſque ad num. 17.

769 Verum quando ſuſpicio propter quam vicarius epiſcopi eſt recuſatus tangeret etiam epiſcopum, prout eſt quando vicarius recuſatur ex eo, quod epiſcopus habetur pro ſuſpecto, tunc ſuſpicionis cauſæ non cognoſcuntur coram epiſcopo, ſed epiſcopus earum cognitionum alicui alteri confidenti committit, & ita de conſuetudine ſeruatur ſecundum Ioan. Andr. Geminian. & alios, quos in propoſito refert, & ſequitur Iacob. Sbrozz. in tractat. de offic. vicarij lib. 3. quæſt. 16. num. 8. nec diſſentit Iacob. Laurent. in tract. de iudice ſuſpecto cap. 4. num. 6. ad med.

Et hæc ſit alia generalis declaratio.

ARGVMENTVM.

Iudicibus pluribus delegatis in cauſa vno tantum ſuſpecto recuſato, an & quando poſſint procedere in cauſa alij non ſuſpecti, quando præſertim cauſa eſt commiſſa cum clauſula, Quod ſi ambo, vel Quod ſi non omnes, Quid ſi cauſa fuerit commiſſa ſimpliciter, & coram quo ſuſpicionis cauſæ proponendæ ſint remiſſiue de hac materia, num. 770.

SVM-

SVMMARIVM.

Iudices plures ſi dati ſunt cum clauſula, Quod ſi ambo, vel cum clauſula Quod ſi non omnes: vno tãtum ſuſpecto, ille ſolus recuſari poteſt, & non alii, nu. 771 & iſto caſu ſuſpitionis cauſæ cognoſcendæ ſunt coram aliis condelegatis, num. 772.

Iudices plures ſi dati fuerint ſimpliciter, & ſine clauſulis prædictis vno ſuſpecto omnes ſuſpecti redduntur, omneſque procedere impediuntur, num. 773. & conſequenter ſuſpicionis cauſæ proponuntur coram arbitris, num. 774.

Iudicibus pluribus ſi cauſa delegata fuerit cum clauſula, Et eorum cuilibet, tunc inſolidum vnicuique competit iuriſdictio, vnuſque ſine alio procedere poteſt, & vno ſuſpecto recuſato, alter de recuſatione non cognoſcet, ſed erunt arbitri eligendi, num. 775.

Iudicibus pluribus in cauſa delegatis, omnibuſque recuſatis ſuſpectis, ſuſpicionis cauſa coram quo cognoſcendæ ſunt, & quomodo procedendum, num. 776.

770 IVDICES omnes vnius ciuitatis, vniuerſitatis, collegij, ſeu ſenatus quando poſſint ſuſpecti recuſari, dixi ſupra, reſtat modo videre ex pluribus iudicibus delegatis vnus aut plures fuerint ſuſpecti, qui nam recuſari poſſint, quis de cauſis ſuſpicionis cognoſcet, & quomodo hac in re procedendum, firmabo plures concluſiones diſtinguendo caſus iuxta verſiculorum diuerſitatem, & generaliter de hac materia, quando ſcilicet vno ex pluribus iudicibus delegatis ſuſpecto poſſint procedere alij non ſuſpecti, quando præſertim cauſa eſt commiſſa cum clauſula, Quod ſi ambo, vel Quod ſi non omnes, & quid ſi cauſa pluribus commiſſa fuerit ſine dictis clauſulis, & ſimpliciter, & coram quo ſuſpicionis cauſæ ſint proponendę vide omnino text. in c. Cum ſuper & ibi gloſ. & communiter omnes Canoniſtæ de offic. delegat. & vide etiam text. in cap. inſinuante, & ibi gloſ. in verbo Sine quo, Hoſtienſ. in verbo Literis, de offic. delegat. Bellamer. in cap. ſuſpicionis cauſæ nu. 3. eodem tit. de offic. delegat. Felin. in c. cauſam quæ, num. 1. & ibi etiam Dec. num. 1. & ſeqq. de offic. delegat. & demum vide alium textum, qui eſt clauis huius materiæ in cap. ſi contra vnum, & ibi gloſ. & Doctor. omnes de offic. delegat. in 6. apud quos omnes in hac materia contigibiles dubitationes reſolutas videbis addo ad hanc eandem materiã, Iacob. Laurent. in tractat. de iudice ſuſpecto cap. 4. num. 41. & ſeqq.

771 IVDICES plures quando dati ſunt cum clauſula Quod ſi ambo, vel quod ſi non omnes, & vnus tantum ſuſpectus ſit, ille ſolus recuſari poteſt, & non alij cap. cauſamque de offic. delegat. & ſi alij vna cum recuſato procederent in cauſa, proceſſus non valeret propter admixtionem inhabilis cap. cum ſuper de offic. delegat. & c. ſi contra vnum, & ibi notant Doctores de offic. delegat. in 6. Præpoſ. Mediol. in cap. Poſtremo nu. 11. in fine verſ. Et Sciendum eſt extra de appellation. Franch. in d. cap. Poſtremo num. 20. colum. final. verſ. Secundo adde idem Franch. in cap. cum ſpeciali num. 28. verſ. Item ſi plures ſint dati delegati, & Alex. de Neuo num. 6. Felin. in cap. cauſam quæ, num. 1. de offic. delegat. vbi reſpondet contrarijs Iacobin. de S. Georgio in l. Apertiſſimi num. 32. C. de iuditijs Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo iudex, concluſ. 422. num. 8.

772 IVDICES plures quando dati ſunt cum clauſula, Quod ſi ambo, vel Quod ſi non omnes, tunc vno tantum ſuſpecto recuſato non eliguntur arbitri, ſed cauſæ ſuſpicionis proponuntur, & cognoſcuntur coram Collegijs, textus eſt clarus, & apertus in cap. Si contra vnum de offic. delegat. in 6. vbi gloſa, & communiter omnes Canoniſtæ, Franch. in cap. cum ſpeciali num. 2. de appellat. & ibi etiam Præpoſ. Mediol. num. 8. in fine verſ. Item & 5. & Alex. de Neuo num. 6. verſ. Primus eſt, idem Alex. de Neuo in cap. Cum inter num. 6. & 7. de exception. Imol. in c. Suſpicionis cauſæ num. 1. verſ. Vel quando ſunt plures delegati, & ibi etiam Ioan. de Anan. num. 4. verſ. Nota quod ſi cauſa committitur pluribus, Ioan. Andr. in cap. cauſam quę, num. 2. & de offic. delegat. & ibi etiam Ant. de Butr. num. 8. Bellamer. in verbo ſuſpectum, Speculator in tit. de recuſation. §. effectus autem num. 36. Couarr. pract. quæſt. cap. 26. num. 5. verſ. Sed ſi cauſa fuerit delegata, Iacob. Laurent. in tract. de iudice ſuſpecto cap. 4. num. 13.

773 IVDICES plures ſi dati fuerint ſimpliciter, & ſine clauſulis prędictis, tunc vno ſuſpecto omnes ſuſpecti redduntur, & ſic non ſolus recuſatus impeditur procedere, ſed etiam alij coniudices, quia vno deficiente, omnium ceſſat iuriſdictio, cuius exercitium non cenſetur inſolidum datum cap. vno delegatorũ de offic. delegat. gloſ. & Doctores in cap. Prudentiam eodem tit. & in ſpecie declarat Alex. de Neuo in c. cum inter nu. 5. & ſeqq. de except. poſt Abb. ibi nu. 3. Ancharan. in cap. Inſinuante de offic. delegat. nu. 2. in 3. notab. & ibi etiam Card. Zabarell. num. 1. in 2. notab. & in cap. Suſpicionis nu. 3. in 3. oppoſit. Ioa. Andr. in cap. Cauſam quæ, num. 2. de offic. delegat. Lancellot. de attentat. cap. 6. num. 21.

774 Et conſequenter iſto caſu ſuſpicionis cauſæ proponuntur coram arbitris, qui de earum iuſtitia cognoſcunt, prout etiam aperte dicit text. in d. cap. Si contra vnum, verſ. vbi vero, de offic. delegat. in 6. &
* ibi notatur per gloſ. & communiter omnes Canoniſtæ.

775 IVDICIBVS pluribus ſi cauſa delegata fuerit cum clauſula, & eorum cuilibet tunc inſolidum vnicuique competit iuriſdictio, nec eſt neceſſarium ſimul eos de cauſa cognoſcere vno allegato ſuſpecto, & ſic impedito cognoſcere cauſam, alter de recuſatione cognoſcere non poterit, ſed erunt arbitri eligendi ſecundum Couar. qui pluribus hanc probat ſententiam pract. quæſt. cap. 26. num. 5. verſic. Quæritur tandem, & ad materiam vide Acchil. de Graſſ.

decis.

iudex lib.1.vbi de communi,Lanfranch.de Oriano in repetitio.cap.Quoniam contra,rubric.de recuſation. num.123.extra de probat.Pract Conrad. rubric. de exception.num.9.verſ.XLV.Quintil.Mand.in praxi commiſſion.ſorm.8.in verbo Et ex alijs cauſis,Andr. Gayl.obſeruat.33.num.9.in fin.verſic.;Illud ſingulariter notandum lib.1.Pacian. de probation. cap.45. num.46.Cardinal.Tuſch. practicar. concluſion.in verbo Suſpectus.concluſion. 908. num. 11. & num. 12.

779 IVDEX recuſari poteſt ex omni cauſa, quæ ſufficeret ad recuſandum arbitrum, vel procuratorem ſecundum Ioan.Andr.in cap.Poſtremo de appellatio. in fin.& ibi etiam Henric.Boich.num.6.Bellamer.nu. 5.Ant.de Butr.num.11. verſic. Tancredus ponit hic regulam, Abb.num.2.verſic.Tradit Tancred. Imol. nu.3.colum.1. in fine verſic. Item ponit hic regulam Præpoſ.Mediol.in cap.Poſtremo num.11.in 74.cauſa de appellationib.Franch.num.20. verſic. Decimo omnis cauſa, Alexand.de Neuo num.11.vbi de communi, Ioan.de Anan.in cap. Cauſam quæ, in fine, de offic.delegat.Iacobin. de S. Georgio in l. Apertiſſimi num.26.C.de iuditijs Specul. in tit. de iudic. deleg. §.Supereſt num.17.vbi loquitur ſiue recuſetur delegatus,ſiue etiam Ordinarius, Marant.de ordine iud. part.6.num.73.Aufrer.in tractat.de recuſation. nu. 39.verſic.LXXIV.Pract. Conrad. rubric. de except. num. 9. verſic. X. Pacian. de probationib. cap. 45. num.59.

788 Contrarium, quod ſcilicet cauſa ſufficiens ad remouendum arbitrum, vel procuratorem non ſufficiat ad remouendum iudicem, licet bene cauſa ſufficiens ad remouendum iudicem ſufficiat ad remouendum procuratorem, vel arbitrum, poſt Ancharan.& Alex.in locis per eum relatis voluit Dec.in cap.Poſtremo poſt numerum 6. & nu.7.extra de appellationibus.

781 IVDEX recuſari poteſt vt ſuſpectus, quia alias contra me pronunciauit, & ab eius ſententia appellauerim,gloſ.in cap.Poſtremo in verbo Conſanguineus in fine, vbi ad id plura iura adducit de appellation. & ibi etiam Præpoſ.Mediol.in cap.Poſtremo nu.11. in 44.cauſa, alias ſecus de quo vide ibidem in ſeq. cauſa 45.Franch.num. 2.verſic.XXVII.quando a iudice eſt appellatum,Hoſtien.in cap.Suſpicionis poſt nu.2. verſ. Item hæc eſt ratio, & nu.3. de offic. delegat.& ibi etiam Ioan.Andr.num. 4. & Cardin. Zabarell.num.3.in 3.notab.verſic.Sic, & ille, qui appellat (vbi tamen loquitur appellatione pendente) Iacobin.de S.Georgio num.27. verſic. XXI. Cauſa eſt Specul.in tit. de iudic. delegat. §. Supereſt num.12. verſic.Item ſi ab eo rite fuerit appellatum,Hoſtien.in ſumma rubric.de recuſat. iudic.delegat. §. Quæ ſunt iuſtæ cauſæ num.3.verſic. XI. ſi ab eo appellatum ſit,Aufrer.de recuſat.nu.28. verſic. XLV. ſecundum Imol.& nu.29.& ſeq.,vbi late hanc tractat materiam & præcipue an, & quando iſto caſu conſtare debeat de grauamine, vt iudex recuſari poſſit,Pract.Conrad. rubr.de except.num.9.verſic.XXVIII.relati per Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2.caſu 121.nu. 1.& ſeq. Cardinal.Tuſch.practicar.concluſion. in verbo Suſpectus concluſ.908.num.30.relati per Sigiſm.Scacciam in tract.de appellat.quæſt.17.limit.47.num.4. in princ.

782 Contrarium videtur ſentire idem Ioan. Andr.in d.cap.Suſpicionis num.13.vbi dixit, quod qui appellauit in vna cauſa non propter hoc recuſat iudicem in alia, & ibi etiam Cardinal. Zabarell. num.3.in 1. oppoſition.Dec.in cap.1.num. 7. & ibi etiam Ripa num.15.& 17.extra de iudicijs, Alciat.de præſump. reg.2.præſumption.11.vbi teſtatur de receptiori ſententia, Oldrad.conſil.302.nu.5.verſic. Item certum eſt, & num.9.verſic. Non obſtat decretalis,prout illum refert Cardinal.Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Iudex concluſion.422.num.20.Sigiſm.Scaccia in tractat.de appellat.q.17.limitat.47.membr.3. num, 3.& num. 4. verſic. Contrariam opinionem * vbi teſtatur de communi, quando non conſtat de grauamine.

783 In hac contrarietate, Ant. de Butr. Dec. Rip. & Alciat.in locis præallegatis dixerunt id totum iudicis arbitrio relinqui, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Menoch.de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 121.num. 7.& ſeqq.vbi bene declarat quomodo iſto caſu iudex arbitrium ſuum regulare debeat.

784 IVDEX recuſari poteſt ſuſpectus ex eo, quod habeat ſimilem cauſam eius, in qua eſt deputatus iudex cap.Cauſam quæ,extra de iudicijs glo. in c. Poſtremo in verbo Aduocati in fine de appellation. & ibi etiam Præpoſ. Mediolanen. num. 11. in 26. cauſa. Franch.num.20. verſic. XXV. quando iudex habet conſimilem cauſam item gl.in c.Cauſam quæ in verbo Dominus verſ.Idem videtur,ſi habet conſimilem cauſam de offic.delegat. Aretin.in l. Apertiſſimi num.6.colum.final.in fine C.de iudicijs, & ibi etiam Iaſ.num.9.verſic.Octaua cauſa, Specul.in tit.de iudic.delegat.§.Supereſt num.4. in fine verſic. Item ſi habet conſimilem cauſam, Hoſtien.in ſumma rubr. de recuſatione iudicijs delegat.§.Quæ ſunt iuſtæ cauſæ num.3.verſic.Quinta ſi habet cauſam conſimilem Marant.de ordin.iudic.part.6.num.46. Nouell.reg. 204.num.9.Aufrer in tractat.de recuſation.num.18. verſic.Vigeſimaſeptima ſi iudex, vbi etiam quod an cauſa ſit ſimilis, ſtatur arbitrio iudicis, Lanfranch.in repetition.cap.Quoniam contra,rubric. de recuſatio. nu.123.verſic.Septima eſt conſimilitudo cauſę,extra de probation.Pract.Conrad.rubr. de exception. nu. 9.verſic.XXVII.

785 IVDEX poteſt recuſari quotieſcunque magis vnam partem diligit, quam aliam, & magis ſe fauorabilem oſtendit vni parti, quam alteri.cap.Accedens, & ibi notant omnes vt lite non conteſtata cap. cum inter, & ibi præſertim Alex. de Neuo num.13. extra de except.Ant.de Butr. cap. Poſtremo nu. 11. verſic. Vide quod omnis cauſa,de appellation. & ibi etiam Imol.num.3.colum.1.in fine verſic.Item ſi iudex

dex

dex ſit nimis fauorabilis, Præpoſ. Mediol. num. 11: verſic. Prima reſpectu amoris, & in verſie. Vigeſima Franch. num. 20. verſ. xxj. quando iudex eſſet nimis fauorabilis, Alex. de Neuo num. 30. verſic. Quinta causa, & num. 31. Ioan. Andr. in cap. inſinuante de offic. delegat. poſt num. 11. & ibi etiam Bellamer. nu. 2. in fine, Imol. in cap. Suſpicionis cauſa num. 2. in fine de offic. delegat. Iacobin. de S. Georg. in l. Apertiſſimi nu. 26. verſ Decima quarta cauſa C. de iudicijs, Specul. in tit. de iudice recuſato num. 1. verſic. Item ſi ſit nimis fauorabilis; Marant. de ordin. iudic. part. 6. num. 43. Aufrer. in tractat. de recuſation. num. 18. verſic. Vigeſimaoctaua, quando iudex nimis fauet Pract. Conrad. rubr. de except. num. 9. verſ. xxij. Cardinal. Tuſch. pract. concl. in verbo Suſpectus, concl. 908. num. 9.

786 Cauſa autem cum iudex magis fauet vni parti, quam alteri debet in ſpecie exprimi ſecundum Præpoſ. Mediol. in cap. Poſtremo num. 11. verſ. xxviij. extra de appellat. & ibi etiam Alex. de Neuo num. 30. & 31. Bellamer. in cap. inſinuante num. 2. in fine de offic. delegat. Iacobin. de S. Georgio in l. Apertiſſimi num. 26. verſ. xiv. cauſa eſt, Aufrer. in tractat. de recuſation. num. 19. verſ. Si autem diceret, Pract. Conrad. rubr. de except. num. 9. verſ. xxij.

787 Sic, Et arbitrio iudicis remittitur, quando iudex dicatur vni parti magis fauere, quam alteri, Franch. in cap. Poſtremo num. 20. verſic. xxj. quando iudex eſſet nimis fauorabilis, extra de appellation. Aufrer. in tractat. de recuſation. num. 19. Pract. Conrad. rub. de exception. num. 9. verſic. xxij. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 152. num. 13.

788 IVDEX recuſari poteſt ſi ſit oriundus de loco impetrantis, & ſic illius compatriota, quando ſcilicet iudex, & impetrans ſtant extra eorum patriam, cum tunc ex eodem loco oriundi plus ſolito ſe diligere ſoleant, vel quãdo idẽ iudex, & impetrans in ſua patria litem habent contra forenſem cum etiam, & tunc inter ciues, & forenſes inuidiæ liuor regnare ſoleat Specul. in tit. de iudice delegat. §. Supereſt num. 8. Imol. in cap. Poſtremo nu. 3. colum. 1. in fine verſic. In eadem gl. extra de appellatioñ. & ibi etiam Præpoſ. Mediol. num. 11. in 30. cauſa, & in cauſa 31. & ibi etiam Franch. num. 20. verſic. xix. quando iudex eſt oriundus, & verſ. Seq. Alex. de Neuo num. 29. verſic. Secunda cauſa eſt, Iacobin. de S. Georgio in l. Apertiſſimi num. 26. verſ. Septima cauſa C. de iudicijs, & verſic. Decima tertia cauſa, Hoſtien. in ſumma rubric. de recuſatione iudicis delegat. §. Quæ ſunt iuſtæ cauſæ num. 3. verſ. Octaua ſi ſit de eadem Terra, vbi dixit, quod licet hæc cauſa de conſuetudine non proponatur, putat tamen eam eſſe iuſtiorem pluribus alijs, Marant. de ordin. iudic. par. 6. num. 39. Aufrer. in tractat. de recuſat. num. 21. in 30. & 31. cauſa Lanfranc. in repetition. cap. Quoniam contra rubr. de recuſat. nu. 123. verſ. Nona eſt ſi duo ciues, Pract. Conrad. rubric. de exception. num. 9. verſ. xx. & verſic. xxj.

789 Declara præmiſſam concluſionem procedere in delegato, ſecus in ordinario, qui non prohibetur eſſe iudex in patria ſua contra forenſem quia alias quilibet forenſis volens conuenire ciuem de facili recuſaret omnes ordinarios, quod videtur contra mentem iurium ſecundum Aufrer. in tractat. de recuſat. num. 21. in fine verſ. Sed in ordinario.

790 IVDEX recuſatur ſi ſit magiſter, ſeu Doctor aduerſarij, & e contra niſi cauſa eſſet inter ſcholarem & ſcholarem, Specul. in tit. de iud. deleg. §. Supereſt, num. 4. verſ. Quid de magiſtro, Pręp. Mediol. in c. Poſtremo nu. 11. & in 7. & 8. cauſa de appell. & ibi etiam Franch. nu. 20. verſ. 24. Paternitas Doctoralis, Io. de Anan. in c. Cauſam quæ, n. 2. verſ. Quidem magiſtro de off. deleg. Iacobin de S. Georg. in l. Apertiſſimi nu. 28. ver. XXV. cauſa eſt C. de iudicijs vbi melius declarando ea, quæ dixerat ſupra nu. 9. hanc ſequitur ſententiam, Aufrer. de recuſat. nu. 8. ver. Septima ſpecies Pract. Conrad. rub. de except. nu. 9. verſ. XXV.

791 Contrarium quod imo doctor non poſſit recuſari, vt ſuſpectus in cauſa ſui ſcholaris tenuit Iaſ. in l. Apertiſſimi nu. 9. ver. Duodecimo in doctore C. de iudicijs poſt Bald. & Panormitan. in locis ibi per eum relatis, & ibi etiam Iacobin. de S. Georgio. num. 9.

792 IVDEX recuſatur ſubditus in cauſa domini ſui cap. Lædens il primo, & il ſecondo, vt lite non conteſtata Præp. Mediol. in c. Poſtremo nu. 11. in 13. cauſa de appellat. & ibidem in 22. cauſa, & ibi etiam Franc. nu. 20. ver. xiij. quando iudex eſſet vaſſallus, Hoſtien. in c. Cauſam quæ, n. 1. & in verbo Suſpectũ de off. deleg. Iacobin. de S. Georgio in l. Apertiſſimi num. 26. verſ. Octaua cauſa, Marant. de ord. iudic. par. 6. nu. 40 vbi de communi, Nouell. reg. 204. nu. 10. & n. 24. Aufrer. de recuſ. nu. 14. in fin. verſie. xxij. ſi iudex, Pract. Conrad. rub. de except. nu. 9. verſ. xiiij. Viu. opi. 866. num. 17. Caputaq. dec. 172. nu. 5. & ſeq. par. 1. Card. Tuſch. practicar. concl. in verbo Suſpectus concl. 908. nu. 19. & 21.

793 Poteſt tamen dominus eſſe iudex in cauſa ſui vaſſalli quando etiam altera pars eſt ſuus vaſſallus, & ſic quando cauſa eſt inter duos vaſſallos c. Ex tranſmiſſe de foro competen. Io. Andr. in c. Cauſam quæ, nu. 3. de offic. deleg. & ibi etiam Io. de Anan. num. 2. Cardinal. Zabarell. ante num. 1. verſ. Vnde dominus feudi.

794 Sic, & e contra recuſatur iudex deputatus in cauſa ſui vaſſalli, Præp. Mediol. in c. Poſtremo nu. 11. in vigeſima cauſa de appell. & ibi etiam Franch. nu. 20. ver. xvi. quando iudex eſſet dominus impetrantis, voluit gl. in c. Cauſam quæ. de offi. deleg. in verb. Dominus verſ. Et idem eſſet, & ibi etiam Imol. in ver. Nota quod in cauſa ſubditi Iacobin. de S. Georgio in l. Apertiſſimi nu. 26. ver. Decima cauſa, Specul. in tit. de iudic. deleg. §. Supereſt num. 1. verſic. Idem credo in vaſſallo, Aufrer. de recuſat. nu. 12. & num. 14. verſic. 20. ſi aduerſarius, & Pract. Conrad. rubr. de except. nu. 9. verſ. 17.

795 IVDEX recuſatur ſuſpectus ſi fuit deputatus in

cauſa,in qua alias teſtimonium dixit Præpoſit. Mediolanen.in c.Poſtremo,num.11. in 21.cauſa extra de appell.& ibi etiam Franc.num.20.verſic.Octauo ſi iudex,Pariſ.ad Bart.in l.apertiſſimi,litt.A.in princip.verſ.Item ex iuſta cauſa recuſandi, & ibi etiam Iacob.de S.Georgio,num.30. verſ. xxxiv. cauſa eſt Marant.de ordin.iudic.par.6.num.54.Nouell.regul. 204.num.14.Aufrer.de recuſation.num.14.in fine, verſ.xxj.ſi iudex,Pract.Conrad.rubr. de except. nu. 9.verſ.viij.

796 IVDEX recuſatur,qui fuit fideiuſſor in cauſa Præpoſ.Mediol.in c.poſtremo,nu.11.in 23.cauſa de appell.& ibi etiam Franch.num.20. verſ.xxxj.quando iudex eſſet fideiuſſor,Iac.de S.Georgio.in l.apertiſſimi,num.27.in fine,verſic.xxiv.cauſa eſt,Aufrer. de recuſat.num.15. Pract. Conrad. rubr. de except. num.9.verſ.xxxij.

797 IVDEX recuſari poteſt ſuſpectus ex eo, quod partibus animum ſuum declarat ante ſentẽtiã, Ang. in l.qui explicandi,in fin.C.de accuſat.vbi monet iudices,vt caueant animi ſui votum, nonniſi in puncto ferendæ ſententiæ pandere.Nam contra facientes de facili recuſari poſſunt ſine eorum culpa,& ita pluries de facto vidiſſe teſtatur Alex.in l.Pretor.nu.17.ff.de iuriſd.omn.iud.Pract.Conrad.rubr.de except.nu.9. verſ.xlvi.& in tit.de ſenten. n.39.vbi ampliat tam in cauſa ciuili,quam criminali,Iacob.Laur.de iud.ſuſpecto,c.11.poſt num.18. verſ.Cuius quidem opinioni.

798 De conſuetudine tamen in multis partibus, & præſertim Bergomi hoc non ſeruari teſtatur Alberic. in l.vbi falſi,num.2.C.ad l.Cornel.de falſis,vbi amplius hanc conſuetudinem laudabilem putat ratione ibi per eum adducta,& poſt concluſionem in cauſa poſſe iudicem animi ſui votum priuate aperire, dummodo non interloquatur, pluribus probat Conrad. in pract.tit.de ſent.num.39.

799 IVDEX recuſari poteſt ex eo,quod ad petitionem vnius partis datus fuerit ſecundum Specul. Io. Andr.& Archid.in locis relatis per Aufrer. in tract. de recuſ.nu.35. verſ. lix. vbi tamen ſubdit de ſtylo Curiæ Romanæ iudicem ab vna parte poſtulatum cõcedi,niſi aduerſarius cõtradicat,& iſto caſu quælibet pars eligit vnum,& curia dat tertium, Practic. Conrad.rub.de except.nu.9.verſ.xxiij.

800 IVDEX recuſari poteſt ex eo ſuſpectus, quod vnius partis Riualis ſit,vtputa,quia cum eadem muliere conſuetudinem habeat,ex allegatis per Aufrer. in tract.de recuſat.num.47. verſ.Aduerte tamen.Pacian.de probat.lib.2.c.45.num.55.

801 IVDEX in cauſa ſuæ Eccleſiæ poteſt eſſe Prælatus eiuſdem Eccleſiæ, verum cum ipſe ſit ſponſus, vel filius eccleſiæ,illiusq; honor, & emolumentum conſequutiue ipſum tangit, poteſt ex hoc, vt ſuſpectus recuſari ſecundum Abb.in c.Poſtremo,nu.6.de appell.& ibidem,nu.7.verſ.Nec obſtat ſi dicatur,pro ponit contrarium,& reſpondet,& ibi etiam hoc idem voluit Præpoſ.Mediol.num.11.in 4. ſpecie, Franch. num.13.vbi relatis contrarium tenentibus teſtatur de veriori,& communi opinione,Alex.de Neuo,nu. 18.Bellamer.in cap.inſinuante,de offic.deleg. nu. 1. in 3.oppoſit.Vbi ampliat ſiue Prælatus agat tanquã adminiſtrator eccleſiæ,ſiue etiam agat per procuratorem,& ibi etiam Felin.num.2.verſ.Cauſa Eccleſiæ Iacob.de S.Georgio in l.apertiſſimi,num.23.C.de iudic.Marant.de ordin.iudic.p.6.num.51.& ibi in addition.littera A.vbi de magis communi,Aufrer.de recuſatione,num.8.Pract.Conrad.de except.num.9. Viu.opinion.866.num.1.& ſeqq.vbi alijs relatis teſtatur de communi,Pacian.de probat.lib.2.c.45.nu. 95.Tuſch.pract.concl.in verbo Suſpicio,concl.907. num.7.Iacob.Laur.de iudic.ſuſpecto,cap. 5. nu. 26. & ſeqq.vbi alios refert,ac contrarium tenentes reprobat,ampliatq. hoc procedere non ſolum in cauſis ad ipſius proprij Epiſcopi menſam ſpectantibus, ſed etiam in ſpectantibus ad menſam eccleſię.

802 IVDICEM ſuſpectum recuſandi cauſæ legitimæ ſunt non ſolum illæ, quæ in iure expreſſæ reperiuntur,& de quibus ſupra dixi, ſed etiam quælibet alia expreſſis ſimilis,aut maior ſecundum Imol. in c.Poſtremo,num.3.col.1.in fin.verſ.Item omnes cauſæ ſimiles,Præpoſ.Mediolanen.in c.Poſtremo, num. 11. in 75.cauſa de appellation. & ibi etiam Franch. col.penult.verſ.Et vide ad omnia prædicta,Innoc.in cap.cum ſpeciali,nu.4.eod.tit.de appellat. Io.Andr. num.8.Bald.num.7.Anchar.num.12. Bellamer. ſub num.7.Imol.num.8.verſ.Conclude, vbi bene declarat an,& quando cauſa non expreſſa in iure ſit legitima ad recuſandum iudicem,Ant.de Butr.num. 11. Abb.num.7.Franch.num.7.Dec.num.17.Præpoſit. Mediol.num.11.poſt med.col.4.verſ. Diſcite, quod media eſt via,& Alex.de Neuo,num.13.Prob.in addition.ad Io.Monach.in c.Iudex ab Apoſtolica, nu. 3.de off.deleg.in 6.Aufrer.in tract. de recuſat. num. 45.in fine,verſ.xciij.etiam in omni caſu, Lanfranch. in repet.c.Quoniam contra rub.de accuſat. nu.123. verſ.Alias cauſas,extra de probat.

803 IVDEX quibus ex cauſis vltra expreſſas in iure poſſit ſuſpectus recuſari, iudicis arbitrio remiſſum eſt,vt per Franch.in c.Poſtremo nu.20.col.final.in princ.verſ.Et quando hoc ſit,Innoc.in c.cum ſpeciali poſt num.4.verſ.Et hoc relinquitur arbitrio iudicis eodem tit. de appell.Io.Andr.nu.9. Anchar. nu. 12. Bellamer.nu.7.Franch.nu.8.Præpoſ.Mediol. nu.11. in fin. verſ.Et hoc erit arbitrarium,& Alex.de Neuo num.13.& 16.vbi opponit,& oppoſitioni reſpondet Addo,& Bellapert.in l.apertiſſimi,C.de iudicijs,col. 4.poſt med.verſ.Gratia huius quæritur.Aufret. de recuſatione,num.45.in fine,verſ.xciij. etiam in omni caſu,Lanfranc.in repetition. cap. Quoniam contra rubr.de accuſat.nu.123.verſ.Alias cauſas, extra de probation.Pract.Conrad.rubr.de exception.num.9. verſ.xli.Menoc.de arbitr.quęſt.lib.2.caſu 152.num. 2.Rot.diuerſ.deciſ.2.nu.10.p.2. Pacian. de probat. lib.2.cap.45.Tuſch.pract.concl.in verbo Suſpectus, concl.908.num.15.

804 IVDEX poteſt recuſari ſuſpectus ex pluribus

alijs cauſis, vltra iam prænarratas, quas recenſere, quia longum eſſet, lectorem remitto ad text. in cap. cauſam quæ, de offic. delegat. & in c. accedens, vt lite non conteſtata, & vtrobiq; Doctor. Præpoſ. Mediol. in c. Poſtremo, nu. 11. de appell. vbi ponit cauſas 75. quibus iudex poteſt ſuſpectus recuſari, Franch. num. 20. per tot. vbi enumerantur cauſæ ſuſpicionis 40. Iaſ. in l. apertiſſimi, nu. 7. & ſeqq. C. de iudicijs, & ibi etiam Iacobin. de S. Georgio, num. 19. & ſeqq. Specul in tit. de iudice delegat. §. ſupereſt per tot. in diſcurſu, Hoſtienſ. in ſumma in tit. de recuſatione iudic. delegati, §. quæ ſunt iuſtæ cauſæ, num. 3. Marant. de ordin. iudic. p. 6. nu. 26. & ſeqq. Nouell. reg. 204. Aufier. in tract. de recuſation. num. 1. & ſeqq. omnibus, vbi ponit cauſas ſuſpicionis 93. Pract. Conrad. ſub. de except. num. 9. vbi ponit cauſas quinquaginta, Bertacch. in tract. de Epiſcopo, lib. 4. p. 4. vbi enumerat lv. cauſas ſuſpicionis.

805 IVDEX recuſari non poteſt ſine cauſa, nec etiã recuſatur ex qualibet cauſa recuſanti bene viſa, ſed ex iuſta, legitima, & rationabili tantum cauſa, tex. eſt in cap. cum ſpeciali in verbo: Iuſtæ ſuſpicionis, & ibi glo. & communiter omnes canoniſtæ de appell. Item glo. in c. ſuſpicionis cauſa, in verbo Suſpicionis de off. deleg. & ibi etiam Hoſtien. ante num. 1. in verbo Cauſa, Anchar. nu 2. in verbo Suſpectum putat, verſ. Sed Iacob. de Arena, Ant. de Butr. nu. 14. & Car. Zarell. nu. 1 in 1. notab. Item eſt tex. & ibi pariter notant omnes in c. ſi contra vnum. in illis verbis Suſpicionis cauſa legitima proponatur de off. deleg. in 6. Pacian. de probat. lib. 2. c. 45. num. 42.

806 IVDEX quando recuſatur ex cauſa ſuſpicionis notoriè friuola, & fruſtratoria, tunc poteſt reijci a iudice recuſato, & ea non obſtante ad vlteriora procedi abſque eo, quod arbitros eligat, ſicut e contra, nec arbitros eligere debet, quando cauſa ſuſpicionis eſt rationabilis de iure, & notoria in facto, quia tunc iudex recuſatus abſque alio a cognitione cauſæ ſe abſtinere debet, & cedere, nec allegata cauſa probanda eſt. tex. eſt in c. cum olim, de cauſa poſſeſſion. & propriet. qui loquitur quando recuſatur iudex datus de conſenſu recuſantis, & in c. accedens, vt lite non conteſtata, per quæ iura ſic firmarunt Innoc. in c. cum ſpeciali, num. 7. verſ. Sed reſpondeo de appell. & ibi etiam Io. Andr. num. 3. verſ. Hoc verum, & nu. 5. verſ. Si vero ſibi certum, & notorium eſſet. Henric. Boich. num. 1. & num. 3. Bellamer. nu. 3. & 4. poſt med. col. 2. verſic. Nam ſi ſubdelegatus cognouerit, Bellamer. num. 18. in 8. quæſt. & num. 20. Imol. num. 16. in fine verſ. Aduerte tamen. Ant. de Butr. num. 8. in fine, verſ. Quod dicit verum, & num. 12. verſ. Vbi autem, Abb. num. 15. verſ. Dicunt tamen Doctores, Franch. num. 17. & nu. 23. Præpoſ. Mediol. num. 8. verſ. Item hoc verum, & verſ. Item & quarto, & num. 20. verſic. Sed quid ſi friuolam, & Alex. de Neuo, num. 44. Bellamer. in cap. ſuſpicionis cauſa, num. 8. de offic. deleg. Geminian. in cap. iudex ab Apoſtolica, num. 12. ad med. verſ. Hæc vera de offic. delegat. in 6. Speculat. in tit. de recuſ. §. qualiter autem, nu. 2. verſ. Et hæc vera ſunt, & verſ. ſeq. Nouell. reg. 204. in princip. Bero. conſ. 16. nu. 21. lib. 3. Lap. alleg. 1. nu. 4. Franc. Marc. dec. 727. nu. 2. p. 1. Pacian. de prob. lib. 2. c. 45. num. 42. & ſeqq. & nu. 52. 67. & 73. verſ. His igitur ita præſuppoſitis, & ſeqq. vſq; ad num. 84. vbi licet pluribus contendat de iure ciuili non eſſe admittendam contra recuſantem exceptionem temerariæ, iniuſtæ, & calumnioſæ recuſationis, declarat tamen ibid. nu. 73. verſ. Aut quis opponit, & nu. 80. & 82. verſ. Quapropter, hoc non procedere, quando recuſatio eſſet euidenter calumnioſa, & ſic, vt verum fatear omnes fere præallegati Doctores loquuntur in recuſatione notorie friuola, & fruſtratoria.

807 Declara, quia quando iudex recipit recuſationẽ tamquam notorie friuolam, debet tunc in reiectione cauſam ſuæ repulſionis exprimere ſecundum Franc. in capit. cum ſpeciali, num. 23. de appellation. & ibi etiam Alex. de Neuo, nu. 44. Geminian. in cap. iudex ab Apoſtolica, num. 12. ad med. verſ. Hæc vera de offic. delegat. in ſexto, Lap. allegation. prima, num. ſeptimo.

ARGVMENTVM.

IVDEX recuſari quando poſſit, vt ſuſpectus propter familiaritatem, quam habet cum parte.

SVMMARIVM.

Iudex regulariter recuſatur ſuſpectus propter familiaritatem, quam habet cum parte, num. 808.

Iudex domeſticus cum aduerſario meo poteſt a me recuſari ſuſpectus, num. 809.

Iudex ſocius aduerſarii mei poteſt a me ſuſpectus recuſari, num. 810.

Iudex commenſalis aduerſarii mei poteſt a me ſuſpectus recuſari, num. 811.

Iudex valde amicus aduerſarii mei poteſt a me ſuſpectus recuſari, num. 812.

Niſi amicitia ſit modica, num. 813.

Iudex ſecrete loquens cum aduerſario meo, poteſt a me, vt ſuſpectus recuſari, num. 814.

Declara, vt num. 815.

Iudex qui eſt de eadem familia, de qua eſt aduerſarius meus, numquid a me poſſit, vt ſuſpectus recuſari, num. 816.

Dominus in cauſa ſui famuli iudex recuſari poteſt, nu. 817.

Et è contra, num. 818.

Declara, niſi Dominus ſit perſona multum religioſa, num. 819.

Declara ſecundo finito famulatu, num. 820.

Declara tertio inter duos famulos, num. 821.

Dominus vbi eſt ſuſpectus iudex, ſuſpecta etiam eſt to-

ta

ta eius familia, num. 822.

Domino vbi ſuſpectus eſt aliquis iudex, an etiam tota familia ipſius Domini poſſit illum iudicem ſuſpectum recuſare, num. 823.

Familiaritas quotuplex ſit, num. 824.

Modica familiaritas non ſufficit ad recuſandum iudicem ſuſpectum, num. 825.

Familiaritas debet allegari in ſpecie, quando ex ea iudex ſuſpectus recuſatur, nu. 826.

Iudex ſanctitate ſuffultus recuſari non poteſt propter familiaritatem, num. 827.

Familiaris conſanguinei mei aduerſarii recuſari non poteſt ſuſpectus pro iudice, num. 828.

Familiaritas, vt ſufficiat ad recuſandam iudicem debet eſſe poteſtatiua non autem extranea, num. 829.

808 IVDEX regulariter recuſari poteſt ſuſpectus ex eo, quod ſit familiaris vnius partis, ad gl. in cap. Poſtremo, de appellation. in verbo Conſanguineus, verſ. Modica enim cauſa, & ibi etiam Præpoſ. Mediol. num. 11. in 11. cauſa, Franch. nu. 20. verſ. xi. quando iudex; Dec. nu. 20. & ſeqq. Alex. de Neuo, num. 28. verſ. Prima eſt, & num. 29. & pro hac regula eſt text. in c. inſinuante de off. deleg. & ibi gl. in figuratione caſus, & in verbo Familiarem, & in verbo Conſenſerit, Innoc. nu. 1. in verbo Poterat, Hoſtien. ante num. 1. in verbo Familiarem, Anchar. nu. 2. in 4 notab. Butr. num. 5. in 3. notab. & nu. 12. Abb. num. 5. Felin. num. 4. in 3. notab. Imol. ante nu. 1. verſic. Nota vnam legitimam cauſam. Zabarell. ante num. 1. verſ. Nota, quod ſi alter litigantium, Iac. de Sancto Georgio in l. apertiſſimi, num. 26. verſ. Sexta cauſa, Specul. in tit. de iudice deleg. §. ſupereſt, verſ. Item ſi eſt nimis ei familiaris, Hoſtien. in ſumma rub. de recuſatione iudicis delegati, §. Quæ ſunt iuſtę cauſæ, num. 3. in princ. verſ. Secunda ſi nimis familiaris, Marant. de ordin. iudic. p. 6. num. 27. Soccin. reg. 203 in princip. Nouell. reg. 32. in princip. & reg. 204. poſt princ. nu. 1. Aufrer. de recuſat. nu. 9. verſ. Et idem videntur, Lanfr. in repet. c. quoniã cõtra rubr. de recuſ. nu. 123. verſ. Octaua eſt extra de prob. Pract. Conr. rubr. de exception. num. 9. verſ. xiij. Quintilian. Mandoſ. in praxi commiſſionum in formula 8. in verbo Vel familiaritatem, Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 152. num. 10. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Suſpectus, concl. 908. num. 22.

Propoſita regula habet plures ampliationes, ſeu illationes, quibus ſucceſſiue explicatis, limitationes, & declarationes ſubijciam.

809 IVDEX recuſari poteſt ex eo, quod ſit domeſticus aduerſarij, domeſticus enim dicitur familiaris ad effectum, vt poſſit, vt iudex recuſari, vt per Prępoſit. Mediolanen. in capitulo Poſtremo, num. vndecimo cauſa de appellationib. Dec. num. 22. Innocen. in capitulo inſinuante, de offic. delegat. num. primo in verbo Poterat, vbi quod ex cohabitatione redditur quis ſuſpectus, & ibi etiam Ancharan. num. 3. verſiculo Quædam eſt familiaritas ſubiectiua de facto, Bellamer. poſt numerum ſecundum, Felin. num. 7. vbi dixit domeſticum eſſe eum, qui pro maiori parte cohabitat cum aliquo, & quod ille, qui eſt mihi domeſticus, in dubio præſumitur de mea familia, Marant. de ord. iudic. par. 6. num. 59.

Et hæc ſit prima ampliatio.

810 IVDEX recuſari poteſt, vt ſuſpectus ex eo, quod ſit ſocius aduerſarij, ſecundum Præpoſit. Mediolanen. in cap. Poſtremo, num. 11. in vndecima cauſa de appellationibus, Innocen. in cap. inſinuante de offic. delegat. num. primo, in verbo Poterat, & ibi etiam Ancharan. num. 3. verſic. Quarta eſt familiaritas ſocialis, Bellamer. poſt numerum ſecundum, Io. de Anan. num. 3. verſic. Quædam eſt familiaritas ſocialis, Iaſ. in l. apertiſſimi, num. nono, verſ. Septima cauſa eſt, C. de iudicijs, & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georgio, num. 26. verſic. Item ſi ſit Comes aduerſarij, & num. quarto, verſiculo Quid ſi ſit ſocius in eadem domo, Hoſtien. in ſumma rubr. de recuſation. iudic. deleg. §. Quæ ſunt iuſtæ cauſæ, num. 3. verſic. xij. Si comes ſit, Marant. de ordin. iudicior. part. 6. num. 59. Nouell. reg. 204. num. 15. Aufrer. de recuſation. nu. 11. quem omnino bene declarantem videas Lanfranch. in repetition. cap. Quoniam contra, rubr. de recuſationib. num. 123. verſ. Sexta cauſa, extra de probation. Pract. Conrad. rubr. de exception. num. 9. ſub verſ. xiij. & verſ. xix.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

811 IVDEX poteſt etiam, vt ſuſpectus allegari ex eo, quod ſit commenſalis aduerſarij, Franch. in c. Poſtremo, num. 20. verſ. xj. quando iudex, & ibi etiam Neuo num. 29. Hoſtien. in c. inſinuante, num. 4. in verbo Familiaris, de offic. delegat. Aretin. in l. apertiſſimi num. 6. verſ. & addas quod quando erat commenſalis C. de Iudicijs Iaſ. in l. Apertiſſimi nu. 9. verſ. ſeptima cauſa eſt C. de iudicijs, & ibi etiam Iacobin. de S. Georgio nu. 26. verſ. ſexto cauſa, Specul. in tit. de iudic. delegat. §. ſupereſt poſt num. 1. Hoſtienſ. in ſumma rubr. de recuſat. iudic. delegat. §. Quæ ſunt iuſtæ cauſæ num. 3. in princ. verſ. ſecunda ſi nimis familiaris, vel commenſalis. Marant. de ordin. iudic. par. 6. num. 38. Nouell. reg. 204. num. 7. Aufrer. de recuſation. num. 9. in fine verſ. Verumtamen. Pract. Corrad. rubr. de exception. nu. 9. uerſ. 13. Oldrad. conſ. 301. nu. 2. Card. Tuſc. pract. concluſ. in uerbo ſuſpectus concl. 908. n. 6. Et hęc ſit tertia ampliatio.

812 IVDEX ſicut recuſari poteſt propter magnam familiaritatem ita etiam ſi ſit ualde amicus aduerſarij iuribus allegatis per Prępoſ. Mediol. in c. Poſtremo num. 11. in 1. cauſa de appellationib. Iaſ. in l. Apertiſſimi num. 9. uerſ. ſeptima cauſa eſt C. de Iudicijs, Aufrer. de recuſatione num. 3. uerſ. Quando iudex eſt nimis amicus Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 152. nu. 10. & ſeq. Card. Tuſc. pract. concluſ. in uerbo ſuſpectus concluſ. 908. nu. 8. & nu. 24.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

813 Declara dummodo amicitia ſit magna, ſecus ſi modica, per ea quæ dixi infra num. 825. & eſt de

mente præallegatorum,Doct.dum dicunt iudicem non ſimpliciter amicum partis,ſed nimis amicum, & in ſpecie voluit Anchar.in cap.inſinuante de off. deleg.nu.2.ante fin.verſ.Venio ad oppoſitiones, Bero. conſ.16.nu.24.lib.3.Menoc.d.caſu 152.num.11.& ſeq.vbi etiam quod arbitrio iudicis relinquitur, quæ magna,vel modica amicitia dicatur.

814 IVDEX allegari poteſt ſuſpectus ex eo, quod aduerſarius ad illius aures ſibilet,& ſic cum eo ſecrete loquatur,quia tunc inter eos maxima præſumitur amicitia,ex allegatis per Prępoſit.Mediol.in c.Poſtremo,num.11.in cauſa 29.extra de appell.& ibi etiam Franch.num.20.verſic.39.quando altera pars ſecrete loquitur,Iaſ.in l.apertiſſimi,nu.9. verſ. Vndecima cauſa,& ibi etiam Iacob.de S.Georgio,num.28. verſic. xxviij. cauſa eſt,vbi declarat hoc non procedere in ſummarijs,Roman.ſingul.261.incip.Numquid ſi aduerſarius,Marant.de ordin.iudic.part.6.num.44. Nouell.reg.204.num.25.Aufrer.in tract.de recuſat. num.20.verſ.29.ſi pars,addent.ad Lanfranch. de Oriano in repetit.cap.Quoniam contra rubr.de recuſation.nu.113.litt.D,extra de prob.Idem Lanfranc. vbi ſup.nu.124.Pract.Conrad.rubr.de except.num. 9.verſ.xxxix.Tuſc.practic.concl.in verbo Suſpectus concl.908.num.7.

Et hæc ſit quinta ampliatio.

815 Declara niſi iudex publice propalauerit,quod ſibi ſecrete,& ad aures dictum fuit,quia tunc ex huiuſmodi ſecreta allocutione recuſari non poteſt ſecundum Aufrer.in tract.de recuſat.num.20.verſ.xxix.ſi pars.Addent.ad Lanfranc.de Oriano in repetit.cap. Quoniam contra,rubr.de recuſat.nu.113.litt. D,extra de probationibus.

816 IVDEX autem numquid recuſari poſſit ex eo, quod ſit de eadẽ familia,de qua etiã eſt pars in cuius cauſa delegatus eſt,vt puta, quia inſimul inſeruiant vni Domino,& ſint de alicuius Domini familia,& familiares, dic, quod ſic dummodo familiaritas inter eos ſit talis,quæ præſumptionem ſingularis affectionis inducat propter continuam, vel quaſi conuerſationem,vtputa,quia ſimul bibunt, & commedunt in menſa eiuſdem Domini,ſecus ſi familiaritas non habet tam mutuam conuerſationem, vt bene declarat Bellam.quem omnino videas in c.inſinuante de off. deleg.num.5.verſ.Secundo quæritur,& num.6.

817 IVDEX recuſatur ex eo,quod ſit Dominus impetrãtis text.eſt clarus, & apertus in c.cauſam quę,& ibi gloſſ.& communiter omnes canoniſtę de offic.deleg.vbi præſertim Felin.num. 3.ponit hanc concluſionem,& regulam cum octo fallentijs, glo.in c.Poſtremo in verbo Conſanguineus,ante finem, verſic. Item remouetur iudex de appellation.allegat.tex.in cap.cauſam quæ de off.deleg.Præpoſit. Mediol.in d. cap.Poſtremo,nu.11.verſ.Nona ſpecies. Innoc. in c. inſinuante,de off.deleg. num.10.in verbo Poterat,& ibi etiam Bald.num.3.Ant.de Butr.num.5. in 2. notab.& nu. 10. verſ. Quæro primo de ratione.Bellam. nu.2.verſ.Sed numquid ſi ſit ſuſpectus ei Dominus, Specul.in tit.de iudice delegat.§.ſupereſt,ante num. 1. verſ.Primo ſi ſit Dominus impetrantis.Hoſtien. in ſumma rubr.de recuſatione iudicis delegati, §.iuſtæ cauſæ,verſ.Prima eſt,Marant.de ordin. iudic. par. 6. num.58.Nouell.reg.32.in princ. Aufrer. de recuſat. num.9.Lanfranch.in repetition.cap. Quoniam contra rubr.de accuſation.num.123.verſ. Quinta cauſa extra de appellation.

Et hæc ſit ſexta ampliatio.

818 Sic,& recuſari poteſt ſuſpectus famulus in cauſa ſui Domini,vt per Bald.in cap.inſinuante,num.3. de offic.delegat.& ibi etiam Imol.num.5. verſ. Aduerte etiam.

819 Declaratur præmiſſa ſexta ampliatio;Primo,vt recuſari non poſſit iudex ex eo quod ſit Dominus illius in cuius cauſa iudicare debet, quando eſt perſona talis qualitatis,quod omnem ſuſpicionem purgaret, vtputa,ſi eſſet Monachus Ciſtercienſis per ea, quæ dixi infra num.845.& in ſpecie voluit Felin.in capitulo cauſam quæ,nu.5.verſic.Sexto fallit de off. deleg. & ibi etiam Decius num.24.vbi tamen arguit contra hanc declarationem.

820 Declara ſecundo, vt dominus recuſetur ex eo, quod cauſa,in qua eſt delegatus,ſpectat ad eius famulum procedere durante famulatu,non autem poſt famulatum, vt per Præpoſit. Mediolanen. in cap. Poſtremo, num. 11. verſ. Nona ſpecies de appellation. Felin.in cap.cauſam quæ,num.3. verſ. Octauo fallit. Nouell.regul. 32. in vltima fallentia, Aufrer. de recuſatione poſt numerum nonum, verſic. Quod tamen intelligunt,vbi declarat niſi etiam poſt ſolutum famulatum remaneret aliqua reuerentialis obedientia.

821 Declara tertio,vt poſſit Dominus iudex eſſe in cauſa ſui famuli, quando altera pars ſtaret ſub eodẽ famulatu,per ea quę generaliter dicta ſunt infra num. 842.& in ſpecie voluit Io.And.in c.cauſam quæ,nu. 2.de off.del.& ibi etiam Anchar.num.2.in 2. notab. Butr.nu.7.& 8.Bellamer.in verbo Tantum, Ioan. de Anan.nu.2.verſ.Quid autem ſi eſſet Dominus vtriuſque,Zabarell.ante nu.1.verſ. Secus ſi vtriuſq. Felin. num.3.verſ.Quinto fallit,& Dec.nu.22.Nouell.reg. 32.in quarta fallentia.

822 IVDEX, vt recuſatur ex eo,quod quis ſit delegatus in cauſa ſui famuli,aut familiaris,vt dictum eſt ita etiam recuſari poteſt tota eius familia,præter Dominum ſecundum glo.in c.inſinuante, de offic. delegat. in verbo Familiarem, verſ. Imò tota familia per rex.quem allegat in l.vnica,C.ſi quacunq. Præd. Po. Innoc.in dicto cap.Inſinuante,num.1.in verbo Poterat,vbi magiſtraliter dixit,quod iſto caſu tota familia eſt ſuſpecta,non quia ſit familia Domini,ſed quoniã omnes de familia ſunt alias confamiliares,& inſimul cohabitantes, & ibi etiam Hoſtienſ.nu.1.verſ.Quin imo,& propter familiaritatem Domini, Anchar. nu. 2.ante finem,verſ.Venio ad oppoſitiones, Ant.de Butr.nu.11.in princ.Bellam.nu.2.verſ.Sed nunquid ſi ſit ſuſpectus ei Dominus, Abb.num.6. verſic. In gloſſ.

gloſſ.1.Io.de Anan.num.3.in fine, Zabarell.num.2. col.2.poſt verſ.Oppono quod familiaritas, Specul.in tit.de iudic.deleg.ſub nu.1.ante fin. verſ. Item ſi ſit Comes, & num.2. verſ. Nam propter Dominum, Marant.de ordin. iudic.p.6.num.31.Roland.conſil.19. num.13.lib.3.

Et hæc ſit ſeptima ampliatio.

823 IVDEX ex aliqua ſuſpicionis cauſa domino ſuſpectus, numquid ſit etiam ſuſpectus totæ eius familiæ, & ſic, an tota domini familia eximatur a iuriſdictione iudicis ſuſpecti ipſi Domino videtur, quod ſic per tex.quem allegat glo.in c.inſinuante, de offic. deleg.in verbo Familiarem, verſ.Imo tota familia ſcilicet in l.vnica, C.ſi quæ præd.po.Verum aduertendum, quod gl.ibi non loquitur in iſto caſu, ſed in caſu conuerſo, quando ſcilicet dominus eſt alicui ſuſpectus iudex. Nam tunc eidem iure ſuſpecta eſt etiam tota familia Domini, & ſic Dominus recuſatur, ita etiam recuſari poteſt tota eius familia, & ita loquitur gloſſ. illa, & propterea Innoc.in d.cap.inſinuante, num. 1. dixit forte non eſſe verum, quod iudex Domino ſuſpectus, ſit etiam ſuſpectus totæ eius familiæ, & quod text.in d.l.vnica loquitur in caſu ſpeciali, præterquã in familia, quæ eſt in poteſtate Domini conſtituta, vt puta filius, & vxor; Hoc enim caſu admittere videtur Innocen.iudicem ſuſpectum Domino, ſuſpectum etiam eſſe familiæ exiſtenti in poteſtate Domini. Et hæc bene nota, quia non ſic diſtincte ab alijs, verba Innocentij referuntur, vt videre eſt ibidem apud Hoſtien.num.1.verſ.Nota tamen, Io.And.num.9.& 10. Bal.num.3.verſic.Sed Innocentius dicit, Anch.num. 2.ante fin.verſic.Venio ad oppoſitiones, Butr. num. 11.Bellam.num.2.verſic.Sed numquid, ſi Dominus eximitur a iuriſdictione ſuſpecti iudicis, Abb.num.6. Imol.num.5.Zabarell.colum.2.ante med.num.2.verſic.Et in hoc licet gloſa.

Vide tamen Felin.in d.c.inſinuante de off.del.nu. 4.in fin.vbi poſt Bald.in loco per eum relato ſcripſit, quod tota familia mea poteſt habere ſuſpectum iudicem, qui mihi ſuſpectus eſt.

824 IVDEX cum poſſit propter familiaritatem ſuſpectus recuſari, videndum eſt quotuplex dicatur familiaritas, qua in re vide bene declarantem Bald.in l.1. C.de epiſcop.& cleric.nu.2. vbi dixit quadruplicem eſſe familiaritatem poteſtatiuam ſcilicet, ſeu ſubiectiuam, vt puta Patris in filium; Domini in ſeruum; Viri in vxorem, Domini in ſeruitorem, quem vulgo appellamus familiarem; Aliam eſſe familiaritatem ſocialem, de qua in l.apud labeonem, §.ſi quis virginem, ff. de iniurijs, ſed quod attinet ad materiam noſtram, vide Ancharan. in cap. inſinuante, num. 3. de offic. delegat. vbi dixit quadruplicem eſſe familiaritatem, quædam eſt ſubiectiua de iure, & quando quis habet ius imperandi, & iſta repellit iudicem, & teſtem, quædam eſt ſubiectiua de facto, vt ſunt familiares, quos habemus in domo; & iſta etiam repellit iudicando; Tertia eſt familiaritas naturalis, puta inter fratres, & alios de eadem caſata, & iſta etiam repellit iudicem, vt dixi ſupra num.813.Io.de Anan. in d.c.inſinuante, nu.3.vbi refert eandem diſtinctionem Ancharani,

Et hæc ſit prima declaratio.

825 IVDEX non recuſatur ex eo, quod ſit familiaris Aduerſarij, quando familiaritas eſt modica, ex allegatis per Dec.in capitulo Poſtremo, num. 22. de appellation.voluit gloſſ.in capitulo inſinuante, de offic.delegat, in verbo Familiarem, verſiculo Sed modica familiaritas, vbi concordantia iura allegat, & ibi etiam Innocen.num.primo, verſic. Modica tamen familiaritas, Anchar.num.ſecundo ante finem verſic.Venio ad oppoſitiones, Anton.de Butr. num. 12.Bellamer.num.ſecundo, in quarta oppoſition.vbi propterea dixit, quod non quælibet familiaritas ſufficit ad recuſandum iudicem, niſi fuerit domeſtica, vel ſocialis, Abb.num.6.verſic.Et nota gloſam, Ioan. de Anan.num.tertio, verſiculo Secus ſi ſit modica, Ioan.de Anan. num. ſecundo, in prima oppoſition. Marant.de ordin.iudic.par.6.num.27. Bero. conſil. 16.num.24.lib.3.Aufrer.de recuſatione, num.nono, verſic.Secus autem ſi modica eſſet familiaritas, Menoch. de arbitrar.quæſtion. lib. ſecundo, caſu 152. num. 11. & ſeq. vbi etiam quod remittitur arbitrio iudicis, quæ dicatur modica familiaritas.

Et hæc ſit ſecunda declaratio.

826 IVDEX quando recuſatur ex eo, quod ſit familiaris aduerſarij, non ſufficit ſimpliciter allegare familiaritatem, niſi etiam dicatur, quod eſt nimis familiaris, & etiam in ſpecie proponatur cauſa familiaritatis ſecundum Hoſtien.in capitulo inſinuante, de offic.delegat.num.primo, verſiculo Vnde non ſufficit dicere, & ibi etiam Ioan. Andr. num. 11. Bellamer. num.2.in fine, verſic. Ex quibus infert Hoſtien. Cardinal.Zabarell.num.2. column.2.ad med.verſic.Ex prædictis.

Et hæc ſit tertia declaratio.

827 IVDEX familiaris, qui ſit ſanctitate ſuffultus recuſari non poteſt, quia propter eius ſanctitatem omnis ſiniſtra ſuſpicio ceſſat ex ijs, quæ ſcripta ſunt, nu. 845.Et in ſpecie adnotarunt addentes ad Anchar.in c.inſinuante de off.del. litt.A, Socci.reg.203.verſic. Fallit, vbi perſona iudicis.

Et hæc ſit quarta declaratio.

828 IVDEX licet propter familiaritatem recuſari poſſit, vt ſuſpectus, hoc tamen procedit, quando ipſe eſt familiaris immediate ipſius partes, ſecus ſi ſit familiaris conſanguinei eiuſdem partis, ſecundum Anton. de Butr. in cap. inſinuante de offic. delegat. num.12. in fine, verſic. Quarto quid in familia poſt Innoc.ibi.

Et hæc ſit quinta declaratio.

829 IVDEX vt poſſit recuſari propter familiaritatem, familiaritas debet eſſe poteſtatiua, non autem extranea, & alias non ſufficit ad recuſandum iudicem, & ſi aliter diceremus, quilibet de facili poſſet recuſari; cum quiſq; teneatur proximo ad familiaritatem, & mutuam affectionem; quia natura inter

omnes homines cognitionem conſtituit ſecundum Abbat. poſt Hoſtien. quem allegat. in cap. Inſinuante de offic. delegat. num. 6. in fine.

Et hæc ſit ſexta declaratio.

ARGVMENTVM.

IVDEX quando poſſit ſuſpectus recuſari propter conſanguinitatem partis.

SVMMARIVM.

Iudex recuſatur ſuſpectus regulariter, quando vni ex partibus litigantibus conſanguineus eſt, num. 830.

Iudex propter conſanguinitatem recuſatur ſuſpectus vſque ad decimum gradum, num. 831.

Iudex propter conſanguinitatem recuſatur ſuſpectus etiam vltra decimum gradum, quando eſt de eadem domo, vel ſtirpe maſculina, de qua eſt pars litigans, num. 832.

Iudex vſque ad quem gradum conſanguinitatis poſſit propter conſanguinitatem recuſari ſuſpectus, arbitrio iudicis remiſſum eſt, quod an verum ſit, num. 833.

Iudex propter conſanguinitatem recuſatur ſuſpectus, etiam in cauſa Eccleſiæ, cuius Prælatus eſt conſanguineus iudicis, num. 834.

Licet alij contra, num. 836.

Amplia etiam, quod Prælatus agat nomine ſuæ eccleſiæ, num. 835.

Iudex recuſatur ſuſpectus non ſolum propter conſanguinitatem, ſed etiam propter affinitatem, num. 837. & ſeq. vbi etiam quid finita affinitate.

Iudex recuſari etiam poteſt ſuſpectus propter cognationem ſpiritualem, num. 839.

Iudex recuſatur ſuſpectus propter conſanguinitatem tam ex linea maſculina, quam fœminina, num. 840.

Iudex recuſatur ſuſpectus propter conſanguinitatem etiam ex damnato coitu, num. 841.

Iudex conſanguineus vtriuſque partis non poteſt ſuſpectus recuſari, num. 842.

Declara, vt num. 844.

Par affectio remouet a iudice ſuſpicionis cauſam, num. 843.

Iudex non recuſatur ſuſpectus propter conſanguinitatem, quando eſt perſona valde Religioſa, num. 845.

Contra, num. 846.

Iudex impetratus ab Actore qui fuerit conſanguineus rei, nunquid poſſit ab eodem Actore recuſari, num. 847.

830 IVDEX regulariter quod recuſari poſſit ex eo, quod ſit conſanguineus partis nulla eſt dubitatio, textus eſt in cap. Poſtremo de appellation. in illis verbis, qui conſanguineus ſit illius, qui litteras impetrauit, & ibi gloſſ. in verbo Conſanguineus, & ibi communiter canoniſtæ omnes in ſummario, Ancharan. num. primo, in primo notab. Bellamer. num. 3. column. ſecunda, ante med. verſiculo Si quæris de conſanguineo, Anto. de But. n. 3. verſ. Nota duas cauſas, Præpoſit. Mediolan. num. ſecundo in primo notab. & num. 11. in ſecunda cauſa, Franc. in princ. verſic. Primo ſi eſt conſanguineus, & num. 20. verſ. Et primo ſi iudex, Dec. num. quinto in ſecundo notab. Alexan. de Neuo num. ſecundo, in primo notab. Addo glo. in cap. cauſam quæ, in verbo Dominus, verſ. Item ſi eſſet conſanguineus de offic. deleg. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 5. verſ. Quid ſi ſit conſanguineus. Iacobin. de Sancto Georgio in l. Apertiſſimi, num. 19. C. de iudicijs, Specul. in titul. de iudice delegat. §. ſupereſt, num. octauo, verſic. Item ſi ſit conſanguineus, Nouell. regul. 204. num. ſecundo, Iacob. Port. Imol. conſil. 91. num. 17. Aufrer. in tractat. de recuſatione, num. 3. poſt med. verſ. Secunda cauſa eſt. Pract. Conrad. rubr. de exception. num. 9. artic. primo. Quintilian. Mandoſ. in praxi commiſſionum in octaua formula in verbo Propter familiaritatem, Menoc. de arbit. quæſt. lib. ſecundo, caſu 152 num. 3. Card. Tuſch. pract. concl. in verbo Suſpectus, concl. 908. num. 17.

Hæc autem regula habet ſuas ampliationes, & limitationes, vt infra.

831 IVDEX recuſari poteſt ſuſpectus propter conſanguinitatem vſque ad ſeptimum gradum, & hodie vſque ad decimum, quia vſque ad illum gradum ſucceditur a conſanguineis, alijs deficientibus, & ſic eo vſque remanet affectio, fuit opinio gloſæ in dicto cap. Poſtremo de appellat. in verbo Conſanguineus, vbi arguit contra, quod imo non extendatur vltra quartum gradum, & reſpondet contrario dicens hoc honeſtius reputari, & ibi Innocen. verſ. Vel vſque ad gradum, vbi admittitur ſucceſſio, Hoſtienſ. ante numerum primum in verbo Conſanguineus, Bal. num. primo, Henric. Boic. num. quinto, verſic. Et licet conſanguinitas, Anton. de Butr. num. 10. verſic. Quærit, gloſſ. Abb. num. quarto, Imol. nu. 3. Præpoſit. Mediolanen. num. nono, Franch. num. 6. Dec. num. 16. Alexand. de Neuo, num. 21. & ſequen. & num. 24. Iacobi de Sancto Georgio, num. 20. C. de iudicijs, Aufren. in tract. de recuſatione, num. quarto, Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 152. num. quarto, & ſeqq. vbi & hanc ſequitur opinionem licet, vt infra eum referam poſt decimum gradum iudicis arbitrio remittat, Card. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Suſpectus, concluſ. 908. num. 18.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ.

832 IVDEX recuſari poteſt ſuſpectus propter conſanguinitatem etiam vltra ſeptimũ & decimum gradum, quando eſt de eadem domo vel ſtirpe maſculina, de qua eſt pars litigans fuit opini Io. Andr. in c. Poſtremo de appellat. num. 8. verſ. in gloſ. 1. vbi præſertim dixit hoc procedere in Tuſcia, vbi indicantur offenſæ eorum, & ſuper eos, qui ſunt de tali ſtir-

pe

pe ſequitur ibidem Anchar.num. 5.Bellamer.nu.4.ante fin,verſ.Sed nouella diſtinguit, Ant. de Butr, nu. 10.verſ. Idem,Hoſtien. Abb. poſt num.4. vbi in hoc multum tribuit conſuetudini regionis Imol. num. 3. vbi concludit, quod vbi apparet de conſetudine,illa ſeruanda eſt etiam vltra decimum gradum,non apparente antem conſuetudine ſtandum eſt opinioni gloſæ,ſiue ſint conſanguinei ex latere maſculino, ſiue fœminino, Franch.num. 6. vbi dixit opinionem hanc Ioannis Andreæ poſſe procedere in locis vbi conſtaret de tali conſuetudine, Dec.nu.16. qui tamen poſt decimum gradum remittit arbitrio iudicis an conſanguineus recuſari poſſit,& hoc modo intelligit opinionem Ioannis Andreæ de qua ſupra, Alex. de Neuo num.22.verſ.Sed quoad principale dictum, & num. 23.& ſeq.vbi poſt multa dicit ſibi magis placere hanc opinionem Ioannis Andreæ, cum certum ſit quod qui ſunt de eadem domo, ſeu familia,etiāſi non ſint iuncti ſanguine,attamen propter cognomen eiuſdem parantelę habent inuicem magnam affectionem, & interdum ſe magis diligunt,quam diligant cognatos qui ſunt ex diuerſa familia, Iacobin.de S.Georgio in l.Apertiſſimi num.20. C. de iudicijs,vbi pariter dixit opinionem Ioannis Audreæ poſſe procedere, vbi adeſt hæc conſuetudo,ad quæ vide omnino bene declarantem Aufrer. in tractat. de recuſatione num. 4, & num.5.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

833 IVDEX vſque ad quem gradum propter conſanguinitatem poſſit ſuſpectus recuſari videtur iudicis arbitrio remiſſum ſecundum Ioan. Andr. in d.c. Poſtremo num.8.de appellat.qui tamen ſi eius verba bene perpendantur, hoc dicere non videtur,Menoc. de arbitrar.quæſt.lib.2.caſu 156.nu.7. & caſu 152. num.6.vbi ſubdit in hoc dari iudici arbitrium vltra decimum gradum, & non infra decimum, ſed verius dicas hoc remitti iudicis arbitrio, quia vbi de ſignificatione vocabuli agitur,ad arbitrium iudicis regulanda non eſt iuribus allegatis per Bald.in d.c.Poſtremo num.1.& ibi etiam Præpoſ.Mediol.num. 9. in fine,Dec.num.16.& Alex. de Neuo num. 24. verſic. Hoſtienſis vero de appellat.

Et hęc ſit tertia ampliatio.

834 IVDEX propter conſanguinitatem recuſatur etiam in cauſa eccleſię,cuius prælatus eſt iudicis cōſanguineus ſecundum Ioan.And.in cap.Poſtremo de appellat.num.2.in verbo impetrauit,vbi antiquiores contrarium tenentes reprobat, eorumq; opinionem falſam affirmat per text. in cap. inſinuante de offic. delegat refert eum, & ſequitur Ancharan. ibidem num.7.Henrich. Boich.num.2. verſ. ſi Quæras de conſanguineo, & num. 3. & 4. vbi relatis contrarijs hanc tenet ſententiam, Bellamer. num. 2. in verbo impetrauit, & num.3.colum.2.ante med.in 1.quęſt. verſ.Si quęris de conſanguineo, Abb.num. 6. Imol. num.2.verſ.An autem poſſit conſanguineus,Præpoſ. Mediol.num.11.verſ.Quinta ſpecies, Franch. num. 12.vbi dixit hoc menti tenendum,quia ſępe occurret in practica, & num. 20. verſ. Quarto ſi Iudex Dec.num.29.vbi teſtatur de communi, & ita tenendum affirmat, licet iura, quæ pro hac parte adducuntur non multum probare contendat Alex.de Neuo num. 16. & cum de hac opinione tranſeunt communiter canoniſtæ in cap. Inſinuante de offic. delegat. vt videre eſt ibi apud eundem Ioan. Andr.num. 4.in verbo merito recuſari,Anchar.num.2.in 5.notab.Ant. de Butr.num.8. & num. 20. Bellamer. ante num.1.in verbo merito recuſari,Abb.num. 4. Felin. poſt num.2. verſ. ſecundo nota, vbi quod ita omnes ibi tenent Imol. num. 4. verſ. Item nota quod etiam in cauſa eccleſiæ.Ioan.de Anan.num.3.Card. Zabarell. nu.2. colum. 2. ante fin. verſic. ſecundo oppono, Archidiac. in cap. Iudex num. 1. vbi admiratur de contraria ſpeculatoris, & aliorum contraria ſententia, & ibi etiam Ioan. Andr. in princip. Franc. num.3.colum.2.in princ. vbi dicit idem Iacobin.de S. Georgio in l. Apertiſſimi num. 22. C. de iudijcis Marant.de ordin. Iudicior. par. 6. num.30. Aufrer. in tract.de recuſatione num. 8. verſ.Quinta ſpecies, Pract.Conrad.rubr.de exception.num.9.verſ.4.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

835 Et procedit præmiſſa concluſio,ſiue Prælatus agat nomine ſuo, ſiue etiam nomine eccleſiæ, & ſic etiam quod agat per procuratorem, Henric. Boic. in cap.Poſtremo num. 2. & ſeq.extra de appellationib. Geminian. in cap. Iudex. num. 6. de offic. delegat. in 6.& ibi etiam Franc nu. 3.col.2.in princ.Aufrer in tract.de recuſation.num.8.verſ.Quinta ſpecies.

836 Quamuis Contrarium, quod conſanguineus in cauſa Eccleſię non poſſit recuſari voluerint antiquiores Doctores relati per Anton. de Butr. in cap. Poſtremo nu.5. de appellation.Specul. poſt Aegid.quem allegat in tit.de iudice delegat.S.Supereſt num.9.verſ.Quid ſi Prælatus.

837 IVDEX Non ſolum conſanguineus, ſed etiam affinis impetrantis,poteſt ſuſpectus allegari, Affinis enim quandoque plus diligit, quam Conſanguineus Abb.num.2.in 2. notab.verſ.Idem dic de affinitate, Præpoſ.Mediol.num.11.in 3.cauſa,Franch. num. 8. & nu. 29. verſ. Secundo quando iudex, & Alex. de Neuo num.10.Anchar.in cap.cum ſpeciali num.11. eodem tit.de appellation. Iacobin. de S. Georgio in l.Apertiſſimi num.25. in fine verſ.Secunda cauſa C. de iudic. Spec.in tit.de iudic. deleg. S.ſupereſt, n.8. verſ.Quid ſi non eſt conſanguineus,eſt tamen affinis, Hoſtienſ. in ſumma, de recuſat. iudic.deleg.S. Quæ ſunt iuſtæ cauſæ,num.3.verſ. Nona ſi ſit conſanguineus vel affinis, Aufrer. de recuſatione num. 7. verſ. ſpecies.Lanfranch.de Oriano in repetitio. cap. Quoniam contra,rubr.de recuſation.num.123. verſ. Prima ſi iudex fuerit affinis Pract.Corrad.rubr. de exception. num.9.verſ.ij.Quintil.Mandoſ.in praxi commiſſion.formul. 8. in verbo propter familiaritatem Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Suſpectus concluſ.908.num.14.& num.23.Quamuis contrarium, quod propter affinitatem Iudex non poſſit ſuſpectus

recu-

recuſari voluerit Franc. Marc.deciſion. 727.num.3. par.1.

Et hæc ſit quinta ampliatio.

838 Nunquid autem hæc etiam procedat extincta affinitate vide Alexand. de Neuo in cap. Poſtremo nu. 30.& ſeqq.de appellat.vbi arguit pro, & contra, & poſtea reſidet in opinione affirmatiua quod ſcilicet etiam extincta affinitate poſſit quis recuſari ſuſpectus cum vt experientia docet etiam poſt diſſolutam affinitatem magna duret affectio.

839 IVDEX recuſari etiam poteſt propter cognitionem ſpiritualem, quia ad plus tenetur cognatus ſpiritualis, quam affinis,& cōpater,quoad reuerentiam æquiparatur parri carnali ex allegatis per Prępoſ.Mediol.in c.Poſtremo num.11.in 75.cauſa,verſicul. Et ideo licet deciſum non reperiatur extra de appellat. & ibi etiam Franch.num.20.colum.final. in princip. verſic.Et adde iam dictis,vbi relatis contrarium tenētibus in hac ſententia reſidere videtur ad quam materiam vltra ea, quæ ſuo loco ſcripſi in tractat. de teſtibus vide Ancharan.in cap.cum ſpeciali num.12 eodem rit.de appellation.& ibi etiam Dec.num.20. & Alexand.de Neuo num.20.& ſeqq.vbi late Iaſ.in l.Apertiſſimi verſic.Sexta cauſa eſt, vbi de compatre vnius partis, & multo fortius de eo, qui aliquem leuauit de ſacro fonte, & e contra, & ibi etiam Iacobin.de S.Georgio num.28.verſic.31.cauſa eſt, Marant.de ordin.iudic.par.6.nu.71.Nouellus reg.204. num. 21. Aufrer.in tractat. de recuſation. num. 25. verſic.Adde caſum alium, vbi tamen ſubdit in hoc eſſe attendendam loci conſuetudinem, teſtaturque in illa curia parlamenti ſępenumero fuiſſe declaratū quod ſola compaternitas non ſufficiebat ad recuſandum pręſidentem, vel conſiliarium, Pract.Conrad. rubric.de exception.num.9.verſic.XLII.Tiraq.de reuocan.donation.in verbo Suceperit liberos num. 29.cum allegatis per eum.

Et hæc ſit ſexta ampliatio.

840 IVDEX recuſatur ſuſpectus propter conſanguinitatem quocunque modo coniūctus ſit ſiue ex parte patris, & ſic ex linea maſculina, ſiue etiam ex parte matris, & ſic ex linea fęminina, & conſequenter ſiue agnati ſiue cognati ſint:ita enim ſecundum com-
* munem vſum loquendi conſanguinei accipiuntur ex allegat.per Præp.Mediol.in c. Poſtremo num.2.in 1.notab.extra de appellationibus,& ibi etiam Franc. nu.7.vbi tamen ex Bald.quem allegat, declarat hoc
* procedere, quando apparet de tali communi vſu loquendi, alias ſecus, Alexand.de Neuo num. 25. vbi declarat eodem modo.Iacobin.de S.Georgio in l.Apertiſſimi num.21.C. de iudicijs,Aufrer. de recuſat. num.3.poſt med.verſic.Secunda cauſa eſt.

Et hæc ſit ſeptima ampliatio.

841 IVDEX recuſari poteſt ſuſpectus propter conſanguinitatem etiam orientem ex damnato coitu:Tales enim veniunt appellatione conſanguineorum licet impropriè l.final.C.de verb.ſignif.l.liberorum, ff.eod.tit.& in ſpecie voluit Aufrer. in tract.de recuſatione num.3. in fine verſic.Et idem crederem poſt Ioan.Andr.& Bald.in locis per eum relatis.

Et hęc ſit octaua ampliatio.

842 IVDEX propter conſanguinitatem non recuſatur ſuſpectus quando eſt conſanguineus vtriuſq; partis, par enim affectionis cauſa ſuſpitionem remouet l.Non ſolum, §. de vno, ff. de ritu nuptiar. & voluit gl.in cap.Poſtremo in verbo Conſanguineus verſic. Quid ſi iudex de appellation. & ibi Ioan. Andr. poſt num.8.in verbo Remouet, vbi tamen dixit eſſe conſiderandum an iudex ſit de eadem ſtirpe,Hoſtien. nu. 2.Bald. num. 2. verſic. Quærit gl.Ancharan.num.6. Henric.Boic.num.4.verſic.Aut eſt conſanguineus ytriuſque, Ant.de Butr.num.11.Abb.num. 5. verſic. Secus puto, Prep.Mediol.num.10. Franch.num.17. Dec.num.24.Alexand.de Neuo num.25.verſic.In ſecunda parte, quem bene declarantem omnino videas, Iacobin.de S.Georgio in l.Apertiſſimi nu.26. verſic.Et per hoc etiam limitatur, Specul.in tit. de recuſation.§.2.num.1.Marant.de ordin. iudic. part. 6. num.30.Aufrer.de recuſation.num.6.verſic.Limita 3.Menoch.de arbitr.quæſt. lib. 2.caſu 152. num. 8. Cardinal. Tuſch. practic. concl.in verbo Suſpectus, concl.908. num.35.

Et hęc ſit prima limitatio propoſitę regulę.

843 Apud quos reperies hanc concluſionem procedere non ſolum in ſuſpitione oriente ex conſanguinitate, ſed etiam generaliter in qualibet alia ſuſpitione propter affectionem reſpectu iudicij, & illis adde etiam ſic generaliter loquentem Soccin.reg.203. verſic.Fallit ſi inter litigantes,Nouellus reg.32.in 6. fallentia.

844 Declara præmiſſa procedere in conſanguineo vtriuſque partis in eodē gradu, prout loquuntur præallegati Doctor.ſecus ſi vni parti ſit in proximiori gradu, quam alteri,quia tunc pars,quæ conſanguineum attingit in remotiori gradu poteſt ipſum ſuſpectum allegare ſecundum Henric. Boic.in c.Poſtremo num. 5.verſic.Aut attingit impetrantem in proximiori gradu extra de appellation. & ibi etiam Bellamer.num. 3.colum.2.in fine in 1.quæſt.verſic.Aut attingit impetrantem, Præpoſ.Mediol.num.10. verſic.Secus ſi imparitas, Franch.num.17. verſic. Et bene pondera Dec.num.26.Alexand.de Neuo num.26.Aufrer.de recuſat.num.6.verſic.Quam limitationem,Menoch. d.caſu 152.num.8.

845 IVDEX non recuſatur ſuſpectus propter conſanguinitatem, quando eſt perſona valde religioſa in qua non caderet aliqua ſuſpicio,vt per Ioan.And. in c.Poſtremo num.2.de appellation.vbi ponit exemplum in iudice monacho Ciſtercienſe,& ibi addentes litera A.vbi generaliter loquitur in quolibet homine ſantæ vitæ,Anchar. n.6.in fin. verſic. Tertio quæro, Ant.de Butr.num.5.Abb.num.8. Imol. poſt num.2. vbi de Cartuſiēſe, vel alio religioſo magnæ obſeruantiæ.Anan.num.3 Præp.Mediol.num.11. in 3.cauſa verſic.Niſi tamen qualitas perſonæ, Franch. nu. 14.
* vbi de communi, Dec. num.34. Alex. de Neuo nu. 37.

37.vbi teſtatur de communi, & quod alias ita practicauit, dum quidam iudex propter amicitiam fuit recuſatus ſuſpectus quod non per hoc fuit remotus, ex quo articulauit, & probauit, quod iudex erat perſona integra, & quæ veriſimiliter pro nullo homine mundi iniuſtitiam feciſſet, Iacobin. de S. Georgio in l. Apertiſſimi num. 23. C. de iudicijs, Roland. conſil. 19. num. 9. in fin. & num. 17. vbi declarat hoc procedere quando recuſati iudicis qualitates bonitatis eſſent obſeruantiæ perfectæ, Paril. conſil. 31. num. 101. lib. 1. vbi ponit eandem declarationem Aufrer. in tractat. de recuſatione nu. 5. verſic. Limita tamen, & num. 7. in fine Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 152. num. 7. vbi alijs relatis dixit ab hac opinione non eſſe recedendum.

846 Contrarium voluit Bellamer. in d. cap. Poſtremo num. 1. in fine, & num. 2. vbi poſt Mar. dixit quod naturales affectiones non facile extinguantur, nec iura quæ fingunt Ciſtercienſes eſſe mortuos, poſſunt extinguere naturales motus, Aufrer. de recuſatione num. 5. in fine vbi dixit eſſe aduertendum non ſufficere quem eſſe religioſum, niſi etiam haberet magnam vitæ ſanctimoniam, & pro hac contraria opinione vide ſcripta per Iacob. Laur. in tract. de iudice ſuſpecto cap. 11. num. 23.

847 IVDEX impetratus ab actore, ſi fuerit conſanguineus rei aduerſarij poteſt ab eodem impetrante recuſari, ſi tempore impetrationis ignorabat eum eſſe conſanguineum dicti ſui aduerſarij ſecundum Iacobin. de S. Georgio in l. Apertiſſimi num. 25. verſic. Quid autem ſi actor. C. de iudicijs, & faciunt, quæ generaliter dixi ſupra nu. 692. & ſequenti, & infra num. . . .

Et hæc ſit alia declaratio.

ARGVMENTVM.

Iudex an, & quando recuſari poſſit vt ſuſpectus ex eo, quod fuit aduocatus in cauſa.

SVMMARIVM.

Iudex deputatus in cauſa in qua fuit Aduocatus, vel procurator recuſari poteſt, vt ſuſpectus num. 848.

Iudex, qui fuit conſultor, vel Aſſeſſor in cauſa, in qua fuit deputatus, poteſt ſuſpectus recuſari nu. 849. Declara, vt nu. 850.

Iudex recuſatur ſuſpectus ſi alias fuit in cauſa ſollicitatur nu. 851.

Iudex qui fuit Aduocatus partis in alia cauſa, quam in ea, in qua fuit deputatus Iudex, recuſari non poteſt 852. declara vt num. 853. & ſeq.

Iudex recuſari non poteſt ex eo, quod Aduocatus partis ſit eius amicus nu. 856. contra nu. 857. declara, vt nu. 858.

Iudex recuſari non poteſt ex eo, quod Aduocatus partis ſit ipſius Iudicis conſanguineus nu. 859. contra nu. 860.

Iudex impetratus ab actore ſi fuerit rei Aduocatus numquid poſſit ab ipſo reo recuſari nu. 861.

848 IVDEX regulariter recuſatur ſuſpectus in cauſa, in qua fuit aduocatus, vel procurator tex. eſt in c. Poſtremo de appellation. ibi, aut in eodem negocio aduocati officio functus, & ibi gl. in verbo Aduocati, & commuuiter omnes Canoniſtæ in ſummario, Hoſtien. in d. c. Poſtremo num. 3. in verbo Aduocati, & num. 4. Ancharan. num. 2. in 2. notab. Henric. Boic. num. 1. verſic. Si de aduocato, Bellam. num. 3. colum. 2. verſic. Si de aduocato, Ant. de Butr. num. 3. Abb. num. 3. Imol. num. 2. verſic. Alia cauſa eſt, Anan. num. 5. Prꝗp. Mediol. num. 3. in 2. notab. & num. 11. in 15. & 16. cauſa, Franch. in princ. verſic. Secundo ſi fuit aduocatus, & num. 20. verſic. Sexto quando iudex, Dec. num. 8. in 3. notab. Alexand. de Neuo num. 2. in 1. notab. & num. 36. Addo gl. in cap. Cauſam quæ in verbo Dominus, verſic. Item ſi eſſet conſanguineus, vel aduocatus de offic. delegat. & ibi etiam Ant. de Butr. num. 5. verſic. Quid ſi ſit conſangineus, vel aduocatus, Pariſ. in addition. ad Bart. in l. Apertiſſimi litera A, verſic. Et quod ille, qui fuit aduocatus, & ibi etiam Aretin. num. 6. & Iacobin. de S. Georgio num. 26. verſic. Quarta cauſa, Specul. in tit. de iudic. delegat. §. Supereſt num. 10. Hoſtien. in ſumma rubric. de recuſation. iudic. deleg. §. Quæ ſunt iuſtæ cauſæ num. 3. verſic. Decima ſi fuerit aduocatus Marant. de ordin. iudic. part. 6. num. 42. Nouellus regul. 204. num. 8. Pariſ. conſil. 31. nu. 92. lib. 1. Aufrer. de recuſatione num. 12. verſ. 15. ſi iudex, & num. 14. Pract. Conrad. rubric. de except. num. 9. verſ. VI. Cardinal. Tuſch. pract. concl. in verbo Suſpectus concluſ. 908. num. 16.

849 IVDEX recuſatur non ſolum ſi fuit aduocatus in cauſa, in qua eſt deputatus, ſed etiam ſi fuit conſultor, vel aſſeſſor, Specul. in tit. de iudic. delegat. §. Supereſt num. 10. Præpoſ. Mediol. poſt Panorm. in c. Poſtremo num. 3. in fine de appellation. & num. 11. in 19. & 25. cauſa, Franc. ante num. 1. verſ. Et adde quod, & num. 20. verſ. Septimo quando iudex, Ale. de Neuo num. 39. & hoc idem voluit gl. in cap. ſi contra vnum, in verbo, Cauſam legitimam, in addition. de offic. delegat. in 6. & ibi etiam Archidiaconus col. 2. ad medium in verbo Licentia, Ioan. Andr. num. 3. colum. 2. ante finem verſ. Dicit hic Archidiaconus, Geminian. num. 8. ad med. colum. 3. in princip. verſ. In fine gloſæ, & Franch. nu. 4. in fine, & idem Franc. in c. Iudex num. 3. ante med. colum. 2. in princip. eodem tit. Pariſ. ad Bart. in l. Apertiſſimi litera A, in princip. ver. Item eſt iuſta cauſa ſuſpicionis C. de iudicijs Iacobin. de S. Georgio in l. apertiſſimi num. 26. verſ. Tertia cauſa C. de iudicijs, Specul. in tit. de iudic. delegat. §. Supereſt num. 10. Marant. de ordine iudic.

par.

par.6.num.52.Nouell.reg.204.num.13.Pariſ. conſ. 31.num.92.lib.1.Aufrer.de recuſation.nu. 14. verſ. Si iudex, & nu.17.quem declarantem videas quoad aſſeſſorem, Aufrer. de recuſation. num. 35. verſiculo LVIII.Pract.Conrad.rubr.de exception.num.9.verſic.vij.

Et hæc ſit ampliatio ad regulam.

850 Declara hoc non procedere ſi conſultor, vel aſſeſſor non propalauit animum ſuum, quia tunc non recuſatur, Marant.de ordin.iudic.part.6.nu.52.Pract. Conrad.rubr.de except.nu.9.verſ.7.

851 IVDEX recuſari poteſt non ſolum ſi fuerit aduocatus, ſeu procurator in cauſa ſibi commiſſa, ſed etiã ſi fuerit ſollicitator ex allegatis per Præpoſ. Mediol. in c.Poſtremo num.11.in 17.cauſa vbi hoc ampliat procedere ſiue fuerit ſalariatus, ſiue non, Iacobin. de S.Georgio in l.apertiſſimi num.30.verſ.32.cauſa eſt C.de iudicijs, Aufrer.de recuſatione num.14.verſic.17.ſi iudex fuit ſollicitator, vbi pariter ampliat etiam quod non fuerit ſalariatus.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

852 IVDEX qui fuit aduocatus in cauſa, in qua fuit delegatus, licet poſſit ſuſpectus recuſari, non tamen poteſt recuſari ſi fuit aduocatus in alia cauſa, Innoc. in c.Poſtremo in verbo Eodem de appellation. & ibi etiam Ioan. Andr. in verbo in eodem, Henric. Boic. num.2.verſ.Sin in alio.Bellamer.num.3. colum.2.ante med.in 1.quæſt.verſ.Si in alio, Abb. num. 3. ante fin.verſ.Secus in alio negocio, Præpoſ.Mediol.num. 3.verſ.Et ideo in alia cauſa, Franch.ante num.1.verſic.In alijs vero negotijs, vbi quod ita tenent Doct. Dec.num.13.verſ.Tertio quod dictum eſt, Alexan. de Neuo num.3.in 2.notab.Marant.de ordine iudic. part.6.num.42.

Et hæc ſit prima propoſitæ regulæ limitatio.

853 Declara niſi cauſa fuiſſet capitalis, vel famoſa, quia tũc procurator in ea cauſa cõtra me poteſt recuſari vt ſuſpectus in alia cauſa ſecundum Alexan. qui tamen loquitur per verbum Forte, & non affirmatiuè in additionibus ad Bar.l.apertiſſimi litera C.uerſ. Forte tamen poſſet dici C.de iudiciis.

854 Declara etiam, niſi alia cauſa eſſet connexa, & dependens ab ea, in qua quis fuit aduocatus, quia tunc ratione connexitatis nec etiam in illa alia cauſa recuſatus eſſe poteſt iudex, Franch.in cap. Poſtremo num.1.uerſ.Sed tu intellige, extra de appellation. & ibi etiam Alex.de Neuo nu.3.in 2.notab. uerſ. Hoc intellige.

855 IVDEX qui fuit in cauſa, poteſt eſſe aduocatus in eadem cauſa, licet qui fuit aduocatus in cauſa nõ poſſit eſſe in eadem cauſa iudex, quamuis honeſtius faciet ſe abſtinendo ab iſta aduocatione ſecundum Henric.Boich.in c.Poſtremo num.1. de appellation. poſt Speculat.quem allegat in loco per eum relato, & ibi etiam Bellamer.num.3.colum.2. poſt principium in uerbo Aduocati officio, & iterum infra in uerſic. e contrario tamen, & ante eos Speculat. in tit. de iudic.delegat.§. Supereſt num.11.ubi tamen ſe remittit ad tradita per eum in tit.de Aduocat.§. 1. uerſic. Item quod fuit.

856 IVDEX recuſari non poteſt ex eo, quod aduerſarius habeat in cauſa aduocatum iudicis amicum, ex allegatis per Præpoſ.Mediol.in c. Poſtremo num. 11.in 15.cauſa extra de appellation. ubi tamen hoc limitat.duobus modis.Primo niſi contrarium ſuadeatur ex qualitate prauitatis aduocati, & facilitatis iudicis. Secundo niſi aduocatus eſſet dominus ipſius iudicis, & ibi etiam Franch. num.19.ubi probat, & defendit quod iudex non poſſit recuſari ſuſpectus ex eo, quod aliquis de ſua familia ſit in cauſa aduocatus, & idem ſcripſit Bellamer.in c.inſinuante de offic.delegat.num.4.in fine, Pariſ.ad Bart.in l.apertiſſimi litera A, uerſ.Et quod ille, qui fuit aduocatus C. de iudicijs, & ibi etiam Iacobin.de S.Georgio num. 26. Sed ponamus Hoſtienſ. in ſumma rubric. de recuſatione iud.delegat.§.quæ ſunt iuſtæ cauſæ nu. 3. poſt principium uerſ.Si non nocet. Marant. de ord. iudic.par.6.num.55.Aufrer.de recuſat.nu.13.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

857 Licet contrarium ſcripſerit Conrad.in prac.rub. de exception.num.9.verſ.9.Quintil.Mandoſ.in praxi commiſſion.formul.8.in verbo Vel familiaritatem vbi quod familiares, & domeſtici iudicis prohibentur in eorum cauſis patrocinium præſtare.

858 Aduerte tamen, quod ſi vnus ex litigantibus eſſet Aduocatus Iudicis in alia cauſa, bene poſſet idem Iudex recuſari, vt per Aufrer. de recuſatione nu. 13. in fine verſ.ſed vbi Aduocatus.

859 IVDEX recuſari non poteſt ex eo, quod procurator, ſeu Aduocatus partis ſit ipſius Iudicis conſanguineus, voluit Bellamer.in c.Inſinuante de offic. deleg. nu.4.Marant.de ordin.Iudic.par.6.nu.55.Mandell. conſ.92.nu.2.lib. 1.vbi quod non poteſt recuſari Iudex ex eo, quod eius pater ſit in cauſa Aduocatus refert eum, & ſequitur Lancell.de attent.c.6.nu.40. vbi, & alia ratione hanc probat concluſionem.

Et hæc ſit tertia limitatio.

860 Contrarium, quod recuſetur Iudex ſi ſit filius eius, qui fuit Aduocatus in cauſa, vel è contra ex allegatis per Præpoſ.mediol.in c.Poſtremo num.11.in 24.cauſa de appellatio. facit quod ſcripſit Aufrer.in tract.de recuſatione num.16.& ſeq. vbi Teſtatur ſemel vidiſſe per curiam admitti recuſationem conſiliarij eo quod eius gener eſſet Aduocatus alterius partis, & hoc quam diù cum ſocio commoraretur.

861 IVDEX impetratus ab Actore ſi fuerit rei Aduocatus non poteſt recuſari ab ipſo reo, quando præſertim Reus ſibi reuelauerit ſua ſecreta ſecundum gloſ. in c.Dilecto extra de teſtibus, quam ibi ſequitur Ioan.Andr.& communiter Docto. niſi idem Aduocatus eidem reo animum ſuum declaraſſet, quod non habebat iuſtitiam, Tunc enim adhuc poteſt ab ipſo Reo recuſari, vt per Franc. poſt alios in c. Poſtremo num.10.de appellation.& nu.20.verſ.ſeptimo quando iudex, & ibi etiam Dec.num.9.& ſeq.vbi quod ſiue Aduocatus declarauerit animum ſuum, ſiue non in-

indiſtinctè poteſt vt ſuſpectus recuſari. Cum in continenti, quod habuit ſalarium uidetur applicare animum ſuum, & habere affectionem ad cauſam (loquitur tamen Dec. non in Aduocato. rei impetrato ab Actore, prout ſunt termini propoſitæ concluſionis, ſed in Aduocato Impetrantis) Aufrer. de recuſat. nu. 12. in fine.

Et hæc ſit quarta declaratio.

ARGVMENTVM.

Iudex quando recuſari poſſit ſuſpectus propter inimicitiam.

Iudex regulariter recuſatur ſuſpectus propter inimicitiam nu. 862.

Iudex recuſatur ſuſpectus propter inimicitiam etiam non capitalem num. 863.

Inimicitia ad recuſandum Iudicem ſufficiens, quæ ſit remittitur arbitrio Iudicis nu. 863.

Inimicus etiam reconciliatus recuſatur ſuſpectus pro Iudice nu. 864. declara vt num. 866.

Iudex recuſatur ſuſpectus ex eo, quod habuit litem cum vna ex partibus nu. 867. declara, vt nu. 869. & quid ſi lis eſt finita num. 868.

Iudex recuſatur ſuſpectus ſi protulit verba comminatoria vni ex partibus nu. 870.

Iudex recuſatur ſuſpectus ex eo, quod partem non ſalutas. nu. 871.

Iudex recuſatur ſuſpectus ex eo, quod parti aliquam iniuriam intulerit nu. 872.

Iudex Conſanguineus inimici mei recuſari poteſt a me ſuſpectus nu. 873.

Iudex familiaris, & commenſalis inimici mei recuſatur à me ſuſpectus num. 874. & ſeq. vbi idem ſi eſt confederatus eum inimico meo.

Iudex inimicus Domini mei, vel patris mei, poteſt a me recuſari ſuſpectus nu. 876. & ſeq.

Iudex ſubditus inimici mei à me recuſatur ſuſpectus num. 878.

Iudex propter inimicitiam recuſatur ſuſpectus, etiam quod inimicitia proueniat culpa recuſantis num. 879

Inimicitia præſumpta ſufficit ad recuſandum Iudicem nu. 880.

Iudex non recuſatur propter inimicitiam ſuſpectus, niſi illa ſit manifeſta, & non dubia, debetque propterea ex primi ſpecialis inimicitiæ cauſa num. 881.

862 IVDEX recuſatur regulariter ex cauſa inimicitiæ tex. eſt in cap. Quia ſuſpecti 2. quæſt. 5. gl. in cap. 2. & ibi etiam Geminian. de procurat. in 6. cum alijs per Præpoſ. Mediol. in cap. poſtremo num. 11. in 35. cauſa extra de appellation. Iaſ. in l. apertiſſimi num. 7. in princip. Hoc præmiſſo C. de iudicijs, Specul. in tit. de iudic. delegat. §. Supereſt, num. 2. Marant. de ordine iudic. part. 6. num. 35. Nouellus reg. 204. num. 4. Aufre. in tract. de recuſation. nu. 26. Lanfranch. de Oriano in repetit. cap. Quoniam contra rubr. de recuſation. num. 123. verſ. Secundo ſi fuerit inimicus, extra de probation. Gigas. de crim. læſæ maieſt. tit qualiter in crim. læſæ maieſt. proced. quæſtion. 12. vbi ampliat etiam, quod agatur de crimine læſæ maieſt. loquitur tamen in capitali inimico, Dec. in tract. crim. lib. 7. cap. 38. num. 14. vbi dicit idem Villalob. in commun. opin. in verbo Iudex num. 47.
* vbi de communi, Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Suſpectus concl. 908. num. 25.

Hæc regula habet ampliationes plures, & limitationem vnicam, de quibus infra dicam.

863 IVDEX recuſatur inimicus etiam quod inimicitia non ſit capitalis ex allegatis per Præpoſ. Mediol. in cap. poſtremo num. 11. in 35. cauſa extra de appellation. vbi poſt Bal. in loco per eum relato dicit, quod ſi inimicitia eſt capitalis, tunc ſine alia exceptione redditur iudicium retronullum, ſi vero non eſſet capitalis, tunc eſſet neceſſe opponere exceptionem, & iudicem recuſare, & ibi etiam Franch. num. 20. verſ. 32. qualibet inimicitia, vbi etiam quod non inſpicitur an inimicitia habuerit fomitem ex veritate, vel ex falſo, & an a partibus, vel a tertio, Alexand. de Neuo num. 31. Iacobin. de S. Georgio in l. apertiſſimi num. 27. C. de iuditijs, Marant. de ordin. iudic. p. 6. num. 35. in fine, Nouell. reg. 204. num. 4. Carauit. ſuper ritu magnæ curiæ 265. num. 33. Pract. Conrad. rubric. de exception. num. 9. verſic. 33. dec. Pedemont. 15. num. 7. in fine, licet contrarium voluerit Bero. in conſ. 16. num. 25. lib. 3.

Et hæc ſit prima ampliatio.

864 Et verius dicas iudicis arbitrio remitti qualis debeat eſſe inimicitia ad recuſandum iudicem ſecundũ Præpoſ. Mediol. in cap. poſtremo num. 11. in 35. cauſa verſ. Et arbitrio iudicis, extra de appellation. Aufrer. in tractat. de recuſation. num. 26. ver. Et arbitrio iudicis.

865 IVDEX recuſatur propter inimicitiam etiam ſequuta reconciliatione ex allegatis per Præpoſ. Mediol. in cap. poſtremo num. 11. in cauſa 36. extra de appellation. & ibi etiam Franch. num. 20. verſ. 35. ſi quondam ipſe iudex, Alexan. de Neuo num. 33. Iaſ. in l. apertiſſimi nu. 37. verſ. Adde tertio, & ibi etiam Iacobin. de S. Georgio num. 27. verſ. 19. cauſa eſt. Specul. in tit. de iudic. delegat. §. Supereſt nu. 13. Maran. de ordine iudic. par. 6. num. 64. & ibi in additionibus litera B, Pract. Conrad. rubric. de except. nu. 9. verſic. XXXV.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

866 Declara in inimico reconciliato de recenti, ſecus ſi non de recenti, ſecundum Alexand. in addition. ad Bar. in l. apertiſſimi litera C. ad finem verſic. Amplius dicit, Speculator. C. de iudicijs, Aufrer. in tractat. de recuſatione num. 26. verſic. 36. in inimico.

867 IVDEX recuſatur tãquam inimicus ex eo, quod in alia cauſa cum parte litem habeat, Præp. Mediol. in cap. poſtremo num. 11. in 37. cauſa de appellation.

&

& ibi etiã Franc.n.20.verſ.38.ſi iudex, Pariſ.ad Bar. in l.apertiſſimi litera A, in princ.& ibi etiam Alex.pariter in addit.litera C. vbi ampliat etiã, quod iudex litigaret cum parte nomine ſuæ eccleſiæ, ſi fuerit eccleſiæ prælatus, ſecus ſi ſolum fuerit æconomus, vel procurator, Aretin.in colum.final. in fine C.de iuditijs, Specul.in tit.de iudic.delegat. §. Supereſt nu. 5. ad med.verſ.Idem eſt ſi cum altera parte, Marant. de ordin.iudic.par.6.num.46.Nouell.reg.204.nu. 11. Aufrer.de recuſation.num.27. verſ.37. ſi iudex litigat, Pract.Conrad.rubr.de exception.num.9.verſic. 38.Rota diuerſ.deciſ.2.num.11.& ſeq.vbi præſertim quando lis eſt criminalis, Card.Tuſc.pract. concl. in verbo Suſpectus concl.908.num.29.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

868 Et hæc concluſio procedit etiam lite finita, ſic enim etiam finita lite loqui videntur præallegati Doctores, & ſiue aduerſarius ſuccubuerit, ſiue etiam obtinuerit, vtroque enim caſu poteſt ſuſpectus recuſari tanquam iudex in alia cauſa ſecũdum Alex. * qui ita communiter teneri teſtatut in addition. ad Bart.in l.apertiſſimi litera C. verſ. Vtrum autem iudex C. de iudicijs, vide tamen Franc. Marc. deciſ. 727.num.3.part.1. vbi videtur declarare hanc ampliationem procedere quando poſt litem finitam partes inter ſe amicabiliter conuerſatæ fuerunt.

866 Declara procedere quando cauſa aut fuerit criminalis, vel ſi ciuilis, agatur de maiori parte bonorum, alias ſecus, vt per Franc.Marc.dec. 527. nu. 3. par. 1.

870 IVDEX recuſatur ex cauſa inimicitiæ ſi protulit verba comminatoria de offendendo partem, ſi poterit ex allegatis per Præpoſ. Mediol.in cap. poſtremo num.11.in 40.cauſa extra de appellation.& ibi etiam Franc.num.20.verſ.37.quando iudex habuit dicere, Iacobin.de S.Georgio in l.apertiſſimi nu.28. verſ.30.cauſa eſt C.de iudicijs, Marant.de ordin.iudic.par.6.num.49.Nouell.reg.204. nu.12. Aufrer. in tract.de recuſation.num.27.verſ.40. quando iudex protulit verba comminatoria, vbi etiam ponit an hoc caſu ſit attendenda qualitas perſonæ comminantis, an ſcilicet ſolitus ſit minas exequi, vel mori, Pract.Conrad.rubric.de exception.num.9.verſic. XXXVII.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

871 IVDEX recuſatur ex cauſa inimicitiæ, ex eo, quod partem ſalutantem non reſultat, vel eam ad oſculum non admittit ex allegatis per Præpoſ. Mediol.in cap.poſtremo num.11. in 41. cauſa extra de appellationibus & ibi etiam Franch.num.20.verſic. 36.quando prçlatus, Iaſ.in l. apertiſſimi num.7.verſ. Et dicit gloſa, C.de iudicijs, & ibi etiam Iacobin.de S.Georgio num.28.verſ.29.cauſa eſt, & num. 30. verſ. 36.cauſa eſt, Maran.de ordin.iudic. par.6.num. 48.& num.50.Aufrer.de recuſation. num. 27. verſ. 39.quando iudex num.28. verſ.41. Pract. Conrad. rubr.de exception.nu.9.verſ.36.

Et hæc ſit quinta ampliatio.

872 IVDEX recuſatur ſuſpectus ex capite inimicitiæ ex eo, quod parti aliquam perſonalem iniuriam intulerit, vtputa Alapam, Præpoſ.Alexandrin. in c. poſtremo num.11.in 46.cauſa extra de appellationibus, Iacobin.de S.Georgio in l. apertiſſimi nu. 30. verſ.37.cauſa eſt, Aufrer.in tract.de recuſation.nu. 30.in fine verſ. XLVI. ſi iudex, Cardinal. Tuſch. practicar.concluſion.in verbo Suſpectus concl.908. num.26.

Et hæc ſit ſexta ampliatio.

873 IVDEX recuſatur nõ ſolum ſi ſit inimicus meus ſed etiam ſi ſit conſanguineus inimici mei ex allegatis per Præpoſ.Mediol.in c. poſtremo nu. 11. in 42. cauſa de appellation.& ibidem in cauſa 47.vbi de iudice contrahente parentelam cum inimico partis litigantis, & ibi etiam Franch.num.11. & num. 20. verſ.Tertio quando iudex, Alex.de Neuo num.29. Iaſ.in l.apertiſſimi num.7.in princ.verſ.Hoc præmiſſo C.de iudicijs, vbi loquitur de omnibus, qui ſunt de eadem domo, vel parentela inimici, & ibi etiam Iacobin.de S.Georgio num.21.Marant. de ordin.iudic.par.4.num.36.Nouell.reg.204. num.6. Aufrer. in tract.de recuſation.num.28.verſ.42. quando iudex, & num.31.vbi de iudice contrahente parentelam cum inimico, Lanfranc. de Oriano in repetit. cap.Quoniam contra rubr. de recuſation. num.123. verſ.Tertia ſi fuerit affinis inimici mei, Pract. Conrad.rubric.de exception. num. 6. verſ. 3. Cardinal. Tuſc.practic. concl. in verbo Suſpectus concl. 908. num 27.

Et hęc ſit ſeptima ampliatio.

874 IVDEX recuſatur ex capite inimicitiæ ſi ſit familiaris, & commenſalis inimici mei, Præpoſ. Med. in 43.cauſa in c.poſtremo num.11.extra de appellatio.& ibi etiã Franc.verſ.14.& 18.quãdo iudex eſſet ſocius impetrantis, & verſ. 34. quando iudex eſſet familiaris, Alexand.de Neuo num.28. verſ. Prima eſt, & num.29.vbi de iudice commenſali, ſeu amico inimici alicuius ex partibus, Felin.in c.inſinuante de offic.delegat num.2. vbi de amico inimici mei, Iaſ.in l.Apertiſſimi num.7.verſ.Adde quarto C.de iudicijs vbi de amico, vel domeſtico inimici, & ibi etiam Iacobin.de S.Georgio num.28.verſ.27.cauſa eſt, Specul.in tit.de iudic.deleg. §. Supereſt num.2. in fine verſ.Item ſi eſt familiaris inimici mei, Maran. de ordin.iudic.par.6.num.38.Soccin.reg.203. In fine, Aufrer. in tract.de recuſatione num. 28. verſ.43. quando iudex eſſet commenſalis inimici mei, & nu. 32.vbi de crebro conuerſante cum inimico, Pract. Conrad.rubr.de except.nu.9.verſ.15.

Et hæc ſit octaua ampliatio.

875 IVDEX recuſatur ex capite inimicitiæ ex eo, quod eſt confederatus cum inimico meo, ex allegatis per Præpoſ.Alexandr.in cap poſtremo nu. 11.in 48.cauſa de appellat.Aufrer.de recuſat.nu. 31.verſ. XLVIII.in confederato.

Et hæc ſit nona ampliatio.

876 IVDEX recuſatur ex eo, quod ſit inimicus patris

Mediol.&c.in c.Poſtremo,nu.11.in 50.cauſa de appell.Aufrer.in tract.de recuſat.num.32.

Et hæc ſit decima ampliatio.

877 Idem ſi iudex fuerit inimicus Domini ipſius partis,Franc.in c.Poſtremo,nu.20.verſic.33.quando iudex eſſet inimicus Domini,Abb.in c.inſinuante de off.deleg.poſt nu.6.Iacob.de S.Georgio,in l.apertiſſimi,nu.28.verſic.26.cauſa eſt,C. de iudicijs, Specul. in tit.de iud.deleg.§.ſupereſt,nu.2,verſic.Idem ſi ſit inimicus Domini mei,Hoſtien.in ſumma rub. de recuſat.iud.deleg.§.Quæ ſunt iuſtæ cauſæ,nu.3.verſic. xiij.ſi ſit inimicus Domini mei,Aufrer.in tract.de recuſ.nu.28.verſ.Et dicunt,Io. Andr. & nu. 32. Pract. Conrad.rubr.de except.num.9.verſic.xxxiv.

878 IVDEX poteſt a me recuſari ſuſpectus ſi ſit ſubditus inimici mei,Præp.Alexandr.in c. Poſtremo, nu. 11.in 51.cauſa de appell.& ibi etiam Franc. nu. 20. verſic.xvij.non ſolum ſi iudex,Marant.de ord.iudic. p.6.num.41.Aufrer.de recuſat.nu.28. ad med. verſ. Et idem ſi eſt ſubditus inimici mei,&num.32.verſic. 51.ſi iudex.

Et hæc ſit vndecima ampliatio.

879 IVDEX recuſari poteſt ex capite inimicitiæ, etiam quod inimicitia prouenerit culpa recuſantis,ex allegatis per Franch.in c.cum ſpeciali,num.44.& ibi addentes littera B.de appell.Catel.Cotta in memorabilibus in verbo Inimicitiæ capitales, poſt med. in verſic.Quartum,& vltimum,fol.mihi 335.Aufrer. in tract.de recuſat.nu.26.verſ.Nec inſpicitur,Scacc.de appell.q.17.limit.47.memb.1.num.18.

Et hæc ſit duodecima ampliatio.

880 IVDEX recuſari poteſt ſuſpectus propter inimicitiam præſumptam.quando ſcilicet adeſt inimicitiæ cauſa,etiam quod ignoretur cauſa inimicitiæ, & etiã quod quis oſtendat ſe amare,Iaſ in l.apertiſſimi, nu. 7.verſic.Adde quod, C. de iudicijs Specul. in tit. de iudic.delegat.§.1.num.2.vbi æquiparat inimicum, vel de inimicitia ſuſpectum,& num. 12. verſ. Item ſi ſit inimicus meus,vel mihi ſuſpectus,Aufrer. in tract. de recuſat.nu.27.Card.Tuſch.pract. concl. in verbo Suſpectus,concl.908.num.10.

Et hæc ſit decima tertia ampliatio.

881 IVDEX recuſari poteſt ſuſpectus propter inimicitiam,dummodo illa ſit manifeſta, & non dubia,debetq; propterea in recuſatione ſpecialiter exprimi cauſa inimicitiæ,nec ſufficit inimicitiam in genere allegari ſecundum Præpoſit.Mediol. in c.Poſtremo, num.11.in 35.cauſa, extra de appellation.ex Bald. quem allegat in c.conſtitutus extra de reſcriptis, Franc.in d.c.Poſtremo,nu.20.verſic.xxxij.quælibet inimicitia,Aufrer.de recuſat.nu.26. verſic. Sed in hoc caſu,& verſic.Dicit tamen Baldus, Pract. Conrad.rub.de exception.nu.9.verſic.33.Villalob. in
* commun.opin.verbo Iudex, num. 47. vbi de communi,& Ripa,quem allegat in cap. 1.num. 14. de iudic.

Et hæc ſit vnica propoſitæ regulæ limitatio.

ARGVMENTVM.

IVDEX quando recuſatur ſuſpectus, in recuſatione numquid exprimenda ſit cauſa,& an probanda, quid de iure ciuili,& quid de iure canonico.

SVMMARIVM.

Iudex quando recuſatur ſuſpectus, in recuſatione alleganda,& probanda eſt cauſa ſuſpicionis de iure canonico, num.882.

Secus de iure ciuili,num.883.

Contra num.884.

Ideo in terris imperii ſeruandum eſt ius ciuile,in terris Eccleſiæ ſeruandum eſt ius canonicum, num. 885.

Recuſans iudicem ſuſpectum iurare debet de calumnia,num.886.& iſto caſu iuramentum probat cauſam recuſationis,dicto num. 886. Quod procedit de iure ciuili,ſecus de iure canonico,num.887.& ſeqq.

Suſpicionis cauſæ numquid probentur iuramento recuſantis, quando agitur de dando adiunctum iudici ordinario,num.888.& ſeq.

Suſpicionis cauſa,quando eſt notoria, & publica, tunc nec exprimenda,nec alleganda eſt,num.890.

Suſpicionis cauſa, quando eſt ſcandaloſa,tunc nec exprimenda,nec probanda eſt,num.891.

Iudex quando recuſatur ſuſpectus ex aliqua cauſa, an poſſit interrogari ſuper veritate cauſæ recuſationis, num.892.

Cauſa ſuſpicionis ſaltim in genere, an ſit alleganda in recuſatione iudicis,num.893.& ſeq.

Recuſationis vna cauſa expreſſa,altera probari non poteſt,num.895.& ſeq.

882 IVDEX quando recuſatur ſuſpectus in recuſatione alleganda, & probanda eſt cauſa ſuſpicionis de iure canonico ſecundum Imol. in c. ſpeciali,nu.20.ante fin. verſ. Sed de iure ciuili extra de appell.& ibi etiam Abb.nu.2.Bal.nu.14. verſ. Et hæc eſt vera differentia Franch.nu.46.verſ.Secunda differentia eſt,Dec.nu.1.& 2.verſ.Et hoc de iure canonico,vbi teſtatur de communi,& ampliat,ſiue cauſa ſuſpicionis ſit remota,ſiue etiam proxima Præp. Mediol.nu.4.& Alex.de Neuo,nu.2.Anchar.in c. ſuſpicionis,num.2.de offic.delegat. Ioan. de Anan. num. 4.Franch.in cap.Iudex ab apoſtolica, num.6. verſic. Quarta fuit opinio de off.deleg.in 6.Addo,& Bellapert.in l.apertiſſimi,C.de iud.col.4.poſt med. verſic. Numquid iſte libellus, & verſic. Sed pone,& ibi etiã Bal.nu.7.& 8.Alberic.num.3. verſ. Opinio Rofredi, Odofred,num.1.in fin.verſ.Sed quare, & nu.6. verſ. Sed certe nos legiſtæ,Paul.de Caſtro, num.7. Iacob. de S.Georgio,n.8.& Io.Sicchar.n.10. vbi propterea

quod in terris eccleſiæ ſeruabitur ius canonicũ, & in terris imperij ſeruabitur ius ciuile, Marant. de ordine iudic.par.4.deciſ.5.num.40.verſ.Dummodo cauſa legitima;Bero.conſ.16.num.1.& 2. lib. 3. vbi de magis communi, Carauit. ſuper ritu magnæ curiæ 265.num.6.verſ.De iure vero canonico,Quintilian. Mandoſ. in praxi commiſſionum in 8.formula, verſ. Quas hic conſulto in fine,vbi dixit,quod licet de iure canonico in libello recuſatorio cauſa ſuſpicionis exprimi debeat,attamen in commiſſione,vt plurimũ nulla ſuſpicionis cauſa exprimi ſolet,quæ iudicem infamet,Rot.diuerſ.deciſ.563.num.1.p.1.Villalob. in commun.opinion.num.161.vbi de communi Miſing.obſeru.63.in princ. centur. 3. Andr. Gayl. obſeruat.33.nu.14.verſ.Canoniſtæ vero lib.1.Pacian. de probat.lib.2.cap.45.num.51.Seraph.de priuileg. iuram.priuil.7.num.7.vbi de communi, Sigiſmund. Scaccia de iudic.cauſ.ciuil.crimin.&c.c.6. num.15. vbi alijs relatis teſtatur de communi Doctorum ſententia.

883 IVDEX quando recuſatur ſuſpectus de iure ciuili, cauſa in recuſatione nec allegari debet, nec etiam probari, cum in hoc ſola recuſantis voluntas ſufficiat,& hæc fuit opinio Ioannis Gloſatoris, quam refert glo.in l.apertiſſimi,C.de iudicijs in verbo Recuſare,verſic.Et nota hic ſecundum Ioan. & ibi Iacob.Buttig.in verſic.Item quæro Bart. num. 2. in 2. quæſt.Bald.num.7.& 8.Alber. num. 3. vbi quod ita tenent communiter Doctores,Odofred. num. 5. vbi pluribus hanc probat ſententiam, & reſpondet contrarijs,Iaſ.num.20.verſic.ex ſecunda parte, Specul. in tit.de recuſat.§.qualiter autem num.5.Marant.de ord.iudic.p.4.dec.5.num.40.verſic. Dummodo cauſa legitima,Ruin.conſil.6.num.... verſic.Nec etiam ad validitatem,lib.4.Bero.conſil.16.num.1.& 2.vbi de magis communi,lib.3.Pariſ.conſil. 31.num. 94. in fine,verſic.Et ſi ius ciuile conſideremus,lib.1.Aufrer.de recuſation.num.3.verſic.Secus eſt tamen de iure ciuili,Lanfranch.de Oriano in repet.c.Quoniam contra rub.de recuſ.nu.114.vbi teſtatur de communi legiſtarum opinione, Carauit. ſuper ritu magnæ curiæ 265.num.6.Couar.pract.quæſt.c.26. num.1. verſic.Eodem iure ciuili,Burſatt.conſil.21.num.20 vbi de magis communi Villalob. in commun. opinion.in verbo Suſpicio, num. 161. vbi de communi, Miſinger. obſeruation. 63. in principio centur. 3.Mich.Craſſ.in commun.opin. lib.2.cap.8. quæſt. 13. vbi quod ita communiter receptum eſt, Andr. Gayl..obſeru.33.nu.14.lib.1.vbi de communi Giaccar.in addit. ad Clar. q. 43. littera A, in princ. Pacian.de probat.lib.2.c.45.num.56.& ſeqq. vbi alijs relatis concordantibus, reprobatiſq; contrarium tenentibus,hanc teſtatur eſſe communem Doctorum ſententiam, & ab ea minime recedendum eſſe,Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 7. num. 7. vbi de communi Card. Tuſch.pract.concl. in verbo Suſpicio,concl.913.nu.2.28.& 29.Sigiſm.Scacc.de iudic.cauſ.ciuil.crim.&c.c.66.nu. 15. vbi alijs relatis teſtatur de communi Doctorum ſententia,Iacob. Laur.de iudic.ſuſpect.c.5.num.9.vbi pariter alijs relatis teſtatur de communi.

884 Contrarium,quod de iure ciuili licet cauſa ſuſpicionis probari non debeat, allegan da tamen ſit, vt fraudis ſuſpicio non remoueatur voluit Dec. in cap. cum ſpeciali,num.4.verſic.Debet tamen allegari de appellation.glo.in l.apertiſſimi, C.de iudicijs in verbo Recuſare, verſic. Alij &c. refert aliorum opinionem volentium non ſolum cauſam ſuſpicionis eſſe allegandam,ſed etiam probandam,ſi de ea dubitetur iuribus ibi per eum allegatis,& ibi Bel.apertic.col.4. verſic.Numquid iſte libellus, vbi dixit, quod tutius eſt tenere,quod recuſatio fiat cum cauſa,quicquid ſecus Doctores dicant, & in verſic. Sed pone,videtur etiam tenere, quod cauſa non ſolum ſit allegan da, ſed etiam probanda,Cyn.ibidem num.22. Vbi pariter tenere videtur cauſam ſuſpicionis eſſe allegandã, & probandam,& Angel num.8.Aufrer.in tract.de recuſar. poſt num. 3. verſic. Dicit tamen, vbi quod tam in delegato, quam in ordinario exprimenda eſt cauſa ſuſpicionis,Miſing.obſeru.63. verſic. Hoc verum centur.3.vbi quod in ordinario etiam de iure ciuili exprimenda eſt cauſa recuſationis,licet non probanda teſtatur de communi,& a conſuetudine ſeruata opinione deciſ.pedem.84.nu.6.vbi idem dicit Gayl.obſeru.33.nu.16.vbi dixit apud eum ſeruari ius canonicum,& non ciuile,Pacian.de prob.lib.2. c.45.num.4.& 89.vbi concludit,quod quando ordinariùs allegatur ſuſpectus ad effectum,vt in totùm remoueatur,tunc cauſa eſt allegan da,& probanda,ſi vero, vt non in totum remoueatur, ſed ſolum vt detur adiunctus,&.tunc nulla ſit allegan da cauſa ex allegatis ibi per eum.

875 IVDEX quando ſuſpectus recuſatur cum,vt dixi in recuſatione de iure canonico ſit exprimenda cauſa, & etiam probanda, ſecus de iure ciuili. Hinc eſt, quod in terris Imperij ſeruandum eſt ius ciuile, in terris autem Eccleſiæ ſeruandum ius canonicum, prout in ſimili dixi ſupra num. 735. & in ſpecie voluit Roland.conſil.19.num.14.lib.tertio, Aufrer. in tractat.de recuſation.poſt numerum tertium, verſic. Sed de iure canonico, Andr. Gayl. obſeruation. 33. num.16. lib.1. vbi declarat niſi conſuetudo ſit in contrarium, prout apud eum eſſe teſtatur, quod ſcilicet ſeruatur ius canonicum,& non ciuile, Pacian. de probation.lib.2.cap 45.poſt num. 62. Card. Tuſch. practic.concluſion.in verbo Suſpicio, concluſ. 913. num.2.

886 IVDEX quando recuſatur ſuſpectus, licet de iure ciuili in recuſatione non ſit exprimenda cauſa ſuſpicionis, iurare tamen debet recuſans, quod calumniæ cauſa non recuſat,ex allegatis per Præpoſit. Mediolanen.in cap.cum ſpeciali,num.4.de appellat. & ſic de iure ciuili cauſa ſuſpicionis probatur per iuramentum,vt per Ancharan.in c. ſuſpicionis, num. 2.de offic.delegat.& voluit gloſſ. in l. apertiſſimi, C.de iudicijs in verbo Recuſare,verſ.Superfluo ergo

&

& ibi etiam Bald.num.7.& num.9.vbi declarat Alberic.num.3.verſ.Quidam Moderni,Paul.de Caſtro num.7.Aretin.poſt num.5.verſ.& dixi ſecundum Iaſ.num.20.Iacobin.de S.Georgio,num.7.& Ioann. Siechard.num.12.in fine,Ruin.conſ.6.num.4.verſ. Nec etiam ad validitatem,& nu.5.& ſeqq.lib.4. vbi tamen declarat hoc iuramentum non operari niſi fuerit delatum a iudice,Bero.conſ.16.num.3.lib.3. Rol.conſ.19.num.4.lib.3.Aufrer.de recuſat. num.3. poſt princ.verſ.Iurare tamen tenetur.Lanfranch. de Oriano in repetition.c.Quoniam contra,rubr. de recuſation. num.115.& extra de probation. Carauit. ſuper ritu magnæ Curiæ 265.num.6.Couarru.pract. quæſt.c.26.num.1.verſ.Eodem iure ciuili,vbi tamen reprobat Ruin.in loco prææallegato dicentem hoc iuramentum eſſe deferendum a iudice,cum cõtrarium ſeruetur in practica, vt ibi per eum per text. quem allegat in l.vltima,C.de iudicijs,Rot.diuerſ.deciſ.2. par.2.Miſinger.obſeruat.63.in princip.centur.3.Michael Craſſus in commun.opinion.lib.ſecundo, cap. octauo, quæſtione 13. Andr. Gayl. obſeruation. 33. poſt numerum 14. lib. 1. Viuius opinion. 866. & ſequentibus, vbi etiam licet pluribus contrarium ſuadere reneatur. Aduerte tamen, quod per eum dicta intelligenda ſunt non de iure ciuili,prout ſunt termini propoſitæ concluſionis, ſed de iure regni ſecundum quod ſeruatur ius canonicum, Pacian. de probat. lib.2.cap.45.num. 68. & ſequentibus, vbi licet dixerit nulla lege reperiri cautum,vt recuſans iurare teneatur,attamen ex veriſimili legum interpretatione communiter receptum fuit ad remouendum calumniæ ſuſpicionem,& occaſionem, vt iurare teneatur.Seraphin de priuil.iuram.priuil.7. num. 2. & num.8.Iacob.Lauren.de iudice ſuſpecto,cap.5.num. 17.vbi pariter cum Couarru.in loco prææallegato reprobat Ruin. vbi ſupra volentem iuramentum hoc non operari niſi fuerit a iudice delatum.

Declara præmiſſam concluſionem, vt infra, num. ſequen.

887 IVDEX quando recuſatur ſuſpectus, recuſans debet iurare de calumnia, & ſic de iure ciuili iuramentum probat ſuſpicionis cauſam, declara pariter hoc procedere de iure ciuili,ſecus autem de iure canonico,ſic enim omnes prææallegati Doctores loquuntur,quia præſuppoſita concluſione,quod de iure ciuili cauſæ ſuſpicionis non ſint probandæ,imo nec allegandæ,ſubdunt poſtea recuſantem iurare debere, ſe habere iudicem ſuſpectum non per calumniam, ſed quia vere ſuſpectus eſt,ex hac enim iuramenti præſtatione calumniæ præſumptionem purgari apertè ſcribunt.Ergo ſecus videtur dicendum de iure canonico,ſecundum quod ſuſpicionis cauſæ non per iuramentum,ſed per teſtes probandæ ſunt, vt dixi ſupra num.882.& iſta eſt veritas.

888 Quicquid ſecus dixerit Sigiſmund.Scaccia de iudic.cauſar.ciuil. criminal. &c. c. 66. num. 16. vbi facta digreſſione,quando ſeruari debeat ius ciuile potius quam canonicum,& è contra, & multa in propoſito profundens concludere videtur, quod quando agitur de dando adiunctum iudici ordinario ſuſpicionis cauſæ ſatis cenſeantur probatæ per iuramentum recuſati,& quod ita in vrbe ſeruatur præſertim in criminalibus, in quibus cum agatur de grauiori præiudicio, idcirco facilius præuenitur ad iſtam adiuncti dationem,ſtante ſtatuto vrbis,lib.primo, capitulo ſeptimo, quo cauetur ſenatorem debere ſeruare iura ciuilia, & in eorum defectum iura canonica,& propterea ex Marcheſan. quem allegat. in tractat. de commiſſion. parte prima, commiſſion. tertia,cap.vnic. ſub num. octauo, ponit formulam commiſſionis, in qua dicitur: Eum ſuſpectum in manibus ſanctitatis veſtræ iurare paratus eſt, & quatenus opus ſit, iurat &c. Inferens ex hac formula de vrbis conſuetudine adiunctum dari ex ſola iuramenti præſtatione.

889 Sed hæc quidem conſuetudo vera non eſt, quia & ſi clauſula prædicta præſtationis iuramenti in commiſſionibus recuſationum in vrbe apponi ſolita ſit iuxta formulam a Marcheſano relatam. Multoties tamen, & vt plurimum ſolet etiam exprimi cauſa recuſationis, nec Signatura tam iuſtitiæ, quam gratiæ ſolet eas ſignare, & Adiunctum dare, niſi extraiudicialiter ponenti referendario fuerit probata, & iuſtificata recuſationis cauſa, & de ea per eundem referendarium facta fide in Signatura, & non ſunt plures dies, quod propoſita commiſſione in Signatura Sanctiſſimi recuſationis Excellentiſſimi Domini Venturelli de Venturellis de Amelia Locumtenentis in criminalibus Illuſtriſſimi Domini Auditoris Cameræ, & viri quidem ſapientiſſimi, & integerrimi, voluit Sanctiſſimus Dominus Noſter Paulus Papa Quintus ſuſpicionis cauſas audire, ipſiſque a referendario relatis cum friuolæ eſſent commiſſionem reiecit,& ſic in vrbe iudex ordinarius non recuſatur, nec ei datur adiunctus niſi aliter quam iuramentum iuſta ſuſpicionis cauſa probetur, vt dixi extraiudicialiter coram Prælato commiſſionem proponente.

890 IVDEX quando recuſatur ſuſpectus, licet de iure canonico in recuſatione exprimenda ſit cauſa recuſationis, & etiam probanda,vt ſupra dixi,hoc tamen non procedit,quando eadem cauſa eſſet notoria,& publica,prout dixi ſupra num.806. & hic repetere non eſt neceſſe.

891 IVDEX quando recuſatur ex aliqua cauſa, quæ exprimi non poſſit ſine ſcandalo, tunc nec etiam de iure canonico exprimi, nec probari debet, ſed ſolo recuſantis iuramento ſtatur ex allegatis per Aufrer.in tract.de recuſatione,num.47.verſ.Aduerte tamen,vbi ponit exemplum, quando pro cauſa ſuſpicionis inducitur Riualitas inter iudicem, & partem, ſubditq; in hoc attendendum qualitatem perſonæ recuſantis,& quod licet hæc concluſio iure non probetur,comprobatur tamen ratione naturali, & æquitate, vt ibi per eum Pacian. de probat. lib. 2. cap.45.num.55.

892 IVDEX quando ſuſpectus allegatus ſuſpicionis cauſæ probari poſſunt iuramento iudicis,qui propterea poteſt interrogari,an dicta ſuſpicionis cauſa allegata ſit vera,& adiurandum cogi poteſt,quando arbitri ſunt electi,ſi vero arbitri electi non ſunt,poterit recuſatus iudex abſque iuramento interrogari ſecundum Abb.Butr.& Imol.in cap.primo, de exception. poſt gloſſ.ibi, Archidiaconus in capitulo ab arbitris de offic.delegat.in ſexto, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Franch.in capitulo cum ſpeciali, num. 28. de appellation.& ibi etiam Alexan.de Neuo, num.3 & 4.vbi hoc perpetuo in practica menti tenendum dixit Aufrer.in tractat.de recuſation.num.46.vbi te- * ſtatur ſæpè numero,imò communiter ſic vidiſſe ſeruari in illo parlamento,ſed hoc declarat non procedere,quando cauſa ſuſpicionis tenderet in infamiam iudicis recuſati. Tunc enim ipſum iudicem, nec interrogari poſſe,nec ad reſpondendum teneri affirmat Couarruu.pract.quæſt.cap.26.num.3. verſ. Quod ſi recuſationis cauſa,vbi videtur facere generalem conclusionem, quod vbi non eſt locus probationi cauſæ ſuſpicionis poſt concluſionem in cauſa admittenda, tamen ſit probatio per iuramentum recuſati iudicis, Thſaur.deciſ.pedem.6.per tot.vbi propoſita,& diſputata quęſtione,Doctoribusque hinc inde contrarium tenentibus relatis teſtatur apud illum ſenatum iudicatum fuiſſe,poſſe ſuper cauſis ſuſpicionis allegatis iudicem interrogari, & reſpondere teneri etiam medio iuramento,niſi eadem ſuſpicionis cauſa crimen, & infamiam recuſato irroget, & hanc ſententiam humaniorem affirmat, & procedere etiam poſt concluſionem in cauſa ſecundum Couarru.in loco præcitato. Quamuis hoc in practica non ſeruari teſtatur Specul.in titul. de recuſation.§.effectus autem num. 37.verſiculo Sed certe.

893 IVDEX quando recuſatur ſuſpectus, licet de iure ciuili non ſit exprimenda cauſa in libello recuſationis,non tamen ſufficit ſimpliciter dicere Habeo iudicem pro ſuſpecto, niſi etiam addat ex iuſta cauſa,& ſi eam cauſam ſpecificare non teneatur ſecundum Bero.in conſil. 16. num. quarto, lib.3. & hanc * ſententiam alijs relatis communiter teneri a legiſtis alijs relatis,qui tamen hoc non dicunt teſtatur Iac. Lauren.in tract.de iudice ſuſpecto,cap.quinto,num. decimo.

894 Contrarium, & ni fallor verius late probauit, & voluit Pacian.de probation.lib.ſecundo,cap.45.nu. 63.iuncto num.70.& ſeqq.vbi expreſſe reprobat Bero.in loco præallegato,concluditq; ſufficere in recuſatione dicere Habeo talem iudicem pro ſuſpecto ex gloſa,quam allegat in l.apertiſſimi in verbo recuſare C.de iudicijs,quam communiter approbatam teſtatur, & reſpondet contrarijs.

895 IVDEX quando recuſatur ſuſpectus,licet vt dixi de iure ciuili cauſa non ſit exprimenda, ſi tamen expreſſa fuerit vna cauſa, & coram arbitris probetur non illa cauſa expreſſa, ſed alia iuſta,recuſans non auditur,quia quicquid olim ſecus eſſet,hodie neceſſe eſt in recuſatione exprimere cauſam,ideo expreſſa cauſa probanda eſt, & non alia, ſecundum Ioann. Andr.in capitulo Poſtremo, num.tertio, de appellat. vbi reprobat alios antiquiores contrarium tenentes, ſequitur ibidem Anchar.num.tertio,Henrich.Boich. num.octauo,Bellamer.num. 3.in verbo Alia iuſta, & poſt numerum quartum, verſiculo Et licet hic. Vincentius,Anton de Butr.num.7.Abb. num. 7. vbi te- * ſtatur de commun.opinion.Imol. num. 3. in fine, verſ.Et adde,quod Alex.de Neuo,nu.19. & ſeq. vbi * etiam de communi,Franc.in cap.cum ſpeciali,num. 21.extra eodem tit.de appellation.& ibi etiam Præpoſit.Mediolanen.num.20.Specul.in tit. de recuſation.§.effectus autem,num.28.licet contrarium voluiſſe videatur Anan.in dicto cap.Poſtremo,num. 6. de appellation.

896 Sic, & ſpecialis cauſa ſuſpicionis in recuſatione expreſſa,quod attendenda ſit,& non alia voluit Bero.in conſ.16.num.16.& ſeq.lib.3.refert eum, & ſequitur Lancell.de attent.p.6. num.55. Pacian. de prob.lib.2. c.45. num.64. vbi propterea concludit, quod licet de iure ciuili non ſit exprimenda cauſa in libello recuſationis,ſi tamen fuerit expreſſa, & illa quidem inepta vitiabitur libellus,Card.Tuſc. pract. concl.in verbo Suſpicio,concl.913. num. 35. Iacob. Laur.de iudice ſuſpecto,c.5.num.20.

ARGVMENTVM.

IVDICIS recuſatio de quo tempore opponi poſſit.

SVMMARIVM.

Iudex recuſari debet ante litem conteſtatam, & non poſt,nu.897.& ſeq. vbi quod imo hac exceptio debet eſſe prima oppoſita,alias inducitur conſenſus in iudicem.

Iudicis recuſatio ſi fuerit oppoſita inſimul cum aliis exceptionibus,numquid recuſans cenſeatur conſentire in iuriſdictionem iudicis,num.899.

Iudex poteſt recuſari etiam antequam delegationis litteræ fuerint præſentatæ in actis,num.900.

Iudicis recuſatio opponi non poteſt poſt concluſionem in cauſa,nu. 901.& ſeq.vbi multo minus, poſt terminum habitum proſeruato.

Iudex recuſari poteſt poſt concluſionem in cauſa, quando ſuſpicionis cauſa eſt notoria,num.903.

Iudex recuſari poteſt poſt litem conteſtatam,& concluſionem in cauſa de iure ciuili ſecus de iure canonico, num.904.

Minor,eccleſia,& reſpublica numquid reſtituantur in integrum ad recuſandum iudicem poſt litem conteſtatam.& poſt concluſionem in cauſa,num.905.

Iudicis recuſatio de nouo emergens opponi poteſt, poſt litem conteſtatam, num. 906. & ſeq. vbi idem quando ſuſpicionis cauſa de nouo perueniat

ad

ad notitiam partis,declara vt num.908.
Suſpicionis cauſa,quæ de nouo peruenerit ad notitiam partis,numquid iuramento probetur,num.909.
Suſpicionis cauſa de nouo ſuperueniens,aut de nouo detecta poteſt iudex recuſari,etiam poſt concluſionem in cauſa,num.910.
Contra num.911.
Diſtingue,vt num.912.
Contra diſtinctionem,num.913.
Iudex recuſari non poteſt ſuſpectus poſt litem conteſtatam ex ſuperuenienti cauſa,ſi illa proceſſerit culpa, & facto recuſantis,num.914.

897 IVDICIS recuſatio opponi debet ante litem conteſtatam,licet enim nonnulli dixerint ſecundum leges recuſationes fieri debere vſq; ad viginti dies, ſiue lis conteſtata ſit, ſiue non per tex.in Auth.cõſequenter,C.de ſent.& interloq.omn. iud.Hoc tamen dicere falſum eſt, & propterea poſt conteſtationem litis amplius recuſationi locus non eſt tam de iure canonico,quam de iure ciuili,vt bene explicat Specul.in tit.de recuſ.num.1.Hoſtienſ. in ſumma,rubr.de recuſat. iud.delegat.§.quando debet fieri,Franch.in c.Poſtremo,num.1.in fine, verſ. Hinc eſt, quod de ſuſpicione iudicis extra de appellat. & ibi etiam Alexan.de Neuo num.7.verſ. Ex hoc infertur,& nu.8.Præpol.Mediol.in c.cum ſpeciali, nu.1. eodem tit.de appellation.eſt tex.in c. inſinuante de offic.delegat.& ibi communiter notant omnes canoniſtæ,& præſertim Hoſtien.num.5.& ibi etiam Card. Zabarell.num.2.in 8.notab.vbi generaliter dixit exceptionem declaratoriam eſſe opponẽdam antequã iudex ad aliud in cauſa procedat,Card.Zabarell.nu. 2.col.2.in fine,verſ.Tertio oppono & eſt tex.clarus, & apertus in l.apertiſſimi,C.de iudicijs,dum ibi dicitur poſt litem conteſtatam neque appellari poſſe ante diffinitiuam ſententiam iam ſtatuerimus, neque recuſari poſſe, ne lites in infinitum extendantur, & ibi notatur per gloſ. & communiter omnes canoniſtas, Bero.conſil.16.num.27.lib.3.vbi dicit idem columm.42.par.tertia, & in ſpecie dixit Lanfranch. de Oriano in repetition. c. Quoniam contra rubric. de recuſation. num. 105. extra de probationib.Carauit.ſuper ritu Magnæ Curiæ 265. num. decimo, Couarruu.practicar.quæſt.c.26. num.1. in fine verſ. Recuſatio autem,& num.ſecundo,Rota diuer.deciſ. ſecunda, num. ſecundo, par. ſecunda, Viu. opinion. 866.num.18.vbi de communi, Franc.March. deciſ. 727.num.1.par.1.Pacian. de probation. c. 45.num. 6.Iacob.Laur.de iudice ſuſpecto,c.14. num. 1. verſ. Primo quæ loco ante litem conteſtatam, & verſiculo ſeq.vbi teſtatur hanc eſſe communem ſcribentium opinionem.

Amplia,& limita hanc concluſionem,vt infra.

898 IVDICIS recuſatio non ſolum debet opponi ante litem conteſtatam,ſed etiam debet eſſe prima exceptio, quæ opponi debeat, antequam recuſans faciat aliquem alium actum, alioquin per dictum actum in iudicis iuriſdictionem conſentire dicetur, & amplius illum recuſare non poterit ad ea, quæ tradita ſunt ſupra num. 697. & in ſpecie vltra Doctores omnes mox ſupra allegatos, voluit gloſſ. in c. Paſtoralis, in verbo Poteſtate, extra de exception. Lanfranch.de Oriano in repetition. c. Quoniam contra,rubric.de recuſation.num. 105. extra de probation.Couar.pract.quæſt.c.26.num.ſecundo vbi alijs relatis teſtatur de communi, Quintil. Mandoſ.in praxi commiſſion.in octaua formula in verbò Adiunctum, verſic. Dummodo ad litis conteſtationem proceſſum non ſit, Rota diuerſ. deciſ. ſecunda, num.3.par.2.Miſinger obſeruatiõn.49. verſic. Illud interim centur.4.Michael Craſſ. in commun. opin. lib.ſecundo, c.8.quæſt.14. vbi de communi, Andr. Gayl.obſeru.33.num.11.lib.1.Pacian.de probat.lib. ſecundo,c.45.num.14.& ſeq. Card. Tuſch. practic. concl.in verbo Iudex, concl.423. num. 2. vbi teſtatur de communi Sigiſmund.Scaccia, de iudic. cauſarum ciuilium crimin.&c. c. 101. num. 8. vbi alijs pluribus relatis concordantibus, & reprobatis contrarijs teſtatur de communi Iacob. Lauren.de iudic. ſuſpecto,c.14.num. ſecundo,verſ.Eadem,quæ attenta ratione.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ concluſionis quam declara,vt infra num ſeq.

899 IVDICIS recuſatio ſi fuerit oppoſita inſimul cum alijs exceptionibus,& non fuerit primo loco in ordine litteræ iudex recuſatus numquid ex hoc cenſeatur in iuriſdictionem iudicis conſenſum, ex quo recuſatio non fuit prima in ordine litteræ, dic quod non per hoc dicitur conſenſum in iuriſdictione iudicis, vt per Lanfranch. de Oriano in repetition. c. Quoniam contra,rubric.de recuſatione,num.105. extra de probation.ad quam materiam vide Pacian. de probat.lib.ſecundo,c.45.num.16.& ſeqq. Vbi particulariter diſtinguit, quando recuſationis exceptio vna cum alijs fuerit oppoſita ex interuallo, vel eodem tempore, & quid ſi fuerit oppoſita cum exceptione incompetentiæ,bene materiam declarat Sigiſmund.Scaccia de iudic.cauſar.ciuil.criminal. &c. c. 101. num. nono, vbi quod exceptio recuſationis oppoſita inſimul cum alijs exceptionibus non inducit conſenſum in iuriſdictionem. Ad quę vide etiam Iacob.Lauren.de iudice ſuſpecto,c.14.nnm.quarto, & ſeq.

900 IVDEX ſuſpectus recuſari poteſt non ſolum ante litem conteſtatam,ſed etiam oportet antequam fuerint litteræ præſentatæ eo ipſo, quod eſt datus, ſecundum Federic.de Senis in conſil. 24. Incip. cogitetis per Præpoſit. Mediolanen. in capitulo cum ſpeciali,num.1.extra de appellationib. Card. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Suſpectus; concluſ. 906.num.ſecundo, Iacob. Lauren. cum allegatis per eum in tractat.de iudice ſuſpecto, capitulo quinto, num.25.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

901 IVDICIS recuſatio multo minus proponi

poteſt, poſt concluſionem in cauſa ex allegatis per Franch.in cap.cum ſpeciali num. 27. de appellat. & ibi etiam Præpoſ.Mediol.num.22.Gemin.in cap.iudex ab apoſtolica num.15. de offic, delegat. in 6. & ibi etiam Franch.nu. 3. ad medium verſ. Et dicit hic Lapus.

Et hęc ſit tertia ampliatio.

902 IVDEX ſicuti recuſari non poteſt poſt concluſionem in cauſa, multo minus recuſari poterit poſt traditam ſententiæ cedulam notario ad effectum illam publicandi, vel, vt apud nos ſeruatur, poſt termi num ad ſententiam pro ſeruato habitum, ſic enim apud Gallos ſeruari poſt Rupel. quem allegat lib. 1. forenſ. inſtit.48.teſtatur Couarr.practic. quæſt.cap. 25.num.3.in fine,verſ.Cęterum illud queritur, vbi hanc practicam vtiliorem affirmat, quam contrariã quę apud Hiſpanos ſeruatur.Lancell. de attentat. c. 46.num.49.vbi quod quando cauſa fuit inſtructa, & pars monita ad ſententiam,tunc recuſatio etiam legi tima non admittitur,ex allegatis ibi per eum, & nu. 50. vbi quid ſi cauſa ſuſpicionis fuiſſet de nouo exorta, & de nouo ad notitiam deuenerit, Benintend. deciſ. Bonon. 85. in ſecundo dubio, vbi loquitur, quando recuſatio fit in calculo ferendę ſententię,refert eum, & ſequitur Card.Tuſc. pract. concluſ in verbo Iudex concluſ.422.num.9. Iacob. Laur. de iudic.ſuſpect.cap.14.num.55. vbi de oppoſita recuſatione poſtquam iudex pronunciauit prout in cedula.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

903 IVDEX poteſt recuſari etiam poſt concluſionem in cauſa, quando ſuſpicionis cauſa eſt notoria ex allegatis per Franch. in capitulo Cum ſpeciali num.27. verſic. Limitat tamen primo, de appellation. & ibi etiam Prępoſ. Mediolanen. num. 22.verſ.Fallit tamen illa concluſio, Geminian.in cap.iudex ab apoſtolica num.15. verſ. Quod limitat verum, & ibi etiam Franch. num.3. poſt med. verſ. Quod tamen limita,Couarru,pract. queſt.c. 26. nu. 2.verſ.Primo,vbi cauſa ſuſpicionis ita notoria eſt,Lapus allegation. 1.num.6.& ibi Mandoſ.in addit.litera F,in verbo Notorietas.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ concluſionis.

904 IVDICIS recuſatio poteſt proponi etiam poſt litem conteſtatam, & concluſionem in cauſa de iure ciuili,ſecus de iure canonico.Barbat.in tract. de pręſtantia Cardinalium quæſt.5.par.2.num.6.prout illum refert, & ſequitur Villalob.in comm.opin.litera S,num.161.verſ.Et cum differentia.

Et hęc ſit ſecunda limitatio.

905 IVDEX licet recuſari non poſſit ſuſpectus poſt litem conteſtatam, & multo minus poſt concluſioné in cauſa, quando ſuſpicionis cauſa erat iam antea orta,datur tamen minori, eccleſiæ & etiam Reipublicę in integrum reſtitutio ad effectum, vt eadem ſuſpicio allegari, & probari poſſit ſecundum Mauritium in tract.de reſtit.in integr.cap. 253. quem refert, & ſequitur Couarr.pract.queſt.cap.26. num.4. vbi amplius dicit hanc ſententiam magis communem, & pluries ſeruatam apud eum in Regio Granatẽſi prętorio,& ſi contraria opinio pluribus rationibus, de quibus ibi per eum comprobata videatur, & hanc ſententiam ſequitur Oddus de reſtitut. in integ.par. 2.quæſt.64. num. 40.& ſeq. vbi amplius reſpondet rationibus in contrarium adductis per Couar.vbi ſupra. Vide ad materiam huius concluſionis late diſcurrentem Iacob.Laur.de iud.ſuſpecto cap.15. per tot.

Et hæc ſit tertia limitatio.

906 IVDICIS recuſatio poteſt etiam opponi poſt litem conteſtatam, quando recuſationis cauſa de nouo emergit, text. eſt in cap. inſinuante de offic. delegat. vbi hoc communiter notant omnes Canoniſtæ in ſummario, & amplius ibidem hoc voluit gloſ. in verbo Poſtmodum,vbi concordantia iura allegat. Hoſtienſ. num. 5. & ibi in addition. littera B. Ioan. Andr. num. 14. in verbo Poſſet recuſare, Anchar. num. 2. Ant. de Butr. num. 6. in 4. notab. & num. 9. verſ. Quæro de ratione, & num. 18. Bellamer.num.9.poſt med.verſ.in gloſ. ſic patet, Abb. num.8.Imol.num. 1.verſ.Item nota quod etiam poſt litem motam, Card.Zabarell.num. 2. in 4. notab. & dicto num. 2.colum.final. poſt verſ. Tertio oppono, Franch.in cap.poſtremo num.1. in fine de appellat. & in cap.cum ſpeciali num.27. eodem tit. de appell. Addo gloſ.in l.apertiſſimi C.de iudicijs in verbo recuſare,verſ.Alia quæſtio,& ibi etiam Cinus ante nu. 1.verſ.Sed dic, quod ex noua cauſa, Alberic.ſub nu. 4.Angel.num.4.Paul.de Caſtro num. 2. Aretin.poſt num.3.ubi tamen aduertit iſto caſu ſuſpicionis cauſam eſſe apponendam ſtatim,quod poſt litem conteſtatam ſuperuenit, & non vlterius in quacunq; parte iudicij, Iaſ.num.12.& Ioan.Sicchar.num.4. Specul. in tit.de recuſatione, §. ſit autem récuſatio,num. 2. verſ. Niſi ex noua cauſa, Marant. de ordin. iudic. par.6.num.74.Pariſ.conſil.31.num. 94. lib. 1. Lanfranch.de Oriano in repetition. cap. Quoniam contra,rubr.de recuſation.num.106.extra de probation. Carauit.ſuper ritu magnæ curiæ num. 10. Quintilia. Mandoſ.in praxi commiſſ.8. formula in verbo Adiunctum,verſ.Aut nuper emergit, vbi teſtatur de communi opinione,Miſinger.obſeru.59. verſ.Prædictum tamen dogma centur.4.Andr. Gail.obſeruat.33.nu. 11.verſ.Quod tamen reſtringitur lib.1.Viu.opinion. 866.num.20.Pacian.de probation.lib.2.cap.45.nu. 88.vbi teſtatur hanc ſententiam communiter approbatam, & ab ea in iudicando, & conſulendo non recedendum,quicquid alij,& quidem male contrarium ſenſerint Seraph. de priuil. iuram. priuileg.7.num. 19.Sigiſm.Scaccia de iudic.cauſ.criminal. lib.2.cap. 101.nu. 10.vbi iſto caſu æquiparat dubitationem & ignorantiam, & in tractat. de appellation. quæſtione vndecima, num. quinquageſimo ſecundo, Iacob. Laur. de iudic. ſuſpecto cap. decimoquarto num. 17.

Et hæc ſit quarta limitatio quæ ampliatur, & ſublimitatur, vt infra.

907 IVDEX recuſari poteſt ſuſpectus poſt litem conteſtatam etiam ex cauſa antiqua, quę tamen de nouo peruenit ad notitiam partis, vt per Abb. & Franch. in locis præallegatis, Alberic. in l. apertiſſimi, ſub num. quarto, C. de iudicijs, & ibi etiam Paul. de Caſtro, num. ſecundo, Iaſ. num. 12. in fin. & verſiculo Imo, & Io. Sicchar. n. 5. Spec. in tit. de recuſ. §. ſit autem recuſatio, n. 2. verſ. Vel niſi quis, Rui. cóſ. 6. n. 3. lib. 4. Couar. pract. quæſt. c. 26. n. 2. verſ. Quod ſi cauſa recuſationis, vbi alijs relatis, & relatis etiam contrariũ tenẽtibus, hanc teſtatur æquiorem, & communem ſententiam Michael Craſſ. in commun. opinion. lib. ſecundo, cap. octauo, quæſt. 12. Andr. Gayl. obſeruation. 33. num. 21. verſiculo Secundo limitatur, lib. primo, Viu. opinion. 866. num. 19. Lancellott. de attentatis cap. 12. num. 16. Pacian. de probation. lib. ſecundo, cap. 45. num. 88. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 7. num. 19. Sigiſmun. Scaccia de iudic. cauſar. ciuil. criminal. &c. lib. primo, cap. 101. num. 12. vbi alijs relatis teſtatur de communi, & in tractat. de appellat. quæſt. 11. num. 52. verſiculo Subreſtringe primo, vbi declarat dummodo ſtatim, quod de nouo cauſa ſuſpicionis venit ad notitiam partis opponatur, ſecus ſi ſcienter aliquis actus ante oppoſitionem recuſationis fieret coram illo iudice, quia tunc amplius opponi non poteſt, per ea quæ dicta ſunt ſupra num. 697. Iacob. Lauren. de iudice ſuſpecto, cap. 14. num. 18. vbi teſtatur de veriori, & ſatis æqua opinione, ac etiam communi.

908 Declara hanc concluſionem procedere, niſi doceatur partem fuiſſe negligentem in perquirendo ante litem conteſtatam hanc exceptionem, quã quis dicit de nouo ſibi notam ex allegatis per Felin. in cap. inſinuante, de offic. delegat, num. nono, verſiculo Tertio fallit, vbi etiam ponit an iſto caſu præſumatur negligentia, Iaſ. in l. error, num. 16. in fine, verſiculo Intellige tamen, C. de iur. & fact. ignoran. Ruin. conſ. 6. num. octauo, lib. quarto, Couarruu. practicar. quæſtion. cap. 26. poſt numerum ſecundum, verſiculo Quoties poteſt aliqua negligentia imputari, Iaco. Lauren. de iudice ſuſp. cap. 14. nu. 18. ante finem.

909 IVDEX quando recuſatur ſuſpectus poſt litem conteſtatam ex cauſa antiqua, quæ tamen de nouo peruenit ad notitiam partis, numquid hæc noua notitia probetur iuramẽto recuſantis, videtur quod ſic ſecundum Specul. in tit. de recuſation. §. ſit autem recuſatio, num. ſecundo, verſiculo Vel niſi quis iuret eam de nouo ad eius notitiam perueniſſe, cum alijs per Ruin. conſil. 6. num. 3. & 4. lib. ſecundo. Contrarium tamen ibidem ipſe Ruin. conſuluit num. quinto, & ſeqq. vbi reſpondet contrarijs, concluditq. aliter quam per iuramentum recuſantis eſſe probandã ſuperuenientẽ notitiã cauſę recuſationis quãdo recuſans a principio non fecit diligentiam de ſe informando de conditione iudicis, & in omnem euentum hoc iuramentum nihil operari, niſi fuerit a iudice delatum, ad quæ vide etiam Miſing. obſeruation. 59. in fine, centur. quarta, vbi dixit, quod ita demum recipitur recuſatio ſuperuenientis poſt litis conteſtationẽ, & concluſionem in cauſa, ſi euidenter conſtet iudici eam de nouo ſuperueniſſe, alias non, & hoc dicit notandum Michael Craſſ. in commun. opinion. lib. ſecundo, capitulo octauo, quæſtion. 14. verſiculo Limita, ſi recuſationis cauſa, vbi dixit nouam ſuſpicionis cauſæ notitiam probari ignorantiæ iuramento, & & idem dixit Iacobus Lauren. de iudice ſuſpecto, dicto capitulo 14. poſt numerum 17.

910 IVDEX ex cauſa ſuſpicionis de nouo ſuperuenientis, aut de nouo ad partis notitiam peruenientis allegari poteſt ſuſpectus non ſolum poſt litem conteſtatam, ſed etiam poſt concluſionem in cauſa, ſic enim probari videtur in dicto capitulo inſinuante de offic. de legat. vbi loquitur ante ſententiam diffinitiuam, voluit Franc. in dicto capitulo, cum ſpeciali, nu. 27. de appellation. Geminian. in capitulo iudex ab Apoſtolica, num. 15. verſiculo Primum dictum, Marant. de ordin. iudic. parte 6. num. 74. Ruin. conſilio 6. num. quarto, lib. quarto, Addent. ad Lanfranch. in repetition. cap. Quoniam contra, rubrica de recuſat. num. 106. littera B, in verſiculo Poſt litem conteſtatam, extra de probationibus, Carauit. ſuper ritu magnæ curiæ 265. num. decimo, & vndecimo, vbi reſpondet contrarium tenentibus Couarruu. practicar. quæſtion. capitulo 26. num. ſecundo, verſiculo Sic, & poſt concluſum in cauſa, vbi poſt plura videtur concludere, quod poſt concluſionem in cauſa admittatur probatio cauſæ ſuſpicionis ortæ poſt dictam concluſionem, licet, vt infra eum retuli, ſecus credat, quando eſt orta ante concluſionem in cauſa, & poſtea peruenit in cognitionem recuſantis, Miſinger. obſeruation. 59. ad fin. verſiculo Prædictum tamen Dogma, centur. quarta, Pacian. de probationib. lib. ſecundo, capitulo 45. num. 87. Iacobus Lauren. de iudice ſuſpecto, capitulo 14. num. 20. & num. 49. vbi declarat dummodo cauſa ſuſpicionis, quæ ſuperuenit ad notitiam recuſantis ſit notoria, alias ſecus.

911 Contra, quod recuſatio de nouo ſuperueniat non poſſit opponi poſt concluſum in cauſa, faciunt ſcripta per Præpoſit. Mediolanen. in capitulo cum ſpeciali, ſub num. 22. verſiculo Et ideo facile poſſet teneri, extra de appellation. & hanc contrariam opinionem pluribus comprobat Felin. in capitulo inſinuante, num. 12. de offic. delegat. & num. 13. & 14. vbi tamen declarat eam non procedere in quinque caſibus ibi per eum relatis, Aretin. in l. apertiſſimi, num. 5. in fin. column. final. C. de iudicijs, Carauit. ſuper ritu magnæ Curiæ 265. num. 10. & 11. vbi hanc contrariam ſententiam admittere videtur in criminalibus, vbi agitur de certa, & determinata iuris pœna Couarruu. practicar. quæſtion. cap. 26. num. ſecundo verſiculo Sic, & poſt concluſionem in cauſa, vſque ad num. 3. vbi poſt plura videtur concludere, quod poſt concluſionem in cauſa non admittatur probatio cauſæ ſuſpicionis iam ortæ ante concluſionem ex eo

quod

quod poſt ea peruenerit ad notitiam partis (quicquid ſecus ſit quando orta fuit poſt concluſionem vt ſupra eam retuli (& num. 3. verſ. Quod ſi recuſationis cauſa, vbi tamen ſubdit, quod licet iſto caſu non admittatur probatio extranea, admittitur tamen probatio per inſtrumentum iudicis recuſati iuxta ea, quæ dixi ſupra num. 903. Viu. opin. 866. num. 20. vbi quod poſt concluſionem in cauſa non admittitur recuſatio poſt litem conteſtatam ſuperueniens, Theſaur. deciſion. pedemen. 6. num. 2. vbi refert, & ſequitur ſcripta per Couarru. in loco prææallegato.

912 Diſtingue, vt prima opinio procedat quando ſententia eſt iudici arbitraria, cum ſcilicet poſſit iudex lædere arbitrando in plus, & minus, ſecunda autem opinio procedat quando ſententia non eſt arbitraria, ſed determinata, vtputa quia pœna ſit a iure ſtatuita ſecundum Geminian. in cap. Iudex num. 14. uerſ. Poſſes iſtos reducere ad concordiam de off. deleg. in 6. refert eum Præpoſ. Mediol. in cap. cum ſpeciali poſt num. 22. de appell. Gemin. in cap. iudex ab apoſtolica nu. 15. ad fin. verſ. Poſſes iſtos reducere ad concordiam.

913 Verum contra hanc diſtinctionem vide ſcripta per Felin. in cap. inſinuante num. 15. de offic. deleg. & per Franch. in cap. iudex ab Apoſtolica num. 3. verſic. Secundo limita de offic. delegat. in 6. vbi tenet, quod indiſtincte etiam in arbitrarijs cauſa ſuſpicionis orta poſt concluſionem in cauſa opponi poſſit. Vide quæ dixi ſupra num. 701.

914 IVDEX recuſari non poteſt ſuſpectus poſt litem conteſtatam ex ſuperuenienti cauſa ſi illa proceſſerit culpa, & facto recuſantis ſecundum Marant. in ſpec. par. 6. membr. 9. ſub nu. 9. fallentia prima, Aſin. in pract. judicial. §. 13. cap. 2. limitat. 1. ſublimitat. 2. refert hos ſic dicentes Sigiſmund. Scaccia in tractat. de appellat. quæſt. 11. num. 52. verſ. Subreſtringe ſecundo, vbi tamen arguit contra hanc declarationem, quæ etiam apud me eſt dubitabilis ex his, quæ ſcripta ſunt ſupra num. 879.

ARGVMENTVM.

Iudice ſuſpecto recuſato quomodo procedendum ad iudicis non ſuſpecti electionem.

SVMMARIVM.

Iudice recuſato ſuſpecto, arbitri eliguntur, & quomodo, num. 915. & ſeq.

Iudice recuſato ſuſpecto cauſæ ſuſpicionis proponuntur coram iudice recuſato, probantur tamen coram arbitris, qui de earum iuſtitia, vel iniuſtitia cognoſcunt num. 917.

Iudex ſuſpectus allegatus indignatur, & efficitur inimicus ex ipſa recuſatione, num. 918. & ſeq. vbi tamen quod adhuc remanet iudex niſi alia iuſta ſuſpicionis cauſa probetur.

Iudex recuſatur ſuſpectus, & arbitris electis præfigit terminum dictis arbitris ad terminandum negocium recuſationis, ipſique arbitri præfigunt terminum recuſanti ad probandum cauſas ſuſpicionis, quid autem ſit poſtea agendum probata, vel non probata ſuſpicionis cauſa, num. 920.

Iudex recuſatus ſuſpectus an, & quando poſſit alteri cauſam delegare, num. 921.

Iudicem recuſans ſi comparet coram recuſato inſtans, vt cognoſcat de cauſa ſuſpicionis cenſetur in illum conſentire, num. 922.

Recuſationis iudicis remedium non poteſt cumulari cum appellatione, num. 923.

Iudice ordinario, vel delegato, a Papa ſuſpecto recuſato arbitri eliguntur, ſecus ſi recuſetur delegatus ab ordinario, tunc enim ordinarius cognoſcit de cauſis ſuſpicionis, num. 924.

Iudice ſubdelegato recuſato ſuſpecto quis cognoſcat de cauſis ſuſpicionis, num. 925.

Arbitri electi propter iudicis recuſationem de iure canonico non cognoſcunt de cauſa principali, num. 926.

Appellatio datur a ſententia arbitrorum ſuper recuſatione iudicis, num. 927.

Arbitrorum electorum pro recuſatione iudicis iuriſdictio, an ſit ordinaria vel delegata, & in quibus conſiſtat, num. 928.

Arbitrorum electio propter recuſationem iudicis in ſtatu eccleſiaſtico non ſeruatur, num. 929.

915 IVDICE recuſato, vt ſuſpecto, recuſans, & aduerſarius, ſi aduerſarium habet, ſi vero non habeat, vt quia iudex contra eum ex officio procedat vna cum iudice, arbitros de communi conſenſu eligat, & ſi de arbitris concordare non poterint, vnuſquiſque ſuum arbitrum eligat, qui de ſuſpicione cognoſcant, & ſi arbitri concordare nequierint, eligant tertium, vt quid ex tribus duo decreuerint, illud firmitatem habeat probantur hæc omnia in cap. cum ſpeciali extra de appellation. & ibi gloſſ. in figuratione caſus, & in verbo Tertium, Bal. num. 1. & num. 4. & num. 10. Ancharan. num. 4. in 4. notab. Bellamer. ſub num. 10. Imol. num. 2. verſ. Sed debent eligi, & num. 3. Abb. num. 1. in figuratione caſus, & num. 10. verſ. In gloſa in verbo Aduocene tertinm, Cardin. Zabarell. num. 1. in 1. notab. Ioan. de Anan. num. 1. & num. 2. & num. 4. Franch. num. 1. in 2. notab. & num. 4. in 4. notab & num. 11. Præp. Mediol. poſt num. 3. verſ. Tertio ſi partes, & ſeqq. & nu. 5. & num. 8. & num. 13. & Alexand. de Neuo num. 7. & ſeqq. ad hanc electionis arbitrorum materiam cum omnibus contingibilibus quæſtionibus, quas ſingulariter recenſere longum eſſet vide tex. in cap. ſuſpicionis de offic. delegat. & ibi gloſſ. & omnes canoniſtas, Hoſtienſ. in ſumma rubr. de recuſat. iudic. delegat. §. Qualiter recuſatio num. 5. & §. Quis ſit effectus num. 6. verſ. Et quid ſi duo non poſſunt concordare, vide etiã tex. in l. apertiſſimi C. de judicijs, vbi quod

iudice

iudice ſuſpecto recuſato coguntur partes ad eligendos arbitros, & ibi gloſ.& Doct.hanc electionis arbitrorum materiam pariter declarant Specul. in tit. de recuſation.§.Qualiter autem num.4. & in §.effectus autem num.6.& ſeqq.vbi plures in materia arbitrorum proponuntur contingibiles quæſtiones vſq; ad num.32.Pacian.de probat.lib.2.cap.45.num.22.& ſeqq.num.31.& ſeqq.Cardin.Tuſch. pract.concluſ. in verbo Suſpectus concluſ.911.num.1. Sigiſmund. Scaccia de iudic.cauſ. ciuil.criminal.&c. lib.1. cap. 101.num.23.& ſeqq. vbi pariter plures proponuntur,& reſoluantur quæſtiones in materia electionis arbitrorum.

916 IVDICE ſuſpecto recuſato non eſt neceſſe,quod recuſans petat arbitros,coram quibus cauſas ſuſpicionis,coram eodem iudice propoſitas probet, quia ſtatim dictus iudex recuſatus debet cogere partes ad eligendum arbitros ſecundum Innoc. qui ſic in ſubſtantia concludere videtur in cap.cum ſpeciali num. 2.de appellat.& ibi etiam Ioan.Andr.nu. 2. Hoſtien. colum. 1.verſ Sed,& ſufficit recuſanti, Imol.nu. 17. in princip.(vbi credo literam eſſe corruptam, & in ea deficere dictionem,non) Anton. de Butr. num. 9. Abb.num.15.

917 IVDICE ſuſpecto recuſato cauſæ ſuſpicionis proponuntur coram iudice recuſato, probantur tamen coram arbitris,qui de earum iuſtitia, & iniuſtitiam cognoſcunt text.eſt in cap. cum ſpeciali de foro competenti, & ibi gloſſ. in verbo iuſtæ ſuſpicionis, vbi amplius quod arbitrio cognoſcunt omnia, quæ ad ſuſpicionis articulum pertinent, & in verbo de recuſatoris verſ.Et ſic patet,& ibi etiam Innoc.num. 2.verſ.Hæc enim coniunctio eſt arbitrorum, & num. 7.& in verbo Cauſa verſ.Item arbitri, vbi quod arbitri,non ſolum cognoſcunt de iuſtitia, vel iniuſtitia. cauſarum ſuſpicionis,ſed etiam an per recuſantem fuerit recuſationi renunciatum necne Ioan.Andr. ſub num.2.& 11.Hoſtienſ.colum.1.verſ. Hoc enim diſcutere, & diffinire,Bald.num.1.Henric.Boic.poſt num. 2.Ancharan.num.2.in 2.notab.Imol.num.1.in 2.notab.& num.8.& num.17.in princip.Ant.de Butr.nu. 2.& 3.in 1.notab.& num.5.in princip.& nu.12.Abb. num.1.in ſummario, & num.2.in fine in 2..notab.Io. de Anan.num.1.& num.2. Franch. in ſummario nu. 1.in 1.notab.& num.9.Dec.num.8.in 2.notab.Præpoſ.Alexandr.in ſummario num.3.num.4.& num.9. vbi dixit hanc cognitionem arbitrorum de cauſis ſuſpicionis verſari circa duo;Primo an cauſa ſit iuſta vel ne.Secundo an vera, vel falſa, Alexand. de Neuo num.1.& num.43.item eſt text.expreſſus in cap.ſuſpicionis cauſa de offic.delegat.vbi fere ad literam dicitur, quod non iudex recuſatus, ſed arbitri coram quibus probatio cauſæ ſuſpicionis facienda eſt de eorum iuſtitia, & de omnibus ad ſuſpicionis articulum quomodolibet pertinentibus, incidentibus, & acceſſorijs cognoſcunt, & ibi gloſſ. in verbo Suſpicionis cauſa in fine,& in verbo ad quos omnia & in verbo Terminum,Hoſtienſ.num.5. in verbo Coram quibus, & in verbo Ad hunc articulum, & num. 7.& 8.& 9.Ioan.Andr.num.2.in verbo Non ipſe nu. 6.& 7. & in verbo Probatio, & in verbo Omnia, & num.1.in princip.Imol.num.1.in 1.notab. & num.2. verſ.Sic cum arbitri, & num.3. verſ.In gloſ. 3. Ioan. de Anan.num.1.& num.2.& Card. Zabarell.num.2. in 2.& 4.notab.&num.3.in 4.oppoſition.Geminian. in cap.ſi contra vnum num.1.in 1.notab. de offic.delegat.in 6.& ibi etiam Franch.num.2. verſ. Secundo nota,ad hanc eandem materiam vide text. in l. apertiſſimi C. de iuditijs in illis verbis: Et ſub audientia eorum ſua iura proponere, & ibi gloſſ. & Canoniſtæ omnes, Specul.in tit.de recuſatione, §.Qualiter autem num.2.& nu.4.verſ.Et iſti habent coarctionem, & §.effectus autem num.24.& num.33.Bero.in conſ. 16.num.6.lib.3.Aufrer.de recuſation.num. 3.& nu. 47.verſ.Aduerte tamen,Siccard.in addit.ad Clar.in pract.quæſt.43.litera A,Card. Tuſch.pract.concluſ. in verbo Suſpectus concluſ.911.num.1.Sigiſm.Scaccia de iudic.cauſ.ciuil.crimin.&c.lib.1.cap.101.nu. 20. Iacob. Laur. de iudic. ſuſpecto cap. 14. num. 22.

Ratio autem quare cauſæ ſuſpicionis cognoſcuntur coram arbitris,& non coram iudice recuſato proponuntur in ſeq.num.918.

918 IVDEX ſuſpectus allegatus, licet non deberet ad animum reuocare recuſationem de eo factam, quia recuſans iure ſuo vtitur, ſolet tamen ſic recuſatus pro maiori parte moueri ad iracundiam, & indignari, & ſe prouocatum reputare,text. eſt in cap. ſuſpicionis de offic. deleg. & ibi gloſ. in verbo Forſan Prouocatus,Hoſtienſ.nu.1.in verbo Qui forſan, vbi quod hæc eſt præſumptio iuris, & de iure, & in verbo Prouocatus, Ioan. Andr.nu. 3.Ancharan. num. 2.in 4.notab.& num.3. colum. penult. in 2. oppoſit. Ant.de Butr.num.3.in 2.notab.& num. 15.in 2.oppoſit.Ioan.de Anania num. 2.& Cardin.Zabarell.nu. 2.in 3.notab.& num.3.in 1.oppoſitione, Specul. in tit.de recuſation.§. Qualiter autem num. 5. verſ. Licet autem,Aufrer.in tractat. de recuſation. num. 46. verſ. Poſtremo licet,Quintil. Mandoſ. in praxi commiſſionum in octaua formula in verſic.Quos hic conſulto.

919 Aduerte tamen,quod niſi legitima cauſa probetur,recuſatus remanet iudex cap.cum ſpeciali de appellation.& dixi infra num.920.alias eſſet in poteſtate vnius cuiuſque recuſare iudicem ex cauſa non iuſta, & ea non probata opponere de inimicitia propter allegatam ſuſpicionem quod eſt abſurdum, & voluit gloſ.in cap. ſuſpicionis in verbo Forſan in fine verſ.Et licet ſit prouocatus de offic. delegat. & ibi etiam Ant.de Butr. nu.15. verſ. Non tamen,Imol.nu. 2.in fine,verſ.Hoc intelligo, vbi declarat niſi aliter vere appareat iudicem recuſatum ob recuſationem indignatum fuiſſe, & etiam aduerte, quod allegare ſuſpectum iudicem, niſi allegetur ex cauſa famoſa,& inhoneſta,non tendit in ipſius iudicis dedecus, imo potius, & in honorem, & commodum, ex quo ipſum

exo-

exonerat, a iudicandi munere, vt bene aduertit Pariſ. conſil. 31. num. 89. lib. 1. Carauit. ſuper ritu magnæ curiæ 265. num. 21.

920 IVDEX recuſatus electis arbitris præfigit terminum competentem, infra quem ſuſpicionis negocium terminare debeant, ipſi autem arbitri præfigunt terminum recuſatori ad probandū cauſa ſuſpicionis, in quo termino ſi cauſa ſuſpicionis legitima non fuerit probata, idem recuſatus Iudex ad vlteriora procederet, probata autem cauſa, negocium de Recuſatoris aſſenſu Perſonæ idoneæ delegabit, vel ad ſuperiorem remittat, vt ipſe procedat prout Iuris fuerit. Probantur hæc omnia in cap. cum ſpeciali in fine principij verſ. cauſa vero ſuſpicionis extra de appellat. & ibi hoc adnotarent gloſ. in figuratione caſus in verbo Terminum, & in verbo de Recuſatoris, vbi quod iſto caſu cauſa per recuſantem remitti debet perſonæ neutri parti ſuſpectæ, & ſic tam de conſenſu recuſantis, quam de conſenſu Aduerſarij Innoc. num. 7. in fine verſ. Competenter arbitrio boni viri. Henric. Boic. num. 4. verſ. Aut non apparet de conſuetudine, & num. 20. & ſeq. quem bene declarantem uideas Bal. num. 1. in fine verſ. Quinto dixit, & verſ. ſeq. & num. 13. & Anchar. num. 5. vbi etiam declarat Bellamer. num. 21. in 9. quæſt. Imol. num. 3. ante fin. verſ. Item nota, quod vbi non probatur recuſatio, & num. 10. ante med. verſ. in gloſ. Terminum & verſ. ſeq. & nu. 10. Ant. de Butr. num. 4. in 2. notab. & num. 12. verſ. Quærit quis ſtatu, & terminum, & verſ. oppono, quod litera contradicat vſq. ad fin. Abb. in ſummario, & in figuratione Caſus num. 1. & num. 4. in 3. notab. & num. 10. verſ. in gloſ. in verbo terminum, & num. 11. Card. Zabar. num. 3. in 3. notab. Fran. num. 4. verſ. Quinto nota, & num. 12. & num. 16. & ſeqq. Dec. num. 27. & ſeqq. Præpoſ. Mediol. in ſummario, & num. 3. verſ. Quinto Pronunciata cauſa, & ſeq. & nu. 10. & 11. & num. 14. & 16. Alex. de Neuo num. 1. & num. 10. & ſeq. & num. 34. & ſeqq. Ad hanc eandem materiam vide omnino text. in cap. ſuſpicionis de offic. delegat. & ibi gloſ. & omnes Canoniſtas, quod ſi ſingulariter, vt ſupra feci, vellem recenſere, ſatis longum eſſet, Paul. de Caſtr. poſt alios in l. Apertiſſimi num. 8. C. de Iudicijs, & ibi etiam Ioan. Sichar. num. 11. ante fin. Specul. in tit. de recuſation. §. Qualiter autem num. 4. verſ. Hoc facto & num. 7. & 8. vbi etiam ponit formam ſententiæ arbitrorum ſuper admiſſione, uel reiectione recuſationis, & §. effectus autem in princ. & nu. 1. & num. 10. uerſ. Quid ſi terminus. Hoſtienſ. in ſumma rubr. de recuſation. Iudic. delegati §. Qualiter recuſatio num. 5. Lanfranc. de oriano in repetit. cap. Quoniam contra rubr. de recuſation. num. 122. uerſ. de iure autem canonico extra de probation. Carauit. ſuper ritu magnæ curiæ 265. num. 31. & num. 34. Andr. Gail. obſeruat. 33. nu. 14. in fine, & num. 15. lib. 1. Giacchar. in addit ad Clar. in pract. quæſt. 43. litera A. Sigiſm. Scaccia de iudic. cauſ. ciuil. crimin. & c. lib. 1. c. 101. num. 28.

721 IVDEX ſi fuerit recuſatus an poſſit cauſam alteri delegare, & cui dixi ſupra in præcedenti nu. 920. Quibus addo Innoc. in cap. cum ſpeciali num. 3. de appellat. ubi quærit numquid Iudex ordinarius, ſeu delegatus partibus ſuſpectus poſſit cauſam alteri delegare totam, vel partem, antequam ſit recuſatus, & ibi etiam bene declarantes vide Hoſtienſ. colum. 1. in fine in verbo Allegauerit verſ. Et credit D. noſter Bellamer. num. 23. in 10. quæſt. Imol. num. 10. Franc. num. 13. & ſeqq. vbi late explicat, quando iudex ſuſpectus ante vel poſt recuſationem poſſit cauſam alteri delegare, ſiue ordinarius, ſiue delegatus, de quo vide etiam ibidem Dec. num. 27. & ſeq. Præp. Mediol. num. 17. & Alexand. de Neuo num. 35. verſ. In prima parte gloſæ, & num. 36. & ſeqq. vbi late quando iudex ſuſpectus poſſit cauſam alteri delegare ante vel poſt propoſitam recuſationem, vel etiam poſt latam ſententiam, & eſt materia text. in cap. iudex de off. delegat. in 6. vbi diſtinguntur tria tempora. Primo ante propoſitam accuſationem. Secundo poſt recuſationem propoſitam, ſed ante ſententiam. Tertio poſt * ſententiam, & ibi gloſſ. & communiter omnes Canoniſtæ latiſſime docent, an & quando iudex ſuſpectus ſiue ordinarius, ſiue delegatus poſſit in dictis temporibus cauſam alteri committere, Adde ad hanc eandē materiam, Paul. de Caſtr. poſt alios in l. apertiſſimi num. 4. verſ. Breuiter mihi videtur C. de iudicijs, Specul. in tit. de recuſation. §. effectus autem num. 1. ante finem. verſ. Alij autem fere omnes, & nu. 2. & ſeqq. Hoſtienſ. in ſumma rubr. de recuſation. iudic. deleg. §. Qui ſit effectus num. 6. verſ. Quid ſi iudex delegatus voluit præuenire, & ſeqq. verſiculis, vbi loquitur tam de delegato, quam de ordinario. Maran. de ordine iudic. par. 4. diſtinct. 5. num. 41. Cepoll. cautel. 105. incipien. ſæpiſſime iudices, Lancell. de attentat. cap. 6. num. 42. & 43.

922 IVDICE recuſato in tantum arbitri cognoſcit de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſarum ſuſpicionis, quod ſi recuſans coram iudice recuſato compareat, petatq. illius iudicium an cauſa recuſationis ſit iuſta, videtur a recuſatione recedere, quamuis poſſit dici, quod talis petitio, quæ tantum tendit ad recuſandū & declinandum eius iudicium non præiudicat recuſationi ſecundum Innocent. in cap. cum ſpeciali nu. 3. in verbo Suſpectum de appellat. & ibi etiam Ioan. Andr. num. 7. in verbo Suſpectum, Bellamer. num. 6. & num. 10. in verbo Cauſa, Ant. de Butr. num. 9. in fin. Abb. num. 14. verſ. Sed in 2. membr.

923 IVDEX quando parti eſt ſuſpectus, tunc datur recuſationis remedium, quod non poteſt cum appellatione cumulari, quæ appellatio non datur niſi a grauamine, & propterea niſi iudex recuſatus recuſationem reijciat, appellari non poteſt ex hoc ſolum, quod ſit ſuſpectus ſecundum Innoc. in cap. cum ſpeciali num. 1. de appellat. qui bene reſpondet illi textui, quo contrarium ſuaderi videtur, & iterum infra nu. 6. verſ. Quidam tamen dicunt. Hoſtien. poſt princip. in eodem verbo Recuſationis, & iterum infra verſ.

verſ.Si igitur iudex, & colum. 2.verſ.Si vero cauſam appellationis proſequatur,& dict.colum. 2. in fine verſ.quidam tamen dicunt,Henric.Boich.num.9.vbi tamen diſtinguit,diſtinctionem ibi videas,Anchara. num.1.in 1.notab.Bellamer.num.1.& num.3. & nu. 5.verſ.Quidam tamen dicunt,& num.14.in 1.quæſt. vbi refert diſtinctionem Henric.Boich. Bellamer.nu. 19.Imol.num.16.verſ. An autem a iudice ſuſpecto vbi,quod ita communiter tenetur, Anton. de Butr. num.8.Abb.num.6.vbi quod hoc habet pro indubitata, Ioan.de Anan.num.3.Franch. num. 6. Præpoſ. Alexandr.num.11.vbi quod nec etiam valet appellatio interpoſita ſub conditione, quatenus recuſatio reijciatur,& num.15. Angel. in l. apertiſſimi num. 9. verſ.Et ſcias circa iſtam materiam C. de iudicijs, Hoſtienſ.in ſumma rubr.de recuſation.iudic.delegat.S. Quis ſit effectus num.6.verſ.Quid ſi recuſatur, & appellatur, vbi ampliat etiam quod recuſatio, & appellatio ſub eadem verborum conſtitutione poſitæ ſint. Sigiſmund. Scaccia in tractat. de appellation. quæſtion.5. num. 116. Vbi proponit contraria,& illis reſpondet.

924 IVDEX ordinarius, vel etiam delegatus a Papa,quando ſuſpectus recuſetur,arbitri eligendi qui de cauſis ſuſpicionum cognoſcant, vt ſupra,ſecus ſi recuſetur delegatus ab ordinario, tunc enim non eliguntur arbitri, ſed ipſe ordinarius cognoſcat,tex. eſt clarus, & apertus in cap. ſi contra vnum §.cum autem, & ibi gloſſ. & communiter omnes Canoniſtæ materiam pertractant de offic. delegat. in 6. qui loquitur nō ſolum quando recuſatur delegatus ab ordinario, & ab epiſcopo, ſed etiam ſi recuſetur aliquis ex ſuis officialibus,ibi reperies omnes in hac materia contingibiles quæſtiones, & ad idem vide etiā Henric.Boic.in cap.cum ſpeciali num.1.verſ. In tertio caſu de appellat.& num.6.verſ.Si quæras de delegato, & ibi etiam Bellamar.num.22.Imol.num.8.ad med.verſ.Secundum Innoc.intellige,& num.18.verſic.Si autem recuſatur delegatus ordinarij, Franch. num. 2. verſ. Secundo quando recuſatur delegatus ab epiſcopo,& Alexan.de Neuo num.6.verſ.Secundus caſus eſt,& verſ.ſeq.Ancharan. in cap. ſuſpicionis num. 2.ante finem verſ. Delegatus autem ordinarius, & ibi etiam Ant.de Butr.num.12.Imol.num.1. verſ.Secus quando recuſatur delegatus ordinarij, Iaſ.in l.apertiſſimi num.9.in fin.C. de iudic. Specul. in tit.de recuſation.S.1.num.7.in fine verſ. Idem forte, Iacob. Sbrozzius in tract. de offic. Vicarij lib.3. quæſt.16.num.2.& 3. Vbi declarat, niſi ſuſpicionis cauſa reſpiceret etiam epiſcopum,vide ſupra num. 766.Vbi de Vicario epiſcopi recuſato, & num. 767. vbi quid ſi epiſcopus eſt abſens.

925 IVDEX recuſatus quando eſt ſubdelegatus coram quo ſint proponendæ cauſæ ſuſpicionis,quis de illis cognoſcat,& quomodo ſit procedendum, & de tota materia vide Innoc.in cap.cum ſpeciali num.5. extra de appellat.& ibi etiam Hoſtienſ.colum.1.in fine in verbo allegauerit,& colum. 2. in verbo Iudicem Ioan.Andr.num.4.& 5. Imol.num.18.verſ.Si autem recuſetur ſubdelegatus delegati, Ant. de Butr. nu.5.Specul.in tit de recuſat.S.1. nu. 7. verſ. Item ſi ſubdelegatus,& in S.Qualiter autem num. 9. Iacob. Laur.cum allegatis per eum in tractat. de iudic. ſuſpecto cap.4.num.47. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 45.num.28.

926 IVDICE recuſato ſuſpecto,arbitri electi de iure canonico (quicquid ſecus ſit de iure ciuili) etiam quod arbitrentur ſuſpicionis cauſas fuiſſe legitimas, non per hoc tamen remanēt iudices cauſæ principalis, ſic enim volunt omnes Doctores allegati ſup.nu. 920.quibus addo Anchar.in cap. ſuſpicionis in fi. in 3.quæſt.de off.deleg.& ibi etiam Bellam. nu. 1. poſt med.col.3.in verbo Sciantq. ſe,& iterū infra in verſ. final. dicit,Signatus,Abb.poſt nu.9.Imol.nu.5.verſ. Itē aduertit vbi quod opinio Hoſtien. contrariū ſentientis communiter non tenetur, & Card. Zabarell. col.pen.verſ.Octauo,quæro,Ant.de Butr. in c. Iudex ab apoſtolica nu.8.de off.deleg.in 6.& ibi etiam Gemin.nu.11.vbi quod ita cōmuniter tenetur, & Franc. nu.7.ant.med. col.2.ante fin.idem teſtatur Specul.in tit.de recuſat.S.effectus autem nu.1.verſ.Alij autem fere omnes,Hoſtien.in ſumma rub.de recuſat. iudic. deleg.S.quis ſit effectus nu.6.verſ.Quid ergo Bero.in conſ.16.nu.5.Aufrer.in tract.de recuſat.nu.3.verſic. Sed de iure canonico,& iterum infra verſ.Et licet iſta ſit communis opinio,& nu.47.verſic.Præterea, quæ eſt ratio.Cou.pract.quæſt.c.26.nu.5.in princ. Andr. Gail.obſeruat.33.nu.15.& 16. vbi quod de communi iudiciorum vſu arbitri tantum cognoſcunt de cauſa ſuſpicionis,& non de cauſa principali,Pac.de probat.lib.2.c.45.nu.30. Card.Tuſc.pract.concl.in verbo Suſpectus concl.911.nu.3.Iacob.Laur.in tractat. de iud.ſuſpect.c.5.nu. 35. & 36. vbi diſtinguit inter ius ciuile,& ius canonicum.

927 IVDICE ſuſpecto allegato,& electis arbitris, ab eorum ſententia appellari poteſt ad Papam, textus eſt expreſſus,& clarus in c. ab arbitris vbi gl. & omnes,de off.deleg.in 6.gl.in c.ſuſpicionis cauſa in verbo Ad quos omnia de off.deleg. & ibi etiam Ant. de Butr.nu.17.Abb.nu.7.Imol.nu.3.poſt med.verſic.in ea gl.& Card.Zabarel.col.3.ante med.verſ.Secundo quæro,& verſic.ſeq.Alberic.in l.apertiſſimi nu.3.verſic.Et ab iſtis arbitris C.de iudic.Specul.in tit.de recuſat.S.effectus autem nu.15.in fin.verſic.Quid ſi ab eis appelletur,Andr.Gail.obſeru.33.nu.18.lib.1.vbi declarat iſto caſu,ad quem appelletur in terris Imperij,Pacia.de prob.lib.2.c.45.nu.25. vbi quod ab iſta arbitrorum ſententia appellatur ad Principem, qui delegauit cauſam iudici recuſato,Card.Tuſc. pract. concl.in verbo Suſpicio concl.911.nu.6. Scaccia de appell.q.7.nu.109.& ſeq.vbi declarando materiam, tunc demum dixit a ſententia arbitrorum appellari ad Papam,& non gradatim,quando recuſatus eſt,aut delegatus Papæ,aut ordinarius, a cuius ſententia eſſet appellandum ad Papam, ſecus quando recuſatur delegatus inferior, vel ordinarius a cuius ſententia

non

non appelletur ad Papam, vtputa quando allegatur ſuſpectus delegatus Regis, vel alterius Baronis, quia tunc ab arbitris appellandum eſſet ad Regē, ſeu baronem, non autem ad Papam, vt ibi per eum, & benedicit.

928 IVDICE recuſato ſuſpecto, electorum arbitrorū iuriſdictio, an ſit ordinaria, vel delegata, in quibus cō ſiſtat vide Doctores allegatos nu.617. & quod arbitrorum iuriſdictio dicatur delegata probat tex. in l. apertiſſimi in fin. C. de iudic. in illis verbis, Quaſi arbitri fuerint ab Imperiali culmine delegati, & ibi notant gl. & canoniſtæ omnes, Specul. in tit. de recuſat. §. effectus autem nu.1. verſ. Si vera probetur, Hoſtien. in ſumma rub. de recuſat. iud. deleg. nu.6. §. Quis ſit effectus verſ. Arbitri ergo iſti, Lanfranc. de Oriano in repetit. c. Quoniam contra rub. de recuſat. nu. 121. Michael. Craſſ. in comm. opin. lib.2. c.8. quæſt.15. Iacob. Laur. in tract. de iudic. ſuſpect. cap. 7. nu. 14. & num.15.

929 IVDICE recuſato ſuſpecto arbitrorum electio in vrbe, & ſtatu eccleſiaſtico receſſit ab aula, quia in curia Capitolij ſeruatur particulare ſtatutum, de quo in lib.1. c.12. in alijs uero tribunalibus ſecundum Staphil. & Marcheſ. in locis relatis per Scacc. de iudic. cauſ. ciuil. crimin. &c. lib.1. cap.101. num.28. verſ. In reliquis cauſis iudicis, ſiue ordinarij, ſiue delegati ſuſpicio proponitur, & cognoſcitur coram Pontifice in ſignatura iuſtitiæ, quæ prouidet vel de alio iudice, vel de adiuncto eius arbitrio. Extra Vrbem uero hæc cadem ſuſpicionis cauſa proponitur, & cognoſcitur coram Preſidentibus Prouinciarum, ſi adſunt, ſin minus corā ſacra Conſulta, Adde tu, quod in urbe non ſemper ſuſpiciones recuſatorum iudicum ordinariorum proponuntur, & cognoſcuntur in Signatura iuſtitiæ, niſi ſuperior tribunalis ipſemet ſuſpectus reputaretur, ſi enim eiuſdem tribunalis locum tenentes, aut ciuilis, aut criminalis recuſantur, ſuſpicionis cauſa ſolet etiam quandoque proponi, & cognoſci a capite illius tribunalis, utputa ab Illuſtriſſ. Domino Vrbis Vicario, Gubernatore, uel A.C. & quatenus a dictis ſuperioribus non prouideatur, tunc recurritur ad Signaturam, & ita ſemper ſeruari uidi.

ARGVMENTVM.

Geſta a iudice ſuſpecto recuſato poſt recuſationem nunquid ſint nulla ipſo iure, an vero ſit neceſſaria appellatio.

SVMMARIVM.

Iuriſdictio iudicis recuſati dicitur ſuſpenſa eo ipſo, quod eſt recuſatus, num.930. declara probata cauſa ſuſpicionis. aliter ſecus, num.931.

Proceſſus factus a iudice recuſato poſt recuſationem ſecundum vnam opinionem non eſt ipſo iure nullus niſi fuerit appellatum, num.932. contra ſecundum aliam opinionem, num.933.

Iudice recuſato ſuſpecto, proceſſus non eſt ipſo iure nullus, niſi fuerit inhibitum, etiam quod fuerit appellatum, num.934. vbi etiam referuntur contrarium tenentes.

Iudice ſuſpecto recuſato proceſſus eſt nullus ipſo iure etiam quod appellatio fuerit deſerta, num.935.

Iudice ſuſpecto recuſato proceſſus poſt recuſationem factus eſt nullus ipſo iure de iure canonico, quod ſeruatur in terris Eccleſiæ ſecus de iure ciuili in terris imperii, num. 936. & ſeq. Contra num. 938.

Iudice ſuſpecto recuſato ſententia ab eo lata eſt nulla ipſo iure ſi fuit recuſatus ex cauſa expreſſa in iure, aliter ſecus, num.939.

Iudice recuſato ſuſpecto, numquid proceſſus poſtea factus ſit ipſo iure nullus, dependet a futuro euentu, declara, vt num 940.

Recuſationis cauſa, quando eſt notorie iuſta, reddit proceſſum a iudice recuſato factum ipſo iure nullum, ſecus ſi cauſa recuſationis fuerit notorie friuola, num. 941.

Recuſans iudicem ſuſpectum, ſi poſtea coram eo compareat proceſſus ab eo factus, non eſt nullus ipſo iure, num.942. declara niſi compareat cum proteſtatione, de qua num 943.

Iudice recuſato ſuſpecto proceſſus ab eo factus eſt ipſo iure nullus ſi fuerunt electi arbitri. ſecus re integra & arbitris non electis, num.944. contra num.946. declara vt num.945.

Iudex recuſatus, ſi recuſationem ignorauit, ab eo geſta non ſunt nulla ipſo iure. num. 947. Idem quando proceſſus eſt factus parte non opponente, num. 948.

Iudex recuſatus ſi fuerit perſona valde religioſa adhuc proceſſus poſt recuſationem factus eſt ipſo iure nullus, num.949.

Iudice recuſato ſuſpecto, proceſſus poſtea factus non eſt nullus ipſo iure, quando exceptio recuſationis proponitur coram iudice recuſato, ſecus ſi. proponatur coram alio num.950.

Iudice recuſato ſuſpecto, geſta poſt recuſationem a iudice delegato ſunt nulla ipſo iure, ſecus a iudice ordinario, num 951.

Iudice recuſato ſuſpecto geſta poſt recuſationem ſunt nulla ipſo iure quando lex transfert iuriſdictionem in alium ipſo iure, aliter ſecus, num.952.

Sententia iudicis recuſati ſi fuerit iuſta, etiam quod ſit nulla poterit confirmari. num.953.

930 IVDICE ſuſpecto recuſato, ſuſpenſa eſt eius iuriſdictio, & propterea recuſatione pendente ſuperſedere debet in procedendo c. quoties 2. quæſt. 6. Bald. in cap. ſuſpicionis cauſa num. 1. de off. deleg. & ibi etiam Imol. num. 6. Cardinal. Zabarell. colum. 2. ad fin. Bellaper. in l. apertiſſimi C. de iudic. colum. 5. uerſic. Sed quæritur quis eſt effectus recuſationis, Specul. in tit. de recuſ. §. effectus in prin. Hoſtien.

Hoſtien.in ſumma rub.de recuſat.iudic.deleg.§.quis ſit effectus num.6.in princ. Marant. de ord. iudic. p. 6.num.24.Carauit.ſuper ritu magnæ curiæ 365.nu. 18.Lapus alleg.1.num.1.Viu.opin.866.nu.21.Lancellot.de attent.c.6.in princ.Seraph.de priuil.iuramen.priuil.7.nu.21.Card.Tuſch.pract.concl.in verbo Suſpicio,concl.912.nu.1.& in verbo Iudex concluſ.421.num.7.

931 Declara,vt tunc demum recuſatus iudex in cognitione cauſæ principalis ſuperſedere debet, quando probata eſt cauſa recuſationis,&ſuſpicionis,aliter ſecus,ſola enim recuſatio ſine probatione ad tollendam iuriſdictionem iudicis non ſufficit ſecundum Roman.in conſil.220.num.6.ad fin.verſ. Tertio ad idem adducitur,& ibi Mandoſ. in addition. littera H,in verbo ſine probatione verum, an hæc declaratio ſubſtineri poſſit,pendet ab illa quæſtione, an proceſſu a iudice recuſato factus ſit ipſo iure nullus,& vide Rot.diuerſ.deciſ.2.num.15.par.2.vbi dixit non requiri probationem cauſæ recuſationis, quando eſt talis, quæ ſi probaretur, eſſet legitima, & idem dixit Lancellott.de attentat.c.6.nu.18.& ſeq.ex deciſionibus Rotæ ibi per eum allegatis.

932 IVDICE ſuſpecto recuſato proceſſus poſt recuſationem ab eo factus numquid ſit ipſo iure nullus abſq; eo,quod appelletur, diuerſæ fuerunt Doctorũ opiniones,vt infra in ſeqq. verſiculis; Prima enim fuit opinio negatiua,quod niſi fuerit appellatum ab vlteriori proceſſu, proceſſus ipſo iure nullus non ſit, & fuit opinio Innoc.in c.cum ſpeciali num.6.verſ.Illud autem non memini,vbi propterea dixit, quod nõ meminit legiſſe quominus proceſſus non teneat, niſi fuerit appellatum,& ibi etiam Ioan.Andr.nu.6. ante fin.verſ.Illud autem,Anchar.nu.10. Card.Zabarell. num.3.ad fin.verſ.Quæro ſi iudex,Franch. num. 47. vbi pariter poſt aliorum relatas ſententias hanc Innoc.opinionẽ pluribus argumentis probare videtur, & contrarijs reſpondet d.num.47.verſ.Tertio aduerte,Dec.num. 29.& ſeqq. vbi pariter reſpondet contrarijs Præpoſ.Mediol.num.40.in princ.& in verſ.Si autem volumus tenere Innocentium,vbi pro hac opinione adducit iura,& etiam iuribus cõtrarijs reſpondet,licet nihil firmat,& Alex.de Neuo,num.46.verſ. Sed contrariam ſententiam, vbi alios huius opinionis refert concordantes,& num.49.vbi ni fallor in hac reſidet ſententia,eamq. communem teſtatur, vt ſcilicet,requiratur appellatio,vt proceſſus a iudice recuſato factus ſit nullus,& reſpondet contrarijs relati per Franc.qui tamen eos non ſequitur in c.iudex ab Apoſtolica,nu.4.verſ.Alij vero fuerunt in ſecunda opinione,& nu.5.Angel.in l.apertiſſimi,num. 10. C.de iudic.Specul.in tit.de recuſat.§. qualiter autẽ, nu.10.Roman.conſ.220.num.5.verſ. Secunda vero fuit opinio,& nu.6.Vbi ad huius ſententiæ comprobationem ponderat tria iura,Rot.diuerſ.deciſ.2.nu. 5.& ſeqq.p.2.vbi quod hæc opinio ſeruatur in Rota, licet contrarium ſit magis communis,& num. 8. vbi amplius,quod iſta appellatio debet eſſe in ſcriptis,& nu.19.& 20.vbi declarat,quando dicatur appellatio in ſcriptis interpoſita,& dec.563.n.2.p.1.vbi pariter dixit,quod Rota ſeruat hanc opinionem, & quod appellatio debet interponi in ſcriptis data particulari cedula,& quod amplius debent peti Apoſtoli,Achil.de Graſſ.tit.de excep.dec.1.vbi quod ita in duabus caſibus fuit in Rota ſeruatum,Caputaq.dec.182.nu.1. p.1.Lancell.de atten.c.6.nu.2.vbi alijs relatis etiam Rotæ deciſionibus hanc Innocentij ſententiam paſſim ſeruari teſtatur in Rotæ Auditorio, & communẽ teſtantur relati per Tuſc.pract.concl.in verbo Suſpicio concl.923.nu.4.& 8.Scacc.de iudic.cauſ. ciuil. crim.&c.lib.1.c.101.nu.16.vbi teſtatur hanc ſententiam in Rota ſeruari, licet communis ſit in contrarium contra hanc opinionem directe ſcripſerunt proxime allegati Doctores in ſeq.num.933.

933 IVDICE recuſato ſuſpecto proceſſus ab eo factus ipſo iure eſt nullus abſq; alia appellatione ſecundum gl.in c.quoties,2.q.6.& in c.quia ſuſpecti,3.q.5 Bar.in l.quia poterat ad Trebell.cum alijs relatis per Franc.in c.cũ ſpeciali,nu.47.verſ.Secũda fuit opinio de appell.& ibi etiam Præp.Mediol.n.40.verſ.Contrariam opinionem,vbi reſpondet contrarijs, licet nihil firmet,& Neuo,nu.46.verſ.Tertius caſus eſt,alios huius opinionis refert cõcordantes, & huius opinionis dicitur etiam fuiſſe Hoſtien.in d.c. cum ſpeciali, col.2.ad med.verſ.Et ex tunc ſubdelegatus,vbi teſtatur ab Innocẽtio contrariũ audiuiſſe eius,quod ibidẽ ſcripſit idẽ Hoſtien.in ſumm.rub.de recuſ.iudic.deleg.§.quis ſit effectus,nu.6.in princ.& hanc Hoſtien. opinionẽ veriorẽ ſibi videri affirmat Butr.in c. iudex nu.4.& 5.de off.deleg.in 6.vbi etiam Gemin.nu.12. licet plura faciat diſtinctionum capita, hanc Hoſtienſis ſentẽtiam veram eſſe credit præterquã in duobus caſibus.Primo ſcilicet quando recuſans redijt coram iudice recuſato.Secundo, quando ſuſpicionis cauſa eſt notorie falſa,ſic,& Franc.in eod.c.iudex, nu.4.& ſeqq.relatis aliorum opinionibus, & ſententijs hanc eandem vti veriorem de iure ſequitur opinionem declaratam prædictis duobus modis,Marant.de ord.iudic.p.6.nu.24.Ruin.conſ.6.n.5. vbi teſtatur de com muni,Cephal.conſ.141.nu.19.lib.2.vbi alios refert, & teſtatur de veriori opinione Roman.conſ.220. nu. 3.vbi quatuor fundamentis hanc comprobat opinionẽ,& ibi Mandoſ.in addit.littera B.in verbo Momenti,vbi alijs relatis concordantibus hanc communiorẽ dicit ſententiam,& a Rota approbatam; quam etiam tenet Lapus alleg.1.num.1.& ſeqq.& ibi præſertim Mandoſ.Seniot.in addit. litt. A, in verbo Proceſſus alijs relatis concordantibus, & Rotæ deciſionibus teſtatur de veriori,& magis cõmuni Doctorum ſententia,Rot.diuer.dec.2.nu.6.p.2.vbi dixit hanc eſſe magis communem Doctorũ opinionem,licet Rota contrarium ſeruet Miſing.obſeru.33.num.12.lib.1.Viu. opin.866.num.22.cum allegatis per eum Baiard.ad Clar.q.43.num.10.Gabr.rub.de iudic. concl. 5. vbi alijs relatis teſtatur de magis communi Lancell. de attentat.cap.6.num.2. verſ. De alia tamen contraria

& nu.3.& 4.& ſeqq.vbi concludit,quod licet primã Innocentij ſententiam negatiuam plures Doctores paſſim in Rota ſeruatam,& communem dixerint,magis tamen communis, & quandoq. etiam ſeruata in Rota hæc affirmatiua ſententia, & quod Rotæ ſtilus extra Rotam ſeruari non debet,& nu.20.Thom.Triuiſ.dec.51.num.1.p.1.relati per Pacian.de prob.lib.2.c.45.nu.5.Seraph.de priuil.iuram.priuil.7.nu.20. relati per Card.Tuſc.pract.concl.in verbo Suſpicio, concl.913.num.1.& 2.verſ.In hac materia, vbi teſtatur de magis communi,&in Rota ſeruata opinione,& num.9.25.& 26.& in verbo Iudex,concl.421. num. 6.& ſeqq.& concl.422.num.18. Sigiſm. Scaccia de iudic.cauſ.ciuil.crimin.&c.lib.1.c.101.num.16.vbi alijs relatis hãc teſtatur eſſe communem Doctorum ſententiam,licet in Rota contrariam Innocentij opinionem ſeruari affirmat.

934 IVDICE recuſato ſuſpecto proceſſus non eſt ipſo iure nullus,etiam quod ab eo fuerit appellatum,niſi fuerit inhibitum a iudice,ad quem,vel probata cauſa appellationis,ſecundum Imol.in l.quidam,ff.de re iud.& in c.cum ſpeciali,nu.20.col.penul. verſ. Et ſic poteſt dici de appell.vbi dixit hanc opinionem ſatis poſſe ſubſtentari de iure canonico refert eum in eod. c.cum ſpeciali,Franc.nu.47.verſ.Quinta,& vltima opinio,& Alex.de Neuo,num.48.Card. Tuſc. pract. concl.in verbo Suſpicio,concl.913.num.10. Et hæc Imolę opinio eſt ampliatiua opinionis Innocentij,de qua ſupra num.932.ſed reprobatur per Franch. in d. c.cum ſpeciali, col.fin. verſ. Poſtremo aduertendum de appell.& ibi etiam Alex.de Neuo,num.48.& 49. vbi dixit communiter teneri, quod non requiratur probatio veritatis cauſæ ſuſpicionis, ſed ſolum ſufficiat interpoſitam eſſe appellationem,& faciunt ſcripta per Oſaſch.deciſ.Pedem.84.num.10.

935 IVDEX ſi poſt recuſationem,& appellationem interpoſitam ad vlteriora proceſſit; Proceſſus eſt nullus, etiam quod appellatio fuerit deſerta, vt per Lapum,qui pluribus hanc probat concluſionem allegation.1.num.9.& ſeqq.& ibi Mandoſ.in addit.littera M.in verbo Deſertione,Burſatt.conſ.21.nu.36. Rot. diuer.deciſ.2.num.18.p.2. vbi allegat Achill. deciſ. 320.de recuſatione iudicum, & Caputaq. dec. 149. lib.1.Achil.de Graſſ.deciſ.3.in tit.de exception.Caputaq.dec.172.n.2.p.1. vbi teſtatur ita pluries ſeruatum fuiſſe in Rota,Lancell.de attent.cap.6. num.17. vbi allegat nonnullas Rotæ deciſiones,& c.12.num. 9.in prima ampliatione,Card.Tuſch.pract. concl. in verbo Suſpicio,concl.913.num.24. Sigiſm. Scaccia in tract.de appell. q. 14.num. 62. Et hæc opinio eſt ampliatiua opinionis affirmatiuæ,de qua ſupra,num. 933.

936 IVDICE recuſato ſuſpecto proceſſus ab eo factus eſt nullus ipſo iure de iure canonico, ſecus autẽ de iure ciuili,ſecundum Imol.in c. cum ſpeciali, nu. 19.& ſeq.extra de appell. vbi relatis antiquiorum diuerſis opinionibus in hac reſidet ſententia,& ibi etiã ante Imol.voluit Bal.n.14.in fi.verſ.Reſtat reſpõdere,Dec.num.33.verſ.Et ideo,vbi teſtatur de probabiliori opinione,Præpoſ.Mediol. num.40. poſt med. verſ.Lapus in hoc articulo,Iacob.de S. Georgio in l. apertiſſimi,num.16.& ſeqq.vbl num.18.in fine dixit hanc diſtinctionem habere magnam æquitatem, & propterea in terris Cæſaris eſſe ſeruandum ius ciuile Roman.conſ.220.num.7. verſ. Vltima fuit quorumdam opinio. Carauit. ſuper ritu magnæ curiæ 265. num.30.Burſatt.conſ.21.num. 19.& ſeqq. vbi alijs pluribus relatis concordantibus teſtatur de magis communi Villalob.in comm.opinion.littera S.num. 161.deciſ.Pedemon.84.nu.5.verſ. Quapropter Doctor.vbl quod hæc diſtinctio magis communiter recepta eſt,& cum ea concordantur contrariæ opiniones Luc.Pet.in pract.capitol.lib.5.c.9.num. 11. vbi propterea dixit in curia capitolij, in qua ſeruatur ius ciuile proceſſum poſt recuſationem iudicis factum eſſe ipſo iure nullum.Pacian.de prob.lib.2.c.45.n.5. verum elegantior diſtinctio relati per Tuſch.practic. concl.in verbo Suſpicio,concl.913.num.7.

937 Et propterea in terris Imperij ſeruandam eſſe opinionem affirmatiuam, in terris vero Eccleſiæ opinionem negatiuam in ſpecie dixit Oſaſc. deciſ. Pedem. 84.num.5.in fine.

938 Contrarium,quod non ſolum de iure ciuili, ſed etiam de lure canonico geſta a iudice recuſato poſt recuſationem ſint nulla ipſo iure,& ſi non fuerit appellatum,& quod diſtinctio prædicta inter ius ciuile, & canonicum ſit valde periculoſa pluribus Doctorũ auctoritatibus relatis,docet Lancell. in tract. de attentat.c.6.num....

939 IVDICE recuſato ſuſpecto ſententia ab eo lata eſt nulla ipſo iure,nec tranſit in iudicatum etiam, quod non fuerit ab ea appellatum,quando fuit recuſatus ex cauſa expreſſa in iure,ſecus ſi fuit recuſatus ex alia cauſa in iure non expræſſa, ſed ſimili, quia tunc eadem ſententia non eſt nulla ipſo iure,& tranſit in iudicatum,niſi ab eo fuerit appellatum ſecundũ Innoc.in c.cum ſpeciali, nu.4. de appellat. & ibi etiã Ioan.Andr.nu.8.Anchar.nu.11.& ſeq.Bellamer.nu. 7.Imol.nu.9.& 10. quem bene declarantem videas Ant.de Butr.nu.10.Abb.num.9.& 10.Franc.nu.26 & Alex.de Neuo,num.18.& ſeq.& num.25.& ſeqq. vbi in propoſito facit tres concluſiones.

940 IVDICE recuſato ſuſpecto numquid proceſſus poſtea factus ſit ipſo iure nullus, dependet a futuro euentu,ſi enim pronunciabitur iudex ſuſpectus, proceſſus erit nullus,alias ſecus fuit opinio Lapi in c.iudex de offic.delegat.in ſexto,quam ſatis æquam eſſe teſtatur Alexan. de Neuo in c. cum ſpeciali poſt nu. 49. de appellation.eamq. ſequitur Prob.in addit.ad Ioann.Monach.in c.ſi contra vnum,littera C.in verbo Ne quis de offic. delegat. in ſexto, allegans inſuper Anton.de Butr.in c.cum ſuper column.final.eodem tit.faciunt pro hac opinione ſcripta per Roman. in conſil.220. num.7. verſ. Tertia fuit opinio relati per Card.Tuſch.pract.concl.in verbo Suſpicio,concluſ.913. num.5.relati per Sigiſm. Scacc. de iudic.

cauſ.

cauſ.ciuil.crimin.&c.lib.1.c.101.nu.16.verſ.Tertia fuit opinio,& verſic.Quinta,& vltima opinio,vbi refert in hanc eãdem ſententiam Marcheſ.de commiſſ. par.1.commiſſ.3.c.1.num.36.

941 IVDICE recuſato ſuſpecto,ſi cauſa ſuſpicionis ſit notorie iuſta proceſſus abſq. alia appellatione,eſt ipſo iure nullus, ſecus e contra, quando ſuſpicionis cauſa fuerit notorie friuola,& fruſtratoria ſecundum Bal.in c.cum ſpeciali,nu.14.ad med. verſ. Solutio in hoc articulo poteſt diſtingui,extra de appell.& ibi etiam Franc.nu.47. poſt quintam opinionem in verſ. Sed aduerte,& verſ.Seq.poſt Lapum,quem allegat in ſua prima allegat.& Alex.de Neuo,nu.46. verſ. Primus eſt, vbi dixit indubitabile eſſe, quod proceſſus poſt recuſationem factus,ſit ipſo iure nullus,quando cauſa recuſationis eſt notoria,Gemin.in c. iudex ab apoſtolica,nu.12.verſ.Hęc vera,de off.deleg.in 6.& ibi etiam Franc.nu.7.verſ.Secundo limita, Pariſ. ad Bar.in l.apertiſſimi,litt.A,verſ.Vide omnino,C.de iudic.Roman.conſ.120.nu.7.ver.Sed aduertendum, vbi relatis omnium Doctorum ſententijs, concludit proceſſum a iudice recuſato factum eſſe nullum ipſo iure,quando recuſatio eſt valida,ſecus ſi nulla, & inualida,& nu.8.vbi pluribus hanc firmat ſententiam Cajauit.ſuper ritu magnæ curię,265.nu.8.vbi refert & ſequitur Roman.vbi ſup.Lap.alleg.1.n.4.Lancel. de attent.c.6.nu.24.Card.Tuſc.pract.concl. in verbo Suſpicio,concl.913.nu.16.17. & 19.& in verbo Iudex concl.422.nu.39.

942 IVDICE recuſato ſuſpecto proceſſus poſtea factus non eſt nullus ipſo iure,quando recuſans corã iudice recuſato poſt recuſationem comparuit,ſed eſt neceſſaria appellatio,ſecus vero ſi recuſans amplius coram recuſato iudice non comparuit,iſta fuit diſtinctio,Abb.in c.cum ſpeciali,nu.12.in fi.de appell. vbi relatis aliorum diuerſis ſententijs in hac reſidet diſtinctione,quam etiam tenuiſſe affirmat in particulari diſputatione huius articuli,& ibi Franc.nu.47.col. penul.poſt med.verſ.Secunda eſſet vera, vbi propterea dixit Innocentij negatiuam opinionem eſſe veram,quod iudex recuſatus procederet de conſenſu recuſatoris,etiam tacite,vtputa,ſi coram iudice recuſato comparuiſſet,& litigaſſet addentes ad Dec. in d.c.cum ſpeciali,nu.33.in fi.littera A,in verbo Recuſati,vbi dixit non valere proceſſum factum a iudice recuſato niſi pars compareat,& procedat non appellando per Abb.ibi Alex.& Dec.in locis ibi per eum relatis,Præpoſit.Mediol.in d.c.cum ſpeciali,n.40.ad fin.verſ.Panormitanus,hic diſtinguit,& Alex.de Neuo,nu.46.ante fin.verſ.Iuſtam opinionem,vbi refert Abb.in loco præallegato,Ant.de Butr.in c. Iudex ab Apoſtolica,num. 6. de offic. delegat. in ſexto, & ibi etiam Gemin.num.12.verſic. Credo tamen, quod ſi pars proponens recuſationem,& Franc. num.7. verſ. Quam tamen limita Paris.ad Bar.in l.apertiſſimi littera A,verſ.Adde Alex. C.de iudic. Viu.opin. 866. num.22.verſ.Sed ſi poſt recuſationem,Lancell de attentat.c.6.num.28.Card.Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Suſpicio concl.913.num. 34.& num. 39.Sigiſmund.Scaccia de iudic.cauſ.ciuil.crim.&c. lib.1.cap.101.num.19.Iacob.Laur.de iud.ſuſpect.c. 14.num.52.Et hæc diſtinctio concordat cum affirmatiua opinione,Hoſtien.limitata tamen, niſi recuſans poſt recuſationem coram recuſato iudice compareat & faciunt ſcripta ſupra,num.922.

943 Declara hanc opinionem niſi recuſans poſt recuſationem comparendo coram iudice recuſato fuerit proteſtatus, quod per comparitionem non intendit recuſationi renunciare ſecundum Franc. in c. cum ſpeciali,nu.47.col.penul.poſt med.verſ.Secunda eſſet vera,de appell.& in c.iudex ab apoſtolica,num.7. verſ.Quam tamen limita,de off.deleg. in 6. Lancell. de attent.c.6.n.29.& ſeqq.Vbi amplius ſubdit,quod adhoc vt iſta proteſtatio releuet, debet fieri in quolibet actu,nec ſufficit proteſtatio generalis, quod per quemcunq. actum non intendebat in iudicem conſentire ex Rotę deciſionibus per eum alleg.ad quę vide Iac.Laur.de iud.ſuſpect.num.52.& ſeqq.

944 IVDICE recuſato ſuſpecto,ſi poſt recuſationem fuerunt electi arbitri,& ſic res non eſt integra,& tunc proceſſus a iudice recuſatus factus,eſt ipſo iure nullus,ſecus ſi res eſt integra,nec arbitri fuerunt electi, quia tunc recuſati iudicis proceſſus valebit.ſed poterit appellari, & iuſtificatur appellatio eo ipſo, quod proceſſum eſt contra formã iuris,ita Bal.in c. cũ ſpeciali,nu.14.ad med.verſ.Solutio in hoc articulo põt diſtingui,de appell.& ibi hoc idẽ voluit Dec.nu.33. in fi.verſ.Quod tamen dictũ eſt,vbi ampliat hoc procedere etiã de iure canonico,quod ſcilicet proceſſus a iudice recuſato factus ſit ipſo iure nullus, quando electi ſunt arbitri poſt Ang.Gemin. & Alex. in locis per eum relatis,Præp.Mediol.in d.c.cũ ſpeciali,n.40 ante fi.verſ.Bal.hic de iure canonico,& Neuo nu.46. in princ.& in verſ.Secundus caſus, vbi dixit eſſe indubitabile, quod proceſſus factus a iudice recuſato poſt recuſationem ſit ipſo iure nullus,quando iã ſunt electi arbitri, quod & idem dicit Gemin. in c. iudex poſt nu.12.verſ.Aut non eſt iteratum, nec appellatũ, de off.deleg.in 6.(licet etiam non electis arbitris Hoſtienſi opinionem affirmatiuam veriorem credat, vt eum retuli ſupra,nu.933.verſ.Contrarium) Ang. in l.apertiſſimi,num.10.C.de iudic.& ibi etiam Io.Sicchar.nu.16.Pacian.de prob.lib.2.c.45. nu. 5. ad fin. verſ.Quãmuis quod attinet ad ius canonicum, Cardin.Tuſch.practic.concluſion.in verbo Suſpicio concluſ.913.num.13.vbi de magis communi.

945 Verum ſecundum Ioan.de Anan.in c.cum ſuſpicionis,nu.5.in fin.de off.delegat.ad hoc, vt proceſſus a iudice recuſato factus ſit ipſo iure nullus, nõ ſolum requiritur,quod ſint electi arbitri,& cauſa probata, ſed etiam ſententiatum,tenet proceſſum non eſse nullum,etiam quod cauſa ſit probata,vt ibi per eum, qui relatis aliorum opinionibus in hac reſidet diſtinctione,& ante eum hoc idem voluiſſe videtur Paul. de Caſtro in l. Apertiſſimi, num. 4. verſiculo Breuiter mihi videtur , C. de iudicijs, & ibi etiam Aretin.

ſub num. 5. verſ. Cæterum dixi iuncto verſ. Inſuper quod dictum eſt.

946 Contrarium, quod poſt recuſationem geſta ſint nulla ipſo iure etiam, quod ſuper recuſatione non fuerit pronunciatum, voluit Paul. de Caſtro in conſ. 231. num. 1. verſ. Prima, lib. 1. prout illum refert Cardin. Tuſch. pract. concl. in verbo Iudex, concluſ. 421. num. 8.

947 IVDICE ſuſpecto recuſato, geſta poſt recuſationem non ſunt ipſo iure nulla, quando iudex recuſatus, recuſationem ignorauit, pluribus hanc probat concluſionem, Thom. Triuiſ. dec. 151. per tot. lib. Et hæc concluſio tranſit ſine difficultate.

948 IVDEX recuſatus ſi poſt recuſationem ad vlteriora procedat, proceſſus non eſt nullus, quando eſt factus parte non opponente, Viu. opin. 866. num. 23. vbi allegat tres Rotæ deciſiones.

949 IVDICE recuſato ſuſpecto proceſſus poſt recuſationem factus, eſt ipſo iure nullus, etiam quod iudex ſit alias perſona valde religioſa, & timoratæ vitæ Natt. conſ. 174. nu. 9. lib. 1. Burſat conſ. 21. ſub num. 22. lib. 1. Lancell. de attent. c. 6. num. 23.

950 IVDICE recuſato ſuſpecto proceſſus poſtea factus non eſt nullus ipſo iure, quando exceptio recuſationis proponitur coram iudice recuſato, ſecus ſi proponatur coram alio iudice, ſecundum Ant. de Butr. in c. cum ſpeciali, nu. 5. in fi. verſ. Dic vbi exceptio, extra de appell. & ibi etiam Imol. num. 20. verſ. Dominus Antonius hic dicit, vbi tunc exceptionem recuſationis proponi corã iudice recuſato exemplificat, quando recuſatur, vel ordinarius, vel delegatus Papæ, tacite ſentiens contrarium, quando recuſatur delegatus ordinarij, vel ſubdelegatus a delegato Papæ, cum tunc, vt ſuo loco dictum eſt, cauſa proponatur coram ipſo ordinario, vel ſubdelegante, Præpoſit. Mediol. qui tamen hanc diſtinctionem reprobat in d. c. cum ſpeciali, nu. 40. ante fi. verſ. Dom. Antonius.

951 IVDICE recuſato ſuſpecto geſta poſt recuſationem a iudice delegato ſint nulla ipſo iure abſq; alia appellatione, ſecus geſta ab ordinario fuit opinio Bal. in c. ſuſpicionis cauſa, nu. 4 de off. deleg.

952 IVDICE recuſato ſuſpecto geſta poſt recuſationem ſunt nulla ipſo iure, quando lex ratione ſuſpicionis, & allegatę recuſationis transfert iuriſdictionẽ in alium ipſo iure, & in continenti, ſecus ſi non transfert iuriſdictionem ipſo iure, prout eſt, vel quando eligendi ſunt arbitri, vel quando ordinario ſuſpecto allegato dandus eſt adiunctus ſecundum Bal. in l. vnic. C. ſi quacun. præd. pote. num. 4. in verbo Vicario refert eam Roman. conſ. 220. n. 7. verſ. Quarta fuit opinio, Pacian. de prob. lib. 2. c. 45. nu. 5. verſ. Attamen Bal. relati per Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Suſpicio, concl. 913. num. 6. & num. 14.

953 IVDICE recuſato ſuſpecto, licet omnia poſtmodum geſta ſint ipſo iure nulla, ſi tamen ſententia fuerit iuſta, poteſt confirmari ſecundum communem opinionem, de qua poſt alios, quos allegat, teſtatur Phil. Prob. in addit. ad Io. Monach. in c. iudex, ſub nu. 3. de off. deleg. in 6. Villalob. in comm. opin. litt. R, nu. 120. Lancellot. de attent. par. 6. nu. 53. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Suſpicio, concl. 913. nu. 23. vbi de communi.

ARGVMENTVM.

Princeps an, & quando poſſit cauſam alicui iudici delegare cum clauſula recuſatione remota, pluraue de vi, & poteſtate dictę clauſulæ.

SVMMARIVM.

Papa, & princeps poteſt iudicis recuſationem tollere, cauſamq. committere cum clauſula recuſatione remota, num. 954. Contra, num. 955.

Iudici delegata cauſa cum clauſula appellatione remota, non intelligitur ſublata recuſatio iudicis, nu. 956 non ſolum de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili, num. 957. Licet alii contra, num. 958.

Princeps non poteſt ſuſpecto iudici cauſam committere cum clauſula recuſatione remota, quando ſuſpicio prouenit ex cauſa inimicitiæ, num. 959. Contra, num. 960.

Princeps non præſumitur ex certa ſcientia cauſam committere iudici notorie ſuſpecto, & ſi commiſerit, adhuc poterit ſuſpectus recuſari, num. 961.

Iudici ſuſpecto quando Princeps cauſam committit cũ clauſula recuſatione remota, intelligitur de friuola ſuſpicione, non autem de graui, & iuſta, nu. 962. & quid ſi cauſa committatur cum prædicta clauſula alicui Cardinali, num. 963.

Princeps inferior non poteſt committere cauſam cum clauſula recuſatione remota, num. 964.

Iudici ſuſpecto princeps, & Papa poteſt de plenitudine poteſtatis committere cauſam cum clauſula recuſatione remota, aliter ſecus, nu. 965. contra num. 966.

Iudici ſuſpecto princeps quando cauſam committit recuſatione remota, debet in ſpecie exprimere cauſam recuſationis, nec ſufficit, quod generaliter recuſationẽ remoueat, num. 967. declara, quando cauſa eſt dubia, ſecus ſi eſt certa, nu. 968. contra declarationem, num. 969.

Iudici ſuſpecto poteſt princeps cauſam committere recuſatione remota, ſi ad ſic cõmittendũ mouetur ex aliqua iuſta cauſa, ſecus ſine cauſa, num. 970.

Clauſula recuſatione remota appoſita in reſcripto, in quo plures cauſæ ſunt delegatæ numquid extendatur ad omnes cauſas in reſcripto contentas, nu. 971.

954 IVDICIS ſuſpecti recuſationem numquid Princeps, & Papa præſertim prohibere poſſit, & ſic an cauſam ex certa ſcientia committere poſſit ſuſpecto iudici cum clauſula Recuſatione Remota. Dic quod ſic, ſicut

enim

enim poteſt delegare cauſam Appellatione remota,ita,& multo magis poteſt eam delegare recuſatione remota, quia minus grauat remouendo accuſationem quam remouenda appellationem,cum remota recuſatione non,per hoc cenſetur remotum appellandi remedium glo.in l. Apertiſſimi in verbo Recuſare C.de Iudicijs,& ibi Bellapertic.col.2.poſt princip. verſ.Sed quæritur numquid poſſit recuſari,Bart. in l.fin. C.de ſentent. & interloquut. omn. Iudic. Specul. in tit. de recuſation. §. 1. verſ. Quid ſi ſit cauſa, Hoſtienſ.& Ioan.Andr. in cap.Cum inter,extra de exceptionib. Innoc. in cap. ex tranſmiſſa,de foro competenti, Abb. in cap. hæc, de reſcript. vbi hanc ſententiam in puncto iuris tutiorem fatetur licet, vt infra eum referam in dicto cap. cum inter contrarium affirmet Franc. in cap. Poſtremo num. 3.& num.5.& ibi addentes litera B. teſtantur de communi opinione Lap.in c.Iudex,de off.deleg.in 6.Dec.in cap.cum inter, nu. 12. verſ. Finaliter tamen, de exception. & in conſ. 174. num. 3. in fine, vbi teſtatur de communi Andr.Gail.obſer.33.num.4.lib. 1. Caball. Milleloq. 863. num. 1. Præpoſ. Mediol. in dicto cap.Poſtremo, num. 7. vbi reſpondet contrarijs, faciunt ſcripta per Alex. de Neuo poſt Hoſtienſ. & Ioan. Andr.Abb.& alios in cap. cum inter,num. 21. de exception. licet ſubdat ſecundum præallegatos Doctores non decere Papam hoc facere. Franc.in c. Iudex ab Apoſtolica nu. 1.& 2.de offi.delegat. in 6. Specul.in tit.de recuſation. §. 1. num. 5. Addentes ad Lanfranc.de Oriano in repetition. cap.Quoniam contra,tit.de recuſation.num.123.litera C. vbi relatis contrarium tenentibus teſtatur de communi Doctorum ſententia, Pract.Conrad.rubr.de exception. nu.7.in 3.ampliation.Viu.opin.866.nu. 24.vbi alijs relatis teſtatur de communi,Pacian.de probat.lib.2. c.45.nu.101.Sigiſmund. Scaccia in tract. de appellation.quæſt.16.limitat.1.nu. 118. vbi de communi aſſentit Lancell. de attent. par.2.cap.6. num.31.& ſeqq. & hanc ſententiam poſt pleroſq. ſupra relatos Doctores communem fatetur, licet eam tutam remanere dubitet Iacob. Lauren. in tract. de Iudic. ſuſpecto cap.2.nu.15.in fine.

955 Contrarium,quod Princeps non poſſit remittere cauſam generaliter recuſatione remota, eo quia talis recuſatio reſpectu Iudicis eſt defenſio,vt in cap.cum inter excep.& in c.Quia ſuſpecti 3.q.5.& conſequenter de iure naturali,quod per Principem ſine cauſa tolli non poteſt.Clem.Paſtoralis de re iudic. §.ſed & naturalia Inſtit.de iure natural.gent.& ciuil.voluerũt Abb.in dicto c. ad hæc,extra de reſcrip. vbi dicit eſſe gloſ.ſingularem,& in c.cum inter, de excep. Gemin. in dicto c.Iudex,de off.deleg.in 6.ex gloſa, quam allegat in c.ſi quis in quacunq. 2. q.6.Barbat. in tract. Card.a latere legato,q.4.vbi ampliat. quod nec Cardinali a latere legato, nec de plenitudine poteſtatis poteſt per Papam committi cauſa cum clauſula recuſatione remota,Rip.in c.1. nu. 9. de reſcrip. vbi late Pinellus in commen.l.2.C.de reſcind.vend.in 1.par. rubr.cap.2.num.2. verſ. Sic verius puto, faciũt pro hac contraria opinione tradita per eundem Alex. de Neuo in cap.cum inter, num. 23. & ſeqq. de except. Gemin.in c.iudex ab apoſtolica nu.13.de off. deleg. relati per Seraphin.in tract.de priuil.iuram. priuil.7. num.1.Et licet Felin.in cap.cum inter,nu.9. de exception. recuſationem iudicis multis comprobare conetur non eſſe de iure naturali ſimpliciter,ſed in naturali tantum ratione fundatum, adhuc tamen principis auctoritate naturalem rationem mutari non poſſe ſcripſerunt Bal.in l.ſi non ſpeciali nu. 8. in fin. C. de teſtam.& in l.bonorum nu.85.nu.4.C.qui admitti,& in l.1.nu.85.C.de confeſſ. Iaſ. in l. reſcripta nu. 11. C.de precibus Imperatori offerendis, Theſaur. dec. pedemont.87.num.5.& 6.vbi teſtatur de vulgata, & recepta Doctorum ſententia.

Prima opinio verior eſt,& magis communiter recepta,declarata tamen,vt in ſeqq.limitationibus.

956 IVDICI delegata cauſa a principe cum clauſula Appellatione remota,non intelligitur ſublata recuſatio iudicis,tex.eſt clarus in c.poſtremo,extra de appell.in fin.& ibi præſertim Franc. nu. 2. dicit illum tex.eſſe notabilem,clarum,& apertum, Dec.nu.1.& ante iſtos ibid.gl.in figuratione caſus in fine,Io.And. nu.5.in verbo Appellatione remota,Anchar.num.4. Bellamer.nu.3.col.2.in princ. in verbo Appellatione remota, Ant.de Butr. num. 2. verſ. Nota quod ſicut clauſula,& nu.4.verſ.Nota ſecundum alios, Abb.nu. 1.in 1.notab.& nu.2.in fine,Cardin.Zabarell.in fin. verſ.In gloſ.vltim.Anania nu.2. Præpoſ. Mediol.nu. 6.Dec.nu.1.in 1.notab.Alex.de Neuo num.9.in vlt. notab.Franch.in c.iudex ab Apoſtolica num.2. verſ. Nunquam tamen,de offic. delegat. in 6. Bellapertic. in l.apertiſſimi C.de iudic.col.2.poſt med. verſ. Sed pone imperator, Salic.in l.fin. nu.7.in fin. C.de ſentent.& interloquut.omnium iudicum,vbi teſtatur de veriori ſcribentium opinione Grat. conſ.134. nu. 9. lib.2.vbi de communi Conrad.in pract.tit.de excep. num.7.in 2.ampliat. Mandoſ. in addit. ad Lapum in 1.allegatione in verbo Appellatio littera B, Lancell. de attent. par.2.c.6.num.32. Decian.de probat. lib. 2.cap.45.nu.101.Iacob.Laur.in tract.de iudic.ſuſpecto cap.2.num.20.Scaccia de appell.lib.3. quæſt.16. limitat.1.nu.89.vbi de communi.

957 Et hæc concluſio procedit non ſolũ de iure canonico,ſed ẽt de iure ciuili tex.eſt in l.fi.vbi Bar.Bal.& Ang.C.de ſent.&interl.omn.iud.gl. & Bar.in l. 1. in fi.ff.a quibus appellare non licet.Franc.in d.c.poſtremo nu.2.extra de appell.vbi dixit ita tenendũ quicquid alij ibi per eum relati contrariũ ſenſerint, & in c.ſuper eo il 2.nu.18.& ibi etiam Dec. n.15.eod.tit. de appell.Abb.in d.c.Poſtremo nu.1.in 1.notab.ver. Quod procedit etiã de iure ciuili, & ibi etiã Alex. de Neuo nu.9.Iacob.Lau.in tract.de iud.ſuſpec.nu.22. vbi relatis,& reprobatis contrarium tenentibus hanc ſententiam veriſſimam dicit Scaccia de appell.lib.3. quæſt.16.limit.1.num.90.ubi reprobat Abb.contrarium tenentem in loco infra referendo.

958 Quamuis contrarium tenuerit glo.in d.l.fi.C.de ſent.& interloq.omn.iud.Specul.in tit.de recuſ. S.recuſari poteſt,verſ.Sed quid ſi cauſa commiſſa appellatione remota,Imol.in d.c.Poſtremo de appel. Abb. in d.c.ſuper eo,il 2.num.10.in fin.de appell.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ concluſionis.

959 IVDICI ſuſpecto Princeps cauſam committere non poteſt cum clauſula recuſatione remota, quando ſuſpicionis cauſa cauſaret ab inimicitia,prout voluerunt Addentes ad Franch.in d.c.Poſtremo,littera B,per tex.quem allegant in clem.Paſtoralis, ibi notorium quoq; de re iudic.Dec.in d.c.cum inter,nu.12. & 13.de except.& in conſil.174.num. 3. poſt princ. Nec diſſentire videtur Iacob.Laur.in tract.de iudic. ſuſpecto,cap.2.num.16.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

960 Contrarium, quod indiſtincte Princeps poſſet committere cauſam iudici ſuſpecto ex quacunq,cauſa,& præſertim ſi exprimeret recuſationem ratione certæ,& nominatæ cauſæ iuxta ea quæ ſcripſi infra nu.968.poſt Specul.& Lap.quos allegat, voluit idē Franc.in d.c.Poſtremo,nu.5.verſic.Si tamen recuſatio extra de appell. & hæc contraria Franch. opinio poterit procedere,prout loquitur, quando Princeps expreſſe dicit Iudicem recuſari non poſſe, etiam ex capite inimicitiæ, niſi etiam inimicitiam expreſſerit numquam ſub quibuſuis generalibus verbis inimicitiæ recuſatio excluſa cenſetur ex plenè allegatis per Viu.deciſ.233.num.3.lib.2.quem,& alios refert Iacob.Laur.in tract.de iud.ſuſp.c.2.nu. 21. vbi ſic declarat intelligendam eſſe ſententiam Franchi.

961 IVDICI ſuſpecto,numquam Princeps præſumitur ex certa ſcientia cauſam committere tex.eſt in d.c.cum inter de except.& voluit Prob.in addit. ad Io. Monac.in c.iudex,nu.2.ad fin.de off.deleg.in 6.poſt Aretin. in loco per eum relato, & licet Princeps ex certa ſcientia,ac etiam motu proprio committat cauſam iudici notorie ſuſpecto, validaq; ſit hæc delegatio d.c.Poſtremo de appell. non per hoc intelligitur tollere exceptionem recuſationis,ſi eam pars opponere voluerit ad glo.in d. c. ad hæc, in verbo Suſpectus de reſcr.& Innoc. in d. c. ex tranſmiſſa, de foro competenti,cum alijs per Franch.in rubr. de appell. num.27.in princ.& in d.c.Poſtremo,nu.1.in 2.notabil.& nu. 4.vbi in id ponderat text.in d.c. Poſtremo In verbo Poterit,& ibi etiam Præpoſ.Mediol.num.7. verſ.Non obſtant contraria,& num.8.Franch. num. 15.in fin.Abb.in cap.cum olim il ſecondo in fin. de off.deleg.Felin.in c.cum inter num.8. verſ. Si tamen ſimpliciter,de except.vbi ampliant hanc concluſionem etiam quod commiſſio cauſæ fieret per Papam perſonæ valde a Papa commendatæ,Dec.num.14.in vlt.notab.Franch.in c. iudex ab Apoſtolica, num. 2. verſic.Ideo licet Papa,de off.deleg.in 6. Pract. Conrad.rub.de except. num.7. in 3. ampliat. Miſing.obſeruation.63.ad fin.verſ.Obſerua etiam,centur.3. Sigiſm.Scaccia in tract.de appellat. quæſt. 16. limitat. 1.num.119.& num.122.vbi propterea infert, quod etiam inferior Principe poſſit dare iudicem notorie ſuſpectum, cum ſemper ſaluum ſit ius recuſationis, Iacob. Laurent. de iudice ſuſpecto, cap. ſecundo, num.19.

Et hęc ſit tertia limitatio.

962 IVDICI quando Princeps cauſam committit cum clauſula,recuſatione remota, intelligi debet de recuſatione propter friuolam ſuſpicionem, non autē grauem,& iuſtam, ſicut dicitur de clauſula appellatione remota in d.c.Paſtoralis de re iud.cum appellatio, & recuſatio æquiparentur,c.ſuper eo il 3.de appellat. & ſicut etiam dicitur de clauſula omni exceptione remota in c. ex parte il 2. de offic. delegat. Franch. in d.c.Poſtremo num.5. verſ.Et aduerte, & ibi etiam Præpoſ. Mediol.poſt num.8.Dec.num.3. verſ. Et ad iſtum tex.Prob.ad Io. Monach. in c. Iudex littera B, verbo legitima, de offic. delegat. in 6. & ibi etiam Franch.num.1.Iaſ.in l.apertiſſimi colum. penultima, verſ.Ex prima parte gloſę,C.de iudicijs,Specul.in tit.de recuſat. S.1.num.5.verſic. Vel dic, quod Nihilominus,Pract.Conrad.rubr.de except.num. 7. in 3. ampliation.in fine.Miſing. obſeruat. 63. ad fin. centur.3.Andr.Gayl.obſeru.33.num.5.lib.1.Lancellot. de attentat.par.2.c.6.num.33. Sigiſm. Scaccia in tract.de appell.q.16.limitat.1.num. 120. vbi tamen limitat,niſi a Principe fuiſſet remota quæcunq; ſuſpicio,quia tunc cenſetur remouiſſe etiam non friuolā ſuſpicionem (Quod tamen an verum ſit dubito) Iac. Laur.in tract.de iudice ſuſpecto,c.2.num.19.verſic. In genere item recuſatione remota,& num.21. hanc concluſionem ampliat etiam,quod Papa vſus fuiſſet verbis generalibus,& vniuerſalibus,vtputa, dicendo omni,& quacunq; appellatione remota,nam, & tunc non cenſetur voluiſſe remouere, niſi friuolam recuſationem, non autem grauem, & iuſtam, vt ibi per eum.

963 Et licet commiſſa cauſa alicui Cardinali per Papam cum clauſula, appellatione remota, cenſeatur excluſa quælibet appellatio etiam non friuola,& iuſta, vt dignitas Cardinalis aliquid operetur, vt per Bald.in l.1.ante fin.ff.de offic.præfecti prætorio. Afflict.in rubr.quæ ſint legalia num.4.Gomeſ.in compend.vtriuſq; Signaturæ, num. 49. Mandoſ. ad Roman.in conſ.211.in addit.litt.C,vbi tamen Cardinalis,cui ſic cauſa commiſſa eſt ſuſpectus reperiretur ob menifeſtam inimicitiam,aliamue ſimilem cauſam quod tunc non obſtante clauſula recuſatione remota poſſit idē Cardinalis ſuſpectus recuſari, ex Felin. quē alleg.in c.cum inter,nu.8.verſ.Tandem poſt plurima de except.veriſſimum credit.Iac.Lauren. in tract. de iudic.ſuſpect c.2.num.27.in fin.

Et hæc ſit quarta limitatio.

964 IVDICI ſuſpecto inferior Princeps causā cōmittere non poteſt cū clauſula recuſatione remota, ſicut enim is non poteſt cōmittere cauſam appellatione remota,l.1.in fi. ff.a quibus appellare non liceat etiā ſi eſſet legatus de latere,vt per Speculat.in tit.deleg. S.nunc oſtendendum,verſicul.14. cum alijs per Viu

deciſ.

deciſ.69.num. 1. & 2. & ſicut etiam non poteſt committere cauſam cum clauſula ſummarie, & de plano &c. ad gloſ. in ca. final. in verbo Figura, de Hæreticis, & in clementin. ſępe, in verbo mandamus, de verbor. ſignif. ita nec etiam committere poterit cauſam recuſatione remota, vt per Franch. in dicto cap. Poſtremo num. 5. ante fin. verſ. Hæc procedunt, extra de appellation. & ante eum Ioan. Andr. num. 1. in verbo Delegata. Bellamer. num. 1. in verbo Delegata. Geminian. in cap. Iudex ab Apoſtolica num. 13. verſ. Poſſet concludi, dę offic. delegat. in 6. Bellapertic. in l. Apertiſſimi col. 2. verſ. Sed quæritur numquid poſſit recuſari Delegatus, C. de Iudicijs, Specul. in tit. de recuſatione, S. 1. num. 5. verſ. & hoc ſi ſic a Principe committitur, & num. 6. Seraphin. in tract. de priuil. iuram. priuil. 7. num. 1. verſ. Illud autem certum eſt. Scaccia de appellat. quæſt. 16. limit. 1. num. 125. & num. 122. vbi tamen ſubdit poſſe inferiorem Principem dare Iudicem notorie ſuſpectum, eo quia ſemper ſaluum ſit ius recuſationis, licet non poſſit expreſſe recuſationem amouere, & num. 123. & 124. vbi alia ad materiam Anchar. Regien. quæſt. 43. num. 12. et 13. parte 1. vbi infert ad ciuitates ad Conſeruatores, vel ſtatuentes. Iacob. Laur. de Iudice ſuſpecto cap. 2. num. 25. vbi pluribus hanc probat ſententiam, licet contrarium, quod etiam inferiores poſſint committere cauſam recuſatione remota ſcripſerit Franch. in c. Iudex in fine, de offic. delegat. in 6. per tex. quem allegat in l. fin. C. de ſentent. & interloq. omni Iudic.

Et hęc ſit quinta limitatio.

965 IVDICI ſuſpecto Princeps, & præſertim Papa poteſt de plenitudine poteſtatis committere cauſam Iudici recuſatione remota, aliter ſecus, ita videntur tenere Abb. in capit. Ad hoc, de reſtitut. in fio. vbi communem dicit, prout illum refert Villalob. in commun. opin. litera P. n. 21. Iaſ. in l. Apertiſſimi num. 25. alias 19. col. penul. verſ. Adde fortius, C. de Iudic. Franch. in dicto c. Poſtremo nu. 5. verſ. Verum quando, de appell. & hinc eſt, vt inquit, Ancha. in loco præcitato, quod inferiores a Principe, non poſſunt cauſam committere recuſatione remora, quia non habent hanc poteſtatis plenitudinem.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

966 Contrarium, quod Princeps ſuperiorem non habentes, prout eſt Papa, et Imperator, poſſint committere cauſam cum clauſula Appellatione remota, ſiue utatur plenitudine poteſtatis ſiue non, ex eo, præſertim, quod nunquam præſumuntur in tertij præiudicium plenitudine poteſtatis uelle uti, alijſq. rationibus nerius eſſe docet Iacob. Lau. in tract. de Iudic. ſuſpecto. c. 2.

967 IVDICI ſuſpecto quando Princeps cauſam committit recuſatione remota, ad hoc, ut recuſatio opponi nequeat exprimendam eſſe cauſam ſuſpicionis in ſpecie uidetur ſic poſſe Principem recuſationem tollere, quando ſuſpicionis ſpeciem ſpecificat, et exprimit, licet ſecus ſi generaliter recuſationem remoueat voluiſſe videtur Franch. in c. poſtremo num. 5. verſic. Si tamen recuſatio, & ibi etiam Præpoſ. Alexandr. num. 8. verſ. In ſpecie autem faciendo mentionem de appellationibus. Felin. in cap. cum inter, num. 8. de exception. Geminian. in cap. iudex ab apoſtolica nu. 13. verſ. Aut aufert ſpecialiter, de offic. delegat. in 6. & ibi etiam Franch. num. 1. & 2. Specul. in tit. de recuſation. num. 5. in fine, verſ. Sed ſi certa cauſa exprimatur. Iacob. Laur. in tract. de iudic. ſuſpect. cap. 2. num. 19. in fine.

Et hæc ſit ſeptima limitatio.

968 Declara, vt poſſit Princeps recuſationem tollere exprimendo ſuſpicionis cauſam in ſpecie, quando expreſſa cauſa eſt dubia in iure, quia ad Principem ſpectat iuris dubia declarare, ſecus ſi cauſa ſuſpicionis ſit certa, & a iure determinata, quia tūc Princeps eam tollere non poteſt, vt per Prob. in addit. ad Ioa. Monach. in cap. iudex, de offic. delegat. in 6. num. 2. verſ. Si autem aufert ſpecialiter, & ibi etiam Geminian. dicto num. 13. eodem verſic. Aut aufert ſpecialiter.

969 Sed hæc declaratio apud me redditur dubia, quia poteſt eſſe quod ſuſpicionis cauſa ſit certa in iure, & in facto, aut non vera, aut dubia, & propterea crederem, quod adhuc, & iſto caſu poſſit Princeps tollere recuſationem iudicis eam ſpecialiter exprimendo, vtputa, quia informatus eam non eſſe veram, aut non obſtare propter qualitatem perſonæ ipſius iudicis prōpter ea quæ dixi infra nu. 970. & propterea Fran. in dicto cap. iudex num. 1. verſ. Si tamen expræſſe prohiberetur, & num. 2. verſ. Et aduerte, dixit Principem ſine dubio poſſe tollere exceptionem recuſationis etiam ſi cauſa ſit determinata in iure.

970 IVDICI ſuſpecto Princeps poteſt cauſam committere cum clauſula recuſatione remota, quando ad ſic committendum mouetur ex aliqua iuſta cauſa, ſecus ſine cauſa ſecundum Alexand. de Neuo in cap. cum inter num. 21. & ſequentib. de except. vbi relatis Doctorum contrarijs ſententijs in hac reſidet diſtinctione, cauſam autem tunc exemplificat, quando committit cauſam perſonæ, de cuius ſcientia, & legalitate adeo confidit, vt recte iudicaturus ſit non obſtante quacunque ſuſpicione, & ſubdit amplius, quod in dubio in Principe committente cauſam ſuſpecto iudici pręſumatur cauſa prædicta, Sigiſmund. Scaccia in tractat. de appellation. quęſt. 16. limitat. 1. nu. 121. ubi amplius dixit, quod quando Princeps remouet ex iuſta cauſa ſuſpicionis exceptionem tunc cenſetur remouiſſe etiam ſuſpicionem non friuolam, ſubdens poſtea, ſed quis dicet Princip. quod facit ſine cauſa.

Et hæc ſit octaua limitatio.

971 IVDEX ſi fuerit delegatus ad plures cauſas, & in reſcripto delegationis clauſula recuſatione remota fuerit appoſita in una parte reſcripti utrum extendatur ad omnes cauſas uide Petr. de Bellapert. in l. apertiſſimi, C. de iudiciis colum. 2. poſt med. uerſic. Pone iudex eſt delegatus ad plures cauſas, ubi diſtin

guit,

gıut, an clauſula prædicta fuerit appoſita in principio commiſſionis in medio, vel in fine, & alia ad hanc materiam ſpectantia bene declarat.

ARGVMENTVM.

Iudex criminalis an poſſit ex officio deputare procuratorem fiſcalem vbi non adeſt, & an etiam iuſtitiæ miniſtrum.

SVMMARIVM.

Iudex criminalis poteſt ex officio deputare procuratorem fiſcalem vbi non adeſt, num. 972.

Fiſcalis procuratoris accuſatio non ſufficit ad inquirendum, num. 972.

Miniſter iuſtitiæ, vbi in loco non adeſt, poteſt iudex alium compellere pro exequutione iuſtitiæ, & quomodo, num. 972. verſ. Adde etiam.

972 IVDEX criminalis numquid poſſit procuratorem fiſcalem deputare, quando procedit ex officio contra aliquem eo loci, in quo procedit accuſatore, aut aliquo alio procuratore fiſcali nõ exiſtente, dic quod ſic, prout videtur tex. in l. 2. C. de delatoribus lib. 10. vbi Bart. num. 2. adnotauit, quod quando vna cauſa ad publicam vtilitatem pertinens excepta per vnum delatorem qui moriatur, vel ſe abſentet, poteſt iudex ex ſuo officio illam cauſam perficere, & alteri iubere, vt dictam cauſam ab alio * ceptam proſequatur, & ibi communiter hoc idem adnotarunt Bald. Ang. & Ioan. de Platea, & Paris de Puteo in tractatu de ſyndicatu in verbo Accuſatio, num. 2. & magis in ſpecie, quod poſſit iudex iſto caſu conſtituere fiſcalem, voluit Ant. Gomez de delict. cap. 1. num. 10. verſ. Ex quo infertur, vbi teſtatur ita quotidie practicari, refert eum & ſequitur Iul. Clar. in pract. §. final. quæſt. 10. nu. 3. verſ. Scias igitur, vbi amplius aduertit ex accuſatione fiſcalis non aperiri iudici viam inquiſitioni, ſed bene poſtquam ad inquirendum via aperta eſt poteſt ipſe fiſcalis inquiſitioni aſſiſtere, prout faceret accuſator, & eſt magiſtrale aduertimentum iudicibus, vt ad ſolam fiſci inſtantiam non moueantur ad inquirendum, niſi alia præcedant, adde etiam, quod ſicut iudex poteſt ex officio procurarorem fiſcalem deputare vbi non adeſt, ita etiam poteſt in caſu exequutionis ſententiæ capitalis cogere aliquam vilem perſonam ad faciendum officium carnificis, vbi in illa ciuitate carnifex non fuerit, ſecundum Bart. in l. final. §. Titius, num. 3. ff. de pigno- * ratia actione, cuius opinionem communem eſſe, & ſeruari teſtatur Clar. poſt Paridem de Puteo, & alios, quos allegat in pract. crimin. §. final. quæſt. 99. verſ. Sed pone.

ARGVMENTVM.

Iudex delegatus ſi delinquat, an poſſit puniri ab ordinario illius loci in quo delinquit.

SVMMARIVM.

Delegatus iudex a Principe poteſt puniri ab ordinario illius loci in quo delinquit, num. 973.

Iudex delegatus ſi delinquat etiam in cauſa in qua eſt delegatus in iudicando, vel in non iudicando, & non redendo ius, & abutendo ſua iuriſdictione, & illam excedendo, aut alias litem ſuam faciendo, poteſt pro damnis, & intereſſe conueniri coram iudice ordinario, num. 974. declara vt num. 975.

Delegati iudicis aſſeſſor extorſionem faciendo, poteſt a iudice ordinario puniri, num. 976.

Iudici delegato reſiſti poteſt ab ordinario quando voluerit exequi aliquod iniuſtum, num. 977.

973 IVDEX delegatus a Principe, vel a Papa, ſi delinquat, numquid poſſit puniri a iudice ordinario illius loci, in quo delinquit, communis eſt Doctorum opinio, quod ſic, & eſt ratio, quia licet delegatus iudex ſit maior quocunque ordinario, l. & ſi prætor, ff. de off. eius, cui mandata eſt iuriſdictio, minorq. in maiorē imperium non habeat l. nam magiſtratus, ff. de arbitris, quia tamen ratione delicti quis efficitur ſubditus ordinario loci, in quo delinquit, ad text. expreſſ. & mirabilem in authen. ſi qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oportet, & quiſque delinquens quantumcumque maior ſit, minor tamen cenſetur, & reputatur ratione delicti per ipſum commiſſi, vt bene adnotauit Angel. in l. ſi vacantia num. 105. verſ. Sed quæro iudex maior, C. de bon. vacantib. lib. 10. idcirco iudicem delegatum delinquentem poſſe puniri ab ordinario illius loci in quo delinquit, facile ex præmiſſis ſuadetur, & in ſimili facit, quia iudex maior falſum teſtimonium ferens coram iudice minore poteſt de illa falſitate ab illo minore iudice puniri, facit ſecundo, quia ſi Patriarcha, vel Archiepiſcopus delinquat in dioceſi alicuius epiſcopi, poteſt puniri ab illo epiſcopo, licet minore ipſo delinquente ſecun * dum communem de qua per Clar. in §. fin. quæſt. 35. num. 14. verſ. Sed quid ſi Archiepiſcopus, & in ſpecie præmiſſam concluſionem firmarunt Bellapertic. in dicta auth. ſi qua in prouincia, colum. final. in verſ. Imperator dat iuriſdictionem, vbi expræſſe dixit, quod licet iudex ordinarius non debeat quærere de proceſſibus iudicum delegatorum, poteſt tamē quęrere quantum ad alia delicta per text. quem allegat in auth. ſine quoque iudic. ſuffrag. §. Damus collat. 2. Bald. in ead. auth. ſi qua in prouincia num. 10. & ibi Andr. Barbat. in addition. litera B, in verbo Vltimo nota, Cappell. Tholoſ. quæſt. 424. quos ſic dicentes refert etiam Petr. Caball. reſol. crimin. tom. 1. caſu 53.

53.num.1.& ſeqq.& num.5.in fine,& nu.7.& ſeqq. iuncto num.10.vbi proponit contrarium, & illi reſpondet,& nouiſſime conſentit Iacob.Laurent.de iudic.ſuſpect.cap.4.num.33.

974 IVDEX delegatus delinquendo puniri poteſt ab ordinario illius loci,in quo delinquit non ſolum ſi delinquat extra officium ſuæ delegationis, vtputa aliquem occidendo,vulnerando, aut quid ſimile faciendo(quod vero contingit) ſed etiam ſi delinquat in ipſa cauſa,in qua eſt delegatus, vtputa in iudicando,in non iudicando,& non reddendo ius, in abutendo ſua iuriſdictione,illamue excedendo, aut alias faciendo litem ſuam,nam tunc quod pro damnis,& intereſſe poſſit coram ordinario iudice conueniri, voluit Bellapertic.in dicta auth.ſi qua in prouincia col. penul.in ſi.verſ.Pone delegatus a Papa, Cyn. in ead. authent. ſi qua in prouincia num. 15.& Bald. num. 10. Cappell.Tholoſ.quæſt.424.& ibi Aufrer. in additionibus,vbi tamen ex Ioanne Andrea,quem allegat,ſubdit ſe non credere, quod delegatus pendente cauſa coram eo,poſſit conueniri coram ordinario ſaltim ad impediendum proceſſum in cauſa ſibi delegata , Marant. in ſua prima diſputatione num. 35. Petr.Caball.reſol. crimin. tom. 1.cap. 53. num. 3.& ſeqq.

975 IVDEX delegatus licet coerceri poſſit,vt mox ſupra dixi,abutendo ſua iuriſdictione,vel eam excedendo,hoc tamen intelligi debet ſi ſic abutantur,& excedant in iudicando, ſecus in faciendo proceſſus:de ijs enim,quæ ſpectant ad proceſſum ab ordinarijs quærendum non eſſe concludere videtur Bellapertic. in dicta auth.ſi qua in prouincia colum. final. verſ. Aduertatis dicunt ipſi iuncto verſ.Imperator dat iuriſdictionem cum alijs per Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. quæſt.424.& hoc eſt,quod poſt Ioan.Andream dixit Aufrer.ad Cappell.Tholoſ.d. deciſ.424. delegatum pendente cauſa coram eo, & ſic quando facit proceſſum non poſſe conueniri a iudice ordinario ſaltim ad effectum impediendi ne in cauſa procedat,& licet Cyn. in eadem authent. ſi qua in prouincia eodem num. 15.verſ.Petrus vero dicat iudicem delegatum poſſe coerceri ab ordinario qualitercunque, & quocunq; modo delinquat in ſua iuriſdictione,& ſic crediderit Bellapertic. voluiſſe etiam intelligere, quando delegatus iuſtitiam facit quoad proceſſus,non tamen ni fallor videtur Cyn.bene perpendiſſe verba,& mentem Petri;cum in dicto verſ.Imperator aperte dixerit non eſſe a iudice ordinario querendum de proceſſibus delegatorum.

976 IVDEX delegatus delinquendo non ſolum ipſe a iudice ordinario puniri poteſt , vt ſupradixi, ſed ſi eius aſſeſſores voluerint indebita ſalaria extorquere poterunt coram ordinario iudice conueniri,vt non niſi debitam ſummam exigant : poteſt enim ordinarius immoderata ſalaria corrigere,vt in authen.vt iudic.ſine quoque ſuffrag.§.Volumus,circa finem,& in auth.de iudic.§.nullo,& §.Ne autem,ita Cyn.in dict. auth.ſi qua in prouincia n.15.ver.Et dubitabatur ſemel de facto refert eum, & ſequitur Petr. Cab. reſol. crim.tom.1.d.caſu 53.poſt num.3.

977 IVDEX delegatus non ſolum puniri poteſt a iudice ordinario ſi in cauſa ſibi delegata delinquat,ſed ab eodem ordinario iudice poteſt etiam illi reſiſti quandocũq.voluerit aliquid exequi, quod iniuſtum ſit ſecundum gl.in c.ex literis de off.deleg.cum alijs per Aufrer.ad Cappell.Tholoſ.d.deciſ.424. verſ. Et quod ordinarius poſſit reſiſtere.Gig.in conſ. 163.in fin.poſt Dominic.& Ant.de But.in locis per eum relatis,Iacob.Laur.de iud.ſuſpect.c.4.nu.33. Verum ad hanc materiam vide late diſputantem Marant.in ſua prima diſputatione vbi nu.33.& ſeqq.pro reſolutione facit plura diſtinctionum capita,quæ ibi per eũ videas,& dixi late ſupra in tit. de carcerib.& carceratis quæſt.65.& ad ibi tradita me remitto.

ARGVMENTVM.

Iuramenti in litem diffinitio, ætimologia, diuiſio,& alia nonnulla loco præludiorum expoſita.

SVMMARIVM:

*Iuramenti in litem materia per quos Doctores tractetur,num.*978.*in princ.*

*Iuramenti in litem diffinitiones plures,num.*978.

Iuramenti in litem atimologia , & vnde ſit dicatur , num. 979.

*Iuramentum in litem quo iure introductum ſit an iure Diuino,Pontificio, vel Cæſareo. nu.*980.

Iuramentum in litem quotuplex ſit, num. 981. *& ſeqq.*

*Iuramenti in litem veritatis diffinitio, num.*981.

*Iuramenti in litem affectiones diffinitio, num.*981.

*Iuramenti in litem ſingularis diffinitio,num.*981.

*Iuramentum in litem veritatis propria dicitur iuramentum in litem,num.*982.

*Iuramento in litem probatur intereſſe damnum paſſi, num.*985.*vbi etiam ponuntur contraria , quæ locũ habent,vbi non adeſt dolus,violentia,aut delictum, d.num.*985.*verſ.Veritas tamen eſt.*

*Iuramento in litem probatur æſtimatio rei,ad quam quis agit,vbi iuramento locus eſt,num.*986.

*Iuramento in litem ſicut probatur æſtimatio rei , ad quam agitur , nunquid ſic etiam probetur res ipſa, num.*987.

*Iuramento in litem eum probetur æſtimatio rei,ad quã agitur inducitur tacite emptio,& venditio,nu.*988.

Actor qui per ius iurandum in litem accepit æſtimationem rei,an teneatur de euictione eiuſdem rei,nu. 988.

*Iuramentum in litem in quibus differat a iuramento litis deciſiuo,num.*989. *Vbi ponuntur quindecim differentiæ.*

IV-

978 IVRAMENTI in litem materiam tractaturus, quam latiſſime pertractatam video per Plot. in ſuo tractatu de in litẽ iurando, Phanuc. in eod. tract. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 31. Maſcard. de prob. lib. 2. concl. 934. Setſerum de iuramento lib. 5. per tot. Manc. de iuramento quęſt. 2. art. 7. & ſeqq. Card. Tuſch. pract. concl. in verbo Iuramentum concluſ. 538. Non ab re eiuſdem iuramenti in litem diffinitionem perquirendam eſſe putaui, cum (vt omnes fatentur) omnis de re aliqua tractaturi prius quid illa res ſit prænoſcere debeant. Qua in re plures reperio traditas diffinitiones, ſeu potius deſcriptiones iuramenti in litem, prima fuit Azzonis in ſumma huius tituli dicentis, quod iurare in litem, aliud nõ eſt, quã ad arbitrium ſuum præſtito iuramento pro quanto vellet re carere ſecundum ſuum ſingulare intereſſe æſtimationem facere: altera ſuccedit diffinitio ſumpta ex Cicerone lib. 1. officiorum, quam præſertim amplectitur Ioan. Conratius lib. 6. Miſcellan. cap. 1. dicens iurare in litem, nihil aliud eſſe, quam litem iuramento æſtimare: Tertia additur diffinitio, quam tradidit Bolognett. in l. in actionibus num. 5. verſ. Et definiri, ff. de in litem iurando, vbi dixit, quod iuramentum eſt æſtimationis litis, vel rei litigioſæ in iudicio aſſertæ confirmatio eum teſtimonio vocali, ſeu mentali ad inducendam maiorem veritatis aſſertæ præſumptionem; Quarta ſuboritur diffinitio iuramenti in litem tradita a Phanuccio de iure iurando in litem par. 1. cap. 1. num. 5. vbi relatis, & reprobatis præmiſſis definitionibus iuramentum in litem aliud non eſſe deſcripſit, quam narrare cum ſacramento a iudice propter dolum, & contumaciam aduerſarij delato actori, quanti faciat rem non reſtitutam, vel perditam prout iura in ſuo caſu ei id permittunt, vide tamen Setſerum de iuramento lib. 5. c. 1. vbi Ciceronis ſecundum iuramenti in litem deſcriptionem, vt ſupra poſitam amplectendo dixit ius iurandum in litem eſſe iuramentum quod a iudice delatum in ipsũ litis, ſiue rei in iudicium deductæ, & non præſtitæ aduerſario æſtimationẽ actor interponit, & ibi ſingula huius deſcriptionis verba declarat.

979 IVRAMENTVM in litem quare ſic dicatur, vide Azzon. & Hoſtien. in eorum ſummis exponentes verborum in litem, ideſt in iudicio quorum ſententia admittenda non eſt, quia ſi vera eſſet cætera iuramenta, quæ in iudicio prẹſtãtur, prout ſunt litis deciſoria calumniæ, & ſimilia, iure vocari deberent iuramenti in litem; cõſequens eſt falſum ergo, & antecedens, vt bene aduertit Phanucc. in tract. de iur. iur. in litem p. 1. c. 1. nu. 7. vbi propterea dixit iuramentum in litem ex ea vocari, quia in litem, ideſt in rem in iudicio deductam iuratur, litis enim nomine proprie venit quicquid in iudicium deducitur, ſeu deducendum eſt, vel venire poteſt, l. litis, & l. actionis, ff. de verb. ſignif. cũ alijs ibi per eum allegatis, & per Setſerum in tract. de iuramento lib. 5. cap. 1. num. 11. & 12. vbi latius præmiſſa reaſſumit, & exornat.

980 . IVRAMENTVM in litem, quo iure introductũ ſit, an ſcilicet iure Diuino, Pontificio, vel Cæſareo videtur dicendum de iure diuino introductũ fuiſſe probatur, quia tempore Moyſis etiam in vſu fuiſſe apparet cum ſcriptum ſit in Exodo c. 21. quod ſi quis mulierem prægnantem percuſſerit, & abortiuum quidem fecerit, mulierq; ſuperuixerit, ſubiacebit damno, quãtum maritum expetierit, & arbitri iudicauerint, quæ verba aliud importare non videntur, quam quod ſuũ effectum erga arbortiuum iure iurando declaret, & iudices effrenatam affectionem moderentur, & quidẽ ſi ius iurandum in litem conſideremus quoad ſubſtãtiam, & quatenus eſt iuramentum, proculdubio de iure diuino arbitramur eſſe, cum in Deum dirigatur, c. Debitores, extra de iure iurando, c. Et ſi Chriſtus ver. Angelus, in fine, extra eodem, vbi dicitur Redde Deo iuramenta tua, ſi vero iuramentum non quoad eſſentiam, ſed quoad formam conſideremus, licet in Exodo d. c. 21. formaliter forma caueatur, verius tamen videtur cẽſeri eſſe iuris ciuilis, quia de ea plenius ius ciuile diſponit, quam ius diuinum cum forma iuris iurandi in litem conſiſtat, & verſetur circa multas quæſtiones, & requiſita ad iuramenti in litem delationẽ, vt plene hæc omnia bene declarat Phanucc. de iur. iuran. in litem c. 3. per tot. vbi etiam bene demonſtrat iuramentum in litem dari de iure Põtificio in odium malefactorum iudicis taxatione præcedente, vt in c. fi. de ijs, quæ vi, metuſue cauſa, &c. & in c. in primis, §. Glorioſus, & ibi gloſ. in verbo Expẽdiſſe 2. q. 1. & in c. Induciæ, §. quod fieri, & ibi gloſ. in verbo Iurauerit 3. quæſt. 3. cum alijs allegatis ibi per eum, qui bene hanc materiã declarat, quibus addo Setſerum in tractat. de iuram. lib. 3. c. 1. in fin. nu. 18. vbi ſimpliciter tenet iuramentum in litem eſſe introductum iure ciuili.

981 IVRAMENTVM in litem quotuplex ſit, controuerſia eſt inter Doctores, cum eorum aliqui (quorum opinio magis communiter recepta videtur) dixerint triplex eſſe iuramentum in litem, vt videre eſt apud Menoch. de arbitrar. quæſt. caſu 207. nu. 2. & nu. 4. vbi teſtatur de communi Mancin. in tract. de iuramẽto par. 2. art. 7. num. 1. vbi quod ita omnes Doctores adnotarunt in rubric. ff. de in litem iurando Setſerus in tract. de iuramento lib. 5. c. 2. num. 5. & nu. 18. vbi pariter hanc ſententiam (licet eam non ſequatur) cõmunem fatetur Card. Tuſch. practic. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 538. nu. 6. vbi amplius allegat Bolognett. in l. in actionibus num. 6. ff. de in litem iurando; vnum ſcilicet veritatis, quod deferri ſolet ad probandum veram, & communem rei debitæ quantitatem, & æſtimationem iuxta tex. in l. in actionibus in fine, ff. de in litem iurando, & ſic non ex affectione ſed ex rei valore dependet, aliud affectionis, quod nõ iuxta rei petitæ valorem, & ęſtimationem reſpicit, ſed ſolum iurantis affectionem in tantum, quod licet apud alios eadem res communiter parui valoris haberetur apud actorem tamen propter affectionem ſit in maximo pretio, & aliud ſingulare, quod venit, & cõpetit extra rem, in qua non cadat affectio veluti cum

ob

ob moram non ſolutæ ſua die pecuniæ incidit in pœnam creditor, aut eius alio modo ſingulariter intereſt iuxt. text. in l. Nummis, ff. de in litem iurando, & ſic ſingulare hoc intereſſe aliud non erit, quam illud, quod nos extrinſecum appellamus, prout prædictas iuramenti in litem ſpecies ſic bene exemplificaras videbis apud Phanuc. in tract. de in lit. iurando part. 1. cap. 2. num. 2. 3. 4. & 5. Cardinal. Tuſch. dicta concl. 538. num. 7. & num. 10. Mancin. de iuramento part. 2. art. 8. num. 1. & 2. & art. 9. num. 1. & art. 10. etiam num. 1. Setſerus de iuramento lib. 2. cap. 2. num. 5. & num. 7. Menoc. d. caſu 207. num. 3.

982 Quæ cum, vt præfertur communiter recepta ſint male ſentiſſe videtur gloſ. in d. l. in actionibus §. Plane. ff. de in litem iurando cum qua poſt Bald. tranſijt Dec. ibi num. 23. verſ. Hoc efficaciter, & Hoſtienſ. in ſumma huius tituli volentes quod iuramentum veritatis proprie non dicatur iuramentum in litem quod de affectu in rem iuratur, nam quod veritatis iuramentum proprie dicatur iuramentum in litem ſicut iuramentum affectionis, licet vnum ſit ab alio diuerſum, & iuribus, & rationibus bene comprobat Phanuc. de iureiurando in litem par. 1. cap. 1. num. 5. & ſeq. poſt Conrat. quem allegat lib. 6. Miſcellaneorum cap. 1. Nec diſſentit Setſer. in tractat. de iuramento c. 1. num. 7. in fine. verſ. Et ſi autem, vbi notabiliter dixit, quod licet in corpore iuris ciuilis appellatio iuramenti veritatis expræſſa non reperiatur, non ideo tamen reijcienda eſt cum ſufficiat eiuſdem iuramenti fundamenta in eodem iure ciuili reperiri, vt patet in l. Tutor, ff. de in litem iurãndo, & in 2. §. in fideiuſſorem, ff. qui ſatisdar. cog.

983 IVRAMENTVM in litem, quod non triplex ſit, ſed duplex tãtum, vnum ſcilicet veritatis, & aliud affectionis voluerunt Iaſ. poſt alios in l. cum furti in princip. ff. de in litem iurando. Alex. conſ. 58. circa primum num. 5. lib. 1. quos ſic dicentes refert Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 538. nu. 1. & horum opinionem eſſe communem poſt Bart. Odofred. Bald. Alex. Abb. & alios quos allegat teſtatur Phanuc. de iure iurando in litem cap. 2. num. 1. & 2. nec diſſentit Setſerus de iurament. lib. 5. cap. 2. num. 7. ante finem. verſ. Ex quibus, & num. 9. & nu. 18. quibus in locis pluribus probare conatur, quod iuramentum in litem ſingulare non facit diuerſam ſpeciem iuramenti in litem, ſed continetur ſub iuramento veritatis, quod, & idem ante eum voluit Phanuc. vbi ſupra par. 1. cap. 2. num. 4. Verum, vtcunq; ſit ſiue iuramentum in litem ſingulare ſit diſtincta ſpecies a iuramento veritatis ſecundum primam Doctorum ſententiam, ſiue etiam contineatur ſub eadem ſpecie iuramenti in litem veritatis parum refert, vel aliquid importat tunc ſatis ſit iuramentum in litem hoc ſingulare dari, & reperiri in iure, & ſic prima opinio firma remanet.

984 IVRAMENTVM in litem non duplex, aut triplex eſſe prout prællegati Doct. voluerunt, ſed vnicum tantum eſſe exiſtimauit Ioannes Conrat. lib. 6. Miſcellaneorum cap. 2. nec diſſentit Ant. Faber. in tract. de erroribus Pragmaticorum decad. 17. errore 8. putarunt enim præfati Doctores non dari in iure iuramentum affectionis in litem, ſed vnicum, & illud tantum ius iurandum in litem probant, quo videlicet actor iurat quanti ſuæ interſit, illudq. vtilitatis, & non affectionis appellari poſſe, cum ad vtilitatem iurantis referatur, & in l. Videamus verſ. Si tamen, ff. de in litem iuran. vtilitatis autem verbo id, quod intereſt, & non id, quod affectionem reſpicit, continetur l. 2. in princ. & §. fi. ff. de eo, quod certo loco l. ſi procurator, ff. ſi quis cautionibus, & l. ſi ſterilis §. cũ per venditorem, ff. de actionib. empti, & vt idem Contratius æſtimauit nunquam reperietur in iure mentionẽ fieri de hoc iuramento affectionis in litem verũ, quod hæc Conratij opinio ſicut eſt ſingularis, & contra cõmunem; ita nec etiam vera exiſtat, & quod detur in iure iuramentum affectionis in litem vide late diſcurrentem, comprobantem, & reſpondentem contrarijs Setſerum de iuramento lib. 5. dicto cap. 2. num. 7. in fine, verſ. Et ſi autem, & num. 11. & pluribus ſeqq. & contra Conratium extare communem Doctorum ſententiam teſtatur Menoch. de arbitrar. quæſt. caſu 207. num. 4.

985 IVRAMENTO in litem quod probetur intereſſe dãnum paſſi nulla eſt dubitatio, cum aliqui Doctores etiam ſimpliciter iuramento intereſſe probari ſcriptum reliquerit, de quibus per Anchar. Regien. quæſt. 33. num. 16. par. 2. vbi poſt addentes ad Dec. vbi ſupra teſtatur hanc ſententiam veriorẽ Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 471. num. 1. vbi dixit hoc probari iure ciuili, & canonico, & lib. 2. concluſ. 933. num. 9. poſt alios plures, quos allegat, & loquitur etiã in probatione intereſſe lucri ceſſantis.

Et licet contrarium, quod intereſſe probari debeat non iuramento, ſed liquidis, & concludentibus probationibus voluerint Bald. in l. 1. in fin. ff. de ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt Iaſ. in §. cùrare nu. 59. inſtitut. de action. Dec. in l. quatenus num. 5. ff. de regul. iur. Lanfranc. de Oriano in repetit. l. admonendi num. 74. in 18. concluſione ff. de iureiurando, vbi dixit dictum Baldi vbi ſupra non habere contradictorẽ idem Dec. in conſ. 320. Thom. Laurentij in fine. Ioa. Baptiſta Lupus in comment. de vſuris comment. 1. §. 6. ſub num. 117. uerſ. Similiter aduertẽdum eſt, quos etiam infert Maſcard. de probation. lib. 2. concluſ. 934. nu. 28. loquens pariter in probatione intereſſe lucri ceſſantis. Cagnol. in l. curabit nu. 56. C. de act. empti. Seraph. de priu. iuram. priuil. 31. nu. 1. cum allegatis per eum, ubi dixit hoc eſſe uerum regulariter.

Veritas tamen eſt, quod hæc ſecunda opinio, quæ ſic ſimpliciter poſita magis communiter recepta uidetur, procedit, ubi non adeſt dolus, uiolentia, aut delictum; prima autem opinio procedit ſecundum terminos propoſitæ materiæ quando uidelicet adeſt dolus, ſine quo iuramentum in litem non defertur, & ita loquuntur Doctores allegati per Maſcard. dicta concluſion. 471. numero primo

&

& nu.20. vbi bene ſic diſtinguendo poſt alios, quos allegat, hanc materiam declarat, prout ante eum ſic etiam expreſſe declarauit Plot. de in litem iurando §.41.num.14. in fin. ſecundum vltim. impreſſ. Iuramento autem intereſſe damnum paſſi tribus modis * probatur, aut de iure communi, aut uigore pacti, aut vigore ſtatuti, de quibus ſingulis infra ſuo loco tradetur.

986 IVRAMENTO in litem probatur non ſolum intereſſe damnum paſſi ob rem non traditam, ſed etiam ipſius rei æſtimatio. Quod enim iureiurando in litem res, ſiue lis æſtimari ſoleat, probat text. in l. 1. in verbo Aeſtimatur, & in l.2. in verbo Solum æſtimatur & in l.3. in uerbo Nummorum æſtimatio, & in l.4. in princ. ibi referenda æſtimatio eſt, & in l. 5. ibi certam ſummam ff. de in litem iurando, quod & idem probatur in l. ſi Tutor, ff. eodem, & in l. ſi cum dos, §. final. ff. rerum amotarum, & in l. eius rei cum ſeqq. ff. de rei vendicatione: Per quæ iura præmiſſam concluſionem bene comprobauit Setſerus de iuramento lib. 5. c. 1. nu. 6. & ſeqq. ubi propterea dixit hoc iuramentum in litem a quibuſdam litis æſtimationem nuncupari, & non male, vt ibi per eum, & c.2.num.9. verſ. Neque obſtat, vbi bene declarat, quomodo res, quæ amplius non extat æſtimari valeat, & c.7. nu.4. Nec diſſentit Phanuc. de in litem iurando par.1.c.2. num.4. & nu. 6. vbi amplius quod hoc iuramento in litem probatur non ſolum ipſius rei æſtimatio, ſed etiam eiuſdem rei qualitas, & quantitas, & c.4.nu.1. vbi dixit clarum eſſe hoc iuramentum in litem deferri pro æſtimatione rerum, & c.5.nu.1.verſ.ſexto differunt, vbi quod iuramentum in litem nuncupatur iuramentum æſtimatorium. Addo, & Mancin. de iuramento par.2.artic.8.num.2.vbi pariter dixit iuramentum in litem nuncupari ſolere iuramentum veræ æſtimationis ex Salic. quem allegat. in l. cum furti nu. 2. verſ. Quapropter, ff. de in litem iurando.

987 IVRAMENTO in litem ſicut, vt mox dixi, probatur æſtimatio rei, nũquid etiam probetur ipſa res, vide late diſcurrentem Phanuc. de in litem iurando par. 2.cap.5.num.4. per tot. vbi concludere videtur iuramento in litem veritatis probari, ne dum rei æſtimationem, ſed etiam rem ipſam non ſolum quando agitur de vi ablatiua, ſeu expulſiua, ſed etiam generaliter in omnibus alijs caſibus, in quibus iuramentum in litem defertur ob dolum, & difficultatem probationis faciunt ad idem ſcripta per Seraphin. de priui. iuramenti priuil. 31. nn. 22. & 23. vbi videtur diſtinguere an adſit dolus, vel culpa, vt primo caſu iuramento probetur etiam res ipſa, ſecundo autem caſu non.

988 IVRAMENTO in litem poſtquam, vt dixi, probatur æſtimatio rei inde ſequitur, quod ex iuramento prędicto, & rei æſtimatione inducatur tacita emptio, & venditio: ſic enim probat text. in l. nec quaſi, ff. de rei uendic. & in l. ſi cum dos, §. fin. & l. ſeqq. ff. de action. rer. amotar. quæ iura ad id adduxit, & bene ponderauit Setſerus in tract. de iuramento lib.5.cap.1.num.8.in fine, verſ. Hinc eleganter traditum eſt, & num.9. & 10. & cap.7.num.5. verſ. Vtroque genere, vbi dixit quod ſiue iudex rem æſtimet, ſiue petitor iuramento ſuo fit vera venditio rei, ſiue litis, licet primo caſu venditio dicatur facta iuſto pretio, poſteriore vero iniuſto pretio, propter aduerſarij dolum, & iterum infra, & ſic in multis locis, vbi ad eiuſdem concluſionis probationem ponderat text. in l. eius rei, ff. de rei vendic. in l. nec quaſi, ff. de publician. in rem actionib. & in l. tutor, ff. de in litem iurando, & iterum infra eodem cap. 7. num. 10. vbi propterea inferendo quærit, an actor, qui litis æſtimationem recepit, teneatur de euictione, & relatis hinc inde contrarium tenentibus negatiuam amplectitur ſententiam, & contrarijs reſpondet.

989 IVRAMENTVM in litem in quibus differat a iuramento litis deciſorio, Quindecim ſunt differentiæ, quas bene explicat Phanuc. de iure iurando in litem par.1.c.5. & quas hic referre non abſurdum putaui. Prima eſt, quia ius iurandum in litem a iudice tãtũ defertur l. videamus, §. Deferre, ff. de in litem iurãdo, & infra ſuo loco videbimus: iuramentum vero litis deciſorium non a iudice, ſed a parte parti, tam in iudicio, quam extra, defertur, l. Manifeſtæ, & l. ius iurandum, quod ex conuentione, ff. de iur. iur.

Secunda eſt differentia, quia iuramentum in litem defertur tantum actori l. in actionibus, ff. de in litem iurando, iuramentum vero litis deciſiuum defertur tam actori, quam reo, l. nam & poſtea, §. 1. & §. fin. ff. de iur. iuran.

Tertia eſt differentia, quia iuramentum in litem non defertur pupillo, dicta l. videamus in princ. & infra ſuo loco dicam: iuramentum vero litis deciſiuum etiam pupillo defertur, l. Qui iuraſſe ff. de iur. iur.

Quarta eſt differentia, quia iuramentum litis deciſiuum fiſco non defertur, ad gloſ. in l. quoties, C. de exactoribus lib.10. & infra ſuo loco dicam: iuramentum autem litis deciſorium præſtatur etiam per fiſci procuratorem, l. eum qui, §. in popularibus, & l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. Defenſor, ff. de iure iurando.

Quinta eſt differentia, quia iuramenti in litẽ pręſtatio, tranſijt ad hæredes, vt infra ſuo loco dicam: iuramentum autem iudiciale, vel cõuentionale, ſecus ſecundum Iaſon. in l. ſi quando nu.25. C. vnde vi.

Sexta eſt differentia, quia per iuramentum in litẽ declaratur, & æſtimatur, quæ, & quanta ſit res debita, & propterea æſtimatorium nuncupatur, vt dixi ſupra nu. 986. iuramentum vero litis deciſorium non rem & eius quantitatem, ſed quæſtionem definit an debeatur, l.1. & 2. ff. de in litem iurando.

Septima eſt differentia, quia iuramentum litis deciſorium defertur in quacunq. actione, vel re pætẽſa l.3. §. quæcunq. ff. de in litem iurando: iuramentũ vero in litẽ, quod affectionis dicitur non præſtatur pro pecunia, & rebus in quantitate conſiſtentibus, vt infra ſuo loco dicam.

Octaua eſt differentia, quia iuramentum litis non de-

defertur niſi dolo,& contumacia rei interueniente di cā,l.in actionibus,ff.de in litem iurando, & infra dicam iuramentum autem litis deciſiuum nec dolum, nec contumaciam requirit tot.tit.ff.de iur.iur.

Nona eſt differentia,quia iuramentum litis deciſorium,datur etiam in proſequutione ex officio iudicis l.ſi duo patroni,ff.de iur.iur. Iuramentum vero in litem non præſtatur,vbi ſolum iudicis officium imploratur,l.Harum,& ibi gl.ff.ſi ſeruitus vendicetur,& dicam infra.

Decima eſt differentia, quia iuramentum in litem nō datur,niſi deficiente probatione,l.fi.ff.de in litem iurando,& dicam infra;iuramentum autem litis deciſorium,ſæpe defertur,etiam quod quis aliunde intentionem ſuam probare poſſit,l.cum qui, & l.Tutor pupilli,ff.de in litem iurando.

Vndecima eſt differentia,quia iuramentum in litē actori delatum poteſt ab eo recuſari,& per teſtes, ſeu alio modo ſuam probationem facere iuramentum vero litis deciſorium, vel ſubiri, vel referri alteri parti oportet,l.manifeſte,ff.de in litem iurando.

Duodecima eſt differentia, quia iuramentum litis deciſiuum,poſtquam præſtitum eſt Iudex ſequi omnino debet,nec illud poteſt taxare, aut moderari, l. non erit,§.Dato,ff.de iur.iur. Iuramentum vero in litem poteſt idem iudex,vel reſtringere,vel in totum ab eo recedere d.l.videamus,§.penultimo, & d.l.in actionibus.

Decimatertia eſt differentia,quia ex iuramento litis deciſorio oritur actio,& exceptio, l. ius iurandum a debitore,l.fi.§.fi.l.& ſi ſeruus,ff.de iur.iur. Ex iuramento autem in litem nulla oritur actio, ſed tantum officium iudicis,gloſſ.in §.Præterea in verbo Ex arbitrio inſtit.de action.

Decimaquarta eſt differentia, quod in iuramento litis deciſorio,quando iniuſte,& abſq.cauſa denegatur,& in hoc caſu tantum appellare licet ſecundum gl.& Doct.in l.generaliter,§.ſin autem,C. de iur.iur. Iuramento vero in litem ſemper datur appellatio, vt infra dicam.

Decimaquinta eſt differentia,quia iutamentum litis deciſorium ex nouis ſuperuenientibus probationibus non retractatur,l.quod ſi deferente,ff.de dolo; Iuramentum autem in litem ſic lege fin. vbi Doct.ff. de in litem iurando,& dicam infra.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM in litem, in quibus actionibus deferatur, & in quibus denegetur,num.990.& ſeq.

SVMMARIVM.

Iuramentum in litem in quibus actionibus deferatur, vide remiſſiue, & generaliter Doctores allegatos num.990.

Iudex habet poteſtatem deferendi Iuramentum in litem iuxta naturam actionis d.num. 990.

Iuramentum in litem defertur in actionibus bonæ fidei ex ſolo dolo ſine difficultate probationis præſentium de iure canonico d num.990.

Actiones bonæ fidei,in quibus iuratur in litem quænam ſint num. 991.

Iuramentum in litem nunquid deferatur contra Ruſticum, qui operas ſuas locauit,& non præſtitit nu. 991 in fine.

Iuramentum in litem defertur in actionibus bonæ fidei quando agitur ad reſtitutionem rei,ſecus ſi agatur pro re debita vel promiſſa nu.992.

Iuramentum in litem nunquid deferatur in actionibus bonæ fidei contrarius num. 993.

Iuramentum in litem non defertur in actionibus ſtricti Iuris nu.994.

Iuramentū in litē defertur etiā in actionibus ſtricti Iuris,quæ ex accidenti arbitraria efficiuntur nu.995.

Iuramentum in litem defertur in actionibus in rem, Item in actionibus perſonalibus in rem ſcriptis, Item in actione quod metus cauſa, Item in actione confeſſoria, Item in actione Seruiana, Pauliana,& Fauiana, Item in actione reſciſſoria, Item in actione rerū amotarum, Item in actione finium regūdorum, Item in actione hypotecaria,& pignoratitia, Item in actione noxali, Item in petitione hæreditatis, Item in interdictis poſſeſſoriis num.996.

Iuramentum in litem datur in actione ad exhibendum & ſic contra non exhibentem qui exhibere tenetur. declara vt num.997.

Iuramentum in litem nunquid detur in actione empti, & venditi contra venditorem non tradentem rem venditam nu.998.& nu.999.

996 IVRAMENTVM in litem, in quibus actionibus deferatur,vide vltra infraſcripta Phanuc. de in litem iurando,p.2.c.3.per tot.vbi latiſſime,& quidē quod in actionibus bonæ fidei iuramentum habeat locum eſt text. expreſſus in l. in actionibus in principio,ff.de in litem iurando,& ibi gloſ. &
* communiter Doctores omnes, & quod ex natura ipſius actionis Iudex habeat poteſtatem deferendi iu-
* ramentum in litem nulla eſt dubitatio:ſic enim vltra Doctores communiter in l.vnica C.de ſent.quæ pro eo,quod intereſt, voluit Bart.in l. 1.§.condemnatio ff.de tabulis exhibendis.Rofred.in rubr.de interdict. de tabul. exhibend. num. 10.part.2. & in rubr.de action.ex empto num. 8.verſ. ſed qualiter probabitur part.4. Pract. Papienſ. in forma libelli in action. Reali in verbo Et in florenis,num. 22.verſ.Dixi vlterius,Angel.conſ.308.in fine,Phanucc.de in litem iurando part.2.c.3.nu.5.& nu.6. verſ. Item in actione bonæ fidei,& n.27.Plot.de in litē iuran.n. 558. vbi ampliat, vt in actionibus bonæ fidei ſufficiat ad effectum deferendi iuramentum in litem ſolus dolus abſ
* que difficultate probationis, & nu.561.hanc concluſionem multo magis procedere dicit de iure canonico,ſecundum quod omnes actiones, quæ alias de iure ciuili eſſent ſtricti iuris reputantur bonę fidei.Sera

phin.de priuileg.iuramenti, priuil. 31.num.96.&ſeq. vbi refert,& ſequitur dicta per Plot.vbi ſup. Maſcar. de prob.lib.2.concl.931. nu. 1. Hieron.de Monte in tract.de finib.regendis,c.69.nu.3. Setſer. in tract. de iuramento lib.5.c.5.num.41.

991 IVRAMENTVM in litem poſtquam, vt dixi, indubitanter defertur in bonę fidei iudicijs, opportune quęrendum eſt, quęnam ſint iſtæ bonæ fidei actiones in quibus iuratur in litē. Dic in primis eſſe actionem commodati, l.3.§.in hac, ff. commodati, Item & actionem depoſiti, l.1.§.in depoſiti, ff.depoſiti. Item, & actionem locati, l.ſi cui locauerim, §.1.ff.locati, Itē & actionem dotis, l.ſi filio familias, §.1.ff.ſol.matrim. Item,& actionem tutelæ, l.ſi Tutor, ff.de in litē iurando. Item,& bonæ fidei actiones dicuntur omnes illæ, quæ enumerantur in §.bonæ fidei inſtit. de actionib. cæteræ vero omnes ibidem non expræſſæ reputātur actiones ſtricti iuris, vt in eodem §.bonæ fidei notant

* communiter omnes; Ad quæ ſic declarantes, vide Plot.de in litem iurando, num.169. vbi vltra ſupradictas alias enumerat bonæ fidei actiones, Menoch.de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 207.nu.20.& ſeqq. Mancin. de iuramento, p.2.art.7.num.4. Setſerus in eodem tract.de iuramento, lib.5.cap.5.num.40.& ſeq.& ante iſtos Phanuc.de in litem iurando, p.2. cap. ſecundo, num.28.29.30.33. & 35. Vbi in ſpecie diſputat illam quæſtionem, an ſcilicet iuretur in litem contra ruſticum, qui operas ſuas locauit, & non præſtitit.

992 IVRAMENTVM in litem licet indubitanter, vt dixi, deferatur in actionibus bonæ fidei. Hoc tamen non eſt perpetuo verum, ſed ſolum procedit, quando agitur ad reſtitutionem rei iuxta tex.in l.officium, ff. de rei vendicatione, ſecus quando agitur pro re debita, vel promiſſa, ſeu aliquo alio iure ad nos ſpectante, ſecundum Bolognett. in l. in actionibus, num.62.& ibi etiam Curt.num.ſecundo,& num.26. ff.de in litem iurando, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Phanucc.de iure iurando in litem par. ſecunda, cap.3.num.5.& num.6.verſ.Ex quibus,& nu.26. & 27.vbi pluribus hanc probat declarationem,& loquitur in iuramento affectionis, de quo infra ſuo loco dicam, num. 1037. Nec a præmiſſa declaratione diſſentit Setſer. de iuramento, c.5.nu.41. verſ.Quod ſi autem,& nu.42.verſ. Neq. indiſtinctè, vbi, & ipſe hanc eandem declarationem ampliat procedere, quando agitur ad aliquod factum præſtandum iuribus ibi per eum allegatis.

993 IVRAMENTVM in litem, nunquid detur in actionibus bonæ fidei contrarijs, vide Plot.de in litem iurando, nu.558.& 559. vbi tenet, quod ſic, & ad id plures refert concordantes, contrarium conſuluit Alex.conſ.214.num.3.& ſeq.lib.7.refert eum,

* & ſequitur, ac etiam de communi teſtatur Incertus

* Auctor in ſintagma commun.opinion.p. 1. tit. de iureiurando, cap.10.rub. de iuramento in litem poſt num.2.In hac contrarietate, vide diſputantem Phanucc.de iurando in litem, §.2.c.3.nu.34. per tot. vbi diſtinguendo dixit, quod quando in actione bonę fidei contraria contingit agi ad alicuius debiti ſatisfactionem,& tunc iuramento in litem eſſe nequeat, ſecus ſi in eadē bonę fidei actione contraria contingat agi ad rei reſtitutionem; Et hanc diſtinctionem licet contradicentes ibi per eum relatos habeat, pluribus comprobat, & communem teſtatur, & rurſus in eadem contrarietate, vide Setſer.in tract. de iuramento, lib.5.c.5.nu.43.vbi ponderando tex. in l.ei apud quem, in princ. ff. depoſiti, aliam affert diſtinctionem ſcilicet, vt in actionibus bonæ fidei contrarijs iuretur in litem, quando agitur de fide rupta, ſecus ſi de rupta fide non agatur ibique pro hac diſtinctione alijs relatis concordantibus eam communi interpretum opinione comprobatam teſtatur.

994 IVRAMENTVM in litem ſicut indubitanter defertur in actionibus bonæ fidei; ſic,& è contra non defertur in actionibus ſtricti iuris, ſic enim communiter tradidere omnes Doctores, vbi ſupra allegati, dū enim in actionibus bonæ fidei iuramentum in litem admittunt, expræſſe diſſentiunt in actionibus ſtricti iuris; Et licet quod imo in actionibus ſtricti iuris etiā deferri iuramentum in litem ſuaderi poſſit ex eo, quod actio ex ſtipulatu ſtricti iuris eſt, & tamen in eo dari iuramentum in litem iuris conſultus admiſit in dicta l.in actionibus, §.fin. ff.de in litem iurando; ſic, & furti actionem, cum ex delicto naſcatur ſtricti iuris eſſe dubitandum non eſt, & tamen in actione furti iuramentum in litem deferri probat text. in l. eum furti, ff. de in litem iurando, & pariter in actione contra ſpoliatorem, contra prohibentem aliquem teſtari, contra mendacem,& in alia quacunq. actione ex delicto proueniente, quæ ſine dubio ſtricti iuris eſt. Iuramentum in litem dari infra ſuo loco plene explicabo,& ob id dubitabilis reddatur firmata ſupra concluſio, quod ſcilicet in actionibus ſtricti iuris iuramentum in litem non deferatur, prout benè aduertit Setſerus in tractat.de iuramento, lib.quinto, capitulo quinto, num.47.& ſequ. Tu tamen cum eodem Setſero vbi ſupra ſoluendo contraria diſtinguas inter iuramentum in litem veritatis,& iuramentum in litem affectionis, in actionibus enim ſtricti iuris licet non deferatur iuramentum affectionis, ſicut defertur in actionibus bonæ fidei,& dixi ſupra; defertur tamen iuramentum in litem veritatis,& hanc eandem diſtinctionem ante Setſerum expreſſe tradidit Phanucc. de iure iurando in litem, par.ſecunda, cap.tertio, numero quinto, & numero 43.cum allegatis per eum.

995 IVRAMENTVM in litem licet, vt mox dixi non deferatur regulariter in actionibus ſtricti iuris, defertur tamen quando dictę ſtricti iuris actiones efficiuntur ex accidenti arbitrariæ efficiuntur ex pluribus allegatis per Maſcard. de probationibus lib. ſecundo, concluſion. 931. numero primo, qui æque loquuntur in actionibus bonæ fidei, & arbitrarijs, quibus addo Hieronym. de Monte in tract. de finib. regend. c.69. cum alleg. per eum, vbi etiam bene declarat, quomodo in actionibus

ſtricti

ſtricti iuris, quæ ex accidenti fiunt arbitrariæ, iudex habeat arbitrium deferendi iuramentum in litem, Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 31. nu. 98. & ſeq. vbi amplius, quod hodie ſine iuramento in actionibus arbitrarijs, iudex arbitratur intereſſe. Addo etiam Mancin. in tract. de iuramento par. 2. art. 7. num. 3. 5. 6. 8. 9. & 10. Vbi magiſtraliter declarat, quando, & quomodo actiones ſtricti iuris efficiantur arbitrariæ. Addo etiam Setſerum bene declarantem in tract. de iuramento, lib. 5. cap. 5. num. 31. & ſeqq. vbi enumerat, & ſpecificat omnes actiones arbitrarias, de quibus infra ſuo loco dicam, & licet Phanuc. de iureiurando in litem, par. 2. cap. 3. num. 1. & ſeqq. contra communem prææallegatorum Doctorum ſententiam defendere conetur non dari in iure arbitrariam actionem, nec etiam verum eſſe, quod in arbitrarijs actionibus iuretur in litē, docet tamen quomodo in actionibus ſtricti iuris iudex habeat arbitrium deferendi iuramentum in litem, quod ni fallor vnum, & idem eſt ſaltim in ſubſtantia, ac ſi diceret, quod in actionibus, quos Doctores arbitrarias canonizarunt iuramentum in litem deferatur.

996 IVRAMENTVM in litem, quod deferatur in actionibus bonæ fidei, ac etiam in arbitrarijs ſatis ſupra dictum eſt in genere, ſupereſt modo aliquas ex prędictis actionibus, in quibus hoc iuramentum in litem deferatur ſpecificare, & exprimere.

Primo igitur, loco iuramentum in litem defertur in actionibus in rem, tex. eſt in dicta l. in actionibus, in principio, ff. de in litem iurando, & in l. qui reſtituere ff. de rei vendicatione, plene notat Phanuc. de in litem iurando, par. ſecunda, cap. tertio, num. quinto, vbi quod de hoc nulla poteſt eſſe dubitatio, & latius num. 7. & ſeqq. & habetur per Setſerum in tract. de iuramento, lib. 5. cap. 5. num. ſecundo, & ſeqq. vbi etiam in propoſito bene docet, quæ dicantur actiones in rem.

Secundo, iuratur etiam in litem in actionibus perſonalibus in rem ſcriptis ad inſtar actionis realis ex allegatis per Phanuc. vbi ſup. d. c. 3. nu. 18. & per Setſer. d. c. 5. num. 22. qui pariter bene docent, quæ ſint iſtæ actiones perſonales in rem ſcriptæ, in quibus defertur iuramentum in litem.

Hinc, & tertio iuramentum in litem datur in actione, quod metus cauſa ex allegatis per Plot. de in litē iurando, nu. 559. cum alijs per Phanuc. p. 2. c. 3. num. 21. per Seraphin. de priuil. iuramen. priuileg. 31. nu. 123. & Setſerum d. lib. 5. eod. c. 5. num. 22. 23. & 24. in diſcurſu, & num. 34. vbi amplius hanc actionem inter arbitrarias ponit, & probatur in l. arbitri, §. 1. ff. de dolo malo.

Quarto, iuratur in litem in actione confeſſoria, quæ pro ſeruitutibus vindicandis, aut aſſerendis competit, l. Harum actionum in fin. ff. ſi ſeruitus vendicetur. Item, & in negatoria, dicta l. Harum cum, & ipſæ actiones in rem dicantur, & bene explicant Menoch. de arbitrar. quæſtion. caſu 207. num. 18. Phanuc. de in litem iurando, par. 2. cap. 3. num. 10. & latius Setſerus de iuramento, lib. 5. cap. 5. num. 11. & 12.

Quinto, iuratur in litem in actione ſeruiana, quæ competit ad perſequenda bona tacite hypothecata pro penſione prędij locati, §. item ſeruiana inſtit. de action. & ſic in rem actio eſt, prout, & eadem ratione in actione publiciana in litē iuratur ex allegatis per Phanuc. par. 2. cap. 3. num. 11. & Setſerum, dict. cap. 5. num. 17. & 18.

Sexto, iuratur in litem in actione Pauliana, & Fauiana, quæ in rem ſcriptam reputatur, daturq. Patrono ad reuocandum in ſui fraudem alienata, probat tex. in l. tenetur, in fi. ff. ſi quid in fraudem, cum alijs per Phanuc. vbi ſup. p. 2. c. 3. num. 19. & Setſer. d. cap. 5. num. 17. & 18.

Septimo, iuratur in litem in actione reſciſſoria, ex allegatis per Setſerum vbi ſupra dicto cap. 5. nu. 20. vbi etiam bene declarat, quando detur iſta actio reſciſſoria.

Octauo, iuramentum in litem defertur in actione rerum amotarum, vt eſt tex. in l. ſi cum dos, §. 1. cum l. ſeq. ff. rerum amotarum, voluit Phanuc. de iureiurando in litem p. 2. c. 3. num. 29. Hieron. de Mont. in tract. de finibus regendis, c. 69. nu. 1. & dixi alias ſuo loco in materia expilationis hæreditatis factę ab vxore in tract. de furtis.

Nono, iuramentum in litem defertur in actione finium regundorū catenus quatenus ad rei reſtitutionem agitur. Hæc enim actio dicitur mixta, quia partim in perſonam, & partim in rem datur, l. 1. ff. finium regundorum, & voluit Phanuc. vbi ſupra dict. cap. 3. num. 24.

Decimo, iuramentum in litem datur in actione hypothecaria, & pignoratitia, cum, & ipſa inter actiones in rem connumeretur, §. item ſeruiana inſtitution. de action. tex. eſt expræſſus in l. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. de pignoribus, & voluerunt Phanuc. dicto cap. tertio, num. duodecimo, vbi bene declarat quomodo hoc iuramentum in litem in hac actione deferatur contra extraneum poſſeſſorem rei hypothecatæ, & quomodo contra eum, qui res ſuo creditori hypothecauit. Setſerus dicto cap. 5. num. 15. & ſequen. vbi reprobat Ant. Fab. contrarium tenentem in tract. de erroribus Pragmaticorum in loco per eum relato.

Vndecimo, iuratur in litem in actione noxali ex allegat. per Phanuc. de in litem iurando par. ſecunda, cap. 3. nu. 15. vbi etiam bene docet, quando hæc noxalis actio detur.

Duodecimo, iuramentum in litem datur in petitione hæreditatis, probat tex. in l. ſi poſſeſſor, §. fi. & in l. ſed ſi lege, § hæc verba, ff. de petit. cum alijs per Plot. de in litem iurando, num. 507. & per Menoch. de arbitr. quęſt. lib. 2. caſ. 207. nu. 14. verſ. Primus eſt; per Phanuc. de in litem iurando, p. 2. c. 3. nu. 31. & per Setſer. de iuramento, lib. 5. cap. 5. num. 10.

Tertiodecimo, & vltimo, quod iuramentum in litē detur in interdictis poſſeſſorijs, quia ſunt imperſonalia in rem ſcripta, vel, vt alij dicunt, inter actiones

in rem ſcriptas enumerãtur, probat tex.in l.qui reſtituere, §.de rei vendicatione, ff.de rei vendicatione, & in l.ſemper, §.hoc interdicto, ff.quod vi, aut clam, cum alijs per Phanucc.de in litem iurando, p.2. c.3. num.23.& per Setſerum de iuramento lib.5. c.5.nu. 39.& ſeqq.

997 IVRAMENTVM in litem, quod pariter detur in actionibus ad exhibendum, quæ in rem directę ſunt, & ſic contra non exhibèntem, qui exhibere tenetur, probat aperte tex.in dicta l.in actionibus, in principio, vbi præſertim Dec.nu.ſexto, poſt alios, ff.de in litem iurando, & in l.tertia, §.Præterea, & in l.quinta, §.idem Iulianus, ff.ad exhibendum, l.non ignorabit, vbi omnes Doctores, C.eodem, l.penultima, ff.de in litem iurando, Plot.de in litem iurando, num.568.& 640.Alexand.conſil.58. circa primum, num.quinto & ſexto, lib.primo, & conſil.171.in cauſa, & lite, num.ſeptimo, & ſequen.verſic.Nec obſtat ſi dicatur, lib.ſexto, cum alijs per Menoch. de arbitrar. quæſtion.lib.ſecundo, caſu 219.num.19.Burſat.con ſil.105.num.quinto, & num.ſeptimo, lib.primo, vbi
* teſtatur de communi Setſerus in tractat.de iuramento, lib.quinto, cap.quinto, num.28. Cardinal. Tuſch. practicar.concluſion.in verbo Iuramentum, concluſ. 538.num.tertio, & num.18.Ioſeph.Ludouic.concluſion.18.in decimaſeptima ampliatione, Phanuc.de in litem iurando, par.ſecunda, cap.ſecundo, num.59. in princip.vbi de eo, qui non exhibet ſcripturas, quas ratione officij cuſtodire tenetur, & c.3. nu.16.& 17. vbi etiam quid probandum in iſta actione ad exhibendum, vt iuramentum in litem deferatur, & nu.45 verſic.Quicquid autem Iuris ſit, vbi declarat in litem iurari contra non exhibentem, qui iuris actione exhibere tenetur, ſecus ſi non iure actionis, ſed ſolum iudicis officio teneatur exhibere, ponitque exemplum huius declarationis in Argentario ſeu notario, vide quæ dixi infra nu.1001.verſ.Sic, & pariter, vbi ſcripta multum obſtant præmiſſæ concluſioni, vide quæ iterum hac de re dixi ſupra in tract.de furtis, q.176. num.45.& ſeqq.

998 IVRAMENTVM in litem numquid detur in actione empti, & venditi, quæ bonæ fidei eſt contra venditorem non tradentem emptori rem venditam, vide Plot.de in litem iurando, num.171.175.& 180 Phanuc.in eodem tract.de iure iurando in litem, par. 2.cap.3.num.36.per tot.& poſt eum Setſerum de iuramento, lib.5.c.5.num.42.& 43.Menoch.de arbitr. lib.ſecundo, caſu 207.num.28. apud quos exactiſſime hanc quæſtionem pertractatam videbis etiam relatis aliorum ſententijs. Et ex eorum dictis, hęc facienda videtur diſtinctio, quod aut loquimur de iuramento veritatis, aut de iuramento affectionis, ſi de iuramento veritatis, & tunc contra venditorem non tradentem rem vnanimiter fatentur dari iuramentum in litem; Si vero agamus de iuramento affectio-
* nis, communis eſt Doctorum ſententia, quod illud etiam deferatur, quando venditor habuit facultatem tradendi rem venditam, ſecus ſi illam tradendi facultatem non habuerit, ſed ab hac communi ſententia diſſentiunt Phanuc.& Setſer.in locis præallegatis, cũ aperte velint iuramentum affectionis non dari contra emptorem rem venditam non tradentem, etiam quod tradendi facultatem habuerit, hancq. eorum ſententiam contra communem pluribus comprobant proponunt contraria, & illis reſpondent, an autem
* a communi in iudicando ſit recedendum, tu bene conſidera.

999 IVRAMENTVM in litem affectionis non dari contra venditorem non tradentem rem etiam ſi tradendi facultatem habuerit, pręcipuum fundamentum fuit, quia, vt ſupra ſcripſi num.992. illud non datur, niſi quando agitur ad reſtitutionem rei ſuæ. Ergo ſecus, quando agitur ad traditionem rei, quæ non adhuc ſua fuit, & ex hac ratione Bolognett.in dicta l.in actionibus, num.48.verſ.Item ex eadem parte, ff. de in litem iurando affirmauit prædictum iuramentum affectionis in litem dari aduerſus venditorem non tradentem rem venditam, quando in contractu venditionis eſſet appoſita clauſula conſtituti, ſeu precarij, propter quam Dominium in emptorem eſſet tranſlatum, Cum enim tunc emptor rei emptæ dicatur factus Dominus, nihil impedit, quin iuretur in litẽ ex affectu; Cum pariter, & tũc dicatur agi ad rei ſuę reſtitutionem, & conſequenter ceſſet ratio, propter quam pręallegati Doctores tenent non dari iuramentum in litem affectionis contra venditorem volentem rem venditam tradere, & Bolognettum ſic dicentem refert, nec ab eo diſſentire videtur Phanuc. dicta parte ſecunda, cap.tertio, num. 36. in principio, & apud me non eſt mala declaratio, pro qua vide etiam ſcripta per Plot. de in litem iurando, num. 172. & ſequen. & ex ea comprobari videtur communis opinio, & diſtinctio cum hodie in omnibus contractibus emptionis, & venditionis apponi ſoleat per Notarios clauſula prædicta conſtituti, & præcarij.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM in litem, nunquid detur in actionibus ex delicto deſcendentibus, & quibus, & quid ſi ciriminaliter agatur.

SVMMARIVM.

Iuramentum in litem non defertur ob delictum alicuius niſi delicto approbato, num.1000.

Iuramentum in litem datur in omnibus actionibus ex delicto naſcentibus, num.1001.

Iuramentum in litem defertur, quando de crimine agitur ciuiliter, & etiam quando agitur criminaliter, & etiam quod agatur ad pœnam dupli, tripli, aut quadrupli parti applicandam, num.1002.

De-

Declara dummodo agatur criminaliter ſolum ad damna, & intereſſe parti applicanda, ſeu etiam ad probationem rerum ablatarum, earumque qualitatem, & quantitatem, ſecus ſi ad pœnam corporalem, vel pecuniariam fiſco applicandam, nu. 1003. & ſeq. Vbi etiam fiſci Procurator non criminaliter, ſed ciuiliter agi ad rei reſtitutionem, aut ad aliquod aliud intereſſe ciuile.

Iuramentum in litem datur contra furem, vt in crimine furti ad probandum valorem, & quantitatem rei furatæ, num. 1005.

Statutum quod de damnis, & intereſſe ſtetur iuramento damnum paſſi an habeat locum in furto, num. 1006. & ſeq.

Iuramentum in litem defertur contra violentum inuaſorem ſpoliatorem, & occupatorem bonorum alicuius, num. 1008.

Declara, vt ibidem dict. num. 1008.

Et amplia vt num. 1009.

Iuramentum in litem non datur contra violentum inuaſorem, & ſpoliatorem ſine dolo a quo an qualibet cauſa excuſet, & an etiam requiratur vis, dict. num. 1009.

Iuramentum in litem datur non ſolum pro illata vi ablatiua, & expulſiua, ſed etiam pro vi turbatiua, & inquietatiua, num. 1010.

Iuramentum in litem defertur contra inuenientem crumenam in via, & illam non reſtituentem Domino, num. 1011.

Iuramentum in litem defertur contra pignorantem rem alienam, vel vna pro alia, vtputa Aes pro auro, aut alias in pignore creditorem decipientem d. nu. 1011. verſ Secundo defertur.

Iuramentum in litem datur contra creditorem vtentem pignore ſibi dato a ſuo debitore, d. num. 1011. verſ. Tertio datur.

Iuramentum in litem datur contra ſubripientem, ſeu lacerantem ſcripturas alienas, d. num. 1011. verſ. Quarto datur.

Iuramentum in litem datur contra expilantem hæreditatem, num. 1012.

Iuramentum in litem datur contra iudicem qui iniquã protulit ſententiam, aut alias in eius officio in alterius damnum ſe doloſe geſſit, d. nu. 1012. verſ. Sexto datur.

Iuramentum in litem datur contra Notarium falſum & doloſum, d. num 1012. verſ. Septimo iuratur.

Iuramentum in litem datur aduerſus ſtrupantem ad probandum intereſſe deflorationis puellæ, dict. num. 1012. verſ. Octauo datur.

Iuramentum in litem datur ad æſtimationem illatæ iniuriæ d. num. 1012. verſ. Nono datur.

1000 IVRAMENTO in litem in odium delinquentis intereſſe iuramento probari, conſtito tamen prius de delicto nullam credo in iure eſſe dubitationem, & ita communiter receptũ eſſe pariter dubitandum non eſt ex alleg. per Maſcar. de prob. lib. 2. concl. 934. nu. 1. quos hic referre ſuperfluum eſſet, & inde abſq. dubio etiam inferri poteſt iuramentum in litem dari in omnibus actionibus ex delicto naſcentibus, vt mox infra explicabo. Bene verũ eſt, quod quãdo agitur de actionibus non ex delicto, ſed ex quaſi delicto deſcendentibus, tunc iuramentũ in litem minime dari voluit, Curt. in repet. leg. admonend. num. 347. verſ. Secundo limitatur, ff. de iur. iur. poſt Azzon. quem allegat, refert eum, & ſequitur idem Maſcar. d. concl. 934. nu. 27. in fine.

1001 Sic, & pariter non datur iuramentum in litem quando agitur de delicto præſumpto, vt in furto, licet enim, vt infra dicam contra furem datur iuramentũ in litem ſuper qualitate, & quantitate rerum furatarum; Hoc tamen procedit, quando de furto conſtat plenè, non autem præſumptiuè iuxta ea, quæ dixi infra num. ... & ſic habet locum iuramentum in litem in furto vero, non autem in præſumpto, vt per Alex. poſt Angel. in authent. ſi quis in aliquo, num. 9. verſ. Sed Cyn. C. de edendo Felin. in c. ſicut, poſt num. 7. in 4. declaratione, refert eos, & ſequitur Maſcard. de probation. lib. 2. concl. 934. nu. 27. ponentes exemplum in caſu legis ſecundæ §. Diuus Adrianus, ff. de iure fiſci, quo cauetur præſumi inſtrumentum ad fiſci fauorem faciens ſubtractum ab eo, cuius intereſt, & tamen ex hac furti præſumptione contra non exhibentem fiſco inſtrumentum aperte dicunt non dari contra non exhibentem iuramentum in litem ſuper tenore inſtrumenti, ea præſertim moti ratione, quia etiam, vt ſuo loco infra dicetur, contra doloſum non datur iuramentum in litem, quando dolus eſt in omittendo, & non committendo, & licet quæ ſcripta ſunt ſupra num. 997. vbi pluribus probatur iuramentum in litem dari contra non exhibentem ſcripturas, quæ quis exhibere tenetur multum obſtent huic declarationi, eam tamen vltra præallegatos Doctores admittit etiam Phanuc. quem bene declarantem videas in tract. de iure iurando in litem par. 2. cap. ſecundo, num. octauo, verſ. Exemplum pone, & num. nono, & num. 75. & ſeqq. & num. 81. vbi ponit alia exempla, in quibus non iuratur in litem ex delicto præſumpto, & eſt communis, ſicut poſt Iaſ. & Plotum in locis per eum relatis teſtatur Ioannes Fiſcard. in ſyntagm. iuris, part. prima, tit. de iure iurando, cap. 10 rubr. de iuram. in litem, verſ. Iuramentum in litem non defertur, niſi contra verè doloſum, vbi amplius generaliter dixit iuramentum in litem non deferri niſi contra vere doloſum, vel delinquentem, vide quę dixi infra num. 1020. & ſeq. de dolo vero, & præſumpto, quæ multum faciunt pro reſolutione propoſitæ declarationis, & quę etiam dixi ſupra in quæſt. 176. num. 45. & ſeqq.

1002 IVRAMENTVM in litem dari in actionibus ex delicto naſcentibus, nulla eſt dubitatio, vt dixi ſupra, & latius infra patebit; Difficultas ſolum eſſe videtur numquid hoc iuramento deferatur, quando agitur criminaliter, an

vero ſolum, quando agitur ciuiliter dicas reſolutiue vltra ea, quæ dixi ſupra in tract. de furtis quæſtio. 176. num. 32. & ſeqq. quod ſiue agatur ciuiliter (quo caſu nulla eſt dubitatio deferri iuramentum in litem) ſiue etiam criminaliter, & ſiue mixtim criminaliter ſcilicet, & ciuiliter, iuramentum in litem ſemper defertur contra criminoſum ad probationem damnorum, & intereſſe, expenſarum, rerum ablatarum, earumq. quantitates, & qualitates, Iaſ. in l. ſi quando nu. 57. verſ. Numquid, &c. C. Vnde ui, Franc. Curt. in l. admonendi num. 215. verſ. In ea gloſ. in fine, ff. de iureiurando, Afflict. deciſ. 13. num. 10. verſ. Secunda præſumptio, cum alijs pluribus relatis per Plot. de in * litem iurando num. 686. vbi teſtatur de communi, & num. 687. vbi ampliat etiam, quod agatur ad pęnam, vtputa dupli, tripli, aut quadrupli parti applicandam, * & hanc ampliationem pariter communem teſtatur cō ſentit Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 832. nu. 16. in principio non diſſentit Phanuc. de in litem iurando par. 2. cap. 3. num. 43. Minſing. reſponſ. 21. num. 87. refert eum & ſequitur Setſerus de iuramento lib. 5. c. 5. num. 47. verſ. Quin immo, & ſi Bartol.

Et licet Roman. in ſingul. 259. & alij plures relati per præallegatos Doctores contrariū affirmauerint, quod ſcilicet damna, & intereſſe res, earumq. qualitates, & quantitates iuramento in litem non probantur, quando criminaliter agitur, cum cauſæ criminales iuramento partis non dirimantur, & voluit Marſil. in tract. de bannit. in verbo Villa, nu. 54. & ſeq. nec diſſentit Seraph. cum allegatis per eum de priuil. iur. priuileg. 31. num. 85. vbi amplius ex Iaſon quem allegat in repetitione dictæ legis admonendi, ante num. * 275. hanc contrariam opinionem, & veram, & com- * munem teſtatur, prout, & magis communem teſtatur Alex. qui tamen loquitur, quando adeſt accuſator in conſ. 65. num. 1. lib. 1. prout illum refert Bonacoſ. re- * latus in ſintagm. commun. opin. par. 1. tit. de iur. iur. cap. 10. rubr. de iuramento in litem, verſ. xx. in fine, Tu tamen non recedas a pręmiſſa concluſione, quæ * ſicut, vt vides magis communiter a Doctoribus recepta eſt ita etiam, & paſſim in practica ſeruatur declarata tamen, vt mox dicam in ſeq. verſ.

1003 IVRAMENTVM in litem licet, vt dixi, deferatur, quando criminaliter agitur, hoc tamen declara procedere, quando agitur ſolum ad damna, & intereſſe parti applicanda, ſeu etiam ad probationem rerum ablatarum, earumq. quantitatem, & qualitatem ad effectum, vt earum prętium parti reſtituatur, ſecus ſi ageretur ad probationem præmiſſorum ad effectū, vt pęna criminalis augeretur, vtputa ſi extaret ſtatutum, quod qui furatur bona valoris aſcendentia ad ſcuta centum, puniatur pecuniaria pęna aliorum ſcutorum centum, qui furatur bona valoris aſcendentia ad ſcuta 200. puniatur pœna corporali, qui furatur bona valoris aſcendentia ad ſcuta 300. puniatur pœna mortis, & ſimilia, tunc enim quod huiuſmodi qualitates, & quantitates rerum ſubtractarum, non probentur iuramento damnum paſſi, voluerunt Franc. Curt. in repetitione dictæ l. admonendi num. 349. verſ. Quia aut agitur, ff. de in litem iurando, Ruin. conſil. 34. num. 7. & ſeqq. lib. 5. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 471. num. 42. & ſeqq. vbi ſic diſtinguendo concordat contrarias Doctorum ſententias, & lib. 2. concluſ. 833. num. 16. & ſeqq. & concluſ. 934. nu. 20. & ſeqq. & ante Maſcard. hanc eandem declarationem poſuerunt Plot. de in litem iurando num. 689. vbi alijs pluribus relatis Doctorum auctoritatibus te * ſtatur de vera, & communi opinione, & num. 69. ampliat etiam quod agatur non de pœna corporali, ſed de pœna pecuniaria fiſco applicanda, Phanuc. de in litem iurando par. 2. c. 3. num. 44.

1004 IVRAMENTVM in litem poſtquam, vt præfertur non datur in criminalibus, quando tractatur de pœna pecuniaria fiſco applicanda, & multo magis ſi ageretur de pœna corporali, hinc ſequi videtur, quod fiſco, & fiſcali procuratori iuramentū prædictum deferendum non erit, prout in ſpecie voluiſſe videtur Plot. vbi ſupra dicto num. 696. Et quidem in prædictis caſibus, quando ſcilicet agitur de pœna pecuniaria fiſco applicanda propter crimen, & multo magis ſi agatur de pœna corporali fiſco non eſſe deferendum iuramentum in litem, res credo non habeat difficultatem ex præallegatis.

Verum quid iuris ſit, quando fiſci procurator non criminaliter, ſed ciuiliter agit ad reſtitutionem alicu ius rei, vel etiam contra eximentem ſuum debitorem ex manibus curiæ, hoc opus, hic labor eſt; Qua in re vide Ioannem Bolognett. in l. in actionibus nu. 69. verſic. Limitatur primo, ff. de in litem iurando, vbi facta concluſione, quod fiſci procuratori nunquam iuramentum in litem deferatur, attamen diſtinguit poſtea, quod ſi agit contra eximentem debitorem ſuum non poteſt in litem iurare per legem quoties, C. de exactoribus lib. 10. ſi vero agi contra non reſtit uentem rem, & tunc recte iurare poterit, quia non reperitur ad iure prohibitum, ſed vide rurſus, & omnino in hac eadem dubitatione Phanuc. de in litem iurando part. 2. cap. 1. num. 23. & num. 24. vbi relatis Doctoribus volentibus fiſco non competere beneficium iurandi in litem contra eximentem ſuum debitorem, ſicut competit priuato, ſubdit poſtea, quod hæc differentia inter fiſcum, * & priuatum iſto caſu communi calculo a Doctoribus damnatur ex Bart. Bald. Alex. Iaſon. Ioan. de Platea & Decio in locis ibi per eum relatis. Ponderat dein de contrarietatem, quę eſſe videtur inter l. penultimam, §. 1. ff. ne quis eum, qui qua caueri videtur dari iuramentum in litem contra eximentem alterius debitorem, & in l. quoties C. de exactoribus lib. 10. Qua contrarium caueri videtur, & pluribus relatis intellectibus ad iura prædicta pro eorum concordia reſidet tamen in concordia, Angel. in dict. l. quoties, & Bald. in dicta l. penultima, quod ſcilicet tex. in l. penultima loquatur, & procedat contra eximentem reum debito non dum liquidato, tex. vero in d. l. quoties loquatur, & procedat debito liquidato, vide

de quæ dixi ſupra in tit.de crimine læſæ maieſtatis, quæſt.114.num.41.

1005 IVRAMENTVM in litem datur contra furem, & in crimine furti ad probandum valorem, & quantitatem rei furatæ, l.cum furti, ff. de in litem iurando, Aym.conſ. 287. num. 2. verſic. Stante igitur probatione furti, cum alijs per Phanuc.de iure iurando in litem part. 2. cap. 2. num. 63. Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 208. num. 6. Maſcard.de probation.lib.1.concluſion.471. num. 16. & lib. 2. concluſ. 934.num.5. Clar. in pract. §. furtum num.19.Sintagm.commun. opin.tit. de iure iurando cap.10.rubr.de iuramento litem, verſ.Iuramentum in litem locum habet, Cardin. Tuſch. practicar. concluſ.in verbo Iuramentum concluſ. 538. num.2. 44.& 46.Apud quos plures alios de communi Doctorum ſententia teſtantes reperies, vide quæ latius hac de re dixi ſupra in tract.de furtis quæſt.176.num.19 & ſeqq.vbi latius hanc materiam reaſſumpſi.Quid in furto præſumptiuo, dixi ſupra n. 1001.& in d. quęſt. 176.num.45.& ſeqq.

1006 IVRAMENTVM autem in litem nunquid detur contra furem ſtante ſtatuto, quod iuramento damnum paſſi credatur, & ſic an hoc ſtatutum de damno dato loquens habeat locum in furto Doctores varia ſenſerunt, vt videre eſt apud Boſſ.in tit.de captura num. 43. vbi relatis antiquioribus Doctoribus hinc inde contrarium ſentientibus adhærere videtur negatiuæ opinioni, Catelianus Cotta in ſuis memoral. in verbo Statuto Ciuitatis Mediolani cautum reperitur, verſic.Quinto adde, vbi pariter poſt Bal. Alex. Iaſ.Roman.& Decium in locis per eum relatis hanc negatiuam amplectitur ſententiam, quam etiam amplexus eſt Plot. de in litem iurando num. 823. in 25.limitatione in fine, vbi teſtatur de communi, de qua etiam teſtatur Pariſ.in conſ.158.num.4. lib.4.& Viu.poſt alios plures, quos allegat in commun. opin. opin.788.Seraphin.de priuil.iurament. priuileg.31. num. 64. & ſequentibus, vbi pluribus hanc probat ſententiam poſt Gratum, quem allegat in reſponſo 154.lib.2.

1007 Contrarium quod immo ſtatutum prędictum habeat etiam locum in furto, conſuluit Cepoll. in conſ.18.quem poſt relatos contrarium ſentientes ſequi videtur Marſil.in tract.de Bannitis in verbo Villis num.49.& ſeqq.Maſcard.cum allegatis per eum de probation.lib.2.concluſ.471. num. 16. Phanuc. de iure iurando in litem part.2.cap.2.num.67.vbi licet faciat quandam diſtinctionem, an ſcilicet in ſtatuto damnum ponatur tanquam genus, aut tanquam ſpecies, vt primo caſu habeat locum opinio affirmatiua, ſecundo autem caſu opinio negatiua, docereq; conetur, quando in ſtatuto damnum cenſeatur appoſitum tanquam genus, an vero tanquam ſpecies, concludit tamen in dubio ratione doli præſumi, appoſitum tanquam genus, & ſic pariter in dubio ſtatutū loquens de damno dato habere etiam locum in furto & cum Phanuccio ſit, vt ſupra dicente, & diſtinguente diſſentire non videtur Seraph.de priuil. iuramenti priuil.31.num.65.& ſeq. licet dicto num. 66. in fine in verſic.Sed hic quęro, referat eundem Phanuccium nihil reſoluere in caſu dubio, in quo ipſe, vt ſupra eum retuli primam negatiuam ſententiam amplectitur, ſed parcat mihi Seraphinus, quia immo Phanuccius expreſſe dixit in caſu dubio verbum, Damnum datum ratione doli eſſe poſitum in ſtatuto tanquam genus, & non tanquam ſpecies, & ſic in dubio prædictum ſtatutum locum habere etiam in furto, expreſſe concludit, & hæc contraria ſententia abſque dubio mihi magis placet, & præſertim, quia prout etiam bene aduertit Plot.in loco præallegato etiam circumſcripto ſtatuto de iure communi iuramentum in litem datur contra furem; ideo ſic etiam interprętandum eſt ſtatutum, vt quam poſſibile ſit Iuri communi conueniat, & illud non corrigat iuribus vulgaribus, dixi hac de re iterum ſupra in tractat. de furtis quæſt.76.num.20.22.& 23.

1008 IVRAMENTVM in litem ſi, vt ſupra defertur contra furem, multo magis deferri debet contra violentum inuaſorem, ſpoliatorem, & occupatorem bonorum alicuius l.ſi quando, & ibi notant omnes communiter, & præſertim Iaſ.num.21.& 27.C.Vnde ui cap.finali, & ibi pariter omnes Canoniſtæ extra quod metus cauſa, Bero.conſ.128.num.7.lib.3. Pariſ.conſ.75.in fine lib.1.Berengarius in l.vnica num. 164.verſ.Cum de crimine C.de ſententijs, quæ pro eo quod intereſt, & ibi etiam Cagnol.num.127.verſ. Secundo limita, Franciſcus Duarenus in l.in actionibus num.50.ff.de in litem iurando cum alijs per Plot. de in litem iurando num.733.& ſeq. Phanuc.in eod. tractat. de iure iurando in litem part. 2. cap. 2. nu. 62. ad finem, Maſcard. de probation. lib. 1. concluſ. 471. num. 1. & num. 2. Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 208. num. 3. Cardinal. Tuſc.practicar. concluſion. in verbo Iuramentum concluſio. 538. num. 44. Setſerus in tractat. de iuramento lib. 5. cap. 5. num. 48. verſic. Sic, & in actione contra ſpoliatorem, & licet, vt videas hæc concluſio communiter a Doctoribus recepta ſit, vide tamen deciſionem Rotæ inter diuerſ. lib. 3. deciſ. 597. vbi dixit in ſpolio etiam per vim facto ablatos fructus non probari iuramento in litem, & ita ibidem de ſtylo Rotæ ſeruari affirmatur, cum enim, vt ibidem dicitur materia ſpolij quotidie ſit præ manibus abſurdum videtur in liquidatione fructuum, in cauſa ſpolij recurrere ad iuramentum; ita enim nunquam magis neceſſaria eſſet liquidatio per teſtes, & res eſſet mali exempli, vt in eadem deciſione legitur, quę tamen ſecus forte dici poſſe affirmat, quando eſſemus in ſubmerſione nauis, incendio, & ſimilibus, & hanc Rotæ deciſionem de æquitate procedere affirmauit Mancin. in tractat. de iuramento art. 8. num. 34. & vide rurſus Caputaqu. deciſione centeſima vigeſimaprima num. 1. parte ſecunda, vbi dixit iuramentum in litem eſſe deferendum ſpoliato contra ſpoliatorem violentum ſuper

per

per quantitate fructuum, & illorum æſtimatione.

1009 IVRAMENTVM in litem contra violentum inuaſorem, & ſpoliatorem bonorum datur non ſolum ſi per vim ſpoliet, & inuadat, ſed etiam ſi ſine vi, & clam, vtroque enim caſu dari iuramentum in litem poſt alios, quos allegat ſcripſit Plot. vbi ſupra dicto num. 733. & num. 734. faciunt per me ſcripta in tractat. de furtis quęſtion. 155. num. 59. vbi probaui pœnas legis ſi quis in tantam, C. vnde ui locum habere non ſolum in occupante propria auctoritate, & expellente poſſeſſorem publice, & palam, ſed etiam in eo, qui clam ingreſſus poſſeſſionem, eam occupauit, nemine in illa reperto, dum tamen ſic clam ingrediens habebat animam vim inferendi, & expellendi, ſi aliquem inueniſſet, & licet in eadem mea quæſtione 175. num. 142. dixerim pœnas eiuſdem legis ſi quis in tantam locum non habere, qui poſſeſſionem ſine vi inuadit; Attamen, quod attinet ad iuramentum in litem non recedas a propoſita concluſione, quia vt delationi iuramenti in litem locus ſit, non eſt neceſſe, vt vis inferatur in ſpoliatione, ſed vt infra dicam ſufficiat dolus.

Sine autem dolo, & ſine vi dubium non eſt, quod contra ſpoliatorem iuramentum in litem non datur, vt per eundem Plot. dicto num. 734. vbi propterea ſubdit in vi ſemper ineſſe dolum l. 2. §. Doli mali mentio, ff. de vi, & vi armata, & in occupante rem alienam ſemper dolum præſumi, ſcripſerunt Bald. & alij plerique per eundem Plot. vbi ſupra allegati nu. 764. in fine licet num. 737. dixerit ab iſto dolo cauſam quamlibet, & credulitatem etiam iniuſtam excuſare; Quod vltimum pro nunc non firmo remitto me ad ea, quæ dixi ſupra in titul. de pœn. temperandis quæſtion. 90. num. 27. & ſeq. & in tit. de furtis quæſt. 174. num. 142. & ſeqq. & quæſt. 175. num. 131. & ſeqq.

1010 IVRAMENTVM in litem contra violentum inuaſorem datur non ſolum quando fuit illata vis ablatiua, ſeu expulſiua, ſed etiam quando illata fuit vis turbatiua, & inquietatiua, Bald. in l. 1. nu. 47. verſic. Modo contra hoc oppono XV. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt Iaſ. in l. ſi quando, num. 44. in fine, C. Vnde ui, Alex. conſil. 168. requiſitus num. 2. lib. 2. Franciſ. Duaren. in l. in actionibus num. 50. ff. de in litem iurando poſt Fulgoſ. Salicet. Fabr. Iaſon. Abbat. & alios, quos allegat plures, Ioan. de Anan. conſil. 55. colum. 2. verſic. Circa quartum, Cagnol. in l. 1. num. 127. verſic. Secundo limita, C. de ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt. Iafred. deciſion. 292. incipiente lex ſi quando, Phanuc. de in litem iurando part. 2. cap. 2. num. 62. in fine, & latius cap. 5. num. 4. vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus hanc ſequitur opinionem, & communem teſtatur alios plures refert Plot. de in litem iurando num. 125. Maſcard. de probation. lib. 2. concluſion. 934. num. 2. & licet contrarium affirmauerint Doctores relati per Phanuc. vbi ſupra, & per Maſcard. dicta concluſ. 471. num. 6. & 7. Non tamen vllo pacto recèdendum eſſe putarem a communi ſententia.

1011 IVRAMENTVM in litem poſtquam, vt ſupra dixi, datur in actionibus ex delicto naſcentibus contra criminoſum, & delinquentem non ab re eſſe putaui non nullos ſpeciales caſus hic exprimere in quibus in dictis actionibus iuramentum in litem defertur, & primo ſicut, vt ſupra dixi iuramentum in litem defertur contra furem, ita etiam erit deferendum contra inuenientem in via crumenam, & illam domino non reſtituentem, cum & ipſe ſic non reſtituendo videatur furtum committere, ſcire enim debebat cum ſua non eſſet illam ad alium pertinere, Phanuc. de in litem iurando part. 2. cap. 2. num. 65. poſt Aym. Alexan. & alios ibi per eum allegatos dixi ſupra in tractat. de furtis quæſtion. 168. num. 62. & ſeqq.

Secundo defertur iuramentum contra pignorantem rem alienam, vel vnam pro alia, vt puta æs pro auro, aut ſi alias in pignore creditorem decipit ad gloſ. & Doctores in l. Tutor §. contrarium, & in l. ſi quis pignorem in principio, & §. finali, & in l. cum debitore, ff. de pignorat. actione, Setſerus de iuramento lib. 5. cap. 5. num. 16. verſi. Sic debitor, dixi in tractat. de falſitate quæſtion. 150. num. 224. & 234.

Tertio datur iuramentũ in litem contra creditorem vtentem pignore ſibi dato a ſuo debitore cum tunc dicatur in dolo, & furti teneatur §. furtum autem fit inſtit. de obligat. quæ ex delicto naſcuntur. Setſerus de iuramento lib. 5. cap. 5. num. 16. dixi in tract. de furtis quæſtion. 169. num. 2. & de creditore non reſtituente pignus ſuo debitori. vide Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 207. num. 23.

Quarto datur iuramentum in litem contra ſurripientem, ſeu lacerantem ſcripturas alienas, Alex. in authent. ſi quis in aliquo num. 9. in fine, verſ. Sed Cyn. & num. 10. C. de edendo, Felyn. in cap. ſicut, num. 7. verſi. Hoc autem, de re iud. Plot. de in litem iurando §. 43. num. 3. Phanuc. de iure iurando in litem part. 2. cap. 2. num. 59. & num 60. Maſcard. de probation. lib. 2. concluſion. 934. num. 27. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 31. num. 116. Sintag. commun. opinion. part. 1. tit. de iure iurando cap. 10. rubr. de iuramento in litem, verſic. Iuratur in litem contra doloſum, in fine, vbi teſtatur de communi ex Decio, quem allegat in conſ. 251. num. 18. Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. in verbo Iuramentum concl. 538. num. 26. dixi iterum hac de re ſupra in tract. de furtis quæſt. 176. num. 28. & 29.

1012 IVRAMENTVM in litem proſequendo actiones, quæ ex delicto naſcuntur, datur quinto loco contra expilantem hæreditatem, Pariſ. conſ. 110. num. 30. lib. 3. refert illum, & ſequitur Phanuc. de iure iurando in litem par. 2. cap. 2. num. 64. dixi iterum hac de re ſupra in tract. de furtis quæſt. 174. num. 118. & ſeqq. vbi latius expilatę hæreditatis materiam explicaui.

Sexto

Sexto datur iuramentum in litem contra iudicem, qui iniquam protulit ſententiam, aut alias in eius officio in alterius damnum ſe doloſè geſſit, ex pluribus allegatis per Phanuc. in tract. de iure iurando in litem par. 2. cap. 2. num. 70. Ioſeph. Ludouic. concluſ. 18. in prima ampliatione, Seraph. de priuil. iuram. priuil. 31. nu. 100. & ſeqq. & dixi latius ſupra quæſt. 111. num. 377. & ſeq. in tit. de varijs, & diuerſis criminibus.

Septimo iuratur in litem contra notarium falſum, & doloſum, ex allegatis per Phanuc. de iure iurando in litem par. 2. cap. 2. nu. 71. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 31. nu. 60. dixi in tract. de falſitate quæſt. 155. num. 1. & ſeqq. vbi latius notarij falſi pœnam, & materiam reaſſumpſi.

Octauo datur iuramentum in litem aduerſus ſtuprantem ad probandum intereſſe deflorationis puellæ, Phanuc. de iure iurando in litem par. 2. cap. 2. nu. 72. poſt Caſſaneum, Neuizzan. & alios, quos allegat & dixi iterum ſupra in tit. de delictis carnis in quæſt. 147. num. 126.

Nono datur iuramentum in litem ad æſtimationem illatæ iniuriæ, ex allegatis per Phanuccium de iure iurando in litem par. 1. cap. 2. num. 7. & part. 2. cap. 2. nu. 73. Seraph. de priuil. iuram. priuileg. 31. num. 105. & dixi ſupra in materia iniuriarum quæſt. 105. num. 47.

ARGVMENTVM.

Iuramentum in litem datur, vbi adeſt dolus, & difficultas probationis, & an culpa lata ſufficiat, & quicquid de dolo præſumpto, vel in omittendo.

SVMMARIVM.

Iuramentum in litem veritatis numquam defertur niſi duobus copulatiue concurrentibus, dolo ſcilicet aduerſarii, & probationis difficultate, num. 1013.

Iuramentum in litem defertur etiam ſine difficultate probationis quando aduerſarius eſt in dolo vero, nu. 1014. contra dict. num. 1014. verſ. Verum vtramque.

Iuramentum in litem in actionibus bonæ fidei defertur ex ſolo dolo aduerſarii abſque difficultate probationis, num. 1014. verſ. Secundo eadem concluſio contra, in verſ. Quod vero attinet.

Iuramentum in litem affectionis, vt deferatur numquid requiratur difficultas probationis, num. 1014. in fine.

Iuramentum in litem affectionis nunquam defertur ſine dolo aduerſarii, num. 1015.

Iuramentum in litem ſemper defertur, & veritatis, & affectionis, vbi in aduerſario concurrit dolus, & ex parte actoris difficultas probationis, numero 1016.

Probationes difficultas quando dicatur adeſſe ad effectum, vt locis ſit delationi iuramentum in litem, num. 1017.

Iuramentum in litem ob culpam leuem, & leuiſſimam non defertur, num. 1018. vbi etiam an ſufficiat lata culpa.

Iuramentum in litem deferatur ſine dolo, ex ſola culpa ſtatuto hoc expreſſe, vel tacite ſtatuente, numer. 1019.

Iuramentum in litem defertur ſine dolo, & ex ſola culpa in actione tutelæ, num. 1019. verſ. Secundo declaratur.

Iuramentum in litem numquid deferri poſſit ex ſolo præſumpto, num. 1020. & ſeq.

Iuramentum in litem nunquid deferri poſſit ob dolum in omittendo commiſſum, num. 1022. & ſeqq.

Iuramentum in litem datur contra illum, qui dolo deſiit poſſidere rem petitam, num. 1026.

Iuramentum in litem datur in actione doli, & an iſte dolus ab initio contractus, vel tempore rei apprehenſæ interuenire debeat, & nunquid etiam a dolo quælibet cauſa etiam iniuſta excuſet, numero 1027.

Iuramentum in litem nunquid deferatur propter moram aduerſarii, num. 1028. & ſequenti, vbi etiam quid ſi mora conſiſtit non in tempore, ſed in loco.

Iuramentum in litem regulariter datur contra non ſeruantem promiſſa, num. 1029. in fine.

Iuramentum in litem datur contra non parentem præcepta iudicis, & ſic contra non reſtituentem rem poſt iudicis decretum, num. 1030.

Iuratur in litem contra contumacem in non reſtituendo rem, num. 1030. in fine.

Iuramentum in litem datur contra mendacem, & negantem debitum, illo enim probato per actorem eius iuramento probatur quantitas debiti, num. 1031.

Mutuo probato mutui quantitas iuramento actoris probatur, num. 1031. verſic. Imo, & quod plus eſt.

1013 IVRAMENTVM in litem veritatis nunquam defertur, niſi duobus copulatiue concurrentibus, dolo ſcilicet aduerſarij contra quem iuramentum deferendum eſt, & probationis difficultate, & vno ex dictis requiſitis deficiente iuramenti in litem delationibus, non eſt de dolo, eſt tex. apertus in l. in actionibus, ff. de in litem iurando, in illis verbis: Ob dolum ſolum in litem iurari, & ibi glo. Decius num. 31. & Iaſ. num. 39. & communiter Doctores omnes notant item eſt, & in l. arbitrio, ff. de dolo malo, & in l. Qui reſtituere, ff. de rei vendicatione, in illis verbis: Si dolo fecit reus, & in l. Sed & ſi lege, §. Hæc verba, ff. de petitione hæreditatis, in illis verbis: Aduerſus eum, qui dolo fecit de difficultate probationis

tionis ſunt etiam iura aperta in l. in actionibus §. plane ff. de in litem iurando, in illis verbis: Quia iudex æſtimare ſine delatione iuris iurandi non poteſt rem quæ non extat in l. Si quando, C. Vnde vi, in illis verbis: Si non potuerit, qui vim ſubſtinuit, quæ perdidit ſingula comprobare quæ amiſit, & in cap. final. extra quod metus cauſa, in illis alijs verbis: Non niſi proprio iuramento probauerit, ſingulaque amiſit, & per iura prædicta hanc firmauerunt concluſionem Canoniſtæ omnes in dicto cap. finali, Quod metus cauſa, Cagnol. in l. Vnica num. 130. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, Iaſ. conſ. 174. num. 3. lib. 2. Natt. conſil. 545. num. 3. lib. 3. Riminald. Senior conſil. 14. num. 1. lib. 1. Riminald. Iun. conſil. 43. num. 29. lib. 1. cum alijs per Plot. de in litem iurando num. 138. in fine, verſic. Et vnum, * vbi teſtatur de communi Doctorum ſententia, Phanuc. de iure iurando in litem part. 2. cap. 2. nu. 13. verſic. Cæterum, Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 208. num. 1. Mancin. in tractat. de iuramento artic. 8. num. 3. Setſerus in eodem tractat. lib. 5. cap. 5. num. 58. & cap. 6. num. 2. verſic. De dolo, Maſcard. de probat. lib. 1. concluſion. 471. num. 31. & lib. 2. concluſion. 931. num. 2. Syntag. * commun. opinion. part. 1. tit. de iure iurando cap. 10. rubric. de iuramento in litem, verſic. Iuramentum in litem de veritate, Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Iuramentum concluſ. 538. num. 10. vbi pariter alijs relatis teſtatur de communi.

1014 IVRAMENTVM in litem veritatis, vt dixi nunquam defertur, niſi concurrentibus dolo aduerſarij, & probationis difficultate, hæc concluſio videtur limitanda duobus modis, Primo, vt habeat locum quando in aduerſario adeſt dolus præſumptus: tunc enim eſt etiam neceſſaria difficultas probationis, ſi vero aduerſarius eſt in dolo vero, non videtur neceſſaria probationis difficultas ſecundum Curt. Iuniorem in l. in actionibus num. 38. ff. de in litem iurando, quem ſic intelligit Car. Tuſc. qui eum refert pract. concl. in verbo Iuramentum concl. 538. num. 13.

Secundo eadem concluſio limitanda videtur, vt procedat in actionibus ſtricti iuris, ſecus in actionibus bonæ fidei, in quibus ſolum dolum ſufficere, nec difficultatem probationis requiri poſt alios, quos allegat ſcripſit Plot. de in litem iurando num. 594. & alios refert Franciſcus Duarenus, qui tamen eos non ſequitur in d. l. in actionibus num. 52. verſ. Hinc colligitur, ff. de in litem iurando.

Verum vtramque hanc limitationem minime veram puto, & quod attinet ad primam, quod ſcilicet non requiratur difficultas probationis, vbi adeſt dolus verus in iuramento veritatis vltra quod Curtius in loco præallegato niſi fallor non dicit id, ad quod allegatur, adhuc ſi hoc diceret loqueretur contra communem mentem omnium præallegatorum Doctorum, qui ſimpliciter, & indiſtincte proponunt concluſionem, quod dolus non ſufficiat ſine probationis difficultate, & ſic etiam ſentiunt de dolo vero.

Quod vero attinet ad aliam limitationem de actionibus bonæ fidei, quod in illis ſolus dolus ſufficiat abſque probationis difficultate, contrarium & verius defendit Franc. Duaren. in dicta l. in actionibus in loco præallegato, conſentit Phanuc. de iure iurando in litem parte ſecunda cap. ſecundo num. tertiodecimo ad medium, verſic. At Franciſcus Duarenus, nec diſſetit Setſerus de iuramento lib. quinto, dicto capitulo quinto num. quinquageſimonono.

Addunt Doctores, & aliam limitationem, vt ſcilicet difficultas probationis non requiratur in iuramento in litem affectionis, ſed hæc limitatio, nec etiam placet Phanuc. in loco præallegato numero tertiodecimo ante fin. verſicul. Addunt Doctores, & ad eum te remitto, vide Caputaqu. deciſ. centeſima decima nona, num. nono, parte ſecunda, vbi ponit caſum in quo iuramentum in litem defertur etiam quod veritas aliunde haberi poſſit, videlicet, quando tutor non confecit inuentarium, vel ſi confecit, illud minus ſolemne fecit, de quo latius infra dicam.

1015 IVRAMENTVM in litem dolo aduerſarij non exiſtenti nunquam actori defertur, ſi hæc concluſio, vt præfertur procedit in iuramento veritatis, multo magis procedere debet in iuramento affectionis, quod difficilius conceditur, & maioris eſt præiudicij, vt per Doctores communiter in l. in actionibus, ff. de in litem iurando, vbi præſertim Dec. num. decimoſeptimo alios refert (licet ab ipſis diſſentiat,) Duaren. num. trigeſimoquarto, & Conraſ. num. vigeſimoquinto, verſicul. Verum in hac rei, Ang. in l. Videamus, §. Plane, num. tertio. ff. de in litem iurando, in illis verbis: Quia iudex æſtimare ſine delatione iuris iurandi non poteſt rem quæ non extat, Phanuc. de iure iurando in litem, parte ſecunda, cap. ſecundo num. tertiodecimo, verſicul. Tertio requiritur dolus, Hieronym. de monte de finibus regendis, cap. ſexageſimonono, num. ſexto, verſic. Tertio requiritur, * Syntagm. commun. opinion. parte prima, titul. de iure iurando, cap. decimo, rubric. de iuramento in litem, verſic. Iuramentum in litem, vt habeat locum, Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. ſecundo, caſu ducenteſimoſeptimo, num. tertiodecimo, Mancin. de iuramento artic. nono ſub num. quarto, & num. octauo, & ſequenti, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum concluſion. quingenteſima trigeſima octaua, num. nono, verſicul. Tertio quod dolus adſit, qui fere omnes Doctores in hoc affectionis iuramento in litem, non ſolum requirunt dolum, ſed amplius dicunt latam culpam non ſufficere, de quo infra dicam num. 1018. & ſeqq.

1016 IVRAMENTVM in litem ſi, vt præfertur non datur niſi concurrentibus dolo, & difficultate probationis ex præmiſſis arguendo a contrario

ſen-

ſenſu bene infertur, quod vbi in aduerſario concurrit dolus, & ex parte actoris difficultas probationis, iuramentum in litem, & veritatis, & affectionis deferri dubitandum non eſt, vt per Bart. & alios omnes in l. in actionibus, ff. de in litem iurando, & ibi præſertim Iaſ. num. 17. & Dec. num. 13. & numero 31. & Bolognett. num. quinquageſimo, alios refert Afflict. deciſ. decimatertia, num. decimo, cum alijs pluribus relatis per Plot. de in litem iurando num. 138. & num. 594. Rolan. conſil. 49. num. 68. lib. 2. vbi de communi, de qua etiam per Soccin. conſil. 73. num. ſeptimo, lib. primo, & in ſintagm. com mun. opinion. par. prima, titul. de iure iurando cap. decimo, rubric. de iuramento in litem num. primo, Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. 31. num. vigeſimo, Maſcard. de probation. lib. ſecundo, concluſion. 934. num. tertio, ſic etiam infertur, quod vbi intereſſe, res, ſeu qualitas, & quantitas rei de qua agitur, fuiſſet per teſtes vel alio modo concludenter probatum, tunc ei non datur iuramentum in litem. Ad iuramentum in litem conficiendum eſt, vt ſupra dixi, ob dubiam, & difficilem probationem, & ſic in incertis, non autem in certis, vt per gloſ. in l. 2. in gloſ. finali, ff. de in litem iurando, Dec. in l. in actionibus num. 30. ff. eodem, Phanuc. de in litem iurando par. 1. cap. 2. num. 6. ad fin. & d. par. 2. cap. 2. nu. 13. ante fin. verſ. Vbi autem in facto contigiſſet, vbi propterea dat reo conuento cautelam ad euitãdum hoc iuramentum in litem, vt ipſe rem, de qua contenditur certam faciat teſtium, vel alio modo legitima probatione, Mancin. de iuramento par. 2. cap. 8. nn. 33. & artic. 10. num. 3. poſt Rimin. in loco per eum relato.

1017 IVRAMEMTVM in litem, poſtquam, vt dixi, non datur abſq; dolo, & difficultate probationis operpretium eſt videre, quando dicatur adeſſe probationis difficultas, & quidem communiter receptum eſt, tunc dici adeſſe probationis difficultatem, quando res petita ad oculum demonſtrari nequit, vel quia nõ extat l. in actionibus, §. plane ff. de in litem iurando, vel quia non apparet licet in rerum natura eſſe non deſierit, l. cum res, §. pen. ff. de legat. 1. declarat Bar. in d. l. in actionibus num. 22. Iaſ. ibidem nu. 40. Idem in l. ſi quando num. 35. & vbi etiam Dec. ſub nu. 31. C. Vnde vi, Fulgoſ. in l. cum furti, poſt num. 3. verſic. Vtroq; enim iſtorum caſuum, ff. de in litem iurando, Bald. in l. videamus, §. plane, nu. 2. & ibi etiam Paul. de Caſtro num. 7. in fine, & num. 12. ff. de in litem iurando, Practica Papien. in forma libelli in actione reali, ſuper verbo: Et in florenis, nu. 31. verſ. Illud autem, quod ſubijcitur, & eſt communis, vt per Boſſ. in tit. de rapinis num. 37. quem refert, & ſequitur Clar. in pract. in §. furtum, num. 19. in fine, verſ. Item contra furem, Pariſ. conſ. 74. nu. 7. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 43. num. 34. lib. 1. quos refert Mancin. in tractat. de iuramento par. 2. art. 8. nu. 28. qui pariter dicit hanc eſſe doctrinam Bart. communiter receptam, Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 471. num. 31. & ſeq. & concluſ. 934. num. 8. & num. 9. vbi declarat prout etiam & ante eum declarantem videas Phanuc. de iure iurando in litem par. 2. cap. 2. num. 13. poſt med. verſ. Eſt autem dubitatio.

1018 IVRAMENTVM in litem nunquid deferatur ob culpam, ſicut defertur ob dolum reſolutiue dicas quod non: Iura ſunt aperta in l. videamus, in fine, & in l. 2. verſ. Interdum, & in l. in actionibus, §. ſed in his, ff. de in litem iurando. Notant communiter Doctores omnes in dict. l. in actionibus, & eſt communis, vt in Syntagma commun. opinion. par. 1. tit. de iure iurando, cap. 10. rubric. de iuramento in litem, verſ. Ob culpam non iuratur in litem.

Et hæc concluſio abſque dubio procedit in culpa leui, aut leuiſſima ſecundum communem, de qua alijs relatis teſtatur Plot. de in litem iurando num. 774. & bene declarat Setſerus de iuramento lib. 5. cap. 6. num. 13. & num. 17.

Difficultas eſſe videtur nunquid ſufficiat lata culpa. Dic pariter quod licet culpam latam in propoſito dolo æquiparari facile ſuadeatur, ex l. in actionibus, §. plane, ff. de in litem iurando, quo primo aſpectu caueri videtur iuramentum in litem dari ob moram debitoris. Mora autem non dolus, ſed lata culpa ſit l. Mulier, §. ſed enim, ff. ad Trebellian. l. ſi mora vbi gloſ. Bald. & Ang. ff. ſoluto matrim. de cuius quidem textus intellectu plene ſcripſit Seraphin. in tractat. de priuil. iuramenti priuil. 31. num. 20. verſ. Sed contra hunc tertium caſum, & pluribus ſequentibus, & ob id ſolam latam culpam abſque dolo ad defendendum iuramentum in litem ſufficere dixerit Dec. in dict. l. in actionibus, num. 12. in nono notabili, & num. 17. Bero. conſ. 195. num. 12. lib. 2. Purpurat. conſil. 368. num. 44. lib. 1. Burſat. conſil. 105. num. 8. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 43. num. 31. lib. 1. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Mancin. in tractat. de iuramento par. 2. articul. 8. num. 13. & num. 14. vbi teſtatur hanc eſſe veriorem ſententiam, quam etiam tenet, & a contrarijs defendit Setſerus in eodem tractat. de iuramento lib. 5. cap. 5. num. 56. & ſeqq. & latius cap. 6. num. 8. & ſeqq.

Contrariam tamen ſententiam, quod lata culpa non ſufficiat ad delationem iuramenti in litem, & veriorem, & communiter receptam exiſtimo, quam præcipue tenuerunt plures relati Doctores per eundem Mancin. vbi ſupra num. 12. Plot. de in litem iurando num. 764. vbi alijs relatis teſtatur de communi, & num. 702. vbi ampliat eodem modo licet ſubdat, quod poterit iudex ex officio taxare intereſſe perſonæ offenſæ, Phanuc. de iure iurando in litem par. 2. cap. 2. num. 11. vbi relatis contrarijs, & alijs ad huius ſententiæ comprobationem Doctorum authoritatibus allegatis pulchre eam a contrarijs defendit, quam etiam tenet poſt alios, quos allegat Maſcard. de probation. lib. 1. concluſion. 471. num. 17. Idem Seraphin. in tractatu de priuileg. iurament. priuileg. 31. num. 58. in fine. Vbi teſtatur hanc concluſionem communem quam abſque dubio procede

re in iuramento in litem affectionis, dixi ſupra num. *
1015.

1019 IVRAMENTVM in litem, licet vt mox dixi
non deferatur ex ſola culpa. Hoc tamen nonnullis
modis declaratur. Et primo quando ſtatuto caue-
retur expreſſe, quod poſſet iurari in litem pro dam
no, uel alio delicto culpa commiſſo, vel etiamſi di-
ceret quomodocunque facto, tunc enim quod ſola
culpa ſufficiat etiam quod non adſit dolus, voluit
Iaſ. in dict. l. in actionibus num. 30. verſ. Secundo li-
mita, ff. de in litem iurando num. 767.

Secundo declaratur eadem concluſio, vt non pro-
cedat in actione tutelæ, & quando agitur contra tu-
torem, nam tunc quod ſufficiat culpa, declarat idem
Plot. de in litem iurando num. 766. & loquitur non
ſolum in lata culpa, ſed etiam in leui, per tex. quem
allegat in l. alio iure, vbi gloſ. Salicet. & Doctor. C. de
in litem iurando, & num. 196. idem dixit, & etiam
ampliat in cauſis Eccleſiarum, Hoſpitalium, Piorum
locorum, Dotium, & Ciuitatis, Phanuc. de in litem
iurando part. 2. cap. 2. num. 12. vbi alijs relatis teſta-
tur ex ſpeciali pupillorum fauore iurari in litem con-
tra tutorem ob culpam latam, & leuem, & hanc de-
clarationem ab omnibus approbari teſtatur Cardin.
Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Iuramentum con-
cluſ. 538. num. 37. vbi pariter dixit ſpeciale eſſe in tu
tore, quod ſola culpa ſufficiat & in verbo Tutor con
cluſ. 439. vbi dixit tutorem teneri etiam de culpa la-
ta, & leui, & num. 10. ſubdit duos eſſe caſus in qui-
bus tutor tenetur ſolum de dolo, & lata culpa non au
tem de leui, ex Roma. quem allegat in conſ. 413. nu.
12. verſ. Certum eſt, quem videas, vide Setſerum in
tractat. de iuramento lib. 5. cap. 6. num. 17. & ſeqq.
vbi probare contendit contra tutorem dari iuramen
tum in litem ex lata culpa non autem ex leui. Vide
Caputaqu. deciſ. 119. par. 2. & præſertim num. 8. vbi
dicitur contra tutorem dari iuramentum in litem non
ſolum ex dolo uel ſaltim ex lata culpa, ſed etiam ex
leui.

1020 IVRAMENTVM in litem nunquid deferri
poſſit ex dolo præſumpto, an vero ſit neceſſarius do-
lus verus negatiue reſpondendum videtur. Si enim,
vt ſupra dixi num. 1018. ob latam culpam iuramen-
tum in litem non defertur. Sequitur quod nec etiam
deferendum ſit ob dolum præſumptum, qui ſub no-
minė latæ culpæ, vt infra dicam continetur. Sic ſi vt
ſupra dixi num. 1001. iuramentum in litem non da- *
tur ex delicto præſumpto, pariter etiam ſequi vide-
tur quod non detur ex dolo præſumpto, & propte-
rea hanc partem negatiuam tenuerunt plures relati
per Plot. de in litem iurando nu. 813. in princip. in-
ter quos præcipue videas Catellian. Cottam in ſuis
memoralibus in verſ. Iuramento in litem non defer-
tur ex dolo præſumpto, vbi hoc maxime verum eſſe
affirmat, quãdo dolus præſumptus præſumptiue pro-
baretur Hieron. de monte de finibus regendis c. 69.
num. 8. Bertazzol. conſ. 17. num. 3. lib. 1. relati per
Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Iuramentum con-
cluſ. 538. nu. 12. vbi alijs relatis teſtatur de commu-
ni, ſed loquitur quando agitur de pęna.

Contrarium quod imo iuramentum in litem de-
feratur etiam ex dolo præſumpto reprobatis Dec.
Corneo, & Catelliano Cotta contrarium tenentibus
alijſq. relatis pro hac contraria ſententia, Doctorũ
authoritatibus ſcripſit Couar. var. reſol. lib. 2. c. 14.
nu. 6. eamq. veriorem, & magis receptam teſtatur Ma
ſcard. cum relatis per eum de probat. lib. 2. concluſ.
934. nu. 18. Rimin. Iun. conſ. 43. nu. 48. lib. 1. Manci.
de iuramento p. 2. art. 8. nu. 17. Setſerus de iuramen-
to lib. 5. cap. 6. num. 7. & ſeqq. vbi relatis, & repro-
batis contrarium tenentibus teſtatur de veriori ſen-
tentia.

Hæc quæſtio, vt videas ſatis cõtrouerſa eſt, & pro
illius reſolutione dignoſcendum, primo eſſet quãdo
& quot modis dolus dicatur verus ſeu præſũptus, de
quo lectorẽ remitto ad ea quæ cumulate dixi ſup. in
tit. de poen. temp. q. 88. nu. 4. & ſeqq. plurib. vbi per
me allegati Doctores multum ſibi ipſi contradicunt,
nec pedes figere ſciunt.

1021 Et ideo in hac contrarietate vide Plot. de in li-
tem iurando nu. 813. vbi poſt multa diſtinguere vi-
deatur inter dolũ præſumptũ, de quo ſcilicet non con
ſtat, niſi per leuia inditia, & inter præſumptũ dolum,
de quo conſtat non per leuia, ſed vrgentia inditia, vt
primo caſu ob dolũ præſumptũ non iuretur in litem,
ſecundo autem caſu ſic, & ſubdit amplius, quod quan
do lex, vel ſtatutũ dolum præſumit, vel dicit in dolo
aliquẽ videri, tunc indiſtincte ex hoc dolo a lege, vel
ſtatuto præſumpto poſſe in litem iurari, & ibi etiam
ponit non nulla exempla, quibus dolum præſumi af-
firmat ex inditijs non leuibus, ſed vrgentibus, in qui-
bus propterea in litẽ ex eo iurari poſſe exiſtimo. Quæ
quidem exẽpla ibi per eum videas, & infra de illis ſin
gulariter diſcutiã, & rurſus vide diſtinctionem Phã-
nucij in tract. de iur. iur. in litem p. 2. c. 2. nu. 5. vſque
ad nu. 9. vbi licet multa cumulet, diſtinguere tamen
videtur inter iuramentum in litem affectionis, & iura
mentum in litem veritatis. In iuramentum in litem
affectionis concludere videtur illud deferri, quando
in dolo præſumpto adeſt malus, & iniquus animus il-
lius contra quẽ iuramentum deferendum eſt, ſecus ſi
in eo nõ malus, & iniquus animus depræhẽdatur, ſed
ſolum quędam magna negligentia, & lata culpa ſeu
contumacia, vt in exemplo ibi per eum poſito. Quod
ni fallor aliud non eſt dicere, quam ſimpliciter affir-
mare inramentum affectionis non dari in dolo præ-
ſumpto cum lata culpa, & magna negligẽtia dicatur
dolus præſumptus, vt per gloſ. & Doctor. & præcipue
Alciat. in l. Magna ff. de verbor. ſignif. Et eius opinio
mihi vera videtur, & confirmatur ex ijs, quæ ſcripta
ſunt ſupra num. 1015. vbi dixi iuramentum in litem
affectionis non dari ex lata culpa, quod vero atti-
net ad iuramentum veritatis, iterum diſtinguit inter
dolum præſumptum reſpectu probationum, hoc eſt
præſumptionibus probatum, & inter præſumptum
reſpectu propriæ eſſentiæ; de qua diſtinctione dixi
ſupra

ſupra in tit.de pœn.temper.quæſt.88.nu.21.& ſeqq. vt primo caſu detur iuramentum veritatis in litem, quia dolus etiam præſumptiue probatus dicitur verus dolus, ſecundo autem caſu non.

1022 IVRAMENTVM in litem nunquid deferatur ob dolum in omittendo commiſſum, ſicut ob dolum in committendo, controuerſia eſt inter Doctores. Vna enim fuit opinio affirmatiua, quam teſte Maſcardo de probationibus lib.2.concluſ.934. num.1.tenuerunt communiter ſcribentes in l. Argentarius §.cum autem, ff. de edendo, & in l. qui accuſare, C.eodem, Cagnol.in l.vnica num.126. C. de ſententijs qua pro eo quod intereſt, Bart. in l. ſi prius quæſt. 2. ff. de noui operis nunciatione, Alexand. conſ. 254.quando dolus in princ.lib.7. Soccin. Iun. conſ. 46.num.5. lib.1. Plot. qui alios plures allegat, & de communi teſtatur de in litem iurando nu. 456. in fine, & num.612. Phanuc.de iure iurando num. 456. in fine, & num. 612. Phanuc. de iure iurando in litem part.2. cap.2. vbi bene hanc probat ſententiam, & contrarijs reſpondet Mancin.de iuramento articul.8.part.2.num.16.Et pro hac opinione facit text.in l.tutor qui repertorium, ff.de adminiſt.tutor. & etiam quia dolus in omittendo verus dolus eſt, ſicut in committendo l.1.§.1.ff.de dolo, Soccin. conſ. 159.nu.25.lib.1.imo, & quandoque, & grauius delinquitur in ommittendo, quam in faciendo, ex allegatis per Seraph. qui tamen hanc ſententiam non ſequitur de priuileg. iurament. priuileg. 31. num. 50. & ſeqq.

1023 Contrarium quod imo iuramentum in litem non deferatur in dolo conſiſtente in omittendo, voluerunt Bald.in d.l.Argentarius, §.cum autem, ff. de edendo num.1.& ibi etiam Bellapertic.num. 3. & 4. Alex.num.8.& Iaſ.num.6.Alexand.Imol.& Ang.in l.ſi prius, ff.de noui oper.nunciat. Iaſ.in l.ſi quando. num.57.in fine.C.vnde ui, Dec. in l.Qui accuſare, num.8.& 9.C.de edendo, & in l.1.num.19.in prima lectura, & num.59.in ſecunda lectura, C.de ſenten. quæ pro eo quod intereſt, Soccin.reg.237.incip.intereſſe in vltim.fallentia.idem Iaſ.conſ.174. colum. penult.verſ.Secundo principaliter lib.2. vbi contrarijs reſpondet Roman.ſingul.406. Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2.caſu 208.nu.14. Cephal.conſ.192. num.52.lib.2.Cardinal.Tuſc.practicar.concluſ.in verbo Iuramentum concluſ.538.num.17.Seraph.de priuil.iuram.d.priuileg.31.poſt num.55. vbi de communi teſtatur, & num.56.& ſeqq.pleniſſime contrarijs reſpondet, & pro hac negatiua opinione facit etiam ratio, quia dolus in omittendo minor eſt, & minus grauis reputatur, quam dolus in committendo, ad glo.in l.ſi mora in verbo Ne facto, ff.ſoluto matrimonio, & in l.auxilium, §.in delictis, ff. de minoribus cum alijs per Tiraquell. de pœnis temperandis cauſa 54, & per Seraphin. dict. priuileg. 31. num. 31. & ſequentibus.

1024 In hac contrarietate vide diſtinctionem Ang. in d.l.Argentarius §.cum autem, ff.de edendo dicentis, quod, aut iurans habet aduerſarium obligatum iure actionis, & tunc ſuum intereſſe probare poterit per iuramentum, ſiue dolus fuerit in committendo ſiue in omittendo per text.in l.qui reſtituere, ff.de rei vendicatione, ſi vero is, qui iuramentum ſibi deferri petit habet aduerſarium obligatum non iure actionis, ſed ei tantum competat officium iudicis, & tunc dolo exiſtente in omittendo in litem non iuratur, & hanc Angeli diſtinctionem ſequitur Curt. Iun. in l. admonendi num. 347. ff. de iure iurando, Grat. reſponſ. 10. num. 21. lib. ſecundo, & reſponſ. 23. pariter num. 21. lib. 1. vbi in ſimili dixit, quod quando quis tenetur iure actionis ſcripturas cuſtodire amiſſionem, quam allegat ſuo iuramento non probat, ſecus ſi ſolum iudicis officio tenebatur, Dec. in l. in actionibus num. vigeſimoſeptimo, verſic. Vltimo etiam nota, ff. de iure iurando. Didac. Segura in repetitione legis ſi ex legati cauſa num. 124. ff. de verborum obligation. Gabr. Sarayn. in additionib. ad Roman. ſingular. 406. Et hanc diſtinctionem magis communiter receptam eſſe teſtatur, Iaſ. in dict. l. ſi prius num. 48. ff. de nou. oper. nunciat. & ibidem cæteri omnes teſte Maſcardo de probationib. lib.ſecundo concluſion. 934. num. 16. Vbi relatis contrarijs ſic pro concordia diſtinguit, nec diſſentit Plot. de in litem iurando num. 612. Phanuc. de iure iuando in litem parte ſecunda cap. ſecundo num. octuageſimoſecundo, Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. 31. num. quinquageſimoctauo verſicl. Non omitto.

1025 Aliam diſtinctionem ſumas ex Alexandro in conſil. 214. num. ſecundo, & ſequenti lib. ſeptimo, vt ſcilicet in actionibus bonæ fidei directis detur iuramentum in litem ex dolo etiam in omittendo, ſecus in actionibus bonæ fidei contrarijs, & hanc diſtinctionem Alexand. ibidem communem teſtatur, prout illum refert Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum concl. 538. num. 16.

1026 IVRAMENTVM in litem poſtquam vidimus dari etiam ex dolo in omittendo commiſſo conſequens eſt, vt illud, & multo magis detur contra eum, qui dolo poſſidere deſijt rem petitam, iura ſunt aperta in l. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. de pignoribus in l. Qui reſtituere, ff. de rei vendicatione in l. ſed etſi lege, §. Hæc verba, ff. de petitionib. hæredit. in l. 5. §. idem Iulianus, ff. ad exibendum, & in l. Arbitrio, & ibi gloſ. in verbo Defunctus, ff. de dolo, & eſt ratio, quia qui dolo deſijt poſſidere, pro poſſidente habetur, & damnatur l. Qui dolo, ff. de reg. iuris, l. qui petitorio, ff. de rei vendicatione, l. ſi rem, ff. de exceptionib. re iud. & periuria prædicta, & rationem præmiſſam hanc concluſionem firmarunt Doctor. communiter in l. in actionibus, ff.de iur.iur.& ibi præſertim Paul.de Caſtr.nu.5.& ſeqq. & Iaſ.num. 37. verſ.Secundo principaliter. Neguſ.

in tract.de pignoribus in 8. parte principali membr. 2.verſ.Secundo in materia dubitatur, Plot.de in litem iurando,nu.176.Phanuc. in eodem tract.de iure iurando in litem part.2.c.2.nu.2.& 3.vbi ad ſaturitatem explicat materiam iuramenti in litem deferendi contra dolo deſientem poſſidere,& è contra, quid contra non poſſidentem; ſed dolo dicentem ſe poſſidere,& liti ſe offerentem, Menoch. de arbitrar. quæſt.lib.2.caſu 207.num.16.Cardinal. Tuſch.practicar. concluſion. in verbo Iuramentum, concluſion. 538.num.27.Setſerum in eodem tract.de iuramento,lib.5.cap.1.nu.17. verſ. Finge, quod tempore ſententiæ,& cap.5.num.9. verſ. Si vero Reus non poteſt rem reſtituere,& num.15.17. & 18. & cap. 6. num.ſecundo ad finem,verſiculo Idem Vulpian. & num. 3. & num. 4. Nunquid autem iſto caſu iudex poſſit taxare ſummam iuratam; ſeu iurandam, dixi infra num.....

1027 IVRAMENTVM in litem regulariter dari contra doloſum,& ſic in actione doli ex præmiſſis ſatis ſuperq; probatum creditur eſt tex.expreſſus in l.arbitrio,§.primo,ff.de dolo malo, & in ſpecie ſcripſerunt Phanuc.de in litem iurando,par.2.cap.2.nu. primo. Vbi particulariter dixit, quod hæc eſt pœna doli,& reus ſubijciatur iuramento actoris, & viceuerſa actor leuamen hoc ſentiat, vt ab onere probandi releuetur,& d.par.2. cap.3. num. 22. Vbi de ratione huius concluſionis late diſputat, & hanc eandem

* concluſionem communiter approbatam poſt alios per eos relatos teſtantur Hircouius,& Bonacoſſ.in locis relatis in ſyntagma commun. opinion. par. 1. tit.de iure iurando, cap.10. rubr. de iuramento in litem,num.primo,verſ.Et contra doloſos, & iterum infra verſ.Iuratur in litem contra doloſum. Idque pariter ab omnibus interpretibus vnanimi conſenſu receptum,& approbatum eſſe teſtatur. Setſerus in tract.de iuramento,lib.5.cap.5.num.24.Vbi propterea reprobat Antonium Fabrum in loco per eum relato contrarium tenentem. Vide Caputaq. deciſ. 119.num.8.p.2.vbi ſimpliciter dixit propter dolum aduerſarij dari iuramentum in litem.

Nunquid autem, quando iuramentum in litem defertur propter dolum requiratur dolus ab initio contractus,vel tempore rei appræhenſæ.Et an in deſinendo poſſidere,vel in non parendo iudici iubenti rei reſtitutionem. Vide multa per Phanuc. de iure iuran.in litem,par.2.cap.2.num.1.& ſeqq. vſque ad num.5.

Et nunquid etiam a dolo excuſet, quælibet cauſa etiam iniuſta,quando agitur de iuramenti in litem delatione propter dolum,vide eundem Phanuc. d.c. 2.nu.13.verſ.Et propterea,& Card.Tuſc.pract.concluſ.in verbo Iuramentum,concl.538.nu.51.

1028 IVRAMENTVM in litem nunquid deferatur propter latam culpam,dixi ſupra,modo quæro nunquid deferatur propter moram, quæ non dolus: ſed culpa eſt,l.ſi mora,vbi glo.Bal.& Ang.ff.ſolut. matr. l.mulier,§.ſed enim,ff.ad Trebell. & quidem negari non poſſe videtur,quod etiam propter moram iuramentum in litem deferatur per tex.in l.in actionibus §.Plane,ff.de in litem iurando, vbi expreſſe dicitur, quod ob moram Promiſſoris iuratur in litem, ſi res deſierit eſſe in rerum natura,& quod propter moram deferatur iuramentum in litem ad rei æſtimationem, & ad probandum damna,& intereſſe,alijs relatis dixit communem Plot.de in litem iurando,num.456. adducens bonas rationes,& ſic etiam pariter alij relatis de veriori ſententia teſtatur Mancin. de iuram. p.2.art.7.nu.8.verſ.Ex mora autem,& n.10.&ſeqq. & art.8.nu.14.Verum quia Iuris conſultus in eadem lege in actionibus prius dixerat ob culpam non iurari in litem,& vt dixi mora non dolus, ſed culpa eſt. Idcirco ad effugiendam hanc contrarietatem, & ad ſaluandum Iuris conſultum ne ſibi ipſi in continenti contradixiſſe videatur.Doctor.in eadem l. in actionibus ad d.§.plane,plures dederunt intellectus de quibus lectorem remitto ad Phanuc.de iure iuran. in litem,p.2.cap.2.num.15.& ſeqq.vſq.ad num.20.& Seraph.de priuil.iuram.priu.31.nu.20.& ſeqq. vſq. ad num. 30. Et licet, ex longe ſcripti per allegatos, Phanuc.& Seraphin.vt prædixi multi referantur, & etiam reprobentur intellectus ad d.§.plane,ambo tamen fatentur intellectum communiter receptum eſſe,quod ille tex.loquatur in iuramento veritatis, & non in iuramento affectionis,& ab iſto communi intellectu recedere non videtur Setſer.de iuram.lib.5. c.2.nu.7.ante fin.& cap.6.nu.24.Addit autem Phanucc.vbi ſup.num.19.quod tex.ille in d.§.plane,procedat,& loquatur,quando agitur ad reſtitutionem rei commiſſam ob moram,in non reſtituendo:ſi enim poſt moram res reſtituenda pereat,reus videatur eſſe in dolo,immo,& in furto retinendo rem inuito Domino iuribus ibi per eum allegatis,& propterea tunc detur iuramentum in litem,ſecus autem credit eſſe ſi mora conſiſtat,non in reſtitutione rei,ſed in non ſoluendo rem debitam, tunc enim iuramento in litem locum non eſſe exiſtimat, nec procedere diſpoſitionem,d.§.Plane, redditq; rationem differentiæ, quia ſcilicet mora commiſſa in non reſtituendo rem alterius eſt longe deterior, quam mora commiſſa in non reſtituendo rem debitam.

1029 IVRAMENTVM in litẽ,quãdo deferatur ob morã,dixi in præced. nu. Quæro modo,quid ſi mora non conſiſtit in tẽpore,ſed in loco,vtputa,promiſiſti ſolu ere centum Romę tali die,& non ſoluiſti, iudex attento iuris rigore ob morẽ in non ſoluendo,non debet condemnare te niſi in ſolis ſcutis centũ, vt cãtat promiſſio verũ ratione loci cõuenti cũ poſſit mea lõge plus intereſſe,nũquid actio ex ſtipulatu iſto caſu, quæ ſtricti iuris,eſt efficiatur arbitraria, intereſſeque meũ poſſim iuramẽto in litẽ probare videturquod nõ, quia actiones ſtricti iuris rõne loci nõ efficiũtur arbitrariæ ſecundũ Paul.Caſtr.in l.in action. nu.3. verſ. Si autem ratione loci,& ibi etiam Alex.col. 2.in fin. Iaſ.num.7.verſ. De claro pone Dec.in l.1.nu.72. in vltima lectura, C. de ſent. quæ pro eo,quod intereſt &

& ibi etiam Bolognett.num.60.Ioan.Faber.in §.Praeterea,num.13.inſtitut.de actionibus,vbi dixit non valere conſequentiam actio eſt arbitraria ergo iuratur in litem,Plot.de in litem iuran. num. 654.ea ratione,quia Iuramentum in litem non defertur,niſi in caſibus a iure expreſſis,prout voluit Bal.in d.l.actio. in princ.& hanc ſententiam quæ mihi communis videtur poſt aliorum relatas ſententias amplectitur. Phanuc.de iur.iuran.in litem, p.2.c.2.num.42. licet Abbas,Berengarius,& Bolognettus ſibi contrarius in locis ibi per eum relatis contrarium affirmauerint, prout,& contrarium etiam exiſtimauit verius Mancin.in tract. de iuramento, par.2.art.7.num. 10.& ſeqq.ex ea generali concluſione,quod ſcilicet iuramentum in litem deferatur ex præcedente mora in non ſoluendo in loco promiſſo, & probationes difficultate meliorem attuliſſet rationē ſi dixiſſet, quod iuramentum in litem regulariter datur contra non ſeruantem promiſſam ex allegatis per Plot.de in litē iurando,§.39.num.2.& ſeqq.& per Phanuc. de in litem iurando,p.1.c.2.nu.8.poſt princ.& c.4.nu.44. ſed huic rationi reſponderi poteſt,quod locum habet in actionibus bonę fidei etiam contrarij,& vbi agitur de reſtituendo rem,non autem in actionibus ſtricti iuris,& vbi agitur de ſoluendo debitum,prout declarat Setſer.de iuram.lib.5.c.5.nu.45.verſ.Ex quo recte colligunt interpretes.

1030 IVRAMENTVM in litem ſicut prædixi ob aduerſarij dolum actori defertur, ſequitur quod cum dolo non careat is,qui imperio magiſtratus nō obedit,idcirco in omnibus actionibus, ſiue bonæ fidei,ſiue ſtricti iuris ſint iuratur in litem contra non parentem iudicis præcepto, & ſic contra non reſtituentem rem poſt iudicis iuſſum tex.eſt in l.qui reſtituere,ff.de rei vendicatione, & notant communiter Doct.omnes in l.in actionibus,ff.de in litem iurando vt ibidem videre eſt apud Bar.nu.n.19.& 20.Ang.in §.Plane,nu.1.verſ.in eadem gloſ.Paul.de Caſtr. nu. 4.& 6.vbi diſtinguit tres caſus.Salicet.nu.7.& Iaſ. nu.5.Bal.conſ.245. proponitur, lib.2. Plot.qui alios plures refert concordantes de in litem iurando, nū. 563.Phanuc.de iur.iurand.in litem,p.1.c.4.nu.57. vbi an iſto caſu poſſit iurari in litem,vltra rei ſuæ æſtimationem,& p.2.c.2.nu.1.& ſeqq.vſq. ad nu.5. vbi plura ponit in materia iuramenti in litem contra nō reſtituentem rem,quam iudex reſtitui mandauit, & d.p.2.c.2.nu.18.vbi alios refert concordantes, & c. 3.nu.25.verſ.huius autem gloſæ occaſione, & num. 37.& ſeqq.vſque ad num.42. vbi late hanc eandem materiam pertractat Hieron.de Monte de finibus regendis,cap.69.num.3. Menoch.de arbitrar. quæſt. lib.2.caſu 207.num.16. Mancin. de iuramento par. 2.art.7.nu.7.Setſer.de iuram.lib.5.c.1.nu.17. verſ. Finge,quod tempore ſententiæ,& c.5.nu.9.& latius cap.6.nu.2.& ſeqq.

Ea præcipuè motus ratione,quia contumacia non reſtituentis rem iuncto dolo faciunt,vt contra contumacem iuretur in litem,l.1.& 2.§.fin.& l. ſi tutor, ff.de in litem iurando, contumacia autem aliud non eſt,quam inobedientia,vt ibi per eum, ergo contra non parentem iudici datur iuramentum in litem.

1031 IVRAMENTVM in litem datur etiam contra mendacem,& negantem verum, quem doloſum ex mendacio præſumi nulla eſt dubitatio ad tex. in l. ſi quis affirmauerit,§.1.& in l.quod venditor, ff.de dolo,& in l.falſus,§.ſi quis,ff.de furtis,& ſuo loco dixi,& propterea contrà negantem debitum illo probato per actorem, quod detur iuramentum in litem,ſuper quantitate debita,ſi de ea non conſtet ſcriptum reliquerunt Dec.in l.in actionibus,num.13.& ibi etiam Curt.num.166.verſic.Et ideo circa hoc, ff. de in lit. iuran,idem Dec.in l.certi condictio,§.quoniam,num.7.ff.ſi cert.petat.& in cap.primo,num.33 verſic.Tertio accedat extra de probationibus,& in conſ.536.num.12,Grat.conſ.66.num.8.lib.primo, Plot.de in litem iurando,num.666. Aymon. de antiquit.tempor.par.prima,ſection. Vidimus,& abunde,num.17.Seraph.de priuileg iuramen. num.41.& ſeqq.vbi pluribus ſimilibus hanc exornat concluſionem,Mancin.de iuramento,par.2.art.8.num.10.Setſerus in eod.tract.de iur.lib.5.cap.5.num.51.Ex quibus ſine dubio negari non poteſt hanc cōcluſionem eſſe communiter receptam, & propterea ab ea in iudicando non recedendum, Quicquid ſecus ſenſerit Phanuc. de iure iuran.in litem,par.1. cap.2. nu. 8.& ſeqq.vſque ad num.11.

Imo,& quod plus eſt probario credito,vt puta,mutuo per legitimas probationes, vel etiam per confeſſionem partis,& ſic etiam,quod reus conuentus debitum non neget,& in dolo non ſit. Adhuc non conſtito de quantitate debita,quod illa probari poſſit iuramento actoris,voluit Cæpoll.cautel. 210. Marſil. ſingular.322.Dec.conſ.146.num.14.& d.conſ. 53. eodem num.12.Alex.conſ.189.nu.26. lib. 6. Seraphin.d.priuil.31.num.30.& hanc ampliationem fatetur communem,Phanuc.de iur.iurand.in litem, par.1.d.cap.2.eodem num.8.& ſeqq.licet ab ea diſſentiat,prout diſſentit etiam Mancin. d. art. 8. n. 11. poſt Rip.Aym.& Menoc. in locis ibi per eum relatis.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVN in litem affectionis, vt deferatur,quę requirantur,& alia ad materiam.

SVMMARIVM.

Iuramentum in litem affectionis vt deferatur quæ requirantur,nu.1032.

Iuramentum in litem affectionis nō datur niſi agatur ad rē in qua caret affectio,nu.1032. verſ.Et quidē.

Iuramentum in litem affectionis non datur contra debitorem in nummis, nu.1033.

Affectio nunquid cadat in nummis,num.1033. verſ. Hanc rationem.

Iuramentum in litem veritatis dabitur contra debito-

rem in nummis ſuper intrinſeco; aut extrinſeco intereſſe, num. 1033. verſ. Sed bene dabitur.

Iuramentum in litem affectionis datur etiam quando agitur ad reſtitutionem alicuius antiqui numiſmatis, nu. 1033. verſ. Dabitur tamen.

Iuramentum in litem affectionis non datur, quando agitur ad reſtitutionem rei, quam quis ſemel, ſemel denarem expoſuit, num. 1034.

Iuramentum in litem affectionis non datur quando agitur de tritico, oleo, vino, & ſimilibus, quæ pondere, numero, & menſura functionem recipiunt, nu. 1034 verſ. Secunda ſit concluſio.

Iuramentum in litem affectionis, nunquid detur, quando agitur ad rem immobilem, num. 1035.

Iuramentum in litem affectionis datur quando agitur ad reſtitutionem alicuius rei, quæ fuerit maiorum noſtrorum, num. 1035. verſ. Quarta ſit concluſio.

Iuramentum in litem affectionis datur, quando agitur ad prædium ſummæ amenitatis, & voluptatis, nu. 1035. verſ. Quinta ſit concluſio.

Iuramentum in litem affectionis datur quando agitur ad reſtitutionem libri, in quo quis fecit magnum ſtudium, & additiones, num. 1036.

Iuramentumi n litem affectionis nunquid detur quando agitur ad rem ſibi donatam ab Amaſia vel Principe, num. 1036. in ſeptima concluſione.

Iuramentum in litem affectionis non datur ſine dolo, num. 1037.

Iuramentum in litem non datur niſi in actionibus arbitrariis, num. 1037. verſ. Requiritur ſecundo.

Iuramentum in litem affectionis vt detur attenditur affectio tempore petitæ reſtitutionis, & non præterita, num. 1037. verſ. Requiritur quarto.

Iurameutum in litem affectionis in iudicialibus non datur niſi adſit iudicis contemptus, num. 1037. verſic. Requiritur ſexto.

Iuramentum in litem affectionis non datur quando reus conuentus non habet facultatem tradendæ rei, vel illam dolo poſſidere non deſit, num. 1037. verſ. Requiritur ſeptimo.

Iuramentum in litem affectionis non datur quando agitur ad rem, in qua nulla adeſt vtilitas, num. 1037. verſ. Requiritur octauo.

Iuramentum in litem affectionis quando defertur iurans debet æſtimare rem petitam iuxta pondus ſuæ affectionis nulla habita conſideratione ad damna, & intereſſe, & ſic poteſt iurare plus eo quod importat intereſſe, num. 1038.

Iuramentum in litem veritatis, ſeu etiam affectionis nunquid poſſit excedere duplum veræ æſtimationis rei petitæ, nu. 1038. verſic. Difficultas eſt, & ſeq.

1032 IVRAMENTVM in litem affectionis quid ſit dixi ſupra num. 981. ſupereſt modo videre quando deferatur, & quæ requirantur vt illius delationi locus ſit, qua in re vltra infraſcriptos vide Phanuc. de in litem iurando par. 2. cap. 2. nu. 13. & latius par. 1. cap. 4. num. 43. & ſeqq. vſque ad nu. 49. Vbi facit quinq. concluſiones, quas ibi per te ipſum videas, & vide etiam Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Iuramentum concl. 538. num. 43.

Et quidem principale requiſitum vt iuramento in litem affectionis locus ſit etiam vt agatur ad reſtitutionem rei, quæ affectionem recipiat: niſi enim in re ad quam agitur cadat affectio iuramentum in litem affectionis non defertur ſecundum Ang. in l. videamus, §. Plane, num. 3. ff. de in litem iurando, cum alijs per Phanuc. de in litem iurando p. 2. c. 3. nu. 13. verſ. Primum requiſitum, Hyeron. de monte de fin. reg. c. 69 nu. 6. verſ. In primis enim requiritur, Bonacoſ. relatus in ſintag. com. opi. p. 1. tit. de iur. iu. c. 10. rub. de iur. in litem poſt nu. 2. verſ. Iuramentum in litem vt habeat locum, & iterum infra in verſ. Vbi non cadit affectio, Menoc. de arbit. quæſt. lib. 2. caſu 207. nu. 5. & num. 11. vbi propterea dixit iudicem in hoc bene conſiderare debere, quæ qualisve ſit res, ad quam actor affectionem ſe habere dicit Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Iuramentum concl. 538. nu. 9. verſ. Prima rei natura, Mancin. de iuramen. p. 2. art. 9. n. 4.

1033 IVRAMENTVM in litem affectionis poſtquã vt dixi, non datur quando agitur ad reſtitutionẽ rei, in qua non cadit affectio, inde ſequitur, quod contra debitorem in nummis nullo pacto deferatur, text. eſt in l. nummis, & ibi gl. cõmuniter Doctores omnes notant, ff. de in litem iurando. Pariſ. conſ. 131. nu. 15. lib. 4. Hyero. Buticella in l. cum quid n. 29. ff. ſi cert. pet. Iaſ. in l. talis ſcriptura nu. 14. ff. de leg. 1. vbi ampliat etiã, quod pro pecunia in ſacculo obſtricto, tanquam ſpecie depoſita in litem ex affectu non iuratur, refert eum, & ſequitur Phanuc. de iur. iur. in litem p. 1. c. 4. num. 49. & 50. vbi reprobat etiam Alberic. Dec. & Ferrarium contrarium tenentes.

Hanc rationẽ quod contra debitorẽ in nũmis non detur iuramentũ in litem affectionis, quia ſcilicet in nũmis non cadat affectio, per tex. in d. l. nũmis impugnat Duaren. in l. in actionibus, nu. 5. & ibi Corraſ. n. 9. ff. de in litẽ iur. Idem Corraſ. lib. 6. Miſcellan. iuris c. 3. dicentes in ead. l. nũmis non agi de iuramẽto in litem affectionis, quod vt ſup. ſuo loco dixi, & eos retuli in iure non dari contra cõem contendunt, ſed eã illius legis rationẽ cenſent, quod cum nũmi incertam æſtimationem non recipiant fruſtra defertur iuramentũ in litem ad probandũ intereſſe, quod in illis conſiderari nõ poteſt, & hanc Duareni, & Corraſij rationẽ ob impugnatione, Plot. de in litem iurando nu. 410. aſſerentis etiam in nũmis æſtimationem non ſemper eſſe certam, & immutabilẽ, defendit Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 207. nu. 5. & ſeqq. ſed vtrunq. ſit; ſiue in nummis cadat certa, vel incerta æſtimatio, & verior, & communior eſt opinio, quod in iure detur iuramentum affectionis, quod in nummis non cadat affectio, & quod contra debitorẽ in nũmis non detur iſtud in litem iuramentum affectionis.

Sed bene dabitur iuramentũ veritatis ſuper intrinſeco, aut extrinſeco intereſſe, vt ibidẽ per Plot. n. 419

qui

qui pluribus hanc probat conclusionem, contra Camillum Plautium contrarium tenentem in loco per eum relato, & ante Plot. hoc idem ſcripſerunt Aretin. in §. Nunc admonendi, nu. 4. ad fin. inſtit. Quibus alienare liceat vel non, Alciat. in l. 2. §. Appellata num. 7. verſ. Si vero mala, ff. ſi cert. pet. prout illos refert, & ſequitur Phanuc. de iur. iuran. in litem, p. 2. c. 3. num. 16. verſ. Et pone, Pupill. ſintagm. commun. opinion. part. 1. tit. de iur. iurando, cap. 10. rubr. de iuramento in litem poſt num. 2. verſic. Vbi non cadit affectio.

Dabitur tamen iuramentum in litem affectionis quando ageretur ad reſtitutionem alicuius antiqui numiſmati, prout ſunt Medaleæ, vt tradit Phanucc. de iure iurando in litem, p. 1. c. 4. num. 51. & voluit etiam Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Iuramentum concl. 538. num. 9. verſ. Niſi forte eſſet pecunia prout Medaleæ.

1034 IVRAMENTVM in litem affectionis non datur vt ſupra dixi, quando agitur ad rem in qua non cadit affectio, quærendum opportune videtur, quæ ſit res iſta in quibus cadit, vel non cadit affectio. Qua in re conſtituendæ, mihi ſunt infraſcriptæ concluſiones. Prima eſt, quod quando actor, qui iuramentum affectionis ſibi deferri petit agit ad rem, quam ſemel venalem expoſuit, non poteſt dicere ad eandem rem affectionem habere, & conſequenter, nec etiam inſtare pro delatione iuramenti in litem ex affectu ſecundum Phanucc. de iur. iuran. in litem, par. 1. cap. 4. num. 55. verſic. Depræhendi, & iam poſſet poſt gloſſ. & alios quos allegat proponit contraria, & illis reſpondet.

Secunda ſit concluſio, quod quando agitur de tritico, oleo, vino, & ſimilibus, quæ pondere, numero, & menſura functionem recipiunt, in his pariter nullus affectus conſiderari poteſt, & conſequenter delationi iuramenti in litem affectionis locus eſſe nequit Alex. in l. nummis, num. 8. ff. de in litem iurando, Odofred. in l. arbitrio, col. 2. ad fin. ff. de dolo, refert eos, & ſequitur Phanuc. de iur. iuran. in litem, p. 1. c. 4. num. 52. vbi teſtatur etiam, ita eſſe de mente omnium Doctorum in d. l. nummis, excepto Fulgoſ. qui quoad vinum contrarium tenet, cum vt experientia docet, magis qui diligat vnum vinum, quam aliud, ſed idem Phanuc. huic rationi bene reſpondet. Alias concluſiones videas in ſequentibus verſiculis.

1035 IVRAMENTVM in litem affectionis, nunquid detur, quando agitur ad rem immobilem, & ſi an affectio cadat in re immobili. Dic (& hæc ſit tertia concluſio) quod ſic per tex. in d. l. qui reſtituere, ff. de rei vendicatione, quæ quidem lex, dum loquitur de deſinente dolo malo poſſidere, quo caſu admittit iuramentum in litem, intelligi poteſt etiam de re immobili, nec facit in contrarium tex. in l. ſi cui §. 1. ff. locati, dum dicit iuramentum in litem deferri pro re non immobili, quaſi ſecus ſentiat pro re immobili, ſic enim in illo textu de non immobili facta fuit mentio cauſa crebrioris contingentiæ non autem quod cõtrarium ſtatuatur in re immobili, vt per Phanuc. de iur. iurand. in litem, §. primo, cap. 4. nu. 56. vbi propterea diſtinguendo dixit dari iuramentum in litem affectionis, quando agitur pro reſtitutione rei immobilis, ſecus ſi agatur ad conſequendam rem immobilem.

Quarta ſit concluſio, vt iuramentum in litem affectionis, detur quando agitur ad reſtitutionem alicuius rei, quæ fuerit maiorum noſtrorum. Nam tunc in ea re cadere affectionem, probat tex. in l. ſi in emptionem, ff. de minoribus, vel ſi eſſet domus paterna, in qua pater defeciſſet, & filij creuiſſent, l. lexq. §. Nec vero, C. de adminiſtr. tutor. vel quia noſtrorum parentum oſſa, vel reliquiæ inſint l. prima, §. ſed ſi rem, ff. ſi quid in fraudem patroni, aut quid ſimile, prout bene aduertit Phanuc. de iur. iuran. in litem, p. 1. cap. 4. num. 54.

Quinta ſit concluſio, vt pariter deferatur iuramentum in litem affectionis, quando agitur ad prædium ſummę amenitatis, & voluptatis, quapropter in hoc prædio ratione voluptatis, & amenitatis affectionem cadere, probat tex. in l. ſi quis intra, C. de bonis præſcriptorum, cum alijs per Phanuc. de iur. iur. in litem, p. 1. cap. 4. num. 54. verſ. Vel ſit prædium ſummæ amenitatis, vide tamen ad veritatem huius quintæ concluſionis, quæ paulo infra dicam in alia quæſt. nunquid ſcilicet iuramentum in litem affectionis deferatur ex ſola affectione abſque vtilitate.

1036 IVRAMENTVM in litem affectionis, nunquid deferatur, quando agitur ad reſtitutionem libri, in quo actor fecit diuturnum ſtudium additiones, aut alio modo localem memoriam, & ſic an huiuſmodi liber ſit res in qua cadat affectio. Dic quod ſic (& hęc ſit ſexta concluſio) per tex. in l. penul. ff. ad exhibendum. Soccin. in rubr. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, nu. 56. & ibi etiam Paul. de Caſtr. nu. 2. & Iaſ. etiam num. 2. Phanuc. de iur. iuran. in litem, p. 1. cap. 4. num. 54. verſ. Vel quia ſi liber, & ante ipſum Plot. de in litem iurando, num. 870. verſic. Et liber manu mea. Vbi propterea dixit, quod talis liber poſt eſſe mihi carus centum aureis, & tamen communi æſtimatione non valere, niſi decem. De quo vltimo dubitauit Mancin. in tract. de iuramento, par. 2. art. 9. num. 2. & num. 5. & vide quæ dixi ſupra in tract. de furtis, quæſt. 165. num. 19. vbi poſui an dicatur furtum magnum, illud, quod eſt factum in repertorio alicuius Doctoris.

Septima, & vltima ſit concluſio, quod ſi agitur ad rem donatam ab Amaſia, & ad illius reſtitutionem datur contra non reſtituentem talem rem. Iuramentum affectionis, quia in tali re cadit affectio, vt per Socc. in dict. rubr. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, nu. 49. verſ. Sed aduerte, & alios ibi cuius contrarium ſcripſerunt Ragnez. Alberic. Berengarius, & Sebaſtianus Sapia in locis relatis per Phanuc. de iure iurando in litem, par. prima, cap. quarto, num. 54. verſiculo Vel ſi eſſet res donata, vbi tamen ſecus dicit in re a Principe donata in præmium

& memoriam alicuius præclari operis. Tunc enim in tali re donata a Principe iure cadit affectio,& contra non reſtituentem deferri debet iuramentum in litem affectionis,vt ibi per eum.

1037 IVRAMENTVM in litem affectionis, vt deferatur multa alia requiruntur,vltra rem in qua de ſui natura cadat affectio,& de qua mox dixi. Requiritur enim primo dolus rei conuentus, nec lata culpa ſufficit.Dixi ſupra num.115.

Requiritur ſecundo,quod ſimus in actionibus bonæ fidei,vel ſtricti iuris,quæ ſint effectæ arbitrariæ, vt puta,qua exhibitionem, vel rei reſtitutionem reſpiciunt Menoch.de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 207.num. 14.Hieronym.de Monte, de finib.regen. c.69. num. 6.verſic.Secundo,Quando natura actionis ſintagm. commun.opinion.par.1.tit.de iur.iuran.cap.10.rub. de iuramento in litem poſt num.2. verſ.Iuramentum in litem,vt habeat locum,Cardin.Tuſch.practic. concluſion.in verbo Iuramentum,concluſ.538.num. 9. verſic. Quarto, quod actionis qualitas, vide ſupra num.992.

Requiritur tertio, habilitas Perſonæ, dixi infra num.1039.

Requiritur quarto,affectio præſens quanti ſcilicet tempore petitæ reſtitutionis res eſtimetur & non præterita,l.3.&ibi omnes notant,ff.commodati.Mancin. poſt Plot.in loco per eum relato in tract.de iuramento in litem,p.3.c.1. nu.5. & 6. quem bene declarantem videas, & etiam loquentem, tam de iuramento in litem affectionis, quam etiam de iuramento veritatis.

Requiritur quintò, quod agatur de reſtitutione rei non autem de traditione,dixi ſupra num.992.

Requiritur ſexto,contemptus iudicis, quando ſumus in iudicialibus aliter iuramentum in litem affectionis non datur:ſed datur ſolum iuramentum in litem de veritate,ſecundum Iaſ.in l.cum furti in princ. ff.de in litem iurando, prout illum refert, & ſequitur Card.Tuſc.pract.concl.in verbo Iuramentum,concl. 538.num.64. Vide Phanuc.de iur.iuran.in litem par. 2.cap.5.num.13.

Requiritur ſeptimo, quod reus conuentus habeat facultatem rei tradendæ, vbi enim rem quæ petitur non habet,nec dolo deſijt illam habere,non eſt locus iuramento in litem affectionis,Salicet.in l.in actionibus,num.4. verſ. Vbi autem facultatem, ff.de in litem iurando.Plot.de in litem iurando,nu.565. Mancin.in tract.de iuram. p.2.art.9.nu. 12. & videtur de mente Aymonis in conſil. 287. num.2.poſt med. & num.3.

Requiritur octauo,vt in re,de qua agitur cadat nō ſola affectio,ſed aliqua ēt vtilitas.Sola enim affectio, abſque vlla prorſus vtilitate non ſufficit ad delationē iuramenti in litem affectioni, Dec. in l. in actionib. num.3.verſ.Reperio tamen,Rebuff.in l.prima, gloſſ. prima, num.94.C.de ſent.quæ pro eo,quod intereſt Menoch.de arbitrar.queſtion.lib.ſecundo,caſu 207. num. tertio, Cardinal.Tuſch.practicar. concluſion. in verbo Iuramentum,concluſ.538.num. 7.vbi de communi,Mancin.in tract.de iuramento,p.2.art. 9. num.5. & 6.vbi ponit exemplum in Zona donata ab Amaſia,de qua dixi ſupra num.1036. in vltima concluſione.Item ponit aliud exemplum de Caſtello ammiſſo.Qua in re vide Phanucc.de iur.iuran. in litem,p.1.c.4.num.32.&ſeqq.vſque ad num.43. vbi fatetur hanc eſſe communem Doctorum ſententiam quam ipſe declarat bene procedere, quando agitur ad rem donata ab Amaſia, item & quando agitur de conſequenda re nobis debita, vnum ſi agatur de recuperanda re noſtra,tunc quod ſola affectio abſque vtilitate ſufficiat ad delationem iuramenti in litem affectionis pluribus defendit,&c.

1038 IVRAMENTVM in litem affectionis,quando defertur tunc iurans æſtimare debet rem petitam iuxta pondus ſuæ affectionis, nulla habita conſideratione ad damna,& intereſſe,prout habetur in iuramento veritatis,& ſic poteſt iurare plus quam intereſt,& ideo dicitur iuramentum in litem affectionis, prout ſupra declaraui in præludij, & expreſſe voluit Paul. de Caſtr.in l.in actionibus, nu.11.verſ. Quid autem veniat,ff.de in litem iurando,quem refert,&ſequitur Mancin.in tract.de iuramento,p.2.art.9.num.13.& hanc concluſionem a contrarijs bene defendit Setſerus in eod.tract.de iuramento,lib.5.cap.2. num. 12. &ſeqq.

Difficultas eſt quantum verum intereſſe poteſt excedere hoc iuramentum in litem, & quidem quoad * iuramentum veritatis communis eſt Doctorum ſententia,quod non poſſit excedere duplum veræ,& cōmunis æſtimationis,licet enim tex.in l.videamus, §. deferre,ff.de in litem iurando,& in l.qui reſtituere,ff. de rei vendicatione admittere videantur poſſe in infinitum iurari;hæc tamen iura correcta pariter videntur per tex.in l.vnica,C.de ſent.qua pro eo quod intereſt,vbi præſertim,Bart.num.20.verſ.Sumus expediti,Dec.num.69.verſ.In gloſ.in verbo arbitrarijs in ſecunda lectura.Rebuff.num.289.& ſeq. ſuper gl. 1.verſ.Ex hoc declaratur,& ſuper gloſ.in verbo Contractibus,n.402.verſ.Ex gloſa habes, vbi teſtatur de * communi Doctorum ſententia, &ab ea in conſulendo,& iudicando non eſſe recedendum, idem Dec. in l.in actionibus,num.8.verſ.Quantum ad tex.ff.de in litem iurando,Alex.in l.videamus,§.deferre,num. ſecundo in fine,& ibi etiam Iaſ.num.quarto, in ſecundo notab. ff. eodem, cum alijs pluribus relatis per Phanuc.de iure iurando in litem par. tertia, cap. primo,num.ſeptimo,vbi pariter teſtatur de communi,& alios refert teſtantes, ita in practica ſeruari licet (vt mox eum referam) ab hac communi, & practicata ſententia diſcedat, Mancin. in tract. de iuramento, par. 2.art.7.num.20.

Quod vero attinet ad iuramentum affectionis idē videtur dicendum, quod non poſſit excedere iuramentum in litem duplum veræ eſtimationis,ſic enim etiam videtur de mente omnium præallegatorum * Doctorum, & in ſpecie Mancin.d.p.2.art.9.num.15. poſt

poſt Iaſon Dec.& Rebuff. in locis per eum allegatis.
* Et licet ab hac communi diſcedat Phanucc. vbi ſupra d.par.3.c. 1.num.8. vbi etiam pro hac contraria
* ſententia alios refert tenentes contra Communem, ſuamque ſententiam pluribus defendere conetur, Phanuecifque opinionem in Iuramento affectionis ſequatur Setſerus in tract. de Iuramento lib. 5. cap. 7.num. 8.ego tamen in iudicando, & conſulendo
* nunquam a communi diſcederem.

ARGVMENTVM.

Iuramentum in litem quibus deferatur.

SVMMARIVM.

Iuramentum in litem non defertur niſi perſonæ ad iurandum habili nu.1039.in princ.& in ſeqq. verſiculis, vbi propterea quod non defertur furioſo nec impuberi, ſed Tutor, & Curator pro eo iurat ſi iurare voluerit, & qui de Matre volente pro ſuo filio pupillo iurare.

Iuramentum in litem non defertur alicui niſi ſit vir probus, & in aliena cauſa Teſtis omni exceptione maior num.1040. Vbi propterea quod non defertur periura, aut infamia.

Iuramentum in litem non defertur iudeo, nec pauperi Chriſtiano, nec inimico, nec mulieri, nec doloſo, & non legitimo poſſeſſori, nec prodigo, nec illi contra quem aliqua Iuris præſumptio vrgeat, nec etiam non bene informato nu.1041.

Iuramentum in litem deferendi facultas nunquid tranſeat in hæredes nu.1042. & ſeq. Vbi etiam an tranſeat in ſucceſſorem Eccleſiaſticum, & ceſſionarium.

Iuramentum in litem facultas non tranſit ad hæredes quando defertur Iuramentum non a lege, ſed ab homine nu.1044.

Iurandi in litem facultas non tranſit ad hæredem non informatum nu.1045.& ſeq. Vbi etiam quando hæres dicatur informatus, vel non informatus.

Iuramentum in litem deferri non debet illi qui non ſit Dominus litis, vel qui litem ſuo nomine conteſtatus non ſit nu. 1047. Vbi etiam an hoc in litem Iuramentum Procuratori deferri poſſit.

1039 IVRAMENTVM in litem, & veritatis, & affectionis quomodocunque deferatur, ſiue de iure communi, ſiue vigore ſtatuti, aut parti numquam deferendum eſt perſonæ, quæ ad iurandum non ſit habilis, ex traditis per Phanuc.de in litē iurando par.2.cap.2.num.13.verſ. Quarto habilitas iurantis, Hieronym. de monte de finibus regendis c. 69.num.6.verſ. Vltimo iurantis habilitas, Menoc.de arbitrar.quæſtion.lib.2.caſu 207. num. 12. Syntag. commun.opin.par.1.tit.de iure iurando cap.10.rub. de iuramento in litem poſt num.2.verſ.Iuramentum in litem, & habeat locum Mancin.in tract.de iuramēto vt habeat locum art.9.num.4.verſ.Tertio quod iuraturus, Card. Tuſc.pract.concluſ. in verbo Iuramentum concluſ.538.num.9.verſ.Secundo habilitas iurantis.

Et hinc primo infertur quod furioſo non defertur iuramentum in litē l.in negocijs ff. de reg.iuris, Plot. de in litem iurando num.816.Phanuc.de iure iurando in litem par.2.cap.1. num.13. Menoc. de arbitr. quæſt.lib.2.caſu 207.num.12.Seraph de priuil. iur. priuil.31. num.90. verſic. Pariter dicendum eſt in furioſo.

Infertur ſecundo, quod cum pupillus, & impubes iudicio, & diſcretione careat, §.Preterea, vbi gl.& Ang. inſtit. quibus non eſt permiſſum fac. teſtam. Hoc ideo nec etiam illi defertur iuramentum in litem l. videamus, in princ. & ibi not. omnes, ff. de in litem iurando, Phanuc.de iure iuran.in litem par.2. cap. 1. num.12. Hieron.de monte d.cap. 69. nu.6. Seraph. d.priuil.31.num.90.in princ. Setſerus in tract.de iuramento lib. 5. cap. 4. num. 7. & ſeqq. vbi pluribus hanc probant concluſionem, & reſpondet contrarijs.

Iurabit itaque pro pupillo eius tutor, vel curator quatenus iurare voluerit cum ad iurandum cogi non
* poſſit d.l.Videamus, §. Curatores, & ibi notant omnes ff.de in litem iuran.Plot. de in litem iuran. num. 816.Menoc.d.caſu 207.num.12.Seraphin. d. priuileg.31.num.90.Setſerus d.cap.4. num. 15. & ſeqq. vbi pariter, & hanc concluſionem beneficio comprobat, & contrarijs reſpondet Mancin.in tractat.de iuramento art.8.num.18. vbi declarat dummodo tamen Tutor, vel Curator ſit informatus, & articul.9. num.14.

Mater vero nec etiam volens admittitur ad iurandum pro pupillo, tex.apertus in d.l.videamus, in princip.Setſerus d.cap.4.num.17.& ſeqq. vbi poſt gloſ. ibi in d.l.Videamus, declarat niſi eſſet tutrix, quia tunc admittitur ſicut alius tutor. Adoleſcens vero poterit in litem iurare ſi voluerit, tex.ad litteram in dict. l.Videamus, §.Adoleſcens, ff.de in litem iurando, Setſerus d.cap.4.nu.20.& ſeqq.

1040 IVRAMENTVM in litem quando defertur, aut de iure communi, vel etiam vigore pacti, aut ſtatuti nunquam defertur niſi iurare volens ſit vir probus, & in aliena cauſa teſtis omni exceptione maior, Bal.in l.falſus, C.de furtis, & in l. bonæ fidei nu. 10.verſ. Venio ad quartum, C.de iure iuran. Ang. in l. popularis actio, ff.de popular.action. Rip.in l.Damnum num.6. verſic. Quarto, &c.ff.de damno infecto, Curt.in repetit.l.admonendi num.201. verſ. Quod eſt notandum, ff.de iure iurando, Catellian.Cotta in memoralibus verſ. Statuta Ciuitatis Mediolani cautum reperitur quod credatur comparijs cum alijs per Plot.de in litem iurando num. 792. & ſeqq. & num. 852.vbi Maſcard.de probation.lib.1.concl.471.nu. 28.& num. 29.Phanuc.de iure iurando in litem par. 2.cap.1.num.25.vbi facit generalem concluſionem quod iuramentum in litem non eſt deferendum illis quo-

quorum teſtimonium eſt reprobatum, Seraphin. de priuileg. iuramenti priuil. 31. num. 89. Mancin. de iu ramento par. 2. artic. 10. num. 2. & faciunt quæ in ſimili de iuramento in ſupplementum dixi infra num. 1248. & ſeq.

Hinc pariter infertur iuramentum in litem non eſſe deferendum ei qui alios fuit periurus, cum ex præterito periurio ſit etiam ſuſpectus quod ad periu randum in futurum facilis eſſe poſſit, Marſil. ſingul. 74. & in rubr. de fideiuſſionibus num. 175. cum alijs per Plot. de in litem iurando num. 774. Phanuc. d. part. 2. cap. 1. num. 29. Vbi ampliat etiam in periurio emendato, Maſcard. de probationibus lib. 2. concl.
* 1003. nu. 48. & ſeqq. vbi alijs relatis teſtatur de com muni, & concluſ. 139. num. 8. Seraph. d. priuil. 31. nu. 86. Vide ſupra num. 1251. ſeq.

Et generaliter quod hoc iuramentum in litem non deferatur infami, infamia iuris, vel facti, Arnon. ſingular. 45. plene ſcripſit idem Plot. vbi ſupra nu. 793. & ſeqq. & num. 401. vbi de condemnato propter delictum aut dolum, & etiam de ſpurio blaſphematore, vſurario, & quocunque alio crimninoſo, Phanuc. dicta parte ſecunda cap. 1. num. 27. Vide infra num. 1250.

1041 IVRAMENTVM in litem vbi de iure commu
* ni vel alias vigore pacti vel ſtatuti deferendum eſt vltra prænominatas perſonas non defertur primo iudeo contra Chriſtianum, Marſil. ſingulari 41. incip. iudeus, Imol. conſil. 2. Plot. de in litem iurando num. 401. Phanuc. in eodem tract. de iure iurando in litem par. 1. cap. 1. nu. 26. Menoch. de arbitrar. quęſt. lib. 2. caſu 208. num. 616. vide in ſimili infra de iura mento in ſupplementum num. 1254.

Secundo, iuramentum in litem non defertur paupe ri, cum non ſit teſtis omni exceptione maior, Pariſ. conſ. 164. nu. 2. lib. 4. Plot. de in litem iurando nu. 8. & 105. vbi declarat duobus modis declarationes ibi videas, & videas etiam quæ dixi in tractatu de teſtibus ſuo loco de teſte paupere, & ſecundum declarationes ibi poſitas declara hanc concluſionem, vide in ſimili infra de iuramento in ſupplementum, num. 1253.

Tertio, iuramentum in litem non defertur inimico ex alleg. per Plot. de in litem iurando, num. 799. vbi dixit hoc eſſe verum indubitanter quando inimi citia eſt capitalis.

Quarto, iuramentum in litem non defertur mulieri, quando illud deferendum eſt vigore ſtatuti, quia tunc maſculinum non comprræhendit femininum, Plot. cum alleg. per eum de in litem iurando nu. 862. Mancin. in tract. de iuramento par. 2. art. 8. num. 30. ſecus quando iuramentum eſſet deferendum de iure
* communi, Plot. vbi ſupra num. 645. Mancin. ibidem num. 29. Vide infra num. 1256. vbi de iuramento in ſupplementum.

Quinto, iuramentum in litem non defertur non legitimo, ſeu doloſo poſſeſſori turbatori, ſeu ſpoliatori, Plot. cum alleg. per eum de in litem iurando nu. 821. vide tamen Seſſerum in tractat. de iuramento
* lib. 5. cap. 4. num. 30. vbi dixit iuramentum in litem dari, & iam furi, latroni, & prædoni contra non reſtituentes res depoſitas, vel commodatas.

Sexto, iuramentum in litem non datur prodigo, Alex. in l. videamus in princ. ff. de iure iuran. quem remiſſiue refert Bertacchin. in repertor. in verbo Iuramentum in litem nu. 28. & in verbo Prodigus nu.
* 41. cuius contrarium poſt Fulgoſ. late defendit Phanucc. de iure iur. in litem par. 2. cap. 1. num. 14.

Septimo, iuramentum in litem non datur illi contra quem aliqua iuris præſumptio vrgeret, Plot. cum alleg. per eum de in litem iurando num. 856. & ſequenti, vbi facit duas illationes, & idem dicit quando iurare volens haberet contra ſe certum teſtem, aut aliam ſemiplenam probationem. Burſatt. conſil. 107. num. decimo lib. primo, Menoch. conſil. 94. num. 61. lib. 1. Ioſeph. Ludouic. concluſ. 18. in 8. limitatione.

Octauo, iuramentum in litem non defertur non bene informato de re ſuper qua iurandum eſt; ancipiti enim, & ignoranti iuramentum non eſt deferendum, cap. Qui exigit, & ibi Archidiacon. 22. quæſtion. 5. cum alijs per Plot. de in litem iuran. §. 51. num. 6. ſecundum vltimam impreſ. Phannc. in eod. tract. part. 2. cap. 4. num. 4.

1042 IVRAMEMTVM in litem nunquid deferatur hæredi, & ſic an iurandi in litem facultas tranſeat ad hæredes. Vide vltra infraſcripta per Plot. de in litem iurando num. 610. & ſequentibus vſq; ad nu. 630. vbi facit regulam affirmatiuam, eamque declarat, & limitat pluribus modis, & poſt eum Phanucc. in eodem tractat. de iure iurando in litem par. 1. cap. 4. num. 1. & ſeq. vbi præſertim num 5. poni t, quando hæres de facto defuncti vult iurare, nunquid prius debeat per teſtes ſecum intereſſe probare.

Et quidem firmari poteſt concluſio affirmatiua, quod ſcilicet iuramentum in litem poſſit etiam deferri hæredi, & ad hæredem iurandi in litem facultas a lege data tranſeat, text. eſt in l. penult. incip. ſi per alium, §. final. ff. ne quis eum qui, in illis verbis: Hęredibus autem ita dabitur ſi eorum interſit, vbi gloſ. & Doctor. omnes plene etiam hanc tractant materiam, & ibi præſertim Soccin. num. 4. teſtatur de
* communi Doctorum opinione, Iaſ. in l. ſi quando num. 51. verſic. Quarto ſucceſſiue. Affli&. deciſion.
* 169. num. octauo, Pariſ. conſil. 35. ad vittoriam num. 36. lib. primo, vbi etiam de communi, Tiraquell. de præſcriptionibus, §. 1. in gloſ. vnica in verbo Quamuis defunctus, verſic. Vides igitur hanc rem eſſe. Diaz reg. 392. Plot. de in litem iurando nu. 619. & num. 624. vbi alijs pluribus relatis concor-
* dantibus ipſe etiam teſtatur de communi opinione Phanuc. in eodem tractatu de iure iurando in litem part. 4. num. 3. vbi pariter alijs relatis teſtatur de
* communi, & num. 4. ante finem ampliat, ſiue defunctus inceperit iudicium, ſiue non, & ſiue cum defuncto lis fuerit conteſtata, ſiue non, Roland. conſ.

conſil. 66. num. vigeſimoprimo lib. quarto, Ioſeph. Ludouic. concluſ. 16. illation. 52. vbi etiam de communi, Maſcard. cum alleg. per eum de probationibus lib. 1. concluſion. 471. num. 9. Seraph. de priuileg. iuramenti num. nonageſimoquinto Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum concluſ. 538. num. 47.

1043 IVRANDI in litem facultas ſicut tranſit in hæredem, & ſucceſſorem ſecularem. Ita etiam tranſit in ſucceſſorem eccleſiaſticum, vtputa in eccleſiam, & beneficium, vel vt in Epiſcopum, Canonicum, Priorem, Guardianum, Abbatem, vel Abbatiſſam, Prælatum, aut Rectorem, Afflict. dict. deciſion. 169. vbi dixit eſſe nouam deciſionem, quia non reperitur Doctor, qui hoc dicat in terminis, Cott. in memoralibus, in verbo Iuramentum in litem in fine, Plot. de in litem iurando num. 619. verſic. Et hoc procedit non ſolum, Phanuch. de iure iurando in litem part. 2. cap. 4. num. 6. in fine, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum concluſ. 538. num. 48. Setſerus in tractat. de iuramento lib. 5. cap. 4. num. 28.

Et rurſus præmiſſa concluſio procedit non ſolum in ſucceſſore vniuerſali, ſed etiam in ſucceſſore ſingulari, prout eſt Ceſſionarius, in quem iurandi in litem facultatem, quam cædens habebat etiam tranſire voluit, Plot. de in litem iurando num. 624. poſt alios ibi per eum relatos cuius contrarium voluit Phanuc. in eodem tractat. de iure iurando in litem, part. 2. cap. quarto, num. ſexto, poſt Alexan. Ruin. & Pariſ. in locis per eum relatis ea ratione quia Ceſſionarius præſumitur factum cædentis ignorare.

1044 IVRAMENTVM in litē licet vt dixi, tranſeat in hæredes. Hoc tamen procedit quando iurandi in litem facultas eſt data a lege, vel a ſtatuto, ſecus quando eſt data ab homine vigore conuentionis, ex pacti: tunc enim quia confidens in vno non dicitur confidere in eius hærede. Idcirco ad hæredem iurandi hæc facultas non tranſit, vt per Iaſ. in l. ſi quando num. 52. verſic. Secus in iuramento, C. Vnde vi, & in dict. l. penult. §. final. verſic. Aut nos, ff. ne quis eum qui, & ibi etiam Rom. & Soccin. colum. final. & Alex. pariter in colum. final. verſic. Romanus hic dicit, & etiam Soccin. eadem colum. final. Idem Rom. conſ. 290. num. 5. verſic. Præterea, & in l. Qui damna, ff. de damn. infect. Curt. Iun. in l. in actionibus num. 43. ff. de in litem iurando. Idem Roman. in l. hoc edictum, §. in eum, verſ. Vlterius gloſ. ff. ne quis eum qui, & in l. qui bona, §. Qui damni, poſt num. 6. verſ. Sed tu diſtingue, ff. de damno infecto, Alex. conſ. 55. num. 1. lib. 2. Marſil. ſingul. 346. Tiraquell. in l. ſi vnquam in verbo Reuertatur nu. 247. C. de reuocand. donationib. & in tractat. de præſcription. §. 2. gloſ. 1. verſic. Vides igitur, vbi repræhendit Bald. contrarium tenentem in l. 3. §. Ait prætor, ff. de iure iurando, Phanuc. de iure iuran. in litem part. 2. cap. 4. num. 1. & ſeqq. vbi num. 3. teſtatur hanc eſſe communem Doctorum reſolutionem, & diſtinctionem, Maſcard. de probationib. lib. primo concluſion. 471. num. 10. Seraphin. de priuil. iurament. num. decimo nono, & num. nonageſimo quinto in fine.

1045 IVRANDI in litem facultas tunc demum tranſit in hæredem, dummodo ſcilicet, ille hæres ſit veriſimiliter informatus, & habeat notitiam de facto defuncti, & de re ſuper qua iuramentum præſtare debet, aliter ſecus: ſic enim communiter hanc materiam declarant omnes Doctores allegati ſupra num. 1042. & in ſpecie Iaſ. in l. ſi quando num. 53. in fine verſic. Limita tamen C. vnde vi, & in l. admonendi num. 119. ff. de iure iurando, Alexand. in dict. l. penult. §. final. in fine, ff. ne quis eum qui, Cōuarru. in repetit. cap. Quamuis, part. 1. §. 5. num. 7. de pactis in 6. Plot. de in litem iurando num. 620. vbi teſtatur de communi Doctorum opinione, Phanuc. de iure iurando in litem part. 2. cap. 4. num. 3. verſic. Et hanc communem, & num. 4. Iaſ. regul. 392. verſ. Limita, & intellige dummodo hæres veriſimiliter ſit informatus, Pariſ. conſil. 75. n. 36. lib. 1. Alciat. reſponſ. 375. num. 4. Tiraquell. de retract. lignag. §. 2. gloſ. 2. num. tertio, & ſequenti, Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 208. num. 12. Maſcard. de probationib. lib. primo concluſio. 471. num. vndecimo, & num. duodecimo, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum concluſion. 538. num. 49. & num. 50. Mancin. in tractat. de iuramento part. 2. articul. 8. num. 21.

1046 IVRAMENTVM in litem poſtquam, vt mox dixi, non tranſit in hæredem non veriſimiliter informatum ſubſequens eſt, & videamus quando idem hæres dicatur, vel non dicatur veriſimiliter informatus, & pro reſolutione conſtituendæ ſunt tres infraſcriptæ concluſiones. Prima ſit concluſio vt in dubio hæres præſumatur informatus, & propterea ipſi aſſerenti, & iuranti ſe informatum plene credendum eſt niſi reus contrarium probauerit, ex allegat. per Plot. in tractat. de in litem iurando num. ſexcenteſimodecimonono, verſic. Et Doctores ipſi, & dict. num. ſexcenteſimodecimonono in fine, & num. ſexcenteſimovigeſimo ante finem vbi teſtatur de communi, & num. ſexcenteſimovigeſimoſecundo vbi pluribus hanc probat concluſionem proponit contraria, & illis reſpondet, & numero ſexcenteſimo vigeſimo tertio declarat, niſi iudicis arbitrio contrarium videatur. Poteſt enim iudex ſe informare an hæres de facto defuncti, ſuper quo iurare intendit ſit informatus, necne, & ſecundum informationem, quam habet eidem hæredi deferre, vel non deferre iuramentum, vt ibi per eum Ioſeph. Ludouic. concluſ. 16. verſ. Infertur 52.

Secunda ſit concluſio quod ſi hæres ſit pater, vel filius, aut aliqua alia coniuncta perſona is inquam præſumitur informatus, & poterit iurare in litem ſuper facto defuncti, cap. primo in fine, & ibi gloſ. Bald. & Doctor. ſi inter Domin. & Vaſſall.

de

de inueſtit. lis oriatur Soccin. conſ. 264. num. 9. verſ. Confirmatur lib. 2. Plot. de in litem iurando nu. 621. Phanuc. in eodem tractat. de iure iuran. in litem par. 2. cap. 4. num. 3. verſ. Et hanc communem, Cardin. Tuſc. pract. concl. in verbo Iuramentum concl. 538. num. 50. vbi teſtatur de magis communi Doctorum ſententia.

Tertia ſit concluſio quod hæres præſumitur informatus de facto defuncti ſi habitabat cũ eo, vel erat illi vicinus, vel gerebat illius negocia, vel alias probaretur quod defunctus ſolebat cum eo communicare, Bald. in dict. cap. 1. nu. 2. in verbo Succeſſoribus tit. ſi de inueſtitura inter Dominum, & vaſſallum lis oriatur, Pariſ. conſ. 75. num. 37. lib. 1. Diaz reg. 392. verſ. Limita, & intellige dummodo hæres veriſimiliter ſit informatus, Plot. de in litem iurando nu. 621. & num. 625. vbi e contra ſi hæres erat abſens a domo, & habitatione defuncti, Phanuc. in eodem tract. de iure iuran. in litem part. 2. cap. 4. num. 3. verſ. Et hanc communem, Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 471. num. 11. Ioſeph. Ludouic. d. concl. 16. eod. verſ. Infertur 52.

1047 IVRAMENTVM in litem alteri deferri non debet quam domino litis, aliumque non poſſe iurare quam eum qui litem ſuo nomine conteſtatus eſt ad literam probat tex. in l. vulgo, ff. de in litem iurando, ex quo tex. colligitur duo requiri in eo qui hoc ius iurandum præſtarẽ velit.

Primo vt ſit litis dominus, ſecundo vt litem ſuo nomine conteſtatus ſit, nec vnum ſine altero ſufficit, & bene aduertit Setſerus in tract. de iuramento lib. 5. cap. 4. num. 1. & ante Setſerum Hieron. de monte in tract. de finibus regendis cap. 69. nu. 6. verſ. Vltimo &c. Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 207. num. 12.

Et hinc infertur iuramentum in litem non eſſe deferendum procuratori, niſi habenti ſpeciale mandatum, Marant. in ſpeculo par. 2. verſ. Nonus caſus nu. 16. refert eum, & ſequitur Hieron. de monte in trac. de finibus regendis cap. 69. num. 14. Phanuc. de iure iurando in litem par. 2. cap. 1. nu. 19. & ſeqq. quem bene declarantem videas Setſerum in tract. de iuramento lib. 5. cap. 4. num. 3. quem etiam videas, & nunquid iuramentum in litem deferatur Aeconomo, & Prælato Eccleſiæ, ſeu etiam Syndico vniuerſitatis vide Phanuc. d. cap. 1. num. 21.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM in litem quando, & contra quos deferatur.

SVMMARIVM.

Iuramentum in litem defertur etiam contra minorem doloſum, num. 1048.

Iuramentum in litem defertur etiam contra eximentem debitorem ex carceribus, num. 1049.

Iuramentum in litem defertur contra caupones, ad probandum quantitatem, & qualitatem rerum furto ſubtractarum in eorum caupone.

Iuramentum in litem datur etiam quando litigatur coram arbitris, & quid coram arbitratoribus, nu. 1050.

Iuramentum in litem datur ad probandum non ſolum intereſſe intrinſecum, ſed etiam extrinſecum, & quodnam ſit hoc extrinſecum intereſſe, nu. 1051.

Intereſſe extrinſecum, quid ſit, & quando debeatur. num. 1051.

Iuramentum in litem defertur contra omnem perſonam etiam quod ſit bonæ famæ, num. 1052.

Iuramẽtũ in litem datur etiam ad probationẽ quantitatis fructuum rei petitæ quando fructus debentur num. 1052. verſ. Et rurſus.

Iuramentum in litem non defertur contra tertium qui tenetur pro delicto, & dolo alterius, num. 1053.

Iuramentum in litem non datur contra fideiuſſorem doloſi debitoris, num. 1054.

Iuramentum in litem non datur contra tertios vniuerſales, vel ſingulares, nu. 1056. verſ. Et in tantum.

Iuramentum in litem ex dolo defuncti datur etiam contra hæredem quando lis fuit conteſtata cum defuncto. declara vt num. 1057. & ſeq.

Iuramentum in litem defertur contra eum, contra quem agi poteſt iure actionis, & obligationis, ſecus ſi ſolum officio iudicis nobili, num. 1059.

Iuramentum in litem an ſit deferendum necne iudicis arbitrio remiſſum eſt, ſed an hoc verum ſit, num. 1060.

Iuramentum in litem nunquid deferatur quando agitur de magna quantitate pecuniarum, & de magno præiudicio, num. 1061.

Iuramentum in litem non defertur quando agitur de probando intereſſe lucri ceſſantis, num. 1061. verſic. Secundo iuramentum in litem.

Iuramentum in litem non defertur quando probationes ſunt debilitatæ per torturam, num. 1061. verſ. Tertio iuramentum in litem.

Iuramentum in litem in dubio deferendum non eſt, nu. 1061. verſ. Quarto, & vltimo.

1048 IVRAMENTVM in litem quibus deferatur, dixi ſupra videndum modo eſt contra quos & quando deferatur, & licet ſupra ſparſim plures adnotauerimus caſus, & perſonas, in quibus, & contra quos hoc iuramentum datur, proſequendo nunc alios caſus in quibus non defertur. Dico igitur in primis hoc iuramentum in litem deferri etiam contra minorem doloſum, dolus enim in minore omnem excludit excuſationem, & in integrum reſtitutionẽ, Bald. in l. ſi de poſſeſſione C. de probationibus. Curt. in l. admonendi num. 143. ff. de iure iurando, Iaſ. in l. in actionibus nu. 17. verſ. Quarto nota, ff. de in litem iurando, Dec. conſ. 521. incip. Conſultus, colum. fin.

num.

num.18.vbi conſuluit contra minorem qui alterius inſtrumentum lacerauit, Aym.conſ. 6.num.8.verſ.2. principaliter.Roman. conſ.414. quoad primum, in princ. vbi de fratre in minori ætate exiſtente,& admi niſtrante bona alterius fratris, quod non excuſatur a confectione libri rationum, Ang.conſ.102.vbi de minore; doloſo adminiſtratore,& tutore, Plot.de in litem iurando num. 653. vbi loquitur de iuramento in litem deferendo contra minorem lacerantem ſcripturas, vel alias probationes ſubtrahentem, & num. 683.vbi loquitur de minore committente violentiã, * vel aliàs damnum dante,& teſtatur de communi Do ctorum ſententia, refert eum & ſequitur Bonacoſ.re * latus in ſintagm.commun.opin.par.1.tit. de iure iur. cap.10. rubric.de iuramento in litem, verſ.Iuramentum in litem, poteſt deferri etiam contra minorem, Phanuc.in eodem tract.de iure iurando in litem par. 1.cap.4.nu.43.verſ. Secunda concluſio, vbi facit generalem concluſionem quod minor non reſtituitur aduerſus læſionem quam patitur ex iuramento in litem affectionis,& par.2.cap.2.num.39. vbi de minore minus fideliter ſe gerente in adminiſtratione, ſeu aliquid doloſe,& fraudolenter faciente, & num. 60. de minore lacerante ſcripturas, Ioſeph.Ludouic.con cluſ.18.in tertia ampliatione, Card. Tuſc.pract.con cluſ.18.in verbo Adminiſtrator concl.203. nu.16. & in verbo Tutor concl.457. num.2.

1049 IVRAMENTVM in litem defertur etiam con tra eximentem debitorem ex carceribus, vel ex manibus familiæ, dixi in tit.de carceribus, & carceratis quæſt.30.num.107.& ſeq.& quæſtion.38.num.8.& ſeqq.an autem,& quando detur hoc iuramentum in litem contra eum, qui in ius vocatum vi eximit, Vide tex.in l.ſi per alium,§.in eum,ff.ne quis eum qui in ius,&c.& ibi gloſ.& Doct.omnes lite materiam pertractant, dixi iterum ſupra in tit. de crimine læſæ ma ieſtatis quæſt.114.num.38.& ſeqq.Quibus addo Pha nuc.de in litem iurando par.1.cap.4.num.5.vbi con * tra communem Doctorum ſententiam vna cum Cur tio Iuniore, Fulgoſio,& Bolognettus in locis per eum relatis tenet iuramentum hoc in litem, quod datur contra eximentem eſſe debere non affectionis, ſed ve ritatis,& num.6.ampliat etiam quod exemptus fuerit in ius vocatus per calumniam (de quo particulariter dixi etiam ſupra d.quæſt.32. num. 11.& ſeqq. vbi vide)& num.7.& ſeq. declarat hanc materiam duobus modis. Primo vt non iuretur ſuper toto eo, quod vocantis intereſt vocatum non fuiſſe exemptũ, ſed ſolum ſuper eo, in quo poteſt fieri executio,& huius declarationis ibi ponit exemplum. ſecundo vt hoc in litem iuramentum non detur contra eum qui exemit vocatum in ius coram pedaneo iudice.

1050 IVRAMENTVM in litem vltra prænarratos duos caſus defertur in infraſcriptis alijs caſibus, & primo contra caupones ad probandum quantitatem & qualitatem rerum furto ſubtractarum in eorum caupona præſertim ſi baliſiam ipſis clauſam,& ſigillatam conſignatam, aut non reſtituerunt aut apertam reſtituerunt, de qua re latius dixi ſupra in verbo Caupones num.14.& ſeqq.vſque ad num.55.quibus adde Phanuc.de iure iurando in litem par.2.cap.2.nu. 62.Viu.opin.431.Ioſeph.Ludouic. concl. 18. in 12. * ampliatione, Syntagm.commun.opinion.part.1. tit. de iure iurando rubr.de iuramento in litem cap.10. verſ.Iuratur in litem contra doloſum, & in verſ. Valiſia, fardellum, ſeu capſa, Maſcard. de probation. lib.1.concluſion.471.num.14. Menoch.de arbitrar. quæſtion.lib.2.caſu208. num. 26. & omnibus ſeqq. Card.Tuſc.pract.concl. in verbo Iuramentum concluſ.538.num.40.

Et rurſus datur iuramentum in litem non ſolum quando litigatur coram iudicibus ordinarijs, ſed etiam quando litigatur coram arbitris, qui & ipſi poſſunt referre iuramenti in litem ſecundum Iaſ. in l. admonendi in 2.lectura n.326.ff.de iur.iurando, Baptiſta de S.Blaſ.in tract.de arbitris quæſt.49. nu. 90. Pariſ.conſ.26.num.14.& num.15.lib.1.Plot.de in litem iurando nu.681.& num.810.nec diſſentit Setſerus in tractat.de iuramento lib.5.cap.3.nu.3.Quid de arbitratoribus vide Grat.conſ.10.incip.& ſi cau ſa num.23. 29.& ſeqq. in 2.volumine, vbi pluribus probat partem negatiuam, & quod plus eſt etiam in arbitro eandem partem negatiuam ſubſtinet, & eum ſequitur Seraphin.in tract. de priuil. iurament. 31.num.75.& quo ad arbitratam rem idem etiam te net vltra Baptiſtam de S.Blaſio in loco præallegato, Phanucc.de in litem iurando par.1.cap.1.num.6.cu ius contrarium poſt Pariſ.in d conſ.76.& Ancar.con ſil.316.in prin. verius exiſtimauit Plot.vbi ſupra allegatus.

1051 IVRAMENTVM in litem datur ad probandum non ſolum intereſſe intrinſecum, ſed etiam extrinſecum. Et iſtud iuramentum vt ſupra probaui in præludijs nuncupatur a Doctoribus iuramentum in litem ſingulare quod reſpicit omnes commoditates pecuniarias,& non pecuniarias, extrinſecas,& in trinſecas, ex quibus prætium rei propter aduerſarij contumaciam creſcit,& in ſpecie bene declarat, & exemplificat Phanucc. de in litem iurando par. 1. c. 2.num.5.& cap.4.poſt num.12. verſ. Cæterum progrediendo rem noſtram, vbi dixit intereſſe extrinſecum reſpicere omnia damna contingentia ob rem non reſtitutam, vt in caſu l.nummis, ff.de in litem iurando vbi ſi pecuniam depoſitam mihi Titius non reddat cauetur quod in litem iurare poſſim non propter affectum, quia in pecunia non cadit affectio, ſed propter damna quæ ex ea non reſtituta paſſus fui, vt puta ſi incidiſſem in aliquam pœnã, vel pignus quod poteram ea pecunia luere perdidiſſem, vel aliam pecuniam ſub graui fœnore accipere coactus fuiſſem. His inquam,& ſimilibus caſibus contra contumacem,& doloſum iuramento in litem potero hoc extrinſecum damnum,& intereſſe probare, vt videre eſt apud Archidiacon. Alexand. Roman. Abb. Dec. Afflict. Cagnol. & alios plures relatos per Phanuc. d.cap.4.num.13.vbi amplius dixit hoc non habere ali-

aliquam difficultatem apud omnes Legiſtas, Canoniſtas, & Theologos, & amplius idem nu. 14. & pluribus ſequentib. vſque ad num. 29. late diſputat. An idem iuris ſit contra contumacem, & doloſum in non reddendo triticum penes ipſum depoſitatum aut alias debitum quod volebam certa die ſoluere pro canone fundi emphiteotici, & propter contumaciam non reſtituentis incaducitatis damnum incidi, nunquid ſicut in debitore nummorum ita etiam iſto caſu detur mihi iuramentum ſuper hoc extrinſeco * damno, & intereſſe, & dixit communem eſſe Doctorum reſolutionem quod non ex Bartol. Iaſ. Rebuff. & alijs ibi per eum allegatis num. 15. & ſeqq. ipſe tamen contrariam ſententiam quod ſcilicet poſſit iurari in litem ſuper extrinſeco intereſſe non ſolum in debitore pecuniarum, ſed etiam contra debitorem tritici, vini, olei, & ſimilium pluribus defenditur, & veriorem exiſtimat poſt Alciat. quem allegat in l. 1. quæſtion. 3. in 2. axiomate, C. de ſentent. quæ pro * eo quod intereſt verum in iudicando a communi diſtinctione quam etiam alijs relatis tenet Mancin. in tractat. de iuramento part. 2. articul. 8. num. 25. & num. 26. & 27. & articul. 10. nu. 1. minime recedendum putarem.

1052 IVRAMENTVM in litem licet, vt ſupra dixi, non deferatur actori infami, bene tamen e contra, defertur contra omnem perſonam etiam quod ſit bonæ famæ, Pariſ. conſil. 74. num. 45. lib. 1. Plot. de in litem iurando, nu. 678. Bonacoſ. relatus in ſintag. commun. opinion. part. 1. tit. de iure iurando cap. 10 rubric. de iuramento in litem verſ. Tertio, Ioſeph. Ludouic. concluſion. decimaoctaua in ſecunda ampliatione.

Et rurſus iuramentum in litem defertur non ſolum ad probationem intereſſe, & damni paſſi, ſed etiam pro fructibus rei non traditæ, & perceptis a reo contumace, & doloſo, quod an verum ſit, & quando, vide Phanuc. de iure iurando in litem part. 1. cap. 4. num. 2. vbi concludit ſuper fructibus iurari in litem in tribus caſibus: primo, quando dolo malo ſunt conſumpti, ſecundo quando eos quis dolo malo deſijt poſſidere, tertio quando fructus extant, ſed reus non vult eos reſtituere, ſecus ſi fructus ſunt conſumpti ſine dolo, & facto rei debentis, quia tunc non iuratur in litem, vt ibi per eum.

1053 IVRAMENTVM in litem defertur contra doloſum, ac delinquentem, vt prædixi, ſecus ſi agatur contra tertium non doloſum, & non delinquentem, qui puta teneretur pro delicto, & dolo alterius, vtputa quando agitur contra villam, ſeu vniuerſitatem pro delicto commiſſo in eius territorio, de quo late dixi ſupra in titul. de delicto, & pęnis, quæſtion. 24. num. 215. & ſequenti, vel contra dominum pro famulo, ſeu patrem pro filio, tunc enim contra iſtum tertium, qui ex dolo alterius, tenetur damna, & intereſſe teſtibus, aut inſtrumentis probanda ſunt, non autem iuramento in litem, vt per Bart. in l. 1. §. 1. num. 5. ff. de furtis aduerſus nautas, caupones, &c. & in l. 1. num. 2. in fin. ff. quando ex facto tutoris, & in l. nequid num. 3. verſic. Quæro tunc quando agitur, ff. de incendio, ruina, & naufragio, Iaſ. in l. ſi quando, num. 37. verſic. Succeſſiue pro intellectu, & num. 43. verſ. * Retenta communi, & ibi Doctor. omnes C. vnde ui, idem Iaſ. in l. in actionibus num. 34. in 7. requiſito, num. 40. verſ. Secundo limita, ff. de in litem iurando, Curt. in l. admonendi num. 215. in fine, & vbi Cato Saccus num. 54. verſic. Nota caſum, ibi ſecundo limita, & alij omnes, ff. de iure iurando, Abb. in cap. ſuper eo, num. 5. in fine, extra quod metus cauſa, vbi quod ita communiter concludunt legiſtæ, Pariſ. conſil. 158. num. 28. lib. 4. Aym. conſil. 196. & ſi abunde in fine, Cæpoll. conſ. decimo octauo ſtatutum num. 24. in fine, verſ. Aut damnum paſſus, Bero. conſ. 195. num. 10. & ſequenti lib. primo, Marſil. ſingular. 338. extant ſtatuta, Plot. de in litem * iurando num. 768. vbi alijs relatis teſtatur de communi, Phanuc. in eodem tractat. de iure iurando in litem part. ſecunda cap. ſecundo num. 79. Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. ſecundo caſu 208. num. 9. * & ſequentibus, vbi etiam de communi Maſcard. de probation. lib. ſecundo concluſion. 939. num. decimoſeptimo, vbi alios refert ſintagm. commun. opinion. part. 1. titul. de iure iurando cap. decimo rubr. de iuramento in litem, verſ. Iuramentum in odium violenti, Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 31. num. 62. & num. 63. Cardinal. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum concluſion. 538. num. 56. & num. 58. vbi pariter teſtatur de communi, Mancin. in tract. de iuramento par. 2. art. 8. nu. 31. Setſerus in eodem tractat. lib. 5. cap. 6. num. vigeſimoſecundo.

1054 IVRAMENTVM in litem cum, vt mox dixi, non detur contra tertium qui tenetur ex dolo, vel delicto alterius, ſequitur quod nec etiam detur contra fideiuſſorem vtputa tutoris, ſeu alterius adminiſtratoris doloſi, contra quem poteſt de iure, aut vigore ſtatuti in litem iurari. Dolus enim principalis fideiuori non nocet l. 1. & ibi Doct. omnes, ff. de in litem iurando l. final. vbi gloſ. in verbo Magno, Bart. & alij ff. de fideiuſſoribus, & in l. 3. vbi gloſ. in verſ. Item quid ſi per ius iurandum in litem, & ibi Doctores, ff qui ſatiſd. cog. Marſil. dict. ſingulari 339. Paul. de Caſtro conſil. 124. num. tertio verſ. Secundo quia lib. 1. Baueria de virtute iuramenti poſt num. 80. Plot. de in litem iurando num. 769. vbi alios refert, & teſtatur ita Senatum Mediolani iudicaſſe, & num. 770. & ſequenti declarat duobus modis, Phanuc. in eodem tractat. de iure iurando in litem quæſtion. ſecunda cap. ſecundo ſub num. ſeptuageſimonono, Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. trigeſimoprimo num. 63. Cardinal. Tuſc. d. concluſion. 538. num. 67. Ioſeph. Ludouic. concluſion. 18. in 2. limitatione.

1055 IVRAMENTVM in litem pro dolo defuncti non datur contra eius hæredem, licet enim

actio-

actiones omnes actiuè,& paſſiuè tranſeant in hæredes,& propterea defuncti tutoris, ſeu adminiſtratoris hæres teneatur de adminiſtratis a defuncto rationem reddere, ſicut tenebatur ipſe defunctus, l.tutela, & l.omnes,C.arbitrium,tutel.l.3.§.hæc autem actio,ff.de neg.geſt.Dec.conſil.110.num.7. Soccin. conſ.213.num.2.Rom.conſ.413. quoad primum, num.quarto,Ancharan.conſil.330.in princip.& per tot.& licet etiam idem hæres teneatur de dolo, & lata culpa defuncti,Rom.dict.conſ.413.num. 13. verſic. Primo quia,Paul.de Caſtro,conſ.412.in fine, lib.primo.

Hoc tamen intelligendum eſt,vt pro dolo,& culpa defuncti teneatur,hæres in quantum ad eum peruenit non quod ſimpliciter de dolo defuncti teneatur: ſic enim poſt Paulum de Caſtro in d. conſ. 412. declarat Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Adminiſtrator concl.203.num.45.num.46.& num. 69. Et in verbo Tutor concluſion.439. num. 11. & num.12.

Et propterea de dolo defuncti tutoris,ſeu adminiſtratoris non datur Iuramentum in litem contra hæredem niſi fuerit cum ipſo defuncto lis conteſtata, vt per Setſerum cum allegatis per eum in tract. de iuramento,lib.quinto,cap.6.num.21. in fine.Couar. var.reſol.lib.2.cap.14.num.5.in fine,vbi dixit communiter receptum ab omnibus ob dolum præſumptum tutoris non conficientis inuentarium non poſſe contra hæredem iurari in litem non conteſtata.

Verum ad hanc materiam, an ſcilicet, & quando contra hæredem tutoris detur iuramentum in litem ex dolo tutoris,vide Bart.in conſ.150. cum prædicta num.quarto,& ſeq.lib.primo,quem refert Cardinal. Tuſch.practicar. concluſion. in verbo Iuramentum concluſ.538.num.37.in fine. Phanuc.de iure iurando in litem,par. ſecunda,cap.quarto, num.ſeptimo, poſt princip.Et ad id quod dixi ſupra hæredem tutoris,ſeu adminiſtratoris teneri ad reddendum rationem de adminiſtratis a defuncto tutore, vel adminiſtratore.

Vide Cæphal. conſ. 8. per tot. vbi firmata concluſione,quod hæredes tenentur rationem de adminiſtratis reddere per defunctum eum limitat niſi defunctus viuens ſępius obtuliſſet illam reddere, & Domini rerum adminiſtratarum noluiſſent rationes recipere.

1056 IVRAMENTVM in litem contra hæredem ex dolo defuncti non ſolum non datur quando defunctus fuit tutor, ſeu adminiſtrator, ſed etiam generaliter firmari poteſt regula & concluſio, quod ex dolo defuncti contra hæredem in litem iurari non poſſit tex.eſt in l.ſi per alium,§.final.in vltim.verbis, ff.ne quis eum qui ibi: Neque autem in hærede, nec poſt annum dabitur,& ibi Doctores omnes plene hanc tractant materiam,item eſt tex.in l.alio iure & in l.is qui,& in l.final.& ibi pariter notant omnes, C.de in litem iurando, Duaren. in l. in actionibus, num. 32.ff.eodem, & ibi etiam Salicet.num.vndecimo, Caputaquen.deciſion. 91. in cauſa Honorabilium,num.ſecundo, Tiraquell. de retract. lignagier. §.ſecundo, gloſ.ſecunda, num. tertio, & ſeq.Plot.de in litem iurando,num.772.cum allegatis per eum, Miſinger.reſponſ.21.num. 87. & ſeqq. & obſeruat. 12.centur.quarta,ſintagm.commun.opinion. par.1. tit.de iure iuran. cap. 10. rubric. de iuramento in litem,num.ſecundo,Cæphal.conſil. 388. num. nono, lib. tertio,Caualcan.de tutore,& curatore, num.65. & num.66.Ioſeph.Ludouic.concluſion.18.poſt nonam ampliationem,Cardinal.Tuſch.practicar. concluſion.in verbo Iuramentum,concluſion.638.num. 61.vbi alijs relatis teſtatur de communi, Mancin.in tract.de iuramento, par.ſecunda, art. 8. num. 21. & num.23.

Et in tantum eſt vera præmiſſa concluſio, vt contra hęredem iurari non poſſit in litem de dolo defuncti,vt nec etiam iurari poſſit contra tertios poſſeſſores vniuerſales,vel ſingulares illius,contra quem iuramentum in litem de iure ammittebatur, tex.eſt in dict.l.alio iure, & in l.is qui, & in l.final.C.de in litem iurando, cum ibi not.per Doct.Capic. dict.deciſ.91.num.ſecundo,cum alijs relatis per Plot. de in litem iurando, num.773.& per Phanuc. in eodem tract.de iure iurando in litem par. ſecunda, cap. 4. num.18.

1057 IVRAMENTVM in litem ex dolo defuncti non datur contra hęredem,vt mox dixi, quando cũ defuncto iudicium non fuit cæptum, & ſi cęptum lis non fuit conteſtata,Bart.in l.in actionibus, num.21. in princ.ff.de in litem iurando,Paul. de Caſtro conſ. 124.in cauſa quæ vertitur,num.3.lib.1.Couar.var. reſolut.lib.2.cap.14.num.5.in fine.Vbi teſtatur, ita communiter ab omnibus receptum eſſe, Phanuc. de iure iurando in litem par. ſecunda cap.quarto,num. 13.in diſcurſu,& num.16. verſ. Quo autem ad iuramentum,quibus in locis ſequitur non ſolum de iuramento in litem veritatis, ſed etiam de iuramento in litem affectionis, Maſcard.de probation. lib. primo,concl.471.nu.13.Cardinal.Tuſc. practicar.concluſion.in verbo Iuramentum concluſ.538.num.36 Setſerus in tractat. de iuramento,lib.quinto,cap.6. num.vndecimo in fine, & num. 23. Quicquid in contrarium ſcripſerint Curtius, & Bolognettus in locis relatis per Phanuc.de iure iurando in litem par.2.cap.4.num.ſeptimo,vſque ad verſ. Quatenus autem.

Secus ſi cum defuncto fuerit lis conteſtata, quia tunc in actionibus bonæ fidei ex dolo defuncti iuratur in litem contra hæredem, Bart.in dict.l.in actionibus,num.21.verſ.ſi vero deceſſit poſt litem conteſtatam,ff.de in litem iurando, & ibi præſertim Aretin.num.18.verſic.3. & vltimo, & eſt tex. in dict. l. alio iure, & ibi notant Doctor. C.eodem, cum alijs per Plot. de in litem iurando, num. 774. in princip. & per Phanucc. in eodem tractat. de iure iurando in litem par. ſecunda, cap. quarto,num.decimotertio in diſcurſu,& num. decimo quarto, & ſequentis

vbi etiam, quod quando ſumus in caſu in quo non conteſtatur lis, tunc eadem lis dicitur conteſtata eo ipſo, quo iudex incipit cognoſcere de meritis cauſæ Burſat. conſ. 105. num. 8. lib. primo, Maſcard. de probation. lib. primo, concluſ. 471. num. 13. Ioſeph. Ludouic. concluſ. 18. poſt nonam ampliationem, Caualcan. de tutore. & curatore, num. 65. & 66. Mancin. in tractat. de iuramento, par. ſecunda, artic. octauo, num. 20.

1058 IVRAMENTVM in litem lite conteſtata, tunc demum ex dolo defuncti iuratur in litem contra hæredem, quando dolus eſt commiſſus ante conteſtationem litis, ſecus ſi fuerit commiſſos poſt litis conteſtationem ſecundum Bart. in dict. l. in actionibus, num. 21. verſ. Si vero ponas, ff. de in litem iurando. Verum in hoc Bartoli Doctrinam communiter reprobari, & ſic quod contra hæredem iuretur in litem ex dolo defuncti etiam commiſſo, poſt conteſtationem litis voluerunt Doct. in d. l. in actionibus, & ibi præſertim Iaſ. num. 38 & Curt. num. 36. Plot. de in litem iurando, num. 774. verſic. Si vero ponas dolum late proſequitur Phanuc. in eodem tract. de iure iurand. in litem, par. ſecunda, cap. quarto, num. ſeptimo, verſiculo Animaduertas, quod hæc diſtinctio, & num. octauo, & ſequentibus vſque ad num. 13. & num. 16.

Bene verum eſt, quod in actionibus ſtricti iuris, & arbitrarijs reo defuncto ante ſententiam non poteſt contra eum iurari in litem, etiam quod obierit poſt litem conteſtatam, Bar. in d. l. in actionibus eodem num. 21. verſ. Si vero loquimur in actionibus ſtricti iuris, Plot. d. num. 774. verſ. Si vero loquamur, Phanuc. dict. cap. quarto, num. 17. verſic. Aliud quam dixi.

Declara præmiſſa procedere quando agitur de iuramento in litem contra hæredem deferendo ex dolo defuncti. Ex dolo autem proprio hæredis, quod contra ipſum iuratur in litem, nulla eſt dubitatio l. is qui, & l. alio iure, & ibi gloſ. & Doct. C. de in litem iurando cum alijs per Plot. d. num. 774. in fine, & nu. 775. Phanuc. d. cap. 4. num. 17. Vbi quid ſi hæres ad mandatum iudicis rem non reſtituat, nunquid ex ſua propria contumacia contra ipſum iurabitur in litem. Bero. q. 47. Ioſeph. Ludou. concl. 18. poſt primã limitationem, verſ. 2. quando. Setſer. in tract. de iuram. lib. 5. cap. 6. nu. 21. in fin.

1059 IVRAMENTVM in litem defertur contra eũ, contra quem agi poteſt iure actionis, & obligationis, ſecus ſi ſolum officio iudicis nobili. Tunc enim intereſſe contra doloſum non probatur per iuramentũ in litem, ſed per teſtes, aut alias probationes probari debet, & eſt ratio, quia probatio per iuramentum in litem eſt probatio irregularis; & contra ius commune, vt ſcilicet alicui in cauſa propria credendum ſit. Ideo ſtrictè intelligi debet ſolum, quando is contra quem agitur aliquo modo obligatus eſt, ſic enim cõmuniter ſcripſerunt Alex. Iaſ. & alij in l. Argentarius §. cum autẽ, ff. de edendo, & in l. qui accuſare, C. eod. Dec. in l. action. nu. 27. ff. de in lit. iuran. Cagnol. in l. vnic. ſub nu. 126. C. de ſent. quę pro eo, quod intereſt cum alijs per Phanuc. in tract. de iur. iur. in litem, p. 2. c. 2. num. 13. verſ. Secundo requiritur, & latius, c. 3. nu. 45. per tot. in diſcurſu, Hieron. de Monte de finibus regen. cap. 69. num. 11. Maſcar. de probat. lib. 2. concl. 934. nu. 31. & ſeq. & eſt communis, vt in ſintagm. commun. opin. p. 1. tit. de iur. iuran. cap. 10. rubric. de iuramento in litem poſt num. 2. verſ. Tertio, &c.

1060 IVRAMENTVM in litem, an ſit deferendum nec ne Iudicis arbitrio remiſſum eſt qui propterea poterit illud deferre, & non deferre prout ſibi viſum fuerit. Sic enim videtur de mente Ploti de in litem iurando nu. 806. Vbi pluribus probat Iudicem antequam iuramentum in litem deferat iurare volenti poſſe non ſolum ex officio, vel ad partis inſtantiam ſe informare de conditione perſonæ iurare volentis an ſic licet ſit omni exceptione maior, ſeu potius infamis, & ſubſequenter illum ex officio repellere ſi ita ſibi viſum fuerit, ſed etiam quod idem iudex pariter ex officio, & pro eruenda veritate, poterit eoſdem iurare volentes in litem, interrogare de cauſis, & rationibus eorum ſcientia, & de circumſtantijs, & vbi ex reſponſionibus factis viderit præſtandum iuramentum eſſe calumnioſum, non verum, aut ſuſpectum, poterit illud non deferre, & demum concludit quod omnia iura, & ſtatuta volentia alicuius iuramento credi debere intelligenda ſunt ſi ita iudici viſum fuerit, & non alias, & ad id plures Doctorum auctoritates, & rationes adducit, & ante Plot. quod in iudicis poteſtate ſit deferre iuramentum in litem, voluit gloſ. in §. præterea, in princ. inſtit. de actionibus, Iaſ. in l. nummis, in primo notab. ff. de in litem iurando Paul. de Caſtro in l. videamus, §. deferre, num. 4. ff. eodem Afflict. in cap. primo num. 21. verſic. Item relinquitur iudicis arbitrio ex quibus cauſis fæudum ammittatur poſt Specul. quem allegat Menoch. de arbitrar. quæſtio. ſecundo caſu 207. num. primo, Nec diſſentire videtur Maſcard. de probation. lib. primo concluſ. 471. num. 46. dum propterea concludit quod ſi iudex videret iurare volentem deierare velle, tunc ipſum ad iurandum non admittet.

Contrarium quod imo non ſit in poteſtate iudicis deferre, & non deferre iuramentum in litem contra doloſum, ſed quod teneatur omnino illud deferre, quando ſumus in caſu in quo de iure deferendum eſt, voluerunt Ioan. Faber. in d. §. Præterea, num. tertio, & ibi etiam Iaſon. ſibi contrarius, num. octauo, & nono inſtitut. de actionibus Alexand. Ang. & Fulgoſ. in d. l. nummus ff. de in litem iurando Bart. & Alexand. in l. videamus, §. deſerre, ff. eodem Dec. in l. in actionibus num. decimo, & ibi etiam Bolognett. num. trigeſimoſeptimo verſic. ſexto notandum eodem tit. Phanucc. de in litem iurando par. tertia capitulo ſecundo, num. primo, & ſeqq. vbi teſtatur de communi, &

veriori

veriori ſententia , Viu. opin. 60. num. 4. vbi pariter teſtatur de vera,& communi Doctorum ſententia,& amplius , quod ſeruatur in practica refert eum, & ſequitur Mancin.in tract.de iuramento,p.2.art.7. nu.31.& de communi etiam teſtatur Setſer.de iuramen.*lib.* 3. cap.3.num.6.& ſeq.

In hac contrarietate dicas vtramque opinionem eſſe veram,vt ſcilicet ſit in arbitrio iudicis deferre iuramentum in litem non abſolute,vt illud poſſit deferre,& etiam negare , ſecundum quod ſibi viſum fuerit,ſed bene,vt illud,vbi eſt deferendum, & non deferre,vbi non eſt deferendum,& ſic eius arbitrium iſto caſu erit a iure regulatum,& ſi aliter faciet dabitur ab eo appellatio,& iſta eſt veritas,& ita etiam loquitur Menoch.d.caſu 207.num.1.& Plot.vbi ſupra num.806.prout ſe ipſum bene declarat in num.354. vbi hanc declarationem communem alijs relatis teſtatur,reprobatque Iaſ.& Paul.de Caſtro in locis per eum relatis uolentes liberum,& abſolutum eſſe iudicis arbitrium in deferendo. vel non deferendo iuramentum in litem , & bene etiam declarat eruditiſſimus Tuſch.pract.concl.in verbo Iuramentum concl. 538.num.10.& num.54.

1061 IVRAMENTVM in litem vltra ſupraſcriptos caſus non defertur in nonnullis alijs caſibus ; & primo, quando ageretur de magno pręiudicio,& magna quantitate pecuniarum,omnia enim iura,& ſtatura volentia ſtari iuramento alicuius intelligenda ſunt & procedunt,quando agitur de modica quantitate, & modico præiudicio,ſecus ſi de magna quantitate, & magno præiudicio agatur,vt pluribus probat,Plot. de in litem iurando,num.363.vbi etiam bene declarat,quando dicatur agi de modico,ſeu magno præiudicio,& de modica,ſeu magna quantitate,nec diſſentit Seraph.in tract.de priuil.iuram.priuil.31.nu.94. vbi propterea dixit,quod in cauſis magnis, iuramentum in litem non defertur , niſi aliquibus coniecturis concurrentibus,& inſpecta qualitate iurantis, & pariter hoc idem iuramẽtum in litem deferri exiſtimat in cauſis ſummarijs tantum non in ordinarijs , vt ibi per eum,cuius dicta bene conſidera,& bene etiam cogita,quod de iure verius ſit.

Secundo iuramentum in litem non defertur,quando agitur de probando intereſſe lucri ceſſantis,cuius natura eſt,vt plenam requirat probationem,nec probatione deficiente admittit iuramentum,quia incertum eſt,ex Bal.Iaſ.Dec.& alijs allegatis per Maſcar. de probat.lib.2.concluſ.934.num.28.cuius contrarium defendit Seraphin.in tractat. de priuileg. iuramenti,priuileg.31.num.118.& ſeqq.vſque ad num. 223.pro reſolutione , vide bene declarantem , Phanuc.de iure iurando in litem, par.1. cap.4. num.29. 30.& 31.

Tertio iuramentum in litem non datur,vbi probationes ſunt debilitate per torturam,Card.Tuſc. poſt Aym.quem allegat practic.concluſion.in verbo Iuramentum,concluſion.538.num.69.& dixi alias ſuo loco,in quæſtione prima , num. 65.

Quarto ,& vltimo iuramentum in litem,cum iure ſpeciali deferatur. Hoc ideo in dubio deferendum non eſt, Corn. conſil. 81. num. quinto, lib. quarto, Aymon.conſ. 947.num.primo.Cardinal.Tuſc. practicar.concluſion.in verbo Iuramentum,concl. 538. num.55.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM in litem , an, & quando , & quomodo detur contra doloſum Tutorem, ſeu Adminiſtratorem .

SVMMARIVM.

Tutor non conficiens librum rationum dicitur in dolo, & contra eum datur iuramentum in litem , num. 1063.

Adminiſtrator non conficient librum rationum ſuæ adminiſtrationis dicitur in dolo,& contra eum datur iuramentum in litem, nu.1063.

Iuramentum in litem datur contra quemlibet negociorum geſtorem non conficientem librum rationum , nu.1064. vbi enumerantur plures adminiſtratores , & negociorum geſtores , qui tenentur conficere librum rationum .

Tutor tenetur conficere inuentarium bonorum in hereditate defuncti exiſtentium, & ſi eo non confecto in tutela ſe ingeſſerit præſumitur in dolo , & contra eum datur iuramentum in litem,num.1065.

Adminiſtrator quilibet tenetur facere inuentarium rerum , bonorum,& pecuniarum , quas adminiſtrat, & ſi non conficiet præſumitur in dolo , & contra eum datur iuramentum in litem,num.1066.

Iuramentum in litem defertur etiam contra Tutores , & Adminiſtratores ſanguine coniunctos,qui inuentarium,& librum rationum non confecerunt ſeu alias in adminiſtratiõne ſe ingeſſerunt,num.1067.

Dolus non ita de facili præſumi debet in tutoribus , & Adminiſtratoribus ſanguine coniunctis d.nu.1067 verſ.& Primo .

Tutores,& Adminiſtratores ſanguine coniuncti non tenentur ad ſcrupuloſam redditionem rationis,& propterea in libro rationum non tenentur omnes expenſas minutatim exprimere , nu. 1068.Declara duobus modis , vt num. 1069.

Pater adminiſtrator bonorum filii tenetur de adminiſtratis rationem reddere.declara vt num.1070.nunquid autem contra Patrem doloſum adminiſtratorem detur iuramentum in litem , num.1071.

Iuramentum in litem defertur etiam contra Matrem tutricem, ſeu curatricem ſi in tutela , vel adminiſtratione librum rationum,& inuentãrium non confecerit,nu.1072.vbi hoc ampliatur etiam in auia .

Frater tutor,vel adminiſtrator bonorum cõmuniũ ſi li-

brum rationum,& inuentarium non confecerit dicitur in dolo,& contra eum iuratur in litem,& quid de fratre adminiſtrante Patre viuente num. 1073.

Tutores, & Adminiſtratores tenentur librum rationum, & Inuentarium conficere non cõfuſe, & obſcure ſeu inordinate, & quando dicantur confuſe, & inordinate,librum rationum conficere,nu. 1074. & ſeq.

Liber rationum Tutoris ſeu Adminiſtratoris vt recte confectus dicatur quæ requirantur num. 1075.

Tutores,& Adminiſtratores tenentur computa, & rationes ſcribere in libro ligato,& non in cartulis, & ſcartafoliis num. 1076.

Tutori ſeu Adminiſtratori dicenti amiſiſſe librum rationum non creditur, ſed illum occultaſſe præſumitur nu. 1077.

Tutores,et Adminiſtratores non ſcribentes in libro rationum omnia exacta præſumuntur in dolo, & contra eos iuratur in litem nu. 1078. Vbi idem in non ſcribente in inuentario bonorum omnia bona. declaratur ibi.

Socius Adminiſtrator bonorum communium qui non confecit librum rationum,dicitur in dolo, & contra eum iuratur in litem nu. 1079.

Executores Teſtarii teneantur facere Inuentarium bonorum in hereditate exiſtentium nu. 1080. & ſeq.

Tutores,& Adminiſtratores finita adminiſtratione, & tutela,non reſtituentes reliqua,dicuntur in dolo, & contra eos iuratur in litem nu. 1082. Vbi etiam reliquorum appellatione quænam veniant. Ampliatur hæc concluſio etiam quod a teſtatore ipſi tutori ſit remiſſa rationis redditio nu. 1083.

Tutores ſeu adminiſtratores conuertentes in vſum proprium pecunias quas adminiſtrant & exigunt, dicuntur in dolo,& contra eos iuratur in litẽ n. 1084.

Tutores ſeu adminiſtratores etiam nobiles, & bona famæ tenentur conficere librum rationum, num. 1084 verſ. Secundo defertur.

Tutores,ſeu curatores, qui alienarunt bona pupilli ſine debitis ſolemnitatibus,dicuntur in dolo,& contra eos iuratur in litem,num. 1084. verſ. Tertio iuratur in litem.

Tutores, & adminiſtratores excuſantur a non confectione libri rationum, & inuentarii ex iuſta cauſa num. 1085. & ſeq. vbi iuſta cauſa dicitur, quando hereditas eſſet modica, & bona adminiſtranda eſſent modici valoris.

Tutores & adminiſtratores excuſantur a nõ cõfectione inuentarii,aut libri rationum,quando aliunde probari poteſt,quæ bona extabant,& quæ ad eum peruenerunt,& alias,vt num. 1087.

Simplicitas ſeu ruſticitas excuſat tutorem, & adminiſtratorem a non confectione inuentarii,& libri rationum,num. 1088.

Tutores ſeu adminiſtratores ſi ſemel rationem reddiderunt an iterum illam reddere teneantur,nu. 1089.

Tutor etiam non confecto inuentario, & libro rationum poteſt ſe immiſcere in adminiſtrationem bonorum pupilli,non vt tutor,ſed vt ſocius; cum ſocius eſſet,num. 1090. Vbi etiam quod ante ſuſceptam tutelam non tenetur conficere librum rationum, & inuentarium.

Tutor nunquid teneatur conficere librum rationum, & inuentarium quando eius fides a tutore fuit approbata,num. 1090. verſ. Secundo iuramentum in litem.

1062 IVRAMENTVM in litem dari contra tutorem,aliumue adminiſtratorem,qui in tutela & adminiſtratione doloſe ſe geſſit nulla eſt difficultas,cum vt ſupra ſuo loco dixi,certum ſit in actione de dolo,hoc iuramentum dari; hinc inferuntur plures concluſiones, ſeu præmiſſæ concluſionis ampliationes,de quibus mox infra dicã, & deinceps limitationes,& declarationes explicabo. Quare contra tutorem non conficientem librum rationum dari iuramentum in litem ſcripſerũt poſt Iacob. de Aren. Bar.& Bal.in l.1.§.officio per illum tex. ff.de tutelis, & rationibus diſtrahendis, Doctor.in l.tutores,vel curatores,C.de adminiſtratione tutorum,& in l.fin. C. arbitrium tutelæ,Bar.& Doct.in l.Tutor,qui repertorium per illum tex.ff.de adminiſt.tutor.cũ aliis pluribus,Ruin.conſ.42.num.2.lib.5.& conſ.54.nu.14. lib.1.Ang.conſ.277.tutor alimentauit,in fine.Dec. conſ.178.num.3.& conſ.192.num.2. Soccin. conſ. 159.nu.3.Plot.de in litem iurando,nu.194.Phanuc. in eod.tract.de iur.iur.in litem,p.2.c.2.nu.27.& 28. vbi quod iſto caſu tutor dicitur eſſe in dolo vero licet præſumpto,ex non confectione libri rationum,& num.32.verſ.Et ea ipſo dolum probari,& c.3. num. 33.ad fin.vbi amplius,quod iſto caſu contra tutorem datur iuramentum in litem de affectione,Rolan. conſil.49.num.20.21.& 24.lib.1.Menoch. de arbitrar. quæſt.lib.2.caſu 208.nu.16. Maſcar. de probat. lib. 1.concl.531.num.66.& ſeq.Caualcan.in tract. de tutore,& curatore,num.65.et 66.Seraph.in tract de priuil.iuramenti,priuil.31.nu.51.in fine,et poſt nu. 59.et num.111.et 115.Cardinal.Tuſc.pract. concl. in verbo Iuramentum, concluſion.538. num. 31. et in verbo Tutor,concluſion.439.num.ſeptimo, et in verbo Adminiſtrator, concluſ.202.num. 21. Mancin. in tract.de iurmento,par.2.artic. octauo, num. quinto.

Et hæc ſit prima Ampliatio propoſitæ concluſionis.

1063 IVRAMENTVM in litem datur non ſolum vt mox dixi,contra tutorem, qui nõ confecit librum rationum,ſed etiam contra quemlibet alium adminiſtratorem,Bal.conſil.152.num.1.col.2. ad fin. verſ. Idemque ſi Codices rationum non edit, lib.3. Ruin. conſ.94.nu.6.lib.3.Socc.conſ.159.n.3.lib. 2. Ang. conſ.277.nu.6.verſ.Ideo in culpa,& conſ.286.col. 2.in fin.verſ.Quin Imo, Ruin.conſ.29.num.13. lib. 5. Simon de Prætis, conſil. 96. num. 26. cum aliis per Plot. de in litem iurando, num. 194. cum aliis plu-

pluribus relatis Doctorum auctoritatibus teſtatur de communi Phanúc. in eodem tract.de iure iurand. in litem cap.2.num.35.verſ.Hæc ampliatio, Menoc: de arbitrar.queſt.lib.2.caſu 208.num.16.Cardinal. Tuſch.practic.concluſion. in verbo Iuramentum, concluſion.538.num.24.& in verbo Tutor,concluſ. 347.num.7.& in verbo Adminiſtrator, concl.202. num.2.& num.4.& num. 7. & num. 23. ſyntagma commun. opinion. par. 3.rubr.de hæredibus.cap.7. verſ.Secundo,&c.vbi teſtatur de communi Doctorum ſententia,Ioſeph.Ludouic.concluſ.18. num. 9. Et hæc ſit ſecunda ampliatio, vide Caputaq. deciſ. 120.par.2.

1084 IVRAMENTVM in litem non ſolum datur,vt modo dixi,contra doloſum tutorem, & adminiſtratorem non conficientem librum rationum,ſed etiam contra quemlibet alium alienorum negociorũ geſtorem cum vnuſquiſque aliena negocia gerens, & adminiſtrans de geſtis, & adminiſtratis rationem reddere tenetur,vt per Soccin.conſ.159.nu.3. verſic.Et hoc ſecundum eum eſt generale,lib.2.Plot.de in litem iurando, d.num.194. vbi de negociorum geſtore, Theſaurario,Campario, Factore,Caſtaldo, Publicano,Suſceptore,Annonæ,Datario,Collectore pecuniarum,& Hoſpitalario, & num. 195. Vbi de Epiſcopo,Prælato,Præpoſito,Abbate,Commendatario,Canonico,Rectore Eccleſiarum,aut Hoſpitaliũ, Phanuc.in eodem tract.de iure iuran.in litem,p.2.c. 2.num.38.in diſcurſu,Rol.d.conſ.49.nu. 1. & ſeqq. vbi de negociorum geſtore, procuratore ad lites, & actore vniuerſitatis,& num. 28. vbi de publico officiali,Cæphal.conſ.39.num.1.& 2.vbi etiam de Prælatis,Religioſis.Menoch. de arbitr. quæſt. lib.2. caſu 208.num.17.Vbi etiam de Theſaurario,Card.Tuſc. practicar.concluſ. in verbo Tutor, concluſ. 347.nu. 34.& in verbo Adminiſtrator,concluſ.302.num.22. vbi multo magis in publico adminiſtratore, & nu. 1. & ſeqq.per tot.in diſcurſu,vbi nu.6.de factore,& caſtaldo,& num.11.vbi de procuratore ad negocia, vel ad iudicia,& num.12.vbi de inſtitore,& num.23 vbi de adminiſtratore publico,& num.24.vbi de numulario,& num.13.Vbi de commiſſario,Montan.in tract.de iure tutel.& curat.cap.28.num.70.vbi de Theſaurario,ſiue exactore,& num.71.& 73.vbi de negociorum geſtore, & nu. 74. Vbi de gubernatoribus Hoſpitalium, & num.76. vbi de inſtitore, & factore.

Et hæc ſit tertia Ampliatio.

1065 IVRAMENTVM in litem datur non ſolum contra tutorem,ſeu adminiſtratorem, qui librum rationum non confecit, ſed etiam contra tutorem, ſi non confecit,prout conficere tenetur inuentarium bonorum in hæreditate defuncti exiſtentium, &ideo tutelæ adminiſtrationem ſuſcipiens huiuſmodi inuentario non confecto dicitur in dolo,l.tutor,qui repertorium,ff.de adminiſtration. tutor. Et quod propterea poſſit contra ipſum iurari in litem,facit tex.in l.final.C.de in litem iurando,voluit Ruin.conſil.29. num.10.lib.quinto,Dec.in cap.ex parte,il ſecundo, num.quinto,extra de appellationibus. Dec.conſil. 178.num. 3. Afflict. deciſ.13. num. 17. & deciſ. 44. num.33.Corn.conſil. 216. num.6. lib.primo, Grat. conſil.25.num.6.lib.ſecundo, & eſt communis opinio, de qua præcipuè alijs pluribus relatis concordantibus teſtatur Plot.de in litem iurando, nu.194. Phanuc.in eodem tract.de iure iurando in litem,par. 2.cap.2.num.24.ad med.verſ.Poſtremo, dicit Herculan.vbi tamen ſubdit, quod iſto caſu non dabitur iuramentum in litem affectionis,ſed tantum veritatis,& num.27.28.& 29.& cap.3.num.35. in fin. Roland.conſ.49.num.18.& 24.lib.1.& conſ.72. num. 7.lib.4.ſintagm.commun.opinion.par.1.titul. iuramentum in litem defertur contra tutorem,Seraphin. de priuil.iuram.priu.31.num.51.ad finem,& poſt numerum 59.& num.111.& 115.Cardinal.Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Iuramentum,concluſion. 538.num.28.29.& 30.& concluſion.347. num.36. & in verbo Tutor,concl.439. nu.1. & in verbo Adminiſtrator,concluſ.202.num. 19.& num. 20. Paul. Paul.Montan.in tract.de iure tutel.& curat.cap.32. rubr.de decreto iudicis reg.5.num.1. & num. 43. & reg.6. nu. 1. Et hæc ſit quarta Ampliatio.Ad quam vide etiam Caputaq.deciſ.119.par.2.num.primo,& ſeqq.

1066 IVRAMENTVM in litẽ ſicut defertur contra tutorem,vt modo dixi,qui confecit inuentarium bonorum hæreditariorum, ita etiam datur contra omnem alium adminiſtratorem bonorum alterius, cum enim quisq. adminiſtrator de adminiſtratis rationem reddere tenetur,caput autem redditionis rationum adminiſtrationis, ſit ipſum inuentarium. Hoc ideo contra adminiſtratorem inuentarium non conficientem iuratur in litem ſecundum communem,de qua alijs relatis teſtatur Plot. de in litem iurando,num.194.ſintagm.commun. opinion. p. 1. tit.de iure iurando,cap.10.rubr. de iuramento in litem,verſ.Iuramentum in litem defertur contra tutorem,& p.3.rub.de hæredibus,c.7.verſ.2.Card.Tuſc. pract.concl.in verbo Iuramentum, concl.347. num. 5.& num.36.& num.41.& in verbo Adminiſtrator, concluſ. 202. num. 1. Paul.Montan. in tract.de iure tutel.& cur.c.32.rubr.de decreto iudicis, reg.6. num. 2.vbi teſtatur,quod hæc eſt vera, & communis omnium Doctorum opinio, & ante iſtos Bald. conſ. 137.Quædam vidua,num. 5.verſ.Item quæritur, lib. 5.Ang.conſ.144.reuocatur in dubium in fin. Socci. conſ.159.num.3.lib.2.Hippol.Rimin.conſ. 53.nu. 3.& ſeqq.& num.7.lib. 1.

Et hæc ſit quinta Ampliatio.

1067 IVRAMENTVM in litem defertur etiam contra tutores, & adminiſtratores ſanguine coniunctos, qui non confecerunt inuentarium, & librum rationum, ſeu alias in adminiſtratione ſe doloſe ingeſſerunt, Bald. conſ. 137. quædam vidua, num. 5. verſiculo Item quæritur, lib. 5. vbi de adminiſtrante bona nepotis, Purpurat.

in l. 1. in fi. C. de edendo, vbi etiam de Patruo adminiſtratore, de quo etiam per Dec. in conſ. 178. & 192. & per Rim. Iun. conſ. 53. nu. 5. & 6. lib. 1. Phanuc. de iur. iuran. in litem, p. 2. c. 2. nu. 36. vbi plures alios in hac materia conſulentes allegat Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Inuentarium, concl. 347. num. 5. & nu. 42. Paul. Montan. in tract. de iure tutel. & curat. c. 38. num. 67. Et hæc ſit ſexta ampliatio, quam declara duobus modis.

Et primò, vt licet conſanguinitas non excuſet tutores, & adminiſtratores a doloſa adminiſtratione, & præſertim a non confectione inuentarij, & libri rationum, veritas tamen eſt, quod in illis non ita de facili præſumendus eſt dolus, ſicut in alijs non coniunctis, ſecundum Bar. in l. 1. ff. de tutoribus, Dec. in cap. ex parte, il ſecondo, num. 5. extra de appellationibus quos ſic dicentes refert Phanuc. de iure iurando in litem, par. 2. cap. 2. num. 42. in fine, & num. 45. alios refert concordantes, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Adminiſtrator, concluſ. 203. num. 18. vbi quod in matre tutrice, dolus non præſumitur.

1068 IVRAMENTVM in litem licet detur contra tutores, & adminiſtratores ſanguine coniunctos, ſi in eorum tutela, & adminiſtratione doloſe ſe geſſerint. Et hoc, quia, vt dixi, conſanguinitas non excuſat a redditione rationum; veritas tamen eſt, quod eadem conſanguinitas excuſat a ſcrupuloſa rationum redditione. Cum illis enim non eſt amare tractandum, ſed quadam æquitate talem, qualem poſſunt, tenentur reddere rationem, Abb. conſ. 12. in 6. dubio, verſ. Tertius caſus, lib. 1. Fulgoſ. conſ. 25. col. 3. Soccin. conſ. 192. col. fin. lib. 2. & conſ. 40. num. 2. lib. 4. Phanuc. de iure iurando in litem, par. ſecunda, cap. ſecundo, num. 36. & ſeq. Paul. Montan. de iure tutel. & curat. cap. 32. reg. 8. num. 14. vbi præſertim, quando vna cum coniunctione ſanguinis concurrit etiam nobilitas.

Et propterea ſufficit in libro rationum exprimere, quantum veriſimiliter in anno expendiſſet pro familia, pro cultura agrorum cuſtodia territorij, & ſimilibus abſque eo, quod dietim ſummas minutas in libro rationum ſpecificet, ex alleg. per Paul. Montan. vbi ſupra, dict. regul. octaua, num. decimoquarto, & num. decimoquinto, declarat hanc illationem dummodo iſtud generale capitulum ſit veriſimile, nec habeat in contrarium aliquam ſiniſtram præſumptionem ex qualitate rei impenſæ perſonæ, aut aliunde. Et hæc ſit ſecunda declaratio præcedentis ſextæ ampliationis, quam ſubdeclara duobus modis, vt in ſequenti numero.

1069 IVRAMENTVM in litem licet detur contra coniunctos tutores, & adminiſtratores doloſos, quia, & ipſi eorum adminiſtrationis rationem reddere tenentur, ſed non ſcrupuloſam. Hæc tamen declaratio ſubdeclaratur duobus modis. Et primo niſi coniunctus puta ſi frater adminiſtraſſet bona fratris ſui non iure fraternitatis, ſed tanquam tutor, vel ſi etiam adminiſtraſſet bona minorum. Quorum tutelam, vel curam ſuſcipere, vel prouidere tenebatur. His enim duobus caſibus coniunctus diligentem, & exactam rationem reddere tenetur, ſicut tenetur reddere quilibet extraneus, vt per Montan. de iure tutel. & curat. dicto capitulo trigeſimoſecundo, regul. octaua, num. decimoſexto, & capitulo trigeſimo octauo, num. 68. Ex Soccin. quem allegat in conſil. 46. lib. primo, & conſil. 190. & conſil. 213. libro ſecundo.

Declara ſecundo niſi coniunctus adminiſtrator promiſiſſet rationem reddere de adminiſtratis; tunc enim etiam ad ſtrictiorem, & magis diligentem rationis redditionem tenebitur, Dec. conſ. 274. num. tertio, Abb. conſilio duodecimo, quæſtione decima ſexta, lib. primo, Iaſ. in l. ſi hæres in fine, ff. de condict. cauſa data, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Paul. Montan. de iure tutel. & curat. dicto capitulo 38. num. 66.

1070 IVRAMENTVM in litem nunquid deferatur contra patrem doloſum in adminiſtratione bonorum filij. Quærendum primò eſt nunquid teneatur de adminiſtratis rationem reddere, & quidem quod teneatur facit text. in l. cum oportet, §. finali, vbi Bart. & Ang. C. de bonisque liberis, l. filiæ cuius, C. familia erciſcunda, l. omnes tutores, C. arbitrium tutelæ. Alberic. in l. Aurelius, §. Titius teſtamento, ff. de liberatione legata. Aretin. conſil. 72. num. ſexto, & num. ſeptimo, Soccin. conſil. ſecundo, columna ſecunda, verſiculo, Et pater, & conſilio trigeſimoquarto, columna penultima, lib. primo, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. 202. num. nono, & concluſion. 203. num. 48. Alios refert Paul. Montan. de iure tutel. & curat. capitulo trigeſimo octauo, numero 112.

Sed veritas eſt, quod ſi pater adminiſtrauit bona filij emancipati in quibus non habet vſumfructum, nec eſt legitimus adminiſtrator, tenetur facere inuentarium, & rationem reddere, ſecus ſi adminiſtrauit bona filij exiſtentis in ſua poteſtate, & in quibus ſicut in aduenti tijs habet vſumfructum, quia tunc non tenetur facere inuentarium, ſed tantum ſimpliciter bonorum deſcriptionem, nec rationem reddere probantur hæc omnia per Bald. & Corn. in l. cum oportet, §. non autem, C. de bonisq; liberis, Alberic. in l. prima, num. ſecundo, C. de bonis maternis, Bal. in l. Orphanotrophos, num. ſeptimo, C. de Epiſcopis, & Clericis, Boer. deciſion. 61. num primo, & ſequentibus, vſque ad num. 8. Alexand. conſ. 110. in fine, num. 22. verſic. Bene ſpeciale eſt, lib. 3. Soccin. conſ. ſecundo, num. 7. lib. primo, Tiraquell. de reuocand. donation. in præfation. num. 29. Petraſ. ſing. 84. Rimin. Iun. conſ. 53. num. 10. lib. 1. Roland. conſ. 49. nu. 13. lib. 1. Card. Tuſch. pract. concl. in verbo Iuramentum concluſ. 547. num. 21. & 22. & num. 46. & 47. & in verbo Adminiſtrator concluſion. 203. num. 19.

1071 Nunquid autem contra patrem doloſum adminiſtratorem bonorum filijs ſit deferendum iuramentum

ramentum in litem in caſu, in quo de adminiſtrantis rationem reddere tenetur videtur quod non quia contra patrem filius actionem de dolo non habet l. non debet, & ibi Bal. ff. de dolo, & ſine dolo iuramentum in litem nõ defertur, vt puta ſuo loco dixi, & ita per hanc rationem voluit Phanuc. de iure iurando in litem parte ſecunda cap. ſecundo, num. 40. vbi reprobat Crot. contrarium tenentem in l. nemo poteſt, ff. de leg. primo, & ſi hæc opinio tibi placet.

Dicas tamen quod pater ſi in adminiſtratione bonorum filijs non ſolum dolum, ſed etiam negligentiam, & culpam commiſerit, poterit à dicta adminiſtratione tanquam ſuſpectus remoueri ſecundum communem, de qua alijs relatis teſtatur Arius Pinell. in repetitione, l. prima, C. de bonis maternis, parte ſecunda num. 33. & ſeqq. prout illum refert, & ſequitur Paul. Montan. de iure tutel. & Curat. c. 38. num. 116. & 117. & hæc ſit ſeptima ampliatio, vide infra num. 1105.

1072 IVRAMENTVM in litem defertur etiam contra matrem tutricem, ſeu curatricem ſi in tutela, vel adminiſtratione librum rationum, & inuentarium non confecerit prout conficere tenetur, vel alias ſe doloſe geſſerit Ancar. conſil. 286. incip. in cauſa, Franc. Cremenſ. conſ. 62. incip. Sereniſſimus inter conſ. Alexan. lib. 4. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Phanuc. de iure iurando in litem part. ſecunda cap. 2. poſt num. 37. & num. 40. verſ. Contra matrem autem, Ang. conſ. 144. in fine. Alexan. conſ. 110 circa primum in fine, verſ. Vnde videmus lib. 3. Soccin. conſ. 2. num. 7. lib. 1. Gozzadin. conſ. 80. in fine, Roman. conſ. 518. in fine. Ioſeph. Ludouic. concluſ. 18. in 14. ampliatione. Cardinal. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Innentarium concluſ. 347. num. 6. & num. 43. vbi alios refert, & in verbo Adminiſtratio concluſ. 203. num. 18. & in verbo Iuramentum concluſ. 538. num. 33. & in verbo Liberatio concluſ. 328. num. 23. & 32. Paul. Montan. in tractat. de iur. tutel. & Curat. cap. 32. rubric. de confectione inuentarij tutoris, & curatoris num. 24. & cap. 38. num. 56. & 57. vbi ampliat etiam quod adminiſtrauerit alio nomine quam tutorio. Et hæc ſit Octaua ampliatio.

Quam amplia vt procedat etiam in Auia Bal. conſil. 137. Quædam vidua in fin. lib. 5. refert eum Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Adminiſtrator concluſ. 203. num. 17. Paul. Montan. dict. cap. 38. num. 63. & declara præmiſſa non procedere quando teſtator in teſtamento vxori ſuæ adminiſtationem reliquerit itaut propria authoritate adminiſtraret: tunc enim mater non tenetur facere inuentarium, & propterea ob non confectionem inuentarij non poterit cõtra eam iurari in litẽ, vt per Boer. deciſion. 124. num. 15. quem refert, & ſequitur Cardinal. Tuſch. d. verbo Adminiſtrator concluſion. 202. num. 10.

1073 IVRAMENTVM in litem defertur etiam contra fratrem tutorem, vel adminiſtratorem bonorum communium ſi librum rationum, & inuentarium non confecerit, vel alias in adminiſtratione ſe doloſe geſſerit, Abb. conſ. 12. in 6. dub. lib. primo Dec. conſ. 192. num. primo, & conſ. 110. num ſeptimo, & conſ. 255. num. primo, & conſ. 274. num. tertio, Ruyn. conſ. 29. num. 13. lib. quinto, Aym. conſ. 218. in princip. Curt. Sen. conſ. 67. num. 44. Soccin. conſ. 46. lib. primo, quod eſt repetitum in conſ. 213. lib. ſecundo, Caſſane. conſ. 21. num. 54. & ſequenti, Plot. de in litem iurando, §. 13. num. quinto, vbi alios plures refert concordantes, & ampliat etiam in ſorore, Phanuc. de iure iurando in litem parte ſecunda cap. ſecundo nu. 36. Montan. de iure tutel. & curat. capitulo 32. reg. 5. num. 71. Card. Tuſc. littera A, concl. 202. num. 6. & num. 7. & concluſion. 203. num. 15. & num. 48.

Et in ſpecie de fratre adminiſtrante patre viuente quod eo mortuo teneatur reddere rationem ſuo fratri de adminiſtratis, & quod contra eum iuretur in litem ſi fuerit in dolo, Soccin. conſ. 92. num. quinto lib. quarto, Marſil. ſingular. 493. incip. iuſtum, & æquum, Petraſ. ſingular. 84. Plot. de in litem iurando §. 13. num. quinto, vbi ampliat ſiue frater viuente patre paterna bona adminiſtrauit nomine communi & ſiue etiam nomine proprio, Roland. conſ. 49. nu. 12. lib. primo, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſio. in verbo Adminiſtrator concluſ. 203. num. 20. & hæc ſit nona ampliatio.

1074 IVRAMENTVM in litem non ſolum datur contra tutorem, ſeu adminiſtratorem, qui librum rationum, & inuentarium bonorum adminiſtratorum non confecit, ſed etiam ſi illud confecit, ſed inordinatè, confusè, & obſcurè, ita quod in dict. lib. data, & recepta non bene percipi poſſunt, & in inuentario qualitas, & quantitas bonorum clare non appareat, Bar. in l. tutor qui repertorium num. decimooctauo num. vigeſimoſecundo, ff. de adminiſtr. tutor. Paul. de Caſtro in conſ. 307. circa princip. lib. ſecundo, Soccin. conſ. 159. num. 8. lib. ſecundo, Ancharan. conſ. 316. Soccin. Iun. conſ. 248. num. quinto lib. primo, Phanuc. de iure iurando in litem parte ſecunda cap. ſecundo num. 30. & 32. & num. 34. Rola. in tractat. de inuentario part. quinta, & vltima in quæſt. incip. Nunquid iurari poſſit in litem, nu. 2. vbi de inuentario obſcurè facto ab hærede, Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. ſecundo caſu 208. num. 19. & num. 20. & caſu 209. num. 14. & ſequenti, Burſatt. conſ. 205. num. quinto, & num. ſeptimo, Sintagm. commun. opinion. par. prima, titul. de iure iurando cap. 10. rubric. de iuramento in litem, verſ. Iuratur in litem contra non exhibentes, Paul. Montan. in tract. de iure tutel. & Curat. cap. 32. reg. 6. num. 7. Caputaquen. deciſ. 119 par. 2.

Et particulariter de adminiſtratore, qui confusè ſcribit partitas rerum, bonorum, & pecuniarum alienarum, quas adminiſtrat inſimul cum ſuis proprijs, vide Soccin. dict. conſ. 159. num. 7. lib. ſecundo & Thob. Non. conſ. 63. num. ſeptimo poſt Dec. & Ri

pam

pam in locis per eum relatis. Et hæc erit decima ampliatio.

1075 IVRAMENTVM in litem poſtquam, vt mox dixi, datur contra tutorem, & adminiſtratorem inordinatè, confusè, & obſcurè ſcribentem rationes in libro. Quæri modo poteſt, quando dictæ rationes dicantur in libro tutoris, ſeu adminiſtratoris ſic confusè, & inordinatè deſcriptæ: dic quod tunc rationum liber dicitur confusè, & obſcurè ſcriptus, quando in eo dictim introitus, & exitus ſingulariter non ſunt deſcripti, ordinatimque non refertur quid perceptum, quid impenſum ſit, & qua de cauſa, cui datum, ex quo fundo fructus percepti, a quo Colono, & his ſimilia, ita & taliter vt ex eodem libro abſque reuolutione aliarum cartarum falſitas, aut veritas partitarum deprehendi nequeat. Bart. conſ. 150. cum prædicta in fine lib. primo, & ibi Apoſtilla in verbo Qualiter dat concordantes, Aretin. conſ. 31. num. ſexto, verſ. Nam per librum, Gozzadin. conſ. decimo ſeptimo num. decimooctauo, Soccin. conſ. 159. nu. tertio lib. 2. Roman. conſ. 413. in princip. Grat. conſ. 23. num. 18. & conſ. 110. num. octauo, & num. nono & conſ. 178. num. primo, & conſ. 192. num. ſecundo & ſequentibus, vbi late Roland. conſ. 49. num. vigeſimoprimo, & ſequenti, & num. 28. lib. primo. Plot. de in litem iurando num. 243. ſecundum antiquam impreſſionem, & ſecundum aliam §. 5. num. 28. & num. 31. Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 208. num. 20. & caſu 209. num. 14. & ſequenti, Maſcard. de probation. lib. 2. concluſion. 531. num. 68. vbi de rationibus ſcriptis ſubinuolucro, & nulla expræſſa cauſa, Ioſeph. Ludouic. concluſion. 28. in 13. ampliation. & concluſion. 29. in 18. ampliation. verſ. Et ad hoc vt liber, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Adminiſtrator concluſ. 202. num. 11. in fine, Paul. Montan. de iure tutel. & Curat. cap. 32. reg. 8. num. primo, & ſeqq. ad quem omnino bene declarantem hanc materiam recurras. Et hæc erit 11. ampliatio ſeu potius illatio ex præcedenti ampliatione.

1076 IVRAMENTVM in litem datur contra tutorem, & quemlibet alium adminiſtratorem qui rationes, et computa ſcripſit non in volumine ligato, ſeu in libro rationum, ſed in cartulis, ſcartafaciis foliaciis, vel, vt alij dicunt, in ſcartafolijs, Bald. conſ. 152. num. 1. verſ. Porro, et verſ. Ex his igitur lib. 3. Ruyn. conſ. 29. num. vndecimo lib. 5. Soccin. conſ. 213. cum in præſenti num. quarto, et num. quinto lib. ſecundo, Natt. conſ. 134. num. ſexto, et ſeqq. lib. primo, Plot. de in litem iurando, §. 35. num. primo ſecundum vltimam impreſſionem, Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Adminiſtrator concluſion. 202. num. decimoquinto. Et hæc ſit 12. ampliatio.

1077 IVRAMENTVM in litem datur etiam contra tutorem, et quemlibet alium adminiſtratorem qui dicit confeciſſe librum rationum, ſed illum amiſiſſe, niſi enim amiſionem probauerit præſumitur oculta ſſe, Bald. conſ. 152. ad euidentiam num. primo verſ. Vnde oculta ſſe præſumitur lib. tertio, Soccin. conſ. 159. num. quinto, et conſ. 190. num. quinto ad medium verſ. Sed præmiſſis non obſtantibus, lib. ſecundo, Ang. conſ. 287. verſ. Quin immo, Ancharan. conſ. 316. in cauſa quæ, num. ſecundo, et ſequenti, verſ Secundo contra Grat. conſ. 24. num. decimooctauo. Roland. conſ. 49. num. 33. lib. primo, Thob. Non. conſ. 63. num. tertio, & ſequentibus, vbi etiam idem de eo, qui dicit ſe non confeciſſe librum, Phanuc. de iure iurando in litem parte ſecunda cap. ſecundo num. 35. num. 40. in fin. & num. 41. vbi amplius quod ammiſſio debet concludenter probari per teſtes, aut alio modo, nec creditur tutor, ſeu adminiſtratori, etiam cum iuramento aſſerenti, & librum confeciſſe, & amiſiſſe, Cardinal. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Adminiſtrator concl. 202. num. 13. & in verbo Iuramentum concluſ. 538. num. 33. & 41. & hæc ſit 13. ampliatio.

1078 IVRAMENTVM in litem defertur contra tutorem, & adminiſtratorem non deſcribentem in libro rationum omnia exacta, Soccin. conſ. 159. nu. 7. verſ. Tertio confirmatur, & num. 8. & num. 9. & nu. 12. verſ Secundo principaliter, & num. 15. & nu. 18. lib. 2. & conſ. 190. num. 2. verſ. Confirmatur etiam, & iterum infra in verſ. Confirmatur quia, eod. lib. 2. Pariſ. conſ. 89. num. 19. lib. 1. Roland. conſ. 49. num. 25. & num. 29. 54. & ſeq. & nu. 58. lib. 1. Thob. Non. conſ. 63. num. 13. & num. 21. Phanuc. de iure iurando in litem par. 2. cap. 2. num. 32. ante fin. verſ. Et do Ioſum factum, Cardin. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Adminiſtrator concluſ. 202. num. 17. & concl. 203. num. 21. Paul. Montan. in tractat. de iure tutel. & Curat. cap. 38. num. 140.

Sic & iuratur in litem contra tutorē, & adminiſtratorem, qui in inuentario bonorum non ſcripſit omnia bona, Bart. in l. tutor qui repertorium nu. 21. verſ. Item quod dicitur, ff. de adminiſtratione tutor. & in conſ. 150. cum prædicta num. 4. & ſeq. verſ. Reſpondeo lib. 1. vbi Apoſtilla in verbo Reſpondeo dat concordantes, Maſcard. de probation. lib. 2. concl. 531. num. 67. Card in Tuſch. practic. concluſ. 538. nu. 37. Paul. Montan. de iure tutel. & curat. cap. 32. reg. 6. num. 10. & hæc ſit 14. ampliatio.

Quam declara vt non procedat quando omiſſa in inuentario eſſent deſcripta in libro rationum: per hanc enim deſcriptionē purgatur dolus præſumptus ex non deſcriptione in inuentario, Aym. conſ. 245. num. 12. verſ. Et in terminis, Phanuc. de iure iurando in litem par. 2. cap. 2. num. 44. verſ. Purgatur quoque dolus, Paul. Montan. dict. regul. 6. num. 12. & num. 13.

1079 IVRAMENTVM in litem defertur etiam contra ſocium adminiſtrantem bona communia qui aut librum non confecit, aut ſi confecit illum non exhibet: ſocius enim bona communia adminiſtrans ſic vt alij adminiſtratores conficere librum rationum, & de adminiſtratis rationem reddere. Bald. conſ. 152. in princ.

princ.lib.3.Anch.conſ.330.in prin.& per tot.Corn. conſ.24.in fine lib.1.Socc.conſ.24.viſis,& diligenter,num.37.lib.1.Pariſ.conſ.89.num 17.lib.1.Natt. conſ.134.num.6.& ſeqq. Rolan. conſ. 49. num. 11. lib.1.Hippol.Rim.conſ.53.num.5.& 6.lib.1.Bero.q. 15.nu.1.Plot. de in litem iurando §.13. num. 5. vbi alios plures refert concordantes,& §.35.num. 1. ſecundum vltim.impreſſ.Phanuc.in eod.trac. de iure iurando in litem par.2.cap.2.nu.38.Card.Tuſc.practic.concl.in verbo Adminiſtrator concl.203.nu.21. 22.& 69.& in verbo Inuentarium concl.347.nu.42. & in verbo Iuramentum in litem concl.538.nu.41. & hæc ſit xv.ampliatio ad quam cum omnibus contingentibus quæſtionibus vide omnino Hector. Felicium in tract.de ſocietate c.37.& 38.vbi ſumpta occaſione ponit fere omnem materiam redditionis rationum ab adminiſtratore faciendæ.

1080 IVRAMENTVM in litem non ſolum defertur contra tutorem non conficientem inuentarium, ſed etiam contra exequutorem teſtamentarium, quia, & ipſe ſicut tutor inuentarium facere tenetur, & rationem de adminiſtratis reddere ſecundum Speculator. in tit. de inſtrum. editione, §. 14. verſ. Sed an ſimplex,& ibi Bal.in add. Capra in tract. de exequutore vltim.volunt.membr.5.num.26.qui tamen loquitur in exequutore vniuerſali habito loco hæredis, Petraſ.ſingul.84 incip.Exequutor vltimæ voluntatis, Rolan.conſ.49 num.6.lib.1. Card.Tuſc. pract.concluſ.in verbo Inuentarium concl. 347. nu.13. & nu. 25.vbi de exequutoribus fidei commiſſarijs, & num, 26.vide Epiſcopo exequutore,Montan.de iure tutel. & Curat.cap.38.nu.83. & ſeqq.

Contrarium quod exequutor teſtamentarius non teneatur facere inuentarium,licet bene teneatur exequutor legitimus prout eſt Epiſcopus, voluerunt allegati per Cardin.Tuſc.littera I,in verbo Inuentarium concl.347.nu.29.faciunt ſcripta per Capram in tractat.de exequutor.vltim.volunt.membr.5. num.13. iuncto num.24.& ſeqq. vbi concludere videtur exequutorem legitimum teneri facere inuentarium teſtamentarium,aut non teneri ex forma ſui officij, ſed bene teneri pro ratione reddenda, & amplius ſubdit, quod poteſt exequutor teſtamentarius cogi, & compelli,vt indicet,& manifeſtet bona,& ea deſcribat.

1081 Non crederem recedendum a prima opinione, * quæ ni fallor magis communiter recepta eſt,& habet locum ſiue exequutor ſit publicus,ſiue etiã priuatus, dummodo generalis,ſecus ſi ſpecialis ad vnum tantũ actum,quia tũc non tenetur facere inuentariũ, Alex. conſ.215.nu.8.lib.6.refert eum,& ſequitur Cardin. Tuſc.in verbo Inuentarium concl. 347. num. 27. & 28.& in verbo Adminiſtrator concl.203.nu.26.27. & 28.Capra in tractat.de exequtore vltim.voluntat. membr.5.nu.16.& ſeqq.vbi licet de iure credat exequutorem ad certam rem, vel litem, teneri inuentarium facere de eo,quod ad manus ſuas peruenit, de conſuetudine tamen contrarium ſeruari teſtatur. Et hæc ſit xvj.Ampliatio.

Quam declara duobus modis:Primo vt non procedat in exequtore dato in redemptionem captiuorum qui quod non teneatur facere Inuentarium, poſt Bal. & Ang. in locis per eum relatis voluit Capra vbi ſupra nu. 21.

Secundo vt non procedat quando Teſtator exequtori Inuentarij confectionem remiſit, Pariſ. conſ. 49.num.35.lib.1.Ang. Dec. & Ruin. in locis relatis per Card.Tuſc.in d.verbo Inuentarium conclu.648. num.9.Capra vbi ſupra num.27.& 28.vbi ſubdeclarat hoc non procedere in executore, qui loco hæredis habetur cui remiſſio Inuentarij facta per Teſtatorem non valet,vt ibi per eum,& dicam infra.

1082 IVRAMENTVM in litem datur contra Tutorem,ſeu Adminiſtratorem non reſtituentem reliqua,& ea quæ ad eius manus peruenerunt,niſi enim omnia reſtituat non cenſetur reddita ratio,l. Quamuis,& ibi Soccin.num.1. l.cum ſeruus,& l.qui ſub conditione,ff.de conditio.& demonſtr.& l.non ſolum,§. is qui, ff.de liberatione legata, Bald. conſ. 152.nu.1. verſ.reddere autem rationem lib.3. Ang. conſ. 175. ad fin.Plot.de in litem iurando, §.35. num.1. in fine ſecundum vltim.impreſſ.cum alleg.per eum, Menoc. de arbitrar.q.lib.2.caſu 209.num.21.& ſeqq.Rolan. conſ. 49.num.59.in fine,lib. 1.Paul.Montan.de iure Tutel.& Curat.c.32.reg.6.num.14.& c.38.num.13. & ſeqq. Vbi quod Tutor, & Adminiſtrator non ſolum poſt redditam adminiſtrationem tenetur reſtituere pecunias,quæ penes ipſum remanſerunt,ſed etiam id quod non remanſit, & abeſſe deſijt eius dolo in faciendo,ex Dec.quem allegat in conſ.394.in fi.

Quæ autem dicantur reliqua vide Alciat. in l. poteſt,ff.de verborum ſignificat.Caſſan. in conſuetud. Burgund. tit.Des enfans,§.6.in verbo Et reliqua,nu. 3. & 4. eſt enim reliquatio reſiduum illud quod poſt redditas rationes apud Adminiſtratorem ſupereſt,l.ſi cui libertas, ff. de conditio. & demoſtr. cum alijs alleg.per Menoc.d.caſu 209.num.22.& per Paul.Montan.d.c.38.num.16.& hæc ſit 17. Ampliatio quam iterum amplia, & declara vt in ſequenti num.

1083 IVRAMENTVM in litem datur contra Tutorem, & adminiſtratorem non reſtituentem reliqua,& ea quæ ad eius manus peruenerũt etiam quod a Teſtatore ipſi facta fuerit remiſſio redditionis rationum quantumcunque generalis,& etiam cum legato eius quod ab eo peti poſſet occaſione Adminiſtrationes, l. Aurelius, §. Titius, ff. de liberatione legat. Ang.conſil.174.Filius Vgones, Vbi loquitur in patruo Tutore,Soccin. conſil. 159. num. 11. ad med. lib. ſecundo.Ruin.conſil.70. num. 8. libro 4. Alex. conſil. 62. num. 3. 9. & ſeqq. lib. 4. & conſil. 192. in fine lib. 7. & conſil. 54. num. 5. lib. ſecundo.Pariſ. conſil. 87. num. 23. lib. primo, & conſil. 21. num. 57. lib. ſecundo. Gozzadin. conſil. 94. num. 14. vbi loquitur in matre tutrice. Roman. ſingular. 110. Couar. var. reſol. lib. ſecundo cap. 14. in princ. & num. primo verſic. Primo, ſecundo, tertio,quarto,quinto, & ſexto,vbi late probat remiſſio-

nem

nem redditionis rationum non trahi ad ea, quæ a tutore, ſeu adminiſtratore vindicari poſſunt ratione in rem,& dict.num.1.verſ.Poſtremo, &c. & num. 2.& ſeqq.vbi latiſſime comprobat præmiſſam conclnſionem, eamque communem teſtatur, & a contrarijs defendit Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2.caſu 209. num.26.& num.27.vbi tamen de patre, matre,& patruo tutoribus remittit,id totum arbitrio iudicis,Cardinal.Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Liberationum.21.& num.25.vbi alijs pluribus relatis concordantibus teſtatur de communi, Paul. Montan.in tract.de iure tutel.& curat.cap.38. num. 10.& num. 26.& ſeqq.vbi,& iura,& plurium Doctorum auctoritates ad comprobationem huius concluſionis adducit,& nu.31.ampliat etiam in matre tutrice quam ad reliqua reſtituendum cogi poſſe non obſtante remiſſione ſibi a teſtatore facta,ex Bal.& Alex.in locis per eum relatis verius exiſtimat licet Menoch. vbi ſupra dict.num.26.& 27.in patre,matre, & patruo iudicis arbitrio relinquat. Et hæc ſit xviij. ampliatio, quam declara non procedere quādo teſtatur expreſſe remiſiſſet tutori reliquorum reſtitutionum ſecundum Alex.in conſ.47.circa primum num.9.& num. 13.verſ.Aduertendum lib.1.& conſ.170. nu. 3.lib. 2.quem ſic dicentem refert,& ſequitur Cardin.Tuſ. practicar.concluſion.in verbo Liberatio concl.328. num.2.& 7.& 8.& num.10.vbi tamen ſubdit, quod nec iſto caſu tutor cenſetur liberatus a doloſe retentis.

1084 IVRAMENTVM in litem vltra præmiſſos caſus contra tutorem,& adminiſtratorem defertur etiam in pluribus caſibus,& primo quando tutor, ſeu adminiſtrator exactas pecunias in proprium caſum conuertit. Soccin.conſ.159, num. 10. & conſil. 190. verſ. Quarto quia lib.ſecundo,Aym. conſil. 286. vbi late Roland.conſil.49. num. vigeſimo ſexto lib.primo.Phanuc. de iure iurando in litem parte ſecunda cap.2. num. 33. Card.Tuſc.practicar.concluſ.in verbo Adminiſtrator concluſ.203. num.94.

Secundō defertur Iuramentum in litem etiam contra tutorem, ſeu adminiſtratorem bonæ famæ, & nobilem ex alleg. per Phanuc. de in litem iurando parte ſecunda cap.ſecundo num. 48.& nu. 49. & num. 51. vbi præſertim aduertit bonam famam & nobilitatem nunquam excuſare tutorem, ſeu adminiſtratorem a confectione libri rationum.

Tertio iuratur in litem contra tutorem ſeu curatorem, qui alienauit bona pupilli ſine ſolemnitatibus a iure requiſitis, Ang. conſil. 175. in fine verſic. Item ſi immobilia, Alexand.cōnſ. 74. num. tertio verſic. Tertio moueor lib. ſeptimo Plot. de in litem iurando num. 198. & ſequenti poſt Dec.Anch. Ruyn. & Soccin. in locis ibi per eum relatis, & num. 200.& ſeqq. vbi ampliat in Prælatis Rectoribus Eccleſiarum, Hoſpitalium,& Vniuerſitatibus alienantibus ſine cauſa, & indebitè bona Eccleſiæ, Reipublicæ, ſeu Hoſpitalis, Cardinal. Tuſc. practicar.concluſion.in verbo Iuramentum concluſ. 538.num.32.& in verbo Tutor concluſ.439.num.4. 5.& num.6.

Huc uſque poſui ampliationes, nunc ad limitationes deſcendo.

1085 IVRAMENTVM in litem non defertur contra tutorem, ſeu alium adminiſtratorem non conficientem inuentarium, ſeu etiam librum rationum, quando ſic non conficit librum, aut iuſtiſſima cauſa text. eſt in l. tutor, qui repertorium, ff. de adminiſtratione tutorum, Plot. cum allegatis per eum de in litem iurando, §. 5. nu. 37. ſecundum vltimam impreſſionem, Phanuc. in eodem tract. de iure iurando in litem parte ſecunda cap.ſecundo nu. 40. ante fin. verſ. Limita etiam, vbi propterea dixit quod præſumptio oriens ex non confectione inuentarij, & libri rationum non eſt præſumptio iuris, & de iure, & quod ideo contrarium probari poteſt ex Afflict. quem allegat in deciſ. 360. num. quinto,& Ruyn. in conſ. 87. num. ſeptimo verſ. Nec præmiſſis lib. quinto adde, & Montan. &c. regul. 5. num. 46.& 94.vbi de tutore impedito graui morbo. Et hæc ſit prima limitatio.

1086 IVRAMENTVM in litem non defertur contra tutorem, vel adminiſtratorem non conficientem librum rationum, aut inuentarium, quando hæreditas eſſet tam modica,& bona adminiſtranda eſſent tam pauca, & modici valoris, vt de illis poſſit aliunde haberi veritas abſque libro rationum & inuentario in re enim modica ceſſat præſumptio doli l. ſcio, ff. de in integrum reſtitutione l. ſi oleum in fine l. ſequenti, ff. de dolo, & præſertim quando in bonis adminiſtrandis, aut nihil aut parum fuiſſet adeo vt adminiſtrator in confectione inuentarij tantum,vel plus expendiſſet,quam valerent bona ad text. in l. Mediterraneę,& ibi Bar. & Ang. C. de Annon. & Tribut. lib. decimo Tiraquell. in tractat. de iudic. in rebus exiguis verſ.xlvj. Phanuc. de in litem iurando parte ſecunda cap. 2. num. 44. verſ. Item excuſaretur, & num. 51. in fine verſ. Niſi forte negocia pupillaria tam parua, & pauca fuerint, Plot. de in litem iurando num. 250.vbi loquitur quando adminiſtratio fuit modici temporis, & non intricata plurimorum negociorum refert eum, & ſequitur Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Adminiſtratio concluſ. 202. num.28. Paul. Montan. de iure tutel. & curat. cap. 32. reg. 5. num. 48.& ſeqq.& num. 45. & reg. 6. num. decimo octauo vbi tamen dict. num. 95.& ſeq. dixit quod iſto caſu tutor debet proteſtari coram iudice in bonis pupilli nihil aut parum eſſe quia talis tutoris proteſtatio habebitur loco inuentarij ex Bald. quem allegat in l. final. num. 8. verſic. Extra quæro C. qui bonis cædere poſſint. Et hæc ſit ſecunda limitatio.

1087 IVRAMENTVM in litem non datur contra tutorem, ſeu alium adminiſtratorem,qui non confecit inuentarium, aut librum rationum quando aliun-

aliunde probare poteſt, quæ bona extabant, & quæ bona ad eum peruenerunt, & ſic quod minores, & eorum principales, aut Domini non niſi talia, & talia bona ex quibus tantum, & non vltra perceperunt. & de quibus recte diſpoſuerunt, & eſt ratio quia iuramentum in litem datur in incertis, non autem in certis l. nummis, ff. eodem, ſecundum gloſ. in l. 2. in gloſ. final. ff. de in litem iurando, Dec. in l. in actionibus num. 30. ff. eodem. Phanuc. de in litem iurando part. ſecunda cap. ſecundo num. 13. ante fin. verſ. Vbi autem in facto contigiſſet, vbi propterea ad effugiendum iuramentum in litem poſuit cautelam, vt reus per teſtes, aut alio legitimo modo probet qualitatem, & quantitatem rei, de qua contenditur, & num. 40. verſ. Limita etiam Plot. in eodem tractat. de in litem iurando, §. 5. num. 37. verſ. Primo contra tutores ſecundum vltimam impreſſionem poſt Laurentium Calcan. & Iaſ. in locis per eum relatis Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. concluſ. 202. num. 24. & ſeqq. vbi ita alias in Rota reſolutum fuiſſe teſtatur coram Litta in Romana redditionis computorum 14. Maij 1593. quam Rotæ deciſionem, & concluſionem præmiſſam declarat procedere quando tutor, ſeu adminiſtrator nullam prorſus confeciſſet librum rationum, ſecus ſi librum confeciſſet, & in eo non omnia deſcripſiſſet: tunc enim quia ex hac non integra deſcriptione in adminiſtratore dolus, & fraus præſumitur, hoc ideo non poteſt dicere volo aliunde probare &c. Addo pro hac eadem concluſione Paul. Montan. in tractat. de iure tutel. & curat. cap. 32. regul. 5. num. 46. & regul. 6. num. decimo ſexto. Et hæc ſit tertia limitatio.

1088 IVRAMENTVM in litem non defertur contra tutorem ſeu alium adminiſtratorem, qui omiſit facere librum rationum, ſeu inuentarium ex ſimplicitate, aut ruſticitate, Calcan. conſ. 43. colum. final. verſ. Tertio adduco, Rip. in tractat. de peſte titul. de præſeruatiuis remedijs contra peſtem num. 232. verſ. Secundo Ruſticitas, & num. 340. verſic. Tamen fallit. Phanuc. de iure iurando in litem part. ſecunda cap. ſecundo num. 47. Plot. de in litem iurando, §. 5. num. 37. verſ. Secundo contra ipſos ſecundum vltimam impreſſionem, Menoch. de arbitrar. quæſtion. caſu 208. num. 22. & 23. vbi in hoc iudicijs arbitrium verſari reſpondit, & caſu 193. vbi declarat quæ ſint ſimplices perſonæ inter quas ponitur minorem, mulierem, & ruſticum, ſed de minore dixi ſupra Paul. Montan. in tractat. de iure tutel. & curat. cap. 32. regul. 5. nu. 47. & reg. 6. nu. 17. Et hæc ſit iv. limitatio.

1089 IVRAMENTVM in litem non defertur contra tutorem ſeu adminiſtratorem pro non redditione rationum, quando illam ſemel reddidit. Quod an verum ſit, & quando, & ſic an, & quando ratio ſemel calculata iterum calculari debeat, præſerrim vbi allegatur error calculi. Et quid ſi adminiſtrator habuit ſuam quietantiam, & liberationem lectorem remitto (quia materia eſt ampliſſima, & intricatâ, ſapitquè potius ciuilitatem, quam criminalitatem) ad Ioan. Monach. Archidiacon. Ioan. Andr. & alios in cap. vnico de clerico egrotante, Soccin. conſ. 159. num. tertiodecimo, & ſeqq. & conſ. 190. num. tertio & ſeqq. lib. ſecundo, & conſ. 92. lib. quarto. Bar. Dec. & alios in l. 1. C. de errore calculi adde eundem Dec. conſ. 94. num. quarto Pariſ. conſ. 89. per tot. lib. primo, Roland. conſ. 49. in diſcurſu lib. primo, Cephal. conſ. 192. etiam per tot. lib. ſecundo, Hippol. Riminald. conſ. 338. etiam per tot. in diſcurſu, Menoch. de arbitr. quæſtion. caſu 209. num. 37. Suarez in commun. opinion. in verbo Error num. 158. & 159. Vergil. Boccacc. in conſtit. Marchiæ gloſ. 8. num. 275. late per Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Adminiſtrator concluſ. 203. num. 71. & omnibus ſeqq. & litera C, concluſion. quinta num. 6. & ſeptimo, Paul. Montan. de iure tutel. & curat. cap. 38. num. 118. & ſeqq. & num. 145. ſeqq.

Et in ſpecie quando verum ſit quod ratio ſemel calculata iterum calculari debeat, quando conſtat de dolo, vide Cardin. Tuſc. dict. concluſ. 203. num. 72. 74. 77. 82. 83. 86. & ſequentibus 90. & ſeqq. Paul. Montan. vbi ſupra cap. 32. regul. 6. num. decimo, & dict. cap. 38. num. 128. 133. & ſeqq. pluribus vbi in propoſito magiſtraliter declarat quot modis arguatur dolus. Et hæc ſit V. limitatio.

1090 IVRAMENTVM in litem non defertur contra tutorem in tribus alijs caſibus etiam quod inuentarium, & librum rationum non confecerit. Et primo non defertur, quando immiſcuit ſe in adminiſtratione bonorum pupilli, non vt tutor, ſed vt ſocius, cum ſocius eſſet, Phanuc. de iur. iurando in litem par. 2. cap. 2. num. 42.

Secundo iuramentum in litem non defertur contra eundem tutorem non conficientem inuentarium aut librum rationum; quando tutoris fides eſt approbata a teſtatore, vt per Phanuc. quem declarantem videas dict. part. ſecunda cap. ſecundo nu. 46. & num. 51.

Tertio iuramentum in litem non defertur contra tutorem, qui librum rationum, & inuentarium non confecit, ſi adhuc tutelam non ſuſcepit declara vt per Ruyn. conſil. 108. num. nono lib. primo, & conſ. 29. num. decimo, & conſ. 108. num. decimoquinto, & conſ. 89. num. nono lib. quinto prout eos refert Menoc. de arbitrar. quæſtion. lib. ſecundo caſu 174. num. tertio, Paul. Montan. de iure tutel. curat. capit. trigeſimoſecundo regul. 5. num. 92.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM in litem non defertur contra Tutorem, Curatorem, ſeu alium Adminiſtratorem, qui non fecit inuentarium ſeu librum rationum, quã do à Teſtatore ſibi remiſſa eſt rationes reditio, & quando hoc verum ſit.

SVMMARIVM.

Tutori, Curatori, & Adminiſtratori qui non confecit librum rationum ſi à Teſtatore fuerit remiſſa ratio nis redditio, vel legata liberatio iuramentum in litem contra eum non datur num. 1091. *Vbi etiam referuntur contrarium tenentes.*

Tutor, ſeu Curator qui omiſit facere inuentarium excuſantur quando illius confectio fuit ſibi a Teſtatore remiſſa, vel probibita, num. 1092. *immo ſi contra Teſtatoris probibitionem inuentarium confecerit, dicitur in dolo, n.*1093. *ſiue tutor ſit teſtamentarius, ſiue etiam legitimus, & datiuus, d.nu.* 1093. *& nu.* 1094. *vbi quod ſufficit ſola remiſſio confectionis inuentarii abſque expreſſa prohibitione.*

Inuentarii remiſſio, & prohibitio facta a Teſtatore non ſolum valet in præiudicium ipſius teſtatoris, ſed etiã hæredis legatariorum, & fideicommiſſariorum, d. num. 1093. *verſ. & rurſus.*

Teſtator inuentarium prohibere, aut remittere non poteſt in præiudicium creditorum nu. 1094. *verſ. Bene verum eſt.*

Tutori, ſeu Curatori remiſſa rddition rationis cum adiectione legati de omni, & toto eo, quod occaſione dictæ redditionis condemnari contigerit, non confectio inuentarii non nocet, nu. 1095.

Tutori, ſeu Curatori remiſſio redditionis rationum facta a teſtatore non extenditur niſi ad ſcrupuloſam inquiſitionem, nu. 1096.

Tutorem, ſeu Curatorem qui non confecit inuentarium & librum rationum ex eo quod Teſtator ipſi remiſerit rationis redditionem, poteſt iudex ex officio compellere ad illos conficiendum, ſi ita ipſi viſum fuerit expedire rerum adminiſtrationi, nu. 1097.

Tutor, ſeu Curator tenetur conficere librum rationum & inuentarium non obſtante remiſſione eis a teſtatore facta ſtante præciſo ſtatuto quod teneantur facere inuentarium, & librum rationum n. 1098. *vbi etiam idem quando tutor, ſeu Curator in ſuſceptione curæ, & tutelæ promiſerit vtilia facere &c.*

Tutori, Curatori, & cuilibet alteri adminiſtratori remiſſa rationum redditu, non extenditur ad doloſe per eos geſta nu. 1099. *quod ampliatur etiam ſi talis remiſſio fuerit facta cum adiectione legati de omni, & toto eo, de quo condemnari contigerit, num.* 1100. *contra num.* 1101. *diſtingue vt num.* 1102.

Tutori, ſeu curatori non valet remiſſio redditionis rationum a teſtatore facta etiam quod tutor, ſeu curator doloſe ſe geſſerit in cura, ſeu tutela, quia dolus futurus remitti non poteſt n. 1103. *& ſeq. vbi tamen declaratur hoc non procedere in expreſſa remiſſione doli de præterito.*

Tutori, & Curatori remiſſio doli futuri a teſtatore facta non valet nu. 1103. *ſecus a dolo præterito, nu.* 1104. *Vbi etiam an remiſſio doli præteriti extendatur ad dolum verum in committendo commiſſum, an vero ſolum ad præſumptum in ommittendo.*

Patri adminiſtratori remiſſio redditionis rationum facta a filio nunquid extendatur ad dolum, nu. 1105

Tutori, Curatori, & Adminiſtratori remiſſio rationum redditionis an extendatur ad dolum quando ipſe tutor, curator, ſeu adminiſtrator nihil lucratus fuit, num. 1106.

1091 IVRAMENTVM in litem non defertur contra tutorem, curatorẽ, ſeu alium adminiſtratorem qui non confecit librum rationum, quando ei a teſtatore remiſſa, & rationis redditio, vel eidem legata liberatio ab eadem rationum reddi tione, Neuizzan. conſ. 17. nu. 34. verſ. Idem ſi libera uit a reddenda ratione, Menoch. poſt Fulgoſ. Dec. & alios, quos allegat de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 208. n. 24. cum alijs per Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Liberatio concl. 328. nu. 1. & nu. 10. vbi alijs relatis teſtatur de communi Doctorum ſententia, Paul. Montan. in tract. de iure tutel. & curat. c. 32. reg. 6. num. 18. Card Tuſch. in verbo Adminiſtrator concl. 203. nu. 55. dixerit liberationem relictam a teſtatore de reddendo rationes non releuare, ex Dec. quem allegat in conſ. 348. voluit dicere 349. in fin. aduerte tamen quod Decius nõ ita generaliter loquitur prout ipſe eum allegat, ſed ſtricte concludit generalem liberationem a teſtatore relictam non includere dolum, de quo infra dicetur.

Contrarium ſuaderi videtur eo quod dicitur non valere pactum, ſeu conuentionem factam cum adminiſtratore quod non poſſint computa reuideri neque teneatur reddere rationem adminiſtrationis ſecundũ Bal. in l. Aurelius, §. huius ff. de liber. legata, Socc. cõſ. 159. & 190. lib. 2. quos ſic dicẽtes refert, & ſequitur Card. Tuſc. in verbo Adminiſtrator concl. 203. nu. 59. Quod, & idem voluit Paul. Montan. de iure tutel. & curat. c. 38. nu. 46. ex Alex. quem allegat in conſ. 18. lib. 2. vbi inquit non valere conuentionem per quam quis aliquem adminiſtratorem conſtituat cũ pacto quod nõ poſſit reuocari faciũt ſcripta per Phanuc. de iur. iur. in litem par. 2. c. 2. nu. 51. ante fin. vbi poſt Raphael. Fulgoſ. in conſ. 25. & Iaſ. in conſ. 14. quos allegat concludit onus conficiendi librum rationum iure remitti non poſſe nec etiam fieri poſſe vt quis ad rationes reddẽdas non teneatur ſi hoc pacto fieri non poteſt; ergo nec etiam a teſtatore in teſtamẽto arguendo de contractibus ad vltimas voluntates.

Non recedas a propoſita concluſione, quæ ſicut veriſſima

riſſima eſt,ita etiam, & magis communiter recepta, vt ex infra dicendis apparebit, & in contrarium allegati loquatur,& intelligi debent, vt nec etiam pacto, aut conuentione adminiſtrator cenſeatur liberatus a confectione libri rationum, & redditione rationum quod ad dolum,& dicunt verum,& ita vt infra latius declarabo intelligenda eſt etiam remiſſio a teſtatore facta.

Præmiſſa concluſio amplianda, & limitanda eſt vt infra.

1092 IVRAMENTVM in litem non datur contra tutorem ſeu curatorem qui omiſit facere inuentariũ quando illius confectio eſt ſibi expreſſe remiſſa, ſeu prohibita a teſtatore: vtile enim eſt iſto caſu inuentarium non fieri, ne vilitas patrimonij detegatur, vel ne amplæ diuitiæ inuidiæ exponantur text. eſt in l. fi. C. arbitrium tutelæ,& in l. 2. C. quand. & quib. quar. par. lib. 10. Bar. & alij in d. l. fin. Bal. in l. cum tale, S. Titius, ff. de cond. & demonſtr. Bart. in l. nemo poteſt nu. 12. & ibi etiam Iaſ. in 2. lectur. num. 65. & ſeq. & Claud. nu. 31. teſtatur de cõmuni, ff. de legat. 1. Ang. conſ. 144. in fin. Ruy. conſ. 87. nu. 7. lib. 5. Signor. cõſ. 110. nu. 15. Card. Zabar. cõſ. 51. in prin. Dilectus de arte teſtandi tit. 7. rubr. de tutore cautel. 3. Diaz reg. 769. in prin. Phanuc. de iur. iur. in litem par. 2. cap. 2. nu. 43. deciſ. Pedem. 68. num. 28. Suarez in communi opin. in verbo Inuentarium nu. 177. vbi de communi Monticul. in tract. de inuent. c. 1. nu. 44. Vaſq. de ſucceſſion. procreat. p. 3. S. 10. vbi etiam de communi, Michael. Craſſ. de ſucceſſion. lib. 2. tit. de inuentario q. 2. num. 3. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Inuentarium concl. 247. num. 50. & concl. 348. nu. 13. Paul. Montan. in tract. de iure tutel. & curat. cap. 32. reg. 5 nu. 48. & ſeqq. & hæc ſit prima ampliatio propoſitæ concluſionis, quam etiam ampliat pluribus alijs modis vt infra.

1093 IVRAMENTVM in litem non ſolum non defertur contra tutorem, ſeu curatorem, qui omiſit facere inuentarium propter expreſſam teſtatoris prohibitionem, ſed etiam ſi tutor, vel curator contra prędictã prohibitionem in uentarium facere voluerit, dicitur in dolo ſecundum Fulgoſ. in conſ. 25. col. 2. verſ. Super eo quod quæritur, ſicut illum refert & ſequitur Phanuc. de iur. iur. in litem par. 2. cap. 2. num. 43. in fine, Paul. Montan. de iure tutel. & curat. cap. 32. reg. 5. num. 103.

Valet enim remiſſio, ſeu prohibitio confectionis inuentarij non ſolum facta tutori teſtamentario, ſed etiam legitimo, & datiuo ſecundum gloſ. in l. 3. S. tutores, ff. de ſuſpectis tutoribus, & in l. tutores, la ſeconda in verbo Publicarum perſonarum, C. de adminiſtr. tutor. Paul. Montan. de iure tutel. & curat. c. 32. reg. 5. num. 99.

Et rurſus valet eadem remiſſio, & prohibitio inuentarij non ſolum in præiudicium ipſius teſtatoris, ſed etiam omnium aliorum ab eodem teſtatore honoratorum videlicet, hæredum legatariorum, & fideicommiſſariorum ſecundum Alex. conſ. 82. num. 15. lib. 2. Couarru. de teſtamentis cap. 1. num. 17. lib. 2. vbi de communi cum alijs per Paul. Montan. dict. regul. 5. num. 103. & per Michael. Craſſ. de ſucceſſion. lib. 2. tit. de inuentario quæſt. 2. num. 3. verſ. In altero caſu, quicquid ſecus contrarium dixerint Alex. & alij ibi per eundem Craſſ. allegati, & per Cardin. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Inuentarium concluſion. 348. num. 13. & in verbo Liberatio concluſ. 328. eodem num. 13.

1094 IVRAMENTVM in litem, non ſolum non datur contra tutorem ſeu curatorem, cui expreſſe a teſtatore prohibita eſt confectio inuentarij ſi illud non confecit, ſed etiam ſi ſimpliciter remiſſa fuit abſque expreſſa prohibitione, Dec. conſ. 178. col. 3. & 192. col. final. prout eos ſic dicentes refert, & ſequitur Phanuc. de iuro iurando in litem par. 2. cap. 2. num. 44. vbi reprobat Spec. Aretin. & Dilectum in locis per eum relatis contrarium tenentes, Crat. in l. nemo poteſt num. 49. & ibi etiam Rip. num. 8. & Ioan. Anibal. nu. 388. ff. de legatis primo hanc ampliationẽ dicunt communem, & ab ea in practica non eſſe recedendum dixit Clar. in S. teſtamentum quæſt. 66. nu. 5. verſ. Sed hoc quidem licet contrariam ſententiam ſibi videri multum coloratam, & æquitatem ſapere affirmet Neuizza. conſ. 17. num. 33. & 34. Paul. Montan. de iure tutel. & curat. cap. 32. reg. 5. num. 98. & ſeq. vbi, & ipſe hanc ſequitur opinionem tanquam communem licet Barbat. & Borgnin. in locis per eum relatis contrarium affirmauerint, & num. 102. vbi per tex. quem allegat in l. ſi hæres vetitus iuncta l. cum tale, S. Titius, ff. de condit. & demonſtr. bene probat paria eſſe inuentarium remittere, vel prohibere.

Nunquid autem relicta liberatione a redditione rationum cenſeatur remiſſa confectio inuentarij, vide Paul. Montan. cum alleg. per eum de iure tutel. & curat. cap. 32. regul. quinta num. 111. & ſeqq. & cap. 38. num. 33.

Bene verum eſt quod in præiudicium creditorum non poteſt teſtator inuentarium prohibere, aut remittere ſecundum Bal. in dict. l. final. C. Arbitrium tutelæ, & in l. final. S. cum igitur C. de iure deliberandi Alexand. conſ. octuageſimoſecundo num. decimoquinto lib. ſecundo, & eſt communis vt per Ioan. Anibal. in l. nemo poteſt num. 406. ff. de leg. 1. Clar. in S. teſtamentum quæſtion. ſexageſimaſexta num. ſecundo, & Paul. Montan. dict. regul. 5. num. 104. & ſequenti, & Michael. Craſſ. in tractat. de ſucceſſione lib. ſecundo titul. de inuentario quæſtion. ſecunda num. tertio verſ. In fraudem creditorum.

1095 IVRAMENTVM in litem multo minus datur contra tutorem, ſeu curatorem, non conficientem inuentarium, & librum rationum quando vltra remiſſionem redditionis rationum adiectum eſt legatum de omni, & toto eo quod occaſione dictæ redditionis condemnari contigerit: ſi enim ſola remiſſio redditionis rationum, & liberatio legata hoc operatur, multo magis, hoc idem operari debet

legatum prædictum, vt per Plot.de in litem iurando num.252.poſt Ang.& Dec.in locis per eum relatis, & iſto caſu ſequuta condemnatione poterit tutor in exequutione excipere delegato prædicto, ac dicere hæredi dolo facis petendo id quod ſtatim reſtituturus es, vt per Ang. in conſil. 185. incip. Brunellus Notarius in fine verſicul.Iterum contra lib.ſecundo vbi teſtatur de communi opinione refert eum, & ſequitur Cardinal. Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Liberatio, concluſion.328.num.nono,& num.vigeſimoſexto, & in verbo Tutor concluſion. 439.nu. 21,

Et licet Fulgoſ.in conſ.202.incip. Nobilis vir conſulendo dixerit quod per huiuſmodi legatum tutor non ſit liberatus a confectione libri, & illius exhibitione neque a redditione eius quod clare liquet eum habuiſſe de bonis pupilli, & Fulgoſ. ſic dicentem refert Cardinal.Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Adminiſtrator concluſion.203.num.59.& in verbo Liberatio concluſion.328.num.vigeſimoſeptimo non tamen recedas a propoſita concluſione communi, quæ etiam veriſſima eſt,vt infra dicam dummodo in adminiſtratione non adſit dolus verus.

Et idem de remiſſione redditionis rationum facta tutori, ſeu curatori cum legato eius in quo reſtaret debitor voluit Alexand. conſ. 192. viſis narratis in fine lib.ſeptimo ſicut refert Cardinal. Tuſch. practicar.concluſion. in verbo Liberatio concluſion. 328. num. trigeſimoprimo vbi hanc ſequitur concluſionem etiam quod (prout aſſerit) habeat contradictores. Et hæc ſit alia ampliatio propoſitæ concluſionis, & regulæ nunc venio ad limitationes.

1096 IVRAMENTVM in litem licet vt dixi ſupra num.1091.non defertur contra tutorem, curatorem ſeu alium adminiſtratorem cui in teſtamento legata eſt liberatio, & remiſſio a red ditione rationum, hoc tamen intelligi non debet niſi de ſcrupuloſa inquiſitione, & propterea non impedit quominus tutor actione tutelæ ad reddendam rationem cum reliquorum præſtatione conueniri queat text. eſt in l.Quidam decedens vbi gloſ., & Doct. ff. de adminiſtr. tutor.in l. ſi ſeruus vetitas cum ibi notatis per Doctor.ff.de leg.1.& in l. cum tale,S.1.ff.de con dit.& demonſtrat.cum alijs iuribus allegatis per Phanuc. de in litem iurando parte ſecunda cap. ſecundo num.quinquageſimoſecundo verſ. Et puto hoc legatum, Oſaſch. in ſuo conſ. poſt deciſ. Pedemen. 68.num.vgeſimooctauo;, vbi propterea dixit quod liberatio a confectione inuentarij non liberat a ſimplici deſcriptione bonorum pupillarium inſtantibus agnatis pupilli ad quam officio iudicis compelli poterit ex Bald.& Curt. in locis per eum relatis, Gabriell. lib. quinto de vſufructu concluſion. prima nu. trigeſimoprimo vbi poſt Iaſ. & Soccin. Iunior. quos allegat pariter dixit deſcriptionem bonorum non poſſe per teſtatorem vſufructuario prohiberi, Cephal conſ. trigeſimonono num. quinto, Aym. conſil. 193. num.nono, Ang.Soccin.& Ioan.Arelatan. in locis relatis per Couarru. variar. reſolution. cap. decimoquarto num.ſecundo vbi teſtatur de communi opinione, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſio. litera T, num.decimooctauo vbi etiam de communi ex Soccin.in loco per eum relato, Montan. de iure tutel. & curat. cap. trigeſimoſecundo regul. 8.num. decimonono, vbi propterea quod per hanc ſcrupuloſam, & ſtrictam rationum redditionem remiſſam non poterit tutor condemnari ratione negligentiæ, ſeu læuis culpæ ratione autem doli,vel late culpæ ſit ex Bar.Salicet.Corn.Diaz,& Alex. in locis per eum relatis. Et hæc ſit prima limitatio.

1097 IVRAMENTVM in litem licet non deferatur contra tutorem, curatorem, ſeu alium adminiſtratorem cui remiſſa fuerit confeſſio inuentarij, & libri rationum, ſi illum non confecerit, poteſt tamen idem tutor,curator, ſeu adminiſtrator ad eiuſdem libri, & inuentarij confectionem cogi, ſi ita iudici viſum fuerit expedire rerum adminiſtrationi l. vtilitatem, & ibi Bar. ff. de confirmatione tutorum, Bar. in l. nemo poteſt num. duodecimo, ff.de leg. 1. & l. tutor qui repertorium num. decimoctauo ff. de adminiſtr. tutor. Segura in l. ſi ex legati cauſa num. vndecimo, & ſequenti, ff. de verborum obligationibus, Iaſ. in l. cum neceſſitatem C. de fideicommiſſis, Guidopap. deciſion. 532. Alexand. conſ.ſexageſimoſecundo num.primo,& ſecundo lib. quarto, Dec. conſ. 349. num. quinto Aym. conſil. 193. num. decimo, Dilect. de arte teſtandi rubric. de tutor. cap. tertio, Ang. conſil. 144. ad finem, Diaz regul. 769. verſ. Limita hoc, Couarru.variar. reſolution. lib.ſecundo cap.decimoquarto nu.quarto, vbi teſtatur de communi, Clar. in S.teſtamentum queſtion.ſexageſimaſexta num.ſexto verſ. Sed quid ſi teſtator, Suarez, & Vin. poſt alios in locis relatis in ſintagm. commun.opinion. parte tertia titul. de hæredibus cap.quinto ver.Limita niſi ex iuſta cauſa, & verſ. Teſtator licet de iure poſſit remittere vbi per eum relati teſtantur de communi, Paul. Montan. de iure tutel. & curat. cap.32. regul. 5.nu.106. & ſeqq.vbi hanc opinionem tanquam veriorem, & æquiorem ſecundum omnes præallegatos Doctores tenendam dixit. Et hæc ſit ſecunda limitatio dixi ſupra verſ. Dolus num. 186.

1098 IVRAMENTVM in litem defertur contra tutorem, & curatorem non conficientem librum rationum, & inuentarium etiam quod a teſtatore eidem tutori, ſeu curatori remiſſa fuerit illius confectio quando eſt ſtatutum præciſum, quod tutor, vel curator teneatur facere inuentarium, & librum rationum tunc enim talem remiſſionem non valere conſuluit, Ang. conſ.175. per tot.quem referendo loquitur, Cardinal.Tuſch. practicar.concluſion. in verbo Tutor, concluſion. 439. num.tertio, & 457.num.27. Et hæc ſit tertia limitatio.

Sic etiam iuratur in litem contra tutorem, & curatorem non conficientem librum rationum, & inuentarium non obſtante remiſſione ſibi

facta

facta a teſtatore, quando idem tutor ſeu curator promiſit vtilia facere, &c. quia tunc cenſetur tacite remiſſioni prædictæ renunciatum, Signor. conſ. 110. num. decimoquinto, & ſequenti verſ. Venio ad vltimum, ſicut illum refert & ſequitur Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Tutor concluſion. 457. num. 14. & num. 25. vbi etiam quod ſi tutor in ſuſcipiendo tutelam promiſerit reddere integram rationem, & in verbo Liberatio concluſion. 328. num. 39. 48. 49. & 50. vbi bene declarat, an & quando tutor per actum contrarium puta offerendo ſe paratum reddere rationem, & facere inuentarium cenſeatur renunciaſſe liberationi, & remiſſioni ſibi facta a redditione rationum. Et hæc ſit ſexta limitatio.

1099 IVRAMENTVM in litem defertur contra tutorem, curatorem, & quemlibet alium adminiſtratorem non obſtante quod ipſi remiſſa, ſeu legata fuerit rationis ſuæ adminiſtrationis ratio, quando conſtat eumdem tutorem, curatorem, ſeu adminiſtratorem ſe doloſè geſſiſſe in tutela, cura, ſeu adminiſtratione: talis enim remiſſio, ſeu liberatio relicta, aut legata non extenditur ad dolum, Ang. conſ. 174. Ginius Iugonis in princip. & conſil. 186. Brunellus Notarius etiam in princip. & conſ. 144. reuocatur in dubium column. ſecunda verſ. Sed videndum, & conſil. 313. per tot. Signorol. conſil. 109. & 110. Alexand. conſil. quadrageſimoquinto in princip. & conſ. quadrageſimoſeptimo nu. tertio lib. primo, & conſ. 62. num. tertio, & ſequenti, & nu. ſeptimo, & octauo lib. quarto, vbi de communi Anan. conſ. 80. per totum, vbi etiam de communi Soccin. conſ. 201. aliunde, & ſubtiliter per tot. lib. ſecundo Aym. conſ. 193. num. 9. Dec. conſ. 178. num. primo, Cauarru. variar. reſolution. lib. 2. cap. decimoquarto poſt num. 1. Villalob. in commun. opinion. litera T, num. 128. vbi de communi, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Liberatio concluſion. 328. num. 1. 16. 18. 21. 25. 36. & 37. vbi pariter alijs relatis teſtatur de communi, & in verbo Tutor concluſion. 457. num. primo, & num. quinto. Et hæc ſit quinta limitatio, quam amplia, & ſublimita vt infra & dixi ſupra in ver. Dolus, num. 165. & ſequentibus.

Remiſſio enim redditionis rationum tutori, curatori, & alteri cuilibet adminiſtratori facta, liberatioque legata quantumuis generalis non extenditur niſi ad leuem culpam, & negligentiam, ad dolum autem, vt dixi non extenditur imo nec ad latam culpam, Corn. in l. cum neceſſitate C. de fideicom miſſis, Alexand. dict. conſil. 62. num. nono lib. 4. Anan. conſ. octuageſimo num. ſecundo verſ. Ex quibus omnibus, & ibi Ludouic. Bolognin. in addition. num. quarto, Soccin. conſ. 283. eleganter, & iuridice num. quarto verſ. Capio aliam difficultatem, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Liberatio concluſ. 328. num. primo, & num. vndecimo, & duodecimo, & 28. Paul. Montan. de iure tutel. & curat. cap. trigeſimo ſecundo regul. 5. num. 117. & reg. 8. num. 19. Et hæc ſit prima ampliatio præmiſſæ V. limitationis.

1100 IVRAMENTVM in litem defertur contra tutorem, curatorem, ſeu alium adminiſtratorem cui remiſſa fuit a teſtatore adminiſtrationis tutelæ, ſeu curæ rationum redditio, & liberatio legata etiam adiecto particulari legato quod in caſu quo occaſione tutelæ, curæ, & adminiſtrationis aliquo modo contigerit hæres omne id in quo condemnatus fuerit ſoluere debeat quando idem tutor, curator, ſeu adminiſtrator in tutela, cura, & adminiſtratione ſe doloſe geſſerit. Præmiſſa enim redditionis rationum remiſſio, & liberatio etiam adiecto legato contingentis condemnationis vt ſupra non extenditur ad dolum eiuſdem tutoris, curatoris, ſeu adminiſtratoris, Ancharan. conſil. 118. incip. Caſus talis eſt, Soccin. conſ. 201. column. ſecunda verſic. Quibus tamen, Signorol. conſil. 109. in quæſtion. per tot. Anan. conſil. octuageſimo etiam per tot. Soccin. conſ. 283. num. quarto in fine verſ. Iterum contra lib. ſecundo, vbi teſtatur de communi Doctorum ſententia, Alexand. conſ. 52. num. quinto lib. ſecundo, & conſ. 164. num. ſecundo verſ. Tamen, Salicetus lib. quinto, & conſ. 62. num. ſeptimo, & octauo verſ. Sed nunc pulchrum, lib. quarto, Dec. conſ. 349. in fine, Alciat. de præſumption. regul. 1. præſumption. 6. num. ſecundo, vbi etiam de communi Villalob. in commun. opinion. litera T. num. 128. vbi etiam de communi ex Alciat. vbi ſupra, Couarru. variar. reſolution. lib. ſecundo cap. decimoquarto num. tertio verſ. Idem erit, &c. vbi alijs pluribus relatis concordantibus teſtatur de communi, Cardin. Tuſc. practic. concluſion. in verbo Liberatio concluſ. 328. num. 9. & 28. & in verbo Tutor concluſ. 457. num. 23. & nu. 16. & concluſ. 439. num. 20. Paul. Montan. de iure tutel. & curat. cap. 38. num. 38. & ſequenti, Et hæc ſit ſecunda ampliatio propoſitæ quintæ limitationis, pro qua Doctores præallegati hanc adducunt rationem, quia ſi aliter diceremus inuitarentur tutores, & curatores ad malignandum, & ſpoliandum pupillos, & ideo nulla cautela a dolo futuro liberat eos. Et hæc ſit ſecunda ampliatio dictæ quintæ limitationis.

1101 Et licet contra præmiſſam concluſionem, & quod imo remiſſio redditionis rationum, & liberatio legata vna cum legato contingentis condemnationis vt ſupra extendatur etiam ad dolum voluerint, Ang. conſil. 174. circa medium verſic. Secus ſi grauaret, & 185. in princ. & 144. colmn. ſecunda verſic. Qui ergo vult, Soccin. conſil. 282. num. octauo, & conſ. 201. verſic. Aliquando, & quarto lib. ſecundo, & alij plures relati per Couarr. d. cap. decimoquarto num. quarto verſ. Cæterum aduerſus communem, per Cardin. Tuſch. in verbo Tutor concluſ. 439. num. 190. & concluſ. 457. num. decimoquinto, & in verbo Liberatio, concluſion. 328. num. trigeſimoſexto 37. & 38.

Non tamen crederem recedendum a propoſita concluſione veriſſima, & magis communiter recepta.

1102 Et nihilominus pro concordia poteſt dicere, quod prima opinio procedat in dolo vero, ſecunda autem in culpa, & dolo præſumpto in omittendo pacta ex non confectione inuentarij. Probatur hoc diſtinctio ex allegatis per Plot. in tractat. de in litem iurando, §. 5. num. 37. verſ. Tertio contra eoſdem in litem iurari non poterit ſecundum vltim. impreſſ. & per Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Adminiſtrator concluſ. 203. num. 57. & magis clare per Couarru. variar. reſolution. lib. 2. cap. decimoquarto, verſ. Primum nunquam, vbi dixit, quod dolus verus nunquam remiſſus cenſetur niſi expreſsè, vel ſatis vrgentibus clauſulis remittatur, aut ſaltim ex certa remittentis ſcientia eum remiſſum eſſe conſtet, & rurſus infra dict. num. 4. verſ. Quartum licet dolus, & verſ. ſeq. vbi expreſſe diſtinguit, quod dolus verus ratione futuræ adminiſtrationis nullo pacto remitti poteſt, ex communi omnium ſententia, præſumptus vero ſic, & iterum eodem num. 4. verſ. Secundum etiam, in fine, verſ. Vbi dixit dolum verum non cenſeri remiſſum in generali liberatione etiam quod adminiſtrator nihil lucratus fuerit, & demum eodem num. 4. ad finem, verſ. Octauo deducitur, & verſ. Vltimo omittendum non eſt, vbi pariter præmiſſam diſtinctionem comprobat, ad quam vide etiam quæ dixi ſupra in ijſdem fragmentis in verbo Dolus, num. 172. & 175. & ſeqq.

1103 IVRAMENTVM in litem datur contra tutorem, ſeu curatorem doloſè ſe gerentem in tutela, & cura non ſolum, vt mox dixi, quando ei remiſſa eſt redditio rationum eorum adminiſtrationis etiam adiecto legato contingentis condemnationis occaſione prædicta, ſed etiamſi expreſſe dictum fuerit legatum prædictum ſolue debere etiam quod contigerit ſequi condemnationem ob doloſè geſta, dolus enim futurus, & non dum commiſſus remitti non poteſt l. conuenire, & l. ſi vnus, §. illud, ff. de pactis, & per hanc rationem hanc firmarunt concluſionem, Grat. conſil. 24. num. decimo lib. primo, Alciat. de præſumptionib. regul. 1. præſumption. 6. num. ſecundo, Pariſ. conſil. octuageſimo num. quinquageſimotertio lib. ſecundo, Couarru. variar. reſolution. lib. ſecundo, cap. decimoquarto, num. quarto ad finem, verſ. Octauo deducitur, Ioan. de Imol. Dec. Iaſ. Anan. Ancharan. Ludouic. Bolognin. Guidop. & alij plures relati per Phanuc. qui concluſionem hanc exactiſſime enucleat de iure iurando in litem parte ſecunda cap. ſecundo, numero quinquageſimotertio, & ſequentibus, vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus hanc teſtatur ſententiam æquiorem, & veriorem, & magis communem proponit contraria, & illis reſpondet, dixi ſupra in verbo Dolus num. 172. & hæc ſit tertia ampliatio propoſitæ quintæ ſublimitationis, quæ indubitanter procedit quando tutore mortuo ante redditionem rationis, & condemnationem illius hæredes conuenirentur ad reddendum rationem tutelæ, ſeu curæ: tunc enim legatum condemnationis prædictæ non poteſt applicari illius hæredi, quia alia eſt perſona defuncti, & alia eſt perſona hæredis, vt per Caſtrenſ. in conſil. ſexageſimotertio ad primum in fine, verſ. Quantum ad ſecundum lib. ſecundo refert eum, & ſequitur Cardinal. Tuſc. practicar. concluſion. in verbo Liberatio concluſ. 327. num. vigeſimonono, & trigeſimo, nec diſſentit Phanuc. de iure iurando in litem parte ſecunda cap. ſecundo num. quinquageſimoquinto, & 56. vbi idem dixit quando tutor ſeruatis ſeruandis tutelam non accepit.

1104 IVRAMENTVM in litem licet, vt dixi, deferatur contra tutorem, curatorem, ſeu alium adminiſtratorem doloſum non obſtante quacunque remiſſione, & liberatione a redditione rationum facta etiam cum expreſſione eorum, quæ dolo geſta ſunt, ea nempe ratione, quia dolus futurus, nec directè, nec indirectè, nec per verba generalia, nec ſpecialia, aut præciſa remitti poteſt, cum ſi aliter diceremus daretur materia delinquendi ad l. conuenire, & l. ſi vnus, §. illud, ff. de pactis, cum alijs per me relatis ſupra in verbo Dolus num. 165. & ſeqq. vbi latius declaraui an, & quando tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus futurus dolus remitti poſſit, & per Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Dolus concluſ. 588. per tot. vbi pariter eandem materiam late explicauit, & declarauit.

Non tamen ſic eſt in dolo de præterito: ſi enim teſtator aut quilibet alius adminiſtratori remiſerit redditionem rationum adminiſtrationis iam factæ cum expreſſione, & ſpecificatione etiam quod in adminiſtratione ſe doloſè geſſerit, tunc quod talis remiſſio valeat, & quod contra ipſum iurari non poſſit in litem ſcripſerunt Signorol. conſ. 210. num. 13. Soccin. conſ. 159. num. 19. lib. ſecundo, & conſ. 190. num. quinto eodem lib. cum alijs per Couarr. variar. reſolution. lib. ſecundo cap. decimoquarto num. primo, verſ. Prima concluſio, vbi alijs relatis teſtatur de communi Doctorum conſenſu, & num. quarto, verſic. Cæterum aduerſus communem, in fin. verſicul. Dixit ex legato condemnationis, &c. de quo ſupra cenſeri remiſſum dolum adminiſtrationis præteritæ non autem futuræ. Addo pro hac eadem declaratione plures alios Doctores per me relatos ſupra in verbo Dolus num. 151. & pluribus ſequentibus, vbi latius declaraui an, & quando dolus præteritus remitti poſſit. Et hæc ſit prima ſublimitatio præcedentis quintæ limitationis propoſitæ ſupra num. 1099. Alias ſublimitationes mox ſubijciam.

Et hoc ideo dixi dolum præteritum in adminiſtratione commiſſum cenſeri remiſſum in remiſſione redditionis rationum adminiſtratori facta ſi de doloſè geſtis expreſſa fuerit facta mentio, quia niſi ſic ſpecialiter, & expreſſe dolus remittatur generalis remiſſio, nec etiam dolum præteritum

inclu-

includit Signorol.conſil. 110. num. 13. Angel.conſil. 185. num. 2. verſ. Ex quibus concludo. Diaz reg. 768. cum alijs per me allegatis ſupra in verſ. Dolus num. 152. & ſeqq. & voluit Cardinal. Tuſch. practic. concluſion. in verbo Tutor concluſ. 457. num. 4. & num. 6. vbi ſecus ſi teſtator ſciret dolum de præterito, quia tunc ab eo tutor etiam cenſetur liberatus, & ſi de dolo non fuerit facta ſpecifica, & expreſſa mentio vt ibi per eum.

Nunquid autem expreſſe remiſſo dolo de præterito talis remiſſio extendatur ad dolum verum, vtputa in committendo commiſſum, an vero ſolum ad præſumptum vt puta in ommittendo vide Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 14. verſ. Secundum etiam, vbi dixit quod in præterita adminiſtratione dolus verus non cenſetur remiſſus, ſed tantum præſumptus etiam quod adminiſtrator nihil lucratus fuerit, & dict. nu. 4. verſ. Sextum, & illud dixit facilius cenſeri remiſſum in præterita adminiſtratione dolum præſumptũ, quam verum, & vide omnino etiam quæ dixi ſupra in verbo Dolus num. 156. verſ. Et in generali remiſſione, & verſ. ſeq.

1105 IVRAMENTVM in litem licet deferatur contra adminiſtratorem doloſum non obſtante remiſſione redditionis rationum ſibi facta, quia, vt dixi ſupra num. 1099. talis remiſſio ad dolum non extenditur, non tamen ſic eſt quando eadem remiſſio a filio ſama fuerit patri adminiſtratori, quia tunc etiam ad dolum extenditur ſecundum Ang. in conſil. 174. circa med. verſ. Secus ſi grauaret, & in conſil. 185. in princip. & in conſ. 144. column. ſecunda circa med. verſ. Vel dicendum eſt, & in conſ. 313. Brunellus Notarius in princip. quem ſic dicentem refert, & ſequitur Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Tutor. concluſion. 439. num. 16. & concluſion. 457. nu. 26. & in verbo Liberatio concluſion. 328. num. 44. & ſeqq. vbi e contra quid ſi pater deputat filium curatorem, & gubernatorem ſuæ hæreditatis, & liberet eum ne teneatur reddere rationem adminiſtrationis neque inuentarium facere neque fideiubere nunquid cenſeatur remiſiſſe dolum futurum, & concludit quod non, ex Caſtren. quem allegat in conſil. 467. viſo puncto num. tertio verſ. Conſtat enim, & column. penult. verſ. Circa quartum, lib. ſecundo. Et hæc ſit ſecunda ſublimitatio præmiſſę quintę limitationis ad quam vide etiam quæ dixi ſupra 1071.

1106 IVRAMENTVM in litem non datur contra doloſum tutorem, curatorem, & adminiſtratorem, cui remiſſa eſt rationis redditio, quando in ipſa adminiſtratione tutor, curator, & in adminiſtrator nihil lucratus fuit. Tunc enim talis remiſſio trahitur etiam ad dolum quod an verum ſit, & quando, vide Couarru. variar. reſolution. lib. ſecundo cap. decimoquarto num. 4. verſ. Secundum etiam, vbi dixit quod licet communiter receptum ſit, quando adminiſtrator nullum accepit lucrum ex adminiſtratione generalem adminiſtrationibus rationum remiſſionem comprehendere etiam dolum præteritum, & ſi de dolo nulla fuerit facta mentio in ſpecie ſibi tamen magis placere affirmat (& ſic contra communem) nec tunc verum dolum præteritum remiſſum cenſeri, ſed tantum præſumptum, & rurſus vide eundem Couarru. dict. num. 4. iterum infra in verſ. Septimo erit conſiderandum, vbi dixit quod quando tutor in adminiſtratione non eſt factus locupletior admitti poteſt quod non teneatur ad reſtitutionem reliquorum futuræ adminiſtrationis, ſi ſibi generaliter remiſſa fuerit rationum redditio, & idem quod iſto caſu tutore non facto locupletiore quod generalis rationum redditionis remiſſio trahatur ad culpam etiam latam in omittendo contingentem, & quoad dolum præſumptum, & ad ea omnia, quæ a teſtatore remitti potuiſſent, ſed loquitur Couarru. quando vltra generalem rationum redditionis remiſſionem teſtator etiam legauit tutori omne id ad quod condemnari contigiſſet, de quo ſupra latius diſſeruimus. Et hæc erit tertia ſublimitatio eiuſdem quintæ limitationis.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM in litem, an detur contra hæredem grauatum reſtituere hæreditatem fideicommiſſario non facientem inuentarium de bonis fideicommiſſo ſubiectis, & an idem ſit in vſufructuario.

SVMMARIVM.

Hæres grauatus reſtituere hæreditatem fideicommiſſario ſi non fecit inuentariũ de bonis hæreditariis, dicitur in dolo, & contra eum iuratur in litem, num. 1107. & ſeq. vbi declaratur hoc non procedere quãdo bona fideicommiſſaria eſſent tam parua, & certa vt ſine inuentario facile apparere poſſit, quæ ad hæredem grauatum peruenerunt.

Hæres grauatus reſtituere hæreditatem fideicommiſſario ſi recuſat exhibere res inuentario deſcriptas, dicitur in dolo, & contra eum iuratur in litem, n. 1109.

Hæredi grauato reſtituere hæreditatem fideicommiſſario remiſſio inuentarii a teſtatore facta, an & quando valeat, & in quorum præiudicium, num. 1110. & ſeqq. vbi an hæc remiſſio valeat in præiudicium creditorum, an præiudicium hæredis, & an in præiudicium lagatariorum, & fideicommiſſariorum.

Vſufructuarius hæres qui non confecit inuentarium bonorum in quibus habet vſumfructum dicitur in dolo, & contra eum iuratur in litem, num. 1114. Et quid ſi a teſtatore fuerit remiſſa confectio inuentarii, num. 1115. & quid operetur iſta remiſſio inuentarii a teſtatore facta, num. 1116.

Vſufructuaria relicta mater in eius vita ſi inuentarium non confecit dicitur in dolo, & contra eam iuratur in litem, num. 1117.

1107 IVRATVR in litem contra hæredem grauatum reſtituere hæreditatem fideicommiſſo, & ſubſtituto ſi non confecit inuentarium de bonis hæreditarijs fideicommiſſo ſubiectis ad eius manus peruentis, Bar. Bald. & Imol. in l. cum tale, §. 1. per illum text. de condition. & demonſtr. idem Bart. in l. Marcellus in princip. in vltim. quæſtion. ff. ad Trebellian. Alexand. conſ. 82. nu. 15. lib. ſecundo, Soccin. conſ. 51. in princip. lib. tertio Guidop. deciſion. 351. Plot. de in litem iurando nu. 596. & 604. Phanuc. de iure iurando in litem part. ſecunda cap. ſecundo num. 24. vbi reprobat Raphael. Cuman. & Vinc. Hercul. contrarium tenentes in locis per eum relatis, eorumque rationibus ſingulariter reſpondet eo potiſſimum fundamento motus, quia hæres iſte ſic grauatus tenetur reddere fideicommiſſario ſubſtituto bonam rationem de rebus hæreditarijs ad eius manum peruentis, & reſtituendis, ergo tenetur facere inuentarium, quod eſt caput rationum reddendarum, ſecundum Bar. Paul. de Caſtro Alexand. & Iaſ. in locis per eum relatis, & conſequenter non conficiendo inuentarium dicitur eſſe in dolo præſumpto, & propterea contra ipſum iuratur in litem ſecundum regulas iuris, loquitur tamen in iuramento in litem veritatis, non autem affectionis: Addo pro hac eadem concluſione Roland. conſ. 49. num. nono lib. primo, & in tractat. de inuentario in vltima parte in quæſtione incip. Nunquid iurari poſſit in litem num. primo, & ſequenti, Michael. Craſſ. in tractat. de ſucceſſione lib. ſecundo titul. de inuentario quæſtion. quarta num. ſexto, vbi reprobato Monticulo in tractatu de inuentario, membr. 5. num. ſecundo, contrarium tenente hanc amplecti videtur ſententiam dummodo hæres grauatus ſponte adiuerit hæreditatem, ſecus ſi coactus.

1108 IVRAMENTVM in litem licet, vt mox dixi, deferatur contra hæredem grauatum reſtituere hæreditatem fideicommiſſario ſi inuentarium non fecit de bonis hæreditarijs, hæc enim concluſio declaranda eſt vt non procedat quando bona fideicommiſſo ſubiecta, & reſtituenda eſſent tam pauca, & certa vt ſine inuentario, vel Codice rationum facile apparere poſſit quæ ad hæredem grauatum peruenerint, & quod hæres bona fide, & ſine dolo in illis verſatus fuerit, quod a facti contingentia pendet, & vbi hæres in dolo non depræhendatur habet intentionem ſuam fundatam dicendo tot in hæreditate extitiſſe bona, & qui plura fuiſſe aſſerit probare debet ex Bar. Bald. Ang. Salicet. & Iaſ. in l. final. §. licentiam, C. de iure deliberandi cum alijs allegat per Phanuc. qui hanc ponit declarationem de iure iurando in litem dict. part. ſecunda cap. ſecundo num. 24. vide ſupra in verbo Hæres num. primo & ſequentibus, vbi poſui an contra hæredem non facientem inuentarium poſſit iurari in litem a creditoribus, & legatarijs num. ſexto, & ſequentibus poſui an hæres grauatus reſtituere fideicommiſſario hæreditatem inuentarium non conficiendo amittat legitimam Falcidiam, & Trebellianicam, & num. 15. & ſequentibus, poſui quas pœnas incurrat hæres omittens in inuentario ſcribere aliquas res hæreditarias.

1109 IVRAMENTVM in litem ſicut defertur contra hæredem grauatum reſtituere hæreditatem fideicommiſſario ſi de bonis hæreditarijs inuentarium non confecit ita pariter defertur ſi inuentarium confecit, ſed bona, & res in inuentario deſcriptas exhibere requiſitus non exhibet ſecundum Paul. de Caſtr. in conſ. 212. incip. Supradicta nu. 3. lib. 2. Secundum nouam impreſſ. alias 213. in antiq. quem ſic dicentem refert, & ſequitur Phanuc. de iure iurando in litem par. 2. cap. 2. num. 20. vbi tamen quod iſto caſu hæres ſe defendere ſi probet res in inuentario deſcriptas ad ipſius manus non perueniſſe, vel ſi peruenerunt magna debita ſoluiſſe, quæ veriſimiliter ex eorum prætio ſoluta credantur iuribus ibi per eum allegatis Sintagm. comm. opinion. part. 1. tit. de iure iurando cap. 10. rubric. de iuramento in litem num. 2. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 31. num. 104. Mancin. de iuramento par. 2. articul. 8. num. 8. & faciunt quæ generaliter dixi ſupra num. 997. in actione ad exhibendum, & contra non exhibentem vbi exhibere tenetur dari iuramentum in litem.

1110 IVRAMENTVM in litem nunquid deferri poſſit contra hæredem grauatum reſtituere hæreditatem fideicommiſſario ſi inuentarium non confecit ex eo quod teſtator illius confectionem ſibi remiſit huius quæſtionis reſolutio dependet a validitate dictæ remiſſionis qua in re licet Alexand. conſ. ſexageſimoſecundo num. primo lib. quarto, ſimpliciter dixerit teſtatorem non poſſe remittere hæredi confectionem inuentarij, & ita communiter Doctores tenere ac teſtetur, eius tamen dictum ita ſimpliciter, & indiſtinctè intellectum non eſt verum in iure.

In præiudicium enim creditorum huiuſmodi remiſſionem, ſeu prohibitionem non valere, nulla eſt dubitatio, vt per Paul. de Caſtro, Alexand. Iaſ. Aretin. Ruyn. Crot. & Rip. in l. nemo poteſt, & ibi præſertim Ioan. Anibal. num. 406. teſtatur de communi, ff. de leg. 1. Bald. in l. final. C. Arbitrium tutelæ, Dec. conſ. 417. num. 13. Aym. conſ. 174. num. 11. vbi de communi Vaſquius in tractat. de ſucceſſion. creatur. §. 10. num. 68. vbi de communi, Couarr. de teſtament. cap. primo num decimoſexto, vbi etiam de communi, Phanuc. de inuentario part. 2. num. 68. in princip. vbi quod de hoc penes aliquem non contingit dubitare, Monticul. in tractat. de inuent. in præfatione numero quadrageſimotertio, vbi proponit contraria, & illis reſpondet, Clar. in §. teſtamentum quæſtion. ſexageſima ſexta num. ſecundo, Roland. in tractat.

de

de inuent. par. vltim. in quæſt. incip. Teſtator an prohibere poſſit inuentarium in præiudicium Hæredis, num. quarto, & in alia quæſt. incip. Hæredi, an remittere poſſit teſtator confectionem inuentarij in præiudicium creditorum. ſintagm. commun. opinion. par. 3. tit. de hæredibus, cap. quinto, verſ. Secundo, & tertio, & infra verſ. Ipſe tamen Iaſ. & iterum infra in verſic. penult. & vltimo.

1111 In præiudicium autem hæredis, quod poſſit teſtator inuentarium remittere, & prohibere magis communiter receptum eſt, vt videri poteſt apud Aymon. dict. conſ. 174. Franc. Marc. deciſ. 645. num. octauo, par. prima, Couarr. de teſtam. cap. primo, nu. 17. Roland. de inuent. in vltim par. in quæſt. incip. Teſtator an prohibere poſſit inuentarium in præiudicium hæredis, vbi hanc ſententiam pluribus comprobat Monticul. de inuentar. in præfation. num. 42. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Inuentarium, concluſ. 348. num. ſexto, ſeptimo, & octauo. Vbi hanc teſtatur communem quicquid conſuluerint Guidopap. conſil. 63. num. quarto, verſiculo Secundum dubium, Phanuc. qui alios refert concordantes in tractat. de inuentar. par. ſecunda, num. 69.

1112 Difficultas eſt quæ ad reſolutionem propoſitæ dubitationis confert, an ſcilicet iuramentum in litē detur contra hæredem grauatum non conficientem inuentarium in præiudicium legatariorum, & fideicommiſſariorum ex licentia, remiſſione, ſeu prohibitione teſtatoris, & tunc dic, quod licet opinionem negatiuam, quod licet teſtator in præiudicium legatariorum, & fideicommiſſariorum non poſſit hæredi grauato remittere, ſeu prohibere confectionem inuentarij, & conſequenter contra ipſum inuentariũ non conficientem dari iuramentum in litem originaliter voluerit Bald. in l. final. C. arbitrium tutelæ, quem ſequuti ſunt Paul. de Caſtro in l. cum tale, §. primo, column. ſecunda, verſic. idem videtur in legatarijs, ff. de condition. & demonſtrat. Iaſ. in l. nemo poteſt, colum. final. in prima lectur. & ibi etiam Ioan. Anibal. in repetit. num. 406. & ſequentib. ff. de leg. 1. Guidopap. conſ. 63. & conſ. 122. num. 14. verſic. Ad octauum, & in tractat. de inuentario in fine, Porcell. in eodem tractat. de inuentar. cap. primo, num. 15. Phanuc. de inuent. par. ſecunda, nu. 68. vbi hanc ſententiam veriorem exiſtimat pluribus comprobat, & reſpondet contrarijs Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Liberatio, concl. 328. num. 15. ex Anchar. quem allegat in conſ. 345. viſo Themate, num. 4. & ſeq.

1113 Verior tamen, & magis communiter recepta eſt ſententia eorum qui dixerunt in præiudicium legatariorum, & fideicommiſſariorum remiſſionem, ſeu prohibitionem confectionis inuentarij a teſtatore factam Hæredi valere, & ob id non iurari in litem contra eum ſi ſtante remiſſione, ſeu prohibitione prædicta inuentarium non confecerit, & videre eſt apud Pariſ. conſ. 68. num. 57. lib. ſeptimo, vbi de communi, & conſil. 61. num. 50. lib. tertio, Aymon. conſil. 174. num. vndecimo. Vbi etiam de communi Alciat. conſil. vndecimo. num. octauo, tom. ſecundo, Alexand. conſ. 82. perſpectis, num. 15. verſic. Et non poteſt imputari, lib. ſecundo, Diaz reg. 740. verſ. Limita illud, quod eſt verum, Couarru. de teſtamentis, cap. primo, nu. 17. vbi etiam de communi, Vaſquius in tract. de ſucceſſione creaturæ, §. decimo, num. 70. Clar. §. teſtamentum, quęſt. 66. num. ſecundo in fine, Roland. in tract. de inuentario, par. vltima in quæſt. incip. An teſtator poſſit prohibere, &c. vbi alijs pluribus relatis etiam de communi teſtatur Fran. Marc. deciſ. 820. ad finem, Montic. in tract. de inuent. in præfatione, num. 40. & ſequen. vbi quod hoc indubitabiliter eſt verum, tam reſpectu legatariorum, quam fideicommiſſarum, & præſertim vniuerſaliũ, ſintagm. commun. opinion. par. 3. rubric. de hæredibus, cap. quinto, verſ. Intellige in præiudicium legatariorum, & verſ. ſequen. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Inuentarium, concluſion. 348. num. ſexto, & num. ſeptimo, & num. octauo. Vbi relatis etiam contrarium tenentibus hanc teſtatur communem.

1114 IVRAMENTVM in litem datur contra hæredem vſufructuarium, qui non confecit inuentarium bonorum, in quibus fuit inſtitutus in vſufructu prout conficere tenetur ad effectum, vt finito vſufructu reſtituantur, cui de iure iuxta teſtatoris voluntatem, l. prima, §. recte, ff. de vſufruct. & quemad. caue. cum alijs per Bertrand. conſ. 243. num. quinto, lib. primo, Roland. conſ. 98. num. 13. lib. primo, Pet. Pecchius de teſtamentis coniugum, lib. quinto, cap. nono, num. 3. Lauren. Kircouius in commun. opinion. centur quinta, concluſ. vndecima, num. 17. in princip. Seraphin. de priuileg. iuramenti priuil. 31. num. 108. Mancin. de iuramento. par. ſecunda, art. octauo, num. 6.

1115 IVRAMENTVM in litem datur contra hęredem vſufructuarium, qui non confecit inuentarium, vt ſupra etiam quod teſtator inuentarij confectionē illi remiſerit, aut prohibuerit, Iaſ. in l. nemo poteſt, num. 26. ff. de legat. primo, & in l. pactum inter hæredem, num. 11. ff. de pactis, Abb. conſ. 4. num. 8. verſ. Formatur, & ſextum dubium, p. 2. Alex. conſ. 58. nu. 10. lib. 3. vbi de communi, & ibi addentes in verbo Remitti, dat plures concordantes. Guidopap. deciſ. 515. vbi etiam de communi, Boer. deciſ. 61. num 12. verſ. Quinimmo & fortius, Bellonus conſ. 54. num. 3. Soccin. Iun. conſ. 115. num. 18. lib. 1. vbi de communi, Pariſ. conſ. 95. num. 62. lib. 2. & conſ. 45. num. 21. lib. 3. Ruin. conſ. 202. num. 2. lib. 2. Rolan. conſ. 92. num. 17. & ſeqq. lib. 1. & in tractat. de inuentario par. vlt. in vltima quęſtione, vbi alios refert concordantes teſtatur de communi, & reſpondet contrarijs Clar. in §. teſtamentum quæſt. 66. num. tertio. Vbi etiam de communi ex Soccin. Iunior, & Bellon. in locis pręallegatis, Franc. Marc. deciſ. 82. num. ſexto, par. prima, ſintagm. commun. opinion. par. 3. rubr. de

de hæredibus cap. 5. verſ. Inuentarij confectionem il primo,& il ſecondo,& cap. ſexto, verſ. Nota ſecundo. Petrus Pecchius de teſtamen. coniugum, lib. 5. cap. 9. nu. 3. Vbi etiam ponit, quid ſi inuentarij confectio remittatur ex licentia Principis, & de forma faciendi hoc inuentarium. Kircou. in commun. opinion. centur. quinta, concluſ. 11. num. 17. Mancin. in tract. de iuramento par. 2. art. 8. num. 6. Card. Tuſch. pract. concl. in verbo Inuentarium concluſion. 347. num. 10. & 11. & concl. 348. nu. 1. 2. & 3. vbi alijs relatis teſtatur de communi.

1116 IVRAMENTVM in litem contra vſufructuarium non facientem inuentarium nunquid detur ſi illius confectionem teſtator ipſi remiſerit, & propterea ipſe non ſolemnem inuentarium, ſed aliquam bonorum deſcriptionem fecerit videtur negatiue reſpondẽdum, cum excuſans videatur ex eadem bonorum deſcriptione, prout fuit de mente Phanuc. de iure iurando in litem part. ſecunda cap. ſecundo num. 26. cum alijs relatis per Gabriell. lib. 5. tit. de vſufructu concluſ. prima, num. 31. verſ. Contrarium, &c.

Remiſſio enim inuentarij facta a teſtatore vſufructuario operari videtur, vt licet idem vſufructuarius non teneatur facere inuentarium ſolemnem iux. tex. in l. fin. C. de iure deliberandi, tenetur tamen facere aliquam bonorum deſcriptionem ad effectum faciendæ reſtitutionis, finito vſufructu. Gabriel. cum alleg. per eum lib. 5. tit. de vſufructu, concluſ. 1. num. 31. Phanuc. de iure iurando in litem par. ſecunda, cap. ſecundo num. 26. Roland. conſ. 92. num. 16. & ſeqq. lib. primo, Kircouius in commun. opinion. centur. quinta, concluſion. vndecima, num. 17. in fine, Franciſc. Marc. deciſ. 820. num. ſexto, verſiculo Quantum vero ad confectionem remiſſionis inuentarij.

1117 IVRAMENTVM in litem datur etiam contra Matrem relictam Dominam, Patronam, & Vſufructuariam in ipſius vita, ſi inuentarium non confecit de bonis hæreditarijs, ſi enim inuentarium fieri debet, quando eſt relictus vſufructus vnius prædij, vel rei, l. 1. §. recte autem, ff. de vſufruc. quem caueat. vt ſcilicet eius qualitas deſcribatur ſanè multò fortius deſcriptio bonorum fieri debet, quando eſt relectus vſufructus omnium bonorum, & licet in vna re, forte hoc non ſit neceſſarium, ſed vtile tantum, & voluit gloſ. in dict. §. Recte, cui aduerſatur ibidem Alberic. attamen in vſufructuaria omnium bonorum, hoc eſt neceſſarium, quia alioquin intelligi non poſſet in quibus rebus fuiſſet relictus vſufructus, & quæ eo finito reſtitui deberent, aut qualiter in his verſata eſſet ipſa vxor vſufructuaria ſecundum Soccin. Caſtren. Rip. & Pariſ. in locis relatis per Petr. Pecchium in tract. de teſtamentis coniugum, lib. 5. cap. 9. num. 3. Non diſſentit Roman. in conſil. 518. quem in propoſito refert, & ſequitur Paul. Montan. de iure tutel. & curat. cap. 32. reg. 6. num. 6.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTI in litem iudiciaria Praxis.

SVMMARIVM.

Iuramentum in litem deferri non poteſt, niſi prius plene, & concludenter conſtet de delicto, de damno dato, aut facto, cuius occaſione iuramentum petitur, num. 1118.

Intereſſe quantitas, vt probetur iuramentũ in litem debet prius in genere, ſaltim ſemiplene de eo conſtare, nu. 1118. ad fi. Vbi etiam in delictis occultis an ſufficiat probatio per coniecturas.

Taxatio iuramenti in litem quid ſit, num. 1119.

Iurare in litem poteſt quis plus iuſto pretio etiam in infinitum, num. 1120.

Veritas tamen eſt, quod iudex poteſt iuratam ſummam eius arbitrio reducere, & taxare, num. 1121.

Iudex in taxando, & moderando ſummam iuratam iuramento litis, quomodo ſe regulare debeat, num. 1122.

Iuramentum in litem antequam deferatur a iudice, an & quando debeat præcedere iudicis taxatio, num. 1123.

Iuramentum in litem de quo tempore præſtandum ſit, num. 1124.

Iuramentum in litem deferendum eſt a iudice, & niſi ab eo deferatur iurari non poteſt, num. 1125. & ſeqq. Vbi tamen, quod valet iuramentum hoc præſtitum a parte iudice præſente, & acceptante.

Iuramentum in litem poteſt a iudice deferri etiam parte non petente, & iſto caſu nemo poteſt cogi a iudice ad iurandum in litem, num. 1128.

Iuramentum in litem poſt quam a iudice delatum fuit, & etiam iuratum nunquid poſſit ab eodem iudice reuocari, taxari, aut moderari, num. 1129.

Iuramentum in litem recipit probationem in contrarium, num. 1130.

Declara vt num. 1131.

Iuramentum in litem, nunquid poſſit reuocari, & probationibus de nouo repertis, num. 1132. & ſeqq.

Iuramentum in litem, nunquid deferri poſſit reo non citato, num. 1135.

Appellatio datur ad rationem iuramenti in litem, vbi de iure deferri non debebat, & è contra, num. 1136.

1118 IVRAMENTVM in litem antequam a iudice deferatur multa requiruntur, ad multaq; iudex prius aduertere debet. Et primo ſciat, vbi

vbi illud deferendum eſt de iure communi, vel etiam vigore pacti, aut ſtatuti ſuper expenſis, damnis, & intereſſe paſſis, aut ſuper æſtimatione rei non traditæ, qualitate, aut quantitate rerum non vtique poterit illud deferre, niſi prius plene, & concludenter conſtito de delicto, de damno dato, aut facto, cuius occaſione, iuramentum prædictum petitur, alias quam per iuramentum damnum paſſi, prout dixi ſupra in tractatu de furtis, quæſtione decimaquarta, & quæſt. 177. num. 39. 40. & 45. & in tit. de delict. & pœn. quæſt. 24. num. 17. eſt tex. in l. ſi quando. C. vnde vi in illis verbis, ſi quando vis in iudicio fuerit patefacta, & ibi Gloſ. Bar. num. 3. verſic. Ex hoc apparet, Iaſ. num. octauo. verſic. Secundo nota, & num. 36. verſic. Et iſta eſt etiam tex. in cap. fin. extra de his quæ vi motusve cauſa in illis verbis Verum poſtquam de violentia per teſtes, &c. idem Iaſ. in l. final. num. 7. ff. de in litem iurando, Marſil. ſingular. 338. incip. Extant, & in tractat. de Bannit. in verbo Villis, num. 40. & in pract. §. Principium, num. 6. verſ. Et adeo, & num. 19. Grat. conſ. 10. incipien. Et ſi cauſa num. 7. & ſeq. & num. 12. lib. 2. Dec. conſ. 410 num. 6. verſ. Quia ad hoc reſpondetur. Bertazz. conſ. 17. num. 2. & num. 3. lib. primo. Plot. de in litem iurando, num. 757. & ſeqq. vſq. ad num. 764. vbi latiſſime huius primi requiſiti materiam pertractat, & plures alios refert concordantes, & num. 763. verſ. Sed ſaluando declarat hoc non procedere, quando ſtatutum expreſſe diceret credendum eſſe iuramento dãnum paſſi, non ſolum ſuper quantitate damni, ſed etiam ſuper ipſo damno, & tamen ad huc ſtatutum hoc ſubdeclarat intelligendum eſſe de modica, & parua quantitate. Phanucc. de iur. iurando in litem par. 2. cap. 2. num. 63. in fine, & cap. 5. num. 4. etiam in fine, verſ. Probare autem vim illatam, Maſcard. de probation. lib. primo concluſion. 471. num. vigeſimo quarto, & ſeq. & num. 48. & lib. 2. concluſ. 934. num. 10. & ſeqq.

Vbi amplius dixit quod ad hoc vt quantitas intereſſe paſſi probetur iuramento in litem neceſſe eſt vt de eo in genere prius ſaltim ſemiplene conſtet, Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. 31. nu. 76. & ſeqq. vſque ad num. 88. vbi late, & ipſe hanc pertractat materiam, & num. 77. dicit propoſitam concluſionem adeo eſſe veram, vt nec etiam valeat ſtatutum ſi dicat damnum quoque ipſum probari poſſe per iuramentum & num. 84. bene explicat.

Quid ſi eſſemus in delictis occultis, & de ſui natura clandeſtinis, an tunc ſufficeret probatio per coniecturas. Et hoc ſit primum requiſitum in iudicio vt a iudice iuramentum in litem deferri poſſit.

1119 IVRAMENTVM in litem quando a iudice defertur nunquid iurans poſſit iurare plus iuſto prętio eius quod valet res petita, & ſi plus iuſto prætio iurauit nunquid iurata ſumma poſſit a iudice taxari, vt bene propoſitæ quæſtionis reſolutio dignoſcatur operepretium eſt videre quod ſit taxatio dic in propoſito quod taxatio nihil aliud eſt in iuramento in litem affectionis, quam refrenatio, ſeu moderatio quantitatis iuratæ ex immenſo, & effrenato iurantis affectu vt in l. Videamus, §. in infinitum, ff. de in litem iuran. & in l. in actionibus, ff. eod. in iuramento autem veritatis taxatio aliud non eſt quam quędam præfinitio infra quam actori iurare conceditur, & a iudice facta pro intereſſe, vel uera rei æſtimatione probanda ad not. in auth. poſt ius iuran. C. de iudicijs prout hæc omnia bene trahit Phanuc. de iur. iur. in litem par. 3. cap. 1. num. 1.

1120 Hoc præmiſſo dicas quod licet quando, iuramentum in litem a iudice defertur poſſit iurans iurare, & rem ſuam æſtimare plus iuſto prętio etiam in infinitum prout eſt text. in l. qui reſtituere, ff. de rei vendicat. & in l. videamus, §. iurare autem, ff. de in litem iurando, & in l. ſi fundus, §. in vindicatione, ff. de pignor. voluit Corras. in l. in actionibus num. octauo verſ. In ſpecie vero, ff. de in litem iurando, & lib. ſexto, Miſcellan. Iur. cap. ſecundo num. tertio, Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. ſecundo caſu 207. num. decimoſeptimo, qui tamen declarat hoc procedere in iuramento affectionis, Setſerus in tractat. de iuramento lib. quinto cap. primo num. decimo, verſic. Alterum, &c. & cap. ſexto num. ſecundo in fine, verſ. Idem Vulpianus, & num. tertio & cap. ſeptimo num. quinto, verſ. Vtroque genere, & verſ. Iurare enim eam adducens rationem, quia vt ſupra in præludijs dictum eſt, æſtimatio rei per iuramentum facienda pręſupponit vendicationem inuito domino, & propterea æquum non eſt inuitum ſuo præcio res ſuas vendere l. ſi cum dos. §. final. & l. ſeq. quæ incipit Non enim, ff. rer. amotar. & in l. nec quaſi, ff. de rei vendicat.

1121 Veritas tamen eſt (& hoc ſit ſecundum requiſitum in delatione iuramenti in litem) quod quando hoc iuramentum in litem a iudice defertur, aut de iure communi, aut vigore pacti, aut vigore ſtatuti iurans non habet latas habenas iurandi vſque quo voluerit, quia ſi exceſſerit iuramento poteſt iudex iuratam ſummam, & quantitatem eius arbitrio reducere, & taxare, text. eſt in l. videamus, §. final. & in l. in actionibus, ff. de in litem iurando, & in l. ſemper, §. hoc interdico, ff. quod vi aut clam, & in l. arbitrio, §. 1. ff. de dol. mal. & in l. 3. §. Præterea, ff. ad exhibendum, & in l. ſi traditio C. de action. empt. & vendit. Bar. in l. qui reſtituere nu. 3. verſ. Oppono, ff. de rei vendicat. vbi reſpondet eidem l. prohibenti taxationem in iuramento, & illud admittenti in infinitum dixit quod iſto caſu taxatio non fit a l. ſed a iudice, idem Bar. in l. vni. num. 5. ff. furt. aduer. naut. caupon. &c. gloſ. Bar. Bald. & alij in dict. l. qui reſtituere, & in dict. l. arbitrio, qui pariter exponendo text. in dict. l. qui reſtituere admittente iuramentum ſine vlla taxatione in infinitum declarant vt text. ille intelligatur de taxatione facta, ſeu præfixa a lege, ſed non excludit taxationem faciendam a iudice, & ita etiam dixerunt Bar. Bald. Iaſ. Alexand. & alij in dict. l. videamus, Dec. in l.

in actionibus num. 26. verſ. In ſecundo requiſito, ff. de in litem iurando, Roman. conſil. 270. pro deciſſon. num. quinto, Auguſtin. ad Ang. de malefic. in verbo Nec non ad denunciam num. decimoctauo, ex Ang. quem allegat in auth. de exhibendis reis in princip. Bauaria in tractat. de virtute iuramenti virtute 50. verſ. Tertio tempera, Phanuc. de iure iurando in litem parte tertia cap. primo num. ſecundo, vbi pluribus hanc probat ſententiam quam communem teſtatur, & ab ea minime recedendum exiſtimat reprobatis Alciat. & alijs contrarium tenentibus in locis ibi per eum relatis Hier. de Monte in tractat. de finibus regendis cap. 69. num. nono, Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. ſecundo caſu 207. num. decimoſeptimo in fin. vbi pariter dixit infinitatem in hoc iuramento a lege permiſſam iudicis authoritate, & prudentia moderandam eſſe, Maſcard. de probationib. lib. ſecundo concluſion. 934. num. 29. Setſerus in tractat. de iuramento lib. quinto cap. primo num. 16. & cap. ſeptimo num. ſexto, vbi quod hæc eſt communis, & recepta Doctorum ſententia, & num. ſeptimo.

1122 IVRAMENTVM in litem quando aut de iure communi, aut vigore ſtatuti vel pacti a iudice deferendum eſt, & vt modo dixi, iudex debet illud taxare, & moderari quomodo idem iudex in huiuſmodi taxatione, & moderatione ſe regulare debeat, vide omnino Phanuc. de iure iurando in litem parte tertia cap. primo num. quarto, vbi quod in deferendo iuramentum in litem affectionis, & in illius taxatione iudex cautus, & diſcretus ſit vt in taxando æquo grauiorem, vel leuiorem condemnationem non faciat, ſed omnes rei circumſtantias diligenter inſpiciat, atque perpendat: affectionis enim ratio alia habenda eſt in re, in qua cineres, & oſſa parentum ſunt incluſa, alia autem in re quæ fuerit maiorum noſtrorum, & hæc omnia iudicis prudentia expendenda ſunt, in iuramento autem veritatis iudex taxationem futurus veriſimiles cauſas, quibus ad plus, vel minus taxãdum moueatur mature examinet: ſi enim de rebus domi ſubreptis agatur aliter exiſtimabit in cauſa mulierculæ violentiam, & depopulationem paſſæ, & aliter in cauſa fęminæ illuſtris, item aliter ſi de magno mercatore agatur, & aliter ſi de vili perſona inſpiciat etiam veriſimilitudinem locis, in quo res ſubtractæ fuerunt, nec non in taxandis expenſis tempus, & perſonarum qualitatem obſeruabit, & demum dict. num. 4. in fin. & num. quinto, & ſexto, plene examinat nunquid in iſta taxatione iudex attendere debeat tempus rei iudicatæ an vero litis conteſtatę tam in iuramento in litem affectionis, quam in iuramento in litem veritatis, Maſcard. de probationib. lib. primo concluſion. 471. num. 30. vbi quod iſto caſu iudex debet reſpicere qualitatem, & conditionem perſonæ iurantis vtputa ſi eſſet ruſticus, & vellet iurare quod habuerit libros in domo, nam tunc non eſſet illi credendum ex allegatis ibi per eum, nunquid autem in vtroque iuramento tam affectionis, quam veritatis poſſit iurans excedere duplum iuſti prætij, dixi ſupra in materia iuramenti in litem affectionis.

1123 IVRAMENTVM in litem quando defertur a iudice aut de iure communi, aut vigore pacti, vel ſtatuti, & iudex, vt dixi, debet illud taxare, & moderari, nunquid talis taxatio, & moderatio debeat præcedere iuramentum, an vero ſubſequi vna fuit opinio quod debeat procedere per text. qui ad id communiter allegatur in l. Videamus, §. iurare autem, ff. de in litem iurando, Bar. in l. in actionibus num. vigeſimoquarto, ff. eodem, Ang. in dict. l. Videamus, §. deferre num. ſeptimo, & ibi etiam Iaſ. num. duodecimo, Ruyn. conſil. trigeſimoquinto num. ſeptimo lib. primo, Stracch. de Mercatura in titul. de contract. mercator. num. ſexto, verſ. Huic rei, Maſcard. de probationib. lib. primo concluſion. 470. ſub num. decimonono, & num. vigeſimoquinto, Mancin. in tractat. de iuramento parte ſecunda articul. ſeptimo num. decimonono, Setſerus in eodem tractat. de iuramento lib. quinto cap. ſeptimo num. nono, vbi quod hæc eſt communis Doctorum ſententia, Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum in litem concluſ. 538. num. decimo verſic. Et idem iuramentum morientur præallegati Doctores ea ratione, quia niſi iudicis taxatio, & moderatio præcederet iuramentum facile iurantis periurium detegi poterit, dixi ſupra in tract. de furt. quęſtion. 176 num. 43. & ſeq.

Et licet quod immo etiam poſt iuramentum poſſit iudex iuratam ſummam taxare, & moderari videatur de mente omnium Doctorum allegatorum ſupra num. 1121. Et in ſpecie voluit Aſinius in ſua pract. §. 32. in nona ampliatione num. ſecundo vbi loquitur quando defertur iuramentum vigore pacti, ſeu conuentionis nec diſſerit Setſerus in tractat. de iuramento lib. quinto cap. primo num. decimoſexto, & num. decimoſeptimo verſ. Prædictis etiam, & cap. 5. num. 25.

Pro concordia tamen dicas primam opinionem procedere in delatione iuramenti in litem veritatis, in quo militat ratio per Doctores adducta, ne ſcilicet detegatur iurantis periurium, ſecunda autem procedit in delatione iuramenti in litem ex affectione, cum tunc ceſſare videatur ratio prædicta colligitur hæc diſtinctio, ex traditis per Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. ſecundo caſu 207. num. vigeſimonono, & trigeſimo, & caſu 208. num. quinto, & nu. octauo, Maſcard. de probationib. lib. 2. concl. 903. num. decimo, & ſequentibus, Cardinal. Tuſch. dict. concluſion. 538. num. ſeptuageſimoprimo, & num. 73. & ſequentibus vſque ad fin. vbi facit aliam diſtinctionem, Setſerus dict. cap. ſeptimo num. octauo in fin. & num. nono, & ante iſtos Phanuc. de iure iurando in litem par. 3. cap. 1. nu. 3. vbi bene hanc diſtinctionem defendit.

1124 IVRAMENTVM de quo tempore præſtandum ſit, vide Plot. de in litem iurando §. 51. nu. 1. ſecun-

ſecundum vltim. impreſſ. vbi dixit hoc iuramentum eſſe præſtandum non ante litem conteſtatam, ſed poſt conteſtationem litis in termino probatorio quia ſuccedit loco probationis prout nec etiam præſtari poteſt poſt terminum probatorium, & multo minus poſt ſententiam, & ſi non ſic præſtetur nihil probaret, & ex eo ſequi non poſſet condemnatio ex Bald. Dec. Aym. Ruyn. & Marſil. in locis allegatis per eum qui teſtatur de communi, & amplius ſuccedit quod poteſt iudex hoc iuramentum ante concluſionem in cauſa a parte petitum poſt concluſionem cauſæ deferre ex Iaſ. in l. admonendi in ſecunda lectura, num. 318. verſ. Tertio, & principaliter, ff. de iure iurando, & eidem etiam Phanuc. in tract. de iure iurando in litem parte ſecunda cap. quinto num. quinto, vbi loquens in delatione iuramenti in litem veritatis plures alios adducit concordantes adea quæ ſcripſit Plot. vbi ſupra, & declarat niſi dolus, & contumacia rei conuenti committeretur poſt ſententiam, quia tunc non poteſt iuramentum in litem deferri niſi poſt ſententiam cum prius iuramento in litem locus eſſe non poterat, & num. ſexto, & ſeptimo ſubdit quod quando iudex in ſententia defert iuramentum in litem, tunc illud præſtari oportet, vel in ipſa ſententia vel parum poſt etiamſi a ſententia appellari contigerit, & num. octauo, & ſequentibus in iuramento in litem affectionis dixit, quod quando agitur ad rei vendicationem, & iudex condemnauit reum ad rem reſtituendam, ſi reus reſtituere nolit actor iuramentum in litem petit, & iuramento præſtito iuxta iuratam, & taxatam quantitatem iudex eundem reum iterum condemnabit, & ſic duę erunt ferendæ ſententię ex Odofred. Pract. Papien. Ioan. Faber. Ioan. de Platea Imol. Angelo, Aretin. Salicet. Alexand. & alijs pluribus ibi per eum allegatis, & num. decimotertio, & ſequenti facit concluſionem quod in actionibus bonæ fidei iuramentum in litem affectionis defertur poſt publicatas atteſtationes ante concluſionem in cauſa, & vnica tunc ſufficit ſententia nec eſt neceſſarius iuſſus quod reſtituat ſecundum communem ſententiam de qua per Bar. Ang. Salicet. Alexan. Iaſ. Cur. Bolognett. & alios plures ibi per eum allegatos, & num. decimoquinto quærit infra quot tempus poſt quam iuramentum eſt delatum a iudice oporteat iurare, & concludit quod licet gloſ. Bar. Odofred. Alexand. Salicet. Paul. de Caſtro, & Iaſ. in l. non erit, §. ſi neque, ff. de iure iurando dixerint in continenti poſt delationem iuramenti a iudice factam iurari debere, & Practica Papien. in loco per eum relato dixerit infra octo dies eſſe iuran. ipſe tamen id totum iudicis arbitrio remittit, & vide rurſus Hieron. de Monte in tractat. de finibus regend. cap. ſexageſimonono num. duodecimo, & ſequentibus vbi dixit quod iuramentum in litem in bonæ fidei actionibus præſtatur poſt conteſtationem litis, & ante ſententiam in actionibus vero arbitrarijs quando pars iudici parere contempſit pręſtatur poſt ſententiam, & ſic in arbitrarijs duæ feruntur ſententiæ ex Bar. & Pract. Papien. in locis ibi per eum relatis, vide ad hæc, quæ ſcripſit Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum in litem concluſion. 538. num. quinquageſimotertio, & ſequenti, Mancin. in tractat. de iuramento parte ſecunda articul. ſeptimo num. decimoſexto, & hoc erit tertium requiſitum in delatione iuramenti in litem a iudice facienda.

1125 IVRAMENTVM in litem deferri debet a iudice, & niſi a iudice fuerit delatum non poteſt actor ſua ſponte iurare, & ſi iurauerit iuramentum nihil valebit text. eſt in l. videamus, §. deferre, & ibi notant communiter Doctor. omnes, ff. de in litem iurando, Aym. conſ. 196. & ſi abunde num. ſeptimo verſ. Conſidero cum alijs per Plot. de in litem iurando num. 826. & per Phanuc. in eodem tractat. de iure iurando in litem parte ſecunda cap. ſecundo num. primo, vbi generaliter dixit quodlibet iuramentum in iudicio præſtandum neceſſe eſſe vt a iudice deferatur, & num. ſecundo, & tertio infert quod nec etiam vna pars poterit alteri parti hoc iuramentum in litem deferre, & ſi detulerit iuramentum non valebit in vim ius iurandi, ſed in vim conuentionis, & pacti, Hieron. de Monte de finibus regendis cap. ſexageſimonono num. ſeptimo, Maſcard. de probationib. lib. primo concluſ. 471. num. quadrageſimoſeptimo, vbi amplius dixit in caſu ſtatuti volentis credi iuramento damnum paſſi quod tale iuramentum præſtari debet coram ipſo iudice, vel coram alio ab eodem iudice deputato ex Bald. Alexand. & Tiraquell. in locis ibi per eum relatis, Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. ſeptimo num. trigeſimoſeptimo, & priuileg. 31. num. 90. in fin. Et hoc erit quartum requiſitum in delatione iuramenti in litem.

1126 Quod quidem procedit etiam in iuramento cui ſtandum ſit ex forma alicuius ſtatuti, vel facto quia tunc nec etiam valet niſi a iudice fuerit delatum, Ruyn. conſ. trigeſimoquinto incip. Quod ſententia num. ſexto lib. quinto cum alijs relatis per Plot. de in litem iurando num. 826. in fine, vbi teſtatur de veriori opinione licet Bal. Alexand. Soccin. & Aym. in locis per eum relatis contrarium dixerint, prout etiam cum contraria Doctorum ſententia tranſire videtur, Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. ſeptimo num. trigeſimoſeptimo in prima ſublimitatione, ſed cum opinione Ploti conſentit Phanuc. de in litem iurando par. ſecunda cap. 1. num. 9.

1127 Declara hanc concluſionem huius quarti requiſiti vt licet non valeat iuramentum in litem a iudice non delatum, valet tamen ſi fuit præſtitum a parte iudice præſente, & acceptante, Bal. conſil. trigeſimoſeptimo incip. Quæritur in fine lib. ſecundo, Alexand. conſ. ſeptuageſimoprimo num. duodecimo lib. tertio, cum alijs per Plot. de in litem iurando num. 826. verſ. Et iudex acceptando, & per Phanuc. de iure iurando in litem parte ſecunda cap.

cap. primo num. tertio in fine, & num. quarto, &
quinto, vbi etiam an ſufficiat ſola iudicis accepta-
tio etiam quod iuramentum non fuerit coram iudi-
ce præſtitum, & concludit quod ſic, licet tutius di-
cat iterum dictum iuramentum deferri ex Bal. & alijs
per eum allegatis, & num. ſeptimo, & ſequenti. plu-
ribus probat notarium per ſe ipſum abſque manda-
to iudicis non poſſe hoc iuramentum in litem defer-
re, Rolan. conſ. quadrageſimoprimo, num. trigeſimo-
tertio lib. primo, vbi e contra dixit ſufficere hoc iu-
ramentum a notario deferri iudice præſente, cum
tunc ab ipſo iudice delatum cenſeatur, refert eum,
& ſequitur Ioſeph. Ludouic. concluſion. decimaocta
ua in decimanona ampliatione, Seraphin. de priui-
leg. iuramenti priuileg. 7. num. trigeſimoſeptimo
verſic. Secundo ſublimitatur, vbi dixit eſſe iuramen-
tum a indice deferri, vel a iudice acceptari.

1128 IVRAMENTVM in litem (& hoc erit V.
requiſitum) licet vt mox dixi, debeat a iudice de-
feri nec poſſit pars ſua ſponte iurare, iudex tamen
non poteſt illam deferre ex ſuo officio parte non pe-
tente ſecundum Bart. in l. admonendi circa finem,
& ibi etiam Iaſ. in 2. lectur. num. 316. verſ. Secun-
* do quærit, ff. de iure iurando, vbi teſtatur de com-
muni, Capic. deciſion. trigeſimaquinta qui pariter
* de communi teſtatur Ruyn. conſ. trigeſimoquinto in-
cip. Quod ſententia num. quarto lib. quinto, quos
ſic dicentes refert, & ſequitur Plot. de in litem iuran-
do num. 831.

Et propterea nemo per iudicem cogi poteſt iurare
in litem quando vellet probare per teſtes l. ſemper,
S. in hoc interdicto, & ibi gloſ. in verbo Iudicis, ff.
Quod vi, aut clam, & licet gloſ. in l. final. ff. de in li-
tem iurando inclinauerit in contrariam ſententiam,
* & tamen communiter a Doctoribus reprobatur te-
ſte Alexandro ibi in princip. prout illum refert, &
ſequitur Viu. in commun. opinion. opinion. 430. re-
latus in ſintagm. commun. opinion. parte prima titul.
de iure iurando cap. 10. rubr. de iuramento in litem
verſ. finali.

1129 IVRAMENTVM in litem (& hoc erit ſex-
tum requiſitum, ſeu potius ſexta conſideratio ha-
benda per iudicem in illius delatione, & præſtatio-
ne) poſt quam a iudice delatum fuit, & etiam iura-
tum nunquid poſſit ab eodem iudice reuocari, taxa-
ri, aut moderari, diſtinguendum eſt inter iuramen-
tum in litem affectionis, & iuramentum in litem ve-
ritatis; in iuramento in litem affectionis dicas inui-
cem poſſe quandocunque reuocare, vel emendare
taxationem, quouſque tamen ſuper quantitate iura-
* ta feratur ſententia ſecundum communem de qua
teſtatur Duaren. in l. in actionibus num. 30. ff. de in
litem iurando; in iuramento autem in litem verita-
tis, licet inter Doctores ſit varietas, & contrarie-
tas, magis tamen communis opinio eſt quod etiam
* poſt præſtitum iuramentum, taxatio reuocari poſſit,
* prout de magis communi teſtatur Phanuc. de iure
iurando in litem parte tertia cap. ſecundo num. quin

* to, ſexto, & ſeptimo, licet ipſe ab hac communi di-
ſcedat, & ſententiam contra communem pluribus
defendere conetur, vt ibidem dict. num. ſeptimo, &
octauo, ad quæ vide Mancin. in tractat. de iuramen-
to part. ſecunda, articul. ſeptimo, num. decimoſepti-
mo, vbi adhibita eadem diſtinctione inter iuramen
tum in litem affectionis, & veritatis, dixit quod ſi iu-
ramentum affectionis fuerit delatum, poterit illud
a iudice reuocari ante præſtationem iuramenti, ſi ve-
ro iam iuratum fuerit, poterit iudex illud non ſequi
ſi ſic ſibi viſum fuerit ex magna cauſa per text. quem
allegat in l. videamus, S. deferre, cum ibi notant per
Doctores, ff. de in litem iurando; in iuramento au-
tem in litem veritatis poſt præſtitum iuramentum
iudicem ei ſtare debere affirmat, & ſic concordat ſe
cum opinione Phanuc. vbi ſupra, & demum vide
Setſerum in tractat. de iuramento lib. quinto cap. ſe-
ptimo, num. ſeptimo, vbi in iuramento in litem
affectionis dixit poſtquam iuratum fuit iudicem non
poſſe amplius modum adijcere, ſed illud omnino
ſequi debere niſi ex magna cauſa, dict. l. videamus
eodem S. deferre, nunquid autem iudex poſſit dela-
tum, & præſtitum iuramentum, & ſententiam deſu-
per latam reuocare ex probationibus de nouo ſuper-
uenientibus, dixi in ſeqq. verſiculis.

1130 IVRAMENTVM in litem poſtquam de-
latum fuit nunquid poſſit a iudice reuocari ſeu mo-
derari, dixi in antecedenti numero, nunc videndum
eſt an tale iuramentum in litem poſſit reuocari ex
probationibus de nouo repertis, & pro huius quæ-
ſtionis reſolutione ſciendum eſt in primis (& hoc
erit ſeptimum requiſitum, ſeu potius ſeptima cir-
cumſpectio quam iudex habere debet in hac mate-
ria iuramenti in litem) quod vbicunque a iudice
* defertur iuramentum in litem ſiue de iure communi,
ſiue vigore pacti, vel ſtatuti illud ſemper recipit pro-
bationem in contrarium ſecundum Innocent. Ioann.
Andr. Ant. de Butrio, Imol. & alios in cap. final. ex-
tra quod metus cauſa, Curt. Iun. In l. admonendi
* num. 325. verſic. Et facit, vbi dixit communiter re-
probari opinionem Bal. in l. tertia, S. Ait prætor, ff.
de iure iurando, volentis probationem per iuramen-
tum in litem non recipere probationem in contra-
rium, Auguſtin. ad Ang. de Malefic. in verbo Nec
non ad denunciationem, num. decimooctauo, vbi
* teſtatur de communi, Marſil. ſingular. 357. & in
tractat. de Bannit. num. quadrageſimotertio, & ſe-
quenti, Tiraquell. de retract. conſanguin. S. quarto
gloſ. prima num. primo, & ſecundo, vbi plures refe-
runtur concordantes, Soccin. regul. 380. in princ.
vbi teſtatur quod ita communiter concluditur Ca-
tellian. Cotta in memoral. in verſ. Statuta ciuitatis
Mediolani cautum reperitur, quod credatur, &c.
ibi ſed circa hoc ſtatutum, Plot. de in litem iuran-
do num. 716. vbi, & alijs referuntur Phanuc. in eo-
dem tractat. de iure iurando in litem part. tertia cap.
ſecundo num. ſeptimo, vbi ex Barbat. in loco per
eum relato, dixit omnes antiquos, & modernos,

vtriuſq;

vtriuſque cenſuræ interpretes, ita communiter voluiſſe, eorumque ſententiam communiter eſſe approbatam per canoniſtas in dict. capitul. final. & iterum infra eadem parte tertia, dicto capitulo ſecundo, num. nono, & num. vndecimo, & ſequen. vbi pluribus hanc probat ſententiam plures non idem refert concordantes, & quod opinio, contrarium tenentium, eſt communiter reprobata, Clar. in practica, §. final. quæſt. 82. ſtatutum il primo, num. ſecundo, verſiculo Quarto nunquid ad finem, vbi pariter teſta- * tur de communi ex Auguſtin. ad Ang. de Malefic. in loco præallegato, Menoch. de recuperan. poſſeſſion. remed. decimo quinto, num. 357. Roland. conſil. 87. lib. quarto per tot. vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, & pro hac ſententia alijs pluribus * Doctorum auctoritatibus relatis eam magis communem teſtatur proponit contraria, & illis reſpondet; Maſcard. de probationib. lib. primo, concluſion. 94. num. vndecimo, & duodecimo, & concluſ. 471. num. 34 & ſequentib. vbi pariter alijs relatis teſtatur, ita ab omnibus vna mente concludi, & lib. ſecundo, concluſ. 924. num. vigeſimotertio, & ſequentib. vbi etiã alios plures idem tenentes refert Ioſeph. Ludouic. concluſion. decima octaua in nona limitatione, Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 31. num. 91. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum, concluſion. 538. num. 60. vbi amplius teſtatur ita alias fuiſſe reſolutum in Rota, in vna Romana tutelæ, coram Gypſio 26. Ianuarij 1586. dixi hac de re iterum ſupra quçſt. 24. num. 219. & quçſt. 176. num. 48.

Et quidem Doctores præallegati, ni fallor, loquuntur generaliter etiam poſtquam præcedente iudicis taxatione iuratum fuerit ab actore, licet Phanuc. de in litem iurando parte tertia, capitulo ſecundo, numero octauo poſt med. verſiculo Tertio ad id, quod dicebatur exiſtimauerit probationes contrarias non eſſe admittendas aduerſus iuramentum iam præſtitum præuia iudicis taxatione, ſed, vt dixi, loquitur contra communem.

1131 Declara præmiſſam concluſionem non procedere, quando ſtatutum expreſſe prohiberet aduerſus delatum iuramentum non admitti probationem in contrarium, & quid ſi dixerit iuramentum haberi pro plena, ſeu plenaria, pleniſſima, vel omnimoda approbatione, vide Soccin. dict. reg. 380. in prima, ſecunda, & tertia fallentia, Marſil. ſingular. 357. & in tractat. de Bannit. num. 43. & ſequen. Plot. de in litem iurando num. 776. Phanuce in eodem tractat. de iure iurando in litem, parte tertia, capitulo ſecundo, num. decimotertio, & ſequen. Viu. opinion. 786. num. ſecundo, Maſcard. de probationib. libro primo, concluſione 471. numero 39.

1132 IVRAMENTVM in litem, quod admittat probationem in contrarium dixi ſupra in antecedenti verſiculo Nunc videndum eſt, an ex probationibus contrarijs iudex poſſit reuocare iuramentum iam delatum, & præſtitum, præuia iudicis taxatione & præſertim, quando ſuper præſtito iuramento lata eſt ſententia (& hoc erit octauum requiſitum, ſeu potius octaua conſideratio habenda per iudicem in materia iuramenti in litem) dic in hac quæſtione, & * veriorem, & magis communem Doctorum ſententiam eſſe affirmatiuam, quod ſcilicet poſſit iudex ex probationibus de nouo repertis iuramentum iam delatum, & præſtitum præuia iudicis taxatione reuocare, etiam quod deſuper lata fuerit ſententia ſicuti præter alios hanc partem affirmatiuam tenuerunt Curt. in l. admonendi, num. 350. verſiculo Stat modo difficultas, ff. de iure iurando, & ibi etiam Ripa num. 69. dixit hanc eandem ſententiam ſibi communiorem videri relati per Phanuc. de iure iurando in litem parte tertia, capitulo ſecundo, num. ſeptimo, & capitulo quarto, num. ſecundo, verſ. Contrariam ſententiam, vbi hanc opinionem teſtari videtur ma- * gis communem (licet vt mox eum referam, eam non ſequatur) Plot. in tractat. de in litem iurando, num. 779. vbi alijs pluribus relatis concordantibus hanc * opinionem teſtatur magis communem, magis equã, & ſeruatam, Roland. conſil. 87. num. decimotertio, lib. quarto. Nec diſſentire videtur Setſerus in tractat. de iuramento, lib. quinto, cap. 7. nu. 7. verſiculo Poteſt etiam iudex, & num. nono, verſiculo Verius tamen eſt. Mancin. in eodem tractat. de iuramento, par. ſecunda, artic. ſeptimo, num. decimo octauo in fine.

1133 Et licet contrariam opinionem, quod imo iudex ex probationibus de nouo repertis non poſſit reuocare iuramentum delatum, & præſtitum præuia ipſius taxatione latiſſime defendit contrarijs reſpondendo Phanuc. dicta parte tertia, cap. ſecundo, num. octauo per tot. Præſertim, quando poſt præſtitum iuramentum deſuper lata eſt ſententia, vt ibidem per eundem Phanucc. eadem par. 3. cap. 4. per tot. ſubdens amplius, quod pro hac contraria opinione adſunt plures Doctores, quos ibi ſingulariter refert quam pro prima, & quod cum melioribus rationibus nitatur ab ea, & propterea in conſulendo, & iudicandum recedendum non eſt.

1134 Ego tamen a prima opinione, quę vt dixi ma- * gis communis mihi videtur nullo pacto recedendum exiſtimarem, præſertim quando contraria probatio eſſet euidens ex allegatis per Plot. in tract. de in litẽ iurando, num. 777. vbi huius ampliationis exemplũ ponit quando iudex exiſtit in loco prętẽſi damni dati oculariter videt nullum eſſe datum damnum. Catellian. Cott. in memoral. in verbo Statuta ciuitatis Mediolani cautum reperitur, verſ. Secundo modo poteſt probari contrarium Alex. Marſil. Bal. & Tiraq. in locis relatis per Phanucc. de iur. iur. in litem par. 3. cap. ſecundo, num. ſeptimo poſt med. verſic. Ter- * tio poteſt dici, vbi teſtatur de communi, & numero octauo ante finem, verſiculo Nec etiam obſtat, vbi alijs pluribus relatis cõcordantibus admittit

iſto caſu iuramentum in litem poſſe retractari a iudice delatum, taxatum, & præſtitum, Viu. opinion. 788.num.ſecundo,& tertio,Maſcard. de probation. lib.primo,conſ.471.num.38. Seraphin. de priuileg. iuramenti,priuileg.31.num.70.& ſequen. Vbi quod ita ſe habet communis opinio,& practica, & ab hac opinione minime recedendum putarem,licet idem Phanuc.vbi ſupra eadem par.3.dict.cap.4.exiſtimauerit,nec etiam per euidentiam facti poſſe præſtitum iuramentum,vt ſupra retractari, quando deſuper lata eſt ſententia.

Vide tamen in propoſito Cardinal.Tuſch. practi car. concluſion. in verbo Iuramentum, concluſion. 538.num.octauo, vbi dixit aduerſus iuramentum in litem affectionis, nec etiam admitti probationem per euidentiam facti ex Iaſ. quem allegat in l. final. numero tertio, & numero quarto, ff. de in litem iurando.

1135 IVRAMENTVM in litem (& hoc erit nonum requiſitum) deferri non poteſt a iudice,niſi Reo citato, Plot. in tractat. de in litem iurando, num. 830. vbi poſt Bald. Angel. & Soccin. in locis per eum relatis teſtatur de veriori, & communi opinione reprobato Alexandro contrarium tenente in conſil. 130. libro primo, ea motus ratione, quia iuramentum in litem ſuccedit loco probationis, & iuramenti teſtium, & quando teſtes iurant pars debet citari, l. ius iurandum, C. de teſtibus, & hanc opinionem poſt Rot. in deciſione per eum allegata tutiorem eſſe fatetur Phanucc. in eodem tractatu de in litem iurando, parte tertia, capitulo primo, numero vndecimo, Addent. ad Alexand. in dicto conſilio 130.

Contrarium, quod non requiratur citatio in delatione iuramenti in litem a iudice facienda; ſed tantum in taxatione dicti iuramenti, & propterea quod Reus non ſit neceſſe, vt citetur ad videndum taxare, voluit Alexand. dict. conſil. 130. incipien. Difficultas circa med. libro primo, qui loquitur, quando iuramentum deferatur ſuper damnis, & intereſſe, vigore pacti,& conuentionis, refert eum, & ſequitur Tiraquell. in titulo Res inter alios acta, fol. mihi duodecimo, a tergo, in verſiculo A qua non longe abeſt ſecundum paruam impreſſionem, & in l. Admonendi column. final. ff. de iure iurando, Iaſ. in l. ſi quando, num. vigeſimo tertio, verſiculo Nunc operæ pretium, C. vndevi, & in dicta l.Admonendi in ſecunda lectura in fine, Crot. in tractat. de teſtibus, num. 250. verſiculo Quinto fallit, Marſil. in l. de vno quoque, num.104. verſiculo Quinquageſimus &c. & in rubric. C. de probationib. num. 136. verſiculo Et ſcias,quod violentus, quos ſic dicentes refert Phanucc.de iure iurando in litem, parte tertia, capitulo primo, num. vndecimo. Vbi amplius poſt Rotæ deciſiones, quas allegat amplius teſtatur, ita videri communiter concludi, Theſaur. deciſion. pedemontan. 68. vbi diſputata quæſtione hanc veriorem eſſe ſententiam exiſtimauit, & ſecundum eam Senatū alias iudicaſſe teſtatur, nec diſſentit Seraphin. de priuileg. iuramenti,priuileg.trigeſimo primo, num. 93. & Mancin. in tractat. de iuramento, parte ſecunda, artic. ſeptimo, num.vigeſimo quarto.

Non crederem recedendum a prima opinione tanquam veriori. Ratio enim qua mouetur Doctores contrarium ſentientes ea ſcilicet, quia hoc iuramentum in litem deferri poteſt reo inuito. Ergò non citandus, admodum friuola mihi videtur, cum poſſit idem reus multa opponere,& dicere quibus de iure non erit locus delationi iuramenti in litem, & ideo abſurdum mihi videtur dicere,quod non ſit citandus per ea quę poſt Alexand. in dict. conſil. 130. conſiderauit Theſaur. dict. deciſion. 68. in fine, vbi licet ſecundam amplectatur ſententiam, eam tamen declarat non procedere,vbi cauſæ cognitio requiritur,& vbi pars aliquid oppoſitura erat,& ita tenendo non errabis.

1136 IVRAMENTVM in litem (& hoc erit decimum requiſitum, ſeu potius decima conſideratio per iudicem habenda) ſi defertur a iudice in caſu in quo deferri non debebat, & è contra datur a tali delatione appellatio ex allegat. per Plot. de in litem iurando,num.754.& per Phanucc.in eodem tractat. de iure iurando in litem, parte tertia, capitulo ſecundo,numero primo ad med.verſic.Et ideo poterit appellari,& latius eadem tertia parte,capitulo tertio per tot. quem bene declarantem omnino videas per Maſcard.de probationibus, libro primo,concluſion. 471.numero quarto,cum allegatis per eum, qui tamen declarat hoc non procedere de iure canonico, ſecus ſi de iure ciuili, immo, quod ſententia lata ſuper iuramento in litem cum taxatione iudicis, nunquam tranſeat in iudicatum, voluit idem Plot. in eod.tractat.de in litem iurando,num.779.verſ.Et in tantum.

Hucuſque materiam iuramenti in litem deferendi de iure communi ſatis abunde ni fallor pertractaui, reſtat ſolum nonnulla ſingulariter dicere de iuramento, quod defertur damnum paſſo vigore ſtatuti, vel pacti, quam materiam antequam aggrediar pro complemento iuramenti in litem de iure communi deferendi ſi ſcire volueris formam petitionis illius, ſeu libelli, & quid in eo exprimendum ſit tam in iuramento in litem affectionis, quam in iuramento in litem veritatis. Ad eas bene declarantem Phanucc. de iure iurando in litem, parte ſecunda, capitulo quinto, num. primo, ſecundo, & tertio.

ARGVMENTVM.

Pactum, ſeu ſtatutum, quod ſuper damnis, expenſis, & intereſſe credatur iuramento damnum paſſi, an valeat, & quando.

SVMMARIVM.

Iuramento damnum paſſi quod credatur fieri poteſt ſtatuto, num. 1137.

Iuramento damnum paſſi, quod credatur valet pactum, & conuentio, num. 1137. *verſ. Sic, & valere pactum.*

Iuramento damnum paſſi, quod credatur, licet pacto fieri poſſit, nunquid antequam iuretur poſſit pars hoc pactum reuocare, num. 1138.

Iuramento damnum paſſi, licet ſtatuto, vel pacto fieri poſſit, hoc tamen non præcedit, quando fuiſſet iuratum intereſſe exceſſiuum, inueriſimile enormiſſimam læſionem afferens, vel alias iniquum, num. 1139.

Iuramento damnum paſſi etiam vigore ſtatuti, aut pacti ſtandum non eſt, quando illud ſuperat vſurariam prauitatem, num. 1140.

Statutum quod credatur iuramento damnum paſſi odioſum eſt, ideo ſtricte interpretandum, num. 1140 *verſ. Hoc autem ſtatutum.*

1137 IVRAMENTO Damnum paſſi, quod credatur ſtatuto fieri poſſe, nulla eſt dubitatio ex allegatis per Catellian. Cott. in memoralibus in verſiculo Statuto ciuitatis Mediolani cautum reperitur in princip. & per Phanucc. in tractat. de iur. iurand. in litem par. 3. cap. 2. poſt nu. 10. ante med. Vbi teſtatur de communi Doctorum concluſione.

Sic, & valere pactum in contractu ſtipulatum, quod de damnis expenſis, & intereſſe pariter ſtetur iuramento damnum paſſi voluerunt, Bald. Alberic. Alexand. & Iaſon. in l. ius iurandum, quod ex conuentione, ff. dè iure iurando Bartol. in l. vltima, §. in huiuſmodi, numero tertio, ff. de prætoria ſtipulatione, Iaſ. in l. ſi ab arbitro numero quarto, ff. qui ſatiſd. cog. Cagnol. in l. quatenus cuiuſq. interſit. num. vigeſimo quarto, verſiculo Succeſſiue quarto, ff. de regul. iur. Alexand. conſilio quadrageſimo ſeptimo, numero quarto, libro primo, Abb. conſilio quinquageſimo primo, in principio, parte prima, Soccin. conſilio 90. numero vndecimo, & ſequentibus, libro quarto, Afflict. deciſione 91. numero decimo, Papienſ. in forma libelli in actione reali in verbo Et expenſis, numero duodecimo, verſiculo Sed quid ſi reus conuenit. Natt. conſilio 450. numero octauo, & ſequenti, Stracc. de mercatur. tit. de contractibus mercatorum, numero ſexto, verſiculo Aliud pactum, Phanucc. de iure iurando in litem, parte ſecunda, capitulo primo, numero vndecimo, Maſcard. de probationib. libro ſecundo, concluſion. 934. numero trigeſimo quinto, Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 31. numero octauo.

Hæc concluſio recipit nonnullas limitationes de quibus mox dicam.

1138 IVRAMENTO alicuius, quod ſecus ſuper damnis expenſis, & intereſſe paſſis, licet pacto fieri poſſit, poteſt tamen antequam pars iuret altera pars illud reuocare fuit originalis Doctrina Bar. in l. fin. ff. de prætor. ſtipulatione, idem Bar. & Iaſ. in l. ſi ab arbitro, ff. qui ſatiſd. cog. idem Iaſ. in l. iusiurãdũ quod ex conuentione, nu. 6. ff. de iur. iuran. Aſin. in pract. §. 32. ampliation. 9. num. 2. poſt Ioannem de Platea in loco per eum relato, & amplius teſtatur ita Doctores ſentire in cap. finem litibus, extra de dolo, & contumacia, & in cap. dilecti filij, de for. comp. & in alijs locis, Bolognet. in rubr. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt poſt num 105.

Contrarium, quod tale pactum nec etiam ante iuramentum poſſit reuocari contra Bartolum poſt Afflict. & Alexan. in locis per eum relatis dixit Phanucc. de iure iurando in litem, par. ſecunda, cap. primo, num. vndecimo, verſiculo Nec eſt verum, Stracc. de mercatura, tit. de contractibus mercatorum, num. ſexto, vbi quod opinio Bart. communiter reprobatur Abb. Alexand. Felin. Iaſ. Dec. Soccin. & Bertachin. in locis relatis per Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 31. num. octauo, verſiculo Nec poteſt paciſcens pœnitere, & dicto num. octauo in fine, dixit primam Bartol. opinionem poſſe procedere antequam iuramentum acceptetur a parte, ſecundam autem poſt acceptationem, ſed cogitandum relinquit.

Vel melius in hac contrarietate poteſt dici primam Bart. ſententiam procedere ex ſuperueniente cauſa, vtputa, quando creditor eſt effectus deterioris conditionis periurus, vel alias culpatę, & infamatæ vitæ. Secundam autem contra Bartolum ſententiam procedere, nulla ſuperueniente cauſa, vt per Stracc. in dict. tractat. de mercatur. eodem titul. de contractibus mercatorum, num. 6. & Angel. Imol. & Soccin. in locis per eum relatis, & ita etiam declarat Maſcar. de probation. lib. ſecundo, concluſ. 934. num. 37.

1139 IVRAMENTO alicuius ſuper damnis expenſis, & intereſſe licet ſtari debeat, quando ſic ſtatuto cautum eſt, vel pacto conuentum. Hoc tamen non procedit quando fuiſſet iuratum intereſſe exceſſiuum inueriſimile enormiſſimam afferens læſionem, vel alias iniquum. Tunc enim tale iuramentum attendi non debet ſecundum Dyn. Rayn. Bart. & Angel. in l. fin. ff. de prætoria ſtipulatione, Iaſ. in §. ſed iſte, num. 92. inſtitut. de action. Alexan.

X 2 conſ.

conſ.47.num.5.& num.7.lib.2. vbi etiam declarat, quæ nam in propoſito dicatur enormiſſima læſio, Soccin.conſ.90.num.12.lib.4. Grammat.conſ.crim.62. num.1. Cepoll.conſ.ciuil.29.col.4. verſ. Sexto dicitur, Natt.conſ.450.num.10. Tiraquell.de reuocand. donationibus in princip.num.50. Catellian. Cott.in memoral.verſ. Statuta Ciuitatis Mediolani cautum reperitur in fine, vbi dixit, quod iſto caſu poterit iudex iuramento, aut fidem non adhibere, aut illud moderari, Plot.de in litem iurando num.807. ſecundum antiq.impreſſion. Phanuc.in eodem tract. de iure iurando in litem par.2.cap.1.num.11.& par.3. cap. 2. num.17. Aſin.in pract.§.32.ampliation.9.num.2. in fine, vbi dixit quod quando hoc iuramentum eſt exceſſiuum remittitur arbitrio boni viri, Maſcard. de probation.lib.2.concluſion.934.num.36. vbi idem dixit Seraphin.de priuileg.iurament. priuileg. trigeſimoprimo, num.nono, & ſequentibus, & num. 16. & ſeqq.

1140 IVRAMENTO alicuius, quando aut vigore pacti, aut vigore ſtatuti ſtandum eſt. Hoc tamen non procedit, quãdo id quod iuratum fuit aliquo modo ſaperet vſurariam prauitatem, Marſil.ſingul.273. Aym.conſ.73.num.24. Alex.conſ.93.num.1.& ſeq. lib... Cagnol.in l.curabit nu.54.& ſeqq. C.de action. empti, Plot.de in litem iurando num.427. Phanuc.in eod.tract.de iure iurando in litem par.2.cap.1.num. 11.in fine, poſt Bald. & Dec. in locis per eum relatis, Maſcard.de probat.lib.2.concluſ.93.nu.30. Seraph. de priuileg.iuramen.priuil.trigeſimoprimo, num.vigeſimooctauo.

Hoc autem ſtatutum odioſum eſſe, & propterea ſtricte interpretandum probatum ex allegatis per Plot. de in litem iurando num.761.& 762. & 763. & propterea illud non procedere in fauorem forenſis dixit Dec.conſ.150.num.8. Pariſ.conſ.12.num.26.lib.3. vbi de communi, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Viu.opinion.786.num.1.&c.

ARGVMENTVM.

POENAE l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus quando locum habeant, & quando non.

SVMMARIVM.

Iurata tranſactioni contraueniens infantis eſt Ab actione cadit, poenam conuentionalem ſoluit, accepta reſtituit, & hæc omnia applicantur parti aduerſæ tranſactionem obſeruanti, num.1141.

Poena l.ſi quis maior, C.de tranſactionibus habent locum non ſolum in contractu tranſactionis, ſed etiam in omni alio contractu, ſecundum veriorem opinionem, & magis communem, licet aliqui Doctores contrarium tenuerint, num.1142.

Empbiteota qui iurauit ſoluere canonem nunquid ratione iuramenti ceſſans in ſolutione per vnum annum cadat a iure empbiteotico, num.1143.& 1145.

Cenſum ſoluere promittens medio iuramento quolibet anno cadit a cenſu ſi per annum illum non ſoluerit, num.1143.verſ.Item de contractu.

Promittens ſoluere centum ducatos in decem terminis, & iurauit ſi ceſſat ſoluere in primo, vel in ſecundo termino poteſt ratione iuramenti cogi ad ſoluendum integram ſummam non obſtante dilatione ſibi lata, num.1144.

Poena l.ſi quis maior, C.de tranſactionibus non habent locum in feudis, num.1145. in fine. verſ. Et quod diſpoſitio.

Socius non ſeruans promiſſa, quæ ſeruare promiſit, & iurauit cadit ab omni commodo ſocietatis, num. 1146.

L.ſi quis maior, C.de tranſactionibus, & illius poena, nunquid habeant locum in vniuerſitate, collegio, capitulo, & eccleſia, num.1147.& ſeqq.

Poena l.ſi quis maior, C. de tranſactionibus nunquid habeant locum in foemina, ſicut in maſculo, num. 1152.& ſeq.

Ruſticus iuramento contraueniens nunquid incidat in poenas l. ſi quis maior C. de tranſactionib. numero 1155.

Poena l. ſi quis maior, C.de tranſactionibus tranſeunt etiam ad vtilitatem hæredis cui iuratum eſt, num. 1156.licet aliqui Doctores ibidem relati contrarium dixerint.

Poena l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus nunquid tranſeant contra ſingularem ſucceſſorem, numero 1157.

Hæres illius, qui iurauit, & contrauenit nunquid teneatur ad poenas l.ſi quis maior, C. de tranſaction. & quid ſi ipſe hæres iuramento defuncti contrauenit, num.1158.

Poena l.ſi quis maior, C.de tranſactionibus habent locum etiam in contrauenientе iuramento in modica re, num.1159.

Poena l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus nunquid habeant locum effectu non ſequuto, num.1160.

Iuramento contrauenire ad effectum incurrendi poenas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus dicitur ille, qui vel iudicem interpellat contra tranſactionem, vel Principi ſupplicat pro iudicis impetratione, vel ſi promiſſa non adimplet, num. 1161. etiam lite non conteſtata. dicto num. 1161. & multo magis ſententia non expectata, num. 1162. Nunquid tamen ſit neceſſaria citatio, num. 1163. Et quid ſi actor coram iudice non comparuerit, num. 1164. Et quid de eo, qui iurauit amplius non petere, num. 1165. & ſequenti, & quid ſi Principi ſupplicans pro interpretatione reſcripti impetrato reſcripto vſus non fuerit, num. 1167.

Poena

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus habet locum etiam in eo, qui pœnitentia ductus non perſeuerauit in contraueniendo tranſactioni iuratæ, nu. 1168.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus nunquid incurrãtur ipſo iure, an vero ſit neceſſaria ſententia num. 1169. & ſeq.

Moræ purgatio, nunquid admittatur ad effectum euitandi pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionib. num. 1172. & ſeqq.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus nunquid incurrantur de iure canonico, num. 1177.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionib. incurruntur per contrauenientẽ iuramento, non ſolum committendo; ſed etiam omittendo, num. 1178.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionib. habent locum etiam in eo, qui iurauit per ſalutem Principis, num. 1179.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, nunquid habeant locum in eo qui ſimpliciter iurauit ſub fide ſua littera l, num. 1180. Vbi etiam quid de eo, qui iurauit ſub fide Chriſti.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus incurruntur non alternatiue, ſed copulatiue, num. 1181.

Iuramentum habet vim clauſulæ rato manente pacto, num. 1181.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus locum habent etiam, quod iuramentum ex interuallo poſt contractum fuerit interpoſitum, num. 1182.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus nunquid locum habeant quando iuramentum eſt interpoſitum in contractu nullo, num. 1183.

Et quid ſi iuramentum ipſum eſt nullum, num. 1184.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus non incurruntur ſine dolo, nec ſufficit culpa ſecundum magis communem, licet aliqui contrarium dixerint, num. 1185.

Et iſto caſu, quomodo dolus probetur, num. 1186.

Et an a dolo qualibet cauſa etiam iniuſta excuſet, num. 1187.

Minor vigintiquinque annorum iuramento contraueniens non incidit in pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus ſecundum veriorem, & magis communem Doctorum ſententiam, de qua numer. 1190.

Licet aliqui alii Doctores relati, num. 1188. & ſequen.

Contrarium dixerint, & quid de illo minore, qui eſt habitus pro maiore vel ex diſpoſitione iuris communis, vel diſpoſitione ſtatuti, num. 1191.

Et quis debeat probare minorem ætatem, num. 1192.

Et quid de eo qui iurauit in minori ætate; ſed maior contrauenit, num. 1193.

Iudicis iuſſu iuramento contraueniens, vel ex mandato Principis nunquid incurrat pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, num. 1194.

Vſuras ſoluere qui promiſit, & iurauit, non ſoluendo eas, non incurrit pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, num. 1195.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionib. nunquid habeat locum in eo, qui ſupplicat Principi pro reſciſſione ſupplicationis, num. 1196. & ſeq.

Abſolutus a iuramento veniens contra tranſactionem iuratam non incidit in pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, nu. 1198.

Papa poteſt diſpenſare aduerſus pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, num. 1199.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus non habent locum in eo qui compromiſſum fecit, & laudum ſeruare promiſit, aut præcepto iudicis, aut vigore ſtatuti, declara vt num. 1200. & num. 1202. & ſequentibus.

Iuramento per metum extorto contraueniens non incurrit pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionib. num. 1201.

Iuramento, qui prius contrauenit non poteſt agere contra aduerſarium non adimplentem promiſſa cum iuramento, num. 1206.

Pœnæ l. ſi quis maior, C. de tranſaction. in dubio, quod non ſint incurſæ iudicandum eſt: talis enim diſpoſitio eſt odioſa, & non fauorabilis ideo ſtricte intelligenda, num. 1207.

Imo ſecundum aliquos diſpoſitio, d. l. in practica non ſeruatur, num. 1208.

1141 IVRATAE tranſactioni contraueniens, infamis eſt. Ab actione cadit pœnam conuentionalem ſoluit accepta reſtituit; Et hæc omnia applicantur parti aduerſæ tranſactionem obſeruanti, text. eſt in l. ſi quis maior, & ibi notant communiter Doctores omnes in ſummario, & in diſcurſu interpretationis illius legis, C. de tranſactionibus, vbi propterea dicunt has pœnas ſpecialiter a iure introductas fuiſſe in odium peierantis, ſuper quibus vide poſt alios omnes bene diſcurrentem, & declarantem Bolognett. in eadem l. ſi quis maior, numer. 61. in fine, & ſequentibus pluribus, vbi ſingulas pœnas prædictas bene explicat, & declarat cum ſuis contingibilibus quæſtionibus; Ferrar. cautel. vigeſima in fine, Gabriell. lib. tertio, titulo de tranſactionibus, concluſione prima, numero primo, Cæphal. 265. numero primo, Roland. conſil. trigeſimoprimo, numero primo, lib. ſecundo, Aymon. conſil. 246. num. quarto in fine.

Hæc concluſio procedit regulariter, ſed habet plures Ampliationes, quas infra poſui vſque ad numerum 1185. Inde poſtea limitationes habebis.

1142 IVRAMENTO contraueniens incidit in pœnas, d.l. ſi quis maior, C. de tranſaction. Non ſolum ſi iuramentum fuit præſtitum in contractu tranſactionis, de quo loquitur ille tex. ſed etiam in omni alio contractu ponderando verbum Pacta in eodem textu poſitum. Quod quidem verbum Omnes contractus, omneſquè conuentiones comprahendit, vt ibidem videre eſt apud Bar. num. 13. verſ. Item quæro. An habeat locum in alio contractu, Bal. num. 14. verſ. Vltimo quæritur, Fulgoſ. num. 7. verſ. Quærunt Doctores, Salicet. num. 1. in fine, Alex. num. 1. vbi teſtatur de communi Doct. ſententia, Roman. num. 2. in 2. notab. Roman. num. 25. Aretin. ante num. primũ in primo notab. Iacob. de Sancto Georgio, num. 8. Iaſ. num. 10. Riminal. ante num. 1. verſ. Nota ibi pacta, quod ita tex. illum intelligunt Doctores. Curt. Iun. num. 30. vbi de communi, & in repetition. num. 14. verſ. Secundo nota, & nu. 15. & ſeqq. Thom. Parpal. num. 10. in 3. notab. vbi de communi licet contra communem arguat Claud. Seyſſel. num. 10. Cagnol. num. 43. & ſeqq. vbi de communi, & reſpondet contrarijs Bolognett. num. 28. vbi relatis argumentis vtriuſque opinionis hanc teſtatur communem, & à contrarijs defendit Gabriell. cum relatis per eum lib. 3. tit. de tranſaction. concluſion. prima, num 5. Corn. in conſ. 246. num. 4. lib. 3. Caſſad. deciſ. 2. nu. 1. & num. 7. tit. de iure iurand. vbi quod ita tenent communiter Doctores, Cephal. conſ. 192. num. 17. lib. 2. vbi de communi Rolan. conſ. 57. num. 13. & ſeqq. vbi alijs relatis teſtatur de communi, & conſil. 57. nũ. 1. lib. 2. Andr. Facchin. controuerſ. iuris, cap. 11. verſ. Ego in hac re, vbi hanc ſententiam magis communem fatetur, licet contrariam fortioribus argumentis nixam eſſe contendat. Hector Felic. in tractat. de ſocietate, cap. 39. num. 38. Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Lex, concluſ. 284. num. 1. & ſeqq. vbi plures de communi teſtantes refert, & infert ad locationem, ad venditionem, ad compromiſſum, & laudo ratificationem, & ad pactum nullum.

Contrarium poſt Purpurat. quem allegat probauit Alciat. in eadem l. ſi quis maior, num. 8. & ſeqq. vbi pro hac ſententia plures attulit rationes, concluditq. quod licet in omni contractu iuramentum ſeruandum ſit pœnæ tamen legis, ſi quis maior non habet locum niſi in contraueniente iuramento præſtito in contractu tranſactionis, & ibi etiam Thom. Parpal. num. 42. verſ. Propterea non teneatis opinionẽ Bartoli, loquitur tamen, quoad pœnam infamiæ ſolum Andr. Facchin controuerſ. iur. lib. 1. cap. 11. vbi poſt Riminal. Purpurat. & Alciat. hanc ſententiam fortioribus argumentis nixam eſſe teſtatur, licet primam magis communiter teneri non inficiatur. Et hanc eandem contrariam ſententiam ſequuti ſunt alij Doctores relati per Card. Tuſch. pract. concl. in verbo Lex, concl. 284. num. 8.

Prima opinio eſt verior, & magis communiter recepta, & propoſitæ regulæ eſt prima Ampliatio.

1143 IVRAMENTO contraueniens incidit in pœnas, l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, etiam quod ſimus in contractu emphiteotico, licet enim emphiteota priuati cadat a iure ſuo per non ſolutionem canonis per triennium, l. 2. C. de iure emphiteotico, emphiteuta autem eccleſiæ per biẽnium Auth. qui rem, C. de ſacroſ. eccleſ. c. potuit extra de locato ſi tamen in contractu iurauerit ſoluere canonem, & ceſſet in ſolutione per vnicam vicem poterit contra ipſum agi ad pœnas huius legis, & ſic priuabitur omni commodo contractus, Bal. in cap. Querelam extra de iure iurando, Alex. conſ. 126. lib. primo, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Iacobin. de S. Georgio in l. ſi quis maior, C. de tranſaction. num. 8. & 9. & ibi etiam Iaſ. num. 12. Curt. Iun. num. 30. & in repetition. num. 16. & ſeqq. vbi licet dixerit contrariam ſententiam in via diſputatiua eſſe ſubſtentabiliorem. Ab hac tamen in iudicando minime recedendum affirmat Thom. Parpal. num. 11. Cagnol. num. 51. & ſeqq. vbi idem de conductore, & colono, num. 55. & ſeqq. vbi ampliat etiam ſtante ſtatuto, quod emphiteota non cadat ob non ſolutionem canonis, & alia ad materiam huius ſtatuti, Gabriell. lib. 3. tit. de tranſactionibus, concluſ. 1. num. 41. & num. 43. Addentes ad Matheſilan. ſingul. 50. vbi alij referuntur concordantes.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio, de qua etiam dixi in quæſtionibus ciuilibus in materia emphiteotæ, quando per non ſolutionem canonis cadat a iure ſuo,

Idem de contractu cenſuali, quod in eo habeat locum diſpoſitio, l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, voluit Caſſad. deciſion. ſecunda, tit. de iure iurando, Gabriell. lib. 3. tit. de tranſact. concluſ. prima, num. 43. Et ideo licet cenſuarius moroſus in ſoluendo cenſum etiam per centum annos non cadat a cõmodo ipſius cenſus, ſi tamen iurauit dictum cenſum ſoluere cadit ſi ſemel tantum deficiat. Rolan. conſil. 6. num. 41. lib. primo, vbi de communi, & voluit etiam Mancin. in tractat. de iuramento, par. quarta, effectu 34. num. primo, & ſeqq. vbi tamen declarat hoc non procedere in hærede iurantis. Quod non procedit in cenſu empto ex forma conſtitutionis Pij V. felic. record.

1144 Sic, & promittens ſoluere centum ducatos in decem terminis, & iurauit ſi ceſſat ſoluere in primo, vel in ſecundo termino, poterit tunc conueniri ad integra centum, quia propter periurium priuatur iure ſuo, & non poteſt amplius allegare dilationem datam ſecundum Caccialup. in tract. de tranſactionibus quæſtion. 15. Brun. conſil. 46. Brixien. cautel. 20. Alciat. in l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus in verbo Emolumento, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Bolognett. in eadem l. ſi quis maior, num. 33. vbi reprobato Curtio contrarium dicente in l. lecta, ff. ſi cert. pet. ita teſtatur, vbique, & quotidie in pract. ſeruari, Roland. conſ. 31. num. 7. lib. 2. Card. Tuſch. practic. concluſ. in verbo Lex, concluſ. 224. num. 22.

1145 Contrarium quod emphiteota non cadat ab emphiteuſi per non ſolutionem canonis in vno ſolum anno, quamuis iurauerit canonem ſoluere, poſt Iaſ. quem allegat in l. 2. in 4. quæſtion. ff. de iure emphiteotico voluit Alciat. in eod. l. ſi quis maior num. 10. in fine, Franc. Curt. in repetition. num. 16. & ſeqq. vbi dixit hanc opinionem in via deputatiua eſſe ſubſtentabiliorem, licet alias contrarium tenuerit, Bolognett. num. 29. vbi pluribus hanc probat ſententiam, & poſtea teſtatur ita vidiſſe ſeruari de facto in curia Romana in cauſa cuiuſdam ingenioſi iuuenis; Clar. in §. Emphiteuſis num. 2. verſ. Et hoc quidem, vbi dixit communem opinionem ſibi nunquam placuiſſe, & quod facile inclinaret in hãc contrariam ſententiam, quę æquior eſt, & quam forte illam etiam ſequeretur Senatus Mediolanen.

Vide pro reſolutione Seraphin. de priuil. iuramenti priuil. 84. vbi relatis contrarijs hinc inde diſſentientium Doctorum authoritatibus diſtinguit tres caſus, quos ibi per eum videas.

Et quod diſpoſitio dict. l. ſi quis maior non habeat locum in feudis voluit Gabriell. poſt Curt. in loco per eum relato lib. 3. titul. de tranſactionibus concl. 1. num. 58. & voluit Caſſad. deciſ. 2. num. 6. titul. de iure iurando vbi dixit quod feudatarius non cadit a feudo etiam quod contraueniat iuramento fidelitatis, ſed etiam quod non ſoluat annuam penſionem. Addent. ad Mattheſila. ſing. 50. in fine additionis vbi & ipſe alios refert.

1146 IVRAMENTO contraueniens incidit in pœnas l. ſi quis maior C. de tranſactionibus etiam in contractu ſocietatis, & propterea ſocius cadit ab omni commodo ſocietatis, vltra alias pęnas dict. l. ſi quis maior l. promiſſa, & iurata in contractu ſocietatis non ſeruauerit, Corn. conſ. 121. num. 3. lib. 1. & conſil. 266. num. 3. lib. 3. Grat. conſ. 15. in princip. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 124. num. 52. lib. 2. Caſtracan. in tractat. de ſocietate offic. cap. 69. num. 3. prout illos ſic dicentes refert, & ſequitur Hector. Felic. in tractat. de ſocietat. cap. 39. num. 38. Et hæc ſit tertia ampliatio.

1147 IVRAMENTO contraueniens incidit in pęnas l. ſi quis maior C. de tranſactionibus etiam quod contraueniatur ab vniuerſitate, Iaſ. in eadem l. ſi quis maior num. ſeptimo; & ſequentibus, vbi proponit contraria, & illis reſpondet, & ibi etiam hoc idem voluit Curt. Iun. num. vigeſimoſecundo, vbi tamen declarat quoad eos qui iurarunt, vel dederunt mandatum ad iurandum, ſecus quoad eos, qui non iurarunt, Cagnol. num. decimoſeptimo, Caſſaneus, & Iaſ. in locis relatis per Gabriell. lib. tertio titu. de tranſactionib. concl. 1. num. 2. & hæc ſit quarta ampliatio, quam etiam ſubamplia, & declara vt infra.

1148 In collegio autem Doctorum contraueniente iuramento quod locum habeant pœnæ dict. l. ſi quis maior ſcripſit in eadem l. Alciat. num. ſexageſimoprimo, & ibi etiam Cagnol. num. decimo octauo, & ſequentibus, vbi etiam de vniuerſitate ſcholarium, & ſimilibus proponit contraria, & illis reſpondet Bolognett. ibidem num. vigeſimo, vbi generaliter loquens in vniuerſitate artificiali prout eſt Collegium Doctorum, & vniuerſitas ſcholarium multa dixit pro, & contra, ſed tandem concludit etiam iſto caſu ab iſtis de Collegio Doctorum, & de vniuerſitate ſcholarium incurri pęnas l. ſi quis maior; quando omnes iurarunt, vel dederunt poteſtatem contrahendi, & iurandi alicui in animam eorum. Nam tunc ex iſto ſpeciali mandato omnes videntur iuraſſe, & obligantur ac ſi ipſi iuraſſent, & contrauenicndo incidunt in periurium, & pęnas prędictas.

1149 Contrarium quod vniuerſitas contrauenienndo iuramento non incurrat pęnas l. ſi quis maior C. de tranſactionibus omnes recentiores verius eſſe cenſuerunt teſte Alciat. qui, & eorum ſententiam ſequitur in eadem l. ſi quis maior num. ſexto, & hanc eandem ſententiam ſex fundamentis comprobat Thom. Parpal. in eadem l. ſi quis maior num. octuageſimotertio, & ſequentibus in 1. quæſtion. vbi etiam reſpondet contrarijs rationibus per Iaſ. adductis quod, & idem ibidem voluit Claud. Seyſſel. num. tertio, & ſequentibus, Bolognett. num. decimonono, vbi relatis rationibus, & fundamentis vtriuſque partis hanc tuetur ſententiam, & contrarijs reſpondet, & eam ampliat etiam quod tota vniuerſitas congregata daret authoritatem tranſigendi, & iurandi aliquibus adminiſtratoribus, & quia nõ poteſt iurari in animam vniuerſitatis cum vniuerſitas animam non habeat, nec etiam iuratur in animam illorum de vniuerſitate, in qua ſunt tot pupilli, & viduæ, qui non intromittunt ſe in negocijs, & alias vt ibi per eum Calcaneus Dec. & Roman. in locis relatis per Gabriell. vbi ſupra lib. tertio titul. de tranſactionib. concluſion. prima, num. ſecundo, verſ. Contrarium, Andr. Facchin. controuerſ. iuris lib. primo cap. duodecimo, vbi hanc ſententiam pluribus comprobat.

1150 Declara primam opinionem ſic vt ſupra ampliatam etiam in Collegio Doctorum procedere dummodo omnes de vniuerſitate ſeu Collegio iurauerint, ſecus ſi non omnes etiam quod maior pars iurauerit, quia periurium vnius alteri non periuro, qui non iurauit nocere non debet ſecundum Alciat. in eadem l. ſi quis maior num. ſexageſimoprimo, C. de tranſactionibus, & ibi etiam Cagnol. num. vigeſimoſecundo, verſ. Et vltra conſidera, Curt. Iun. num. vigeſimoſecundo, Bolognett. num. vigeſimo, verſ. Fallit tamen, & verſ. ſequenti, vbi amplius dixit, quod ſi locum demortuorum, qui iurarunt aliqui fuerint ſubrogati iſti ſic ſubrogati non punientur propter iuramentum defunctorum, Virgil. Boccac. in conſtitution. Marchiæ gloſ. ſecunda, num. 89.

1151 Declara etiam quia pęnæ dict. l. ſi quis maior non habent locum in capitulo, & eccleſia contrauen-

niente

niente iuramento, vt per Thom. Parpal. in eadem l. ſi quis maior num. nonageſimoprimo, in ſecunda & tertia quæſtione, vbi etiam de prælato nomine Eccleſiæ iurante ea motus ratione quia in cauſis Eccleſiæ decidendis ſeruatur ius canonicum, & de iure canonico non procedunt pęnæ prædictæ, & ibidem etiam hoc voluit Cagnol. num. vigeſimotertio in fine verſ. In capitulo autem, & eccleſia, cuius contrarium voluit ibidem Bolognet. num. vigeſimo in princip. & dict. num. vigeſimo in fine verſ. Et prædicta procedunt reprobato Parpalia in loco prællegato contrarium dicente, & eius rationem retorquendo, quia ſcilicet ſecundum eum pęnæ dict. l. ſi quis maior habent locum etiam de iure canonico per tex. in cap. Querelam, & in cap. infames 6. quæſtion. 1. & dixi infra colum. 35. vide declarantem Virgil. Boccac. in conſtit. Marchiæ gloſ. ſecunda, num. nonageſimoprimo.

1152 IVRAMENTO contraueniens incidit in pęnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, ſiue ſit maſculus, ſiue etiam femina: in materia enim indifferenti maſculinum comprænhendit etiam femininum, vt per Fulgoſ. in eadem l. ſi quis maior, num. ſeptimo in fine, Roman. nu. vigeſimoſexto, vbi de communi, & magis tuta Doctor. ſententia, Iacobin. de Sancto Georgio num. ſecundo, & tertio, vbi reſpondet dubitationibus, Fulgoſ. Iaſ. num. ſexto, Franc. Curt. in repetition. num. ſexto, & ſequentibus, vbi relata contrarietate Fulgoſij, qui in vna lectura dixit pęnas huius legis non habere locum in muliere afferens ita communiter Doctores tenere, & hanc opinionem eſſe ſatis æquam, in altera autem lectura tenuit etiam in muliere iurante, & contraueniente pęnas dict. legis locum habere relatiſque fundamentis, & rationibus vtriuſque ſententiæ tandem reſidet cum opinione affirmatiua eo potiſſimum fundamento quia auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus venditionem habet etiam locum in muliere, Thom. Parpal. num. 1. vbi quod ita communiter tenent ſcribentes, licet ipſe contra communem arguat ex Doctrin. Bal. in loco per eum relato, Claud. Seyſſel. num. ſecundo, Cagnol. num. decimo, & ſequentibus vbi de communi, & reſpondet contrarijs, Bolognet. num. decimo octauo, vbi pluribus hanc probat ſententiam, quam communem, & veriorem teſtatur, eamque a contrarijs defendit Gabriell. cum relatis per eum lib. tertio titul. de tranſactionib. concluſio. prima num. tertio, Virgil. Boccac. in conſtit. gloſ. ſecunda, num. octuageſimoſeptimo, vbi tamen refert Alciat. vbi ſupra contrarium tenentem, Andr. Facchin. controuerſ. iuris lib. primo, cap. ſecundo, verſ. Secunda eſt controuerſia, & ſeqq. vbi relatis alijs opinionibus in hac reſidet ſententia, & hæc ſit quinta ampliatio.

Contrarium quod licet mulier teneatur ſeruare iuſiurandum quod præſtitit, non tamen per hoc non ſeruando incidat in pęnas l. ſi quis maior C. de tranſaction. voluit Alciat. in ead. l. ſi quis maior num. 5.

1153 In hac contrarietate ſuccedit diſtinctio quod in dolo vero, qui in committendo conſiſtit, mulier etiam comprænhendatur ſub pęnis dict. legis ſi quis maior, ſecus in dolo præſumpto, qui inſurgit ex omiſſione ſecundum Curt. Iun. in eadem l. ſi quis maior, num. decimoſeptimo, verſ. Circa principalem deciſionem, & num. 18. & ibi etiam Cagnol. num. 11. & ſequen.

Contrarium quod pęnæ dict. l. ſi quis maior non habeant locum in muliere, ſiue contraueniat omittendo, ſiue etiam committendo, voluit Alciat. in eadem l. ſi quis maior num. quinto ſic, & quod imo pęnæ eiuſdem legis habeant locum in muliere etiam quod eius periurium conſiſtat in omittendo voluiſſe videtur Bolognet. in eadem l. ſi quis maior, num. 18. verſ. Curtius hic diſtinguit.

1154 IVRAMENTO contraueniens incidit in pęnam l. ſi quis maior, C. de tranſactionib. etiam quod contraueniens ſit perſona ruſtica, ſecundum Thom. Parpal. qui hanc ampliationem defendit in eadem l. ſi quis maior, num. ſecundo, cuius contrarium voluiſſe videtur Alciat. in eadem l. ſi quis maior, num. quinto, & ibi etiam Curt. Iun. num. decimonono, & ſequentibus, & hæc ſit ſexta ampliatio pro cuius veritate diſtinguendum eſt inter ruſticum groſſolanum ſagacem, & mediocrem vt primo caſu præualeat opinio negatiua, quod ſcilicet pęnæ dict. l. ſi quis maior non habeant locum in ruſtico groſſolano; in ruſtico autem ſagace præualeat opinio affirmatiua, vt in eadem l. ſi quis maior, ſcripſerunt Curt. Iun. ſub num. decimonono, & ſequentibus, Thom. Parpal. num. 2. verſ. Primus eſt, & Cagnol. num. 24.

In ruſtico autem mediocre eſt controuerſia inter Doctores. Nam quod pęna dict. l. ſi quis maior habeant etiam locum in ruſtico mediocre, voluit Thom. Parpal. in eadem l. ſi quis maior num. ſecundo verſicul. Tertius caſus eſt, vbi arguit ad partes, & hanc tenet opinionem. Contrarium voluiſſe ibidem videtur Cagnol. num. vigeſimoquarto, quando ſcilicet mediocris ruſtici dolus conſiſtit in omittendo, & ſic in non ſeruando promiſſa, ſecus ſi in committendo, vt ſupra dictum eſt de muliere.

1155 IVRAMENTO contraueniens incurrit poenas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, ſiue ſit actor contraueniens, ſiue etiam reus in illis poenis quæ reo adaptari poſſunt, Bart. poſt gloſ. in eadem l. ſi quis maior num. vndecimo, verſicul. Vltimo quæro, & ibi etiam Salicet. num. decimoquinto ad finem verſicul. Quæro hæc lex, Curt. Iun. num. vigeſimo octauo, vbi teſtatur de communi, & veriori opinione, Thom. Parpal. num. 109. in decimaquarta quæſtione, Claud. Seyſſel. num. quadrageſimotertio, & ſequenti, vbi de communi Cagnol. num. 192. verſicul. Gloſ. ſuper verbo conſequutus, Bolognet. nu. vigeſimoſexto, vbi quod ita communiter tenent Doctores Gabr. lib. tertio, titul. de tranſactionib. concluſion. prima, num. quinquageſimoſexto, Roland.

lan.conſ. 57.num.decimoquarto, lib. primo, vbi de * communi quamuis voluerit contrarium Alexand. in loco relato per Gabriell.dict.concluſion. prima, num. 56.Et hæc ſit ſeptima ampliatio.

1156 IVRAMENTO contraueniens incurrit pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionib. etiam ad vtilitatem hæredis, & ſic hæres illius cui fuit iuratum, poteſt agere ad poenas dict.l.ſecundum Thom. Parpal.in eadem l.ſi quis maior, num. 94. & ibi etiam Cagnol.num. 199. vbi loquitur quando contrauentio fuit facta, viuente eo, cui fuit iuratum. Nam tunc inquit ipſemet non eſt dubium quod pœnę l.ſi quis maior, tranſeunt etiam ad fauorem hæredis, & quod ſicut defunctus poterat petere iſtas poenas, quas incurrerat contraueniens, ita etiam petere poſſit defuncti hæres, qui in eius ius vniuersũ ſuccedit, & nu. 200.loquitur quando contrauentio non eſt facta viuente eo, cui fuit iuratum, ſed hæredi, & tunc dicit idem quando iuramentum, prout hodie fieri ſolet receptum fuiſſet pro ſe, & hæredibus, alias ſecus. Bolognet.num.22.Gabriell.lib.3.tit.de tranſact.concl. 1. * num.42.vbi de magis communi.

Contrarium quod imo iuramentum non tranſeat etiam ad vtilitatem hæredis illius, cui iuratum eſt, nec etiam ad eiuſdem ceſſionarium ſuadetur ex eo, quia ſicut iuramentum eſt, perſonale ex parte iurantis, ita etiam videtur perſonale ex parte eius, cui iuratur ſecundum Bald.Fulgoſ.& Roman.in l. Sed etſi hoc, in princip.ff.de in ius vocando, quos ſic dicentes refert, ſed cogitandum, relinquit Curt. Iun. in eadem l. ſi quis maior, num.25.

1157 Nunquid autem pœnæ l.ſi quis maior, C. de tranſactionibus, tranſeant contra ſingularem ſucceſſorem in quem res alienata fuit ſi poſtmodum alienans contraueniat, an agi poſſit per obſeruantem contractum iuratum ad recuperationem rei, vide Curt. Iun. in eadem l. ſi quis maior, num. 25. verſ.Septima dubitatio eſt, & num. 26. & ibi etiam Thom. Parpal.num.92.in 4. quæſt. vbi tenet negatiuam opinionem contrarium quod poenæ prædictæ tranſeant in ſingularem ſucceſſorem, verius credidit Cagnol. in eadem l. ſi quis maior, num.211. & ſeq. vbi proponit contraria, & illis reſpondet. Diſtingue vt per Bolognet.in eadem l.ſi quis maior, C.de tranſact.num.27.

1158 IVRAMENTO contraueniens ſi fuerit non ipſemet, qui iurauit, ſed iurantis hæres nunquid incurrat poenas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus vide Pariſ. in additionib. ad Bart. in eadem l. ſi quis maior, in princip. verſ. Nunquid autem hæres extraneus, & ibi etiam Alciat. Curt. Iun. Thom. Parpal. Cagnol. & Bolognett. qua in re dicas quod licet Gabriell. lib. tertio titul.de tranſactionibus concluſion.prima num. vigeſimoquinto, poſt Paul. de Caſtro in loco per eum relato dixerit poenas dict. l. ſi quis maior habere locum etiam contra hæredem iurantis contrauenientem. Contrarium tamen quod iuramentum ſit perſonale, & quod non liget hæredes quoad periurij pœnas, licet bene eos liget ad obſeruantiam iuramenti præſtiti per defunctum voluit Pariſ. in conſ. 54.num.100.lib.primo late Menoch. conſ. 355. lib. quarto, Andr. Facchin. controuerſ. iuris lib.primo cap.decimotertio, idem Pariſ. in additionib.ad Bart.in eadem l.ſi quis maior, in princip. litera A, verſ.Item ad id, quod dixi, & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georgio num. quinquageſimotertio, & ſequentibus, vbi tamen ſubdit quod ſi defunctus contraueniſſet tranſactioni iuratæ, & mortuus eſſet nondum data querela poſſet contra hæredem agi ex contrauentione defuncti, vt priuetur emolumento illius tranſactionis iuratę non quod ipſe hæres eſſet periurus, & infamia notaretur, ſed ex conuentione defuncti. Quod, & idem in ſubſtantia voluit Alciat. ibidem num. quadrageſimo, verſic. Sed quid in eius qui tranſegit hærede dicemus, vbi dixit hæredem ex proprio delicto conueniri non poſſe ad pœnas l. ſi quis maior, quia non iurauit & propterea cum non ſit periurus infamiæ pœna authoris perſonam non egreditur, aliæ tamen pœnæ ab eo exigi poſſunt, teneturque, & ipſe ad principalis contractus obſeruationem, quia talis iuramenti effectus etiam ad hæredem tranſit quod, & idem ibidem voluiſſe videntur Curt. Iun. num. vigeſimotertio, & vigeſimoquarto, Thom. Parpal.num. quadrageſimotertio, & num. nonageſimotertio, & ſeqq. quem vide diſtinguentem plures caſus, & præcipue, an contrauentio fuerit facta a defuncto, an vero ab hærede defuncti, de quibus etiam vide bene loquentem Cagnol.in eadem l.ſi quis maior, poſt num. 200. verſ. Secundus caſus, & ſequentib. & latius, Bolognet.num.vigeſimoprimo, & ſeqq.vſque ad num.vigeſimoſexto, Pariſ. & Grat. in locis relatis per Gabriell. dict.concluſion.prima, num. vigeſimoquinto, verſ. Contrarium, &c. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion.in verbo Lex concluſ. 224. num. vigeſimoquinto, & ſeqq. vſque ad num. trigeſimoprimo, & hæc ſit octaua ampliatio ad cuius materiam vide quæ dixi ſupra in tractat. de falſitate quæſtion. 160. num. 117. & ſeqq. & vide etiam Seraphin.deciſion. 805.num.quarto, vbi probatur, quod iuramentum non tranſit in hæredem quantum ad effectum periurij, ſecus quantum ad effectum obligationis ſuper quo, vide omnino bene declarantem Antonium Maſſam de obligatione Cameral. quæſtion. quarta, num. tertio, & ibi in additionibus Zacchiam etiam num.3.

1159 IVRAMENTO contraueniens incurrit pœnas l.ſi quis maior, C.de tranſactionibus, etiam quod con traueniat in modico, ex alleg. per Thom. Parpal.in eadem l.ſi quis maior num.106.in 11.quæſtion.Cagnol.num.194.in fine, verſ.Iuxta prædicta, & num. 196.vbi idem data contrauentione in vno capitulo, Gabriell.cum relatis per eum lib.tertio titul.de tranſactionib.concluſion.prima, num. quarto, Cephal. conſ.vigeſimoquarto, num. ſecundo, lib primo, Cardinal.Tuſch.cum alleg.per eum practicar. concluſio.

in

in verbo Lex concluſion.284.num. 14. cuius contrariũ,quod imo non incidat in pœnas l. ſi quis maior,C.de tranſactionib.qui iuramento contrauenit in modica re cum tunc præſumatur quis contrauenire potius propter iniuriam quam propter dolum voluit Paul.de Caſtr.qui tamen non loquitur in contrauentione minima, ſed in contrauentione in acceſſorijs, in conſ.378.col.1.prope finem verſ.Præterea iſte ſeruauit lib.1.ſicut illum refert Cardinal. Tuſch. pract. concluſ.in verbo Lex, concluſ.284.num.15. Alciat. in eadem l.ſi quis maior, num. 40. verſ. Sed quid ſi promiſſor,& ibi etiam Bolognett.num.99. in fine, Aym.in loco relato per Gabriell.vbi ſupra dict.concluſion.prima,num.quarto,verſ.Contratium.Et hæc ſit nona ampliatio,ad quam vide quæ dixi ſupra in titul.de falſitate, quæſtion. 159. num.ſeptuageſimo ſecundo.

1160 IVRAMENTO contraueniens tentans etiam, quod in effectu non contrauenerit adhuc incurrit pœnas l.ſi quis maior, C. de tranſactionib. ſic enim ſuaderi videtur in verbo Putauerit in eadem l.Poſitum, quod ſolum conatum etiam effectu non ſequuto ſignificare videtur cuius contrarium quod non ſequuto effectu pœnæ dict. l. ſi quis maior non habeant locum, & quod poſt verbum Putauerit ſit ſubaudiendum verba cum effectu, & ſic quod non ſufficiat ſola cogitatio voluit Claud.Seyſſel.in eadem l.ſi quis maior num.11. verſ.In textu ibi putauerit,& ibi etiam Cagnol.num.83.& Bolognett. num. 49. pro reſolutione vide allegatos infra in ſeq. ampliatione in qua plene declaraui an,& quando iuramento contraueniſſe quis dicatur,& vide etiam ſupra in tractat. de falſitate quæſtion.159.num.75. & hæc ſit vndecima ampliatio.

1161 IVRAMENTO contrauenire quis dicitur ad effectum incurrendi pœnas l.ſi quis maior, C. de tranſactionibus tribus modis videlicet, vel interpellando iudicem, vel ſupplicando Principibus,vel non adimplendo promiſſa,text. ad litteram in eadem l.ſi
* quis maior, & ibi communiter notant omnes Doctores ampliantes hanc concluſionem etiam lite non conteſtata,& loquentes non ſolum in eo qui promiſit,& iurauit non contrauenire, ſed etiam in eo, qui promiſit, & iurauit ratum habere, vel de non mouendo controuerſiam,vel de non agendo,& his ſimilia, de quibus per gloſ.in eadem l.ſi quis maior, in verbo Iudicem, & in verbo Supplicando, & in verbo Principibus,& ibi etiam Iacob.Butrigar.colum.2. in princip. verſ.Item nota quod quis iudicem impetrando, & verſ. ſeq. & paulo infra in verſ. Oppono quod ſola interpellatio, Cyn.num.1.in 2.oppoſit. Bar.num.2. verſ.Nota quod hic dicitur,& num.3. Bal. num.2.in 2. notab. & num. 7. & ſeqq. Odofred. num.2. verſ. Hor ſignori, Ang. num. 3. Paul. de Caſtro num. 3. verſ.Secundo nota Fulgoſ.num.quarto, Salicet. nu. tertio, & num.vndecimo, & duodecimo,& tertiodecimo, quem omnino vide bene hanc materiam declarantem, Alexand.num.quinto,& ſexto, Roman. num. ſexto, Alberic.num.primo, & ſecundo, Iacobin.de Sancto Georgio num.48.Ioan.Faber.num.vigeſimoſeptimo in fine, & num. vigeſimo octauo, Alciat.num.vigeſimoſecundo, Thom.Parpal.num.vigeſimo octauo, & ſeq. quem omnino vide Cagnol. nu.
* 170.verſ.In eadem gloſ.& ſeqq.vbi de communi, & Bolognett. num. 50. Et hæc xij. ampliatio quam iterum vnico modo amplia, & limita pluribus modis vt infra... vſque ad num. 1168.

1162 IVRAMENTO contrauenire ſi dicitur quis ad effectum incurrendi pœnas l.ſi quis maior, C. de tranſactionibus per ſolam interpellationem iudicis, ſeu ſupplicationem coram Principe etiam lite non conteſtata, vt dixi ergo multo magis ſententia non
* expectata, vt per Doctor. communiter in eadem l. ſi quis maior, qui iuribus contrarijs reſpondet, & præcipue hanc concluſionem bene declaratam videas in eadem l.ſi quis maior, apud Iacob. Butrigar.colum.ſecunda, verſ. Hinc obſtat, Bar. num. 4. verſ. Oppono ad iſtud, Bal.num.nono, in 3. oppoſit. Fulgoſ. num.quarto, verſ. In ea gloſ. ad finem, Alexand.num.vndecimo, Roman.num. decimo octauo, Alberic. num.ſecundo, in fine verſ. Sed oppono, quod expectetur ſententia, Cyn. num. primo, colum. 2. verſ. Sed hinc obſtat, Bart. num. quarto, verſ. Oppono ad iſtud Sal. num. nono, in 4.oppoſ. Alberic.num.quarto, verſ. In ea gloſ. ad finem, Alexand. num. vndecimo, Roman.num.decimo octauo, Fulgoſ. num. ſecundo, in fine verſ. Sed videtur,& num.tertio, Iacobin. de Sancto Georgio,nu. quinquageſimo, & ſeq. Franc.Curt. in repetitione, num.59.

1163 IVRAMENTO contrauenire, licet quis dicatur per iudicis interpellationem ad effectum incurrendi pœnam l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus etiam lite non conteſtata, vt ſupra dixi, eſt tamen neceſſaria citatio, & niſi pars fuerit citata interpellans pœnas prædictas non incurrit fuit opinio Pauli de Caſtro in dict. l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus num. tertio, in princip. & dicto num. tertio, verſ. Alio modo, vbi tamen quod hæc citatio non videtur neceſſaria in ſupplicatione pro interpretatione iudicis, & ibi etiam Roman. num. 6. Iaſ.num. decimoſeptimo, verſic. Similiter in primo caſu, Alciat.num.decimoquinto, & ſeqq. Riminal. num.ſecundo, Curt. Iun. num. decimotertio,& decimoquarto, vbi dixit hanc Caſtrenſ. opinionem eſſe magis æquam licet contrariam in puncto iuris veriorem affirmauerit. Et hæc concluſio confirmatur ex alia concluſione ſeu declaratione, quam mox infra dicam in ſeq.nu.1164.

Contrarium, quod per interpellationem iudicis abſque alia citatione incurrãtur pœnæ l.ſi quis maior C.de tranſactionib.voluit in eadem l.Alexand.num. quarto, verſ. Sed hoc non puto verum, & verſ. Seq.
* vbi teſtatur de communi Doctorum intellectu ad illam legem, & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georgio num.decimoſeptimo, Curt. Iun. num.decimotertio, &

& ſequen.vbi dixit hanc opinionem in puncto iuris eſſe veriorem,licet primam magis æquam teſtetur. Adde pro hac eadem Alexandri opinione in eadem, l. ſi quis maior,Franc.Curt.in repetitione, num. 29. Thom.Parpal.num.21.& ſeq.in 5.notab.vbi teſtatur de communi opinione Claud. Seyſſel. num. vndecimo,verſiculo In textu ibi ſupplicando,& num. 31. verſ.In Gloſ.in verbo Iudici,vbi quod ita communiter tenent Doct.Cagnol.num.84. verſ.Et quamuis, & Bolognetr. num. 50. verſ. De Natura autem iſtorum verborum, vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem.

1164 IVRAMENTO contrauenire dicitur quis per ſolam iudicis interpellationem, etiam lite non conteſtata ad effectum,vt incurrat pœnas, l. ſi quis maior, C.de tranſactionibus,dummodo aduerſarius coram eodem iudice comparuerit; ſi enim aduerſarius non comparuit ſola iudicis interpellatio non facit incurrere pœnas prædictas,fuit opinio Pauli de Caſtro in eadem l.ſi quis maior,num.3.verſ.Item intellige, & ibi etiam Alexand.num.4.verſ. Subdit etiam Paul.Roma.num.6.verſ.Item intelligas. Iacob. de Sancto Georgio,num.17.verſ.Addit ipſe Paulus,vbi dixit hoc dictum Pauli de Caſtro eſſe indubitabile, Franc.Curt.in repetitione, num.29. Thom. Parpal. num.26. Cagnol.num.87.& ſeqq.vbi quod in iudicando,& conſulendo ab hac opinione non eſt recedendum,licet contra eam aliqua adducat.

Contrarium quod etiam reo non comparente incurrãtur pœnæ prædictæ per ſolam iudicis interpellationem ex eo,quod etiam,quod reus non venerit,non per hoc fit quin actor inciderit in periurium & quia in hac materia non conſideratur comparitio partis;ſed principium iuridicum volentis contrauenire,voluit Bolognett.in eadem l.ſi quis maior,num. 50.ſub verſ.De Natura autem iſtorum verborum,& num.51.

1165 IVRAMENTO contrauenire, quis dicitur per ſolam interpellationem iudicis etiam non conteſtata lite ad effectum incurrendi pœnas, l. ſi quis maior,C.de tranſactionibus, quando quis promiſit, & iurauit non contrauenire,vt ſupra dixi:ſecus ſi promiſiſſet,& iuraſſet amplius non petere,quia tunc pœnæ prædictę incurruntur ex ſola interpellatione iudicis,etiam lite non conteſtata ad tex.in l.amplius, ff. rem rat.haber.& voluit gloſ.in eadem l.ſi quis maior in verbo Iudicem,& ibi etiam Iacob.Butrig column. ſecunda in princip.verſic. Oppono, quod ſola interpellatio,Cyn. num.quarto, verſic. Quartum eſt non petere, Bart. num. tertio, verſic. Quandoque quis promittit amplius non petere, Bald. num. octauo, Odofred.num.ſecundo, verſ. Ad quod vos ita dicetis, & verſic. ſeq.Ang.num.3.Fulgoſ.num.quarto, verſ.In eadem gloſ.Salicet.num.11.& num.12.verſ. Et ad l.3.reſpondc, vbi late de hac materia Aretin. num. ſecundo, in quinto notab. Iacobin. de Sancto Georgio, num. 51. Ioan.Faber num. 27. in fine, num.28.Alciat.num.21.Franc.Curt.in repetit.num. 58.in fine,vbi de vera, & communiter approbata opinione Thom.Parpal.num.28.Cagnol.num.170. & ſeqq.vbi de cõmuni, & in ſpecie reprobat Thom. Parpal.contrarium dicentem in eadem l. ſi quis maior,num.29.& illius argumentis bene reſpondet; & Bolognett.num.50.vbi pariter repræhendit Cagnol. in eadem l. num.171. conantem defendere aliam partem.

1166 Et ab hac opinione minime recedendum putarem, quamuis idem Parpal.in eadem l. ſi quis maior num.29.dixerit, quod quando in promiſſione de amplius non petendo adeſt etiam iuramentum tunc ex ſola petitione dicatur iuramento contrauentum incurranturque pœnæ l.ſi quis maior etiam lite non conteſtata. Bene verum eſt, quod ſi fuiſſet promiſſum,& iuratum non petere in iudicio,vel extra; tunc diceretur contrauentum iuramento per ſimplicem petitionem abſque conteſtatione litis, & ſic ſuccederet incurſus pœnarum, dicta l. ſi quis maior, vt in eadem l. voluit Claud. Seyſſel. num. 33. quem ibidem refert, & ſequitur Bolognett. num. 50. in fine principij, & poſt verſicul.De natura autem iſtorum verborum ibi, Et ſi verbo non petere additur verbum qualitercunque.

1167 IVRAMENTO contrauenire, licet quis dicatur per ſolam ſupplicationem iudicis etiam lite non conteſtata ad effectum incurrendi pœnas l. ſi quis maior, C.de tranſactionibus. Hoc tamen procedit & habet locum quando ſupplicans impetrato reſcripto illo vſus eſt aliter ſecus,& aliter dicere eſſet ſatis durum,& rigoroſum, & forte etiam in pract. non ſeruaretur,fuit opinio Pauli de Caſtro in eadem l. ſi quis maior,num.tertio,poſt verſic. Alio modo videtur venire contra, & ibi etiam hoc idem voluerunt Roman.num.ſexto,verſic.Secundo modo, Iacobin. de Sancto Georgio, num. decimo octauo, vbi dixit hanc ſententiam humanam,& æquam eſſe licet verba,dicta l.ſi quis maior repugnare videantur, Iaſon. num.decimoſeptimo,Alciat.num.decimo octauo, & ſeqq.Relati per Gabriell.lib.tertio, titul. de tranſactionib.concluſion.prima,num.octauo, verſic. Contrarium. Et hanc Pauli de Caſtro ſententiam conſulendo retulit Alex.in conſ.34.lib.primo,& in conſil.87.lib.quinto.

Contrarium quod ad incurrendum pœnas l. ſi quis maior, C.de tranſactionibus ſufficiat ſola impetratio iudicis abſque vſu reſcripti,& ſic contra Paul. de Caſtro,voluit Alex. ſibi contrarius in eadem l. ſi quis maior, num. quarto, vbi teſtatur de communi Doctorum intellectum ad illam legem, & ibi hoc idẽ voluit Riminal.num.ſecundo,Franc.Curt.in repetition.num.30.Thom.Parpal.num.23.& ſequen. in ſexto, notab. vbi poſt plura dixit non eſſe recedendum ab iſta Alexãdri opinione licet rigoroſo,Claud. Seyſſel.num.vndecimo,verſic.In textu ibi ſupplicando,vbi teſtatur de communi Cagnol.num. 85.& ſequentibus,& Bolognett. num. 52. vbi teſtatur hanc ſententiam eſſe tutiorem, & communem, & ab ea

non

non recedendum dummodo verba reſcripti ſint clara, per quæ apparet ſupplicantem voluiſſe contrauenire tranſactioni, quod propterea non ſufficeret generaliter dicere,quod petit ſibi dari iudicem ſuper cauſis, quas mouere intendit occaſione tranſactionis,cum poſſent lites abſque eo, quod voluiſſet tranſactioni contrauenire relati per Gabriel.vbi ſupra d. concluſ.1.num.8.in princ.

In hac contrarietate potes diſtinguere, vt prima opinio negatiua procedat, quando quis impetrauit tantum reſcriptum,& illum iudici non porrexit. Secunda autem opinio procedat, quando impetratum reſcriptum iudici præſentauit. Gabriell. lib. 3. tit.de tranſact.concl.1.num.9. poſt Bal. & Barbat.in locis per eum relatis.

Vide pro reſolutione Felin. in cap. Ex tenore, extra de reſcriptis,vbi late examinat,an per ſolam ſupplicationem ſine vſu reſcripti incidat quis in pœnam.

1168 IVRAMENTO contraueniens per interpellationem partis coram iudice incurrit pœnas l.ſi quis maior,C.de tranſaction. Etiam quod pœnitentia ductus vlterius non proceſſerit,& non perſeuerauerit,ſic enim reprobato Paul.de Caſtr. contrarium volente in eadem l.ſi quis maior,nu.3.verſ.Et quod perſeuerauerit, voluit Alex. in eadem l. ſi quis maior, num.4.poſt med. verſ. Subdit etiam Paulus, & ibi etiam Roman.num.6. verſ.Item, & 3. intelligas Iacobin.de Sancto Georgio,num.17.verſ.Addit ipſe Paulus,Thom. Parpal.num.27.Gabriell.lib. 3. de tranſaction.concluſ.1.nu.37. poſt Guid. pap. quem allegat in conſ.31.Card. Tuſch.pract. concl. in verbo Lex,concluſ.224. num. 70. Et hæc ſit xiij. Ampliatio.

1169 IVRAMENTO contraueniens incurrit pœnas l.ſi quis maior, C. de tranſactionib.ipſo iure ſecundum gloſ.in eadem l. in verbo Actione,& in verbo Priuatus,& ibi etiam Bart.num.10.verſ.Vlterius nota,Ang.num.6.Paul.de Caſtro,colum.1.num.3. verſic.Tertio nota, Fulgoſ. num. 5. Roman. num. 7. & num.10.Aretin.num.3.Iacobin.de Sancto Georgio num.39.Iaſ.num.25.in fine,verſ.Secundo limita, & nu.26.vbi in hac ſententia reſidere videtur Alciat. num.37.Riminal.num.3.Franc.Curt.in repetitione nu.41.& ſeqq. vbi ponit effectus iſtarum pœnarum ipſo iure incurſarum,Gabriell.lib. 3. titul. de tranſactionibus,concluſ.1.num. 30.Corn.conſ.246. num. 1.& ſeqq.lib.3.Card.Tuſch.pract.concluſ.in verbo Lex,concluſ.284.num.9.vbi de communi, & magis
* communi Doctorum ſententia. Et hæc ſit 14. Ampliatio,quam declara duobus modis, vt infra num. 1170.& ſeq.

1170 IVRAMENTO contraueniens licet incurrat pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus ipſo iure,eſt tamen ſemper neceſſaria ſententia declaratoria, ſic enim communiter ſentiunt omnes fere Doctores ſupra allegati, quibus addo in eadem l. ſi
* quis maior, Thom.Parpal.num.48.vbi de communi & ibi etiam Bolognett.num.84.Gabriell.lib.3.titul. de tranſactionibus,concluſ.1.num.31.vbi etiam refert Ruin.contrarium tenentem,Card.Tuſch. pract. concluſion.in verbo Lex,d.concluſ.284.num.9. & dixi iterum ſupra in tract.de falſitat. quæſtion. 160. num.165.

1171 IVRAMENTO contraueniens incurrit ipſo iure pœnas l.ſi quis maior,C.de tranſactionib.intellige,quoad pœnam infamiæ,& priuationis actionis, non autem quoad alias pœnas, videlicet reſtitutionis datorum,& receptorum reſpectiue,& ſolutionem pœnæ conuentæ ſecundum Bald. in eadem l. ſi quis maior,num.13.& ibi etiam Paul. de Caſtro, num. 3. verſ.Tertio nota,Salicet. num. 11. ad finem, verſic. Quæro ſecundo,Aretin.num.4.verſ.Tu vero bene aduertas,vbi amplius dixit ſolam infamiæ pœnam ipſo iure incurri. Alias vero tres pœnas non ipſo iure,ſed per ſententiam.Iacobin.de Sancto Georgio, num.39.& ſeq.Thom.Parpal.num. 76. Cagnol. nu. 144.in fine,verſ.xviij.nota,& ſeqq. vbi quod in iudicando ab hac opinione non eſt recedendum, quia communis, & mitior, & reſpondet contrarijs, Gabriell.lib. 3.titul.de tranſactionibus, concluſion. 1. num.32.& dixi ſupra in tract.de falſitate,quæſt.160 num.164.

Contrarium quod immo ipſo iure incurrantur omnes pœnæ impoſitæ in l.ſi quis maior,C.de tranſaction.propter iuramenti contrauentionem, & verius,& receptius eſſe teſtatur Alciat. in eadem l. ſi quis maior,num.37.& ibi etiam Riminal.num.3.vbi
* teſtatur communi, & veriori opinione Franc. Curt. in repetition.num.45.& ſeqq.Claud.Seyſſel. num. decimo octauo.

In hac contrarietate vide diſtinguentem Bolognett.in eadem l.ſi quis maior,num.89.vbi plene diſcuſſa quæſtione, & opiniones concordando dixit quod ſi pœnæ, vltra infamiam, & priuationem conſiſtunt in ſpecie, tunc incurrantur ipſo iure, & ſic procedat ſecunda opinio,ſi vero conſiſtant in quantitate, tunc requiratur ſententia condemnatoria, & ſic procedat prima opinio.

1172 IVRAMENTO contraueniens incurrit pœnas l.ſi quis maior, C.de tranſaction. in tantum, vt purgatio moræ non admittatur,Bartol.in eadem l.ſi quis maior,num.decimo in fine,verſiculo Et ex hoc nota,& ibi etiam Bald. num. duodecimo, verſiculo Item hoc iuramentum impedit purgationem moræ, Salicet.num.quarto,Alexan.num.quarto poſt med. verſiculo Sed certe iſtud vltimum, & num. ſeptimo, Roman. num. octauo, Iacobin. de Sancto Georgio, num.41. Alciat. num. 37. vbi teſtatur de receptiſſima Doctorum ſententia,Curt.Iun.num.36.& in repetione,num.44.Claud. Seyſſel. num. decimooctauo,& Bolognett.num.67.verſic.Sexto limitatur, & num. 90. Gabriell. cum relatis per eum,qui de communi teſtatur, lib. tertio, concluſion. prima, num. decimo, Corn. conſil. 246. num. tertio, & num. quinto, lib. tertio, Aymon. conſil. 246. num. 4.

Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Lex, concluſion. 284. num. decimo,& concl. 285. num. tertio.

Et hæc ſit decimaquinta Ampliatio; quam etiam declara tribus modis, vt infra num. 1173. & tribus ſequentibus.

1173 IVRAMENTO contraueniens incurrit pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, abſque eo, quod poſſit moram purgare intellige quoad pœnas, quæ ipſo iure incurrantur, prout eſt pœna infamiæ, & priuationis, ſecus in alijs pœnis, videlicet, quod reſtitutionem datorum, & ſolutionem pœnæ conuentionalis, vt per Paul. de Caſtro in eadem l. ſi quis maior, num. 3. verſ. Tertio nota, & ibi etiam Aretin. nu. 4. in fine, vbi amplius quod mora non purgatur ſolum quoad pœnam infamiæ, ſecus quoad alias tres pœnas, reprobato Saliceto contrarium dicente, Iaſ. nu. 25. verſ. Secundo limita, & nu. 26. vbi in hac ſententia reſidere videtur.

Contrarium, quod iuramentum impediat purgationem moræ quoad omnes pœnas contentas in eadem l. ſi quis maior, voluit ibidem Salicet. num. 4. in fine, verſ. Nota aliud, & ibi etiam Alexan. num. 7. vbi teſtatur de veriori opinione Iacobin. de Sancto Georgio, num. 41. & ſeqq. & ibi etiam Riminal. num. 3. Curt. Iun. num. 36. & in repetitione num. 45. & ſequentib. Thom. Parpal. num. 77. vbi teſtatur de communi Cagnol. num. 149. & ſeqq. vbi de communi, & Bolognett. num. 90. vbi etiam de communi Gabriell. lib. tertio, titul. de tranſactionibus, concluſion. prima, num. 11. in fine, vbi teſtatur de communi.

1174 IVRAMENTO contraueniens incurrit pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, ita quod non poſſit vllo pacto moram purgare, intellige hoc non procedere de æquitate Canonica, ſecundum quam etiam in dictis pœnis admittitur purgatio moræ: ſic enim ex præallegatis Doctoribus, plerique ſenſerunt, & in ſpecie Alciat. in eadem l. ſi quis maior, num. tertio, verſiculo Qua propter nec iure pontificio, Curt. Iun. num. trigeſimo ſexto, & in repetitione num. 49. Thom. Parpal. num. 77. verſiculo Et per hanc limitationem, & num. 79. vbi infert idem eſſe inter mercatores, Cagnol. num. 152. verſiculo Limita ſecundo, & ſequentibus, vbi pariter infert ad mercatores, & quod ab hac opinione tanquam mitiori, & benigniori non eſt recedendum, Marſil. ſingular. 463. verſic. Attamen de æquitate Canonica, Gabr. lib. 3. tit. de tranſactionibus concluſ. prima, num. duodecimo, Seraphin. de priuileg. iuramenti priuil. 48. num. octauo, qui de communi teſtatur Honded. conſil. trigeſimoquarto, num. 87. lib. ſecundo, Rot. diuerſor. deciſion. 277. num. quinto, parte ſecunda, & deciſion. 583. num. decimoquarto, parte prima, Caputaquen. deciſion. 231. parte ſecunda, Dixi aliquid ſupra in titulo de Carceribus, & Carceratis, quæſtione 34. num. 140.

Contrarium quod nec etiam de æquitate Canonica poſſit mora purgari in pœnis, dict. l. ſi quis maior, in foro fori, licet ſecus ſit in foro poli, voluit Claud. Seyſſell. poſt Alexan. quem allegat in eadem l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, num. decimo octauo, verſiculo Et procedit hoc, & Bolognet. num. nonageſimo primo, & ſequenti, Catellian. Cott. in memoralibus in verſiculo Mora, non obſtante iuramento, fol. mihi 470. Alexand. in l. ſi inſulam, num. trigeſimo octauo, ff. de verborum obligationib. Roman. conſil. 427. num. ſeptimo, Corſet. de iure iurando, quæſtione tertia, Corn. conſil. 121. num. tertio, lib. primo, Ruin. conſ. 198. num. ſeptimo, lib. primo, & conſil. vigeſimo, num. 41. lib. quarto, Pariſ. conſil. decimonono, num. 239. lib. ſecundo. Gabriell. cum relatis per eum dicta concluſion. prima, titul. de tranſactionib. num. duodecimo, verſiculo Poſtremo controuertitur, & ſequentibus, vbi pluribus hanc probat ſententiam, Riminal. Iun. conſ. 89. ſub num. vigeſimotertio, lib. primo, & conſil. 124. num. 69. lib. ſecundo, & conſil. 907. num. 40. & ſequenti, lib. ſeptimo. Et hanc opinionem veriſſimam, & ſequendam teſtatur Hector Felic. in tractat. de ſocietate, cap. vigeſimonono, num. 43. & hanc contrariam partem tenet etiam Setſerus in tractat. de iuramento, lib. primo, cap. vigeſimoquinto, num. 113. & 114. vbi etiam reprobat opinionem eorum, qui dixerunt inter mercatores, quandocunque moram purgari poſſe. Horum enim ſententiam receptam non eſſe, l. Quæ eam, & ratione carere affirmat.

1175 IVRAMENTO contraueniens licet non poſſit purgare moram ad effectum euitandi pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus; Hoc tamen tertio loco intelligendum eſt, vt non procedat, quando mora fuit modica parui interualli, & ſine partis præiudicio, tunc enim moram purgari poſſe in prædictis pœnis ſcripſerunt Bolognet. in eadem l. ſi quis maior, num. 67. ſub 6. limitatione, C. de tranſactionibus, & num. 90. ad finem, verſiculo Tamen dictum eſt verum, & num. 92. etiam in fine, verſ. Et ſic regula eſt, & num. 93. vbi idem, quando reus adimpleuiſſet pro maiori parte, & parum deficeret ad complementum obſeruantiæ promiſſorum. Nam tunc de æquitate Canonica admittitur purgatio ad euitandas pœnas, & hanc eandem declarationem poſuit Gabr. lib. 3. tit. de tranſact. concl. 1. num. 14. 19. & 26. vbi in hac ſententia reſidere videtur.

1176 Et hæc dicta ſufficiant de purgatione moræ ad quam materiam, an ſcilicet, & quando mora purgari poſſit ad euitandas pœnas d. l. ſi quis maior, C. de tranſaction. & præſertim de æquitate Canonica, vide Pomatum cum allegatis per eum in addit. ad Bartol. in eadem l. ſi quis maior, num. 11. littera D, & in eiſdem addition. Pariſ. in princ. littera A, & ibi etiam Alexand. num. 7. & ibi etiam Alciat. num. 37. verſic. Sed maior eſt ambiguitas, & nu. 38. Bolognett. num. 90. & ſequentib. Gabriell. lib. 3. titul. de tranſactionibus, concluſ. prima, num. duodecimo, & ſeqq. Pariſ. conſil. 19. num. 196. lib. ſecundo, & num. 239. & ſequentibus, vbi facit regulam affirmatiuam cum

pluribus declarationibus, Neuizzan. conſ.6. ſub nu. duodecimo, Dec.conſ.452. num.duodecimo, & ſequentib. Gozzadin.conſ.57. vbi ponuntur octo declarationes, Aymon.conſil.246.num. quinto, Grat. reſponſ.93.num.48.& ſequentib. vbi pluribus modis declarat regulam, quod mora de æquitate Canonica purgari poſſit, Cæphal.conſ.25.per tot.in diſcurſu, Sarmient.ſelect.interpræt.lib.3.cap.5.num.3.Seraphin.de priuileg.iuramen.priuileg.48.num.8.& ſequentibus omnibus per tot. in diſcurſu Cardinal. Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Mora, concluſ. 379.in diſcurſu, Hector Felic. in tractat.de ſocietate cap.vigeſimo nono, num.40.& ſequentib. Cardinal. Tuſch.pract.concluſ.in verbo Lex, concluſ.284.nu. 10.& ſeqq.

1177 IVRAMENTO contrauenientem licet nonnulli dixerint non incurrere de iure canonico pęnas l.ſi quis maior, C. de tranſactionibus, vt videre eſt apud Alciat. in eadem l. ſi quis maior, num. 3. qua propter nec iure pontificio, quem ſequutus eſt Borgnin.deciſ.43.num.26. Contrarium tamen, quod de iure canonico, & in terris eccleſiæ locum habeat diſpoſitio pœnalis, l.ſi quis maior, C.de tranſactionib. poſt Grat. quem allegat voluit Gabriell. lib.3.tit.de tranſaction. concluſ.prima, num.48. Dec.conſ.452 num.duodecimo, verſiculo Nec obſtat. Riminal.Iun. conſ.89.num.23.lib.primo, & conſ. 124. num. 46. lib ſecundo, vbi teſtatur de communi opinione, & conſ.907.num.40.& ſeqq.lib.ſeptimo, quos etiam ſic dicentes refert, & ſequitur Hector Felicius in tractat.de ſocietate, cap.39.num.40. vbi dixit hanc ſententiam eſſe veram, & ſequendam, quia omnes leges ciuiles loquentes de contractibus dicuntur approbata de iure canonico, vbi canones illis non contradicunt ſecundum Abbat. Felin. & Dec. in locis ibi per eum relatis.

Et hæc ſit decimaſexta Ampliatio.

1178 IVRAMENTO contraueniens incurrit pęnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionib. non ſolum ſi contraueniat in committendo, ſed etiam in omittendo non adimplendo promiſſa, ſic enim omnes Doctores allegati, colum duodecima, aperte, & communiter concludunt, & in ſpecie ſic etiam voluit Salicet. in eadem l.ſi quis maior, num. quinto, in quarto notab.& ibi etiam Franc.Curt.num.31. Gabriell.lib. tertio, tit. de tranſactionibus concluſion. prima, num.26.

Et hæc ſit decimaſeptima Ampliatio.

1179 IVRAMENTO contraueniens incidit in pœnas l.ſi quis maior, C. de tranſactionibus, non ſolum ſi iurauit inuocato Dei nomine, ſed etiam ſi iurauit per ſalutem Principis, vt expreſſe cauetur in eadem l.final.& ibidem adnotarunt Bellapertic. colum. mihi ſecunda in princip. verſiculo Nam imperator eſt Sanctiſſimus, Bald. ante numerum primum in ſummario, & num.quinto in vltim.notab. Odofred. poſt numerum primum, verſiculo Idem ſi iurabit per ſalutem Principis, & num.ſecundo, Ang.num. ſexto in fine in vltimo notab. Salicet. num. nono, verſiculo Nota Principem turbari, & num.15.ad finem verſic. Oppono ad vltimam partem, Roman.num. duodecimo, Franc.Curt.in repetition.num. 53. in fin. in vltim. notab. Thom. Parpal. num. 82. in 28. notabil. Claud.Seyſſel.num.163.in fine, & ſequentibus, vbi etiam de materia, & Bolognett. num. 58. Gabriell. lib.tertio, tit. de tranſact.concluſ.prima, num.27.

Et hæc ſit decima octaua Ampliatio. Ad quam vide quæ dixi ſupra in tract.de falſit.quæſt.170.nu. 406.& ſeqq.

1180 IVRAMENTO contraueniens incurrit pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, etiam quod quis promiſiſſet ſimpliciter ſub fide ſua, Pariſ. in addit.ad Bartol.in eadem l.ſi quis maior, in princip.littera A, verſiculo Item, quod pœna huius legis, & ibi etiam Alexand.num.decimoſexto, qui teſtatur de veriori opinione Iacobin. de Sancto Georgio, nu. vigeſimotertio, & ſequentibus, vbi alijs relatis contrarium tenentibus, dixit ab hac ſententia in iudicando non eſſe recedendum, Iaſ.num. vigeſimo octauo, Ioan.Faber, num. vigeſimo nono in princip. Thom. Parpal. num.40. vbi teſtatur hanc opinionem communem, licet eam non ſequatur Cagnol. num. 100. & ſequentibus, vbi de communi, & late contrarijs reſpondet Gabriell. lib. tertio, titul. de tranſactionibus, concluſion. prima, num. 28. & num. 29. vbi alijs pluribus relatis concordantibus teſtatur de communi.

Et hæc ſit decimanona Ampliatio.

Contrarium voluit Alciat.in eadem l. ſi quis maior, num.25.& ſeqq.& ibi etiam Thom.Parpal.num. 40.licet primam ſententiam dixerit communem, & Bolognett.num.60. vbi poſt multa hanc in ſubſtantia firmat concluſionem, niſi appareat quod promittens ſub fide ſua voluiſſet intelligere de fide, quam quis habet ad Chriſtum, quod in dubio non præſumitur, quod & idem in ſubſtantia voluit Andr. Facchin.controuerſ.iuris, lib.1.cap. 12. verſ. Magis dubia eſt altera controuerſia, & ſeqq. poſt Alciat.& Couarr. in locis per eum relatis.

Multo magis prima opinio locum habebit, ſi quis promiſiſſet ſub fide Chriſti, Pariſ.ad Bartol. in loco præallegato, & ibi etiam Alciat.num.23.& ſeqq. vbi idem dixit in eo, qui iurauit per fidei religionem, Cagnol.num.102.

1181 IVRAMENTO contraueniens incurrit omnes pœnas l. ſi quis maior, C.de tranſactionib. non alternatiue, ſed copulatiue, quia iuramentum habet vim clauſulæ rato manente pacto, ſic enim communiter omnes Doctores concludunt in eadem l.ſi quis maior, & ibidem etiam poſt Bart.& Salicet. quos allegat Franc.Curt.in repetit.num.58. Claud. Seyſſel.num.23.& Bolognet.num.68.& num.71. Gabriell.cum alleg per eum lib. 3. tit. de tranſact. concluſ. 1. num. 34. Cephal.conſ.24.num.9.lib.primo, Card.Tuſch.pract.concl.in verbo Lex, concl. 285. num.primo.

Et

Et hæc ſit vigeſima Ampliatio.

1182 IVRAMENTO contraueniens incurrit pœnas l.ſi quis maior, C.de tranſactionib. etiam quod illud fuerit interpoſitum ex interuallo poſt contractum. Fulgoſ.in l.ſi quis maior,num.tertio,ad finem, C.de tranſact.Gabriel.lib.3.tit.de tranſact.concluſ. 1.num.35.& 39.Et hæc ſit xxj. Ampliatio.

183 IVRAMENTO contraueniens incurrit pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionib. etiam quod contractus ſuper quo iuramentum interponitur ſit nullus dummodo validetur per iuramentum ſecundum Gabriell.poſt Guidop. quem allegat tit.de tranſactionibus,concluſion.prima, num. 38. in princ. Et hoc verius putauit Bolognett.in eadem l.ſi quis maior,num. 35.

Contrarium quod tunc demum contraueniens iuramento in tranſactione interpoſito incurrit pœnas l.ſi quis maior, C. de tranſactionib. quando ſcilicet tranſactio,ſuper qua interponitur erat valida, vel aliquo modo valere poterat iure tranſactionis,vel pacti ſecus ſi nullo modo erat valida, quia tunc veniens contra eam etiam iuratam non incurrit pœnas l. ſi quis maior,C.de tranſaction.vt ibidem poſt Bar.per Paul.de Caſtro,num.4.verſ.Vnum tamen dico, Fulgoſ.num.ſexto,verſic.Et ideo ſubinfert multum ſingulariter,Bart. Roman.num. decimoquinto, Iacob. de Sancto Georgio,num.38 Franc. Curt. in repetitione,num.58.vbi tamen ſubdit ſe plurimum dubitare de hac concluſione Claud. Seyſſel. num.30. vbi, & ipſe,& hanc concluſionem admittit,quando contractus eſt nullus,quia contra bonos mores,vel contra vtilitatem publicam, ſecus ſi contra prohibitionem legis ciuilis, Guidop in conſ. 63. prout illum refert Gabriell.lib.3.tit.de tranſactionibus,concluſ. prima,num.38.verſ.Contrarium.

Et hæc ſit vigeſimaſecunda Ampliatio. Ad quam vide in tit. de falſit. ſupra quæſt. 160. num. 234. & ſeq.vbi poſui an iuramentum firmet contractum nullum,& an periurus ſit ille qui contrauenit iuramento præſtito ſuper contractu nullo.

1184 IVRAMENTO contraueniens incurrit pœnas l.ſi quis maior, C.de tranſaction. etiam quod iuramentum ſit nullum ſecundum Pomat. in addit. ad Bart.in eadem l. ſi quis maior in princ. littera A, qui tamen loquitur in iuramento illegitimo, parte præſente,& non citata relato Aym.conſ.191. num. ſeptimo,quem,& alios refert Mancin.in tract.de iuramento par.6.quæſt.9. num.4.

Et hæc ſit vigeſimatertia Ampliatio.

Contrarium, quod quando iuramentum non eſt validum iuramento contraueniens non incurrat pœnas l.ſi quis maior,C.de tranſactionibus, voluit Pariſ.in addit.ad Bart.in eadem l.ſi quis maior,in princip. litt. A, verſ. Et quod intelligatur de iuramento valido,Gabriell.lib.3.tit.de tranſact. concluſ. 1. nu. 57. poſt Alex. in loco per eum relato, Ang. Aretin. conſ.87. num. 50. verſ. Nec incidit,prout illum refert,& ſequitur Card.Tuſch.practic. concl.in verbo Lex,concl.224.num.54.

In hac contratietate diſtingue quod ſi iuramentum eſt nullum, vtputa, quia contra bonos mores a iure canonico,& tunc prima opinio locum habeat, ſecus ſi iuramentum ſolum ſit nullum, quia contra bonos mores reprobatos a iure ciuili ſecundum Thom.Parpal.in repet.dict.l.ſi quis maior,num.38. verſ.Septimo limitatur,C.de tranſactionibus.

Hucuſque ampliationes propoſitæ quæſtionis explicaui. Nunc ad limitationes progredior.

1185 IVRAMENTO contraueniens,vt incidat pœnas l.ſi quis maior,C.de tranſact. requiritur dolus, nec culpa ſufficit ſecundum Pariſ. in addit. ad Bart. in eadem l.ſi quis maior in princ.litt.A. verſ. Item quod ad has pœnas incurrendas,& ibi etiam Iacobin. de Sancto Georgio, num. 56.& ſeqq. vbi amplius, quod quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat a dolo, Aleiat.num.3.verſ.Addit Bal.& num.4.vbi reſpondet rationibus,quæ in contrarium adducuntur,Cur. Iun.num. 15. & ſeqq. vbi poſt multa concludit ab hac opinione in iudicando non eſſe recedendum, & in repetition.num.3.ad fin.verſ.Cui addatis quintũ, & num.4.Claud.Seyſſel. num. 40. & ſeqq. vbi de communi,Cagnol.num.185.& ſeqq. vbi de communi,& reſpondet contrarijs, & Bolognet. num. 107. vbi teſtatur de communi opinione Gabriell. lib. 3. tit.de tranſaction. concluſ. 1.num. 52. & ſeqq. vbi alijs relatis teſtatur de communi opinione Caſſad. deciſ.2.num.7.verſ.Verum eſt,tit.de iur.iuran.Cephal.conſ.24.num.14.lib.1.& conſ.265. lib.2. nu. 2.& ſeq.vbi alijs relatis teſtatur de magis communi Doctorum ſententia,Rolan.conſ.57.num.6.Rot.diuerſ.deciſ.277.num.6.par.2.Card.Tuſch.cum allegatis per eum pract.concl.in verbo Lex,concl. 224. num.64.vbi de communi Seraphin.deciſ.577.num. 6.& deciſ.617.num.1.& num.7. vbi amplius, quod iſte dolus debet plene,& concludenter, non autem præſumptiue probari.

Et hæc ſit prima limitatio, ad cuius materiam vide ſupra quæſtion. 160. num. 161. & ſequen. & eam amplia vt infra num.1186.Et declara vt infra num.1187.

Contrarium quod ſine dolo iuramento contraueniens incurrat pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, & quod ſufficiat lata culpa, voluit Iaſ. in eadem l. ſi quis maior,num.primo,& ſequentibus, Et in hac cõtraria opinione reſidere videtur Thom. Parpal. num.97.& ſequentibus,in ſexta quæſtione, & Bolognett. numero decimo ſexto; Vbi multa adducit pro, & contra, deinde diſtinguit, & eius diſtinctio potius reſpicit ignorantiam iuris, quam dolum, ſeu culpam, & demum in verſiculo Et ſic ſumma eſt concludit incurri periurium cum poenis contentis in l. ſi quis maior, ex ſola lata culpa ſine dolo non autem ex læui. Relati per. Gabriell: concluſione

prima, num. 53. verſiculo Contrariam partem. Et hæc contraria opinio facile poſſet procedere in contrauentione in omittendo, vtputa, in non ſoluendo in termino ad quam ſolam negli-
* gentiam ſufficere teſtatur communem Curt. in eadem l. ſi quis maior, num. 31. C. de tranſactionibus, ſicut illum refert Cardinal. Tuſch. practicarum concluſion. in verbo Lex, concluſ. 284. num. decimoſexto.

1186 Et iſto caſu retenta opinione eorum, qui dixerunt dolum requiri ad incurrendas pœnas dict. l. ſi quis maior, probata contrauentione cenſetur probatus dolus, qui propterea præſumitur ex eo quod quis non obſeruet promiſſa, & non facit ea quæ facere debet, ſcripſit Bolognett. in eadem l. ſi quis maior num. decimo ſeptimo, Cephal. conſil. 265. num. octauo, & ſequen. & num. decimo tertio, Roland. conſil. 57. num. 7. & ſeq. lib. primo, Cardin. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Lex, concluſ. 224. num. 49. vbi etiam allegat Rimin. Iun. in conſ. 122. num. 34. & ſequen. Seraphin. concl. 1059. nu. 2. & num. 5.

1187 Declara præmiſſam concluſionem, vt a dolo excuſet quælibet cauſa etiam iniuſta, & quælibet etiam iniuſta credulitas excuſat ad effectum euitandi pęnas l. ſi quis maior, Sic enim in ſpecie nonnulli ex præallegatis Doctoribus ſcripſerunt. Quibus addo Alciat. in eadem l. ſi quis maior, num. vigeſimo quarto, & ibi etiam Curt. Iun. num. decimoſeptimo, & in repetition. num quinto, verſiculo Imo etiam iniuſta, & temeraria, Thom. Parpal. ſub num. 97. & num. 102. Caſſad. deciſione ſecunda, num. ſeptimo in fine titul. de iure iuran. Cephal. conſil. vigeſimo quarto, num decimonono, lib. primo, & conſil. 265. lib. ſecundo, num. quarto, Roland. conſil. 57. num. decimo, & ſequentibus, lib. primo, Cardin. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Lex, concluſion. 224. num. decimo ſeptimo, poſt Caſtrenſ. in loco per eum relato, Seraphin. deciſione 1136. numero primo.

Contrarium quod in caſu l. ſi quis, C. de tranſactionibus, & quoad incurſum pęnarum in ea contentarum cauſa iniuſta non excuſet ex eo, quod ad incurrendas pęnas prædictas ſola culpa ſufficiat, & a culpa cauſa iniuſta non excuſa, voluit Bolognet. in eadem l. ſi quis maior num. 16. in fine, verſ. Et per hoc ſequitur.

1188 IVRAMENTO ſi contraueniat minor annorum vigintiquinque, qui in minori ætate iurauit incurrit pęnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus ita videtur de mente gloſæ in eadem l. ſi qnis maior in verbo Si quis maior, dum dixit hodie indiſtincte per Authen. ſacramenta Puberum iuramenta etiam minorum, qui impuberes non ſint ſeruari, & ibi etiam Cyn. num. ſecundo, verſiculo Quærit glo. in hac ſententia poſt alias relata reſidere videtur Gabriell. lib. tertio, titul. de tranſactionibus, concluſione prima, numero quinquageſimo nono.

1189 Alia fuit opinio Iacobi Butrigarij in eadem l. ſi quis maior column. ſecunda ante finem, verſic. Sed quid in minore, C de tranſactionibus, quod ſcilicet ſi minor iurat non contrauenire ratione minoris ætatis, & tunc non contraueniendo non incurrit pęnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, quia tunc tale iuramentum non facit aliud, quam quod ipſum repræſentet maiorem, ſed ſine iuramento; ſecus ſi iuraſſet non contrauenire ratione minoris ætatis, nec alia de cauſa. Tunc videntur duo iuramenta, quorum verum facit eum maiorem, aliud faceret eum cadere in pęnas dict. l. ſi quis maior. Et hanc Iacobi Butrigarij ſententiam ſequi videtur in eadem l. ſi quis maior. Alberic. num. quarto verſ. Cautus ergo Aduocatus.

1190 Verior, & magis communiter recepta videtur opinio contra gloſam, & Iacobum Butrigarium in loco præallegato, quod indiſtincte minor qui iurauit non contrauenire in minori ætate non incidat in pęnas l. ſi qnis maior, C. de tranſaction. Et hanc ſententiam amplexus eſt Bellapertie. in eadem l. ſi quis maior, columna tertia in fine, vbi propterea dixit, quod licet per Authent. ſacramenta Puberum Minor iurando repræſentetur maior, attamen repræſentatur maior non cum iuramento, ſed ſine; & ibi hoc idem voluit Bartol. num. primo, vbi relata diſtinctione Iacobi Butrigarij de qua mox dicam indiſtincte tenet pęnas dict. l. non habere locum in minore ea ratione motus, quia iuramentum facit minorem, maiorem non vere; ſed interpretatiue, & ficte, & in pęnalibus interpretatio, & fictio non æquiparatur veritati, & ita etiam tenet Bald. ibidem num. ſexto, Ang. num. ſecundo, verſiculo Bartolus autem, Paul. de Caſtro num. ſecundo, verſiculo Nota quatuor neceſſaria, & num. quinto ad finem, verſiculo Sed Bartolus tenet, Fulgoſ. num. ſecundo, verſiculo Quod non placet Bartolo, Salicet. num. decimo verſiculo Sed Bartolus dixit, Alexand. num. decimo, Roman. num. primo in primo notab. & num. quinto, & num. decimotertio, Alberic. num. quarto, Aretin. ante numerum primum in ſecundo notab. & num. primo, Vbi proponit contrarium & illis reſpondet, Iacobin. de Sancto Georgio num quarto, & ſequen. Iaſ. num. vigeſimonono, verſiculo Capio, Gloſ. Alciat. num. tertio, verſiculo Vnde Bartolus, & num. ſeptimo, vbi teſtatur hoc eſſe receptiſſimum, & ampliat etiam in minore, qui veniam ætatis impetrauit, de quo dicam infra Riminal. ante numerum primum in princip. Curt. Iun. num. tertio, vbi quod
* Doctores tranſeunt communiter cum Bartolo, & in repetitione num. quinquageſimo quarto, & ſequentibus, vbi quod hæc eſt vera communis opinio omnium modernorum, Thom. Parpal. num. tertio, & ſequentibus, vbi quod cum opinione Bartoli omnes tranſeunt propter eius auctoritatem licet articulus videatur dubius, & nu. 8. vbi etiam quod requiritur an-

annos vigintiquinque fuiſſe completos, nec ſufficit annum vigintiquinque fuiſſe cæptum Cagnol.num. 25.& ſeqq.& num.165.verſ.Gloſa 1.vbi de communi,& Bolognett.num.36.vbi aliorum relatis opinionibus hanc defendit ſententiam,& nu.39. in fin.vbi pariter cum Parpalia;vbi ſupra ampliat vt ætas annorum 25.debeat eſſe perfecta,Rol.conſ.57.num.1. lib.1.Virgil.Boccac. in conſtit.Marchiæ,gloſ.2.nu. 86.in fi.Put.dec.123.par.3.

Et hæc ſit ſecunda limitatio,quam amplia duobus modis,& limita vnico modo, vt infra num. 1191.& duobus ſeqq.

1191 IVRAMENTO contraueniens is qui in minori ætate iurauit,non incurrit pęnas l. ſi quis maior, C.de tranſactionibus, etiam quod veniam ætatis impetrauerit,vel ex diſpoſitione iuris communis iuxta tit.C.de his, qui veniam ætatis impetrarunt, vel ex diſpoſitione ſtatuti volentis, puta, quod minor tot annorum habeatur pro minore, vt per Curt. Iun. in eadem l. ſi quis maior,num. vigeſimo tertio, & ſequentibus, vbi proponit contraria, & illis reſpondet, & ibi etiam hoc idem voluit Alciat.numero ſeptimo, Gabriell.cum alleg.per eum libro tertio titulo de tranſactionibus concluſion. prima, num. 69.

Contrarium quod pœnæ prædictæ habeant locum in minore contrauenienteiuramento ſi vigore ſtatuti fuit habitus pro maiore, magis probabile dixit Bolognett.in eadem l. ſi quis maior,num.37.& 38. vbi tamen in hoc maximo conſideranda eſſe verba ſtatuti,quomodo fuerint concepta, vt ibi per eum.

1192 IVRAMENTO contraueniens minor annorum viginti quinque, vt non incurrat pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus in dubio præſumitur iuraſſe tempore minoris ætatis, & qui contrarium dicit maiorem ætatem probare debet, & hoc quia qualitas maioritatis requiſita in l.ſi quis maior C. de tranſactionibus probari ſemper debet per eum qui allegat, vt in eadem l. ſi quis maior voluit Tho. Parpal.in primo notabil. num. quarto, & num. ſeptimo, vbi etiam quod iſto caſu non ſufficit contumacia rei non reſpondentes poſitionibus, & ibi etiam Bolognett. numero trigeſimo nono, vbi declarat niſi in inſtrumento iurans dixiſſe, & iuraſſet ſe maiorem, quia tunc ex aduerſo ſatis probatur eum fuiſſe maiorem, & creditur, ita eſſe nec ipſe contrarium dicens audiretur, Rolan. conſ.57.num. ſecundo.

1193 IVRAMENTO præſtito in minori ætate ſi maior factus contrauenit incurrit pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, ad hoc enim vt propter iuramenti violationem incurrantur pœnæ prædictæ attenditur tempus contrauentionis, & non iuramenti ſecundum Paul. de Caſtro in eadem l. ſi quis maior, num. decimoquarto, vbi propterea dixit attendendum tempus contrauentionis, & ibi etiam hoc idem voluit Cagnol. num. vigeſimo ſexto, & ſequentibus, Bolognett. num. 41. vbi dixit hanc ſententiam forſan in practica eſſe ſeruandam, licet contrariam in puncto iuris veriorem exiſtimat.

Contrarium quod iſto caſu non attendatur tempus contrauentionis; ſed iuramenti, & quod propterea minor factus maior contraueniens iuramento præſtito in minori ætate non incidat in pœnas, l. ſi quis maior,C. de tranſactionib. voluit Alciat.in eadem l.ſi quis maior, num. ſeptimo, verſiculo Et quid ſi minor iurauit, & ibi Bolognett. num.quadrageſimoprimo,vbi dixit in puncto iuris hanc opinionem eſse veriorem licet prima forſan in practica ſeruaretur.

1194 IVRAMENTO contraueniens non incurrit pœnas l.ſi quis maior, C. de tranſactionibus, quando quis contrauenit, & promiſsa non impleuit iuſſu iudicis ſecundum Iaſ.in eadem l.ſi quis maior,num. decimo octauo, verſ. Quid autem ſi non impleuit propter iuſſum iudicis, & num. decimonono, & ſequentibus,& ibi adde Iaſ.Ioan.Faber num.vigeſimo nono, verſ.Sed quæritur,quid ſi iuſſu iudicis, Curt. Iun.num.trigeſimo tertio,&in repetition.num.quarto,verſ.Et hoc vltimo Thom.Parpal.num. trigeſimo tertio,verſ.Tertio limitatur,& ſequentibus, vbi propterea infert ad ſequeſtrum factum debitori de mandato iudicis,ne ſoluat an, & quando ipſum excuſet Claud. Seyſſel.num.decimotertio,& Bolognet.num. 57.vbi teſtatur quod ita communiter tenent Doctores Gabriell.lib.tertio,tit.de tranſactionib. concluſ. prima,num.65.Et hæc ſit tertia limitatio ad quam vide quę generaliter dixi ſupra in tit. de pœnis temperandis,quæſt.97.num. 109.& ſeqq.

Et hæc ſit tertia limitatio.

Verum quando præmiſſa concluſio vera ſit,& de materia vide diſtinguentem Claud. Seyſſel. in eadem l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus,num.decimotertio, & ibi etiam Bolognett. num. quinquageſimoſeptimo in fine princip.verſ.Sed ego puto, & in verſ.Vnde facias regulam,vbi ponit plures declarationes in materla an,& quando iuſſus iudicis,& ſuperioris excuſet.

Idem,& multo magis procedit in eo qui contrauenit ex iuſſione,& mandato Principis ſecundum Guidopap.in conſ.trigeſimo primo,& ſingul. 320.quos in propoſito refert,& ſequitur Gabr. lib. tertio, tit. de tranſactionib.concluſion.prima, num.67. Egid. Bellamer.conſ.nono,num.decimoſeptimo,verſ.Sed pone,vbi conſuluit in eo,qui ante moram incurſam impetrauit a Principe dilationem refert eum, & ſequitur Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Lex,concluſion.224.num.59.vide ſupra in tit.de pœnis temperandis,quæſt.97.num.primo, & ſeqq.

1195 IVRAMENTO de ſoluendo vſuras contraueniens non incurrit pęnas l.ſi quis maior,C.de tranſaction. licet iuramentum ſeruare teneatur iuxta tex.in cap.Debitores extra de iure iurand. ſecũdum Thom.Parpal.in dict.l.ſi quis maior, num. 46. Qui

tamen loquitur, quoad pœnam infamiæ, ibi etiam Claud. Seyſſel. num. 38. Bolognett. num. 67. in fine in ſeptima limitatione, Gabriel. lib. 3. tit. de tranſact. concl. 1. nu. 70. Et hæc ſit quarta limitatio, ad quam vide Pariſ. cum alleg. per eum in add. ad Bar. in ead. l. ſi quis maior in princ. litt. A, verſ. Et ibi an iſta lex, Bal. in ead. l. ſi quis maior, nu. 2. verſ. Tenementi, vbi quod iſto caſu debet prius obtineri abſolutio a iuramento antequam agatur ad reſciſſionem contractus. Quod, & idē voluit ibid. Salic. nu. 6. verſ. Nota quod iurans ſoluere vſuras, Iacob. de S. Georg. num. 16. & nu. 64. Fran. Curt. in repet. nu. 27. & ſeqq. dixi latius hac de re ſupra in tract. de falſitate, quæſt. 160. num. 346. & ſeqq.

1196 IVRATAE tranſactioni contrauenire non dicitur, nec incurrit pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſact. is qui Principi ſupplicat pro reſciſſione tranſactionis ſecundum glo. in l. ſi quis maior in verbo Principibus, C. de tranſaction. cuius contrarium videtur probari in ead. l. ſi quis maior, dum ibi dicitur per ſolam ſupplicationem Principi porrectam dici contrauentiam iuramento, & incurri pœnas legis quod, & latius probaui, & reaſſumpſi ſupra num. 1161. & ſeqq.

Ideo pro reſolutione vide Pariſ. ad Bar. in eadem l. ſi quis maior in princ. littera A, verſ. Item nota ſingulariter, vbi propterea dixit, quod per ſupplicationem Principi porrectam non incurrit ſupplicans pœnas l. ſi quis maior ſi in ſupplicatione fit mentio de tranſactione ex Felin. quem allegat in cap. cæterum ad fin. extra de reſcriptis, & fuit opinio Card. Zabarell. in conſ. 22. Quod & idem voluit Iaſ. in eadem l. ſi quis maior, num. 17. ad fin. verſic. Iſtam legem limita.

Alciat. num. 20. verſ. Sed quid ſi is, qui Pontifici ſupplicauit, & verſic. Sed quid ſi quis hodie, vbi de hac materia diſtinguit inter ſupplicationem porrectam Principi ſeculari primo caſu facta in ſupplicatione mentione de tranſactione iurata ſi Pontifex gratiam facit, & dato iudice ſupplicationem ſignat ſupplicans non incidit in pœnas l. ſi quis maior, quia facit auctoritate Pontificis, qui iuramentum remittere poteſt. Secundo autem caſu, quando quis ſupplicat Principi ſeculari facta mentione iuramenti in ſupplicatione ſi Princeps expreſſe contraueniendi facultatem conceſſit cenſetur etiam abſtuliſſe pęnas a lege conſtitutas pro contrauentione, non tamen periurij pœnas a legibus Pontificijs ſtatutas ſubſtulit, quod ſi Princeps non expreſſe contraueniendi poteſtatem conceſſerit; ſed tantum iudicem dederit, & tunc nec etiam derogaſſe cenſetur pœnis l. ſi quis maior, vt ibi per eum, qui receptiſſimum teſtatur. Thom. Parpal. num. 30. vbi concludit per ſupplicationem datam Pontifici in qua fiat mentio iuramenti eccitari pœnas l. ſi quis maior ſi Pontifex expreſſe remittat iuramentum; ſecus ſi ſimpliciter reſcribat, & ſupplicans poſtea reſcripto vteretur Claud. Seyſſel. num. duodecimo, vbi ſimpliciter dixit, quod per impetrationem reſcripti a Papa facta mentione de iuramento, quis iuxta formam reſcripti contraueniendo non incurrit pœnas l. ſi quis maior, & num. trigeſimo quarto, & ſequentibus, vbi etiam dixit ſimpliciter, quod facta mentione iuramenti in ſupplicatione coram Papa porrecta, ceſſant pœnæ l. ſi quis maior ſecus coram Principe ſeculari, qui licet poſſit; ſi voluerit expreſſe remittere pœnas dict. l. vt puta dicendo: abſque alicuius pœnæ incurſu; non tamen poteſt dare licentiam veniendi contra iuramentum, Cagnol. num. 177. & ſequentibus, vbi etiam dixit, quod facta mentione de iuramento in ſupplicatione coram Papa cenſetur etiam ſignata ſupplicatione facta remiſſio iuramenti, ſecus ſi coram Principe ſeculari, & Bolognett. numero quinquageſimo tertio, in verſiculo Si tamen a Principe ſeculari, vbi facit concluſionem, quod ſi quis a Principe ſeculari impetraſſet licentiam contraueniendi; tunc euitaret pœnas dict. l. ſi quis maior, & numero quinquageſimoquarto facit aliam concluſionem, quod ſcilicet petens a Papa ſibi dari iudicem, vt poſſet venire contra tranſactionem iuratam, & Papa ſimpliciter daret iudicem videretur etiam tacite habilitaſſe ad agendum ſuſpendendo virtutem iuramento.

Et hæc ſit quinta limitatio.

1197 Et vide etiam in propoſito Bald. in eadem l. ſi quis maior, num. ſecundo, verſiculo Tenementi, C. de tranſactionib. vbi videtur concludere, quod antequam petatur reſciſſio contractus debet prius peti abſolutio a relaxatione iuramenti aliter ſic petens reſciſſionem dicatur periurus. Sed certe hæc declaratio eſt de indubitabili, quia in omni caſu petita abſolutione poteſt iuramento contraueniri abſque incurſu pœnarum, l. ſi quis maior, vt dicam in ſequenti limitatione.

1198 IVRAMENTO contraueniens non incidit in pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, quando prius quis obtinuit ab Epiſcopo abſolutionem a iuramento, vt per Alciat. in eadem l. ſi quis maior num. 20. verſiculo Sed quid ſi antequam quis contraueniat, vbi propterea dixit hodie hanc abſolutionem a iuramento ſolere concedi ab Epiſcopo, parte non citata ea ex cauſa, vt interim cognoſci poſſit. an iuramentum licite præſtitum fuerit. Et propterea contraueniens periurus non eſt niſi cum deinde appoſuerit licitum fuiſſe iuramentum Bolognett. in eadem l. ſi quis maior, num. decimoquinto in fine, verſiculo Quare concludendum eſt. Vbi teſtatur
* ita communiter tenere Doctores, & num. 53. vbi idem allegat Cardin. conſil. vigeſimoſecundo. Eamque huius concluſionis reddit rationem, quia ſcilicet ſic petendo abſolutionem non dicitur contrauenire, ſed contraueniendi ſine pœna licentiam petere, & numero nonageſimo quarto, verſiculo Vnde ſi hoc caſu.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

1199 Nunquid autem Papa debeat diſpenſare a pœnis, dict. l. ſi quis maior, vide Curt. Iunior in eadem l.

ſi

ſi quis maior nu. ſecundo, vbi poſt Paul. de Caſtro in
loco per eum relato concludit, quod Papa diſpenſa-
re non poteſt aduerſus pœnas a iure ciuili inductas,
licet bene diſpenſare poſsit a iuramento inducto a
iure canonico; ſed vide mel ius in eadem l. ſi quis ma
ior, Bolognett. num. decimoquinto, vbi arguit pro,
& contra, & poſtea diſtinguit, & tandem concludit
cum Paulo de Caſtro in loco præallegato, quod Pa-
pa non poteſt ſine cauſa tollere has pœnas ciuiles,
nec diſpenſare cum cauſa autem poteſt, vtputa quan
do allegatur iuramentum fuiſſe illicitũ, & iniuſtum;
tunc enim abſoluendo a iuramento poterit habilita-
re, & facere vt pœnæ ciuiles locum non habeant do-
nec cognoſcatur, an qui iurauit ſit periurus, nec-
nè iuxta communiter tradita in antecedenti num.
1198.

1200 IVRAMENTO contraueniens non incidit in
pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus. Quan
do iurauit non ſponte ſuo libero arbitrio, ſed aut pre
cepto iudicis, aut vigore ſtatuti, prout dicunt Docto-
res cogentis partes ad faciendum compromiſſum;
ſic enim arguendo a contrario ſenſu probatur in
dict. l. ſi quis maior in illis verbis: Nullo cogente im-
perio, ſed libero arbitrio, & voluntate, & ibi hoc
idem voluerunt Bart. poſt numerum primum, verſi-
culo Et ex hoc dico, Ang. num. ſecundo ad finem
verſiculo Ex hoc patet Paul. de Caſtro num. ſecundo
verſiculo Vnde ſi ex forma ſtatuti, Fulgoſ. num. ſe-
cundo, verſiculo Secundo principaliter nota, Sali-
cet. num. ſecundo, Alexand. num. ſecundo, Roman.
poſt numerum quintum, & num. 16. Aretin. num.
primo in fine in tertio notab. Iacobin. de Sancto
Georgio num. vndecimo, & ſequentibus, quem de-
clarantem videas Riminal. num. primo, Curt. Iun.
* num. ſexto, & ſequen. vbi teſtatur de communi, &
quod ab ea in iudicando recedendum non ſit, & in
* repetition. num. vigeſimo, vbi de communi Thom.
Parpal. num. duodecimo, & ſequentibus in quarto
* notab. vbi de communi Cagnol. num. 63. & ſequen-
tibus, & Bolognett. num. 42. vbi proponit contraria,
& illis reſpondet Gabriell. lib. tertio, tit. de tranſact.
concluſ. prima, num. 60.

Et hæc ſit ſeptima limitatio, quam amplia vno
modo, & ſublimita pluribus modis, vt infra vſque
ad num. 1206.

Verum quando præmiſſa concluſio vera ſit vltra
infraſcripta vide ſic declarantem Thom. Parpal. in
eadem l. ſi quis maior, num. decimoquinto, & ſequen
tibus, vbi ponit plures limitationes, in quibus non
eſt locus ſtatuto cogenti partes ad compromitten-
dum, & ibi etiam Cagnol. num. 63. & ſequentibus,
Bolognet. num. 42. & ſeqq. vſque ad num. 49. vbi la-
tiſſime.

1201 IVRAMENTO per metum extorto contra-
ueniens non incurrit pœnas l. ſi quis maior, C. de
tranſactionib. prout voluit gloſ. ibidem in verbo Im-
perio, & in verbo Et voluntate, & ibi etiam Roman.
num. decimo quinto in fine, vbi ampliat in quocun-
que metu etiam reuerentiali, & ſiue ſit iuſtus, ſiue
iniuſtus, Gabriell. lib. tertio, tit. de tranſactionibus,
concluſion. prima, num. 71. vbi idem etiam in iura-
mento præſtito ſuper contractu ſimulato, Cardinal.
Tuſch. cum allegatis per eum pract. concluſ. in verbo
Lex, concluſ. 224. num. 62. & ſequen. vbi ampliat
etiam metu purgato. Vide in quæſt. 160. num. 98.
& ſeqq.

Et hæc ſit octaua limitatio.

1202 IVRAMENTO ex neceſſitate ſtatuti præſti-
to contraueniens non incurrit pęnas l. ſi quis maior,
C. de tranſactionibus, quando ſtatutum expreſſe co
git ad iurandum, vtputa ad faciendum compromiſ-
ſum cum iuramento, ſecus ſi cogeret ad compromit
tendum, & de iuramento nihil diceret. Nam tunc
compromittens, & iurans, ſi iuramento contraueniat
incurrit pęnas dict. l. ſi quis maior niſi de conſuetu-
dine in compromiſſo iuramentum præſtari ſolitum
eſſe, quia tunc ſatis dicitur præſtitum ex neceſsitate
ſtatuti, & per contrauentionem dictæ pęnæ non in-
curruntur. Probantur hæc omnia per Alexand. ad
Bart. in eadem l. ſi quis maior, num. ſecundo, littera
F, in verbo Imperio, & ibi etiam Paul. de Caſtro
num. ſecundo, verſic. Idem Raphael dicit Alexand.
num. tertio, verſic. Secundo limita. Roman. num. 16.
& num. 17. Iacobin. de Sancto Georgio, num. vndeci
mo, verſic. Sed Bartolus, & num. duodecimo, verſicu-
lo Raphael Fulgoſius iuncto verſic. ſeq. vbi idem con
cludit, licet per diuerſa verba, Alciat. num. decimo
tertio, Curt. Iun. num. octauo, verſ. Secundo principa
* liter aduerte, vbi teſtatur de communi, & reſpondet
contrarijs Thom. Parpal. num. 17. in quarta limitat.
Claud. Seyſſel. poſt num. decimo, verſic. In textu ibi
nullo cogente imperio, Cagnol. num. 70. verſ. Quar-
to limitatur, & ſequentibus: vbi quod in practica
difficiliter contra iſtam opinionem obtineretur, licet
contrariam in puncto iuris veriorem affirmet Bolo-
gnett. num. 43. vbi hanc opinionem communem
exiſtimat Gabriell. lib. 3. tit. de tranſaction. concluſ.
prima, num. 61. & ſeq.

Contrarium, quod imò ſufficiat ſolum compro-
miſſum fieri ex neceſſitate ſtatuti, licet in compro-
miſſo iuramẽtum voluntarie apponatur ad effectum
incurrendi pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactio-
nibus voluit Iaſ. in eadem l. ſi quis maior, num. vige-
ſimoquarto, & ibi etiam Riminal. num. primo, verſic.
Subdit tamen, Paul. de Caſtro, Franc. Curt. in repeti-
tion. num. vigeſimoquarto, Cagnol. num. 70. verſic.
Quarto limitatur, & ſeqq. vbi hanc opinionem tan-
quam in puncto iuris veriorem bene defendit, & Bo-
lognett. num. 43. vbi hanc opinionem ſibi magis pla-
cere affirmat.

1203 IVRAMENTO præſtito in compromiſſo non
ex neceſſitate ſtatuti, ſi vt dixi ſtatutum non ad iu-
randum; ſed ſolum ad compromittendum compellat
ſi quis contraueniat ſicut incurrit pœnas l. ſi quis
maior, C. de tranſactionibus ſecundum opinionem
ſupra relatam in princip. Ita etiam eaſdem pęnas
in-

incurrit is quis fecit compromiſſum ſine iuramento laudum tamen ſubſequtum medio iuramento emologauerit,& non contrauenire promiſerit, vt per Fulgoſ. in eadem l. ſi quis maior, num. tertio, verſiculo Quid ergo diceris, Alexand.num.tertio in fine verſiculo Subdit etiam Fulgoſ.Roman.num.decimo ſeptimo, Cagnol. num.74. quem declarantem videas & Bolognett. num.47. verſiculo Quarto limita, vbi declarat,niſi ſtatutum diceret quod teneantur ſtare laudo.

Contrarium quod ad incurrendam pęnas l. ſi quis maior non ſufficiat ſolum iuramentum eſſe ſponte præſtitum niſi etiam, & pactum ſit ſponte initum. Ergo quod propterea iſto caſu licet iuramento emologans laudum teneatur obſeruare,non tamen incidit in pęnas, l. ſi quis maior, ſi compromiſſum non fuit ſponte factum, voluit Alciat. in eadem l. ſi quis maior,num.14.& ibi etiam Thom.Parpal. num. 17. in 5.limitatione.

1204 IVRAMENTO non ſponte, ſed ex neceſſitate præſtito contraueniens,licet,vt dixi non incurrat pęnas l.ſi quis maior,C.de tranſaction.debet tamen a iuramento prius obtineri abſolutio alioquin contraueniens in periurium incidit,vt per Salicet. in eadem l.ſi quis maior, num. decimo in fine, verſiculo Oppono de l.ǔnpoſit.& ibi Iacobin.de Sancto Georgio,num.64.& ſeq.

Et hæc ſit nona Ampliatio,& ni fallor indubitabilis,quia vt dixi ſupra num.1198.in omni caſu petita abſolutione a iuramento periurium non incurritur.

1205 IVRAMENTO non ſponte ſed neceſſitate præſtito contraueniens licet quis non incurrat pęnas,l.ſi quis maior,C.de tranſactionibus,eſt tamen aduertendum,quod qui dicit ſe iuraſſe non ſponte ſed metu,aut neceſſitate ſtatuti probare tenetur ex alleg.per Alexand.ad Bart.in eadem l. ſi quis maior num.ſecundo,littera F.Idem Alexan.in dict.l.ſi quis maior,num.ſecundo,verſiculo vnde qui allegat neceſſitatem Gabr. lib. 3.tit. de tranſactionibus concluſ.1. num.63. poſt Iaſ. & Felin. in locis per eum relatis.

Contrarium,quod in dubio compromiſſum præſumatur factum neceſſitate ſtatuti,non autem voluntarie tenuit Iacobin.de Sancto Georgio in eadem l. ſi quis maior,num.duodecimo,verſiculo Ego crederem,&ibi etiam Riminal.num.primo,Curt.Iun.num. octauo, & in repetitione,num.vigeſimo ad fin. verſic.Sed iſtam communem, & num. vigeſimo primo, & ſequen. Cagnol. num. 68. & ſeqq. vbi reſpondet contrarijs,& Bolognet.num.47.vbi ita concludit in ſubſtantia relati per Gabr.d.concluſ. prima, nu. 63. verſic.Contrarium.

1206 IVRAMENTO qui prius contrauenit non poteſt agere contra aduerſarium non adimplentem promiſſa & contrauenientem iuramento ad pœnas l.ſi quis maior,C.de tranſaction.& ſic vt pęnæ, dict. l.locum non habent,quando vterque eſſet in mora, & propterea agens ad pœnas prædictas debet prius probare pro parte ſua adimpleuiſſe ex alleg. per Pariſ.in addition.ad Bart.in eadem l.ſi quis maior in princip.littera A,verſiculo Item quod non implens ex parte ſua ex Alexand.in loco per eum relato Iacobin.de Sancto Georgio in eadem l. ſi quis maior, num.vigeſimo,Alciat.num.vigeſimoquarto,& num. 40.Curt.Iun.num.32.& in repetit. num.31. Thom. Parpal.num.32.in octauo notabil.& num. 105.in quæſtione decima,& num.107.in quæſtione duodecima,Claud.Seyſſel.num.46.Cagnol.num.195. verſiculo Et eodem modo, & num. 196. & Bolognett. num.99.Corn.conſ.246.num.ſexto, lib.3.Roland. conſ.57.num.17.& pluribus ſequentibus,lib.primo, & num.48.& ſequentib.Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Lex, concluſion. 224. num. 61.

Et hæc ſit nona limitatio, a qua non eſt recedendum.

Quamuis contrarium voluiſſe videatur Gabriell. poſt Grat. quem allegat lib. tertio, titul. de tranſactionib. concluſion. prima, Cephal. in conſil. 24. num.11.lib.primo.

1207 IVRAMENTO contraueniens, quando dubium eſt. An inciderit in pœnas l.ſi quis maior,C. de tranſactionibus, verius eſt non incidiſſe, quia eadem lex licet fauorabilis videatur ex eo, quod ad animæ noſtræ ſalutem pertineat iuſiurandum ſeruari,attamen videtur potius odioſa,& ſic non extendenda ad effectum incurrendi pœnas in ea contentas ex allegatis per Alciat. l.ſi quis maior, num. ſecundo, verſiculo Sed an hæc lex fauorabilis, & ibi etiam Claud.Seyſſell.num. ſeptimo, Cagnol. num. 33. & ſequen.Gabriell.lib.tertio,titul.de tranſactionibus, concluſion. prima, num. 72. poſt Grat. in loco per eum relato,Corn. conſil. 246.num.quinto,lib.3.Seraphin.deciſ.617.nu.6.& dec.1059.nu.3.& 1136. num.5.& 819.num.6.

Et hæc ſit decima limitatio.

Contrarium quod diſpoſitio, l. ſi quis maior, C. de tranſaction.cum pœnis in ea contentis ſit fauorabilis,& non odioſa poſt Iaſ.& Curt. in ead. l. ſi quis maior pluribus comprobat, & contrarijs reſpondet Bolognett.ibidem num.14.

1208 IVRAMENTO contraueniens licet incurrat pœnas,dict.l.ſi quis maior eſt tamen aduertendum, ſecundum Corn.in conſ.246.num.quinto,lib.tertio quod prædicta lex videtur nimis rigoroſa, & nimis dura, & vix in practica obtineatur, etiam quod concurrant omnia requiſita in eadem l. teſtaturque bis vidiſſe iudices volentes eam admittere Rol.conſ.57. num.46.& ſequentibus,vbi refert Corn.in loco præallegato,Seraphin.deciſ.1059.num.tertio, & deciſ. 1136.num.6.

Et hæc ſit vndecima limitatio.

Vide tamen Bolognett.in eadem l.ſi quis maior, C.de tranſact. num. 107. Vbi licet admittat pœnas d.l.raro practicari non tamen per hoc ſubdit diſpoſitionem

ſitionem, dict. l. eſſe correctam. Quod enim raro practicatur. Prouenit, primo quia in multis partibus Italiæ adſunt ſtatuta, quod admittatur purgatio moræ, vſque ad certum tempus. Secundo quia contrauenire volens iuramento, vt plurimum petit abſolutionem ab eo. Tertio quia pęnæ prædictæ ſecundum magis communem non incurruntur ſine dolo, & faciliter probatur cauſa propter quam quis excuſatur a dolo, & lata culpa.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM in ſupplementum, an, & quando in criminalibus deferendum ſit.

SVMMARIVM:

Iuramentum in ſupplementum regulariter non defertur in pœnalibus, & in cauſis criminalibus, num. 1209.

Iuramentum in ſupplementum non defertur in cauſa famoſa, num. 1210.

Cauſa famoſa qua dicatur num. 1210. verſ. Cauſa autem famoſa.

Iuramentum in ſupplementum non defertur in cauſa iniuriarum, num. 1211.

Iuramentum in ſupplementum non defertur in cauſa vſurarum. declara tribus modis, num. 1212

Iuramentum in ſupplementum non defertur, quando agitur de probatione doli, num. 1214.

Iuramentum in ſupplementum non defertur opponenti exceptionem excommunicationis, num. 1215.

Iuramentum in ſupplementum non defertur, vbi proceditur per Euangelicam renunciationem, num. 1216.

Iuramentum in ſupplementum non defertur in cauſit, quæ veniunt decidenda de rigore iuris, nu. 1217.

Iuramentum in ſupplementum non defertur contra obligatum ex delicto alterius, num. 1218.

Iuramentum in ſupplementum non defertur, quando agitur ad pœnas contentas in l. ſi quis maior, C. de tranſaction. num. 1219.

Iuramentum in ſupplementum non defertur accuſatori in cauſa ſimulati inſtrumenti, num. 1220.

Iuramentum in ſupplementum defertur in cauſis criminalibus, quando delictum fuit probatum pluſquam ſemiplene, num. 1221.

Iuramentum in ſupplementum defertur in criminalibus, quando agitur de pœna pecuniaria, num. 1222 Vbi declaratur quomodo procedat hæc concluſio.

Iuramentum in ſupplementum defertur in pœnalibus, quando agitur de pœna non principaliter, ſed incidenter, num. 1223.

Iuramentum in ſupplementum defertur in cauſa criminali ciuiliter intentata, num. 1224. Contra num. 1225. Declara vt ibidem verſ. Veritas eſt.

Iuramentum in ſupplementum defertur in cauſa criminali parua, & modici præiudicii, num. 1226.

Iuramentum in ſupplementum defertur quando agitur de pœna conuentionali, num. 1227.

Iuramentum in ſupplementum nunquam defertur in cauſa criminali, vel ciuili ardua, ſeu magnæ quantitatis etiam, quod fuerit pluſquam ſemiplene probatum, vel vbi alias de iure deferri deberet niſi is cui iuramentum defertur fuerit honeſta perſona.

Iuramentum in ſupplementum nunquam defertur in cauſis criminalibus, vbi non conſtat delictum eſſe commiſſum, num. 1229.

1209 IVRAMENTVM in ſupplementum regulariter non defertur in pęnalibus, & in cauſis criminalibus, Bal. in l. 1. num. 6. C. de his, quæ pęnæ nomine, Dec. in rubr. de probation. col. penul. verſ. Et ideo, vbi aliqua pęna committitur, Alex. in l. 3. nu. 12. ff. de iur. iur. qui teſtatur de communi, Iaſ. in l. ait prætor in princ. nu. 19. ff. eod. Igneus in repet. §. Non alias, poſt nu. 201. ff. ad Sillan. Marſil. in l. maritus, nu. 13. ff. de quæſt. in pract. crim. §. expedita, nu. 74. & ſing. 635. & in l. de minore, §. tormenta, nu. 2. ff. de quæſt. Soccin. reg. 8. Fallen. 12. Corn. conſil. 172. num. 1. lib. 3. Dec. conſ. 458. num. 4. & conſ. 424. nu. 10. Soccin. conſ. 136. num. 2. lib. 1. & conſ. 155. num. 2. lib. 2. Cephal. conſ. 141. num. 2. lib. 1. Herculan. in tract. de negatiua, num. 235. & nu. 279. vbi teſtatur de magis communi Doctor. reſol. Clar. qui alios de communi teſtantes refert in pract. §. fin. quæſt. 63. in princ. Mattheus in ſuis regulis criminalibus poſitis poſt eius communes opiniones verſ. In mere criminalibus, vel pęnalibus, vbi de magis communi, Pract. Conrad. rubr. de iuramento, num. 5. verſ. Secundus ideo caſus eſt, vbi de communi Suarez in commun. opin. littera I, nu. 312. Gomez de delict. c. 12. rubr. de probationib. delictor. num. 9. ante med. verſ. Vnum tamen eſt, vbi quod ita communiter tenent Doctores, Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 464. num. 1. centur. 5. vbi pariter de communi, & huius concluſionis duas affert rationes, Ioſeph. Ludouic. dec. Lucenſ. 42. nu. 18. par. 1. Andr. Gayl. obſeruat. 108. num. 12. lib. 1. vbi quod ita communiter concludunt Doctores ſintagm. comm. opin. par. 1. tit. de iur. iur. cap. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum colum. 4. verſ. xxi. fallit in pęnis, & col. 8. ante med. verſ. Sexageſimo ſecundo fallit, & cap. 16. verſ. Primo, vbi teſtatur de receptiori Doctorum ſententia, & verſ. In criminalibus, Maſcard. qui plures de communi teſtantes refert de probationib. lib. 2. concluſ. 864. nu. 22. Pacia. de probat. lib. 1. cap. 39. nu. 11. & ſeqq. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 33. num. 101. & ſeqq. vbi late diſputat de ratione huius concluſionis Card. Tuſc. cum alleg. per eum pract. concl. in verbo Iuramentum, concl. 540. nu. 99. Mancin. in tract. de iuramento par. 2. art. 6. num. 11. Setſer. de iuram. lib. 4. cap. 14. nu. 8.

Hæc

Hæc regula habet ſuas Ampliationes, & Limitationes de quibus infra.

1210 IVRAMENTVM In ſupplementum non defertur in cauſa famoſa ſecundum Curt. ſeniorem in repetitione l. admonendi ſub num. 314. ff. de iure iurando, quem refert Cephal. conſil. 227. num. 1. lib. 2. Pract. Corrad. rubr. de iuramento num. 5. verſ. Quarto infertur ex Iaſ. quem allegat in d. l. Admonendi num. 268. Suarez in commun. opin. littera I, num. 308. vbi teſtatur communem ex Blanch. quem allegat in tract. de Iudicijs num. 175. Syntagm. communi opin. par. 3. tit. de iure iurando, cap. 12. rubr. de Iuramento in ſupplementum, col. ad finem verſ. Sexageſimo ſexto fallit, & cap. 16. verſ. Ius iurandum in cauſis ad famam attinentibus Setſerus in tract. de Iuramento. lib. 4. cap. 14. num. 5 & ſeqq. Vbi pluribus hanc probat ſententiam.

Cauſa autem famoſa quæ dicatur, vide Cephal. d. conſ. 127. num. 2. vbi quod videtur cauſa famoſa illa, quæ reſpicit exiſtimationem alicuius nobilis viri, & nu. 3. vbi quod cauſa dicitur famoſa quando agitur de contrauentione iuramenti num. 3. & ſeq. declarat cauſam famoſam non dici eam quæ irrogat infamiam facti, & ſic quæ lędit alicuius opinionem apud bonos & graues viros, ſed tantum eam quæ iuris infamiam irrogat, & hoc tripliciter contingit, vel ipſo iure vel per ſententiam, vel ex genere pœnæ, & num. 19. & ſeqq. pariter declarat ex contrauentione iuramenti, tunc demum oriri cauſam famoſam, quando periurium conſiſteret in iuramento promiſſorio de futuro, non autem in aſſertorio de præterito, Mancin. in tract. de iuramento par. 2. art. 6. num. 12.

Et hæc ſit prima Ampliatio propoſitæ regulæ.

1211 Et hinc infertur, quod iuramentum in ſupplementum, nec etiam defertur in cauſa iniuriarum, quia famoſa eſt, Ioan. Andr. in cap. cum & ſint partium iura num. 107. in Gloſ. final. in fin. de reg. iur. in 6. Guidop. dec. 142. Incip. Franciſca nunc vxor, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Car. Tuſc. pract. concluſ. in verbo iuramentum concluſ. 540. nu. 120. Syntag. commun. opin. cum alleg. per eum par. 1. tit. de iure iurando c. 12. rub. de Iuramento in ſupplementum col. 8. in fi. verſ. & per hęc dici poſſet, & ſeq.

Et hæc ſit ſecunda Ampliatio.

1212 IVRAMENTVM in ſupplementum non defertur in cauſa vſurarum, Iaſ. in l. admonendi, num. 279. ff. de iure iurando, prout illum refert Pract. Corrad. rubr. de iuramento, num. 5. in 5. illatione Syntagm. commun. opinion. par. 1. tit. de iure iurando, cap. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum col. 8. verſ. Sexageſimo quinto fallit. Maſcar. de probatio. lib. 2. concluſ. 954. ſub num. 43. Seraphin. de priuil. iuramenti priu. 33. num. 128.

Et hæc ſit tertia Ampliatio.

Declara concluſionem non procedere, Primo quando aliqua præſumptio ſit in contrarium, ſecundo quando fuiſſet pluſquam ſemi plene probatum, tertio quando agitur de repetitione vſurarum His in quam tribus caſibus iuramentum in ſupplementum defertur etiam in cauſis vſurarum ex alleg. per Seraphin. de priuileg. iuramen. priuil. 33. num. 128.

1213 IVRAMENTVM in ſupplementum, nec etiam defertur in cauſa ſyndicatus contra iudicem, vtputa imputatum de iniuſtitia, ſeu Barattaria; Bal. & Angel. in l. final. in fine. Vbi de ratio. agi oport. Tunc enim non de læui, ſed de graui præiudicio dicitur agi. l. Iudices C. de dignitatibus lib. 2. & voluit Iaſ. in loco relato in ſyntagm. commun. opin. par. 1. tit. de iure iurando, c. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum col. 3. verſ. 13. fallit: vbi etiam refert Curt. in l. admonendi dubitantem, & arguentem contra hanc concluſionem Maſcar. de probation. lib. 2. concluſ. 954. num. 28. Seraphin. de priuil. iuramenti priuil. 33. num. 60. & ſeqq. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo iuramentum concluſ. 539. num. 27. Mancin. in tract. de iuramento par. 2. art. 6. nu. 35.

Et hæc ſit quarta Ampliatio.

1214 IVRAMENTVM In ſupplementum non defertur, quando agitur de probatione doli Bal. in l. 1. C. Qui & aduerſus quos, relatus in ſyntagm. commun. opin. par. 1. tit. de iure iurando, cap. 12. rubr. de iuramento in litem col. 4. verſ. xx. fallit. Caccialup. in l. admonendi, n. 157. & ibi etiam Curt. n. 213 & Ptolomeus nu. 48. ff. de iur. iur. Maſcar. de prob. lib. 2. concluſ. 954. num. 24. Seraphin. de priuil. iuramenti priuil. 33. nu. 97. & ſeqq. Card. Tuſc. pract. concluſ. cum alleg. per eum in verbo Iuramentum, concluſ. 540. num. 93. 94. & 95. Vbi infert quando agitur contra Hæredem, quod non deſcripſerit omnia in inuentario num. 96. & 97. vbi pariter infert quando agitur contra occultantem ſcripturas, Mancin. de iuramento par. 2. art. 6. nu. 19.

Et hæc ſit quinta Ampliatio.

1215 IVRAMENTVM in ſupplementum non defertur obijcienti exceptionem excommunicationis in vim dilatoriæ, & eam probanti per vnicum Teſtem, Curt. Iaſ. Franc. & Roman. in locis relatis in ſyntagm. commun. opin. par. 1. tit. de iure iurando c. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum col. 5. verſ. xxxij. fallit. Seraph. de priuil. iuramenti priuil. 33. num. 180. & ſeqq. Mancin. in tract. de iuramento par. 2. art. 6. nu. 37.

Et hæc ſit ſexta Ampliatio.

1216 IVRAMENTVM in ſupplementum non defertur, vbi procederetur per denunciationem euangelicam Bal. & Iaſ. in locis relatis in ſyntagm. commun. opin. par. prima tit. de iure iurando cap. decimoſecundo, rubric. de iuramento in ſupplementum colum. quinta in fine, verſic. Trigeſimo quarto fallit, Curt. iun. in repetition. l. admonendi num. 128. ff. de iure iurando, refert eum & ſequitur Seraphin. de priuil. iuramenti priuileg. trigeſimotertio num. 191. Mancin. in tractat. de iuramento

mento par. ſecunda art. ſexto num. octuageſimo octauo.

Et hæc ſit ſeptima Ampliatio.

1217 IVRAMENTVM in ſupplementum non defertur in cauſis, quæ veniunt decidendæ de rigore iuris, Bal. in loco relato in ſyntagm. commun. opin. tit. de iure iurando cap. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum col. 7. ante medium, verſ. Quinquageſimo primo fallit. Mancin. cum alleg. per eum de iuramento part. 2. art. 6. num. 43.

Et hæc ſit octaua Ampliatio.

1218 IVRAMENTVM in ſupplementum non defertur quando agitur contra obligatum ex delicto alterius, Bal. Bart. & Curtius in locis relatis in ſyntagm. commun. opin. par. 1. tit. de iure iurando cap. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum col. 7. poſt med. verſ. Quinquageſimo quinto fallit. Mancin. de iuramento part. 2. art. 6. num. 105. Vide ſupra num. 1053. & ſeq.

Et hæc ſit nona Ampliatio.

1219 IVRAMENTVM in ſupplementum non defertur quando agitur ad pœnas contentas in l. ſi quis maior, C. de tranſactionibus, Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 540. num. 117. poſt Alex. & Rolan. in locis per eum relatis.

Et hæc ſit decima Ampliatio.

1220 IVRAMENTVM in ſupplementum non defertur accuſatori in cauſa ſimulati inſtrumenti ſecundum Anchar. in conſil. 327. incip. Ad corroborationem num. 6. & ſeq. & per tot. quem ſic dicentem refert, & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 540. num. 119.

Et hæc ſit 11. Ampliatio.

1221 IVRAMENTVM in ſupplementum defertur etiam in cauſis criminalibus, quando delictum fuit probatum pluſquam ſemiplene ex allegatis per Roman. in l. admonendi num. 104. ff. de iure iurando. Alex. in l. 3. in princ. num. 14. ff. eodem, & in d. l. admonendi num. 50. Curt. iun. conſil. 161. ſub num. 67. verſ. Poſtremo nota, qui teſtatur de communi, de qua teſtatur etiam idem Curt. in d. l. admonendi num. 67. verſ. Poſtremo nota Herculan. in tract. de Negatiua num. 235. & num. 279. vbi teſtatur de magis communi Doctorum reſolutione Cephal. conſil. centeſimo quadrageſimo primo, num. vigeſimo, lib. primo, & conſil. 222. num. vigeſimo ſeptimo, Clar. in pract. S. final. quæſt. 63. num. ſecundo verſ. Scias autem, vbi etiam de communi, Menoc. de arbitrar. quæſt. lib. ſecundo caſu 464. num. ſeptimo, & octauo, qui tamen licet hoc iudicis arbitrio relinquendum putauerit, iudicem tamen debere hoc iuramentum affirmat perſonæ honeſtæ, & quæ pluſquam ſemiplene ſuam intentionem probauerit Alexand. Srrat. in pract. iudic. cap. vigeſimo, num. decimotertio, Syntagm. commun. opinion. par. prima, titul. de iure iurando cap. decimoſecundo rubric. de iuramento in ſupplementum colum. octaua ad medium verſiculo Limitat ſecundo, & colum. nona in princip. vbi pariter dixit hoc eſſe Iudici arbitrarium, Maſcard. de probation. lib. ſecundo concluſio. 864. num. vigeſimo tertio, vbi idem admittit quando pro Accuſato vltra ſemiplenam probationem aliquæ aliæ concurrerent coniecturæ, & concluſ. 954. num. trigeſimo quarto vbi etiam de communi Pacian. de probation. lib. primo cap. trigeſimo nono, num. decimo octauo, Seraphin. de priuil. iuramenti priuil. trigeſimo tertio, num. 109. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſio. 540. numero centeſimo.

Vide tamen Clar. in pract. S. final. quæſtione 63. num. ſecundo, verſ. Scias autem, vbi dixit quod in Practica ipſe hanc concluſionem non admitteret, præſertim ſi ageretur de pœna corporali etiam læui imponenda, & cum hac diſtinctione potes concordare contrarias prædictas opiniones vt ſcilicet ſi tractetur de pœna corporali Iuramentum in ſupplementum non deferatur in cauſa criminali etiam quod fuerit pluſquam ſemiplene probatum; ſecus ſi de pœna pecuniaria ſecundum Iaſ. in l. Ait Prætor ſub num. 21. in fine, verſ. Secundo limita, ff. de iure iurando. Boer. deciſ. 86. num. 5. Quos ſic diſtinguentes refert, & ſequitur Pacian. de probationib. lib. 1. cap. 39. num. 20. nec diſſentit Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 540. num. 100.

Et ab hac concluſione, quæ vt vides communiter recepta eſt minime recedas, quauis Soccin. & Afflict. in locis relatis per Cephal. d. conſil. 141. num. ſecundo, putauerint in pœnalibus deferendum iuramentum in ſupplementum etiam quod non fuerit pluſquam ſemiplene probatum, & quamuis etiam è contra idem Soccin. in conſ. 136. Præſtantiſſime Doctor, num. 6. circa ſecundum fundamentum lib. primo relatis in ſyntagm. commun. opinion. titul. de iure iurando cap. 16. verſ. In criminalibus dixerit indiſtincte tale iuramentum non deferri etiam quod fuerit pluſquam ſemiplene probatum teſtaturque de communi, & hanc eandem Soccin. ſententiam referat Pacian. de probation. lib. primo capitulo trigeſimonono, num. decimonono, verſ. Verumtamen in contrariam ſententiam, Cardin. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Iuramentum, num. 108.

Et hęc ſit prima limitatio propoſitæ regulę, quam declara vt infra num. 1228.

1222 IVRAMENTVM in ſupplementum licet non deferatur in criminalibus, & in pœnalibus, hoc tamen intelligendum eſt quando agitur de pœna corporali; ſecus ſi agatur de pœna pecuniaria, Cyn. in l. in bonæ fidei, num. ſecundo prope fin. C. de iure iurando, Roman. in l. tertia, in princip. num. ſeptimo in fine, ff. eodem Alex. conſil. ſexageſimoſexto viſo proceſſu colum. ſecunda, verſic. Iſtam opinionem, poſt nu. primum. lib. primo, vbi dicit hanc eſſe communem opinionem

nem Iaſ. in l. Admonendi, num. 225. & in l. Ait Prætor in princip. poſt num. vigeſimoprimo, verſ. iſtam principalem, ff. de iure iurando, Marſil. in l. maritus, num. 16. ff. de quæſt. Crot. in tract. de teſtibus, num. 307. Cephal. conſil. 141. num decimonono, & num. vigeſimo, verſ. Addo etiam quod, vbi agitur de pœna pecuniaria lib. primo, vbi & ipſe teſtatur de veriori & communi Doctorum ſententia, Clar. in pract. §. final. quæſt. 63. num. tertio, verſ. ſcias etiam, vbi alijs relatis teſtatur de communi, Practic. Corrad. rubr. de iuramento, num. quinto verſ. ſublimitat Iaſ. vbi etiam de communi ſyntagm. commun. opinion. par. prima titul. de iure iurando; cap. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum col. penult. in princ. & cap. 16. verſ. Primo ibi limita hanc communem vbi alijs relatis teſtatur de magis communi & ab ea in conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 540. nu. 12. Mancin. in tract. de iuramento art. 6. num. 11.

Contrarium quod etiam vbi agitur de pœna pecuniaria iuramentum in ſupplementum non deferatur in cauſis criminalibus voluerunt Alex. & Iaſ. in d. l. 3. in princ. ff. de iure iurando, quos refert etiam & ſequitur Suarez in commun. opin. littera I, num. 313. & ſeqq. ſyntagm. commun. opin. par. 1. tit. de iure iurando cap. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum col. penult. in princ. verſ. Dictum tamen Alexandri, & c. 16. verſ. Ius iurandum in cauſis ad famam attinentibus.

Et hæc contraria opinio licet contra communem prout teſtatur Cephal. vbi ſupra poteſt habere locum quando pœna pecuniaria applicatur fiſco, ſecus ſi parti fuit diſtinctio, Imol. in c. final. num. 12. ad finem extra de iure iurando quam ſequitur Soccin. conſ. 66. num. 28. verſ. Et hæc opinio, lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 39. num. 38. & nu. 121. in fine, Pariſ. conſ. 92. num. 30. lib. 1. prout hos ſic dicentes refert Cephal. d. conſ. 41. num. 22. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 540. nu. 167. vbi id ſi pœna pecuniaria parti applicatur, & partim fiſco.

Et in hac opinionum contrarietate aliqui dixerunt id totum remitti arbitrio Iudicis ſecundũ communem de qua poſt Igneum in loco per eum relato teſtatur Herculan. in tract. de negatiua num. 235. & nu. 279. vbi teſtatur de magis communi Doctorum reſolutione Cephal. conſ. 141. poſt nu. 22. Setſerus de iuramento lib. 4. c. 14. nu. 9.

Veritas eſt, quod ſi agitur de pœna pecuniaria parua poterit forſan procedere opinio affirmatiua, ſed ſi ageretur de pœna pecuniaria magna tunc abſque dubio præualeret opinio negatiua, cum & eo caſu nec etiam in ciuilibus locus eſt delationi iuramenti ſuppleti, vt ſuo loco dictum eſt, & colligitur hæc diſtinctio ex alleg. in ſyntagm. commun. opin. par. 1. tit. de iure iurando; c. 16. verſ. Iuramentum in ſupplementum fol. mihi 122. a tergo.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

1223 IVRAMENTVM in ſupplementum non defertur in pœnalibus quando agitur de pœna principaliter ſecus ſi incidenter. Cephal. conſ. 141. nu. 2. & ſeqq. lib. 1. vbi pluribus ſimilibus hanc concluſionem exornat, & eam exemplificat, quando quis ciuiliter agit contra aliquem, qui manum ſuam negauit, & extat ſtatutum, quod iſte talis negans ſuam manum puniatur ad duplum: tunc enim, inquit, ipſe etiã quod de hac pœna incidenter agatur, datur tamen actori iuramentum in ſupplementum ad effectum probandi ſcripturam eſſe ſcriptam manu illius, qui illam negauit. Maſcar. de probat. lib. 2. concl. 954. nu. 37.

Et hæc ſit tertia limitatio ad quam vide quę in ſimili dixi infra nu. 1244.

1224 IVRAMENTVM in ſupplementum defertur in cauſa criminali ciuiliter intentata ſecundum aliquo teſte, Clar. in pract. §. final. q. 63. in fine princ. quorum opinionem non admittit niſi quando non ageretur de actione famoſa, Pract. Corrad. rubr. de iuramento, num. 5. verſ. Secundo ſublimitat, vbi loquitur quando actio eſt priuata, & cauſa ſit leuis prę iudicij, alias ſecus, ex Iaſ. in loco per eum relato, Seraphin. de priuil. iuram. priu. 33. nu. 111. verſ. Tertio intelligo. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Iuramentum concluſ. 540. nu. 105. Setſerus de iuramento lib. 4. c. 14. num. 8.

1225 Contrarium quod in cauſa criminali etiam ciuiliter intentata non deferatur iuramentum in ſupplementum poſt Gloſ. in c. Tam litteris extra de teſtibus, voluerunt Ancharan. in c. mediatores in 3. notab. eodem tit. in 6. Iaſ. in l. admonendi nu. 226. ff. de iure iurando, vbi reprobat contrarium tenentes Marſil. in l. Maritus, num. 6. ff. de quæſt. & in pract. crim. §. Poſtquam num. 2. Dec. conſ. 37. in fine quos ſic dicentes refert, & ſequitur Menoc. de arbit. q. lib. 2. nu. 6. centur. 5.

Veritas eſt quod ſi cauſa criminalis ciuiliter intentata eſt magni præiudicij, tunc Iuram. in ſupplementum non defertur quia iſto caſu; nec etiam in cauſis mere ciuilibus eſt locus delationi huius iuramenti; ſecus ſi cauſa eſt modici pręiudicij, & eſt veriſſ. diſtinctio probata ex alleg. in ſyntagm. commu. opin. par. 1. tit. de iure iurando c. 16. verſ. Iuramentum in ſupplementum fol. mihi 122. a tergo.

Et hæc ſit quarta limitatio.

1225 IVRAMENTVM in ſupplementum defertur in cauſa criminali parua ſeu modici pręiudicij ſecundum Abbat. in loco relato in ſyntagm. Commun. opin. p. 1. tit. de iure iur. c. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum col. 8. ante med. verſ. limitat Curt. Seraphin. de priu. iur. priuil. 33. nu. 109.

Et hæc ſit quinta limitatio.

1227 IVRAMENTVM in ſupplementum defertur quando agitur de pœna conuentionali, & Actor eſſet perſona multum fide digna, & legalis. Aym. cum alleg. per eum in conſ. 21. nu. 9. refert eum, & ſequitur Seraphin. de priu. iuramenti priu. 33. nu. 110.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

IVRA-

1228 IVRAMENTVM in ſupplementum in cauſa criminali, vel ciuili ardua ſeu magnæ quãtitatis nunquam defertur etiam, vbi alias de iure deferri, vtputa, quia fuerit pluſquam ſemiplene probatum, niſi is cui defertur iuramentum fuerit honeſta perſona ex his quæ diximus infra nu.... & in ſpecie voluit Herculan. de negatiua, num. 235. Cephal. conſ. 141. ſub num. 20. ante med. & num. 22. in fin. & nu. 23. Pract. Conrad. rubr. de iuramento, num. 5. poſt 8. limitationem, Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 464. nu. 9. centur. 5. Benintend. deciſ. Bonon. 67. num. 6. Pacian. de probation. lib. 1. cap. 39. num. 18. & num. 21. vbi quod iſto caſu perſona legalis, & honeſta intelligitur non legalitate ordinaria: ſed vltra quam ius præſumit, & optimam reddit rationem, quia ſcilicet ſi in cauſis paruis legalitas ordinaria perſonæ a iure præſumpta requiritur, vt dixi col. 27. par. 2. multo maior legalitas arbitrio diſcreti iudicis requirenda eſt in cauſis magnis, & criminalibus, in quibus de maiori periculo agitur ex Soccin. quem allegat in conſ. 136. ſub num. 8. verſic. Secundo requirit. lib. primo.

Et hæc ſit ſublimitatio ad omnes præcedentes limitationes.

1229 IVRAMENTVM in ſupplementum nunquã defertur in cauſis criminalibus etiam in cauſis in quibus alias deferri deberet, vbi non conſtat delictum eſſe commiſſum, & ſic de illius corpore ex allegatis per Herculan. in tract. de negatiua, nu. 255.

Et hæc ſit altera generalis ſublimitatio.

ARGVMENTVM.

De iuramento purgationis.

SVMMARIVM.

Iuramentum purgationis in ſupplementum datur reo criminaliter accuſato littera l, num. 1230.

Iuramentum purgationis in ſupplementum non defertur reo, quando agitur de pœna corporali, littera l, num. 1231.

Iuramentum purgationis in ſupplementum non defertur reo criminaliter accuſato, quando alia via quam per iuramentum diffamatio purgari poteſt, num. 1232.

Iuramentum purgationis in ſupplementum reo accuſato ad hoc vt deferatur a iudice, an ſit neceſſe, quod ipſe reus aliquid probauerit, & quid, & an deferatur, quando accuſator accuſationem probauit, & quomodo, num. 1233.

Iuramentum purgationis in ſupplementum, reo criminaliter accuſato non defertur de conſuetudine in vrbe, & ſtatu Eccleſiaſtico, num. 1234.

1261 IVRAMENTVM purgationis ſuppletiuum in cauſis criminalibus defertur a iudice reo, & ſic per iuramentum probatur negatiua delicti, vt in l. final. §. final. ff. de iure iurando, & in l. præſenti, §. ſicubi, C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt, & in l. final. C. de abolitionibus, & in l. ſi aliquis, C. ad l. Iuliam Maieſtatis, & in cap. 1. & per tot. de purgatione canonica, per quæ iura hanc concluſionem firmauit Herculan. in tract. de negatiua num. 233. & ſeq. Iaſ. in repetitione l. admonendi, nu. 225. ff. de iure iurando, Marſil. in l. maritus, num. 16. ff. de quæſt. & in pract. crim. §. poſtquam, num. quinto, Clar. in pract. §. final. quæſt. 63. num. 4. verſ. Solet etiam, vbi ex Soccin. in loco per eum relato teſtatur de communi, & num. 5. verſ. Licet autem, vbi refert alios Doctores teſtãtes, ita alias fuiſſe obſeruatũ nõ ſolum de iure canonico, ſed etiã de iure ciuili. Pract. Conrad. rub. de iuramento, nu. 2. verſ. Iuramentum ſecundo deferri, & num. 3. ante finem, verſic. Vult autem poſt Marant. in loco ibi per eum relato Menoch. de arbitrar. quæſtionib. lib. ſecundo, caſu 464. num. decimo, & num. vndecimo, vbi poſt Alexand. in loco per eum relato, dixit hanc concluſionem maxime procedere, quando de crimine agitur ciuiliter. ſintagm. commun. opinion. par. prima tit. de iure iurando, cap. 12 rubr. de iuramento in ſupplementum, column. penultim. ad fin. verſiculo Nota caſus, & ſequentibus: vbi ponit plures caſus, in quibus reo de crimine accuſato defertur hoc purgationis iuramentum, Maſcard. de probationib. lib. ſecundo, concluſion. 864. num. vigeſimo quarto, & concluſion. 954. num. 29. vbi etiam alijs relatis teſtatur de communi, & num. 39. Pacian. de probationib lib. primo, cap. 39 num. 12. & num. 15. & ſeq. vbi facit vnam illationem, & cap. 71. num. 1. & num. 2. vbi facit aliam illationem, & per totum illud caput, vbi exacte materiam delationis iuramenti purgatorij, tam in criminalibus, quam in ciuilibus explicat Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum, concluſion. 540. num. 103. & num. 106. vbi de magis communi, & num. 121. Setſerus in tractat. de iuramento, lib. tertio, cap. vndecimo, num. decimotertio, & ſequentibus, & per tot. vbi, & ipſe exactiſſime huius iuramenti materiam pertractat, an ſcilicet, & quando illius delationi locus ſit, & quomodo, & lib. quarto, cap. decimo quarto, num. nono.

Hæc regula patitur infraſcriptas quatuor declarationes.

1231 IVRAMENTVM purgationis in ſupplementum reo non defertur, ne dum actor, quando agitur de pœna corporali ſecundum communem, de qua poſt Igneum in loco per eum relato teſtatur Herculan. in tract. de negatiua, num. 235. & num. 279. vbi teſtatur de magis communi Doctor. reſolution. & voluit etiam Setſerus in tract. de iuramento, cap. 11. num. 13.

Et hæc ſit prima declaratio.

1232 IVRAMENTVM in ſupplementum purgationis,reo criminaliter accuſato non defertur,quando alia via,quam per iuramentum diffamatio purgari poteſt,Herculan. num. 234. poſt Abb. in loco per eum relato,Maſcard.de probation.lib.ſecundo,concluſ.954.num.29.vbi quod reo hoc purgationis iuramentum defertur, quando contra eum aliqua vrget præſumptio,Setſetus in tract.de iuramento, lib. 4.cap.14.num.10.

Et hæc ſit ſecunda declaratio.

1233 IVRAMENTVM purgationis in ſupplementum reo accuſato ad hoc,vt deferatur a iudice, an ſit neceſſe,quod ipſe aliquid probauerit, & quid & an deferatur ſi accuſator aliquo modo ſuam intentionem probauit,& quomodo, vide Clar. in practic. S. final. quæſtion. 63. num. quarto, verſic. Solet etiam, vbi dixit reo deferendum hoc purgationis iuramentum,quando non adſunt contra eum inditia ad torquendum ſufficientia, & etiam quod pro eius innocentia nihil probauerit, & vide etiam Menoch. de arbi trat.quæſtionib.lib.ſecundo, caſu 464. num. 10.vbi hoc iuramentum reo accuſato de crimine deferendum putauit,quando ſemiplene,ſuam innocentiam probauit Maſcard.de probationib.lib.2.concluſion.954.num.39.40.& 41. vbi dixit hoc purgationis iuramentum reo accuſato deferendum, quando ſemiplene probauit ſuam innocentiam, vel quando contra eum adſunt inditia,& præſumptiones,vel etiã probatio minus ſufficiens,& etiam ſi Reus nihil probauerit Pacian.de probation.lib.primo, cap.39. nu. 14.vbi quod iuramentum purgationis non paſſim a iudice concedi ſolet; ſed ita demum quando nullæ probationes, nec vllæ vrgentes præſumptiones aduerſus eum extant,vel ſi etiam contra eundem adeſſet mala fama non habens originem ab honeſtis, & certis perſonis, vbi enim inquit ipſe poſt Alberic. & Blanch. in locis per eum relatis contra reum adeſſent ſufficientia inditia ad torquendum tunc ipſi reo non defertur iuramentum purgationis, ſed torquendus eſt, & capitulo 71. num. tertio, vbi quod diffamatus de crimine non abſoluitur, niſi iuramento ſe purget, & num. quarto, num. quinto, & num. ſexto, vbi pariter dixit non eſſe deferendum reo iuramentum purgationis, quando contra ipſum de crimine, de quo accuſatur deponeret vnus teſtis omni exceptione maior de viſu, reprobato Iaſon. contrarium dicente in l. tertia, numero vigeſimo primo, verſiculo Aduerte tamen, ff. de iure iurando, ſubdit tamen ibidem numero ſeptimo, Iaſonis opinionem poſſe ſeruari, quando de crimine ageretur ciuiliter ex Maranta in loco per eum relato aliter ſecus Setſetus de iuramento, libro tertio, capitulo vndecimo,num. 16. & ſequen. vbi pariter quod non defertur hoc iuramentum,quando adſunt inditia ad torturam.

Et hæc ſit tertia declaratio.

1234 IVRAMENTVM purgationis, licet tam de iure eccleſiaſtico, quam etiam ciuili poſſit reo accuſato deferri in ſupplementum ſemiplenæ probationis ad ſuam innocentiam purgandam, vt ſupra dixi, attamen in vrbe in ſtatu Eccleſiaſtico numquam in cauſis criminalibus reo vidi hoc iuramentum deferri, licet bene in citationibus fiſco, & accuſatori factis viderim eos citati etiam ad deferendum quatenus opus ſit iuramentum in ſupplementum plenæ probationis: vbi enim non adſunt inditia ſufficientia ad torturam, reus vt ſuo loco dixi, aut abſoluitur abſque alio iuramento purgationis, aut ſub cautione de repræſentando relaxatur. Quod, & idem in Ducatu Mediolani teſtatur Boſſ. in titul. de ſentent. numero ſeptuageſimo quinto, in fin. refert eum Clar. dicta quæſtione 63. numero quinto, verſic. Licet autem.

Et hæc ſit quarta declaratio.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM in ſupplementum, an & quando deferatur in cauſis arduis, & magnæ quantitatis.

SVMMARIVM.

Iuramentum in ſupplementum, non defertur in cauſis arduis, & magnæ quantitatis; Quæ propterea æquiparantur cauſis criminalibus, num. 1235.

Iuramentum in ſupplementum non defertur in cauſis criminalibus, num. 1236.

Iuramentum in ſupplementum non defertur in cauſis beneficialibus, fallit quando ſolum agitur de fructibus beneficii. Item fallit quando ſolum de ſpolio ageretur, num. 1237.

Cauſa ardua, & magnæ quantitatis qualis, & quanta eſſe debeat, ad hoc, vt in ea non deferatur Iuramentum in ſupplementum, num. 1238.

Cauſam arduam, & magnæ quantitatis, qui allegat probare debet, quia non præſumitur, nu. 1238. *verſ. Verum qui dicit.*

Iuramentum in ſupplementum defertur etiam in cauſis magnæ quantitatis, quando fuit pluſquam ſemiplene probatum, num. 1239.

Iuramentum in ſupplementum defertur in cauſa poſſeſſoria, licet in ea agatur de poſſeſſione rei magni valoris, num. 1240.

Vbi declaratur duobus modis, hæc Concluſio.

Iura-

Iuramentum in ſupplementum defertur etiam in cauſis magnæ quantitatis contra eum, qui de periuro, & mendacio conuictus fuit; num. 1241. vbi declaratur hæc concluſio.

Iuramentum in ſupplementum defertur etiam in cauſa magna, quando non agitur ad fundandam, & radicandam totam intentionem agentis; ſed ſolum ad declarandum obſcuritatem fundamenti adiuuantis eandem intentionem, num. 1242.

1235 IVRAMENTM in ſupplementum ſicut regulariter non defertur in cauſis criminalibus: ita nec etiam defertur in cauſis arduis & magnæ quantitatis. Quia huiuſmodi cauſæ criminalibus, cauſis æquiparantur prout notant Doctores in l. Bonæ fidei, C. de rebus creditis voluit Gloſſ. in cap. cum ſint Partium de reg. iur. in ſexto, Soccin. reg. 204. fallen. 21. Roland. qui alios refert, & de communi teſtatur in conſ. 26. num. decimo, lib. primo, & conſ. 82. num. 22. lib. ſecundo, vbi pariter teſtatur de communi, Suarez in commun. opinion. littera I, num. 317. Menoch. de arbitrar. quæſtionib. lib. ſecundo, caſu 72. num. primo, & caſu 190. num. 17. & Ioſeph. Ludouic. deciſion. Lucenſ. 42. num. 18. par. prima, & deciſ. Peruſin. 100. num. 6. par. ſecunda Andr. Gail. obſeruat. 108. num. 11. lib. ſecundo, ſyntagm. commun. opinion. par. prima, titul. de iure iurando, capit. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum, col. prima, verſ. Secundo, & colum. ſecunda, verſic. Quarto requiritur, & colum. penult. verſ. Septuageſimo quinto fallit, & cap. 16. verſic. Iuramentum ſuppletorium, fol. mihi 121. a tergo Maſcard. de probationibus, lib. ſecundo, concluſ. 954. num. 30. Vbi alios de communi teſtantes refert, & num. 38. vbi alios refert de communi teſtatur Surd. deciſ. Mantuan. 326. num. 94. Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. 133. num. 130. verſ. Et eſt generale, Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Iuramentum, concl. 540. num. 66. & 72. Mancin. in tractat. de iuramento parte ſecunda, artic. 6. num. 5. & num. 13. & 14. vbi infert ad cauſas ſpirituales, & eas in quibus agitur de ſtatu hominis, Sotſerus in tract. de iuramento, lib. 4. cap. 34. num. 1. vbi quod hæc concluſio ab omnibus recepta eſt, & in practica ſeruatur, & num. 2. & ſeqq. & faciunt in ſimili, quæ de iuramento in litem dixi ſupra num. 1061.

Hæc regula patitur ampliationes, & limitationes de quibus infra.

1236 IVRAMENTVM in ſupplementum non defertur in cauſa feudali, Rolan. conſ. 82. nu. 23. lib. 2. poſt Bal. & Gozzadin. in locis per eum relatis, Pract. Conrad. rubr. de iuramento, num. 5. in 8. illatione allegat Iaſ. in l. admonendi, num. 281. ff. de iure iurando, Maſcar. de probation. lib. 2. concl. 954. ſub nu. 43. Seraphin. de priuil. iurami. priuil. 33. nu. 125. vbi tamen declarat hoc non procedere, quando Rota deferretur poſſeſſori, quia poſſeſſio aliquid adiungit probationi factæ per vnum teſtem ex alleg. ibi per eum Mancin. cum alleg. per eum in tract. de iuramento, par. 2. art. 6. num. 9.

Et hæc ſit prima Ampliatio.

1237 IVRAMENTVM in ſupplementum non defertur in cauſis beneficialibus, Bal. & Salicet. in l. in bonæ fidei, C. de rebus creditis, Curt. Iun. in l. admonendi, num. 316. ff. de iure iuran. Marſil. in l. maritus, num. 14. ff. de quæſt. quem refert, & ſequitur Practic. Conrad. rubr. de iuramento, num. 5. verſ. Septimo infertur ſyntagm. commun. opin. par. 1. tit. de iure iurando, cap. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum, col. penul. verſ. Sexageſimo ſeptimo fallit. Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 33. num. 129. & 130. Mancin. in tract. de iuramento par. 2. art. 6. num. 15.

Et hæc ſit ſecunda Ampliatio.

Declara concluſionem non procedere, quando ageretur de fructibus beneficij, quia tunc etiam defertur iuramentum in ſupplementũ ſecundum Curt. Iun. Seraphin. & ſyntag. commun. opin. in locis præallegatis.

Item declara niſi agatur in cauſa ſpolij etiam in materia beneficiali, quia tunc defertur iuramentum in ſupplementum plenæ iuſtificationis tituli, vel coloratæ poſſeſſionis pro ſpoliato ſecundum Gemin. in conſ. 147. in fin. verſ. Et ſi d. Auditor, num. 4. & ſeq. refert eum, & ſequitur Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum concluſion. 540. num. 6.

1238 IVRAMENTVM in ſupplementum, vt non deferatur in cauſis magnę quantitatis arduis, ſeu grauibus qualis, & quanta debeat eſſe iſta cauſa ad hoc vt dicatur magna grauis & ardua, & excludat petentem a delatione iuramenti ſuppletiui, vide Rolan. cum alleg. per eum in conſ. 26. num. 11. lib. 1. vbi poſt Alberic. & Iaſ. in locis per eum relatis, dixit cauſam magnam eſſe ducentorum aureorum, & num. 22. pariter dixit cauſam dici magnam, & paruam inſpecta qualitate, & conditione Perſonarum, & vide omnino Menoch. de arbitrarijs quæſtionib. lib. ſecundo, caſu 72. vbi relatis diuerſis Doctorum opinionibus, concludit cauſam magnam, ſeu paruam eſſe iudicis arbitrio remiſſam, & hanc relatis pluribus concordantibus magis communem teſtatur deciſ. Bonon. 67. num. 5. vbi pariter dixit cauſam magnam eſſe inter ciues, quando tractatur de florenis ducentis, Maſcard. de probationib. lib. ſecundo, concluſion. 954. num. trigeſimoprimo, vbi alijs relatis teſtatur ita communiter tenet ex Andrea Gayl. quem allegat lib. ſecundo, obſeruation. 94. num. octauo, Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. trigeſimo tertio, num. 124. Vbi quod quando agitur de omnibus bonis, & de maiori parte bonorum tunc cauſa dicitur magna; & num. 112. vbi quod iudicis arbitrio remiſſum eſt quæ dicatur cauſa grauis, & ponit exemplum in cauſa ſtatus filiationis ſpurietatis, & ſimilium Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Iuramentum, concluſion. 540. numero vigeſimo tertio, & numero ſexageſimo nono. Vbi

quod cauſa quæ non excedit ſcutor. 300. non dicitur magna; ſed mediocris, ex Fulgoſ. quem allegat in conſ. 172. in fine, & num. 67. & num. 70. vbi quod cauſa dicitur magna, & parua ſecundum qualitatem iurare debentis, & num. 60. vbi quod Arbitrarium eſt iudici, quæ ſit cauſa magna etiam inter diuites dicitur cauſa 90. librarum, & num. 79. vbi quod cauſa magna dicitur quando illius importantia eſt tanti valoris, quanti eſt patrimonium iurare debentis ex Bal. quem allegat in conſ. 397. num. tertio, verſiculo Item magnitudo, lib. 3. Mancin. in tract. de iuramento par. 2. art. 6. num. 4. vbi pariter, & ipſe hoc remittit arbitrio iudicis, & num. 7. verſ. Alij aliter ſenſerunt, & num. 84. Setſerus in tractat. de iuramento lib. 4. c. 14. num. quarto, vbi etiam ipſe arbitrio iudicis hoc remittit.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

Verum qui dicit cauſam eſſe magnam, ſeu arduam probare debet ex allegatis per Alexand. conſil. 66. column. ſecunda, verſ. Nec ad hoc, lib. primo, Curt. Iun. in l. admonendi, num. 68. verſ. Tertio ſingulariter, ff. de iure iurando, & ibi etiam Lanfranch. de Oriano, num. 88. in 35. concluſione Rol. in conſ. 26. num. 22. lib. primo, Menoc. de arbit. quæſtion. lib. ſecundo, caſu 464. num. 5. centur. 5. Maſcar. de probationib. lib. 2. concl. 954. num. 36. Card. Tuſch. cum alleg. per eum practicar. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 540. num. 67. in fine, & num. 76. 80. & ſequen. vbi etiam refert Alexand. in loco per eum relato contrarium tenentem.

1239 IVRAMENTVM in ſupplementum defertur etiam in cauſis magnæ quantitatis, quando fuit pluſquam ſemiplene probatum, Archidiac. in cap. vtiles il primo in fine, 27. quæſt. prima, Iaſ. in l. Prætor ait, §. primo in princ. ff. de iure iurando, Alexand. in dict. l. 3. in princ. num. 13. & in l. admonendi, num. quinto & ibi etiam Iaſ. num. 105. & in repetition. num. 28. ff. eodem Alexand. in conſil. 42. in fine, lib. 3. & in conſil. 122. num. 7. lib. 2. & conſ. 103. num. 9. lib. 7. & conſ. 185. Incipien. Viſo proceſſu in fine lib. 7. Neuizzan. conſ. 25. num. 11. Aymon. conſ. 73. num. 26. & conſ. 198. num. 10. lib. 1. Gozzadin. conſ. 11. num. 19. Cephal. conſ. 142. num. 20. lib. 1. Roland. conſil. 26. num. 23. lib. primo, cum allegatis per eum, Marſil. qui alios refert concordantes ſingular. 27. incipien. Iuramentum in ſupplementum, verſiculo Tamen iſtud limitatur Herculan. in tract. de negatiua num. 235. in Practic. Corrad. rubr. de iuramento, num. 5. poſt octauam illationem, deciſ. pedemon. 99. num. 30. in fine, verſ. Quorum dicta multo magis procedere poſſent, Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. ſecundo, caſu 464. poſt num. 8. verſ. Ita de cauſis magnis Benintend. deciſion. Bonon. 67. num. 2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 100. num. 7. par. 2. Alex. Striat. in pract. iudic. cap. 20. num. 13. ſyntagm. commun. opin. par. 1. tit. de iure iurando cap. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum col. penultim. poſt med. verſic. Nota tamen, Maſcard. de probation. lib. ſecundo, concluſ. 944. num. 31. & concluſ. 954. num. 33. & ſeq. vbi inter alios allegat Put. deciſ. 430. lib. ſecundo, Pacian. de probation. lib. primo, cap. 39. nu. 18. & num. 19. vbi alij plures referuntur concordantes Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. 33. nu. 10. & num. 114. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſion. 540. num. 73. 74. & 75. vbi etiam idem, quando vltra ſemiplenam probationem concurrunt aliæ præſumptiones, & nu. 78. vbi declarat niſi probatio pluſquam ſemiplena eſſet ſuſpecta, Mancin. cum allegatis per eum in tract. de iuramento, par. 2. art. 6. num. 8. Et pro hac concluſione, vide Seraphin. deciſ. 566. num. 1. & num. 3. vide in tit. de falſit. quæſt. 159. num. 45.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

1240 IVRAMENTVM in ſupplementum defertur in cauſa poſſeſſorij, licet agatur de poſſeſſione rei magni valoris, quia ſi de poſſeſſione tantum litigatur, cauſa non dicitur magna, ſed parui præiudicij; Bar. in l. admonendi, num. 55. & 56. & ibi etiam Iaſ. num. 100. & ſeq. & in repetit. num. 273. & Curt. Iun. num. 67. verſic. Circa ſequentem, ff. de in litem iurando, Dec. in conſ. 236. in fine, & in conſ. 252. col. 1. verſ. Reſtat dumtaxat, Alex. conſ. 91. num. 2. lib. 5. Aym. conſ. 158. num. 12. Ripa in c. ſepe, nu. 3. de reſtit. ſpoliator. Valaſ. in l. imperium, num. 262. in fin. ff. de iuriſd. omn. iud. Marſil. qui alios refert concordantes ſingul. 120. incip. Cauſa poſſeſſorij, verſ. Et ideo ſcias Matheſilan. ſingular. 2. incipien. Nota quod in iudicijs poſſeſſorijs, vbi amplius dixit, quod ex quo in iudicio poſſeſſorio ſemiplena probatio habetur pro plena, & concludenti probatione. Hoc ideo non eſt neceſſarium iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, deciſ. pedemon. 99. num. 30. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 72. num. 18. Seraphin. de priuil. iuram. priu. 33. num. 11. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Iuramentum concluſ. 540. num. 7. & num. 22. Gabr. tit. de reſtit. ſpoliator. concluſ. 5. nu. 77. Mancin. de iuramento par. 2. art. 6. poſt num. 3. & num. 7.

Et hæc ſit tertia limitatio, licet contrarium voluiſſe videatur Alex. in conſ. 187. in fin. lib. 7. vbi dicit magis communem ſicut illum refert Cardinal. Tuſc. d. concl. 540. num. 8.

Declara tunc demum cauſa poſſeſſoris reputari minimam, & in ea poſſe deferri iuramentum in ſupplementum, quando de ſolo momento agitur, vt in l. vnica, C. ſi de momentan. poſſeſſ. fuer. appell. aliter ſecus ſecundum Curt. Sen. in l. admonendi, num. 323. verſic. Secundo moueor, ff. de in litem iurando Menoch. de arbitrar. caſu 72. num. 18. verſiculo Ego alias, & de recuperan. poſſeſſ. remed. decimoquinto, num. 413.

Seraphinus de priuil. iuramen. priuil. 33. nu. 12. vbi & declarat concluſionem procedere quando poſſeſſorium ordinatur ad petitorium, quia tunc dicitur eſſe pleni præiudicij, & propterea in eo non defertur iuramentum in ſupplementum.

Ve-

Verum præmiſſas duas declarationes ſubdeclara, quando eſſet pluſquam ſemiplene probatum, quia tunc, etiam quod cauſa poſſeſſorij eſſet magni præiudicij adhuc defertur iuramentum in ſupplementum ſecundum Alex. in conſ. 43. in fin. lib. 3. quem refert, & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 540. num. 9.

1241 IVRAMENTVM in ſupplementum defertur etiam in cauſis ciuilibus magnæ quantitatis contra eum, qui in aliquo conuictus fuit de mendacio, vel periurio, concurrentibus tamen alijs, de quibus per Paul. de Caſtro in loco relato per Plot. de in litem iurando, num. 666. ſecundum antiquam impreſſionem, Aymon. de antiquit. tempor. par. 1. §. videmus, & abunde num. 17. Pract. Conrad. rubr. de iuramento, num. 5. in princ. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucenſ. 42. num. 18. & 19. par. 1. Maſcard. de probatio. lib. ſecundo concluſio. 954. num. 32.

Et hęc ſit quarta limitatio.

Declara quia licet contra mendacem, & periurium iuramentum ſuppletiuum deferatur non tamen ſic eſt vbi lis ab inficiatione poteſt recipere iuramentum, tunc enim quod non debeat eſſe locus iuramento ſuppletiuo voluit Caccialup. in repetit. l. admonendi ſub num. 151. alias 109. verſ. Fallit, ff. de iure iurando. Quod an verum ſit, & quando plene conſuluit Cephal. in conſ. 141. lib. primo, & latius in conſil. 227. num. 4. & 41. & ſequentibus lib. ſecundo.

1242 IVRAMENTVM in ſupplementum defertur etiam in cauſa magna, quando non agitur ad fundandam, & radicandam totam intentionem agentis, ſed ſolum ad declarandam obſcuritatem fundamenti adiuuantis dictam intentionem, Bald. conſil. 397. num. tertio, verſiculo Item ſecundum breuitatem, lib. tertio, quem refert, & ſequitur Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. in verbo Iuramentum, concluſ. 540. num. 82. faciunt ſcripta per Maſcard. de probation. lib. ſecundo, concluſ. 954. num. 37. Vide tamen allegatos per Mancin. in tract. de iuramento part. 2. art. 6. poſt num. 5. volentes quod quando cauſa eſt grauis tunc iuramentum in ſupplementum non deferatur in aliquo eis incidenti, & num. 6. diſtinguendo concordat contraria. Vide in ſimili quæ dixi ſupra num. 1223.

Et hæc ſit quinta limitatio.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM in ſupplementum, an & quando deferatur in cauſa matrimoniali.

SVMMARIVM.

Iuramentum in ſupplementum regulariter non defertur in cauſa matrimoniali, num. 1243.

Iuramentum in ſupplementum nec etiam defertur in cauſa matrimonij ſpiritualis, vtputa monachationis, & num. 1244.

Iuramentum in ſupplementum defertur quando de matrimonio incidenter agitur, num. 1245.

Iuramentum in ſupplementum defertur etiam in cauſa matrimoniali, quando vt ad ſemiplenam probationem concurrunt aliæ coniecturæ, num. 1246.

Iuramentum in ſupplementum in cauſa matrimoniali non defertur etiam, quod agatur fauore matrimonij, & ad illius validitatem, num. 1247.

1243 IVRAMENTVM in ſupplementum regulariter non defertur in cauſa matrimoniali eſt Gloſ. in capit. mulier, & ibi etiam Abb. & Imol. extra de iure iurando, Grammat. conſ. 26. nu. 17. & num. 18. Dec. in cap. ſi pro debilitate, num. decimo, de off. deleg. Ruin. conſ. 159. num. 32. & num. 33. lib. 5. Cephal. conſ. 141. num. 9. lib. 1. Pract. Conrad. rubr. de iuramento, num. 5. in tertio caſu Suarez in commun. opinion. littera I, num. 309. vbi teſtatur hanc opinionem communem ex Couarru. quem allegat in tract. de ſponſalibus par. 1. cap. 4. num. 5. verſic. Tunc etiam perpendi. Syntagm. commun. opinion. par. prima, titul. de iure iurando cap. duodecimo, rubric. de iuramento in ſupplementum, columna octaua, verſ. lxiij. fallit, & duobus ſeqq. vbi etiam refert contrarium tenentes Andr. Gayl. obſer. 94. nu. 4. lib. 2. vbi de communi, Maſcar. de probat. lib. 2. concl. 954. num. 43. vbi etiam de communi Pacian. de probation. lib. primo, cap. 39. num. 22. vbi remiſſiue plures referuntur Seraphin. de priuileg. iuramen. priuil. 33. num. 113. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Iuramentum, concl. 540. num. 48. poſt Baſ. & Geminian. in locis per eum relatis, Mancin. de iuramento par. 2. art. 6. nu. 10.

Qui omnes præmiſſæ concluſionis eam afferunt rationem; quia ſcilicet cauſa matrimonialis non ſolum dicitur cauſa grauis, & ardua, ſed etiam æquiparatur criminali.

Hæc regula ampliatur vno modo, & limitatur tribus alijs modis, vt infra.

1244 IVRAMENTVM in ſupplementum, nec etiam defertur in cauſa matrimonij ſpiritualis, vt puta Monachationis Curt. Iun. in l. admonendi, num. 312. ff. de iure iurando, Practic. Conrad. rubr. de iuramento num. quinto, in tertio caſu, ſyntagm. commun. opinion. parte prima, titul. de iure iurando, cap. duodecimo, rubric. de iuramento in ſupplementum, column. octaua poſt med. verſiculo Sexageſimoquarto fallit, Maſcard. de probation. lib. ſecundo, concluſion. 944. ſub num. 93. Seraphin. in tractat. de priuileg. iuramenti, priuileg. 33. num. 127.

1245 IVRAMENTVM in ſupplementum, non defertur in cauſa matrimoniali, quando cauſa matrimonij principaliter agitur, ſecus ſi inci-

incidenter ex allegat.per Cephal. in conſ. 141. nu. 9. lib. 1.

1246 IVRAMENTVM in ſupplementum defertur etiam in cauſa matrimoniali, quando vltra ſemiplenam probationem concurrunt aliæ coniecturæ ſecũdum Curt.Iun. in l.admonendi, num. 67.ff.de iure iurando, qui teſtatur de communi, refert eum & ſequitur Villalob.in commun.opin.littera I, nu. 155. Couarru.in tract.de ſponſalibus par.1.cap. 4. num. 5.verſ.Tunc etiam perpendi, quem refert Suarez in commun.opin.littera I, num.311.vbi de communi ſyntagm. commun. opinion. cum relatis per eum par.1.tit. de iure iurando c. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum col. final.ad fin.verſ.iuramentum defertur in cauſa matrimonij, vbi etiam refert contrarium tenentes quos vide Mancin. in tract. de iuramento par.2.art.6.num.10.vbi declarat niſi eſſemus in Matrimonio clandeſtino, quia tunc iuramentum in ſupplementum non defertur etiam quod fuerit pluſquam ſemiplene probatum.Setſerus in tract. de iuramento, lib. quarto, cap. decimoquarto ſub num. 12.

1247 IVRAMENTVM in ſupplementum licet in cauſa matrimoniali ad fauorem matrimonij deferri poſſe uoluerit Pract.Corrad.in rubr.de iuramento, nu.5.in 3. caſu, contrarium tamen quod iuramentum in ſupplementum deferatur etiam in cauſa matrimoniali, quando agitur non ad infirmandum matrimonium, ſed ad illud validandum, voluerunt Roman.conſ.367.circa princip.Aym.conſ.73. nu. 24. verſ.videmus in ſimili; deciſ. Toloſan. 171. vbi declaratur hanc ſententiam non procedere, quando ageretur de præiudicio alterius matrimonij, de quo plene conſtaret, & hos ſic dicentes refert, & ſequitur Seraphin.de priuil.iuramenti priuil.33.nu. 113. & pluribus ſeqq. vbi etiam pluribus ſimilibus hanc probat ſententiam Card.Tuſc. pract.concluſ.in verbo Iuramentum, concluſ. 540. nu. 49. & ſeqq. vbi hanc eandem contrariam ſententiam ſic vt ſupra declaratam tenet Setſerus de iuramento lib.4.cap.14. nu. 12. vbi tamen loquitur concurrentibus alijs coniecturis.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM in ſupplementum plenæ probationis, quibus deferatur.

SVMMARIVM.

Iuramentum in ſupplementum defertur niſi perſonæ honeſtæ, & omni exceptione maiori, num. 1248.

Perſona honeſta, & omni exceptione maior, qua dicatur ad effectum, vt illi deferri poſſit iuramentum in ſupplementum, num. 1249.

Infami de facto, vel de iure iuramentum in ſupplementum non defertur, num. 1250.

Periuro non defertur iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, num. 1251. & ſequen. Vbi quod nec etiam defertur veriſimiliter peieraturo.

Pauperi, & ruſtico, nunquid deferatur iuramentum in ſupplementum, num. 1253.

Iudeo quando deferatur iuramentum in ſupplementum, num. 1254.

Minori, an deferatur iuramentum in ſupplementum, num. 1255.

Mulieri nunquid deferatur iuramentum in ſupplementum, num. 1256.

Spurio nunquid deferatur iuramentum in ſupplementum, num. 1257. & ſeqq.

Vbi etiam quid de ſpurio legitimato. Quid de ſpurio bonæ conditionis, & famæ; ſeu etiam Religioſo, & quid de ſpurio nobili, num. 1260.

1248 IVRAMENTVM in ſupplementum nemini defertur, qui non fuerit perſona honeſta, imo, & omni exceptione maior, ſecundum Curt.Iunior in l.admonendi ſub num. 69. & ante eum ibidem Bart.num.58.& Iaſ. in repetition. num. 260.verſiculo Tertius caſus, ff.de iure iurando, Cephal conſ.225.num.54.lib.ſecundo, Ioſeph.Ludouic.deciſion.Lucenſ.42.num.decimo ſeptimo, par. prima, Alex. Stiat.in pract. iudiciar. cap. vigeſimo, num.nono, ſyntagm.commun.opin. par. 1. tit. de iure iurando, cap.duodecimo, rubr. de iuramento in ſupplementum columna prima, verſiculo Tertio requiritur, Maſcard.de probationib.lib.ſecundo, concluſion.857.num.decimoquinto, & concluſio. 954. num.66.Seraphin. de priuil. iuramenti priuileg. 33. num.114.vbi dixit indubitatum eſſe iuramentum ſuppletorium non deferri, niſi iurans ſit omni exceptione maior, Mancin. in tract. de iuramento parte ſecunda, artic.ſexto, num.44.Plot.qui alios plures allegat concordantes in tract.de in litem iurando, nu. 792.& ſequentibus, vbi facit plures illationes ſecundum antiquam impreſſionem, Menoch. de arbitrar. quæſtionib.lib.ſecundo, caſu 190.num.duodecimo, Syntagm.communi opin.par.1. tit. de iure iurando, cap.decimoſexto, columna tertia, verſ.Iuramentum ſuppletium. Vide in ſimili de iuramento in litem ſupra num.1040.

1249 Quæ autem dicatur perſona honeſta, & omni exceptione maior, quid præſumatur ad effectum, vt ei deferatur iuramentum in litem, vide Cephal. in conſ.127. numero ſeptimo, vbi facit concluſionem, quod hæc qualitas maioritatis omni exceptione probanda ſit, & numero quinquageſimoquarto, & ſequentibus tenet, quod eo ipſo, quod non eſt probatum contrarium, quis præſumitur teſtis omni exceptione maior, & amplius, quod ad hoc, vt iuramentum

tum ſuppletiuum deferri poſſit alicui ſufficit eum non eſſe perſonam vilem, vel aliam infamem; ſed ſufficere eſſe talem, vt poſſit eſſe teſtis, & vide etiam Menoch. de arbitrar. quæſtionib. lib. ſecundo, caſu 190. numero decimotertio, vbi quod iſto caſu non dicitur quis perſona legalis, niſi habeat aliquid plus bonitatis, & legalitatis eius, quod quiſque habere præſumitur ex Roman. & Soccin. in locis per eum relatis deciſion. Bononien. ſexageſima ſeptima, numero ſexto, vbi dixit non eſſe honeſtam perſonam eam, contra quam vrget aliqua præſumptio etiam læuiſſima. Ioſeph. Ludouic. deciſion. Lucenſ. quadrageſima ſecunda, numero trigeſimo tertio, parte prima, vbi dixit idem ſyntagm. commun. opinion. par. prima, titul. de iure iurando, capitulo quinto, verſiculo In hoc tamen paſſu, & capitulo decimo ſexto, verſiculo Iuramentum ſuppletiuum, & ſequentibus, vbi ad effectum delationis huius iuramenti concludit illam dici perſonam honeſtam, & legalem, quæ a teſtificando non repellitur, & idem dixit Maſcard. de probationib. libro ſecundo, concluſion. 954. numero ſexageſimoſexto, & numero ſexageſimo nono, & ſequenti, vbi etiam pulchre declarat, quando non deferatur illis, qui a teſtificando repelluntur, & vide etiam Pacian. de probationib. lib. primo, capitulo trigeſimo nono, num. vigeſimo primo, vbi poſt Soccin. quem allegat in conſilio 136. ſub numero octauo, verſiculo Secundo requirit libro primo, dixit quod quando alicui in cauſa magna, vel criminali eo quia pluſquam ſemiplenè probatum ſit iuxta trad. columna vigeſima ſeptima, parte ſecunda deferendum eſt iuramentum in ſupplementum perſona debet eſſe legalis non quidem legalitate ordinaria; ſed vltra quam ius præſumit, quando vero defertur iuramentum in cauſis paruis tunc ſufficit legalitas ordinaria a iure præſumpta. Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. trigeſimo tertio, num. 216. vbi dixit perſonam ignotam non eſſe omni exceptione maiorem ad effectum de quo agitur Mancin. in tractat. de iuramento parte ſecunda, artic. ſexto, num. 52. vbi quod qui repellitur a teſtificando non dicitur omni exceptione maior.

1250 IVRAMENTVM in ſupplementum, non defertur infami de facto, vel de iure, Plot. qui alios refert concordantes de in litem iurando num. 793. ſecundum antiquam impreſſionem, & num. 796. vbi de condemnato in actione furti, vel vi bonorum raptorum, aut iniuriarum; ſiue etiam de dolo, & num. 797. vbi de condemnato per inquiſitionem, & num. 798. vbi de homicida, & num. 802. vbi de concubinario, & numero 803. vbi de Blaſphematore, Menoch. de arbitrar. quæſtionib. lib. ſecundo, caſu 190. numero decimo quarto, vbi de fœneratore, & caſu 464. numero duodecimo, & ſequentibus, vbi pariter de fœneratore, & multa cumulat Maſcard. de probationib. libro ſecundo, concluſion. 954. numero ſexageſimo ſeptimo, & ſequen. vbi facit plures illationes, Mancin. in tractat. de iuramento, parte ſecunda, artic. ſexto, numero quadrageſimo quinto, & numero quadrageſimo ſexto, vbi de vſurario, & numero quadrageſimo octauo. Vbi de excommunicato faciunt quæ in ſimili de iuramento in litem, dixi ſupra numero 1040. in fine, verſiculo Et generaliter.

1251 IVRAMENTVM in ſupplementum, non defertur ei, qui ſemel etiam in diuerſa cauſa, & diuerſo negotio fuit periurus, & etiam poſt per actam pœnitentiam ſecundum Felin. in capitulo teſtimonium, numero decimonono, verſiculo Tertia concluſio extra de teſtibus, Iaſ. in l. admonendi, numero 117. verſiculo Secunda ſpecies, & ibi etiam Caccialup. numero 154. & Polidor. Ripa, num. quinquageſimo ſexto, verſiculo Retenta, ff. de iure iurando, Alciat. de præſumptionib. regul. ſecunda, præſumption. decima, Soccin. conſilio 136. poſt numerum nonum, verſiculo Quarto, & vltimo, lib. primo, * vbi de communi Marſil. ſingular. 74. Incipien. Tu habes, & ſingul. 273. Incipien. Notiſſimum, & ſingular. 458. Incipien. liber, & in l. maritus, num. trigeſimo ſexto, ff. de quæſtion. Plot. qui alios plures refert concordantes ampliat, & declarat hanc concluſionem in tractat. de in litem iurando, num. 794. ſecundum antiquam impreſſionem, Menoch. de arbitrar. quæſtionib. lib. ſecundo, caſu 464. num. decimo nono, & ſequentibus, vbi etiam quid de eo, qui a periurio abſolutus fuit, Clar. in practic. §. periurium numero ſeptimo, verſiculo Item periuro, vbi etiam * de communi ex Soccin. in loco præallegato, Mancin. in tractat. de iuramento parte ſecunda, artic. ſexto, num. quadrageſimo ſeptimo, vide in ſimili de iuramento in litem ſupra num. 1040. verſiculo Hinc pariter infertur.

1252 Sic, & iuramentum hoc minime deferendum eſſe veriſimiliter peieraturo ſcripſerunt Felin. in capitulo Apoſtolicæ numero ſecundo de exceptionibus, Marſil. in l. maritus, numero quinquageſimo primo, ff. de quæſtionibus, & ſingular. 74. Plot. de in litem iurando, dict. num. 794. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Menoch. de arbitrarijs quæſtionib. lib. ſecundo, num. tertio, & numero octauo, vbi etiam ſubdit iudicis arbitrio eſſe remiſſum, quando quis veriſimiliter peieraturus erat ex Bald. Caſtrenſ. Iaſ. & Marſil. in locis per eum relatis, Mancin. de iuramento, parte ſecunda, artic. 6. num. quadrageſimo nono, & num. 54.

1253 IVRAMENTVM in litem non defertur Pauperi. Nam, & is non poteſt dici omni exceptione

ne maior ex alleg. per Plot. de in litem iurando nu. 805. ſecundum antiq. Impreſſ. Menoc. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 190. num. 16. vbi etiam de Ruſtico, Benintend. deciſ. Bononien. 67. poſt num. 7. vbi de Ruſtico paruæ conditionis, & paupere. Seraph. de priuilegijs iuramenti priuil. 33. num. 114. verſ. Vnde ſi iurare volens, vbi de Ruſtico paruæ conditionis, & habente mediocres facultates, & de alia vili perſona, vide ſupra nu. 1041. verſ. Secundo iuramentum.

1254 IVRAMENTVM in ſupplementum iudeo non defertur Bal. in l. Qui accuſare num. 2. C. de edendo, Curt. Iun. in l. admonendi num. 72. ff. de iure iurando, Aym. conſ. 73. num. 26. qui tamen declarant hoc non procedere quando cauſa eſt inter iudeos, vel adeſſet pluſquam ſemiplena probatio, quos ſic dicentes refert Menoc. de arbitrar. quæſtio. lib. ſecundo caſu 190. num. decimo quinto, & caſu 464. num. decimo quinto, in fine, vide in ſimili de iuramento in litem ſupra num. 1041. in princ.

1255 IVRAMENTVM In ſupplementum non defertur minori, Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucenſ. quadrageſima ſecunda, num. trigeſimo quarto per Tex. quem allegat in l. ius iurandum, §. Pupillus, vbi Gloſ. ff. de iure iurando, & voluit Caſtrenſ. in l. videamus, num. 2. & num. 5. ff. de in litem iurando.

1256 IVRAMENTVM in litem non defertur Mulieri, qui propter ſexus fragilitatem non videtur omni exceptione maior, ex alleg. per Mancin. in tract. de iuramento par. 2. art. 6. num. quinquageſimo, Vbi declarat niſi fuerit pluſquam ſemiplene probatum ex Puteo quem allegat in deciſ. prima de iure iurando vide ſupra num. 1041. verſ. Quarto iuramento, vbi de iuramento in litem.

1257 IVRAMENTVM in ſupplementum non defertur ſpurio, quia & ipſe infamis reputatur, Caccialup. in l. admonendi, num. 112. alias num. 156. verſ. Vigeſimo quinto fallit, & num. 113. verſic. Vigeſimoſexto fallit, & ibi etiam Ludo. Roman. num. octuageſimo quarto, & Lanfranch. de Oriano, num. quinquageſimoprimo, ff. de iure iurando Marſil. ſingular. 273. incip. Notiſſimum, & in l. maritus num. quinquageſimo ſecundo, ff. de quæſtion. Plot. qui alios refert concordantes de in litem iurando num. 801. verſic. Idem procedit in naturali.

Contrarium quod iuramentum hoc in ſupplementum, & purgationis ſit etiam deferendum Reo ſpurio in ſpecie voluit Curt. ſen. in l. admonendi, num. quinto, ff. de iure iurando, & ibi etiam Curt. Iun. num. ſeptuageſimo quarto. Cum non verum ſit ſpurios eſſe infames, ſicuti docuerunt Alciat. num. decimo, Pareque iuris cap. octauo. Et Card. Paleott. in tract. de notis, & ſpurijs, cap. quinquageſimoquinto quos in propoſito refert, & ſequitur Menoc. de arbitrar. quæſt. lib. ſecundo caſu 464. num. decimo octauo centur. quinta, vbi propterea vanas, & ſuperfluas dixit Declarationes Marſil. vbi ſupra in d. ſing. 273. & hanc eandem contrariam ſententiam defendit ſyntagm. commun. opin. par. 1. tit. de iure iurando, cap. 15. per tot. fol. mihi 122. Maſcar. de probation. lib. 2. concluſ. 954. num. 69. Cagnol. in d. l. Quia Illuſtris num. 8. C. ad orfician. vbi loquens in naturali, & baſtardo, dixit quod dictum Azzonis volentis contrarium in ſumma C. de Infamibus iure non probatur, immo videtur contra iura ibi per eum allegata.

1258 IVRAMENTVM In ſupplementum non defertur ſpurio etiam quod legitimatus ſit, quia & ipſe infamis eſt ex allegatis per Plot. d. num. 801. verſ. Et prædicta procedunt, & per Marſil. ſingul. 273. incip. Notiſſimum eſt in iure, verſ. Ego autem, vide ſupra quæſt. decima tertia, num. 52. & 70. & 71. & num. 123. & 124. ſed hæc concluſio confunditur ex allegatis ſupra num. antecedenti verſ. Contrarium.

1259 IVRAMENTVM in ſupplementum defertur ſpurio, ſeu naturali, quem probaretur eſſe bonæ conditionis, & famæ, & multo magis ſi effectus fuerit Religioſus ex alleg. per Plot. vbi ſup. d. n. 801. verſ. Vnde limitatur Cagnol. in l. ſi qua Illuſtris n. 8 C. ad orfician. vbi dixit, etiam naturali, & baſtardo deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis, quando ſic iudici uiſum fuerit arbitrari, ex qualitate bonorum morum Perſonæ. Marſil. ſingul. 273. incip. Notiſſimum eſt in iure verſ. limita tamen prædicta, & verſ. ſeq.

1260 IVRAMENTVM in ſupplementum defertur ſpurio, vel naturali nobili, & magnæ conditionis, & excellentiæ, vtputa filio Regis vel alicuius Principis voluit Marſil. d. ſingular. 273. incip. notiſſimum verſ. Limito etiam prædicta, quem refert, & ſequitur Plot. de in litem iurando num. 801. in fine verſ. Nec ſpurio, vel naturali nobili, ſecundum antiquam Impreſſionem.

ARGVMENTVM.

Iuramentum in ſupplementum non petenti non defertur, & de quo tempore.

SVMMARIVM.

Iuramentum in ſupplementum, & etiam purgatorium Reo deferendum non eſt a iudice, niſi petatur, nu. 1261. & ſeq. vbi propterea quod nec iudex poteſt ex officio illud deferre etiam quod ſic ſibi æquum viſum fuerit contra nu. 1263.

Iura-

Iuramentum in ſupplementum poteſt a iudice abſque alia partis inſtantia, & petitione deſerri, quando Actor a principio petiit ſibi ius, & iuſtitiam adminiſtrari, num. 1264.

Iuramentum in ſupplementum, & etiam purgatorium deferri a iudice non poteſt, niſi cauſa cognita, & parte citata nu. 1265.

Iuramentum in ſupplementum nunquid peti, & deferri poſſit poſt ſtatutum terminum ad probandum num. 1266.

Iuramentum in ſupplementum peti debet intra tempus probatorium num. 1267. Contra quod poſſit peti etiam factis probationibus, & poſt Teſtium publicationem, dummodo ante concluſionem in cauſa, num. 1268.

Iuramentum in ſupplementũ non petitum in prima inſtantia poteſt peti, & praſtari in cauſa appellationis num. 1269.

Iuramentum in ſupplementum Reó deferendum peti non poteſt poſt concluſionem in cauſa, poſt num. 1269. vbi etiam ponuntur contrarii, & declaratur prima opinio.

1261 IVRAMENTVM in ſupplementum, & præſertim purgatorium Reo deferendum, non poteſt a iudice deferri, niſi petatur ſecundũ Iaſ. qui de communi teſtatur in l. admonendi, num. 316. & ibi etiam Curt. Senior. num. 10. ff. de iure iurando Pract. Corrad. rubr. de iuramento, num. 2. ante medium verſ. Licet autẽ, Michael. Craſſ. in ſuis communibus opinionibus lib. 1. c. 7. quæſt. 20. vbi * teſtatur de communi, & receptiori ſententia reprobatis Abbate, & Alexandro in locis per eum relatis contrarium ſentientibus Menoc. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 464. num. 28. vbi pariter teſtatur de recepta Doctorum ſententia Alex. Stiat. in practic. iũdicia. c. 20. num. 18. vbi teſtatur de vera, & communi * Doctorum ſententia. Syntagm. cum allegatis per eum commun. opin. par. 1. tit. de iure iurando cap. 12. rubr. de iuramento in ſupplementum col. 2. verſ. * Sexto requiritur, quod fuerit petitum Maſcar. qui alios refert, & de communi teſtatur de probationib. lib. 2. concluſ. 954. num. 45. & ſeqq. Seraphin. de priuil. Iuramenti priuil. trigeſimo tertio, num. 192. Mancin. de iuramento par. ſecunda, art. 6. num. 89.

1262 IVRAMENTVM in ſupplementum cum a iudice deferri non poſſit, niſi parte petente, hinc ſequitur, quod idem iudex, non poteſt ex officio illud deferre etiam quod ſic facere ſibi æquum viſum fuerit ſecundum Bart. in l. admonendi, num. 60. & * ibi etiam Iaſ in repetitione, num. 316. qui de communi teſtatur, ff. de iure iurando Bal. in cap. 1. §. item vaſſallus, num. 8. de Contro. Inueſt. & in l. in bonæ fidei, num. decimo, C. de rebus creditis, & in l. ſecunda, num. primo circa principium, ff. de iure iurando, & in l. generaliter, num. ſecundo in fine, C. eodem titulo, Marſil. in l. maritus, num. 20. & ſeqq. ff. de quæſtionibus, & in pract. §. ſequens, num. 48. Roman. conſ. 255. incip. Quoad primum, num. 5. Capic. deciſ. 35. num. 1. vbi etiam de communi Andr. Gayl. obſeru. 108. num. 3. * vbi de magis communi Alex. Stiat. qui, & hanc defendit ſententiam aduerſus Alexandrum, & alios contrarium ſentientes in pract. iudiciar. c. 20. num. 27. relati per Maſcar. de probationibus lib. 2. concluſ. 954. num. 46. & num. 48. verſ. Sed cum Doctores, vbi præſertim Caccialup. in l. admonendi poſt * num. 240. teſtatur de communi, & ab ea non eſſe recedendum, & in hac negatiua ſententia reſidere videtur regulariter Maſcard. vbi ſupra, num. 48. & 49. licet contrarium teneat, quando a principio fuit in libello poſita clauſula ius & iuſtitiam, de qua dixi ſupra col. 17. par. 2. vel etiam quando deferretur iuramentum non ad aliquid noui probandum, ſed ad declarationem præcedentium Actorum, Mancin. de iuramento par. ſecunda art. 6. num. 90.

1263 Contrarium, quod imo iudex poſſit ex officio, & parte non petente, quando æquum ſibi viſum fuerit deferre iuramentum in ſupplementum etiam parti non petenti voluerunt Anton. de Butrio in c. 1. num. 13. de iudicijs, Abb. in cap. fin. §. Sane, num. 15. extra de iure iurando; vbi dixit iudicem non ſolum ex officio iuramentum neceſſarium parti deferre poſſe; ſed etiam debere, quod, & idem voluit Salicet. in l. in bonæ fidei, num. 29. C. de rebus creditis, & ſecundum hanc opinionem alias apud eum in illa camera in quadam graui cauſa iudicatum fuiſſe teſtatur Andreas Gayl. d. obſeruation. 108. num. 5. & ſequ. lib. 1. & amplius hanc ſententiam benigniorem, & æquiorem affirmat, & loquitur tam ante concluſionem in cauſa, quam poſt, relati in Syntagm. commun. opinion. par. 1. tit. de iure iurando, cap. duodecimo rubr. de iuramento in ſupplementum col. 2. verſ. Subijcit etiam Bal. relati per Maſcard. de probationibus lib. 2. concluſ. 954. num. 47. Seraphin. de priuil. iuramenti priuil. trigeſimo tertio, num. 195. Card. Tuſc. cum alleg. per eum pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 539. num. 12. & 13.

1264 IVRAMENTVM in ſupplementum poteſt a Iudice abſque alia partis inſtantia, & petitione deferri, quando Actor a principio petijt ſibi ius; & iuſtitiam adminiſtrari. Abb. in cap. final. in fine de iure iurando, & in cap. cum dilectus, num. quinquageſimo ſecundo de ordine cognitionum, & in cap. primo, num. ſecundo de officio delegati, Lanfranc. de Oriano in repetit. l. admonendi, ff. de iure iurando in ultimis verbis. Marſil. ſingular. 620. incip. Cauſa poſſeſſorij, in fine, Iaſ. in §. omnium, num. 47. & ibi etiam Aretin. num. 7. inſtit. de actionibus Felyn. in cap. licet Heli, num. 44. de ſimonia Iaſ. in l. naturaliter §. nihil commune num. 191. ff. de acquirenda poſſeſſione, Catellian. Cotta in memoralib. in verbo Iuramentum in ſupplemen-

plementum in fine verſ.& quando Actor poſt Alex. & Decium in locis per eum relatis Alex.Stiatic.qui alios allegat concordantes in ſua practica iudiciaria cap. vigeſimo, num.vigeſimoſexto.Natt.conſ.532. num.32. lib.4.Andr.Gayl. obſeru.108.lib. ſeptimo num.primo,Setſetus in tract.de iuramento lib.quarto cap.15.num. 6.

1265 IVRAMENTVM in ſupplementum, & præſertim purgatorium Reo deferri non debet, non ſolum niſi petatur; ſed etiam non niſi cauſa cognita, & ſic parte citata, vt per Marſil. in l.maritum, num. decimonono, ff. de quæſtionibus poſt Bal. Ang. Alex. & alios quos allegat. Capic. deciſ. 35. num. tertio. Menoc. de arbitrar. quæſt. lib. ſecundo caſu 464. num. vigeſimoſexto, & ſeq. centur. 5. Andr. Gayl.obſeruation. 108. num. 8. lib. 1. vbi pariter, & cauſa cognitionem, & citationem requiri in huius delamenti iuratione bene docet, & num. 10. docet etiam, quænam ſint per iudicem conſideranda in hac cognitione cauſa Alex. Stiatic. in ſua pract.iudiciar.cap.vigeſimo,num.ſept imo,& ſeqq. vbi bene docet in quibus iſta cauſæ cogn itio verſari debeat Syntagm.commun.opinion. par. 1. tit. de iure iurando cap.12.rubr.de iuramento in ſupplementum col. 7. ad medium verſ. Quinquageſimo ſecundo fallit. Maſcard. qui alios refert de probation. lib. ſecundo concluſ. 954.num. 60. & num. 71. & ſeq. vbi etiam bene declarat in quibus conſiſtere debeat hæc cauſæ cognitio Card. Tuſch. pract.concluſ.in verbo Iuramentum conc luſ. 540. num. 13. Setſerus de iuramento lib. quarto cap. 16.num.octauo vbi quod in delatione huius iuramenti, cuius petitionis formam ponit, citatio requiritur.

1266 IVRAMENTVM in ſupplementum nunquid peti, & deferri poſſit poſt ſtatutum terminum ad probandum vide Conrad.in pract. rubr.de iuramento num. ſecundo in fine, verſ. Nec etiam poteſt peti; vbi diſtinguit de termino Statuto ad probandum per omne genus probationis, & de termino ſimpliciter ad probandum Statuto, vt primo caſu peti non poſſit: ſecundo autem caſu ſic. Alex. Stiatic. in pract. Iudiciar. cap. ſecundo, num. vigeſimo nono, vbi pariter dixit quod data dilatione ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis non poteſt amplius peti delatio huius iuramenti; quia talis præfixio delationis, & termini habet vim conclusionis in cauſa, & ea lapſa excluditur omnis probatio ex allegatis ibi per eum.Syntagm. commun.opin.par. prima.tit. de iure iurando cap. decimo tertio ſub verſ. Quicquid dicatur,vbi idem dicit Maſcard. qui de communi teſtatur, & alios plures refert concordantes de probationibus lib. primo, concluſ. 954. num. quinquageſimo primo, nec diſſentit Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. trigeſimo tertio poſt num. 194. Mancin. in tract. de iuramento part. ſecunda art. ſexto, num. trigeſimo primo, vbi valde dubitat de prædicta concluſione quod ſcilicet iuramentum non deferatur poſt lapſum termini præfixi ad probandum, & probatum habendum. Setſerus in tract. de iuramento lib. quarto cap. decimoquinto, num. decimo quarto, vbi & ipſe prædictæ diſtinctioni aſſentire videtur.

1267 Veritas eſt quod illud iuramentum debet peti intra tempus probatorium, ex Iaſ. in repetition. l. admonendi, num. 318. ff. de iure iurando Marſil. in l. maritus, num. 22.& 23. ff. de quæſtionibus, vbi teſtatur de communi, Capic. deciſ. trigeſima quinta, num. primo, & ſecundo, Plot. de in litem iurando, num. 831.Ruyn. conſ. trigeſimo quinto, num. ſexto lib. 5. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 464.num.vigeſimonono Syntagm.commun. opin. par.prima tit. de iure iurando cap. duodecimo rubr. de iuramento in ſupplementum col. ſecunda verſ. Sexto requiritur,Card. Tuſch.pract. concluſ. in verbo Iuramentum, concluſ.540. ſub num. 7.

1268 Verum quod iſtud iuramentum poſſit peti etiam factis probationibus,& poſt examinatorum Teſtium publicationem, dummodo ante concluſionem in cauſa, bene docet Andr. Gayl. obſeru. 108. num. ſecundo, & 3. par. prima & Alex. Stiatic. in pract. Iudiciar. cap. vigeſimo, num. 24. & 5. Syntagm. commun. par.prima, titul. de iure iurando cap. duodecimo rubr. de iuramento in ſupplementum colum. ſecunda, verſ. Sexto requiritur.

1269 IVRAMENTVM in ſupplementum ſi a parte petitum non fuerit in prima inſtantia poteſt tamen & peti, & præſtari in cauſa appellationis, Bal. in cap.primo.§.Item ſi vaſſallus,num.8.de Contu inueſtit.Capic.deciſ.trigeſimaquinta num. quarto Iaſ. in repetitione l. admonendi, num. 318. & ibi etiam Caccialup. num. 242. & Curt. num. 11. ff. de iure iurando Andr. Gayl.obſeruation.108. nu. 9.lib. primo, Syntagm. commun. opinion. par. 1. tit.de iure iurando cap. 13. verſ.Aduerte quia.Maſcard. de probationibus lib. ſecundo concluſ. 954. num. 54. Seraphin. de priuileg. iuramen.priu.33. num. 194. Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ.539. num.duodecimo: Setſerus in tract. de iuramento lib. quarto, cap.15. num. 17.

IVRAMENTVM in ſupplementum, & purgationis præſertim reo deferendum peti non poteſt poſt concluſionem in cauſa, Iaſ. in l. admonendi, num. 264. ff. de iure iurando, qui de communi teſtatur Felin. in cap. Cum dilectus, num. 5. de fide inſtrumentorum, Marſil. in l. maritus, num. vigeſimoquarto, ff. de quæſt. vbi teſtatur de magis communi, prout hos ſic dicentes refert, & ſequ. Pract. Conrad.rub. de iuram.nu.2. ad fin. verſ. Non tamen,Michael Craſſ. in ſuis commun. opin.lib. primo cap. ſeptimo, quæſtio. decima nona Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 42. num. 21.

Alex.Stiat. in pract. iudic.cap. 20.num. 27. Andr. Gayl, obſeru. 108. nu.1. & ſeq. vbi alijs relatis teſtatur de communi Syntagm.commun. opin. par.1. tit. de iure iurando cap. 12.rubr. de iuramento in ſupplementum col. 2.verſ. Sexto requiritur,& cap. 14.verſ.Primo,& ſecundo,Maſcar. qui alios plures * de communi teſtantes refert de probation. lib. 2. concluſ.954.num.50.Seraphin.de priuil. iuramenti priuil. 33.num.192.in fine & ſeq.Card.Tuſc.pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 539. num. 7. Vbi de communi, & magis communi ex Mandoſ. ad Rom. & Marſil. in locis ibi per eum relatis.

Contrarium qui huius Iuramenti delatio poſſit peti etiam poſt concluſionem in cauſa voluerunt Salic.Alex.Ant.de But.& Imol.in locis relatis per Michael. Craſſ. vbi ſupra quæſt.19. verſ. Contrarium, Barbat.in conſ. 31.col. 2.in fin. lib. 2.quam refert Syntagm. vbi ſupra in d. verſ. Sexto requiritur,& in cap.14.verſ. Contrarium,Corn.& Alex. in locis relatis per Card. Tuſc. vbi ſupra d. concluſ. 539. num.8.Setſerus in tract. de iuramento lib. 4.c. 15. num. 1. & ſeqq.vbi relatis contrarium tenentibus hanc opinionem teſtatur æquiorem humaniorem,& ſolidioribus Iuris fundamentis comprobatam.

Retenta prima opinione quæ magis communiter recepta videtur eam declara,primo vt non procedat in cauſis ſummarijs.ſecũdo vt nec etiã procedat vbi ſubeſſet aliqua rationabilis cauſa, propter quam ſua deret æquitas partẽ admitti ad iurandum etiam poſt concluſionem in cauſa. tertio vt licet hoc iuramentum non poſſit peti poſt concluſionem in cauſa, Petitum tamen ante concluſionem poteſt a iudice deferri poſt concluſionem, prout ſingulas prædictas declarationes pluribus Doctorum authoritatibus bene comprobat Maſcar. de probationibus lib. 2. concluſ.954.num.52.& ſeqq. & Card.Tuſch.pract.concluſ.in verbo Iuramentum concluſ.539.num. 6.10. & 11. Setſerus in Tract. de iuramento lib. quarto cap.15. num. 8. & ſequentibus, vbi quod iuramentum ante concluſionem in cauſa petitam poteſt a iudice deferri poſt concluſionem in cauſa, & hanc ſententiam magis receptam in Imperiali camera teſtatur.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM metu aut dolo extortum, an & quando Iurantem obliget.

SVMMARIVM:

Iuramentum dolo, ſeu metu extortum iurantem non obligat, ſeruandum non eſt, & Contractum nullum non firmat, num 1270.

Iuramentum metu, & dolo extortum ſeruandum eſt firmatque contractum nullum de iure canonico, licet ſecus de iure ciuili, num. 1271.

Abſolutio a iuramento dolo, & metu extorto non eſt neceſſaria ſecundum legiſtas, ſecus ſecundum Canoniſtas, num. 1272. & ſeq. Tutius tamen eſt iſto caſu abſolutionem petere, num. 1274. & ſeq. vbi quod iſto caſu petita abſolutio omnino dari debeat.

Iuramentum metu, ſeu dolo extortum iurantem non obligat quando eſt præſtitum ſuper actus ſeu contractu a iure prohibito principaliter fauore, vel odio priuati, Secundario vero fauore publico, ſecus ſi interponatur in actu ſeu contractu non prohibitu & de ſe valido littera I, num. 1276. contra, num. 1277.

Iuramentum metu, aut dolo extortum iurantem non obligat quando de metu ſeu dolo euidenter apparet ex instrumento, ſecus ſi metus, aut dolus ſit latens littera I, num. 1278.

Iuramentum in contractu præſtitum præſumitur metu extortum littera I. num. 1279. Vbi etiam ponuntur contrarium tenentes.

Metus annullans iuramentum qualis eſſe debeat litt. I, num. 1280. & ſeq.

1270 IVRAMENTVM Dolo ſeu metu extortum (Dolum enim, & metus in propoſito æquiparantur) iurantem non obligat ſeruandum non eſt,& contractum nullum minime firmat. Tex. eſt in cap. Quamuis de pactis in 6. & in c. cum contingat de iure iurando, & in cap. licet mulieres eodem tit.in 6. ſumpto in his iuribus argumento a contrario ſenſu, & in Authent.ſacramenta puberum C. ſi aduerſus venditionem,Abb in cap.cum contingat num. 3.verſ.ſextus caſus extra de iure iurando, But. conſ.45.nu.1.verſ.Vnde quanquam,Aym.conſ.142. num.27.Curt.conſ.37.nu.4.& ſeq.lib.1.Bal. conſ. 148.nu.2.verſ.ſed ſi interuenit lib.1.Pariſ.conſ.73. nu.19.lib.3.& conſ.26.nu. 64.eodem libro,Rip.reſpon.15.nu.6.lib.3.tit.de reuocandis donationibus Soccin. Iun.conſ.77.nu.129.lib.1.& conſ.3.nu.34. lib.2. Neuizzan.conſ.21.per tot. vbi late hanc probat.concluſionem proponit contraria,& illis reſpondet Boer.deciſ.100.nu.14 Plot.de in litem iurando nu. 271. ſecundum antiquam impreſſionem,Rolan. conſ. 57.nu.55.lib.3.& conſ.2.nu.76.& ſeqq.lib.1. * Villalob.in commun.opin.littera I,num.140. vbi de communi ex Imol.per eum allegato,Stephan.Lamberteng.in tract. de contractibus eorum, &c. Gloſ. finis, num.89. Simoncell. de decreto lib. 3.cap. 8. num. 172. & 174. Syntagm. commun. opinion. par. 1. tit. 21.de iure iurando cap. 6. colum. 3 fol. mihi 116. verſ. Fallit nono, poſt Imol. quem alle* gat in cap. verum, de iure iurando, qui communem dicit Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg. 61.num. decimo nono,Setſerus in tract.de iuramento lib.1.cap.19. num.1. & ſeqq. & cap. 23. etiam

num.

num. 1. & ſeqq. vbi præſertim de iuramento per dolum extorto bene demonſtrat minus ex eo obligari, quam ex iuramento extorto per metum. Mancin. qui etiam loquitur de iuramento per dolum extorto in tract. de Iuramento par. 4. effectu primo quæſt. 1. num. 1. & num. 2. verſ. At præmiſſis, vbi tamen in contrarium arguit de Textu in c. venerabilem, prope finem extra de electionibus, & in cap. innocens 22. quæſt. 4. & d. effectu primo quæſt. 3. num. 14. verſ. Geſta per met. & quæſt. 12. num. 8. & ſeqq. vbi loquitur de iuramento per metum interpoſito, Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Iuramentum concluſ. 511. num. 58. & concluſ. 524. num. 126. dixi de iuramento per metum, & vim extorto iterum ſupra tract. de falſitate quæſt. 160. num. 98. & ſeqq. & de iuramento per dolum extorto ibidem, num. 110. & ſeqq. & pro hac concluſione extat deciſio Seraphini 771. num. decimo quarto, & ibi in additionibus littera G.

1271 IVRAMENTVM metu, & dolo extortum licet ſeruandum non ſit, nec firmet contractum nullum, vt ſupra dixi. Hoc tamen intelligendum eſt vt procedat ſecundum opinionem Legiſtarum, ſecus vero ſecundum Canoniſtas, qui volunt huiuſmodi iuramentum eſſe obligatorium, licet abſolutionem peti poſſe, vt infra dicam admittant per Text. in c. verum extra de iure iurando, & ibi Innocent. & cæteri canoniſtæ; & in c. ſi vero eodem tit. & in cap. Secundo, & Tertio de his quæ vi, metuſue cauſa fiunt, & in c. inter cætera 22. quæſt. 4. Afflict. deciſ. 322. num. 8. Rot. deciſ. 5. num. 2. de renunciatione in nouis. Nauarr. in cap. Acceptam in 5. oppoſitione, num. 12. de reſtit. Spoliator. & pro hac diſtinctione Legiſtarum, & Canoniſtarum vide Imol. in cap. cum contingat num. 3. de iure iurando Couarru. in epitom. de ſponſalibus par. 2. c. 3. nu. 2. Natt. conſ. 451. num. 23. & num. 27. Andr. Gayl. obſeruation. 42. num. 1. & ſeq. & num. 3. verſ. Canoniſta vero lib. 2. Simoncell. de decreto lib. 3. tit. 8. num. 174. verſ. Non tamen id procedit de iure canonico. Setſerum de iuramento lib. 1. d. cap. 19. num. 3. verſ. Legiſtæ communiter tenent, & num. 9. verſ. Canoniſtę vero, & num. 11. verſ. Extra prædictas ſpecies, vbi teſtatur de communi, & cap. 24. num. 4. verſ. Hinc ſacri canones, Mancin. de iuramento par. 4. effectu primo quæſt. 12. num. 12. vbi pariter teſtatur hanc diſtinctionem inter Canoniſtas, & Legiſtas communi Legiſtarum, & Canoniſtarum conſenſu receptam eſſe.

1272 IVRAMENTVM ſicut vt mox dixi, ſecundum Legiſtas, ſi vi, & metu extortum fuerit iurantem non obligat, & eſt ipſo iure nullum. Ita pariter ſecundum eoſdem legiſtas non eſt neceſſaria ab eo abſolutio; ſed abſque periurij metu poteſt quis abſque alia abſolutione contrauenire, cum ſit ipſo iure nullum. Crott. conſ. 53. num. 15. 17. & ſeq. lib. 1. Alciat. in cap. cum contingat num. 74. & ſeq. de iure iurando. Mancin. in Tract. de iuramento par. 6. quæſt. 9. num. 2. Vbi quod hæc opinio ſtricte, & in puncto Iuris verior eſt Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Abſolutio, num. 35.

1273 Secundum Canoniſtas vero neceſſariam eſſe abſolutionem voluerunt Imol. in cap. cum contingat, num. 32. de iure iurando, vbi de communi Abb. in ſua quæſt. 2. num. 16. & ſeq. verſ. Quartus caſus, & verſ. Sextus caſus, Ioan. de Anan. in conſ. 33. in fine, & ibi Bolognin. in addition. Ancharan. conſ. 18. num. 6. verſ. Reſtat igitur, Fulgoſ. conſ. 121. num. 3. Vbi de magis communi Natt. conſ.
* 144. lib. 1. Afflict. deciſ. 263. & ibi Vrſill. in addition. & deciſ. 322. num. 6. Crot. conſ. 27. num. 4. eodem lib. 1. Vbi ita communiter tenere Canoniſtas teſtatur Couarru. in Epitome de ſponſalibus par. 2. cap. 3. num. 2. Simoncell. de decreto lib. 3. tit. 8. num. 174. verſ. Non tamen id procedit de iure canonico, vbi alios refert concordantes Virgil. Boccacc. in conſtitution. Picen. lib. 5. c. 25. num. 117. verſ. Verum Rota, vbi alios refert, & Rotam Romanam alias ſic firmaſſe teſtatur, & loquitur etiam quid in iuramento a Statuto præſumpto per dolum, & metum extorto Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Abſolutio d. concluſ. 58. num. 3. 8. 11. 12. 17. & 35. Vbi amplius dixit in hac materia ſtandum eſſe Canoniſtis. Setſerus de iuramento lib. primo cap. 19. num. 13. vbi quod iſto caſu abſolutio a iuramento facile dari debet, Syntagm. commun. opin. par. 1. tit. 21. de iure iurando cap. 6. col. 3. fol. mihi 116. verſic. Fallit nono, & fol. 117. colum. prima verſ. Et præſertim, in fine, vide ſupra in tractat. de falſitate quæſtio. 160. num. 106. & ſeqq.

1274 IVRAMENTVM ſi per vim, & metum ſeu etiam per dolum extortum fuerit nunquid ab eo ſit neceſſaria abſolutio ad hoc vt ſine metu periurij contraueniri poſſit; Quicquid legiſtæ, & canoniſtæ inter ſe controuertant tutius eſt ad cautelam, & ob periculum animarum abſolutionem petere, & obtinere Bal. conſ. 483. viſo ſtatuto in fine lib. 4. Calderin. conſ. 184. alias 8. de iure iurando, verſ. Sed ijs non obſtantibus Ang. conſ. 218. in fine, & 215. etiam in fine verſ. Nec etiam aduerſatur. Ancharan. conſ. 180. viſa diligenter in fine, Quos ſic dicentes refert, & ſequitur Cardinal. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Abſolutio concluſ. quinquageſima octaua, num. decimo quinto, ſexageſimo quinto, & ſeptuageſimo quarto, Natt. conſ. 144. num. quarto, lib. 1. quem etiam refert, & ſequitur Mancin. in tract. de iuramento par. 6. quæſt. 9. num. 3.

1275 Et iſto caſu abſolutionem a iuramento petitam omnino dandam eſſe voluit Roman. in ſuo
* ſingulari 517. Incipiente Iurat quis metu compulſus, & ibi addentes ita communiter Doctores tenere teſtatur Caſtrenſ. conſil. 455. num. ſexto, verſic. Prius tamen obtenta lib. ſecundo, Bal. & Ancharan. in locis relatis per Card. Tuſc. pract.

concluſ.

concluſion. in verbo Abſolutio, concluſion. ſexageſima ſecunda, num. vigeſimo quarto, Setſerus de iuramento lib. primo, cap. decimonono, num. decimo tertio, vbi dixit abſolutionem a iuramento dolo, & metu extorto facile concedendam eſſe, quod ante eum dixerat Couarruu. in Epitom. 4. decretal. par. ſecunda, capitulo tertio, §. quinto, num. ſecundo, in fine. Et hoc in iure nullam habet difficultatem.

1276 IVRAMENTVM metu, ſeu dolo extortum tunc demum iurantem non obligat; nec propterea abſolutio neceſſaria videtur quando eſt præſtitum ſuper actu ſeu contractu a iure prohibito principaliter fauore, vel odio priuati, ſecundario verò fauore publico, tunc enim iuramentum coactum ob duplicem defectum legis ſcilicet prohibentis talem actũ, & etiam conſenſus ratione illati metus ipſo iure iurantem non obligat, dict. cap. cum contingat de iure iurando, & dict. cap. Quamuis de pactis in ſexto, ſumpto inde argumento a contrario ſenſu, & voluit Bartol. in l. ius publicum, num. 3. & ſeq. ff. de pactis, ſecus vero ſi interponatur in acta; ſeu contractu non prohibito, & de ſe valido. Tunc enim etiam, quod iuramentum dolo, aut metu extortum ſit videtur ſeruandum, & qui illud ſeruare noluerit abſolutione indiget. Cum non adſit niſi vnicus defectus, & quia contractus, ſuper quo interponitur de ſe validus eſt, & ad eius validitatem iuramento non indiget, & ratio diſtinctionis eſt, quia iuramentum vnicum duos defectus ſupplere non poteſt. Vnicum autem ſic vt per Abbatem in dict. cap. cum contingat num. 21. de iure iurando Dec. conſil. 249. Incip. Et diligenter, num. tertio, Bellon. conſ. 4. Incip. diligenter conſiderato, num. 4. Et hanc diſtinctionem in ſpecie poſuit Andr. Gayl. obſeruation. 42. num. 5. & ſeqq. lib. primo, vbi bene eam exemplificet, teſtaturque ita apud eum in illa Camera obſeruatum refert eum, & ſequitur Setſerus in tract. de iuramento, lib. primo, capitulo decimo nono, num. decimo tertio, in fine, verſic. Declarant autem, & num. decimo quarto, verſic. Ratio autem differentiæ, nec diſſentit Mancin. in tract. de iuramento, par. 4. effectu primo, quæſt. 12. num. 13. Dum poſt Innocent. in cap. 3. num. 1. extra de his quę vi metuſue cauſa fiunt, & alios quos allegat dixit, quod ſi iuramentum vi, & metu, vel etiam dolo præſtitum interponitur ſuper re mala, & turpi, & tunc abſolute non ligat, ſecus ſi ſuper re non turpi faciunt ſcripta per Roland. in conſil. ſeptimo, num. quadrageſimo, lib. tertio, & conſil. ſecundo, num. 80. lib. primo, vbi poſt Marſil. in loco per eum relato pariter dixit quod iuramentum metu extortum obligat, quando actus ſuper quo interponitur non eſt nullus, ſecus ſi ſit nullus, & ibi infert ad iuramentum interpoſitum ſuper confeſſione ſine inditijs, & metu tormentorum extorta, quæ cum de ſe nulla ſit, & inualida. Hoc ideo a iuramento non validatur, vide ſupra quæſt. 160. num. 105.

1277 Contrarium, ni fallor, & verius, quod omnino ſit neceſſaria abſolutio a iuramento per metum extorto, etiam quod fuerit interpoſitum ſuper contractu inualido ſcripſit Couarrun. in epitom. quart decretal. parte ſecunda, capitulo tertio, §. quinto, num. ſecundo, ea motus ratione, quia licet hoc caſu iuramentum metu præſtitum in contractu inualido iuramentum obliget, quoad inferentem metum, quia actus reſcindi poteſt interim tamen quoad Deum iurans eſt obligatus, & ideo neceſſaria Abſolutio ex Ioanne Monacho, Ioanne Andr. Domin. & Natta, quos allegat in capitulo Quamuis de pactis in ſexto, ſuper Gloſſ. in verbo Non vi, Bald. Corn. & Iacobin. in locis per eum relatis, licet Abb. Alciat. Felin. & Franch. pariter ibi per eum contrarium dixerint.

1278 IVRAMENTVM metu, aut dolo extortum iurantem non obligat, & conſequenter abſolutio ab eo non eſt neceſſaria, quando de eodem metu, ſeu dolo ex inſtrumento, vel alias euidenter appareat: ſecus ſi ſit latens, Ancharan. conſil. 382. in princip. Bald. conſilio quinquageſimo quinto, numero ſecundo, verſiculo Secundò caſu, & ſequenti, libro tertio, Caſtrenſ. conſilio 259. incipien. Circa primum, columna ſecunda, & ſequen. verſiculo Circa quartum, libro ſecundo, qui in ſimili dixerunt, quod ſi laudum contineat dolum manifeſtum, & non verum is, qui iurauit reductionem non petere, adhuc illam petere poterit, ſecus ſi dolus non ſit verus, & apparens; ſed præſumptus. Et hos ſic dicentes refert, & ſequitur Cardin. Tuſc. practicarum concluſion. in verbo Abſolutio, concluſione quinquageſima octaua, numero decimo octauo, & num. decimo nono, num. 75. num. 76. num. 80. & num. 81. Tu vero dicas, quod ſiue dolus, & metus ſit latens; ſiue etiam patens Abſolutio omnino exquirenda eſt ſaltim, quoad periculum Animæ, & ex ratione per Couarruu. vbi ſupra in præcedenti concluſione conſiderata.

1279 IVRAMENTVM metu extortum non ſolum iurantem non obligat, ſi quod metu extortum fuerit probatur; ſed etiam metu non probato, vbi iuramentum interuenit ibi actus dicitur per metum factus, & ſic iuramentum videtur ingerere, ſeu inferre metum ſecundum Bartol. et Bald. in l. ſecunda, C. quod metus cauſa, quos in id allegat Seraphin. de priuileg. iuramenti priuil. 29. vbi et hanc concluſionem tribus ſimllibus comprobat, et fundat.

Cuius contrarium, quod imo verum non ſit, quod actus dicatur metu factus, vbi iuramentum interueniſſet, niſi metus aliunde probetur reprobato Seraphin. in loco prævallegato de priuilegijs iuramenti priuileg. vigeſimo nono, ſcripſit Mancin. in tractat. de iuramento, parte quarta, effectu 199. In primis aduertens, quod Bar. & Bal.

in dict.l.2.C.de his,quæ vi metuſue cauſa fiunt non dicunt id ad quod per Seraphin. allegantur, ſed loquuntur cum præſuppoſito,quod iuramentum ſit metu præſtitum,& deinde concludit Seraphini ſententiam eſſe contra communes iuris regulas volentes, quod iuramentum non ſolum metum non arguat; ſed maiorem animi deliberationem, & geminatum conſenſum.

1280 IVRAMENTVM metu extortum, vt non obliget iurantem(vt ſupra dixi)quin illi contrauenire poſſit operæ pretium eſt videre qualis eſſe debeat iſte metus ad hoc, vt ſufficiat ad reſciſſionem contractus iuramẽto firmati,& quidem quod talis metus debeat eſſe non læuis,& inanis,ſed grauis,tex.eſt in l.metum & in l.ſequen.ff.quod metus cauſa cum alijs per Roman.ſingular.229.& ibi in additionib.Afflict.deciſ. 336.num.5.Plot.de in litem iurando, ſecundum antiquam impreſſionem,Emilian. conſ.2.num. 7.& 8.Couarruu.in Epitom.4. decretal. par. 2. cap. 3.§.4.num.primo,& ſeqq.& num.18.Stephan.Lambertengh.de Contractibus eorum,&c.Gloſ.7.quæſt. 37.num.94.

1281 Verum qualis, & quantus debeat eſſe metus contractum iuratum reſcindens ad hoc, vt dicatur grauis, & non læuis,dixi latius in meis quæſtionibus ciuilibus in materia metus,vbi particulariter firmaui ſeptem concluſiones,quas ſi hic referre vellem longior vtique eſſem,quam par eſſet.Pro nunc lectorem remitto ad Doctor.in cap.primo,de officio delegati, & ibi præſertim Abb.num.3.Felin.num.2.Dec.num. 14.& ſeqq.Mantua,num.quarto,& ſeqq. Bero. num. 11.& ſub num.17.& ſeq.& Hippol.Riminal.in repetitione,num.23.& ſeqq.Roman.d. ſingular. 229.& in additionibus, Boer.deciſ.100. num. 2. Barbatia conſ.60.Sapienter ſcripſit,lib. 1. Soccin.Iun. conſil. 77.num.44.& 45.par.prima,Neuizzan.conſ.47.nu. 18.Cephal.conſ.295.num.17.Emilian. conſ. 2. nu. 9.Natt.conſ.451.num.16.verſ.Et dicitur.Rolan.conſil.2.num.61.& ſeqq.& num.72.& ſeq.lib.1. & conſ. 83.num.27.lib.2.& conſ.100.num.126. lib. 4. Decian.conſ.18.num.127.& 140. lib.1. Brunor. a ſole in ſuo conſilio criminali,num.28. Boſſ.in tit. de carcere,nu.22.verſ.In contrarium. Couarru.in Epitom. 4.decretalium par.2.cap.3.§.4.per tot.Sarmient.Selectarum interpretation.lib.2.cap.11.Menoch.de arbitrar.quæſt. lib. 2. caſu 135. per tot. & caſu 136. num.11.deciſ.Pedemon.177.num. primo, & ſeqq. Andr.Gayl.obſeruation. 93.num.7.lib.2. & lib. primo,de pace publica,cap.ſecundo,num. tertio, & ſequentib.Stephan.Lambertengh. de Contractib. eorum,&c.Gloſ.ſeptima,num.94.Ioſeph Ludouic. deciſ.Lucenſ.18. num. quinto, & ſequen. & num. 22. Maſcard.de probationibus lib.ſecundo, concluſion. 1051. num. 26.& concluſion. 1052.num.decimo, & ſeqq.

ARGVMENTVM.

IVRAMENTVM an firmet contractum, in quo iurans fuit enormiſſime læſus, & an iſto caſu ſit neceſſaria abſolutio a iuramento.

SVMMARIVM.

Iuramentum non tollit enormiſſimam læſionem, num. 1282.

Iuramentum non firmat contractum in quo iurans fuit enormiſſime læſus,num.1282.& 1284.

Licet alii contra,num.1283.

Dolus arguitur ex læſione enormiſſima,num. 1285.& ſeq.vbi an iſte dicatur verus vel præſumptus,declara vt num.1287.

Læſio enormiſſima quæ dicatur,& quãta eſſe debeat ad hoc,vt iuramentum non firmet contractum in quo iurans fuit enormiſſime læſus,num.1288.

Læſio quadruplex eſt alia modica,ſeu minima,alia magna, alia maior quæ cõmuniter appellatur enormis, alia autem maxima,quæ enormiſſima nuncupatur, & de earum exemplis,num.1289.

Abſolutio a iuramento non eſt neceſſaria quando quis in contractu fuit enormiſſime læſus, nu. 1290.Tutius tamen eſt abſolutionem petere, num. 1291.

Iuramentum minoris 25. Annorum,vel mulieris non firmat contractum, in quo Mulieri vel minor fuerunt enormiſſime læſi, num.1292.& ſeq.vbi quod iſto caſu mulieri ſeu minori danda eſt abſolutio a iuramento.

Abſolutio a iuramento non eſt neceſſaria quando mulier vel minor in contractu iurato fuerunt enormiſſime læſi,num.1294. vbi etiam referuntur contrarium tenentes.

Læſioni enormiſſimæ renunciatio facta a Muliere, vel minore non valet, nu.1295.& ſeq.vbi quanta iſto caſu eſſe debeat læſio enormiſſima, ad hoc vt renunciatio mulieris, vel minoris non valeat.

Renunciatio facta læſioni enormi non trahitur ad enormiſſimam, num. 1297.

Læſioni enormiſſimæ renunciatio facta cum promiſſione de non petendo abſolutionem a iuramento, An, quando,& quomodo talis abſolutio concedenda ſit.

Abſolutio a iuramento danda non eſt periuro, num. 1300.contra, num.1301.

1282 IVRAMENTVM non tollit enormiſſimam læſionem, & ideo nec etiam firmat contractum in quo Iurans fuit enormiſſimè læſus;cũ enormiſſima læſio ſemper in iuramento excepta cenſeatur.Dec.conſ.31.nu.2.Curt.Iun. conſ.141.nu.8. qui de cõmuni teſtatur Iaſ.conſ.133.nu.8.Neuizz. conſ.

conſ.21.num.5.& num.15.verſ.Secundo poteſt re-
ſponderi,& conſil.22.num.18.&ſeqq.vbi reſpondet
contrarijs.Soccin.Iun.conſ.98.num. 20. 25.& ſeq.
lib.2.Alba.conſ.81.num.99.Pariſ. conſ.75. per tot.
lib.3.& præſertim,num.18.verſ.Et quod data, & ſe-
quen.Roland.conſ.7.num.43.& ſeqq.lib.3. vbi plu-
* res alios de communi teſtantes refert, & conſil.60.
num.62.& ſeqq.lib.4.vbi etiam alijs relatis teſtatur
* de magis communi,& conſ.96.num.58.lib.3.vbi pa-
* riter de magis communi Capra reg.87. num. 1261.
& ſeq. Rip.in l.2.num.10.C.de donatio. Cagnol. in
l.2.num.98.C.de reſcindend.venditione, Gramma-
tic.deciſ.76.num.12. Alciat. in cap. cum contingat
num.77.verſ.Quarto infertur,& num. 85. in fine, &
ſeq. Afflict.deciſ.80.num.5.& ſeqq.Couarruu. in
Epitom.ſuper quarto decretalium,par.3.in relectio-
ne,cap.Quamuis de pactis in 6.§.4.num.3.& 5. Vil-
lalob.in commun.opinion.in verbo Iuramentum nu.
137.deciſion.Pedemontan.41.num.primo, & num.
ſecundo, ſynragm. commun.opinion. par. prima,
titul. vigeſimoprimo, de iure iurando, cap. ſexto,
num. quarto, verſiculo Fallit ſeptimo, Seraphin. de
priuileg.iuramenti priuileg.61.num.vigeſimo ſecun
do, Mancin. in tract. de iuramento effectu 1. quæſt.
11.num.12.

1283 Et licet contrarium,quod iuramentum in ma-
iore tollat enormiſſimam læſionem communiter di-
xerit Gabriell.tit.de iure dotium,concluſion.prima,
num.decimo quarto,poſt ſecundam Ampliationem,
& ideo remedium l.ſecunda, C.de reſcindenda ven-
ditione tolli per iuramentum ſcripſit idem Gabriel.
lib.3.tit.de emptione,& venditione,concluſion.pri-
ma,num.78.in vndecima limitatione, vbi alios plu-
res refert,& teſtatur de communi, quod & idem in
remedio,d.l.2.C.de reſcind. venditione ſcripſerunt
Oſaſch.deciſ.Pedemon.41.per tot.vbi alijs pluribus
relatis teſtatur de magis communi legiſtarum,& Ca-
noniſtarum ſententia Rolan.conſ.8.num.39.lib.pri-
mo, vbi pariter de communi ex Ruin. per eum rela-
to,& conſ.59.num.18.& ſeqq.eodem lib.1.vbi alios
plures de communi teſtantes refert,& ſequitur Rota
diuerſor.parte prima, deciſ.440.num.3.

1284 Ego tamen a prima opinione non diſcederem.
Tum quia æquior,& verior eſt,præſertim ex ratione,
quam mox infra dicam,quia ſcilicet ex enormiſſima
læſione dolus re ipſa arguitur,& præſumitur. Tum
* etiam quia ni fallor magis communiter recepta eſt
etiam in ſpecie in remedio,dict.l.ſecunda, C.de re-
ſcindend.vendition.prout etiam teſte Caſſador.in
deciſion.vnic.tit.de emption. & vendition. Alias in
Romana Rota recepta fuit. Et hanc Rotæ reſolutio-
nem veriorem, & æquiorem ſibi videri affirmauit.
Viu.in commun.opinion. in verſiculo Venditio iu-
rata, eamque in iudicando,& conſulendo eueniente
caſu ſe amplectendam offert, & ita etiam in Regio
Prętorio Granatenſi apud eum iudicatum fuiſſe
teſtatur Couarruu. variar. reſolution. lib. ſecundo,
capitulo quinto, numero quinto. Addo, & Cæ-
phal. conſil. trigeſimo quarto, num. vigeſimo ſex-
to, & conſil. 142. numero trigeſimo ſecundo, libro
* primo, Franc. Turzan. in commun. opinion.opin.
359. Matrheus Gribal. pariter in ſuis communibus
opinionibus in verbo Læſio, verſ. Enormiſſima
* læſio, vbi etiam de magis communi. Stephan.
Lambertengh. de Contractibus eorum, &c. Gloſ.
finis, num.88.

1285 IVRAMENTVM non tollit enormiſſi-
mam læſionem, nec etiam firmat contractum in
quo iurans enormiſſimè læſus eſt ea inconuincibili
ratione, quia vt ſupra dixi iuramentum non firmat
contractum dolo extortum, ergo nec etiam firmat
contractum,in quo quis eſt enormiſſimè læſus, cum
ex enormiſſima læſione re ipſa dolus arguatur, licet
præſumptus,vere tamen dolus ex allegatis per Pariſ.
conſil.75. num.decimonono,& ſequenti, lib.tertio,
Soccin.Iun.conſ.53. num. ſecundo,lib.primo,& con
ſil.tertio,num. quadrageſimo ſecundo, lib. ſecundo,
cum alijs pluribus relatis per Neuizzan.conſil.vige-
ſimo primo in diſcurſu, Roland. conſil. ſeptimo,
num.quadrageſimotertio,& ſequen.& conſil. nona-
geſimo ſexto, num. quinquageſimo octauo, lib.ter-
tio, Cæphal. conſil.142. num. trigeſimo primo, &
conſil. 62. num. vigeſimoprimo. Stephan.Lamber-
tengh.de Contractibus eorum, &c.gloſ. finis, num.
89.Maſcar.de probation.lib.primo,concluſion.531.
num. vigeſimo quinto, Cardinal. Tuſch. practicar.
concluſion.in verbo Abſolutio,concluſion.56. num.
nono, Seraphin.cum alleg. per eum de priuil. iuram.
priuileg.83. num. 97. vbi ampliat etiam quod læſio
ſit intra dimidium.

1286 Et licet idem Cardin. Tuſch. dict. concluſ.56.
num.9.Cephal.conſ.141.num.16.& ſeq. & Decian.
lib.1.cap.4.num.11.verſ.Quæ tamen omnia, & alij
nonnulli dixerint dolum ex enormiſſima læſione prę
ſumptum non eſſe dolum ex propoſito. Non tamen
deſunt alij Doctores dicentes: imò cenſeri dolum
ex propoſito illum,qui in enormiſſima læſione ineſt,
vt videre eſt apud Roland. in conſ. 59. num. 35. lib.
1.poſt Corn.Pariſ.Soccin.& Aym.in locis per eum
relatis,& Cęphal.conſ.34.num.30.& conſ.142. nu.
37.Seraphin.qui alios plures allegat d.priuil.83.ſub
num.97.98.& 104.

1287 Et vtcunque ſit ſatis eſt (& hoc indubitatum
apud omnes tenetur) quod quoad reſciſſionem con-
tractus dolus re ipſa ex enormiſſima lęſione reſul-
tans, & dolus ex propoſito ęquiparantur, vt videre
eſt apud Pariſ.conſil.55.num.19. & ſequen. lib. ter-
tio,Cęphal conſil.34.num. 24. & ſequentib.& con-
ſil.62. num. 18. 23. & ſequentibus, & conſil. 142.
num.22.& num.33.lib.primo, deciſ.Pedemont. 41.
* num.tertio; vbi de magis communi Menoch. de
arbitrar. quęſtion.lib.primo,quęſtion. 71. num. 18.
Ancharan.Regien.quęſt.35.num.nono, par.ſecunda
Decian. in tract. crim. lib.1. cap.4. num.vndecimo,

verſ.Quæ deciſio, vide quæ dixi ſupra in tit. de pœnis temperandis,quæſt.88.num.34.& quæſt.89. nu. 140.Seraphin.cum allegat. per eum dict. priuil. 83. num.99. vide in quęſt. 88. num.34.& in quæſt. 89. num. 140.

1288 IVRAMENTVM poſtquam vt ſupra dixi non firmat contractum,in quo quis enormiter, ſeu enormiſſime læſus fuit. Quanta debeat eſſe iſta læſio enormis;ſeu enormiſſima non firmans contractum, & iuramenti vires auferens. In hoc paſſu plures fuerunt Doctorum ſententiæ. Aliqui enim dixerunt enormem dici læſionem eam,qua quis læditur in ſexta parte iuſti pretij,& debitæ quantitatis ſecundum Dec.in conſil.39.num.ſeptimo, Soccin.Iun. conſil. 48.num vigeſimo ſecundo,lib.primo, & conſil.144. num.decimo quarto,eodem lib.1.Curt.Iunior conſ. 79.in fine.Rolan.conſil.ſeptimo,num.54.lib.tertio. Riminald.Iun.conſil.decimotertio, num.35. lib. primo, & conſil.144.num.31.lib.ſecundo,Gabriel.qui de communi teſtatur, tit.de emption. & vendition. concluſion.prima,num.ſeptimo,cum alijs relatis per Seraph de priuil.iuram.priuil.83.num.88. verſ.Amplius dico,& nu.89.& ſeq. vbi arguit contra,& argumento reſpondet diſtinguendo.

Aliqui antem dixerunt læſionem enormem dici eam,quæ ad tertiam partem veri valoris aſcendit ſecundum Alexan.conſ.92.num.5.lib.2.cum alijs per Pariſ.conſ.85.num.49.lib.1.& per Menoch. de arbitrar.lib.2.caſu 74.num.3.

Aliqui autem cenſuerunt enormiter lęſum quem dici poſſe quando læſio contingit dimidiam iuſti pretij ſecundum Corn. qui communem dicit in conſil. 214.littera A,col.2. verſ. Nec obſtat reſponſione, lib.3.ſecundum antiquam impreſſion.Alex. d. conſ. 92.num.5.Soccin.Iun.conſ.144.nu.14.lib. 1.Iaſ. in authent.ſacramenta puberum,num.43. C. ſi aduerſus venditionem cum alijs per Seraphin.de priuileg. iuramenti,priuileg.83. num. 87. verſ. Secundo dicitur læſio magna.

Alij autem dixerunt enormem dici læſionem ſi excedat dimidiam iuſti pretij aliter ſecus.Et hoc quia videtur permiſſum contrahentibus in pretio ſe decipere vſque ad dimidium veri valoris non vltra, l.in cauſæ,§.idem Pomponius,ff.de minoribus, l. item in pretio,§.final.ff.locati iuncta l.ſecunda,& l.ſi voluntate in fine, C.de reſcindend. venditione, cum alijs per Seraphin.de priuileg.iuramenti,priuileg.83. nu. 87.poſt medium,verſ.Tertio dicitur læſio maior, vbi alijs relatis teſtatur de communi opinione. Et in hac opinione reſidet Mancin. de iuramento parte quarta effectu primo, quæſtione ſecunda, num. decimo.

Alij autem dixerunt ad effectum de quo agitur non ſufficere ſimplicem exceſſum, vltra dimidiam iuſti pretij;ſed debere eſſe magnum exceſſum vltra dimidiam ſecundum Rolan.in conſ.59.num.25. lib. primo poſt Caſtrenſ.Corn.& Soccin.Iunior, in locis per eum relatis,Couarruu.variar.reſolution. lib. ſecundo, cap.quarto,num.quinto, Stephan. Lamberteng.de Contractibus eorum,&c.Gloſ.finis, nu. 88. Mattheus Gribald. in comm. opin. in verbo Læſio, verſ.Enormiſſima læſio,vbi plures alios de communi teſtantes refert.

Alij demum,& horum opinio frequentiori calculo recepta eſt enormem; ſeu enormiſſimam læſionem ad effectum tollendi vires iuramenti, & contractus, ſuper quo interpoſitum eſt iudicis arbitrio æſtimandam eſſe,attentis cauſæ, temporis, & perſonarum qualitatibus, præſertim iuxta eorum facultatem ſecundum Abbat.in cap.primo,num.octauo,de reſtitution.in integrum Guidopap.deciſion.170. in fine, Soccin.Iun.conſ.48.num.22.lib.1. Simon de Pretis conſil.primo,num.10. Roland. conſ. ſeptimo, num. 55.lib. 3.Riminal.Iun.conſil.13.num.36.lib.primo, Menoch.de arbitrar.quæſt.lib.2. centur. 1. caſu 74. num.quarto,Gabriell.tit.de emptione, & venditione,concluſ.prima,num.10. cum allegatis per eos, & cum hac vltima opinione, quæ mihi verior videtur reſidet etiam Seraphin.de priuileg.iuramenti, priuileg.83.num.90.verſ.Sed pro concordia,& verſiculis ſequentibus.

1289 IVRAMENTVM poſtquam non firmat contractum in quo iurans eſt enormiſſime lęſus, videndum modò eſt quanta debeat eſſe iſta lęſio enormis, vel enormiſſima iuramenti vires eneruans. Qua in re præcognoſcendum primo loco eſt quotuplex ſit læſio dic quadruplicem. Alia enim eſt modica, ſeu minima, alia magna,alia autem maior,quæ communiter appellatur enormis,& alia maxima, quæ enormiſſima nuncupatur ſecundum Seraphin.de priuilegijs iuramenti,priuileg.83.num.86. & ſequentibus, vbi exemplificando dixit læſionem modicam,ſeu minimam eſſe quando in venditione rei pro pretio ſcutorum ducentorum venditor eſt læſus in ſcutis quinque in circa magnam lęſionem,quando quis lęditur citra dimidiam iuſti crediti maiorem; ſeu enormem læſionem,quando lęſio eſt vltra dimidiam, & quandoque etiam in ſexta parte vel ſecundum communem Doctorum ſententiam iudicis arbitrio maximam, ſeu enormiſſimam lęſionem, quando læſio eſt vltra dimidiam in magno exceſſu, vtputa in Triduplo, Quadruplo, vel etiam vltra. Et hanc lęſionis diuiſionem, idem Seraphin. & iuribus, & Doctorum auctoritatibus bene comprobat, & confirmat. Quod,& idem in ſubſtantia ſcripſit Mancin. in tractatu de iuramento parte quarta, effectu primo,quæſtione ſecunda, numero ſeptimo. Vbi dixit læſionem eſſe enormem, enormiorem, & enormiſſimam. Enormem dici eam, in qua quis læditur in ſexta parte. Enormiorem, quę excedit dimidiam iuſti pretij. Enormiſſimam, quę in totum, aut ſaltem, quaſi in totum lędit, vel ſecundum communem Doctorum ſententiam, de qua teſtatur Menoch. in conſ. 1. num. 494. Enormiſſimam

lęſionem

læſionem dici eam, quæ multum excedit dimidiam partem, ſubdit tamen Mancin. & benè poſt Pinell. quem allegat in l.ſecunda, par.tertia, cap.primo, numero octauo, C.de reſcindend. venditione ad effectum reſcindendi vires iuramenti, de quo agitur Doctores noſtri ſepe terminos prædictas enormis, enormioris, & enormiſſimæ læſionis confundunt vnamque pro altera ſepiſſimè acceperint. Vnamque, & eandem læſionem modo enormem, modo enormiorem, & modo ænormiſſimam nuncuparunt ex Aym. quem allegat in conſ.192. num.tertio, & num. octauo, & verum dicit, ſicut ex profeſſo adnotauit, & aduerti in pluribus ex prærallegatis Doctoribus hanc materiam tractantibus. Verum ad effectum eneruandi vires iuramenti, & contractus; ſuper quo interponitur quanta debeat eſſe læſio dixi in antecedenti num.1288.

1290 IVRAMENTVM ſtante enormiſſima læſione non firmat contractum ſuper quo interponitur, nec iurantem obligat in tantum, vt illi contrauenire poſſit etiam non petita, & obtenta abſolutione, Dec. conſil.180. viſa renunciatione, num.ſexto, Neuizzan.conſil.vigeſimo primo, per tot. in diſcurſu, & pręſertim, num.quinto, & num.ſexto, vbi proponit contraria, & illis reſpondet Grammatic. conſil. ciuili 128.num.vndecimo, vbi de communi Cagnol. in l.ſecunda, num.92. verſiculo Quando tamen, C. de reſcindend.vendition. Gozzadin. conſ. 72. num. ſexto, Soccin.Iun.conſil.tertio, num. quadrageſimo ſecundo, & num.quadrageſimoquinto, lib.ſecundo, qui teſtatur de magis communi, & conſil. quadrageſimo octauo, num.vigeſimo nono, lib.quarto, Iacob. Port.Imolen.qui & alios refert conſil.decimo nono, num.quadrageſimo quarto, & conſil.vigeſimo ſecundo, num.trigeſimoquarto, & conſil.101.num.vigeſimo ſecundo, Cephal.conſil.208. num. decimo octauo, Roland.conſ.quinquageſimo nono, num. vigeſimo ſeptimo, lib.primo, & conſil.ſexageſimo, num.ſexageſimo octauo, ad med.verſiculo Et ideo lib.quarto, vbi teſtatur de receptiori Doctorum ſententia, Maſcard.de probationib.lib.primo, concluſion.531. num.vigeſimo ſexto, Ioſeph.Ludouic.deciſion. Lucenſ.vigeſima ſeptima, num.decimonono, & ſequentibus, par.prima, vbi de communi Mancin. qui alios plures refert de communi, vbi de magis communi Doctorum ſententia teſtantes in tractat. de iuramento parte ſexta, quæſtione quarta, numero primo.

Et licet contrarium, quod imo etiam ſtante enormiſſima læſione non poſſit iuramento contrauenire ſine abſolutione voluerint Ioan.de Anan. conſil.83, in fine, Ancharan. conſil. 198. in princip. Alexand. conſil.quadrageſimo ſecundo, num.ſexto, lib.primo, quos in propoſito refert Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion.in verbo Abſolutio, concluſion. quinquageſima octaua, num.tertio, & num.quarto, & num. vigeſimo ſecundo. Et hanc contrariam ſententiam magis communem dixerit Pariſ.in conſ.45.num.52. lib.primo.

Non tamen a prima opinione recedas (quæ, vt vides magis communiter recepta eſt, declarata tamen (& in hoc omnes concordant) quod ob periculum animarum, & quoad Deum Tutius ſemper ſit abſolutionem petere, & ita ſeruatur, & voluerunt Alexand. dict.conſil.quadrageſimo ſecundo, num.ſexto, libro primo, & conſ.125.viſis, & conſideratis, column.prima, verſiculo Licet dicat, lib.primo, & conſ. 89. viſo puncto, num.decimoquinto, & num. decimo ſexto, lib.ſecundo, & conſil. 168. ſuper primo, in fine lib. primi, Fulgoſ.conſil.121.num.tertio. Vbi dixit hanc eſſe communem opinionem canoniſtarum cum alijs per Roland.conſil.59.num.vigeſimoſeptimo, lib.primo, Ioſeph.Ludouic.deciſ.Lucenſ.vigeſimaſeptima, num.vigeſimo ſecundo, Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuileg.61.num. vigeſimoſecundo, Mancin. in tractat.de iuramento par.ſexta, quæſtion.quarta, num.primo, in fine Card.Tuſch.practic. concluſion. in verbo Abſolutio, concluſion.58.num.15. 22. 33. & 34.

Vide tamen in propoſito Rota diuerſor.par.prima, deciſion. 102. num. nono, vbi diſtinguendo dixit, quod abſolutio non eſt neceſſaria in enormiſſima læſione, iam detecta; ſed ad illam detegendam non eſt aliquis admittendus ſine abſolutione, & quod ita pluries Rota firmauit.

1291 IVRAMENTVM quando propter enormiſſimam læſionem in contractu interpoſitum nihil operatur tutius eſt, vt prędixi abſolutionem petere, nunquid hæc abſolutio concedenda ſit. Dic omnino eſſe concedendam ſecundum Iaſ. in Authentica ſacramenta puberum, num.42. & ſequentibus, C.ſi aduerſus venditionem, & conſ. 133. num. octauo, lib. quarto, vbi de communi Port.conſil. decimo, num. 33. & conſ.19. num.32. quos ſic dicentes refereudo ſequitur, & de frequentiori Doctorum ſententia teſtatur in tractat.de iuramento, par.4. effectu primo, num.tertio, & ſeqq. vbi proponit contraria, & illis reſpondet.

Et ab iſta concluſione, quæ apud me veriſſima eſt, & etiam paſſim practicatur non crederem recedendum, quicquid ſecus ſcripſerit Card. Tuſch. practic. concluſ.in verbo Abſolutio, concluſ.62.num.12. vbi alios plures etiam de communi teſtantes pro hac contraria ſententia allegat, qui ni fallor confunduntur ex ſupra allegatis Doctoribus volentibus, & quod plus eſt, iſto caſu non eſſe neceſſariam abſolutionem a iuramento, ſi non eſt neceſſaria. Ergo multo magis concedenda eſt ad cautelam petita.

1292 IVRAMENTVM præſtitum a viro maiore 25. Annorum præſtitum ſuper contractu in quo iurans eſt enormiſſime læſus ſi contractum non firmat nec obligatorium eſt, vt ſupra probaui. Multo minus ſtante eadem enormiſſima læſione aliquid operari debet iuramentum præſtitum a minore viginti quinque Annorum, vel a muliere in quibus maior eſt fragilitas, & ad iurandum facilitas ex plene allegatis per Socc.Iunior.in conſ.53.lib.primo, per tot.

& in conſ. 3. num. 42 .lib. 2.& plenius per Gabrielliũ
titul.de iure dot.concluſion.prima, num. octauo, &
ſequentibus, vſque ad num.12.vbi infinitis fere Do
ctorum auctoritatibus relatis hanc magis commu-
nem teſtatur Neuizzan. conſil. 22.vbi latiſſime poſt
alios plures relatos concordantes proponit contra-
rios, & illis reſpondet.Pariſ.conſil.75. num.decimo
octauo,& num.vigeſimo ſeptimo, lib.tertio,Cephal.
conſil.142.per tot.in diſcurſu, & præſertim,num.vi
geſimo quinto, & conſil.34.pariter per tot. præſer-
tim, num. vigeſimo, & conſil. 62. num. decimo
quarto,& ſequen.lib.primo,& conſil.208. num.octa
uo, lib. ſecundo, Roland.conſil.ſeptimo,num.qua-
drageſimo tertio, & ſequentibus,lib.tertio,Stephan.
Lambertengh.de Contractibus eorum, &c. Gloſ. fi-
nis,num.88.& ſequen. Simoncell.de decreto,lib.ter
tio, cap. octauo, num.231.vbi alios plures refert e-
tiam teſtantes de veriori, & æquiori, & magis com-
muni Doctorum ſententia,Mancin.in tractat. de iu-
ramento,par.quarta,effectu primo,quæſt.octaua ſub
num.primo,cum allegatis per eos,quos ſi hic referre
voluiſſem multo longius me oratio extendiſſet,
quam par eſſet.

1293 Et propterea iſto caſu dandam eſſe abſolutio-
nem a iuramento mulieri,ſeu minori ſtante enormiſ-
ſima læſione apud me indubitatum eſt,& in ſpecie
voluerunt Pariſ.conſil.75.num. 18. & 27. lib.tertio,
Gabriell.tit.de iure dot.concluſion.prima,num.octa
uo,& ſeqq. Neuizzan. conſil. 22. & Cephal. conſil.
142.per tot.Quamuis contrarium,quod imo non ob
ſtante enormiſſima læſione apud me indubitatum
eſt,& in ſpecie voluerunt Pariſ. Gabriell. Neuizzan.
& Cæphal.in locis præallegatis. Quamuis contra-
rium, quod imo non obſtante enormiſſima læſione
iuramentum a muliere,ſeu minore præſtitum ſit obli
gatorium,& quod ab eo abſolutio petita conceden-
da non ſit voluerint quam plures Doctores relati
per Gabriell.concluſion.prima, num.quinto, & ſeq.
per Neuizzan.dict.conſil.22.per Cephal.conſ.142.
num.primo,& ſequentibus,& etiam per Card.Tuſc.
practicar.concluſion.in verbo Abſolutio, concl.62.
num.12.

1294 Maior videtur difficultas,an iſto caſu mulieri,
ſeu minori volentibus contrauenire iuramento per
eos præſtito ſub prætextu enormiſſimę læſionis, ſit
neceſſaria ab eodem iuramento abſolutio,& quidem
quod non ſit neceſſaria voluerunt Abb. Alex. Cu-
man. Paul. de Caſtro,Corn.Bolognin.Iaſ.in locis re
latis per Gabriell.de iure dotium concluſion.prima,
num.duodecimo in prima Ampliatione, Soccin.Iun.
conſ. 53.poſt num.primum,lib.primo, & conſil. ter-
tio, num.45. lib.ſecundo, Ancharan. Calderin. Al-
ciat. Caſſador. Aquen. & alij relati per Virgil. Boc-
cac.qui tamen eos non ſequitur in conſtitutionem
Piceni,Gloſ. ſecunda,num.vigeſimo octauo in prin-
cipio,Cagnol.Riminal. Ripa, Cæphal. & alij plures
pariter relati per Simoncellum in tractat.de decreto
lib.tertio,titulo octauo, num.231.Quorum aliqui te
ſtantur de æquiori,& veriori,& magis communi Do
ctorum ſententia ſecundum eum Grammatic.& alij
pariter de communi teſtantes relati per Cardinal.
Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Abſolutio con
cluſ.58.num.31.

Contrarium quod imo ſit neceſſaria abſolutio vo-
luerunt Alexand. conſ. 125.num.9. verſ. Et ideo di-
cit lib. primo,qui teſtatur de communi Pariſ. conſil.
75.num.vigeſimo,lib.tertio,Iaſ.in l.ſciendum,num.
32.verſiculo Iſtam gloſam, ff. de verborum obliga-
tionibus,vbi teſtatur de magis communi Fulgoſ.con
ſil.121.num.tertio,qui etiam teſtatur de magis com
moni legiſtarum, & Canoniſtarum ſententia, quos
ſic dicentes refert Tuſc. pract. concluſ.in verbo Ab-
ſolutio, dicta concluſion. 58.num.32.& num.33.nec
diſſentit Virgil.Boccac.dict.gloſ.ſecunda, num. 28.
verſic.Contrariam tamen partem, vbi pariter teſta-
tur de magis communi ex Pinello quem allegat in
l.ſecunda,C.de reſcindenda venditione par.tertia,
cap.primo,num.octauo. Et amplius ſubdit, ita ſer-
uari vidiſſe,& eius atteſtationi bene credendum exi-
ſtimo. Cum eum in vrbe cognouerim, & bonum, &
practicum Procuratorem.

1295 IVRAMENTVM a muliere, ſeu minore præ-
ſtitum ſtante enormiſſima læſione poſtquam, vt dixi
iurantes non obligat,& abſque metu periurij eidem
iuramento contraueniri poteſt ſaltim petita abſolu-
tione,nunquid hoc idem erit quando ipſa mulier,vel
minor expreſſe renunciauerit d.læſioni enormiſſimæ
Et quidem quod talis renunciatio non valeat poſt
Decium in loco per eum relato communem teſtatus
eſt Villalob.in commun.opinion.in verbo Iuramen-
tum, num. 138. relatus in ſyntagm. commun. opin.
par.prima,tit.21.de iure iurando,cap.ſexto,numero
quarto, verſic.Amplia iſtam ſeptimam fallentiam
Abb.Imol.Alciat.Soccin.Dec.& Ripa in locis rela-
tis per Simoncell.de decreto,lib.tertio, tit. octauo,
num.332.Cęphal.cum alleg.per eum in conſil.142.
num.30.lib.primo.

1296 Quod tu intelligas ſi læſio enormiſſima fuerit
vltra dimidiam in magno exceſſu, ſecus ſi non mul-
tum dimidiam excedat. Hoc enim vltimo caſu mu-
lieris, ſeu minoris renunciationem enormiſſimæ lę-
ſionis factam valere voluit,Couarruu.in repetitione
capituli Quamuis, de pactis in ſexto,par.quarta,
num.tertio,in ſecunda,& tertia Concluſione, & va-
riarum reſolutionum,lib.ſecundo,cap.quarto, num.
quinto,Villalob. in commun.opin.in verbo Iuramen
tum, num.138. relatus in ſyntagm. commun. opin.
par.prima,tit.21.de iure iurando,capit.ſexto, num.
quarto, verſiculo Amplia iſtam ſeptimam fallen-
tiam.

1297 Quod ſi mulier ſeu minor renunciauerunt e-
normi læſioni,quod tunc non cenſeantur renunciaſ-
ſe læſioni enormiſſimæ voluerunt Neuizzan. conſil.
21.ſub num.quinto,& num.ſeptimo,Corn.Caſtren.
& Aymon.in locis relatis per Roland.conſ.60.num.
65.lib.quarto,& eſt ratio,quia enormiſſima læſio,vt
re-

remiſſa dicatur eſt neceſſaria ſpecialis expreſſio, nec venit ſub quacumq; verborum generalitate, l.creditor, §.Lucius, ff.mandati, & in l.ſi libertus, ita iurauerit, ff.de oper.libert. Corn.Ancharan. Guidop. & alij relati per Simoncell.de decreto, lib.tertio, titul.octauo, num.233. vbi amplius ex Cagnol. quem allegat in l.ſecunda, num.87.& num.88. C.de reſcindend. venditione, teſtatur de communi obſeruantia, & practica.

1298 IVRAMENTVM quando a muliere; ſeu minore fuit præſtitum in contractu in quo fuerunt enormiſſimè læſi, licet vt ſupra dixi, abſolutio petenda fit, ſitque etiam neceſſaria ad hoc vt ſine periculo periurij eidem iuramento contraueniri poſſit. Eſt tamen aduertendum, quod ſi prædicti mulieri, & minor enormiſſimæ læſioni renunciarunt expreſſe, Et amplius promiſerunt abſolutionem a iuramento non petere ſub prætextu dictæ enormiſſimæ læſionis, tunc in eadē abſolutione ſunt exprimendæ omnes renunciationes, & promiſſiones prædictę, & omnia Iuramenta aliter abſolutio reputabitur ſubreptitia, & non ſuffragabitur. Ruin. conſil.103.ponderatis, columnn. final. verſiculo Vel ſaltem antequam audiatur lib. quarto, Mandoſ.in addition.ad Roman. dict.conſil.326 in verbo Iuramenti, Soccin. conſil.59. num. decimo, Pariſ.conſil.42.num.decimoquinto, lib.primo, Felin.in cap.Debitores, num.nono, de iure iurando, Natt.conſil.144.num.ſexto, lib. primo, Roland.conſil.34.num.ſexto, & ſequentibus, lib.primo, Felin. Curt. Bertrand. Caſtrenſ. & alij relati in ſintagm.commun.opinion.par.prima, titul.22.de abſolutione a iuramento, verſiculo Ideo aduertere debet, & ſequen. & verſiculo Et denique aduerte fol. mihi 126.colum.prima, Virgil.Boccac. cum allegatis per eum in conſtitut.Piceni, gloſ.ſecunda, nu.32. Mancin.de iuramento, par.ſexta, quæſt.quinta, num. primo, poſt Viuium, & Borgnin.in locis per eum relatis, vbi etiam reprobat Seraphin. contrarium dicentem in dicto priuilegio 59.num.8.Card.Tuſc. pract. concl.in verbo Abſolutio, concl.62.nu.40.& concl. 64.num.1.& ſeqq.quem bene loquentem videas, & in hac materia, quod ſint exprimenda omnia iuramenta, alias, quod abſolutio nihil operetur, vide Zacchiam de obligatione Camerali, quæſt.25.num.8. & num.9.& Rotæ deciſionem per eum relatam in dicto tractatu, deciſion.28.num.ſexto, & deciſ.29.num.2. & num.4.

Et ab hac concluſione non crederem recedendum quamuis aliqui Doctores voluerint non eſſe concedendam abſolutionem illi, qui eam non petere promiſerat, vt per Federic.de Senis, conſil.125.circa finem, verſiculo Et pro hoc faciunt Ancharan. conſ. 200.in quæſtione prædicta, Roman. conſil. 226. in princip. & columnn. ſecunda, Bald. conſil. 175. lib. quarto per tot. Afflict.deciſ.220. quos ſic dicentes refert Cardin. Tuſch.practicar. concluſion.in verbo Abſolutio, concluſion.62. num. 38. 39. 44. & concluſ.64.num.1.in fine, Seraph.de priuileg. iuramen. priuileg.39.num.8.

1300 IVRAMENTVM quando fuit metu, aut dolo extortum; ſeu etiam præſtitum in Contractu, in quo Iurans enormiſſime læſus eſt, vt tute illi contraueniri poſſit abſque periurij metu iam dictum eſt abſolutionem eſſe petendam. Quod tamen declara non procedere, quando iam qui iurauit, periurium incurrerit exiſtendo puta in mora ſoluendi, promiſſa adimplendi aut non petita abſolutione prius agendo aut alias iuramento contraueniendo, tunc enim minime concedendam eſſe abſolutionem ſcripſerunt Felyn.in c.1.nu. 28. col. 11. verſ. Quæro de iure iurando Marſil.in l.vnoquoque num.209.ff.de re iud. Innocent. Ioan.Andr. Butr.Abb.& alij in cap.Debitores de iureiurando Roman. ſingul. 499. num. primo, Gozzadin.conſil.69. num. vigeſimo primo, vbi ita ſepius vidiſſe iudicari teſtatur Curt.Senior, conſ. 43.num.primo, Ancharan.conſ.298.Incipien.Prædictis ſubtiliter ſub num.tertio, & conſ. 200. incipien. In quæſtion.prædicta ſub num.quarto, Alexand.conſil.17.incipien.Ponderatis his ſub num.3.lib.tertio, qui teſtatur de communi, & conſil. 222. viſa facti narratione, numero nono, verſiculo Et ſine dubio libro ſecundo, & conſilio 83. incipien.Interrogatus num. 7. lib. 5. Vbi teſtatur de communi Doctorum ſententia Neuizzan. conſ. 23. num. 8. & ſeqq. vbi alijs relatis teſtatur de magis Communi Doctorum ſententia, Pariſ. conſ. 43. num. 16. lib. 1. idem Roman.cóſ.326. in pręſenti cóſultatione, vbi Mandoſ. in addit.in verbo 291.plures refert concordantes Federic.de Sen.conſ.30.in fine verſ.Idem dico. Quos & alios plures referendo ſequuti ſunt.Roland. conſ. 34.num.primo, & ſeqq.vſque ad numerum quintum lib.1.& conſ.26.num.29.& ſequen. lib.tertio, ſyntagm.commun.opinion.par.prima, tit.22. de abſolutione a iuramento, verſiculo Secundo, tertio, & quarto, fol.mihi 125.colum. prima in fine, & ſequen. & columnn.quarta, verſiculo Final.& columnn.quinta, verſiculo Primo, vbi quod hæc eſt communis opinio Seraphin.de priuileg.iuramenti, priuileg.vltimo, numero nono, Mancin.in tractat.de iuramento par.ſexta, quæſt.6.num.ſecundo, & tertio, vbi teſtatur indubitanter hanc concluſionem communi Doctorum calculo receptam eſſe ex Felin.in loco vbi ſupra allegato, & quæſt.30.num.1.Card.Tuſc.practicar, concluſion. in verbo Abſolutio, concluſion. 62. num. 27.num.28.& num.30.Rot. diuerſ. par.tertia, deciſ. 786. Qui omnes ea nituntur ratione, quia ſcilicet fruſtra legis auxilium inuocat, qui in illud committit, l. Auxilium in fine, ff. de Minoribus Auth.Nauigia C. de furtis & c. Quia fruſtra de vſuris Marcheſan.de Commiſſion.par. 2. cap. 3. num. 58.vbi dixit Periuro abſolutionem a iuramento non concedi, niſi cum clauſula Parito iudicato.

1301 Contrarium, & verius quod Imo etiam Periuro concedatur abſolutio non per ordinarium; ſed per

per Papam, & narrato Periurio, & verius eſt, & in practica ſeruatur ſecundum Felyn. in cap. 1.nu. 28. verſ. Sed conſidera de iure iurando Afflict. deciſ. 220.in fine verſ. Tertia Subreptio Roman.d. ſingular. 499. verſ. Vnde in quantum, & ibi addentes in verſ. Et videmus vbi teſtatur ita quandoq;per Summum Pontificem concedi a iuramento abſolutionem Abb.in ſua ſecunda quæſt. Incip. ſtante ſtatuto colum. penultima verſ. Decimus caſus Addentes ad Alex.conſ.83. interrogatus, num.7.lib.5. in verbo Incidit Anton.de Prato veteri inter conſilia Alexandri conſ.49.Incipiente paucis, num. 20. verſ. Et ſimiliter etiam dixit lib.4. Roland.conſ.34.num. quinto & ſeqq. lib.primo, Virgil.Boccacc.in conſtitution. Piceni gloſ.2.num. trigeſimo ſecundo,trigeſimo quarto, & trigeſimo nono, Vbi relatis contrarium tenentibus teſtatur contrariam opinionem in practica non ſeruari,& quod propterea exiſtente iuſta cauſa abſoluendi datur abſolutio a Periurio ex Alex. quem allegat, in l. Qui Romæ S. Duo fratres in 5. quæſtion. verſ. Et poſito ff. de verborum obligationibus Cagnol.in l.ſi quis maior, num. 154. C. de tranſactionibus vbi pariter teſtatur hanc abſolutionem iſto caſu nunquam fuiſſe denegatam, & ita etiam teſtatur ſeruari in ſignatura Papæ, quod & idem teſtatus fuit Mancin. in tract. de iuramento par. 6. quæſt.6.num.3.& ſeq. vbi pariter dixit quod paſſim hæc abſolutio conceditur in Signatura Gratiæ, & quod hoc in curia nullam habet difficultatem Prædictis autem Boccacc. & Mancin. ſic teſtantibus (prout, & ego etiam pro veritate teſtari poſſum) omnino eredendum eſt cum ambo fuerint in vrbe, & boni, & practici Procuratores Card. Tuſc. practic. concluſionum in verbo Abſolutio concluſ. 62.num. 29. Vbi quod iſta abſolutio non datur niſi per Papam ex Cardin. Zabarella quem allegat in conſ.35.num.7.quod & idem voluit Syntagm.commun.opinion.par.1.tit. 22. verſ. De abſolutione iuramenti verſ. Quarto fol. mihi 125. colum. ſecunda.

ARGVMENTVM.

Iuramentum An, & quando firmet contractum ſimulatum, &c.

SVMMARIVM.

Iuramentum non firmat contractum ſimulatum, nu. 1302.

Iuramentum aſſertorium tollit exceptionem ſimulationis, num. 1303.

Abſolutio an requiratur a Iuramento interpoſito in contractu ſimulato, num. 1304. contrarium, num. 1306.

Abſolutio iuramenti an ſit neceſſaria iuramento aſſertorio interpoſito in contractu ſimulat, & an petita concedenda ſit, num. 1305. & ſequenti.

Renunciatio exceptionis ſimulationis iurata an valeat. num. 1307.

1302 IVRAMENTVM ſicut non firmat contractum dolo initum vt ſupra dixi Ita nec etiam firmat contractum ſimulatum Abb. in cap. cum contingat ſub, num. 2. verſic. Primus caſus, & ibi etiam Alciat. num. 73. ff. de iure iurando Alex. in l. nemo poteſt, num. 16. ff.de legat. primo Iaſ. in Authent. Sacramenta Puberum, num. 62. C.ſi aduerſus venditionem Neuizzan.conſ. 23. num. primo, Vbi plures referuntur Bellon. conſil. 48. num. 4. communem dicit Bero. in cap. Ad noſtram num. 12. & ſeq. de emption. & venditione Gloſ. Ang. & communiter Doctores omnes in l. emptor C. plus valere quod agitur Abb. conſil. 70. num. 7. vbi de commun. Pariſ. conſ. 54. num. 43. lib. primo, Curt. Iun. conſil. 53.num.7.Riminal.Iun. conſil. 565.num. quadrageſimo ſecundo, & ſequen. & conſil. 599. num. quadrageſimo nono, lib. quinto, Viuius in communes opiniones 185. ſyntagm. commun.opinion.par.prima,titul.21. de iure iuran. cap.ſexto,columnn.quarta in princip.verſ. Fallit tertio in contractu ſimulato,& cap.ſeptimo, columnn.prima,verſiculo Primo,Secundo,& tertio,& quarto,vbi alijs relatis,imo dicit iuramentum magis facere contractum ſimulatum,& ſuſpectum, Villalob.in communes opiniones in verbo Iuramentum, num. 132. vbi pariter teſtatur de communi ex Bellon.vbi ſupra allegat.Virgil.Boccac.in conſtitution. Piceni gloſ. ſecunda,num.vigeſimo ſecundo,Simoncell.de decreto,lib.tertio,titul.octauo,nu. 171. vbi, & alios refert Mancin.in tract.de iuramento,par.quarta,effectu primo,quæſtione vndecima,num.ſecundo,& tertio,Setſerus in eodem tract.de iuramento,lib.primo,cap.vigeſimo quinto,num.vigeſimo ſecundo,& lib.ſecundo,cap.decimoſeptimo,num.ſexto,& poſt numerum ſeptimum,verſic.Deinde,qui in prædictis locis alios plures refert concordantes ex quibus negari non poteſt,ita communiter a Doctoribus receptum eſſe dixi hac de re iterum ſupra in tractat. de falſitate, quæſt.160.num.336.& ſeqq.& quæſt.162.num.67. & ſeq.vbi etiam retuli contrarium tenentes.

1303 IVRAMENTVM licet, vt mox dixi contractum ſimulatum non firmet;nec in eo aliquid operetur. Hoc vtique intelligendum eſt,quando fuit ſimpliciter iuratum contractui non contrauenire, & promiſſa ſeruare, & ſic procedit in iuramento promiſſorio,ſecus in iuramento aſſertorio,vbi enim quis affirmat,& iurat omnia in inſtrumento contenta fuiſſe, & eſſe vera,prout regulariter in omnibus inſtrumentis hoc iuramentum de ſtylo notariorum apponi ſolet, & tunc quod non poſſit dari per iurantem de ſimulatione

tione contractus omnes admittāt,vt videre eſt apud Iaſon.in l.nemo poteſt, num. 44. & ibi etiam Grot. num.61.& Rip.num.75.ff.de legat.primo,Gomeſ.in §.ſi quis in fraudem.num.tertio, verſ. Tamen in hoc caſu inſtitut.de actionib.Iaſ.in §.fuerat, num. 82. & ſeq.inſtitut.de actionibus,Alexand.conſil.36. num. tertio,lib.ſecundo,Ruin.conſ.32.num.5.lib.quarto, Soccin.conſ.137.num.vndecimo,lib.primo, vbi de communi,& conſil.82.num.ſecundo,lib. tertio, vbi etiam de communi Neuizzan.conſ. vigeſimo tertio, num.tertio,& ſeqq.vbi alij plures referuntur concordantes proponuntur contraria, & illis reſpondetur, Curt.Iun.conſ.110.num. quinto, vbi de communi, & conſ.108.num.13.Rimin.Iun. conſ.62. num. primo,& ſeqq.lib.1.Cepoll.de ſimulatione contractuū, num.45.in ſeptima pręſumption.Ancharan.Regien. quæſt.47.num.ſecundo,par.prima,Afflict. deciſ.60. num.primo,Grammatic.deciſ.45.num.primo,Villalob.in commun.opinion.in verbo Iuramentum,num. 133.Rolan.conſ.47.num.31.lib.quarto, Simoncell. de decreto,lib.tertio,cap.octauo,num.171.verſ.Declaratur ſecundo, Mancin.in tractat. de iuramento, par.quarta,effectu primo,quæſtione vndecima, num. quarto, & quinto, Seraphin. de priuileg. iuramenti priuileg.59.num.1.vbi alijs pluribus relatis, teſtatur de communi,& magis communi Doctorum ſententia,ſyntagm.commun.opinion.par.prima,titul.21.de iure iurando,cap.ſexto,column.tertia, verſ.Reſtringe iſtam limitationem,& cap.7.verſ. Secundo,num. primo,& ſecundo,verſic.Quando vero,& dict. num. 2.in fin.verſic.Iuramentum ex iſtis verbis, fol. mihi 117.column.1.Virgil.Boccac.in Conſtitution.Piceni gloſſ.2.num.22. verſic. Pręterea iſta exceptio, & num.68.& num.69.vbi alij plures referuntur Setſerus in tract.de iuramento,lib.2.cap.17.num.8. verſ. Tamen indubitati iuris eſt, vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus teſtatur de communi, & ab ea nullo pacto recedendum exiſtimat dixi iterum ſupra in tract.de falſitate,quęſt.160.num.343. & ſeq. & quęſt.162.num.83.& ſeq.

1304 IVRAMENTVM ſuper contractu ſimulato appoſitum poſtquam,vt dixi non impedit ſimulationis exceptionem opponi nunquid ad effectum,vt periurium non incurratur, ſit neceſſaria abſolutio antequam dicta exceptio opponatur; diſtingue de iuramento ſimplici,aut promiſſorio, & de iuramento aſſertorio. Primo caſu an ſit neceſſaria abſolutio a iuramento promiſſorio antequam opponatur exceptio ſimulationis,vide plures caſus bene explicatos per eruditiſſimum Cardinal.Tuſch.practicar. concluſ.in verbo Abſolutio,concluſ.58.num.54.& ſeqq.vſque ad num.66.

Et quidem vna fuit opinio affirmatiua, quod ſcilicet ſit neceſſaria abſolutio ſecuudum Soccin.in conſ. 137.num.11.lib.1.Neuizzan.conſ.23.num.2. Virgil.Boccac.in conſtit.Piceni gloſ.2.num. 26. cum allegatis per eos;Altera huic contraria fuit negatiua ſententia eorum qui dixerunt abſolutionem non eſſe neceſſariam ſecundum Iaſ.in l.nemo poteſt, numer. 44.verſic.Tertio principaliter, ff.de legatis 1. & ibi etiam Alexand.num.16.verſic. Sed eſt dubium: vbi de communi Grammatic. deciſ. 76. num. 21. Pariſ. conſ.54.num.45.& ſeq.lib. 1.& alios nonnullos relatos in ſyntagm.commnn.opinion.par.prima, tit.21. de iure iurando, cap.7. verſ. Quarto ibi. Nec in huiuſmodi caſu eſt petenda abſolutio,fol.mihi 116. a tergo, column. ſecunda. Vtcumque ſit dicas in hac contrarietate abſolutionem neceſſariam, ſaltim ad bene eſſe,& ad cautelam ob periculum animarum, prout bene reſoluit Cardinal.Tuſch. practicar. concluſ.in verbo Abſolutio,num.53.ex Caſtrenſ.& Angel.Aretin.in locis ibi per eum relatis. Vbi relatis Doctoribus hinc inde contrarium ſentientibus hanc poſuit declarationem a qua etiam non diſſentit Mancin.de iuramento,par.4.effectu primo, quæſt.11. nu. ſeptimo,poſt Ang.& Grammatic.in loco relato dixi hac de re iterum ſupra in tractatu de falſitate quæſtione 160.num.338.& ſequen.& quæſt. 162. num. 73.

1305 IVRAMENTI Abſolutio ſi vt modo dixi videtur neceſſaria in ſimplici iuramento promiſſorio non de contraueniendo ſaltim quoad Deum,&ob periculum animarum ſequitur,quod eadem abſolutio multo magis neceſſaria ſit in iuramento aſſertorio, cum,vt ſupra dixi,illud magis firmet contractum ſimulatum,quàm promiſſorium.

Difficultas videtur conſiſtere nunquid ſi talis abſolutio petatur à iuramento aſſertorio ſit concedenda, necne,& in hoc pariter diuerſæ fuerunt Doctorum opiniones,cum aliqui dixerint eam non concedendam ſecundum Alexanc.in l. nemo poteſt num. 16. & ibi etiam Iaſ.num.46.verſic.Pondera tu prouectè ff.de legatis primo,& ibidem Aretin. Imolam reprobat contrarium dicentem,& Ruin.num. 18. Abb. in cap.cum contingat num.20.de iure iurando.Ancharan.conſ.200.per tot.Gozzadin.conſ. 69.num. 16. & ſeq.21.& ſeq.& qui communem dicit Neuizzan. conſ.23.per tot.vbi latiſſimè hanc probat ſententiā & reſpondet contrarijs Grammatic.deciſ.45. nu. 2. Alex.conſ.36.num.3.lib.2.Rolan.conſ.47.num.31. lib.4.verſ.Hæc habet obſtare,vbi alios refert concordantes.

1306 Contrarium,& verius, quod imo petita abſolutio concedenda ſit etiam in iuramento aſſertorio ſcripſerunt Bal.conſ.457.num.4.verſ. Quarto quæritur lib.1.Soccin.conſ.155.Incip. Præſtantiſſime in fin. lib.2.Riminal.Iun.conſ.62.per tot.lib.primo,vbi tollit omnia contraria deciſ.pedemon.42. num. 5. verſ. Primo locum,Virgil.Boccac.in Conſtitution.Piceni gloſ.ſecunda,num.22.verſiculo Vnde ſi reus opponeret, & num.26.Afflict.in loco relato in ſyntagm. commun.opinion.par.prima,titul.21.de iure iurando,cap. ſeptimo, num. ſecundo in fine verſiculi, & quatuor verſicul. ſequentib. vbi quod Viuium in

loco

loco per eum relato:ita alias ſeruatum fuiſſe teſtatur in Ciuitate Aquilæ,& titulo 22.de abſolutione iuramenti verſ.Et ſimiliter,vbi admonet in abſolutione eſſe exprimendam,& ſpecificandam iuramenti formam. Et hanc opinionem amplecti videtur Cardinal. Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Abſolutio concluſion.58.nu.52.verſ.Sed dicas,& concluſion. 62.num.34.& in verbo Iuramentum, concluſion. 524.num.vigeſimo tertio. Vide quæ dixi ſupra in tract.de falſitate,quæſt.160.nu.344.& in quæſt. 162.num.89.& 90.

1307 IVRATA autem renunciatio exceptioni ſimulationis, an valeat, & an ea non obſtante de ſimulatione apponi poſſit. Dic renunciationem non valere, & ea non obſtante poſſe de ſimulatione opponi. Viuius opinion.185.vbi poſt Ripam, & alios quos allegat,teſtatur de communi, & ante eum ſic voluerunt Bartol.quem ſequuntur omnes communiter in l.nemo poteſt,num.2.ff.de legat.1.ſyntagm.commun. opinion.par.1.tit.21.de iure iurando, cap.7.verſic. Sed vbicunque. Vbi declarat hoc non procedere, quando renunciatio fieret ex interuallo poſt prædictum iuramentum ex Bartol. Roman.& alijs ibi per eum relatis,& teſtatur de communi,& ita etiam propoſitam concluſionem alijs relatis communem dicit Setſerus de iuramento,lib.ſecundo, cap.decimoſeptimo, num.octauo.Vide quæ latius de renunciatione ſimulationis dixi ſupra in tract.de falſitat.quæſt. 162.num.17.& ſeqq.

ARGVMENTVM.

LEX, Statutum, ſeu Conſtitutio, an & quando tollatur per non vſum.

SVMMARIVM.

Lex, ſtatutum, ſeu Conſtitutio Principis vſu non recepta ſubditos non ligat littera L, num.1.& 2. vbi remiſſiue de materia.

Lex, Conſtitutio, ſeu ſtatutum tollitur non ſolum quando nunquam fuit vſu recepta,ſed etiam quando vſu recepta abrogata fuit per contrariam conſuetudinem, littera L, num.3.

Lex, ſeu Conſtitutio per non vſum abrogata cenſeatur etiam quod habeat clauſulam decreti irritantis, littera L, num.4. vbi etiam ponuntur contrarium tenentes.

Lex, ſtatutum, ſeu conſtitutio nunquid abrogetur per contrarium vſum ſine contradictorio iudicio,littera L, num.5.

Lex,ſtatutum,ſeu Conſtitutio imponens pœnam ipſo iure,vel ipſo facto, nunquid cenſeatur abrogata per non vſum littera L,num.6.

Priuilegium amittitur per non vſum, per contrarium vſum,per abuſum,quod quando verum ſit, littera L,num.7.

Lex, ſtatutum,ſeu Conſtitutio non tollitur per non vſum,ſed per contrarium vſum,& ideo non cenſetur abrogata niſi probetur,quod caſus euenerit,& quod contrarium fuerit ſeruatum,num.9.& 10.

Licet legis,ſeu conſtitutionis non vſus eueniente caſu videatur habere in ſe implicitum contrarium vſum,num.11.

Lex ſtatutum ſeu conſtitutio ad hoc, vt per non vſum cenſeatur abrogata,nunquid requiratur ſcientia Principis,& de materia,littera L,num.12.& ſeqq.

Lex ſtatutum,ſeu conſtitutio,vt per non vſum abrogata cenſeatur quanti temporis curſus requiratur, littera L,num.16.& ſeqq.vſque ad num.21.

Lex,ſtatutum,ſeu conſtitutio,vt per non vſum abrogata cenſeatur,quot actus contrarii requirantur, littera L,num.21.& ſeqq.

Lex,ſtatutum ſeu conſtitutio, quandoque ſeruata, & quandoq; non ſeruata,an cenſeatur vſu recepta,vel potius abrogata l.num.24.

1 LEX, ſtatutum, ſeu conſtitutio Principis vſu non recepta ſubditos non ligat. Cum tacitam in eius conſtitutione, & promulgatione habeat conditionem, dummodo vſu recepta fuerit; & ideo non obſeruantes legem, ſtatutum, ſeu conſtitutionem moribus vtentium non approbatam non dicitur illius tranſgreſſores,tex.eſt in c.In iſtis,§. leges diſt.4.vbi gloſ.& communiter omnes notant, & hanc firmant concluſionem: dicitur enim ibi leges inſtituuntur,cum promulgantur;firmantur cum moribus vtentium approbantur: ſicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullę leges hodie abrogatæ ſunt:Ita moribus vtentium ipſæ leges confirmantur: Et iterum infra in fine in illis alijs verbis: Aliter agentes,tranſgreſſionis Reos non arguit,& ibi hoc adnotarunt Archidiacon.num.1.& ſeqq.Bellamer.in princ.& num.1.Turrecremat.num.2.& 3.vbi arguit contra, & poſtea reſoluit leges ab vſu populi accipere firmitatem non auctoritatis,ſed ſtabilitatis, vel vt alij dicunt,firmitatem accipiunt leges ab vſu populi non de iure,ſed vt de facto,& Præpoſ.Mediol. in ſummario,& ante numerum primum,facit etiam tex.in l.de quibus, §.inueterata, ff.de legibus in illis verbis. Nam cum ipſæ leges,nulla ex alia cauſa nos teneant,quam quod iudicio populi receptæ ſunt, & iterum infra in fine in illis alijs verbis.Quarè rectiſſime etiam illud receptum eſt,vt leges non ſolum ſuffragio legiſlatori;ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur; & ibi pariter hoc adnotarũt,gloſ.& communiter Doctores omnes Innoc. in cap.de treuga,& pace in verſ. Nec peccant hodie

Præ-

Prælati poſt Gloſ.ibi in verbo Frangere in fine,& ibi etiam Antonius de Butrio,num.23.verſ.Non obſtat quod ſolum tempus,vbi proponit contrarium, & illi reſpondet,& Felin.poſt num.6.in verbo Lex noua, vbi pro hac concluſione alia ponderat iura, & alios refert concordantes,pluresque etiam per non vſum abrogatas leges recenſet facit plures illationes rationem affert,& contrarijs reſpondet Dec. in l. eſt receptum in princ.ff.de iuriſdiction.omn.iudic. Roman. conſ.512.num.13.in fine,verſ.Tertio, quia præſupponitur,& num.14.& ibi Mandoſ.in addition. littera L,Soccin.Iun.conſ.61.num.51.lib.2.& conſ.32.nu. 44.& conſ.126.num.25.lib.3.Rimin.Sen.conſ.110. num.19.lib.1.Ruin.conſ.13.num.27.&28.lib.2.vbi
* de communi Alex.conſ.132.num. 1.& 4.lib.1. vbi
* teſtatur de magis communi Doctorum ſententia, & reſpondet contrarijs Cephal.conſ.47.num.26.lib.1 & conſ.96.num.15.& ſeqq.lib.1.vbi refert ad decretum,& ſententiam,& conſ.129.num.9.& conſ. 136. num.18.& ſeq.eodem lib.1.Roland.conſ.99.num.5. & ſeqq.lib.2.& conſ.8.num.30.& ſeqq.lib.3.Hippolit.Rimin.conſ.249.num.26.& ſeqq.lib.3.& conſil. 34.num.2.lib.1.Marſil.in pract.§. Aggredior, num. 40.Rebuff.ſuper concorda.tit.de collati §. Pręfatiq; ordinarij in verbo Poſt præſentium acceptationem, verſ.Nec requiritur conſuetudo Plot.de in litem iurando,num.321.vbi alios refert Couarru. variar.reſolution.lib.ſecundo, cap.decimoſexto,ſub num. 6. & ſub verſic.Quinto &c.vbi de communi Put. deciſ. prima in princip.par. prima, Duen.reg. 79. numer. quinto, Rolan.de lucro dotis quæſt.99.vbi pluribus hanc probat ſententiam, & reſpondet contrarijs, Caputaquen.deciſ.203.num.primo,& ſecundo, par. tertia, Menoch.de pręſumptionibus lib. ſecundo, præſumption.ſecunda,num. primo, vbi quod hæc eſt omnium ſententia in dict.capit.primo,de treuga, & pace, & de arbitrar.queſtion.lib.ſecundo, caſu 420. num.decimo,Cardinal.Tuſch.practicar. concluſion. in verbo Lex,concluſion.257.num. primo, & num. quinto,& num.decimo quinto,vbi alijs pluribus re-
* latis teſtatur de communi, & magis communi Doctorum ſententia,& num.40.& omnibus ſequentib. vbi pluribus hanc probat concluſionem, pluresue refert leges iuris ciuilis vſu non receptas,& in verbo Statutum,concluſion.454.num.primo, & ſequentibus per tot.vbi loquitur in ſpecie in ſtatuto, & ampliat pluribus modis Suatez de legibus, lib. tertio, capitulo decimonono,num.primo,& ſequent. vbi & hanc concluſionem fatetur ſibi videri communem alios plures refert concordantes Theologos, illiuſq; rationes,& fundamenta affert. Et licet poſtea num. 4.& ſeqq.in via diſputatiua contrariam tueatur ſententiam,quod imo lex eo ipſo quod fuerit publicata ſubditos obligare incipiat etiam quod a populo non fuerit recepta. Tu tamen a præmiſſa communi Doctorum concluſionem in iudicando non recedas,cum vt præfertur a Doctoribus,& communiter, & etiam
* magis communiter recepta ſit,& ad eius comprobationem vide exornantem,& plures concordantes allegantem Alderan.Maſcard.in tract.de generali ſtatutorum interpretatione,concluſ.6. num.77.& ſequentibus, vbi amplius dicit, quod iurans ſeruare ſtatuta non tenetur ſeruare ea, quæ vſu recepta non ſunt.

2 Ad quam materiam vltra hic allegatos, vide omnino Canoniſtas omnes in capitulo leges, diſtinction. quarta, & in capitulo primo, vbi præſertum Felin.de treuga,& pace, & vide etiam Doctor. in l. de quibus,§. inueteratæ,& in §.final. ff. de legibus, Capra concluſion. decima quarta. Apud quos præcipue etiam reperies. An ea quę ſunt de præcepto moribus non vtentium abrogari poſſit Cardinalis Tuſchus practicar. concluſion. in verbo Lex, concluſ. 257.& in verbo Statutum, concluſ. 454. & in verbo Vſus,concl.371.

Hæc regula ampliatur,& limitatur pluribus modis vt infra.

3 LEX conſtitutio, ſeu ſtatutum tollitur non ſolum,quando nunquam fuit vſu receptum; ſed etiam quando vſu receptum contraria conſuetudine abrogatum fuit.Bald.in l. rem non nouam ante finem, vbi Iaſ.num.4.C.de iudicijs, Ruin. conſ.143. num. 24. lib.5.Soccin.Iun.conſ.130.num.27.lib.3.Alexand. conſ.132.col.1.et 2.lib.1.quos ſic dicentes refert,et ſequitur Alderan.Maſcar.de generali ſtatutorum interpretatione concluſ.6.num.86.

Et hæc ſit prima Ampliatio propoſitę regulæ.

4 LEX ſeu conſtitutio per non vſum abrogata cenſetur etiam quod habeat clauſulam decreti irritantis Put.deciſ.1.num. 1.par.1.vbi eam reddit rationem, quia ſcilicet clauſula decreti annullatiua ſortitur eaſdem Conditiones, quas diſpoſitio principalis, cui adijcitur l. final.ff.de conſtit.pecunia, cum alijs ibi per eum allegatis Gabriell. Ruin. conſ.13.num. 27.lib.2. qui teſtatur de communi,quem,& alios refert Gabriell.lib.6.tit. de Clauſulis concluſ. 3. nu. 43. vbi etiam refert contrarium tenentes Seraphin. deciſ. 341.num.4. par.1.

Et hæc ſit ſecunda Ampliatio.

Contrarium quod ſtante decreto Irritanti in conſtitutione non poſſit allegari non vſus neque contrarius vſus allegatur Caſſador. deciſ. ſecunda de reſeruatione,& deciſ.11.num.5.ſuper regulis Cancellariæ Put.deciſ.50.num.5.par.1. Verall. deciſ.134. num.4.par.3.Rot.Ianuen.deciſ.180.nu.8.quas Deciſiones refert, & ſequitur Marta in tract. de Clauſulis par.1.clauſula 191.num. 9.

5 LEX Statutum, ſeu conſtitutio abrogatur per contrarium vſum etiam ſine contradictorio iudicio Bal. conſ.210.caſus talis eſt quidam lib.1.Vbi loquitur, quando per non vſum Statuti,reducimur ad ius commune Corn. conſ. 293.num.9.in fine verſ.Non obſtat, quod non fuerit obtenta in contradictorio iudicio lib.1.Soccin.conſ.99.num.3.lib. 1. Vbi quod opinio

opinio accurſij conttaria, communiter eſt reprobata Hippol. Rimin. conſil. 249. num. 28. & ſeq. lib. tertio, vbi de communi Aym. conſ. 55. num. 6. vbi etiam de communi Aym. de antiquitat. tempor. par. quarta in princ. num. 33. vbi generaliter dixit ad introducendam conſuetudinem non eſſe neceſſarium, quod illa obtineatur in contradictorio iudicio, licet aliqui ibi per eum relati; num. trigeſimo ſecundo, contrarium dixerint, & teſtatur de communi, & num. trigeſimoquarto & ſeqq. vbi ampliat non ſolum in extraiudiciali, ſed etiam in iudicialibus; licet aliqui ibidē per eum relati contrarium dixerint Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Lex, concluſion. 257. num. trigeſimo quarto, & trigeſimo quinto, vbi alijs relatis teſtatur de communi, & in verbo Statutum, concluſion. 454. num. ſexto, & num. nono, vbi de communi.

Et hæc ſit tertia Ampliatio.

Contrarium quod imo lex ſtatutum, ſeu conſtitutio non abrogetur per contrarium vſum, niſi iſte contrarius vſus fuerit in contradictorio iudicio ſeruatus voluit Alexand. conſ. 132. num. quarto, verſiculo Et requiritur lib. primo, vbi teſtatur de communi, & faciunt tradita per Viuium opinion. 162. vbi quod in iudicialibus conſuetudo non introducitur, niſi in contradictorio iudicio obtenta fuerit, Cardinal. Tuſch. cum relatis per eum dict. concluſion. 257. num. trigeſimoſexto, vbi etiam de communi ex Alexand. in loco præallegato, & in verbo Vſus, concluſ. 371. num. ſecundo, vbi ponit exempla huius contrariæ opinionis.

In hac contrarietate diſtingue, vt prima opinio procedat, quando lex ſtatutum, ſeu conſtitutio nunquam a principio fuit vſu recepta. Secunda autem, quando a principio obſeruata, & recepta fuit Cephal. conſ. 129. nu. 8. lib. 1. Card. Tuſch. poſt Cephal. in loco præallegato, pract. concluſ. in verbo Lex, concluſ. 257. num. 37.

6 LEX ſtatutum, ſeu conſtitutio imponens pœnam ipſo iure, aut ipſo facto, licet nonnulli Doctores dixerint, quod per non vſum non abrogatur. Veritas tamen eſt in contrarium, quod ſcilicet quantumcunque lex ipſo facto pœnam imponat, poteſt tamen contraria conſuetudine, & per non vſum tolli, vt bene aduertit Abb. in cap. primo, num. quarto in fine verſiculi, ex quo infero de tregua, & pace, & eſt text. in capitulo cum multi iuncta gloſ. 15. quæſt. vlt. Capra concluſ. 14. num. 3. vbi reprobat contrarium tenentes.

Et hęc ſit quarta Ampliatio.

7 LEX ſtatutum, ſeu conſtitutio, ſicut per non vſum abrogatur, ita & priuilegium per non vſum amittitur ſecundum Gloſ. Innoc. Abbat. Dec. Felin. & alios in cap. cum acceſſiſſent extra de conſtitutionibus, Bart. & alios in l. falſo, C. de diuerſ. reſcript. & in l. prima, ff. de nundinis, Cephal. conſ. 96. num. decimo quinto, & ſeqq. lib. primo, cum alijs per Suarez de legibus, lib. octauo, cap. trigeſimo quarto, num. ſecundo.

Sic, & multo magis priuilegium amitti per contrarium vſum, voluit gloſ. in cap. gratum in verbo Receſſum de officio deleg. & in cap. Ex ore in verbo Renunciaſſe, extra de his, quæ fiunt a maior. par. &c. & in cap. final. in verbo Cum facto, de vita, & honeſtate clericorum, & in dictis iuribus canoniſtæ omnes, & in cap. cum acceſſiſſent de conſtitutionibus, & in cap. ſi de terra, & in c. Accedentibus extra de priuilegijs quos, & alios refert Suarez de legibus, lib. octauo, cap. 35.

Sic etiam quod priuilegium amittatur non ſolum per non vſum, & per contrarium vſum, ſed etiam, & mandato magis per abuſum probat tex. in cap. vbi diſtinct. 74. & in cap. Priuilegium, vndecima quæſt. tertia, & in capitulo licet de regularibus, & in cap. vt priuilegia extra de priuilegijs, & in capitulo contingit il ſecondo de ſententia excommunicationis, cum alijs per eundem Suarez dict. lib. octauo, capitulo 36.

Verum ad materiam præmiſſarum concluſionum, an ſcilicet, & quando priuilegium amittatur per non vſum, per contrarium vſum, & per abuſum, vide late diſputantem, & declarantem Suarez de legibus, vbi ſupra lib. octauo, cap. 34. 35. 36. Amon. ſingul. 12. Diaz reg. 588. 592. & 596. Villalob. in comm. opin. littera D, num. 282. & num. 306.

Et hæc ſit quinta Ampliatio.

8 LEX, ſtatutum, ſeu conſtitutio licet per non vſum abrogetur, & tamen ipſo quod publicata reperitur, præſumitur vſu recepta, & qui contrarium dicit probare tenetur Dec. conſ. 649. num. nono, Curt. Iun. conſil. 129. num. duodecimo, Gozzadin. conſil. decimoſexto, num. decimoſexto. Natt. conſil. 575. num. trigeſimo tertio, verſiculo Non obſtat quod nunquam, lib. tertio, Roland. conſil. nonageſimo nono, num. trigeſimonono, lib. ſecundo, Benintend. deciſion. decimatertia, num. nono, vbi teſtatur de magis communi Doctorum ſententia, Rota diuerſor. deciſion. nonageſima ſeptima, num. ſecundo, parte prima. Herculan. de Negatiua, num. 26. verſiculo Infertur 28. Ioſeph Ludouic. concluſion. 54. verſic. In dubio autem Maſcard. de probationibus, lib. tertio, concluſion. 1332. num. tertio. Seraphin. deciſ. 153. num. ſecundo, & deciſ. 113. num. tertio, par. prima, Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione concluſion. ſexta, num. 94. & ſeqq. vbi contrarium tenentes reprobat Cardinal. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Lex, concluſ. 257. num. ſecundo, & num. quarto, vbi alijs relatis teſtatur de communi, & num. 7.

Contrarium, quod imo lex, ſtatutum, ſeu conſtitutio non præſumatur vſu recepta, quia, quod vſu recepta ſit, eſt quid facti voluerunt Soccin. Iun. conſ. 32. num. 44. & ſeqq. lib. 3. vbi loquitur in banno, vel extrauaganti conſtitutione, & ita etiam loquitur Burſatt.

ſatt. in conſ. 55. num. 20. lib. 1. expreſſe reprobat Gozzadin. vbi ſupra allegatum contrarium tenentem, & hanc Soccin. Iunioris ſententiam loquitur, & defendit Menoc. de præſumptionibus lib. 2. præſumption. 2. num. 2. & ſeqq. vbi pariter, & expreſſe reprobat. Dec. Curt. Iun. & Gozzadin. vbi ſupra allegatos contrarium tenentes, dicitq. prædictorum Doctorum opinionem, nec lege, nec ratione probari Duen. reg. 38. vbi remiſſiue ponit duas limitationes, quas recenſet Villalob. in commun. opinio. in verbo Arra, num. 142. poſt medium. Ioſeph Peruſin. deciſ. 98. num. 2. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Lex, concluſ. 247. num. 6. & 8. & num. 14. vbi pariter loquitur in banno vel conſtitutione extrauaganti.

In hac contrarietate poteſt diſtingui, prout diſtinxit Menoc. vbi ſupra d. præſumption. 2. num. 4. vt prima opinio procedat, quando lex ſeu conſtitutio fuit ſemel obſeruata, & vſu recepta, tunc enim ſemper præſumitur eſſe in viridi obſeruantia, & in futurum vſu recepta. Secunda autem opinio, quando eadem Lex, ſeu Conſtitutio ab initio nunquam recepta, & obſeruata fuit, & videtur bona diſtinctio, quam etiam ſequi videtur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Lex, concluſion. 257. num. vigeſimo ſexto, in fine, & ante eum Petr. Benintend. d. deciſion. decimæ tertia, num. quarto, & ſeq. Seraphin. deciſion. 163. numero primo, parte prima.

Et hęc ſit ſexta ampliatio.

9 LEX, ſtatutum, ſeu Conſtitutio non tollitur per non vſum; ſed per contrarium vſum ita probat Tex. in d. cap. leges diſtinction. 4. in illis verbis, Sicut enim moribus vtentium in contrarium non nullę leges hodie abrogatæ ſunt, & voluit expreſſe Bart. poſt Cyn. in l. final. per illum Tex. C. de iure Dotium. Felyn. in cap. 1. num. 10. in 4. declaratione de tregua, & pace, vbi bene hanc concluſionem declarat, & exemplificat Alex. conſ. 196. num. 14. & ſeq. lib. 2. Ioann. de Amicis conſ. 1. num. 43. & ſeq. Hippol. Riminal. conſ. 34. num. 15. & ſeqq. lib. 1. Vbi bene declarat, an, & quando per contrarium actum lex, ſeu Conſtitutio abrogata cenſeatur Rimin. Iun. conſ. 34. num. 15. & ſeq. lib. 1. & conſ. 180. in fine lib. 2. Gabriell. conſ. 84. num. 60. lib. 2. Put. deciſ. 11. num. 3. in fine verſ. ſed aduertendum, & num. quarto par. prima. Seraphin. deciſ. 153. num. 2. par. prima Card. Tuſc. pract. conclu. in verbo Lex concluſion. 547. num. trigeſimo ſecundo, & in verbo Vſus concluſ. 371. num. primo, vbi propterea dixit quod non vſus legis vel ſtatuti non probatur per Teſtes deponentes de ſimplici non vſu niſi etiam deponat de actu affirmatiuo contrario, & num. 2. ponit exempla huius declarationis.

10 Et propterea lex non dicitur vſu non recepta, niſi per quodcunque temporis lapſum, niſi etiam probetur, quod eo tempore caſus euenerit, & quod fuit contrarium ſeruatum, ſecundum Felyn. cum allegatis per eum in cap. 1. num. 10. de tregua, & pace, Iaſ. in l. rem non nouam num. 8. C. de iudicijs, Alex. conſ. 132. num. 4. lib. 1. & conſ. 196. num. decimo quarto, & decimo quinto lib. ſecundo, Riminal. Iun. conſ. trigeſimo quarto, num. decimo quinto, & ſeq. lib. primo, Ioann. de Amicis conſ. 1. num. 44. Rol. conſ. 52. num. 30. lib. 3. Hippol. Riminal. conſ. 249. num. 27. lib. 3. & conſ. 34. num. 15. lib. 1. Villalob. in commun. opiniones in verbo Lex, num. 94. vbi teſtatur hanc communem ex Curtio Iuniore quem allegat in conſ. 129. num. 12. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Lex, concl. 257. num. 3. & num. 32. & num. 43.

11 Bene verum eſt, quod non vſus legis, ſeu conſtitutionis eueniente caſu videtur habere in ſe implicitum contrarium vſum, & hoc ſufficit vt bene declarat Felyn. quem in hoc propoſito omnino videas declarantem in cap. 1. num. 10. verſ. Nam conſuetudo non inducitur, & iterum infra in verſ. Intellige hęc ſane. Alex. conſ. 132. num. 4. lib. 1. & vide etiam Caputaq. deciſ. 203. num. 4. par. 3. vbi dicitur quod contrarius vſus probatur, eo ipſo quod non probatur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Lex, concluſ. 257. num. 38. vbi quod non vſus non habens implicitum contrarium vſum legem, vel ſtatutum non abrogat ex Alex. Felyn. & Rolan. in locis ibi per eum relatis, & in verbo Vſus concluſ. 371. num. 2. vbi ponit exempla, quando teſtes deponant ſuper implicito vſu contrario.

Et hæc ſit prima limitatio.

12 LEX, ſtatutum ſeu conſtitutio, ad hoc vt ſubditos non liget ex eo quod non fuerit vſu recepta, requiritur ſcientia, & conſenſus principis ſecundum Prępoſ. Mediolan. in cap. In iſtis §. Leges, num. 3. poſt med. colum. mihi quarta, verſ. vel quod in deſuetudinem venerit diſtinction. quarta, & ibidem in verſ. Tertia concluſio. Anton. de Butr. in cap. primo, num. vigeſimo tertio, in fine de tregua, & pace, & ibi etiam Imol. colum. penultim. in fine, num. nono verſic. Secus ſi ſuperior neſciat, Abb. colum. final. ad med. ſub num. 4. verſ. Ego ſic diſtinguerem & iterum infra verſ. Et quod lex, præceptiua, & Felyn. poſt num. 6. in verbo Lex noua in princ. & num. decimo tertio in ſeptima declaratione col. penultim. verſ. Primo modo. Dec. conſ. 649. num. nono, Curt. Iun. conſil. 129. num. duodecimo, Capra concluſion. decima quarta, num. ſexto, & num. octauo, Couarru. variar. reſolut. lib. ſecundo cap. decimo ſexto ſub num. ſexto, verſ. Quinto, &c. ante finem ibi, & ſane tunc dicitur legem non fuiſſe receptam, &c. Put. deciſ. prima, num. quarto, verſic. Ergo vt detur contrarius vſus par. prima. Benintend. deciſ. 13. num. 9. vbi de magis communi Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Lex, concluſ. 257. num. 12. vbi teſtatur de communi. & num. 19. & 20. & num. 29. Suarez de legibus lib. 7. c. 18. num. 17.

13 Quando autem lex, ſtatutum, ſeu conſtitutio non fuit ſeruata per tantum tempus quantum

bb inducta

col. penultima ad med. verſ. Non obſtant notata, & verſ. Secundo modo. Capra concluſ. 14. num. 13. Gabr. conſ. 84. num. 62. lib. 2. Benintend. deciſ. 13. nu. 9. in fine. Cardinal. Tuſch. cum relatis per eum practicar. concluſ. in verbo Lex, concluſ. 257. num. 16. & num. 21. in fine. Suarez de legibus lib. 7. c. 18. num. duodecimo, in princip. verſic. Sed hi loquuntur.

19. Imo nulla requiritur præſcriptio nec temporis lapſus, quando lex nunquam vſu recepta fuit, ſed ſufficiunt aliqui actus contrarij, vt per Anton. de Butrio in cap. primo, num. 23. in fine extra de tregua, & pace (ſciente tamen, & patiente Principe, vt dixi ſupra colum. 2.) & ibi etiam Abb. col. 2. num. 4. verſ. Ego ſic diſtinguerem, & reddit rationem, quia hoc caſu non agitur de præſcribendo contra legem, ſed de impediendo vinculum, & Felyn. num. decimotertio, in ſeptima, & vltima declaratione colum. penultima verſ. Primo modo. Aretin. conſ. 11. num. quinto verſ. Sed oſtenditur. Capra concluſ. 14. num. 7. Cephal. conſ. 129. num. 10. verſ. Imo videtur ſufficere lib. 1. Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Lex, concluſ. 257. num. 19. & 20. Vbi alijs relatis teſtatur de communi, & num. 24. vbi etiam de communi Suarez de legibus lib. 7. cap. 18. num. 16. 17. & 18.

Et hæc ſit tertia limitatio.

20 LEX, Statutum, ſeu conſtitutio, vt per non vſum abrogata cenſeatur, licet aliqui dixerint ſufficere curſum temporis decem Annorum, & alij neceſſarium curſum 40. Annorum ad hoc vt iſte non vſus legitime præſcriptus dicatur, attamen quando eſt lapſum tantum tempus cuius initij memoria non extet in contrarium, tunc indubitanter hanc conſuetudinem & obſeruantiam abrogare legem ſtatutum, ſeu conſtitutionem dixit Roma. conſ. 512. nu. 15. vbi ampliat etiamſi in ea non interuenerint, quæ ad conſuetudinem legitime introducendam requiruntur Ruyn. conſ. 144. incip. Delictum, num. 24. lib. 5. Neuizzan. conſ. 11. num. 8. vbi generaliter dixit tempus, cuius initij, memoria non extat habere vim priuilegij, & conſtitutionis. Cephal. conſ. 96. num. 21. in fine lib. 1. & conſ. 129 ſub nu. 3. eodem lib. 1. & ibidem, num. 12. vbi amplius quod ex tam longo tempore præſumitur ſcientia, & patientia Principis. Hippol. Rimin. conſ. 34. nu. 3. lib. 1. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Lex concluſ. 257. num. 27.

Et hæc ſit quarta limitatio.

21 LEX, Saturum, ſeu conſtitutio nunquam vſu recepta abrogatur a bino actu contrario facto ſuperiore ſciente, & non contradicente, dummodo non ſumus in his quæ ſunt de iure diuino ſecundum Prępoſ. Mediol. in cap. in iſtis S. leges, num. tertio ante finem colum. mihi tertia poſt med. verſic. Tertia Concluſio, diſtinction. quarta Abb. in cap. primo colum. 2. ad med. ſub num. 4. verſic. Ego ſic diſtinguerem, vbi quod ad inducendum non vſum legis ſufficiat binus, vel trinus actus in contrarium Capra concluſ. decima quarta, num. ſeptimo. Benintend. deciſ. 13. num. 9. vbi teſtatur de magis communi Doctorum ſententia, Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Lex concluſion. 257. num. vigeſimo ſexto in fine, vbi quod ſufficiunt duo actus contrarij.

22 Verum quod imo ad inducendum non vſum legis, ſeu conſtitutionis non ſufficiat probare duos actus contrarios, quia per duos vices eſt potius probare exempla, quam populi mores, & quod propterea requirantur actus quamplurimi, & pluries geminati ita quod tranſierint ad totius populi conſenſum poſt Bal. quem allegat in c. final. de Conſuetudine ſcripſit Felyn. in c. 1. num. 6. ad finem verſ. Et adde Baldus de tregua, & pace, & iterum infra num. 13. in ſeptima, & vltima declaratione colum. penultima ante medium, verſic. Primo modo, vbi quod requiruntur tot actus maioris partis populi ex quibus eliciatur ſuperioris tollerantia.

23 Hoc tamen vnum certum eſt, quod vnus contrarius actus legi, ſtatuto, vel conſtitutioni, illi non derogat, vt in ſpecie aduertit Put. deciſio. prima ad finem num. quarto, verſic. Et non ſufficit probare vnum, par. prima, Vide tamen Suarez de legibus lib. ſeptimo, cap. decimo octauo, num. decimonono, Vbi diſtinguit inter ſtatutum factum a Populo, & inter legem factam a Principe; vt primo caſu vnus actus contra Statutum ſufficiat ad reuocandum Statutum. Secundo autem caſu non ſufficiat ad reuocandam legem Principis, & poſtea declarat, an, & quando verum ſit, quod in abrogatione ſtatuti vnius actus contrarius ſufficiat.

Et hæc ſit quinta limitatio.

24 LEX, Statutum, ſeu conſtitutio ſi quandoque ſeruetur, & quandoque non, An cenſeatur vſu recepta, An vero abrogata, vide Felyn. in cap. primo num. 11. verſ. Quinta declaratio de tregua, & pace, vbi concludere videtur in hoc attendendum eſſe quid ſeruet, vel non ſeruet maior pars. Riminal. ſen. conſ. 110. num. 29. lib. 1. Aretin. conſ. 11. proceden. dum, num. quinto, qui dicere videntur quod ſi lex, ſeu conſtitutio in parte ſeruetur, & in parte non, tunc non præſumitur vſu recepta, prout eos ſic dicentes refert, & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſion. in verbo Lex concluſion. 257. num. decimotertio, qui tamen declarat hoc procedere ſciente, & patiente ſuperiore. Cephal. conſil. quadrageſimo ſeptimo, num. vigeſimo ſexto, lib. primo, Vbi dixit quod ad effectum, vt decreta, & ſtatuta dicantur vſu recepta non ſufficiat in aliquibus fuiſſe obſeruata. Hippol. Riminal. conſil. 249. num. vigeſimo ſeptimo, lib. tertio, vbi dixit iſto caſu attendendum eſſe id quod frequentius fuit ſeruatum. Quod & idem dixerunt Dec. conſil. 11. num. 12. & conſ. 215. num. 2. verſic. Namque plures. Bero.

conſil. 87. num. vigeſimo, lib. tertio. Addentes ad Bertazzol. conſil. 285. littera C, verſ. Secundo amplia, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpręt. concl. 6. num. 90.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

ARGVMENTVM.

LEX, Conſtitutio, ſeu Statutum, an, & quando trahatur ad præterita.

SVMMARIVM.

Lex, ſtatutum, ſeu conſtitutio, tam ciuilis, quam criminalis regulariter reſpicit futura, & ad futura trahitur, non autem ad præterita, num. 25. & 26. Vbi etiam generaliter referuntur Doctores tractantes hanc materiam.

Lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur ad futura, & non ad præterita quando facit delictum aliquem actum, qui prius delictum non erat, num. 27.

Lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur ad futura, & non ad præterita etiam quod ratio, & cauſa legis Conſtitutionis, ſeu ſtatuti militaret ante dict. legem conſtitutionem, ſeu ſtatutum, num. 28.

Lex, Conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur ad futura, & non ad præterita etiam, quod per verba legis conſtitutionis, vel ſtatuti ſint communia, poſſintque ſe habere tam ad præteritum, quam ad futurum, prout ſunt verba ſubiunctiui temporis, num. 29.

Lex, Conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur ad futura, & non ad præterita etiam quod effectus actus præteriti, & illius exequutio in futurum expectetur, num 30.

Vbi ponuntur exempla huius concluſionis.

Lex, Conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur ad futura, & non ad præterita etiam quod loquetur per verba præſentis temporis, num. 31.

Lex, Conſtitutio, ſeu ſtatutum eo minus trahitur ad præterita; ſed ad futura tantum quando ſi ad præterita extendendo inde reſultaret aliqua iniquitas, num. 32.

Lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum, an, & quando trahatur ad præterita, quando dat ſolemnitatem actui non perfecto, num. 33.

Lex, Conſtitutio ſeu ſtatutum trahitur etiam ad præterita quando annullet actum ex cauſa de præterito, pone exemplum, & declara vt num. 34.

Lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur etiam ad præterita, quando diſponit ſuper ordinatoriis iudiciis, & modo procedendi, vel etiam ſuper rationibus edendis in adminiſtratione, num. 35.

Lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur ad præterita quando factum aliquod partim eſt de præterito, & partim de futuro, vel etiam quando factum de præterito expectat ſuam expreſſionem, & complementum a facto futuro pone exemplum, & declara vt num. 36.

Lex, ſtatutum, ſeu conſtitutio trahitur etiam ad præterita, quando diſponit inducendo aliquam exceptionem, quæ non cauſatur tempore contractus, ſed ab alio facto poſt contractum, num. 37.

25 LEX, ſtatutum, ſeu conſtitutio, tam ciuilis, quam criminalis, an, & quando extendatur ſolum ad futura, an vero etiam ad præterita eſt ardua quæſtio, prout inquit Capra, concluſion. ſexta, num. primo, eaque cumulatiſſime tractatur per Canoniſtas, quos vide in cap. ſecundo, & in cap. Quoniam de conſtitutionibus in cap. licet Canon de electione lib. ſexto, Bartol. & alios in l. omnes populi, ff. de iuſtitia, & iure, Capra dict. concluſion. ſexta per tot. vbi latiſſime. & magiſtraliter materiam pertractat Soccin. Iun. conſil. vigeſimoprimo, lib. 1. vbi ponit plures particulares caſus, & ſtatuta in quibus lex trahitur ad præterita. Ad quam vide omnino Cardinal. Tuſch. practicat. concluſion. in verbo Lex, concluſion. 264. & concluſion. 265. Vbi generaliter, & particulariter pluribus modis hanc materiam declarat facitque plures concluſiones, illationes, & declarationes, Alderan. Maſcar. qui, & ipſe late hanc materiam pertractat de interpræt. ſtatutor. quæſt. vlt.

26 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum regulariter reſpicit futura, non autem præterita, & ſic trahitur ad futura, & non ad præterita, tex. eſt in l. leges, C. de legibus, vbi dicitur Conſtitutiones, futuris, certum eſt dare formam negocijs non ad facta præterita reuocari facit text. in capitul. final. & in capitulo cognoſcentes, extra de conſtitutionibus, vbi communiter Doctores, & in authentica de nuptijs in princip. §. Duo igitur circa finem, columna quarta, & in §. final. in authentic. de hæredibus ab inteſtato collation. nona, plura ad hanc regulam videas per Cardinal. Tuſch. practicarum concluſion. in verbo Lex, concluſion. 264. num. primo, & num. ſexto, vbi ampliat etiam in reſcripto, & num. ſeptimo, vbi ampliat etiam in conſtitutione Epiſcopali circa reſtitutionem vſurarum, & num. octauo, vbi ampliat etiam in conſuetudine, & pactis, & num. trigeſimo octauo, vbi idem in conſtitutione reſpiciente contractus, de quo vide Andr. Gayl. practicar. obſeruation. lib. ſecundo, obſeruat. 9. num. 3. Hæc regula ampliatur, & limitatur pluribus modis: vt infra mox dicam.

27 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum, eo magis trahitur ad futura, & non ad præterita, quando facit delictum aliquem actum, qui prius delictum non erat ſecundum Bartol. in l. omnes populi in quinta quæſtione principij, num. quadrageſimoquarto, verſiculo Si in delictis, ff. de iuſtitia, & iure per text. quem allegat in l. iubemus in fine, C. de teſtamentis, & in §. final. in Authent. de ſanctit. Epiſc.

Epiſc.refert eum,& ſequitur Bertazz.conſil.347. nu. 12.& conſ.344.num.3.vbi loquitur etiam quod lex, ſeu ſtatutum loquatur per verba præſentis temporis, Alderan.Maſcar.de interpræt.ſtatutor. quæſt. vltim. num.2.

Et hæc ſit prima Ampliatio propoſitæ regulæ.

28 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur ad futura, & non ad præterita etiam quod ratio, & cauſa propter quam inducta fuit ipſa lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum militaret ante tempus conditæ legis, conſtitutionis, vel ſtatuti ſecundum Felin.in capitulo finali,num.ſecundo in princip.extra de conſtitutionibus,& eſt de mente Bald.in l.Textium in ſexto notabil. C. de teſtibus, & ibi etiam Salicet. hoc idem notat. Quorum verba bene inducit Alderan. Maſcard.de interpretatione ſtatutorum, quæſtion.vltima, num. tertio, & ſequentibus, vbi propterea reprobat Cephal.in conſil. 644.num.trigeſimo nono, lib. quinto, dicentem, quod vbi militat eadem ratio ante ſtatutum, quæ militat poſt vtroque caſu, & præterito,& futuro locum habebit iſtud ſtatutum, Cephaliq; rationibus, & fundamentis optime reſpondet,ſed cum Cæphalo conſuluit Soccin. Iun. conſil. vigeſimo primo, num. quinto, verſiculo Probatur autem, & num.primo in fine, verſiculo Siue etiam conſideremus, & numero ſecundo, & ſequenti, lib. primo,vide Cardinal.Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Lex, concluſion.264.num.decimo octauo, & num.37.

Et hęc ſit ſecunda Ampliatio.

29 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur ad futura,& non ad pręterita,etiam quod verba eiuſdem legis conſtitutionis, vel ſtatuti ſint communia,poſſintque ſe habere tam ad præteritum, quam ad futurum cum tunc in dubio potius intelligantur in futuro, quam in præterito. Et hoc quia natura conſtitutionis eſt inſpicere futura,& non præterita,ſecundum Gloſ.in capitulo ſecundo in verbo Commiſerint, de conſtitutionibus lib. ſexto,& in cap.vnico de Clericis non reſidentibus eodem lib. ſexto, quas in propoſito refert,& ſequitur Capra concluſion.ſexta,nu. 79.Curt.in l.omnes populi,num.134. ff. de iuſtitia, & iure.

Et hinc eſt, quod verba ſubiunctiui modi,quæ poſſunt importare pręteritum,& futurum in ſtatuto importabunt futurum, & non præteritum, ſecundum Abb.poſt Bartol.& Innocent.quos allegat in capitulo final. in tertio notab.extra de conſtitutionibus,refert eum,& ſequitur Alderan.Maſcard.dict. concluſion.vltima,num.ſexto,vide Carhinal.Tuſch. practicar.concluſion.in verbo Lex,concluſion.264. num. tertio, & num. 24. & num. 36. vbi teſtatur de communi.

Et hæc ſit tertia Ampliatio.

30 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur ad futura,& non ad præterita, etiam quod effectus actus præteriti, & illius executio in futurum expectetur. Huius ampliationis exempla plura ponuntur per Doctores,& primum ponitur exemplum in l. iubemus, C.de teſtamentis, vbi forma data teſtamentis non extenditur ad teſtamenta iam condita licet teſtamenti effectus,& executio ſuſpendatur vſque ad mortem teſtatoris.Aliud exemplum ponitur per Doctores in ſtatuto volente,quod vir lucretur tertiam partem dotis vxoris præcedentis in matrimonio, vt tale ſtatutum non procedat in nupta ante ſtatutum, & mortua poſt ſtatutum, aliud exemplum in ſtatuto puniente extrahentem Bladum, extra Ciuitatem, vt locum habeat etiam in eo,quod ante ſtatutum incepit extrahere;ſed poſtea perfecit. Hæc,& alia exempla explicantur per Capram, concluſ. 6. num.59. & ſeqq.vſque ad num. 76. vbi latiſſime declarat an, & quando propoſita concluſio ſit vera,prout & ita etiã declarat Alderan.Maſcard.de interpretatione ſtatutorum, concluſion. 13. num.11. & ſeq. quos cum allegatis per eum in contingenti huius concluſionis caſu omnino videas. Verum circa veritatem ſecundi exempli ſupra poſiti,vide eundem Maſcard. dicta concluſion. 13.num.51.ad finem, verſ. Sed contra iſtud exemplum de dote, & Cardinal.Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Lex, concluſion. 264. numero vigeſimo quinto, & num.trigeſimo quarto, & num.quinquageſimo,& quinquageſimo ſecundo, & ſequentibus,vſque ad num.59.& ante iſtos Soccin. Iun.in conſil.21.num.ſeptimo,& num.15.lib.1.

Et hæc ſit quarta ampliatio,ad quam vide etiam quæ dixi infra hac eadem quæſt.in ſeptima Ampliatione.

31 LEX, Conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur ad futura, & non ad præterita etiam quod loquatur per verba præſentis temporis, ſecundum Ang.in conſil. 261. punctus eſt in Anno Domini, num. quinto, quem refert, & ſequitur Alderan.Maſcard. de generali interpretatione ſtatutorum concluſion. decima tertia, num. octauo. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion.in verbo Lex,concluſion. 264. num. ſecundo,& num.decimoquarto,& num.vigeſimo quarto.Vide tamen in hac concluſione Bertazzol. in conſil.343.num.ſeptimo 344. num. tertio 345. per tot. 346.num.ſeptimo,& 347.num.duodecimo. Quibus in locis loquens in edicto, ſeu proclamate emanato per verba præſentis temporis dixit illud non trahi ad futura. quando præſertim in dict.proclamate,fit delictum,vbi de iure communi non eſt delictum, & amplius facit generalem concluſionem, quod quando ſumus in l.correctoria iuris communis tunc verba præſentis temporis non trahuntur ad futurum.

Et hæc ſit quinta Ampliatio.

32 LEX, conſtitutio,ſeu ſtatutum eo minus trahitur ad præterita,& ad futura tantum,quando ſic ad præterita extendendo inde reſultaret aliqua iniquitas, cum enim lex debeat eſſe iuſta,& ſancta c. erit autẽ lex,diſt.4.Ea propter iniqua,& iniuſta operari non debet ita Ang.in conſ.53.nu.5.refert eũ, & ſequitur

Alderan.Maſcatd.de generali ſtatutorum interpratatione,concl.13.num.13.Card. Tuſch. pract. concluſ.in verbo Lex,concluſ.265.num.9.vbi amplius, quod lex teſpiciens præterita non extenditur ad præterita,quando per extenſionem reſultaret iniquitas ex Angelo in loco præallegato.

Et hæc ſit ſexta Ampliatio.

33 LEX, conſtitutio,ſeu ſtatutum licet trahatur ad præterita,quando dat ſolemnitatem actui non perfecto,vt per Abb.in capitulo.final.num. vndecimo verſiculo Aut ſtatutum procedit extra de conſtitutionibus per text.in l.contractus,C.de fide inſtrumentor. in illis verbis. Quę tam in poſtea conficiendis inſtrumentis, quam in his, quæ iam ſcripta, non dum autem abſoluta locum habere præcipimus, Bartol. in l. omnes populi, num. quadrageſimo quarto, verſiculo Primo caſu, ff. de iuſtitia & iure: vbi tamen actus eſſet iam perfectus ratione formæ; ſed illius effectus penderet a futuro, tunc quod nec etiam ad præterita trahatur voluerunt Bartol. & Abb. vbi ſupra allegati per tex.in l.iubemus, C. de teſtamentis refert,& ſequitur Aderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interprætatione concluſion.decimotertio, num.ſexageſimo ſeptimo,& ſexageſimo octauo: vbi hanc conoluſionem ex Capra quem allegat dicta regula ſexta,num.ſexageſima quarta, declarat,quod licet ſtatutum dans actui ſolemnitatem non perigatur ad actum prætetitum in ſe perfectum porrigetur, tamen ad executionem ipſius actus,ſi illa fieri contigetit poſt emanatum ſtatutum, vt ibi per eum quem bene hanc concluſionem declarantem videas ad hāc materiam. An ſcilicet lex, conſtitutio,ſeu ſtatutum trahatur ad præterita,quando reſpicit ſolemnitatem, aut formam, vide Cardinal.Tuſch.practicar.concluſion.in verbo Lex, concluſion. 264. num. 20. 21. & num.22.

Et hæc ſit ſeptima Ampliatio ad quam vide omnino quę dixi ſupra hac eadem quæſtione in quarta Ampliatione.

34 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur etiam ad præterita, quando eadem lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum annullat actum ex cauſa de pręterito poteſt poni exemplum in authentica de alienan. & emphit. S.ſi vero aliquid, & in l. final.C.de pactis,& in l. penultim. C.de inceſtis nuptijs Bartol.in l. omnes populi in quinta quæſtione principali,num. quadrageſimo quarto, verſiculo Secundo caſu, ff. de iuſtitia, & iure Doctores communitet in capitulo finali de Conſtitutionibus, licet ſecus quando cauſa annullationis induceretur per eandem legem, conſtitutionem, vel ſtatutum, vt in l. iubemus in fine, C. de teſtamen.& in l.final.in fine, C.de Curatore furioſi, & voluit Bartol.vbi ſupra ita diſtinguendo, & iuribus comprobando bene ſcripſit,Capra concluſion. ſexta, num. trigeſimo quinto, & ſequentibus. Vbi adhuc declarat hoc procedere, quando cauſa nullitatis de præterito ſubſiſtens nullitatem induceret ipſo iure,aliter ſecus,nec a præmiſſis diſſentit Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione, concluſion.decima tertia, num.quadrageſimoſeptimo,& quadrageſimo octauo.

Et hęc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ.

35 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur etiam ad præterita,quando diſponit ſuper ordinatorijs iudicij,& modo procedendi,vel etiam ſuper rationibus edendis in adminiſtrationibus. Tunc enim lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum diſponens ſuper actu ſucceſſiuo habente plures partes, quia emanat poſt actum inchoatum,& non perfectum trahitur ad actum de præterito quoad partes futuras,licet non quoad pręteritas,& ſic trahitur ad negotia præterita, & cauſas non ſolum futuras,ſed etiam pendentes ſecundum, Gloſ.in cap. licet Canon in verbo De Catero de electionibus in ſexto, & in clementin. ſecunda, in gloſ. final.de iudicijs, Bartol. in l. omnes Populi in quinta quæſtione principali numero quadrageſimo quarto, verſiculo Quarto caſu,Iaſ. in l. non dubium num.decimoquinto, in fine,C.de legibus,& eſt communis,vt per Capr.dict.concluſion.ſexta, num.quinquageſimo tertio, & ſequentibus, qui tamen hanc communem opinionem vno modo declarat, & alio modo etiam declarat Alderan.Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione concluſion. decimatertia,num.quadrageſimonono,& ſequenti declarationes ibi apud eos videas, & vide etiam ad eandem materiam Cardinal.Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Lex, concluſion. 264. num. 27. 28. & 29. & num. 71. & ſequentibus: Vide Contard. de momentan. poſſeſſion. quæſtion. quinta in titulo de Aegidiana num. primo, & ſequentibus, vbi dixit quod in his, quę ſpectant ad otdinem proceſſus,lex ſeu conſtitutio ſuperueniens reſpicit futura,ac etiam prudentia per appellationem.

Et hęc ſit ſecunda limitatio.

36 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur etiam ad prætetita, quando factum aliquod partim eſt de pręterito, & partim de fututo, vel etiam quando factum de pręterito expectat ſuam perfectionem, & complementum a facto futuro. Tunc enim lex conſtitutio, ſeu ſtatutum ttahitur etiam ad illud factum præteritum. Huius concluſionis exempla plura ponuntur per Gloſ.in clementina ſecunda in verbo Im poſterum de ætate.& qualitate, & ibi Butr. Imol. & Abb.& Cardinalis, Bald. in l. ſi ita ſcriptum, S. fin. ff. de legat. ſecunda; & in l. illa poſt med. C. de donationibus, & in l.omnes populi, numero quinquageſimo ſecundo, & ibi etiam Crot. num.131. & ſequen.ff.de iuſtitia,& iure. Felin. in capitulo final. num.vndecimo,& column. decimaſexta, verſiculo Puto, &c. vbi teſtatur de communi Ancharan.conſil.128.incip.viſis, & diligenter examinatis. Quorum dicta bene refert, & explicat Alderan.Maſcard. * qui etiam de communi teſtatur de generali ſtatutorum interpretatione, concluſione decimatertia, num.

num. quinquageſimoquinto,& ſequentibus; vbi,& ipſe communem teſtatur,& hanc communem declarat duobus modis declarationem ibi per eum videas.

Et hæc erit tertia limitatio.

37 LEX, ſtatutum, ſeu conſtitutio trahitur etiam ad præterita quando diſponit inducendo aliquam exceptionem, quæ non cauſatur tempore contractus; ſed ab alio facto poſt contractum. Tunc enim ſi illud fiat poſt legem, conſtitutionem, vel ſtatutum trahitur etiam ad præterita, & idem quando, lex; conſtitutio, ſeu ſtatutum è contra tolleret exceptionem competentem etiam ſuper facto de præterito. Tunc enim etiam ad illam trahitur, ſi exceptio incipiat competere poſt ipſam legem, conſtitutionem, vel ſtatutum, ſecus ſi antea. Exempla huius concluſionis ponuntur per Capram reg.ſexta,num.quadrageſimo octauo,& ſequentibus; qui eam declarat vno modo Bartol.in l.omnes populi num.quadrageſimo quarto,verſiculo Secundo caſu, & ibi etiam Crot.num.141.qui ita communiter teneri teſtatur, ff.de iuſtitia, & iure Anton.de Butr. Abb. & Felin. in capitulo final.de conſtitutionibus Alderan.Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione, concluſion. decimatertia, num.quinquageſimo quinto; vbi in idem allegat etiam Cephal.in conſ. 644. num.decimo nono, lib.quinto, vide Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion.in verbo Lex,concluſion.264.num. 33.& 43.

Et hęc ſit quarta limitatio.

38 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur ad præterita, & non ad futura, quando inducit indulgentiam vel remiſſionem pęnæ, etiam quod loquatur per verba præſentis, aut futuri temporis,& hoc ne detur materia delinquendi, vtputa ſi eadem lex conſtitutio, ſeu ſtatutum dixerit quod quicunque fuerit bannitus, rebanniatur, cum tunc dicta lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahatur ad bannitos de præterito ſecundum Bar.& Bald.in l.cum lex,ff.de legibus. Florian.& Imol.& alij Canoniſtæ communiter in capitulo Quoniam de Conſtitutionibus,quos ſic dicentes refert,& ſequitur Capra dict.reg,ſexta, num.47. Salicet.in l.ſecunda C.de generali Abolitione, & in l.Caſtitati, C. de adulterijs,Bald.in l.ſi ita,ff. de auro, & argento legato Bald.& Imol.in l.cum in ſecundo,ff. de iniuſto teſtamento,Marſil in practica,§.Aggredior,num.quadrageſimo tertio, vbi quod ſtatutum loquens de bannitis compræhendit ſolum Bannitos tempore ſtatuti,non autem poſt (de quo alibi ſuo loco diximus in materia occidentis Bannitos) Alios refert Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpratatione,concluſion.decimatertia, qui, & ipſe de communi teſtatur, num. quinquageſimoſexto,& ſequentibus,Cardinal.Tuſch.pract.concluſ. in verbo Lex,concluſion. 264. num.decimo, & numero 65.

Et hæc ſit quinta limitatio.

39 Lex Conſtitutio, ſeu ſtatutum nouum, quando minuit pœnam ſtatuti antiqui Tunc cum in imponendis pœnis inſpiciatur tempus ſententiæ.Ideo talis pœna nouæ legis conſtitutionis,ſeu ſtatuti imponetur etiã pro delictis præteritis non punitis exẽplũ in ſtatuto antiquo volente quod vendens ſal alteri priuato, pœna Capitis puniatur, ſi poſtea aliud ſequatur Statutum quo ſic vendens puniatur in centum libris, ſi aliquis ante nouum ſtatutum vendiderit Sal, & non fuerit punitus, punietur pœna ſecundi ſtatuti, & non ſtatuti Antiqui, etiam quod delictum fuerit cõmiſſum ante nouum ſtatutum ſecundum Bar. in l. Omnes Populi, num. 51. & ibi etiam Crot.num.144. ff. de Iuſtitia, & iure Innoc. Anton. de Butr. & Imol, in c. final. de Conſtitutionib. Capra dicta regula ſexta, num. quadrageſimo quinto, & ſequenti, Soccin. Iun. conſilio vigeſimo primo, num.vndecimo, & num.decimo quarto, vbi etiam, & è contra quid ſi lex, conſtitutio ſeu ſtatutum nouum imponat maiorem pœnam antiquæ, & latius Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpræatione concluſ. decimo tertio, num. quinquageſimo nono, & ſequentib. vbi declarat duobus modis. Declarationes ibi per eum videas, & vide etiam Card. Tuſcum practicar.concluſ.in verbo lex concluſ. 264. nu.35.

Et hęc ſit ſexta limitatio.

40 Lex Conſtitutio, ſeu ſtatutum confirmatorium iuris Antiqui trahitur etiam ad pręterita ſecundum Bart. in l. omnes populi, num. quadrageſimo, & ibi etiam Crot. numero 145. ff. de iuſtitia, & iure, Hoſtienſ. Imol. & Felin. in capitulo finali de Conſtitutionibus Capra dicta regula ſexta,num.quadrageſimo primo, & ſequentibus: vbi teſtatur de com muni Doctorum ſententia, eamque declarat, niſi lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum haberet annexam inductionem noui iuris, nam tunc quoad illud non trahitur ad præterita, quod, & idem voluit Aderan. Maſcard. de interpretatione generali ſtatutorum concluſione decima tertia, numero ſexageſimo tertio, & ſequentibus. Vbi declarat alijs duobus modis, declarationem ibi per eum videas.

Et hæc ſit ſeptima limitatio.

41 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur etiam ad præterita, quando in eadem lege, conſtitutione, ſeu ſtatuto ſic expreſſe diſponitur, vtputa quia etiam de præteritis nominatum loquatur text. eſt in dict. L. leges, C. de legibus, ibi: Niſi nominatim, & de præterito tempore, item eſt text. in capitulo final. de conſtitutionibus, & in clementin.ſecunda in fine de iudicijs. Capra d. reg.6. num.3.& num.76. vbi de lege conſtitutione, ſeu ſtatuto vtente verbis præteriti temporis, & eſt communis omnium ſententia vide ad materiam huius concluſionis. Card. Tuſc. pract. concluſion. in verbo Lex, concluſ. 264. num. 69. & num. 66. &

concluſ.

concluſ.265.num.primo, & num. tertio; Vbi quod iſto caſu ſtatutum diſponens circa præterita dicitur odioſum, & ſtricte intelligendum, & num. quinto, vbi contra præmiſſa dixit, quod lex loquens per verba præteriti temporis trahitur etiam ad futura ex Caſtrenſ. quem allegat in conſ.315. ſuper ea quod quęritur, num. tertio, lib. primo.

Et hæc ſit octaua limitatio, quam etiam conſulendo ſequutus eſt Cephal. in conſilio trigeſimo quinto, num quinquageſimo primo, lib. primo, & eam declara tribus modis vt infra in ſequenti numero.

42 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum non trahitur ad præterita etiam quod in lege, conſtitutione, ſeu ſtatuto adſint verba præteriti temporis, quæ tamen poſſent etiam importare futura, & ſtatuti, ratio poſſet etiam ad futura adaptari. Exemplum huius concluſionis ponitur per Bartol. in l. illicitas, ff. de officio Præſidis, vbi dixit quod ſtante ſtatuto, quod iudex debeat reſcindere de facto venditiones factas per minores, licet propter verbum factas, quod eſt præteriti temporis videatur hoc ſtatutum eſſe trahendum ad venditiones iam factas ante ſtatutum, & nō ad futuras trahitur tamen ad futuras, & non ad præteritas, quia natura legis eſt compræhendere futura, & non pręterita, Ruin. conſilio trigeſimonono, num. decimo octauo, lib. primo, & conſil. 49. num. vndecimo lib. tertio, Soccin. Iunior conſ. vigeſimo primo, num. decimoquinto, verſiculo Et ad regulam lib. primo, Cæphal. conſil. 644. num. trigeſimotertio, libro quinto, faciunt ſcripta per Ioan. Andr. in cap. primo in verbo Extortas, quod metus cauſa lib. ſexto, & ibi etiam Geminian. & Felin. in capitul. final. num. ſecundo, verſiculo Amplia tertio, de conſtitutionibus, volentes ſtatuta trahi ad futura, & non ad præterita, etiam quod loquatur per verba præteriti temporis (& ſic contra Capram dicta regula ſexta, num. 76.) ſequitur hanc declarationem Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione capitulo decimo tertio, num. decimo.

Et hæc ſit prima ſublimitatio pręcedentis octauæ ſublimitationis.

43 LEX, ſtatutum, ſeu Conſtitutio non trahitur ad præterita, etiam quod de præteritis mentionem faciat, quando ipſa præterita ſunt temporis diuturnitate, & antiquitate confirmata ſecundum Angel. in conſilio quinquageſimotertio: incipien. In quæſt. propoſita per tex. quem allegat in l. qui in prouincia, §. Diuus Marcus ibi Monemur temporis diuturnitate, ff de ritu nupt. & in §. alienationes in Authentica de non alienan. dum ibi dicitur. Tanta documenta longo tempore facta commouere multe eſſe tergiuerſationis, & facit ratio quia ſicut lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum contraria conſuetudine abrogatur. Ita in ſimili eadem lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum loquens de pręteritis non videtur includere pręterita, iamdiù obſeruatę, & quidem licet Felin. in capitulo finali de conſtitutionibus, columna octaua, verſiculo Sed in practica dixerit difficile eſſe in practica hanc Angeli concluſionem ſubſtinere, vide tamen in hoc diſtinctionem Alderani Maſcardi de generali ſtatutorum interpretatione, concluſion. 13. num. 39.

Et ſit ſecunda ſublimitatio pręcedentis octauæ limitationis. Aliam ſublimitationem videas infra num. ſeq.

ARGVMENTVM.

LEX, Conſtitutio, ſeu Statutum, quando trahatur ad præterita iam deciſa, & ſi nominatim de præteritis loquatur.

SVMMARIVM.

Lex, Conſtitutio, ſeu ſtatutum, non trahitur ad præterita iam deciſam per ſententiam tranſactionem, iuramentum, ſolutionem, quietationem, & præſcriptionem, etiam quod in eadem lege Conſtitutione, ſeu ſtatuto, nominatim, expreſſeque fiat mentio de præteritis, num. 44.

Lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum, non trahitur ad præterita poſt concluſionem in cauſa, etiam quod de præteritis eadem Lex, Conſtitutio, ſeu Statutum nominatim, & expreſſe mentionem faciat, numer. 44. & numer. 45. Vbi ſecus, quando pendet iudicium, & in cauſa non fuit concluſum.

Contra num. 48.

Declara, vt ibidem dicto num. 48. verſic. Et tamen.

Lex, Conſtitutio, ſeu Statutum, non trahitur ad præterita deciſa per ſententiam, & ſi ab ea fuit appellatum, & appellatio pendeat, num. 46.

Lex, Conſtitutio, ſeu Statutum ſe nominatim, & expreſſe faciens mentionem de præteritis trahitur etiam ad præterita iam deciſa, quando in eadem lege, ſtatuto, ſeu conſtitutione adeſſet clauſula, quod omnia prius geſta habeantur pro inſertis.

Lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum, trahitur etiam ad præterita, & deciſa, quando ſic nominatim, & expreſſe eadem lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum loquitur de præteritis, & deciſis, numer. 50.

LEX

44 LEX, conſtitutio: ſeu ſtatutum non trahitur ad præterita iam deciſa puta per ſententiam, & rem iudicatam tranſactionem, iuramentum, vel ſolutionem, quietationem, preſcriptionem, & ſimilibus etiam quod in eadem lege conſtitutione, ſeu ſtatuto nominatim, & expreſſe fiat mentio de preteritis Tex. eſt in l. cauſas C. de tranſactionibus, & voluit Bart. in l. omnes populi, num. 41. verſ. Diſtingue, vbi allegat bona iura, & ibi etiam Crot. num. 137. ff. de iuſtitia & iure, idem Bart. in l. final. per illum Text. C. de ſententijs reſcindi non poſſint, & in l. 1. §. final. ff. ad Tertullian. Abb. in cap. final. * num. 9. & ibi communiter Doctores omnes, & præſertim Felyn. num. 3. verſ. Hanc fallentiam dicit communem extra de conſtitutionibus, idem Abb. in Clementin. Dudum §. Hos etenim, in verbo Pacta extra de Sepulturis Ang. conſ. 53. incip. in queſtione propoſita. Capra reg. 6. num. 3. Alex. conſ. 199. num. 4. verſ. Secundo reſpondeo lib. 6. Vbi de communi refert eum, & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Lex, concluſ. 265. nu. 13. & ſeqq. Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione concluſ. 13. nu. 16. & ſeqq. vbi alijs relatis, & ipſe teſtatur de communi de qua etiam per Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Lex concluſ. 264. nu. 63 & ſeqq.

Hæc Regula ampliatur duobus modis, & limitatur tribus alijs modis, vt infra mox dicam.

45 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum non trahitur ad præterita, quando iam in cauſa concluſum eſt etiam quod de præteritis eadem lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum nominatim & expreſſe mentionem faciat. Et eſt ratio quia poſt concluſum in cauſa negotium dicitur finitum, & paria ſunt eſſe iudicatum, vel eſſe concluſum in cauſa iuribus allegatis per Capram d. reg. 6. num. 10. & ſeqq. & voluit Cardinalis in cap. final. cuius opinionem in Practica ſeruandam videtur affirmare ibidem Felin. Tu tamen pro concordia, dicere poteris, quod opinio Cardinalis poteſt procedere, quando ſumus in illis caſibus, in quibus poſt concluſum in cauſa non admittitur alia probatio. Opinio autem Imolæ poteſt procedere quando ſumus in caſu, in quibus poſt concluſionem in cauſa poſsit fieri, vel non fieri probatio, plene declarat Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione, concluſion. decimatertia, numero decimonono, & ſequentibus. Vbi, & ipſe hanc probat diſtinctionem.

Et hæc ſit prima Ampliatio propoſitæ regulæ.

46 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum, nec etiam trahitur ad preterita deciſa per ſententiam, & ſi ab ea fuerit appellatum, & appellatio pendeat, & etiam quod in eadem lege, conſtitutione, ſeu ſtatuto nominatim, & expreſſe fiat mentio de præteritis facit tex. in Authent. vt cum de appell. cognoſ. circa principium, voluit Gloſ. in capitulo licet canon in verbo De cætero, de electione in ſexto, & in l. ſancimus in Gloſ. final. C. de ſacroſanct. eccleſijs. Capra dicta regula ſexta, num. ſeptimo, vbi teſtatur communiter teneri, Abb. in capitulo final. num. nono, verſiculo Aut præterita non ſunt deciſa extra de conſtitutionibus, & ibi etiam Felin. columna ſexta, verſiculo Limita tertio, Bartol. in l. omnes populi, numero quadrageſimo, verſiculo Aut ſunt negocia, & ibi etiam Crot. num. 148. vbi hanc concluſionem declarat, ff. de iuſtitia, & iure, Dec. in capitulo Quoniam, num. trigeſimo ſeptimo de conſtitutionibus, Alexand. conſil. 96. viſo proceſſu Agitato, num. tertio, lib. ſecundo, Cæphal. conſil. 261. numero decimo ſexto, libro quinto, quos ſic dicentes refert etiam, & ſequitur Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione, concluſion. decima tertia, num. trigeſimo, & ſequentibus. Vide Cardinal. Tuſch. practicarum concluſion. in verbo Lex, concluſion. 264. num. 61. & concluſion. 265. num. 17. & num. 18.

Et hæc ſit ſecunda Ampliatio, ad quam vide Contard. de moment. poſſeſſ. in tit. de Egidiana, quæſtion. 5.

47 LEX, Conſtitutio, ſeu ſtatutum, licet, vt paulo ante dixi, in prima huius queſtionis Ampliatione non trahatur ad præterita, quando iam eſt concluſum in cauſa, etiam quod eadem lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum nominatim, & expreſſe mentionem faciat de præteritis. Non tamen ſic eſt, quando iudicium pendet, & non ſolum non eſt iudicatum; ſed nec etiam in cauſa concluſum. Nam tunc ſi eadem lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum expreſſe, & nominatim mentionem faciat de præteritis, trahitur etiam ad præterita pendentia in iudicio ex allegatis per Capram dicta regul. ſexta, num. decimo quarto, & ſequentibus, Abb. Imol. & Felin. in capitulo finali de conſtitution. quos refert, ſed non ſequitur Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione, concluſion. decima tertia, num. trigeſimoquinto, & ſequenti ad materiam propoſitæ concluſionis, vide Cardinal. Tuſch. practicarum concluſion. in verbo Lex, concluſion. 264. num. nono, & num. vndecimo, & num. 70. & concl. 265. num. 19. & 20.

Et hęc ſit prima limitatio propoſitæ concluſionis.

48 Contrarium, quod imo lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum etiam quod de præteritis expreſſe, & nominatim mentionem faciat non trahatur ad pendentia in iudicio, in quo concluſum non eſt in cauſa ſua detur ex textu in dict. l. leges, la ſeconda, C. de legibus vbi expreſſe cauetur, quod leges, & conſtitutiones futuris dant formam negotijs non autem ad præterita reuocantur, niſi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc dependentibus negocijs cautum ſit, & ideo ex illo textu probari videtur, quod licet de preterito in l. conſtitutione, vel ſtatuto ſit facta mentio, non debeat eadem lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahi

trahi ad pendentia,niſi etiam expreſſe, & nominatim de pendentibus mentionem fecerit,& voluit Bartol. in l. omnes populi,nu.40.de iuſtitia,& iure, quẽ refert,& ſequitur Alexan.conſ.96.num.4.lib. ſecundo. Idem Bart.conſ.87.factum tale eſt pluribus probat,& contrarijs reſpondet Alderan.Maſcar.d. concluſ.13.num.33.& ſeqq.

Et tamen in hac contrarietate conciliando opiniones poteſt dicere, quod prima opinio procedat quando conſtitutio emanauit proprio motu Principis, quia tunc ſi de præteritis mentionem facit trahitur etiã ad pendentia, etiã quod de pendentibus nihil dixerit. Secunda autem opinio procedat,quando conſtitutio emanauit ad impetrationem alterius ex allegatis per Capr.d.reg.6.nu.15.verſ.Quod verum eſt,& per Alderan.Maſcar. d.concl.13. nu. 36. & ſeqq.vbi hanc diſtinctionem ab omnibus amplecti fatetur ex Felin.in loco per eum relato, & diſtinctionem declarat.Declarationem ibi videas, & vide etiam Card. Tuſc.pract.concl.in verbo Lex, concl. 264.num.44.& 46.

49 LEX, conſtitutio,ſeu ſtatutum nominatim,& expræſſe faciens mentionem de præteritis trahitur etiã ad præterita iam deciſa,quando eadem lex,conſtitutio,ſeu ſtatutum diceret,quod omnia prius geſta habeantur pro infectis ad tex.in clement. 1. & ibi gloſ. in verbo Pro infectis.Card.Imol.& alij canoniſtæ de immunitate Eccleſiæ.Ancharan.in cap. 1. verſ. Et licet iſta ſit communis opinio extra de conſtitutionibus,& in conſ.137.incip. Pro D. Paula ad finem, Imol poſt Card.in cap.Cæterum de reſcriptis, Abb. in c.Quæ in eccleſiarum in primo notabili de conſtitutionib.Gemin.poſt Ioan. Andr. in cap. final. de elect.in 6. quos, & alios refert,& ſequitur Alderan. Maſcar.de generali ſtatutor.interpr.concl.13.num. 26.& 27.vbi hanc concluſionem declarat vno modo. Dcelarationem ibi videas.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

50 LEX, conſtitutio,ſeu ſtatutum trahitur ad præterita,& deciſa, quando ſic nominatim, & expreſſe eadem lex,conſtitutio,ſeu ſtatutum loquitur de præteritis,& deciſis ſecundum gloſ.in l.cauſas in gloſ.final.in fin.C.de tranſact. Abb.in cap.final.num.9.de conſtitut.Bar.in l.fin.C.ſi contra ius, vel vtilitatem publicam Crot.in l.omnes populi,nu.137.in fine, ff. de iuſtitia,& iure,Capra d.regul.6.nu.4.& ſeqq. vbi ampliat hoc procedere non ſolum in conſtitutionibus, ſed etiam in reſcriptis dummodo concedantur ex iuſta cauſa,per quam iuri alterius præiudicari poſſit. Niſi enim hæc rationabilis cauſa adſit, nec conſtitutiones, nec reſcripta in alterius præiudicium trahi poſſunt ad iam deciſa etiam quod nominatim, & expreſſe de deciſis mentionem faciat ſecundum Abb.&Felin.in locis relatis per Alderan.Maſcar.vbi ſupra concl.13.num.29.

Et hæc ſit tertia limitatio.

ARGVMENTVM.

LEX, Conſtitutio, ſeu Statutum, declaratorium iuris antiqui, an, & quando trahatur ad præterita.

SVMMARIVM.

Lex, Conſtitutio, ſeu ſtatutum antiqui iuris declaratorium trahitur non ſolum ad futura, ſed etiam ad præterita, num.51.

Limita primo, quando vteretur aliquo verbo importante promulgationem noui iuris, num.52

Limita ſecundo, quando in eadem lege, conſtitutione, ſeu ſtatuto adderetur aliquid iuri antiquo, vt puta ſi imponatur noua pœna, num.53.

Limita tertio, quando in eadem lege, conſtitutione ſeu ſtatuto adeſſet aliquod verbum reſpiciens futura, vtputa de cætero in futurum deinceps, & ſimilibus, num.54.

Limita quarto, vt non trahatur ad præterita in quibus facit iudicatum, & ſeruatum contrarium eius, quod in declaratione continetur, num. 55.

51 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum antiqui iuris declaratoria trahitur non ſolum ad futura, ſed etiam ad præterita ad tex. in Auth. de filijs ante dotalia inſtrumenta natis, §.primo,& in Auth.de rapt.mulier.quæ rap ibi tanquam ſi lex noſtra ab initio cum tali interpretatione promulgata fuiſſet,Abb.in cap.final.num.8.de Conſtitutionib.& ibi etiam Felin.num.4.verſ.Fallit ſecundo, vbi teſtatur de communi Gemin. poſt Imol.in cap. deliberatione, §. volentes de officio legati in 6. Bartol. in l. omnes populi,num.44. ff.de iuſtitia,& iure, Iaſ.in l. non dubium, num.10. in 6. notabil. C. de legibus. Capr.reg.6.num.21.Bal.conſ.91.num.3.verſ.Solutio,& conſ.477.num.4.verſ.Solutio, ſi iſtud ſtatutum lib.4.Ang.conſ.382. ſtatuto communis, num. 3.Rot.diuerſ.142.num.ſecundo, par. ſecunda. Vbi etiam de communi,quos ſic dicentes refert,& ſequitur Alderan.Maſcard.de generali ſtatutorum interpretatione,concluſ.decimatertia, num.quadrageſimo primo. Vbi huius concluſionis bonas reddit rationes, Cardinal. Tuſcb.practicar.concluſion. in verbo Lex,concluſion.264. num.45. vbi alijs relatis teſtatur de communi,& num.51.& concluſion.265. num.4.

Hæc concluſio recipit quatuor limitationes, quas infra mox ſubijciam.

52 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum etiam antiqui iuris declaratorium trahitur ad futura, & non ad præterita,quando eadem lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum

tum, vteretur aliquo verbo importante promulgationem noui iuris, vtputa, quia diceret, Statuimus, decernimus, vel per hanc noſtram conſtitutionem, aut his ſimilibus verbis ex allegatis per Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpratatione, concluſion. decima tertia, numero octauo, & numero quadrageſimo ſecundo, vbi tamen declarat niſi ratio noui ſtatuti declaratorij, ſit antiqua reſpiciens alterius ſtatuti declarationem, quia tunc lex, conſtitutio, ſeu ſtatutum trahitur etiam ad præterita, licet vtatur verbis importantibus promulgationem noui iuris ſecundum gloſ. quam allegat in clementin. prima, in verbo Cenſemus de conceſſione præbendæ, & Felin. in capitulo finali, num. quarto in fine de conſtitutionibus.

Et hęc ſit prima limitatio propoſitæ concluſionis.

53 LEX, Conſtitutio, ſeu ſtatutum antiqui iuris declaratorium non trahitur ad præterita quando in eadem lege, conſtitutione, ſeu ſtatuto aliquid additur iuri antiquo, vtputa, ſi impónat nouam pœnam. Tunc enim in eo quod addit reputatur ius nouum, & non antiquum, & ideo trahitur ad futura, & non ad præterita, ad text. in clementin. prima, & ibi gloſ. in verbo De cætero de vſuris cum alijs per Capram dicta regula ſexta, num. 81. & ſequenti, vbi declarat concluſionem procedere, quando noua pœna imponitur ipſo iure, ſecus ſi veniret imponenda per iudicem, quia tunc poterit imponi propter factum præteritum ante conſtitutionem, ſi nondum fuit punitum, vt ibi per eum Felin. in capitulo final. num. octauo, verſiculo Quarto limita extra de Conſtitutionib. vbi contra declarationem Capræ, vbi ſupra relatam declarat conſtitutionem antiqui iuris declaratoriam nouam pœnam imponentem non trahi ad præterita, etiam quod pœna non imponatur ipſo iure, ſed veniat imponenda per iudicem, quod, & idem voluit Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione, concluſion. decimatertia, num. quadrageſimo ſexto. Addo ad comprobationem propoſitæ concluſionis, Felin. in capitulo cognoſcentes num. ſeptimo, verſiculo Sexto & vltimo, extra de conſtitutionibus. Crot. in l. omnes populi, numero 133. ff. de iuſtitia, & iure, Bertazzol. conſ. ciuil. vigeſimo quarto, num. ſeptimo, Rot. diuerſ. deciſ. 142. num. tertio, par. ſecunda, Quos ſic dicentes refert, & ſequitur Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione, concluſion. decimatertia, num. octauo, & nono.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

54 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum antiqui iuris declaratorium non trahitur ad præterita, ſed ſolum ad futura, quando in eadem lege, conſtitutione, ſeu ſtatuto adeſſet aliquod verbum reſpiciens futurum, per quod appareret de mente ſtatuentium fuiſſe ſolum futura reſpicere, vt ſi diceretur De cætero in futurum deinceps, & ſimilibus, tunc enim cum videamur eſſe in claris non eſt laborandum circa interpretationem ſtatuti, vt per Felin. in capitulo final. num. quinto, extra de conſtitutionibus, & ante eum ibidem Anton. de Butr. & Imol. Geminian. in capitulo Ex antiquis 54. diſtinctione. Capra dicta regula ſexta, num. vigeſimo primo, Rot. diuerſor. deciſ. 158. num. quarto, parte ſecunda, & deciſion. 142. numero quinto, eadem parte ſecunda, Bolognett. in l. omnes populi, num. 162. verſ. Mihi autem magis placet de iuſtitia, & iure, vbi reſpondet oppoſitioni factę per Dec. in dicto capitulo finali num. decimo tertio ante med. verſiculo Sed tamen conſiderandum eſt extra de conſtitutionibus, Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretione concluſion. decimatertia, num. quadrageſimotertio, vide ad materiam propoſitæ concluſionis Cardinal. Tuſch. practicarum concluſion. in verbo Lex, concluſion. 264. num. quarto, & num. quinto, Vbi etiam quid ſi in conſtitutione adſint verba infinitiui modi.

Et hæc ſit tertia limitatio.

55 LEX, conſtitutio, ſeu ſtatutum antiqui iuris declaratorium non trahitur ad præterita in quibus fuit iudicatum, & ſeruatum contrarium eius quod in declaratione continetur, non enim per hoc reuocabitur, quod iam fuit deciſum, ſecundum communem intellectum, & primam illam interpretationem, licet modo a ſtatuto declaratorio reprobatam, & aliter declaratam ſecundum Geminian. in capitulo humanum genus prima diſtinction. Ioan. Andr. Ant. de Butr. Imol. & Felin. in capitulo finali de conſtitutionib. Iaſ. in l. non dubium, num. decimo quinto, C. de legibus, Rot. diuerſor. deciſion. 158. num. quinto, par. ſecunda, Capra dicta regula ſexta, numero vigeſimo ſecundo, & ſequentibus. Vbi hanc concluſionem bene declarat prout etiam declarat idem Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretatione concluſione decima tertia, num. quadrageſimo quarto, & ſequen. vide Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Lex, concluſion. 265. num. 21.

Et hæc ſit quarta limitatio.

ARGVMENTVM.

LEX, ſeu Statutum, quando pœnam imponit, aut aliquid fieri mandat cum irritatione, & annullatione actus contra facti. An, & quando pœna ipſo iure incurratur, vel actus ipſo iure ſit nullus communes quædam, & generales concluſiones.

SVM-

SVMMARIVM.

Lex, ſeu ſtatutum, quando actum annullare: vel aliquid ipſo iure committi mandaſſe cenſeatur generaliter de materia, num. 56.

Poena a lege, ſeu ſtatuto impoſita quando incurratur ipſo iure generaliter de materia, num. 57.

Ipſo iure quid fieri, an vero per ſententiam, in quo differat inter ſe, & de pluribus effectibus, quos vnum, & alterum parit, num. 58.

Lex, ſiue ſtatutum annullans actum, ſeu pœnam imponens ſimpliciter regulariter non cenſetur ipſo iure actum annullare, ſeu pœnam imponere, & ita in dubio præſumitur, num. 59.

Lex, ſeu ſtatutum ſi vtitur verbis importantibus canonem latæ ſententiæ, vtputa, loquendo per verba præſentis, & præteriti temporis, vel vtendo aliquibus dictionibus, idem ſignificantibus, vtputa, Mox, illico, ipſo iure, ipſo facto, & ſimilibus, num. 60.

Contra, num. 61.

Declara, vt num. 62.

Lex, ſeu ſtatutum, quando loquitur per verba futuri temporis annullando actum, vel imponendo pœnam, tunc non intelligitur ipſo iure, ſed requiritur iudicis ſententia, vtputa, ſi dixerit priuetur, banniatur, mulctetur, aut quid ſimile, num. 63.

Lex, ſeu conſtitutio quando priuat clericum beneficio propter aliquod crimen non cenſetur priuare ipſo iure, ſed per ſententiam, num. 64.

Vaſſallus, quando feudo priuetur propter aliquod crimen, & nunquid priuatio ipſo iure incurratur, num. 65.

Emphyteuta, quando propter canonem non ſolutum, aut alia de cauſa cadit ab emphyteuſi, & nunquid iſta caducitas incurratur ipſo iure, & an requiratur ſententia ſaltim declaratoria, num. 66.

Lex, ſeu ſtatutum annullans actum, ſeu pœnam imponens eo magis non ipſo iure actum annullare, & pœnam imponere cenſetur, quando eius verba ſunt directa in iudicem, & non in partem, num. 67.

Lex, ſeu ſtatutum, quando loquitur per tempus infinitum, licet illud ſit actus comprehendere omnia tempora, & præterita, & futura in dubio tamen intelligitur ferendæ ſententiæ, & non latæ, num. 68.

Lex, ſeu ſtatutum pœnale, quando pœnam comminatur, vt puta, dicendo ſub pœna capitis, ſub pœna triremium, ſub pœna excommunicationis, ſub pœna centum librarum, aut quid ſimile; nunquid hæc eadem comminata pœna incurratur ipſo iure. An vero requiratur ſententia, num. 69.

Lex, ſeu ſtatutum ſi imponat aliquam pœnam, pœna illa non incurritur ex actu nullo, quod an verum ſit, & quando, num. 70.

Lex, ſeu ſtatutum actum annullans, ſeu pœnam imponens, tunc demum in dubio eandem poenam ipſo iure annullare, quando ſumus in materia odioſa, Et de poena, vt ſupra, imponenda: Tunc enim verum eſt, quod in dubio verba legis ſeu ſtatuti interpretanda ſunt, vt potius ſignificet ferendam ſententiam, quam ipſo iure, ſecus vbi eſſemus in materia fauorabili, & quæ lata interpretanda eſſet; Tunc enim verba in dubio potius latam ſententiam quam ferendam ſignificarent, num. 71.

Lex, ſeu ſtatutum, quando annullat actum per verba geminata, tunc actus redditur nullus ipſo iure, etiam quod loquatur per verba futuri temporis, & idem quando lex imponit poenam per verba geminata, quod tunc cenſeatur eadem poena impoſita ipſo iure, etiam quod eadem lex, ſeu ſtatutum loquatur per verba futuri temporis, num. 72.

Lex, ſeu ſtatutum quando loquitur per verba præteriti temporis, & ſic per participium temporis præteriti: Tunc intelligitur ipſo iure, & ipſo facto, licet non dicatur, vtputa, ſi dicat beneficio ſit priuatus, vel ſit mulctatus, vel bannitus, num. 73.

Lex, ſeu ſtatutum cenſetur annullare actum, & poenam imponere ipſo iure, ſi loquatur per verba temporis præteriti, num. 74.

Lex, ſeu ſtatutum loquens per verba futuri temporis, licet, vt dixi, non cenſeatur poenam imponere ipſo iure. Hoc tamen fallit, quando poena imponitur a teſtatore in eius teſtamento, vtputa, ſi dixerit ſi hæres moleſtauerit vxorem meam priuetur hæreditate. Tunc enim poena hæc priuationis cenſetur a teſtatore impoſita ipſo iure, num. 75.

Lex, ſeu ſtatutum, quando imponit aliquam poenam, quæ ſecum trahit executionem abſque alio hominis miniſterio, & tunc non ſolum illa poena cenſetur impoſita ipſo iure, ſed etiam nulla alia requiritur declaratoria, num. 76.

Lex, ſeu ſtatutum, licet poenam imponat per verba futuri temporis, intelligitur tamen ipſo iure, & non per ſententiam, quando ſic ſuadetur ex natura actionis, & iudicii intentati exemplum in poena infamiæ, quæ etiam quod ſit irrogata per verba futuri temporis. Adhuc cenſetur impoſita ipſo iure, ne ſcilicet, vt dixi, natura actionis, & iudicii alteretur, num. 77.

Lex, ſeu ſtatutum importat canonem latæ ſententiæ, & ipſo iure, quando vtitur verbis directis, licet ſecus ſi vtatur verbis obliquis. Quæ autem dicantur verba directa, & quæ obliqua, num. 78.

Lex, ſeu ſtatutum etiam quod loquatur per verba futuri temporis importat tamen ipſo iure, & canonem latæ ſententiæ, quando alias diſpoſitio eluſoria redderetur, & effectum non haberet. Verbum enim cuiuſcunque temporis, ſi in ſuo tempore operari non poteſt ad aliud tempus, in quo operari poſſit, trahendum eſſe, num. 79.

Lex,

Lex ſeu ſtatutum annullans actum ſub conditione negatiua, conditione deficiente, actus non ſolum redditur nullus, ſed etiam ipſo iure nullus, etiam quòd vtatur verbo futuri temporis, vt puta, ſi dicatur Si quid tale non fiat actus corruat. Quoniam propter conditionis defectum diſpoſitio ipſo iure deficit, tam inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus. num. 80.

Lex ſeu ſtatutum, licet in regula pœnam in dubio imponere non videatur ipſo iure, ſed per ſententiam, non tamen ſic eſt in pœna priuationis appoſita in contractu propter omiſſum actum extraiudicialem. Nunquid enim hæc pœna incurratur ipſo iure non adimpleta promiſſione conuenta. nume. 81.

Lex ſeu ſtatutum, quando imponit aliquam pœnam, ſi illa non eſt corporalis, ſed pecuniaria, cenſetur illam imponere ipſo iure. num. 82.

Lex ſeu ſtatutum, quando alicui denegat audientiam, vt puta, quia dicat non audiatur. & tunc cenſetur annullare actum, etiam quòd expreſſè illum non annullet. num. 83.

Lex vel ſtatutum, ſi præfigat terminum ad aliquid probandum & termino lapſo, iubet quem non audiri, dicitur tunc inducere nullitatem ipſo iure. num. 83. in fine. verſ. Et hinc eſt.

Lex ſeu ſtatutum, quando aliquid præcipit per modum imperandi, actus contra præceptum factus videtur ipſo iure nullus, quod an verum ſit, & quando. num. 84.

Lex ſeu Conſtitutio imponens pœnam irregularitatis, vt puta, dicendo ſub pœna irregularitatis, vel irregularis fiet, aut quid ſimile, etiam quòd per verba futuri temporis, ſeu comminatoriè loquatur, Adhuc tamen importat ipſo iure, & latam ſententiam, & eſt ratio, quia irregularitas eſt pœna, quæ non ab homine, ſed à iure tantum imponitur. num. 85.

Lex ſeu ſtatutum, quando aliquid præcepit ſub pœna periurij, videtur pœnam imponere ipſo iure; quod an verum ſit. num. 86.

Lex ſeu Canon, ſeu Conſtitutio annullans, & irritans vinculum diſſolubile, prout eſt matrimonium, profeſſio, etſi loquatur per verba de futuro, intelligitur tamen irritare, annullare, & inhabilitatem inducere ipſo iure, & ſic importat Canonem latæ ſententiæ, & non ferendæ, aliàs inhabilitas eſſet inutilis, & friuola. Exemplum vt ſi lex prohibeat contrahere matrimonium viri cum fœmina, quam polluit per adulterium, & addat aliàs tale matrimonium irritetur. Aliud exemplum in antiquis canonibus dicentibus irritandum eſſe matrimonium virginum Sacrarum. Tertium exemplum in Clericis. Quartum in impedimento profeſſionis, vt puta, ſi dixerit ſi quis hoc commiſerit, & poſtea profiteatur, eius profeſſio diſſoluatur. His inquam, & ſimilibus caſibus impedimentum, & per verba de futuro ipſo iure impoſitum cenſetur, quia aliàs effectum non haberet. num. 87.

Lex ſeu ſtatutum, etiam quòd annullet actum, ſeu etiam pœnam importat ipſo iure. Hoc tamen intelligitur parte ſic inſtante, & petente, aliàs ſecus ſic enim in priuatione emphyteuſis ob non ſolutum Canonem, in priuatione feudi, in nullitate teſtamenti propter filij præteritionem, & alijs ſimilibus caſibus. num. 88.

Lex ſeu ſtatutum, ſiue loquatur per verba præteriti temporis, aut præſentis, ſiue etiam per verba temporis futuri, & ſiue vtatur dictionibus importantibus ipſo iure Canonem ferendæ ſententiæ, ſiue etiam latæ important modo vnum, & modo aliud, ſecundum quod ſuadet ſubiecta materia. numer. 89.

Lex ſeu ſtatutum, licet intelligatur ipſo iure, & importet Canonem latæ ſententiæ, quando loquitur per uerba præſentis, aut præteriti temporis. numer. 90.

Lex ſeu ſtatutum etiam quod loquatur per uerba præſentis aut præteriti temporis non tamen important Canonem latæ ſententiæ, quando per alia iura conſtaret, quod eadem lex, uel ſtatutum importaret ferendam ſententiam & non latam, & è contra. num. 91.

56 LEX ſeu ſtatutum, quando actum annullat, ſeu aliquid fieri, vel non fieri mandat, An & quando intelligatur ipſo iure ſic mandare, ſeu prohibere? An verò requiratur ſententia, & generaliter de tota hac materia? Vltra infraſcripta. Vide Alexan. ad Bartol. in l. Imperator. ff. de iure fiſci. Barbat. in cap. Si diligenti. extra de foro competenti. Felyn. in cap. Rodulphus. extra de reſcriptis. Tiraquell. de reuocand. donationibus. in verbo Reuertatur. per totum. Cardin. Tuſc. practicarum concluſ. littera P. concluſ. 238. & concluſ. 719. & littera L. concluſio. 269. & littera C. concluſ. 355. & 477.

57 Et in ſpecie de pœna à lege, ſeu ſtatuto impoſita, quando incurratur ipſo iure An vero iudicis ſententia requiratur? Vide Bald. in l. Iubemus. §. final. C. de ſacroſanct. eccleſ. Vbi plures pœnarum ſpecies diſtinguendo dicit, quòd aut loquimur de pœna obligatoria, & requiritur ſentẽtia. l. ſi qua pœna. in verbo Virtus. ff. de verborum ſignificat. Aut de pœna afflictiua. & idem. l. Quod ad ſtatum. ff. de pœnis. Aut de pœnà priuatiua; & idem niſi addatur aliqua dictio Priuans ipſo iure. ad notata in authent. de nuptijs. in princip. Aut de pœna actionis excluſiua, & tunc idem l. final. C. de iuramento calumniæ. Aut de pœna tacitæ confeſſionis inductiua, & tunc idem ſi poteſt probari contrarium. l. Quoniam. ff. de his, qui notantur infamia Aut de pœna prohibitiua iuriſdictionis, vt puta, ſi

dicatur, non reddatur ius, & tunc intelligitur ipſo iure, nec valet iudicium, ſi contra fiat. l. ſi ſeruus C. de his, qui ad eccleſ. confug. & Baldum ſic dicentem refert, & ſequitur Tiraqnell. de reuocand. donationibus.in verbo Reuertatur. num. 20. verſic.Igitur in primis.

58 Quæ autem ſit differentia, vt aliquid fiat ipſo iure, An vero per ſententiam, & de pluribus effe-ctibus, quos vnum, & alterum parit, Vide omnino Tiraquell. de reuocand. donationibus. in verbo Reuertatur. numer. 266. & omnibus ſeqq. Vbi ponit differentias 104. Cardin. Tuſc. practicar. concluſio. in verbo Priuatio. concluſio. 719. numer. 30. & 31. Vbi ponit duas particulares differentias.

59 LEX ſeu ſtatutum, annullans actum, ſeu pęnam imponens ſimpliciter regulariter non cenſetur ipſo iure actum annullare ſeu pęnam imponere, & ita in dubio præſumitur Bald. in l. 1. in fine. C. de legib. Capic. deciſio. 121. numer. 23. Marſil. in practica. §. Aggredior. numer. 124. Geminian. conſilio. 23. quia diffuſe numer. 2. & ſeq. verſ. Quo ad alios. Ancharan. conſilio 145. numer. 2. & conſilio 440. in quæſtion. numer. 5. Alexan. conſilio 124. Omiſsis in princip. lib. 1. Cardin. Tuſc. practicar. concluſio. in verbo Pęna. concluſio 238. num. 4. & in verbo Priuatio. concluſio 719. num. 7. Franciſc. Suarez in tracta. de legib. lib. 5. cap. 6. numer. 2. & cap. 7. num. 5. Io. Salas in eodem tracta. de legib. quæſt. 96. tracta. 14. diſputat. 15. ſect. 6. num. 79. verſic. Sed notaut. Vbi teſtatur hanc eſſe communem iuriſperitorum, & Theologorum veram doctrinam, & eam declarat declarationem ibi videas.

Hæc regula habet ſuas ampliationes, & limitationes. de quibus infra.

60 LEX ſeu ſtatutum, ſi vtitur verbis importantibus Canonem latæ ſententiæ, vtputa, loquendo per verba præſentis, aut præteriti temporis, vel vtendo aliquibus dictionibus idem ſignificantibus, vtputa, mox, illico, ipſo iure, ipſo facto, & ſimilibus, & inſimul etiam vteretur verbis importantibus ſententiam ferendam, & non latam, vtputa, ſi loqueretur per verba futuri temporis, & tunc in dubio hæc lex ſeu ſtatutum intelligeretur non ipſo iure, ſed per ſententiam. Sic enim poſt Salicet. quem allegat voluiſſe videtur Tiraquell. de reuocand. donatio. in verbo Reuertatur. num. 23. & latius numer. 112. Vbi facta concluſione quod dictio Mox addito verbo Futuri temporis, importet ipſo iure, & Canonem latæ ſententiæ declarat illam non procedere, quando dictio prædicta, & ſimiles iungerentur verbis neceſſario requirentibus ſententiam, ſiue miniſterium hominis (verbi gratia) ſi diceretur Mox, vel Protinus condemnetur. vt in l. 2. C. vt lite pendente, vel ſi diceretur ex tunc condemnetur. vt in cap. excommunicamus. §. Qui autem.extra de hæreticis.tunc enim dictiones prædictæ importantes Canonem latæ ſententiæ adiunctæ verbo futuri temporis,important non ipſo iure; ſed per ſententiam. Addo pro hac eadem opinione allegatos per eundem Tiraquell. vbi ſupra num. 245. Vbi facit aliam concluſionem, quòd quando verba legis, vel ſtatuti habent ſignificationem præteriti, & futuri temporis, prout eſt futurum ſubiunctiui, & tunc in dubio pro futuro accipiuntur, & non pro præterito.& nu. 246. eam allegat rationem, quia ſemper præſertim in pœnis benignior facienda eſt interpretatio. c. in pœnis. de regul. iuris in ſexto, cum concordantibus. Cardin. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Priuatio. concluſ. 719. num. 17. poſt Bal. & Iaſ. in locis per eum relatis.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ.

61 Contrarium ſuaderi videtur ex allegatis per eundem Tiraquell. vbi ſupra num. 63. in 11. fallentia. vbi dixit legem, ſeu conſtitutionem intelligi debere, vt inducat canonem latæ, & non ferendæ ſententiæ, etiam quod loquatur per verba futuri temporis, quando ex alijs verbis eiuſdem Conſtitutionis apparet eius mentem eſſe vt inducat latæ ſententiæ. & numer. 70. & ſeqq. facit generalem concluſionem, quòd quando verbo futuri temporis iungitur participium præteriti temporis, tunc eſt latæ ſententiæ, & non ferendæ, & ſic magis habetur ratio participij præteriti temporis, quam futuri ex allegatis ibi per eum, vbi etiam contrarium tenentes reprobat. & num. 75. facit aliam concluſionem, quod quando verbo futuri temporis iungitur aliud verbum, ſeu natura importans latam ſententiam, tunc talis diſpoſitio intelligenda eſt ipſo iure, magis ſcilicet inſpecto verbo, quod iungitur, quàm verbo futuri temporis, cui iungitur, & hanc concluſionem bene exemplificat. Et pro hac eadem contraria opinione addi poteſt etiam Rom. conſil. 212. quo ad primum num. 2. verſ. Secundo quia video vſque ad finem, quem pariter refert Cardin. Tuſcus practicarum concluſio. in verbo Priuatio. concluſio. 719. numer. 18.

62 In hac contrarietate ex præallegatis crederem dici poſſe, quòd quando in eadem conſtitutione adeſt mixtura verborum importantium Canonem latæ ſententiæ, ac etiam ferendæ, inſpici debeant verba, quæ adiunguntur, & non quibus adiuncta fuerunt, & ſic ſi verbum, quod adiungitur verbo importanti Canonem latæ ſententiæ, importat Canonem ferendæ, & tunc illa diſpoſitio erit non latæ, ſed ferendæ ſententiæ, ſecus e contra, ſi verbo importanti Canonem ferendæ ſententiæ adiungatur verbum latæ ſententiæ, & tunc eadem diſpoſitio iudicanda erit ipſo iure, & importans latam ſententiam, non autem ferendæ

tendam: Sic enim ex Tiraquello in locis vbi ſupra allegatis diſtingui poſſe facile crederem, vt ſcilicet, in hac mixtura attendatur verbum adiunctum, & non verbum, cui adiungitur.

63 LEX ſeu ſtatutum, quando loquitur per verba futuri temporis annullando actum, vel imponendo pęnam, tunc non intelligitur ipſo iure, ſed requiritur iudicis ſententia, vtputa, ſi dixerit Priuetur, Banniatur, Mulctetur, aut quid ſimile. Gloſ. eſt ordinaria in l. in criminali. C. de iuriſdiction. omn. iudic. & in l. Iubemus. §. ſanè il primo. C. de ſacroſanct. Eccleſijs. Item Gloſ. in l. 1. & ibi Aretin. C. Ne liceat potentiori, & in Authentic. Habita in fine. C. ne filius pro patre. & in cap. Quiſquis. in verbo Fiat. & in verbo Suſpendantur. de electione, & in cap. Quia propter. in verbo Priuentur. & in cap. Si diligenti. in verbo Cauſam perdant. & ibi Anton. de Butr. & Abb. Panormitan. de foro competenti, & in l. improbum. C. ex quibus cauſ. infamia irrogetur. Vbi de participio futuri temporis, de quo etiam per aliam gloſ. in cap. cum tu. in verbo Priuandus. extra de vſuris, & in Clement. ſæpe. in verbo Irritandis. de verborum ſignificat. Angel. conſil. 371. Illuſtris, & Magnificus. num. 3. verſ. Nec obſtat. Io. de Arian. conſil. 32. incip. Vltra alia in princip. Vbi teſtatur de communi opinione. Alberic. in ſuo dictionario in verbo Ipſo iure. verſic. Quandoque ſubaudiuntur hæc verba in fine. & in verſic. verba futuri temporis. Catell. Cott. in memoralibus. in verſic. Verbum futuri temporis. Soccin. regul. 360. in princip. Cremenſis. ſingular. 7. Marſil. in practic. §. Aggredior. numer. 116. & num. 112. in fine. & ſeq. Bartol. Bald. & alij in dict. l. Iubemus. & in dict. l. In criminali. Tiraquell. qui alios plures concordantes refert de reuocan. donation. in verbo Reuertatur. numer. 39. 40. & 41. Vbi quod hæc concluſió contradictorem, quem legerit, non habet excepto Barbatia, quem leuis, atque inconſtantis ingenij exiſtimat in cap. ſi diligenti. de foro competenti, contrarium tenente. leuioribus tamen rationibus & argumentis. Stephan. Lamberteng. de contract. eorum &c. Gloſ. 16. ſub nnmer. 1. Franc. Turzan. in commun. opinio. quæſtio. 184. Cardin. Tuſc. practicarum concluſio. in verbo Priuatio. concluſio. 719. num. 8. & numer. 11. Vbi etiam de communi. Franciſc. Suarez in tractat. de legibus quæſtio. 96. tractat. 14. diſputatione. 15. ſect. 6. ſub nu. 77. & nu. 78. in fine.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio, quæ habet plures declarationes, de quibus dicam infra in limitationibus ſuo loco.

64 LEX ſeu conſtitutio, quando priuat clericum beneficio propter aliquod crimen, non cenſetur priuare ipſo iure, ſed per ſententiam. Qua de re vltra ea, quæ dixi ſuo loco in titulo de homicidio. Vide Ancharan. conſil. 293. incip. Vltra alia. in fine. Oldrad. conſil. 227. num. 4. verſic. Secundo obijcit. Lapus allegat. 128. nu. 7. verſic. Ad Sextum. Marſil. in rubric. ff. ad l. Corneliam de falſis. numer. 35. & ſeq. Rebuff. in praxi beneficiaria. par. 3. de modis amittendi beneficia. numer. 2. & ſeqq. Cardin. Tuſc. practicarum concluſio. in verbo Priuatio. concluſio. 719. num. 1. & ſeqq. in diſcurſu, & in verbo Declaratio. concluſio. 98. num. 1. 3. 5. & 14.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

65 Et quid quando Vaſſallus feudo priuatur propter aliquod crimen. nunquid talis priuatio ipſo iure incurratur. vide Alexan. conſilio 103. incip. videtur. num. 16. verſic. & videmus. lib. 1. Cuman. conſilio 164. num. 2. Signorol. conſilio 251. in princip. Roland. conſilio 2. numer. 171. & ſeq. lib. 1. Bald. conſilio 301. num. 2. verſic. Item quis dicitur priuatus. lib. 1. Soccin. conſilio 167. num. 24. lib. 2. Cardin. Tuſc. practicarum concluſ. in verbo Pœna. concluſio 238. numer. 3. & in verbo Priuatio. concluſio 719. num. 5. & in verbo Declaratio. nu. 418. 28. 41. 53.

66 Et quid quando vaſſallus emphyteuta propter Canonem non ſolutum, aut alia de cauſa cadit ab emphyteuſi, nunquid iſta caducitas incurratur ipſo iure. Et an requiratur ſententia, ſaltim declaratoria, vltra ea, quæ ſuo loco dixi in quæſtionibus ciuilibus. Vide Paul. de Caſtr. in conſ. 68. per tot. lib. 2. Bald. conſil. 301. num. 4. verſic. Præterea illud eſt. lib. 1. Marſil. in pract. §. Aggredior num. 114. verſ. Et facit textus, & ſeq. & in rubr. ff. ad l. Cornel. de falſis. num. 34. Benintend. deciſ. 37. per totum in diſcurſu. Sarmientum ſelecta interpretat. lib. 3. cap. 5. in fin. Clar. in §. emphyteuſis. quęſt. 9. & quæſtione 13. & 14. Miſinger. obſeruat. 65. centur. 3. Roland. conſil. 22. nu. 43. lib. 3. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Declaratio. concluſ. 98. nu. 2. 18. & 55.

67 LEX ſeu ſtatutum annullans actum, ſeu pęnam imponens eo magis non ipſo iure actum annullare, & pęnam imponere cenſetur quando eius verba ſunt directa in iudicem & non in partem. Qua de re vide Tiraquell. de reuocand. donationib. in verbo Reuertatur. num. 58. & ſeqq. vſque ad numer. 62. Vbi quod quando verba ſunt directa parti, & non iudici; tunc important ipſo iure, nec eſt neceſſe iudicem adire: ſi vero ſunt directa in iudicem, & tunc non importent ipſo iure, niſi lex vtatur verbo priuatiuo potentiæ, & poteſtatis ad iudicem directo verbi gratia, ſi dicat iudex tale quid facere non poterit. Tunc enim actus in contrarium factus, erit ipſo iure nullus etiam quod verba dirigantur in iudicem, vt ibi per eum, qui propterea dixit hoc eſſe generale, & ſemper procedere etiam ſi ver-

verba non referantur ad iudicem, & dicam infra num. 104. Vide Iaſ. in l. 2. numer. 13. verſic. Ad contraria. C. de iure emphyteotic. Vbi dixit quòd quando verba diriguntur iudici, vel reſpiciant actum iudicialiter expediendum, & tunc non important ſententiam latam, ſed ferendam, etiam quod adſint verba præciſa, vel pœnam ipſo iure importantia. & Iaſon ſic dicentem refert & ſequitur Cardin. Tuſc. practic. concluſion. in verbo Priuatio. concluſio. 719. numer. 13. Ioan. Salas in tractat. de legibus. quæſtio. 96. tractat. 14. diſputatio. 15. ſectio. 3. numer. 41. verſic. quoties ergo pœna ſic imponitur, vbi exemplificat quando verba dicantur in iudicem directa, vtputa, ſi dixerit. Priuetur, excommunicetur, interdicatur, deponatur &c. Tunc enim pœna non incurritur ante ſententiam, & ita teſtatur docere omnes tractantes de cenſuris, & ideo ab hac communi in conſulendo, & iudicando, minime recedendum puto, licèt ab hac diſtinctione recedere videatur Franciſc. Suarez in eodem tractat. de legib. lib. 5. cap. 6. numer. 11. verſic. Dices hoc eſſe verum.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

68 LEX ſeu ſtatutum, quando loquitur per tempus infinitiuum, licet illud ſit aptum comprehendere omnia tempora, & præterita & præſentia & futura, In dubio tamen intelligitur ferendæ ſententiæ, & non latæ per ea, quæ generaliter dixi ſupra numer. 59. & in ſpecie poſt Gloſ. & alios per eum relatos voluit Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. nume. 244.

Et hæc ſit quinta ampliatio.

69 LEX ſeu ſtatutum pœnale, quando pœnam comminatur, vt puta, dicendo ſub pœna capitis, ſub pœna triremium, ſub pœna excommunicationis, ſub pœna centum librarum, aut quid ſimile, nunquid hæc eadem comminata pœna incurratur ipſo iure, An vero requiratur ſententia? Dic, quod non ipſo iure incurritur, ſed ſententia opus eſt ad text. in cap. Relatum, & ibi Gloſ. vltim. & communiter omnes de iurepatronatus. alia Gloſ. in cap. Cum eſſes etiam in Gloſ. vltim. & ibi etiam Canoniſtæ omnes extra de teſtamentis, & in cap. cum Eccleſia. in verbo Anathematis. & ibi Hoſtien. & Ioan. Andr. de immunitat. eccleſ. & in cap. Dolentes. in verbo Sub pœna. & ibi Hoſtien. & Ioan. Andr. de celebrat. Miſſarum. & in cap. Non ſolum. in verbo Sub pœna. de regul. iur. in ſexto, & in Clementin. 1. in princip. in verbo Interminationem de exceſſibus Prælatorum, cum alijs pluribus relatis per Tiraquell. de reuocan. donation. in verbo Reuertatur. numer. 254. & ſeqq. vſque ad numer. 266. vbi firmata hac concluſione, eam limitat ſex modis limitationes ibi per eum videas Gemin. conſil. 23. numer. 4. Paul. de Caſtro conſil. 99. in princip. lib. 1. Oldrad. conſil. 165. Thema cuidam circa finem. Cardin. Tuſc. practicarum concluſio. in verbo Priuatio. concluſio. 719. numer. 14. & in verbo Pœna. concluſio. 238. numer. 5. & in verbo Comminatio. concluſio. 477. nume. 1. Franc. Suarez in tractat. de legibus lib. 5. cap. 6. numer. 4. Ioan. Salas in eodem tractat. de legibus. quæſtio. 96. tractat. 14. diſputat. 15. ſection. 3. numer. 41. verſic. Vnde quando lex. & ſection. 6. numer. 77. in princip.

70 LEX ſeu ſtatutum, ſi imponat aliquam pœnam, pœna illa non incurritur ex actu nullo, quod an verum ſit? & quando? Vide text. & Doctores in l. 1. §. Hæc autem verba. ff. quod quiſque iuris. Ripa in l. 1. numer. 24. ff. de vulgar. & pupillar. Iaſ. in l. Vbi pactum. num. 20. in fine, & ſeqq. C. de tranſactionibus. Felyn. in cap. Ex tenore. num. 9. & ſeqq. & ibi etiam Decius numer. 23. & ſeqq. extra de reſcript. Tiraquell. de legibus connub. Gloſ. 8. numer. 205. & ſeqq. Aym. conſil. 191. numer. 6. & 7. Sarmient. ſelect. interpræt. lib. 1. cap. 14. numer. 7. Herculan. in tractat. de negatiua. num. 9. Roland. conſil. 38. numer. 19. & ſeqq. & conſil. 27. numer. 14. lib. 1. late Franciſc. Suarez in tractat. de legib. lib. 5. cap. 34. per totum, & de falſitate, An & quando ex actu nullo committatur? dixi ſuo loco in tract. de falſitate. Catellian. Cotta in memorabilib. in verbo Actus nullus.

Et hæc ſit ſeptima ampliatio.

71 LEX ſeu ſtatutum, actum annullans, ſeu pœnam imponens, tunc demum in dubio, vt ſupra firmaui numero 59. eandem pœnam ipſo iure imponere cenſetur, & actum ipſo iure annullare, quando ſumus in materia odioſa, & de pœna, vt ſupra, imponenda. Tunc enim verum eſt, quòd in dubio verba legis, ſeu ſtatuti interprætanda ſunt, vt potius ſignificent ferendam ſententiam, quàm ipſo iure, ſecus vbi eſſemus in materia fauorabili, & quæ lata interpretanda eſſet, tunc enim verba in dubio potius latam ſententiam, quàm ferendam ſignificarent. ſecundum Tiraquell. poſt Com. in loco per eum relato de reuocand. donation. In verbo Reuertatur. numer. 252. ea ratione motus, quia odia reſtringenda, fauores autem ampliandi ſunt. cap. Odia. de regul. iuris in ſexto, & inde infert, quòd in materia ſubſtitutionum in dubio ſubſtitutio præſumi debet potius directa, quàm obliqua. ex allegatis ibi per eum.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ.

72 LEX ſeu ſtatutum, quando annullat actum per verba geminata, tũc actus redditur nullus ipſo iure, etiã quod loquatur per verba futuri tẽporis, & idẽ quan-

quando lex imponit pœnam per verba geminata, quod tunc cenſeatur eadem pœna impoſita ipſo iure, etiam quod eadem lex, ſeu ſtatutum loquatur per verba futuri temporis voluerunt Iaſ. in l. Non dubium. nu. 25. in verbo Decimo nota. C. de legibus. Vbi ponit exemplum, quando lex dicit Caſſum & inutile. vel quando dixit Caſſa & irrita. Catel. Cotta in memorabilibus. verſic. Verbum futuri temporis. poſt Bal. quem allegat per illum text. in titul. de Pace conſtan. §. Priuilegia omnia. in verbo Et in irritum reducantur. Soccin. regul. 360. in 8. fallentia. Roman. ſingular. 2. & in additione ad finem. Addent. ad Matheſilan. in ſingular. 36. verſic. Et ad hoc alios plures refert, & ſequitur Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 46. & ſeqq. Vbi etiam refert Felyn. & Dec. contrarium tenentes, & eorum. rationibus reſpondet Rol. conſil. 58. numer. 47. lib. 3. & conſil. 62. numer. 29. lib. 2. Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum. &c. gloſ. 16. num. 1. ad fin. Vantius de nullitat. rubric. Quot & quibus modis nullitas in iudicio proponatur. num. 50. Vbi quando dicitur Sit caſſum & irritum. Cardin. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Priuatio. concluſ. 719. numer. 12. Ex quibus cum appareat hanc ſententiam magis communiter à Doctoribus receptam eſſe credetem ab ea in conſulendo & iudicando, non eſſe recedendum, quicquid contrarium ſenſerint Dec. & Felyn. vbi ſupra per Tiraquell. relati, quorum opinionem probat & defendit Franciſ. Suarez in tract. de legib. cap. 6. numer. 12. & 13. lib. 5. & Ioan. Salas in eodem tractat. de legibus quæſt. 96. tractat. 14. diſputat. 15. ſection. 6. num. 78. in principio. poſt Caſtro, & Vaſquez in locis pet eos relatis.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

73 LEX ſeu ſtatutum, quando loquitur per verba præteriti temporis, & ſic per participium temporis præteriti; Tunc intelligitur ipſo iure, & ipſo facto, licet non dicatur, vtputa, ſi dicat beneficio ſit priuatus, vel ſit mulctatus, vel bannitus ſecundum Alberic. in ſuo dictionario, in verbo ipſo iure. verſic. Quandoque ſubaudiuntur hæc verba. voluit Glo. in l. iubemus nulli. §. œconomus. in verbo Priuetur. vbi Bartol. Bal. & alij. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. incrimin. in verbo Habeatur. in fine, & ibi Bald. & Angel. C. de iuriſdiction. omnium iudic. & in l. ſi quis maior. in verbo Priuatus. C. de tranſaction. & in authen. caſſa in princip. C. de ſacroſan. Eccleſ. & in cap. 2. §. inhibemus. in verbo innodari. de hæreticis in ſexto. & in cap. cum ineunctis. §. final. in verbo Priuatos. extra de electione. & in cap. Quoniam. in verbo Mucrone percuſſum. extra de officio ordinarij. & in cap. extirpandæ. §. Qui vero. in verbo Priuatum. & ibi Innocent. & alij Canoniſtæ extra de præbendis. Cremenſis ſingular. 7. Marſil. in practic. §. Aggredior. numer. 123. Specul. in titul. de locato. §. Nunc aliqua. in 46. quæſtio. Bartol. in authent. qui ſemel ad finem C. quomodo & quando iudex. Salicet. in l. Decernimus. poſt princip. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Abb. in cap. Nouit. in fine. extra de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli. Tiraquell. qui alios plures refert concordantes de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 32. & 33. Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. Gloſ. 16. ſub numer. 1. Cardin. Tuſcus practicarum concluſio. in verbo Priuatio. concluſio. 719. numer. 16. Vbi loquitur de participio præteriti temporis.

Et hæc ſit tertia limitatio.

74 LEX ſeu ſtaturum, cenſetur annullare actum, & pœnam imponere ipſo iuie, ſi loquatur per verba temporis præteriti. Gloſ. in l. ſi quis maior. in verbo Infamia. iuncto textu in verbo Notatur. & ibi Bartol. Bald. Salicet. Paul. de Caſtro & alij. C. de tranſactionibus. Item Gloſſ. in l. 1. §. Afficerentur. C. ne liceat potentiori. & in l. ſi quis in tantum. in Gloſſ. magna verſic. Quarto quæro. & ibi Bartol. & Angel. colum. fin. C. vnde vi. & rurſus eadem Gloſ. in l. ſicut. in verbo Minime. C. de teſtament. militar. Bartol. in l. iubemus nulli. §. ſane ſi hoc. colum. final. & ibi etiam Alexan. C. de ſacroſan. Eccleſ. & in authent. qui ſemel ante finem. C. quomodo & quando iudex. & in l. 2. in additio. in 3. quæſt. & ibi etiam Salicet. etiam in 3. quæſt. C. de iur. emphyt. Idem Bal. in cap. 1. §. ſi quis miles. in verbo Amittat. titul. de feudo ſine culpa non amittendo. Socin. cum allegatis per eum. regul. 360. in princip. Cremenſis ſingul. 7. Angel. conſil. 371. multum conſidero in fine. Roman. conſil. 212. quo ad primum. in tertio dubio. & ſingul. 406. incip. fuit à me quæſitum. Aretin. in cap. 2. in 5. notabil. extra de foro competent. Domin. in cap. 1. in fine. de iniurijs. lib. 6. Dec. in l. Poſteaquàm. in ſecundo notab. C. de pactis. & in l. 1. num. 77. C. de ſumma Trinitat. & fide Catholica. Iaſ. in l. 2. num. 14. verſic. Et in primis, quòd non requiratur. C. de iure emphyt. Tiraquell. de reuoc. donat. in verbo Reuertatur. numer. 21. Vbi alijs pluribus relatis concordantibus teſtatur de frequentiori Doctorum ſententia. & num. 24. 25. 26. & 27. Vbi refert contrarium tenentes, & eorum rationes illos reprobat; & rationibus reſpondet Franciſc. Tirzan. in commun. opinion. quæſt. 184. Cardin. Tuſc. pract. concl. in verbo Priuatio. concluſio. 719. num. 15. Vbi de communi ex Tiraquell. in loco præallegato. Franciſc. Suarez in tract. de legibus. lib. 5. cap. 6. num. 26. Vbi teſtatur hanc concluſionem eſſe receptiſſi-

mam. Ioan. de Salas in eodem tract. de legibus. quæſt. 96. tractat. 14. diſputat. 15. ſection. 6. num. 79. Vbi huius concluſionis nonnulla affert exempla.

Et hæc ſit quarta limitatio.

75 LEX ſeu ſtatutum loquens per verba futuri tẽporis, licet (vt dixi) non cenſeatur pœnam imponere ipſo iure, hoc tamẽ fallit, quãdo pœna imponitur à teſtatore in eius teſtamẽto, vt puta, ſi dixerit. Si hæres moleſtauerit vxorem meam, priuetur hæreditate. Tunc enim pœna hæc priuationis cenſetur à teſtatore impoſita ipſo iure ex allegatis ibi per eum. Addent. ad Roman. Singul. 2. Cremen. Sing. 7. in fine. Alex. ad Bart. in l. Iubemus nulli. §. ſane ſi hoc. col. penult. C. de ſacroſ. eccleſ. Alberic. & Felyn. in locis relatis per Tiraquell. de reuoc. donation. in verbo Reuerentur. num. 54. & poſt Tiraquell. hanc eandem concluſionem ſequuti ſunt Abb. Couarru. Antonin. in ſumma Caiet. in eadem ſumma, Nauarr. & Caſtro in locis relatis per Franc. Suarez in tract. de legibus. lib. 5. cap. 6. n. 10. Vbi teſtatur de communi. & aliam adducit rationem, quia ſcilicet, iſto caſu teſtatoris diſpoſitio non eſt vera pœna, ſed conditio cuius non implementum diſpoſitionem ipſam ipſo iure deficere facit.

Et hæc ſit quinta limitatio.

76 LEX ſeu ſtatutum, quando imponit aliquam pœnam, quæ ſecum trahit exequutionem abſque alio hominis miniſterio, & tunc nõ ſolum illa pœna cenſetur impoſita ipſo iure, ſed etiam nulla alia requiritur declaratoria. Diaz. cum allegatis per eum reg. 543. in 3. limitatione. Aym. conſ. 212. num. 2. Neuizzan. conſ. 6. num. 3. Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. n. 179. Vbi alijs pluribus relatis concordantibus facit, generalem concluſionem, quod quando lex, ſeu ſtatutum vtitur verbis exequutiuis, id eſt, denotantibus exequutionem actus, & quæ ſua natura habent vim priuatiuam, ſiue annexam priuationem etiam in futuro tempore prolatis, tunc ſignificant latam ſententiam, & ipſo iure. Gabriell. lib. 7. concluſ. 12. num. 11. Vbi dixit non requiri declaratoriam in pœnis ipſo iure impoſitis reſpectu effectuum executiuorum ex Domin. Imol. Felyn. & Decio in locis ibi per eum relatis. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Priuatio. concluſ. 719. num. 19. Vbi facit eandem concluſionem, & alios refert Oſaſc. deciſ. Pedemont. 3. num. 5. & 6. Ad quam materiã vide bene, & magiſtraliter loquentem, & declarãtem Franc. Suarez in tract. de legib. lib. 5. cap. 7. nu. 1. 2. & 3. & latius cap. 9. num. 1. & omnibus ſeqq. vbi præſertim de pœna incapacitatis priuationis, & inhabilitatis, de qua etiam late per Ioan. Salas in eodem tract. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 3. num. 43. verſ. Hanc ſententiam. vſque ad num. 44. & num. 45. in princip. Vbi pariter ponuntur huius concluſionis plura exempla, & præſertim inhabilitatis, & priuationis tam actiuè, quam paſſiuè.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

77 LEX, ſeu ſtatutum licet pœnam imponat per verba futuri temporis, intelligitur tamen ipſo iure, & non per ſententiam, quando ſic ſuadetur ex natura actionis, & iudicij intentati exemplum in pœna infamiæ, quæ etiam quod ſit irrogata per verba futuri temporis, adhuc cenſetur impoſita ipſo iure ne, ſcilicet (vt dixi) natura actionis, & iudicij alteretur. ſecundum Aretin. in l. improbum. per illum text. C. ex quibus cauſis infamia irrogetur, cuius dictum bene reaſſumpſit Tiraquell. de reuoc. donation. in verbo Reuertatur. num. 42. & quod pœna infamiæ à lege, vel ſtatuto impoſita incurratur ipſo iure, & ſi loquatur per verba futuri temporis, facit alia ratio, quia talis pœna incurritur abſque hominis miniſterio ad ea, quæ ſupra præcedenti numero dixi. Et voluit Neuizzan. conſ. 6. numer. 3. ſimile eſt, quod dicitur propter ſtatus incompatibilitatem priuationis pœnam ſemper ipſo iure impoſitam cenſeri. ex Bal. & Felyn. in locis relatis per Tiraquell. de reuocan. donat. in verbo Reuertatur. num. 65. Quibus addo Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Priuatio. concluſ. 719. n. 12. & quod attinet ad pœnam infamiæ, quod ipſo iure incurratur, ſcripſerunt Bar. Bal. & alij in l. improbum. C. ex quib. cauſis infamia irrogetur dicentes ex eadem l. improbum vſurarium eſſe ipſo iure infamem. Ad quæ vide omnino Franc. Suarez. in tract. de legib. lib. 5. cap. 6. num. 17. & ſeqq. Vbi arguit contra, & poſtea diſtinguendo reſoluit, quod, ſcilicet, non ſemper verum eſt, nec generale eſt infamiæ pœnam impoſitam ipſo iure irrogatam cenſeri, ſed tantum eam, quæ propter vſuram infligitur iuxta diſpoſitionem d. l. improbum. Addo & Io. Salas in eodem tract. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſput. 15. ſection. 6. num. 77. ad fin. verſ. Aliud exemplum, vbi tamen in hac infamiæ pœna propter crimen incurrenda, criminis declaratoriam requirere videtur iuxta opin. Vaſquez in loco per eum relato, quod & idem voluit Card. Tuſc. practicarum concluſ. in verbo Declaratio. concluſio. 98. num. 34. ex Bal. quem allegat in conſil. 301. numer. 3. verſic. Præterea. lib. 1. & dict. concluſ. 98. num. 44. & 51. Vbi pariter dixit, quod teſtis tamquam infamis non repellitur, etiam quòd ſit infamis ipſo iure, niſi interuenerit declaratoria. ex Cardin. Zabarell. & Federic. de Senis in locis ibi per eum relatis.

Et hæc ſit ſeptima limitatio.

78 LEX ſeu ſtatutum importat Canonem latæ ſententiæ, & ipſo iure, quando vtitur verbis directis, licet ſecus ſi vtatur verbis obliquis. Quæ autem dicantur verba directa, & quæ obliqua? Vide Tiraquell. cum allegatis per eum de reuocand.

cand. donation. in verbo Reuertatur. numero quinto. verſ. Nam vt id intelligas, vbi dixit verba directa eſſe illa, quæ denotant aliquid fieri poſſe propria auctoritate, & citra alterius manum, & operam; obliqua autem eſſe quando aliquid per alterius manum capi debet. Addo Cardin. Tuſc. practicar. concluſion. littera P. concluſ. 719. numer. 23. Vbi ex Ang. quem allegat in conſil. 371. in fine dixit priuationem ipſo iure à lege, vel à ſtatuto inductam eſſe, etiam quod loquatur per verba futuri temporis, quando lex; ſeu ſtatutum dat facultatem, & exequutionem capiendi propria auctoritate.

Et hæc ſit octaua limitatio.

79 LEX ſiue ſtatutum, etiam quod loquatur per verba futuri temporis; importat tamen ipſo iure, & Canonem latæ ſententiæ, quando aliàs diſpoſitio eluſoria redderetur, & effectum non haberet: Verbum enim cuiuſcunque temporis, ſi in ſuo tempore operari non poteſt ad aliud tempus, in quo operari poſſit trahendum eſſe probat Text. in l. ſi debitor. §. veriſimile. ff. de contrahen. emption. & in l. Qui Romæ. §. Augerius. ff. de verborum obligationibus cum alijs in propoſito relatis per Tiraquel. de reuoc. donat. in verbo Reuertatur. numer. 43. Cardinal. Tuſc. practicarum concluſion. in verbo Priuatio. concluſion. 719. nu. 12. Franc. Suarez in tract. de legib. lib. 5. cap. 6. numer. 16.

Et hæc ſit nona limitatio.

80 LEX ſeu ſtatutum annullans actum ſub conditione negatiua, conditione deficiente, actus non ſolùm redditur nullus, ſed etiam ipſo iure nullus, etiã quod vtatur verbo futuri temporis, vt puta, ſi dicatur ſi quid tale non fiat actus corruat. ea ratione quoniam propter conditionis defectum diſpoſitio ipſo iure deficit, tam inter viuos, quam in vltimis voluntatibus. l. melius. & l. Qui hæredi §. final. ff. de condition. & demonſtrat. cum alijs per Tiraqu. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. nu. 55. Ang. conſil. 36. pro deciſione quæſitorum, columnn. final. Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpret. concluſ. 9. num. 2. & ſeqq. vbi alios refert concordantes, & eam præcipuè adducit rationem, quia per appoſitionem conditionis, cenſetur appoſita forma, qua non ſeruata, actus remanet ipſo iure nullus, nec diſſentit Franc. Suarez in tract. de legib. lib. 5. cap. 6. poſt num. 10. verſ. Hæc autem limitatio. Quod enim forma cenſeatur inducta à lege, vel ſtatuto loquente conditionaliter voluit Bald. in authen. matri, & auiæ. num. 3. in fine. verſ. Et conditio, quæ apponitur. C. quando mulier tutelæ officio, &c. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 21. poſt num. 13. Dec. conſ. 77. poſt numer. 1. verſ. Et ipſa conditio. & conſil. 466. in fine. num. 18. verſ. & conditio formam inducit. Catellian. Cotta in memorabilib. verſ. Conditio. fol. mihi 150. Deciſ. Pedem. 169. num. 5. Roland. conſ. 97. num. 60. lib. 1. & conſ. 55. num. 25. lib. 3. Sarmient. quem videas in materia ſelectar. interpr. lib. 2. cap. 1. in diſcurſu, & præſertim. num. 12. in fine, & ſeq. Vide quæ dicam infra. num. 203. verſ. 5. forma.

Et hæc ſit decima limitatio.

81 LEX ſeu ſtatutum licèt vt ſupra firmaui in regula pœnam in dubio imponere non videtur ipſo iure, ſed per ſententiam; non tamen ſic eſt in pœna priuationis appoſita in contractu propter omiſſum actum extraiudicialem. Nunquid enim hæc pœna incurratur ipſo iure non adimpleta promiſſione conuenta Vide Tex. in l. 2. C. de iure emphyt. & ibi Bald. Salicet. Iaſ. & alios allegatos per Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. nu. 56. & ſeq. Vbi dixit, quod quando pœna in contractu appoſita eſt tituli reſolutiua propter omiſſum actũ extraiudicialem; & tunc nulla eſt dubitatio, quod incurritur ipſo iure. Si verò pœna non eſt tituli reſolutiua, ſed alia; & tunc, licet Bald. & Salicet. in dicta l. 2. dixerint hanc concluſionem non habere locum niſi in pœna tituli reſolutiua, per textum, quem allegant in §. ſi vero tacuerit. in Authen. vt hi, qui oblig. res minor. &c. Iaſ. tamen, idem Salicetus, Panormitan. Card. Alexandr. Ludou. Bologn. in locis per eum relatis, ſimpliciter dixerũt in omiſſione actus extraiudicialis pœnam impoſitam incurri ipſo iure, nulla habita diſtinctione, An ſit tituli reſolutiua, vel non? & vide etiam eundem Tiraqu. vbi ſupra num. 256. Vbi firmata concluſione, quòd pœna comminata in l. Aut à iudice non incurritur ipſo iure eam primo loco limitat in pœna appoſita à paciſcentibus, & contrahentibus, verbi gratia, ſi quis promittat ſub pœna centum. Tunc enim ſi id, quod promiſſum eſt, non fiat, pœna ipſo iure debetur; ex allegatis ibi per eum. Card. Tuſcus pract. concluſ. in verbo Priuatio. concl. 719. num. 9. Vbi pariter dixit, quòd pœna appoſita in contractu extraiudiciali etiam per verba futuri temporis importat ipſo iure. Tu verò ad hanc materiam vide omninò benè declarantem Franciſc. Suarez in tract. de legib. lib. 5. cap. 6. numer. 5. & ſeqq. vſque ad numer. 10. & Ioannes Salas in eodem tractat. de legibus. quæſtion. 96. tractat. 14. ſect. 3. numer. 51.

Nunquid autem iſto caſu requiratur declaratoria. Vide Cardinal. Tuſc. cum allegatis per eum practicar. concluſion. in verbo Declaratio. concluſ. 98. num. 9. 13. 26. & 56.

Et hæc ſit vndecima limitatio.

82 LEX ſeu ſtatutum quando imponit aliquam pœnam, ſi illa non eſt corporalis, ſed pecuniaria, cenſetur illam imponere ipſo iure, ex allegatis per Calcan. in conſil. 51. licèt his, quæ ſupra, & in conſ. 66. viſis omnibus, & ponderatis, prout illum refert Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 62. vbi tamen fatetur ſe non intelligere quid dicat Calcaneus eo loci. Addo ego, quòd hanc concluſionem minimè veram

credo, & verius exiſtimo, quòd vtroque caſu, ſiue pœna ſit corporalis, ſiue etiam bonorum, opus ſit ſententia iudicis, niſi in l. pœnali adſit aliquod verbum importans Canonem latæ ſententiæ, cum reuera inter vnam, & alteram pœnam non viderim diuerſitatis rationem. Vide ad hæc Franciſcum Suarez in tract. de legibus. lib. 5. cap. 7. numero ſexto & ſeptimo. in princip. Vbi pariter facit differentiam inter pœnas corporales, & pecuniarias quo ad forum conſcientiæ, vt primo caſu quis ſubite non teneatur, ſecundo autem caſu ſic.

Et hæc ſit duodecima limitatio.

83 LEX ſeu ſtatutum quando alicui denegat audientiam, vt puta, quia dicat Non audiatur. & tunc cenſetur annullare actum, etiam quòd exprеſſè illum non annullet, ſecundum Pariſ. in additionibus ad Bartolum in l. Non dubium. num. 16. littera B. verſ. Item adde in materia. C. de legibus. & ibi etiam Baldus numer. 30. Vbi benè diſtinguendo, declarat, quando hæc concluſio vera ſit, & quando procedat, & quod hoc verbum Non audiatur, importet iudicium ipſo iure nullum, ſi contrarium fiat, voluit Iacob. Aren. & Ioan. Andr. ad Speculator. in locis relatis per Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. num. 212. vbi ponit exemplum, quando lex, ſeu ſtatutum dicit Non audiatur bannitus, aut excommunicatus. & numer. 213. Vbi plures refert Doctores remiſſiuè hac de re tractantes. & numer. 214. vbi quod ſi lex vel ſtatutum alicui deneget actionem, vel petitionem. & numer. 215. Vbi quid ſi lege, vel ſtatuto dicatur non reddatur ius, ſiue non detur actio, vel ſi dicatur Non admittatur.

Et hæc ſit decimatertia limitatio.

Et hinc eſt, quod ſi lex, vel ſtatutum præfigat terminum ad aliquid probandum, & termino lapſo iubet, quòd quis non audiatur, quòd tunc dicatur inducere nullitatem ipſo iure geſtorum poſt terminum conſuluit Ancharan. conſ. 270. in primo dubio in principio, quem refert, & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. littera P. concluſ. 719. num. 25. & numer. 27. vbi amplius quod ſi quis fuerit citatus in termino iuris, vt faciat id, quod lex præcipit, & non faciat, tunc inducitur priuatio ipſo iure propter contemptum, etiam quòd lex vtatur verbo pœnali futuri temporis, ex Bolognin. quem allegat in addition. ad Ioann. de Anan. in conſil. 32. numer. 13. verſ. Plus dico. Adde & Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpretatione. concluſion. nona numero decimo. Vbi quod ſi ſtatutum præfigat tempus ad aliquid faciendum, & in illo tempore non facto, actus erit nullus ex defectu formæ, & numer. 11. & 12. declarat duobus modis declarationes ibi per eum videas.

84 LEX ſeu ſtatutum quādo aliquid præcipit per modum imperandi actus contra præceptum factus; videtur ipſo iure nullus, quod an verum ſit, & quando? Vide Franciſcum Suarez in tractat. de legib. lib. 5. cap. 5. numer. 24. & 25. Vbi huius concluſionis exemplum ponit, quando lex, puta, dicit Amittat, priuetur, ſubiaceat, incurrat, fiat, annulletur, irritetur, ſpolietur, & ſimilia, de quibus ſingulariter ſuo loco diximus.

Et hæc ſit decimaquarta limitatio.

85 LEX ſeu conſtitutio imponens pœnam irregularitatis, vt puta, dicendo ſub pœna irregularitatis, vel irregularis fiet, aut quid ſimile, etiam quod per verba futuri temporis, ſeu comminatoriè loquatur, Adhuc tamen importat ipſo iure, & latam ſententiam, & eſt ratio, quia irregularitas eſt pœna, quæ non ab homine, ſed à iure tantum imponitur, ſecundum Franciſc. Suarez in tractat. de legibus. lib. 5. cap. 6. numer. 21. Vbi tamen declarat hanc concluſionem procedere in pœna irregularitatis impoſita ratione criminis, ſecus in impoſita ratione infamiæ, quia tunc declaratoria ſuper crimine requiritur, vt ibi per eum. & cap. 8. ſub numer. 1. nec diſſentit Salas in eodem tractat. de legibus. quæſtion. 96. tracta. 14. diſputat. 15. ſection. 3. numer. 41. in princ. & ſection. 6. num. 77. poſt medium.

Et hæc ſit decimaquinta limitatio.

86 LEX ſeu ſtatutum quando aliquid præcipit ſub pœna periurij videtur pœnam imponere ipſo iure, quod an verum ſit, & quando? Vide Franciſcum Suarez in tract. de legibus lib. 5. cap. 6. numer. 23.

Et hæc ſit decimaſexta limitatio.

87 LEX Canon ſeu Conſtitutio annullans & irritans vinculum, prout eſt matrimonium, profeſſio, etſi loquatur per verba de futuro; intelligitur tamen irritare, annullare, & inhabilitatem inducere ipſo iure, & ſic importat Canonem latæ ſententiæ, & non ferendæ, aliàs inhabilitas eſſet inutilis, & friuola. Exemplum vt ſi lex prohibeat contrahere matrimonium viri cum fœmina, quam polluit per adulterium, & addat aliàs Tale matrimonium irritetur. Aliud exemplum in antiquis Canonibus dicentibus irritandum eſſe matrimonium virginum ſacrarum. Tertium exemplum in clericis. Quartum in impedimento profeſſionis, vt puta, ſi dixerit. Si quis hoc commiſerit, & poſtea profiteatur, eius profeſſio diſſoluatur. His inquam, & ſimilibus caſibus Impedimentum, & per verba de futuro ipſo iure impoſitum cenſetur, quia alias effectum non haberet, vt per Franciſ. Suarez in tract. de legibus. lib. 5. cap. 6. numer. 22. Vbi etiam quid in collatione ordinis, vt puta, ſi fuerit dictum. Si quis hoc commiſerit eius ordinatio irritetur. Ad quæ vide eundem Franciſcum Suarez dicto lib. 5. cap. 25. numer. 11. & 12. Vbi alia ad materiam, & numer. 18. Vbi quid de antiquis canonibus prohibentibus matrimonia clandeſtina, An ante Concilium Tridentinum cenſerentur eadem matrimonia ipſo iure annullare, & dicit, quòd non, & numer. 19. & ſeqq. ma-

teriam hanc declarandam ponit nunquid ſpeciale ſit in materia matrimonij, quòd lex illud prohibens irritationem non inducat per ſimplicem prohibitionem abſque clauſula irritatiua. & cap. 28. numer. 22. Vbi de eadem materia ad quam vide etiam Alderan. Maſcard. de generali ſtatutor. interpret. concluſ. 9. num. 52. Vbi dixit ſpeciale eſſe fauore matrimonij, quod illud non reddatur nullum ex ſimplici prohibitione legis.

Et hæc ſit decimaſeptima limitatio.

88 LEX ſeu ſtatutum, etiam quòd annullet actum, ſeu etiam pœnam importat ipſo iure, Hoc tamen intelligitur parte ſic inſtante, & petente, alias ſecus. Sic enim in priuatione emphyteuſis ob non ſolutum canonem, in priuatione feudi, in nullitate teſtamenti propter filij præteritionem, & alijs ſimilibus caſibus hanc concluſionem pluribus firmat. Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 10. & pluribus ſeqq. vſque ad numer. 17. cum allegatis per eum; qua de re vide omninò latè diſcurrentem Benintend. deciſ. Bononien. 37. Roland. conſ. 57. numer. 9. lib. 3. & conſil. 81. numer. 6. & 7. eodem lib. 3. Cephal. conſil. 133. numer. 113. & ſeqq. lib. 1. & conſil. 455. numer. 70. & ſeqq. Oſaſc. deciſ. Pedemon. 29. numer. 11. & 12.

Et hæc ſit prima ſublimitatio.

89 LEX ſeu ſtatutum; ſiue loquatur per verba præteriti temporis, aut præſentis; ſiue etiam per verba temporis futuri, & ſiue vtatur dictionibus importantibus ipſo iure Canonem ferendæ ſententiæ, ſeu etiam latæ important modò vnum, & modò aliud, ſecundum quod ſuadet ſubiecta materia ex allegatis per Tiraquell. de reuocand. donatione in verbo Reuertatur. numer. 29. Vbi dixit verbum præſentis temporis non habere vim latæ ſententiæ, quando ratio ſubiecti argumenti, ſiue materiæ aliud ſuadet, & numer. 36. Vbi pariter dixit verba præſentis, vel præteriti temporis, quæ de ſui natura important Canonem latæ ſententiæ perdere vim ſuam, & importare ferendam ſententiam, quando per alia iura conſtaret hanc faciendam eſſe interpretationem, ſecundum gloſ. Salyc. & Abbat. in locis ibi per eum allegatis, ea præſertim motus ratione, quia verba ſunt ſemper intelligenda ſecundum ſubiectam materiam, & ex ſubiecta materia impropriam aſſumunt ſignificationem, etiam quòd ſint prægnantia. l. ſi vno. in princip. & ibi gloſ. Bartolus & Baldus. & l. ſi lege. ff. locati cum alijs ibi per eum allegatis. numer. 37. & 38. & numer. 242. Vbi facit generalem concluſionem, quod verba futuri temporis important latam ſententiam, quando ſubiecta materia ita patitur.

Et hæc ſit ſecunda ſublimitatio.

90 LEX ſeu ſtatutum, licèt intelligatur ipſo iure, & importet Canonem latæ ſententiæ, quando, vt dixi ſupra, loquitur per verba præſentis, aut præteriti temporis, Hoc tamen declaratur non procedere, quando eadem lex, vel ſtatutum veniret ad interpretationem legis antiquæ, quæ eandem pœnam imponeret, ſed non ipſo iure. Tunc enim verbum præſentis, & præteriti temporis, quo noua hæc lex vtitur à lege antiqua temperatur; itaut non latæ, ſed ferendæ tantum ſententiæ Canonem importet, ſecundum Aretin. qui hoc perpetuò menti tenendum mouet in cap. 2. per illum textum iuncta gloſ. in verbo ſequeſtratus. extra de foro competenti, quem refert Tiraquell. de reuocando nation. in verbo Reuertatur. numer. 34. & 35. Vbi tamen hanc concluſionem declarat non procedere, quando lex noua nihil aliud induceret, quàm quod ſtatutum eſt in l. antiqua: Tunc enim ne eluſoria reddatur, & ne fruſtra factam fuiſſe videatur, vt aliquid noui operetur, facienda eſt interpretatio, vt ſaltim Canonem latæ ſententiæ operetur, vt ibi per eum, & numer. 44. Vbi pariter dixit, quòd ſi lex, vel alia diſpoſitio vtens verbo futuri temporis ſuperueniat poſt antiquam legem, ſeu conſtitutionem idem per omnia diſponentem, parique modo futuro tempore vtens, Tunc iſta poſterior conſtitutio, vt aliquid addat ad primam, illud verbum futuri temporis quo vtitur, erit latæ ſententiæ, & non ferendæ ad gloſ. quam allegat in cap. Diſpendia. in verbo Proceſſus valeat. de reſcript. in ſexto quam ibi omnes Doctores ſequuntur. & numer. 45. facit generalem concluſionem, quod vltima conſtitutio, ſiue quæuis alia diſpoſitio idem ſtatuens, quod prima, ita debet interpretari, vt aliquid addat ad primam, & ne ſit ſuperuacua, iuribus ibi per eum allegatis; cuius tamen contrarium reprobato Tiraquell. in loco præallegato, defendit Franciſcus Suarez in tract. de legib. lib. 5. cap. 6. numer. 14. & 15. Vide quæ infra dicam numero ſequenti.

Et hæc ſit tertia ſublimitatio.

91 LEX ſeu ſtatutum, etſi loquatur per verba præſentis, aut præteriti temporis, quæ de ſui natura Canonem latæ ſententiæ importarent, & ſic intelligi deberet ipſo iure, & non per ſententiam, Hoc tamen fallit vbi per alia iura conſtaret, quod dicta verba præſentis, vel præteriti temporis eſſent ferendæ ſententiæ, & non latæ, ſic & è contra quando ex alijs legibus, & conſtitutionibus conſtat verbum futuri temporis eſſe latæ ſententiæ, & non ferendæ; tunc verba prædicta perdunt vim ſuam, accipiuntq; interpretationem ab illis alijs iuribus, ſecundum gloſ. in l. 1. in verbo amittat. C. de pœna Iudicum, qui malè iudicant, & in cap. 1. §. 1. in verbo Reuertatur. tit. de prohibit. feud. alien. per Federic. cum alijs per Tiraquell. de reuoc. donation. in verbo Reuertatur. num. 36. & numer. 64. Vbi propterea facit generalem concluſionem in omnibus verbis, & dictionibus, vt contra earum propriam naturam ſint latæ, vel ferendæ ſententiæ, ſecundum quod ſuadetur ab alijs iuri-

iuribus idem diſponentibus, vel declarantibus, ſecundum gloſ. Imol. Dominic. & Panormit. in locis ibi per eum relatis. Vide quæ dixi ſupra præcedenti numero.

Et hæc ſit quarta ſublimitatio.

ARGVMENTVM.

De pluribus verbis importantibus annullationem actus. & pœnæ incurſum ipſo iure ſpecialia.

SVMMARIVM.

Lex ſeu ſtatutum annullat actum ipſo iure, pœnamq; etiam ipſo iure imponit, quando ſic expreſsè dicendo vtitur verbo ipſo iure. num. 92.

Verba ipſo facto important idem, quod ipſo iure. numer. 93. & 94.

Verba eo ipſo important idem, quod ipſo iure. num. 95. Vbi etiam referuntur contrarij.

Verba ex tunc important ipſo iure. num. 96.

Clauſula decreti irritantis importat ipſo iure. num. 97. & 98.

Forma cenſetur inducta per decretum irritans. numer. 98.

Verba nullius momenti important ipſo iure. num. 99. Declara. vt num. 100.

Lex ſeu ſtatutum annullans actum ipſo iure, quando dicit actus ſit nullus, vel annulletur. numero 101.

Lex ſeu ſtatutum dicitur annullare actum ipſo iure, quando vtitur verbis non valeat. num. 102.

Lex ſeu ſtatutum dicitur annullare actum ipſo iure, quando vtitur verbis habeatur pro infecto. numero 103.

Lex ſiue ſtatutum annullat actum ipſo iure, quando expreſsè dicit aliter fieri non poſſit. num. 104.

Clauſula non aliter inducit formam, & actum annullat ipſo iure. num. 105.

Verba nihil agit, fruſtra agit important ipſo iure. num. 106.

Nullus, nulla, nullum verbum, ſiue de præſenti, ſiue de præterito, ſiue etiam de futuro prolatum, ſemper importat nullitatem ipſo iure. num. 107.

Verba nullo modo important latam ſententiam, & ipſo iure. num. 108.

Nullatenus, verbum importat latam ſententiam, & ipſo iure. num. 109.

Lex ſiue ſtatutum non importat latam ſententiam, nec ipſo iure, quando vtitur. verbo Caſtatur. numero 110.

Mox, dictio importat idem, quòd ipſo iure. numer. 111.

Confeſtim, dictio importat idem, quòd ipſo iure. numero 112.

Incontinenti, dictio importat idem, quod ipſo iure. num. 113. il primo.

Illico, dictio importat idem, quòd ipſo iure. num. 113. il ſecondo.

Statim, dictio importat idem, quod ipſo iure. numero 114.

Protinus, dictio importat idem, quòd ipſo iure. numero 115.

Continuò, dictio importat idem, quòd ipſo iure. numero 116.

Immediatè ſeu recta via verba important idem, quòd ipſo iure. num. 117.

Citò, ſubito, indilatè, excontinenti, extemplo, repente, verba important idem, quòd ipſo iure. numero 118.

Omnis dictio vniuerſalis numquid importet latam ſententiam, & ipſo iure. num. 119. & ſeq.

Omninò, dictio importat idem, quòd ipſo iure. numer. 121. Vbi quòd nec etiam requiritur declaratoria.

Omnimodo vel omnibus modis verba important idem, quòd ipſo iure. num. 122.

Pœnitus, dictio importat idem, quòd ipſo iure. numero 123.

Funditus, dictio importat idem, quod ipſo iure. numero 124.

Prorſus, dictio importat idem, quòd ipſo iure. numero 123. in fine.

Lex ſiue ſtatutum, quando loquitur per verba imperatiua, & ſic per modum imperandi, importat latam ſententiam, & ipſo iure. num. 125.

Verba cadat a iure ſuo, important latam ſententiam, & ipſo iure. num. 125.

Amittat, verbum importat latam ſententiam, & ipſo iure. num. 126. Contra. num. 127.

Perdat, verbum importat latam ſententiam, & ipſo iure. num. 128.

Careat, verbum importat latam ſententiam, & ipſo iure. num. 129.

Careat robore ſeu firmitate, verba nunquid importent latam ſententiam. & ipſo iure. numero 129. in fine.

Priuetur verbum nunquid importet latam ſententiam. & ipſo iure. num. 130.

Spolietur, verbum nunquid importet latam ſententiam & ipſo iure. num. 131.

Amoueatur, vel remoueatur, verbum nunquid importet latam ſententiam. num. 132.

Deponatur, verbum nunquid importet latam ſententiam, & ipſo iure. num. 133.

Expellatur, verbum nunquid importet latam ſententiam. & ipſo iure. nu. 134.

Arceatur, vel excludatur verba nunquid importent latam ſententiam, & ipſo iure. num. 134.

Abijciatur, verbum nunquid importet latam ſententiam, vel ferendam. num. 135.

Reuertatur, verbum nunquid importet latam ſententiam. & ipſo iure. num. 136.

Redeat

Redeat, verbum nunquid importet latam ſententiam, ipſo iure. num. 137.

Veniat, deueniat, adueniat, perueniat, & proueniat, verba nunquid importent latam ſententiam, & ipſo iure. num. 138.

Capiat, accipiat, recipiat, vel percipiat. Verba nunquid importent latam ſententiam. & ipſo iure. numer. 139.

Verbum pertineat nunquid ſit directum, vel obliquum. num. 140.

Competat, verbum an ſit directum, commune, vel obliquum? num. 141.

Maneat, vel remaneat, verbum an ſit directum, vel obliquum? num. 142.

Accreſcat, verbum nunquid ſit directum, vel obliquum, & an importet idem, quòd ipſo iure. numero 143.

Teneat, vel non teneat, verba nunquid importent nullitatem ipſo iure, & quid ſi fuerit dictum non obtineat vires? num. 144.

Incurrat verbum nunquid importet latam ſententiam, & ipſo iure. num. 145.

Subiaceo, verbum nunquid importet idem, quòd ipſo iure. num. 146.

Lex ſeu ſtatutum nunquid importet latam ſententiam, & ipſo iure, quando vtitur verbo ſit, vtputa ſi dicatur, infamis ſit, anathema ſit, aut quid ſimile. num. 147.

Fiat, uerbum nunquid importet latam ſententiam, & ipſo iure. num. 148.

Habeatur pro confeſſo, pro conuicto, pro priuato, & ſimilia uerba nunquid importent latam ſententiam, & ipſo iure. num. 149.

Liberetur, ſeu liberabitur, verbum nunquid importet ipſo iure. num. 150.

Vlterius, verbum an importet ipſo iure. num. 151.

Liberè, verbum an importet idem, quòd ipſo iure. numero 152.

Lex ſeu ſtatutum importat idem, quod ipſo iure, quando aliquid mandat fieri auctoritate legis, vel ſtatuti, vt puta, ſi dicatur auctoritate noſtra, ſiue huius noſtræ legis auctoritate. num. 153.

Pleno iure, verba nunquid importent latam ſententiam. num. 154.

92 LEX ſeu ſtatutum annullans actum, ſeu pœnam imponens, licèt, vt dixi, in dubio non cenſeatur annullare, nec pœnam imponere ipſo iure, præſertim vbi loquitur per verba futuri temporis, Hoc tamen fallit, quando expreſsè annullaret, aut pœnam imponeret ipſo iure. tex. eſt in cap. Quanquam. vbi præſertim Dominicus in penultimo notabil. de electio. in 6. & in cap. 2. in princ. & ibi Dominicus, & Franch. de præſcript. eodem lib. 6. facit tex. in §. Interdum. in fine. inſtit. de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur Gloſ. in l. in criminali, & ibi etiam Angel. C. de iuriſdict. omn. iudic. & in l. ſi fundum ſub conditione. §. Qui fundum. in verbo ipſo iure. ff. de leg. 1. & in cap. 1. in gloſ. 1. & ibi etiam Archid. de reſcript. in 6, & in capitulo vltimo. in verbo ipſo iure. de officio delegati in ſexto, & in extrauagan. ſuſcepti regiminis in verbo ipſo iure. & in extrauaganti execrabilis. in verbo Ipſo iure. Ioann. Monach. in capit. Quanquam. in verbo Ipſo iure. de electio. in 6. Card. Zabarell. in clement. 1. in princip. in 14. notab. de pœnis. Soccin. reg. 360. in prima fallentia. Roman. ſingul. 1. & in addition. Matheſil. ſingul. 111. in princip. Capic. deciſ. 121. numer. 23. Marſil. in practic. in §. Aggredior. numer. 123. Tiraquel. qui alios plures refert concordantes de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 144. Rolan. conſil. 90. numer. 21. & ſeqq. lib. 3. & conſil. 62. numer. 3. & ſeqq. par. 2. Cardinal. Tuſc. pract. concluſ. in verbo clauſula. concluſ. 355. numer. 1. Suarez de legibus lib. 5. cap. 7. ſub numer. 4. & cap. 8. ſub numer. 1. poſt med. & numer. 2. Ioann. Salas in eodem tractat. de legibus. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 6. numer. 1. verſ. Dico primo, & diſputatio. 16. ſect. 8. num. 29. in fine.

93 Idem ſi lex ſeu ſtatutum vteretur verbo ipſo facto. quia tunc pariter, & annullatio, & pœnæ impoſitio cenſetur facta ipſo iure text. eſt in capit. primo. & ibi præſertim Dominicus in §. ſacri de homicidio in ſext. gloſ. in cap. 2. in verbo Ipſo facto ne clerici, vel monaci, lib. 6. & in clementin. attendentes. in gloſ. vltim. de ſtatu Monachor. & voluit Ioann. Monachus in cap. cupientes. verſ. Et ſunt paria. de electio. in 6. Archidiac. in cap. 1. in princip. in verbo Ipſo iure. de reſcriptis in 6. & in cap. Vbi periculum. §. nulli. in verbo Incurrat. de electio. eodem libro, & in cap. Felicis. in verbo Infamis. de pœnis eodem libro. Imola in clement. 1. in 2. notab. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fructuum, & in clement. 2. in 1. notab. de vita, & honeſtate clericorum. Cardin. Zabarell. in clement. 1. in princ. in 14. notat. de pœnis. Franch. in cap. 2. in 2. notab. de præſcript. in 6. Dec. in conſil. 238. in princ. Soccin. in reg. 360. in 2. fallent. Matheſilan. ſing. 111. in princ. Marſil. in practic. §. Aggredior. numer. 123. Tiraquell. qui alios plures refert concordantes Doctores de reuocand. donationibus in verbo Reuertatur. numer. 143. Roland. conſil. 90. numer. 21. & ſeqq. lib. 3. & conſil. 62. numer. 20. & ſequentib. lib. 2. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Clauſula. concluſion. 355. numer. 1. Franciſcus Suarez in tractat. de legibus. lib. 5. cap. 7. numer. 4. & cap. 8. ſub numer. 1. & numer. 2. Ioannes Salas in eodem tractat. de legibus. quæſtion. 96. tractat. 14. diſputat. 15. ſection. 6. ſub numer. 77. in princip. & diſputat. 16. ſect. 8. numero 29. in fine.

94 Siue enim lex dicat Ipſo iure, ſiue Ipſo facto

ſemper

ſemper importat latam ſententiam. Verba enim prædicta. Ipſo iure, & ipſo facto quo ad iuris effectum idem important. Bart. in l. 1. numer. 4. & ibi Alex. in addit. littera C. ff. de his, qui notant. infam. Addent. ad Alber. in ſuo dictionario in verbo Ipſo iure. in vltima additione ex Pariſ. quem allegant in conſ. 91. numer. 65. lib. 2. Papien. in forma libelli. in cau. ſpol. poſſeſſ. in gloſ. ipſo facto. numero primo. Rebuff. in pract. beneficiaria in tertia parte rubr. de modis amittendi beneficia. numer. 3. Roland. conſil. 90. numer. 21. & ſeqq. lib. 3. & conſil. 62. num. 20. & ſequentibus. lib. 2. & præſertim numer. 112. & ſeq. Vbi quod quando lex reſiſtit actioni, ſeu petitioni vel etiam exequutioni, tunc non importat ipſo iure.

95 Idem eſt ſi lex ſeu ſtatutum vtatur dictione Eo ipſo, ſecundum gloſ. in cap. Quam ſit. in verbo Eo ipſo. & iterum in verbo Euacuauerit. & ibi Dominicus, & Franch. de election. in ſexto. & in cap. Cupientes. §. Cœterum. in verbo Suſpenſas. in princip. & ibi etiam Ioann. Monach. eodem titulo. & in cap. Indemnitatibus. §. Poſtremò. in verbo Subiacere eodem titulo, & in cap. 2. §. Inhibemus, de hæreticis in ſexto. & in c. in pœnis. de regul. iur. eodem lib. in ſexto. & in clement. 1. in verbo Eo ipſo. & ibi etiam Imola. & Cardin. Zabarell. de vita & honeſtate clericorum, & in clementina 2. in eodem verbo Eodem titulo. & in clementin. vltim. in verbo Hoc ipſo. de præbend. Archidiac. in cap. Cum ex eo. in verbo Eo ipſo. de election. in ſexto. Cardinal. Zabarell. in clementin. 1. in 5. notabil. de election. Tiraquell. qui poſt prædictas gloſas, alias plures refert Doctorum auctoritates. de reuocand. donatione in verbo Reuertatur. numer. 142. Rolandus conſil. 62. numer. 32. lib. 2. Franciſcus Suarez in tractat. de legibus. lib. 5. cap. 7. ſub numer. 4. & cap. 8. numer. 2. Ioann. Salas in eodem tractatu de legibus quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 16. ſection. 8. poſt numer. 29. verſ. Propria verba ſunt.

Vide tamen in propoſito Ancharan. conſ. 145. Incip. Si dicta poſitio. numer. 2. in fine. Vbi loquens in Statuto Bononiæ dixit, quod ſtante ſtatuto, quod negans poſitionem veram, eo ipſo incidat in pœnam decem librarum, hoc ſtatutum intelligitur per ſententiam, & non ipſo iure.

96 Idem eſt ſi lex ſeu ſtatutum vtatur dictione Ex tunc. Nam & iſto caſu importat latam ſententiam, & ipſo iure. Tex. eſt in cap. Cupientes. §. Cœterum. & ibi gloſ. in verbo Suſpenſos. de electione in ſexto. cum alijs per Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. num. 141. Vbi ad iura in contrarium ibi per eum allegata reſpondendo declarat concluſionem procedere niſi contrarium ſuadeatur ratione ſubiectæ materiæ. Addo & Franciſcum Suarez in tracta. de legibus lib. 5. cap. 7. poſt numer. 7. & Ioan. Salas in eodem tractat. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 6. ſub numer. 78.

97 LEX ſeu ſtatutum cenſetur annullare actum ipſo iure, quando vtitur verbis annullatiuis, & irritantibus, vtputa, ſi apponat clauſulam decreti irritantis. Quicquid enim fit contra decretum, habetur pro infecto. cap. penult. de præbend. in ſexto. Abbas in cap. Dilectus. numer. 14. de præbendis. Barbat. in Clementina prima numer. 21. de electione. Prob. in cap. Tibi qui. numer. 9. de reſcrip. in 6. Caſſadorus deciſion. 12. numer. 4. & ſeq. de regul. cancell. Gabriell. lib. 6. tit. de clauſulis. numer. 56. & 57. Ioann. Salas in tract. de legibus. quæſt. 96. tract. 14. diſput. 16. ſection. 8. ſub numer. 27. poſt princip. verſ. Additio autem.

98 Et eſt ratio; quia per decretum irritans forma inducta cenſetur ex allegatis per Rolandum conſil. 30. numer. 11. lib. 3. & conſil. 60. numer. 23. & ſeqq. lib. 4. Vbi de communi cum alijs per Gabriell. lib. 6. de clauſul. concluſ. 3. numer. 70. & per Virgil. Boccac. in Conſtitut. Piceni. gloſ. 6. numer. 159.

99 Idem ſi lex ſeu ſtatutum annullans actum vteretur verbis Nullius momenti. Nam & tunc annullare cenſetur ipſo iure, & non per ſententiam; ſic enim probatur per plura iura, in quibus prædicta verba reperiuntur, vt videre eſt in l. Qui in carcerem. ff. Quod metus cauſa. in l. Non dubium. C. de legib. in l. An inutilis. ff. de accept. in l. 1. in princip. ff. de ferijs. in l. cum hi. §. ſi Prætor. ff. de tranſact. Gloſ. in cap. 2. in fine. de filijs Presbyterorum in 6. in l. Fulcinius. §. Si quis bon. ff. Quibus ex cauſis in poſſeſ. eatur in l. ſi quis plures. ff. de iurepatr. in cap. In noſtra ad fin. ff. de procuratoribus. Bald. in l. ſi poſthumus. §. final. ff. de liber. & poſthum. Angel. in l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. quod metus cauſa, & in Auth. Sacramenta puberum. in fine. C. ſi aduerſus venditionem. Tiraquell. de reuocan. donation. in verbo Reuertatur. numer. 97. & ſeqq. Vbi ad idem alia plura iura, & Doctorum concordantes auctoritates allegat contrarium tenentes, & Iura, quæ contrarium ſuadere videntur, refert, & illis reſpondet Roland. conſil. 58. numer. 46. lib. 3. Vbi de verbis Nullius ſit efficaciæ, & valoris. & conſil. 57. numer. 46. & ſeqq. eodem lib. 3. Vbi de verbis Nullius momenti, & conſil. 62. numer. 26. & ſeqq. Vbi de verbis Nullius valoris, & momenti. Vant. de nullitat. tit. Quot, & quibus modis nullitas in Iudic. propon. numer. 49. Ioann. Salas in tractat. de legibus. quæſtion. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 6. ſub numer. 79.

100 Vide tamen Oldradum in conſ. 155. Incip. Thema cuidam, circa finem, vbi dixit, Quod gratia comminatoria, quod prouiſus teneatur promoue-

ri, & reſidere aliàs gratia ſit nullius momenti, ſi contrarium fiat, non inducit vacationem ipſo iure, quia eſt monitio, refert eum, & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Comminatio. concluſ. 477. num. 1.

Quid ſi lex ſeu ſtatutum dicat vires non teneat. Vide infra num. 144.

Et quid ſi dicat careat omni robore, vel firmitate. Vide infra num. 119.

101 Idem ſi lex ſeu ſtatutum expreſsè dicat actus ſit nullus, vel annulletur actus. Per huiuſmodi enim verba imperatiua actus cenſetur ipſo iure annullatus. Quod an verum ſit Vide quæ generaliter dixi ſupra numero 84. & in ſpecie Franc. Suarez in tractat. de legibus. lib. 5. cap. 6. num. 24. & 25.

102 Idem ſi lex ſeu ſtatutum ſimpliciter diceret non valeat: Nam & tunc cenſetur annullare ipſo iure, vt per Corſett. ſingul. incip. verbum Non valeat. fol. mihi 218. in paruis. Secus ſi dixerit. Non valeat ſi aliquid factum; vel commiſſum fuerit; Quia tunc intelligitur ope exceptionis, vt in l. Vniuerſa. C. de præcibus Imperator. offerend. vt ibidem per Corſett. qui tamen poſtea refert contrarium tenentes, & indiſtinctè tenendum menti admonet, quòd per verbum Non valeat, non inducatur nullitas ipſo facto. Verum ad hæc vide latè diſputantem, & multa adducentem pro & contra, Tiraquell. de reuocandis donationibus in verbo Reuertatur. numero 235. & ſequentibus. Vbi tamen poſtea. numer. 238. affert duas diſtinctiones. Prima eſt, quam ſupra retuli, quòd ſi lex ſimpliciter dicit Non valeat actus, intelligitur ipſo iure, ſi verò lex non ſimpliciter loquatur, ſed conditionaliter, vtputa, ſi dicatur Non valeat, ſi aliquid factum fuerit, aut omiſſum, & tunc intelligitur non ipſo iure, ſed ope exceptionis. Secundam affert diſtinctionem, quòd ſi lex dicit aliquid non valere propter aliquod omiſſum, quòd debet fieri poſt actum, & tunc illud omiſſum non vitiat ipſo iure, ſed ſi dixerit non valere propter omiſſum, quod in ipſo actu fieri debet, & tunc omiſſum vitiat ipſo iure, & ita propè omnes Doctores ſentire teſtatur. & numero 239. dixit, quod ſi huic verbo Non valeat, addatur dictio aliter, vt puta, dicendo Aliter non valeat: & tunc cum ex verbis prædictis cenſeatur forma inducta, ſequitur, quòd ſi res aliter fieret, nulla eſſet ipſo iure, ex allegatis ibi per eum. Vide ad hæc Virgilium Boccacium in conſtitut. Piceni gloſ. 6. numero 136. & ſeq: Vant. de nullitate rubric. Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponatur; numero 50. Vbi quod quando lex ſimpliciter dicit actus non valeat intelligitur ipſo iure. Franc. Turzan. in commun. opinion. quæſtione 184. Vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus hanc opinionem teſtatur communem, & ab ea in conſulendo, & iudicando recedendum non eſſe, Alderan. Maſcard. cum allegat. per eum de generali ſtatut. interpretatione. concluſio nona numerò 47. Vbi idem dicit Ioannes Salas in tractat. de legibus. quæſtione 96. tractat. 14. diſputat. 15. ſection. ſexta ſub numero 79. Vbi pariter dicit, & ſection. 8. ſub num. 27. ſub verſ. Maior difficultas.

103 Idem ſi lex ſeu ſtatutum diceret, & actus aliter factus habeatur pro infecto. Tunc enim dicitur annullare ipſo iure. l. Non dubium. & ibi notant communiter omnes. C. de legibus. cum alijs per Virgil. Boccac. in Conſtitut. Piceni Gloſſ. ſexta numero 116. Vide Franciſcum Suarez in tract. de legibus. lib. 5. cap. 28. numero 10. & Ioannes Salas in eodem tractatu de legibus. quæſt. 96. tracta. 14. diſputat. 16. ſection. 8. poſt numer. 29. verſ. Propria verba.

104 Idem ſi lex ſeu ſtatutum reſiſteret actus potentiæ, vtputa, dicendo Aliter fieri non poſſe. Tunc enim cenſetur, & ipſo iure actum annullare. Quæ limitatio quando vera ſit, & de materia Vide Baldum in l. Non dubium. numero 19. C. de legibus. Vbi diſtinguit: An, ſcilicet, lex ſeu ſtatutum loquatur per verba futuri temporis, puta, dicendo Talis non poſſit contrahere. An verò per verba præſentis temporis, vt puta, Talis nemo poteſt alteri ſtipulari. Primo enim caſu edictum eſt prohibitorium. Secundò verò caſu eſt iuris præexiſtentis declaratorium, vt ibi per eum, & fuit diſtinctio Bartoli in l. cum lex. ff. de fideiuſſoribus. Sed latius hac de re vide diſcurrentem Tiraquell. de legibus connubial. Gloſ. 4. numero 1. & ſequentibus vbi quod verbum Poteſt adiectum dictioni negatiuæ importat præciſam neceſſitatem, diciturq; actui reſiſtere. Importat etiam formam, & ſolemnitatem, adeò quod actus ipſo iure reddatur nullus, indeq; nec ciuilis, nec naturalis oriatur obligatio. & numero octauo & nono, vbi reprobat diſtinctionem Bartol. & Bald. in locis præallegatis, dicens, quòd ſiue lex ſeu ſtatutum loquatur per verba futuri temporis Non poſſit. ſiue per verba de præſenti non poteſt. vtroque caſu actus eſt ipſo iure nullus, & ex eo nec ciuilis, nec naturalis oritur obligatio. Rolandus conſ. 58. numero 48. lib. 3. Vbi de verbis Non aliter, nec alio modo. Vant. de nullitate rubric. Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponatur. numero 50. Vbi quando dicitur Actus

aliter factus viribus careat. Virgilius Boccacius in Conſtitut. Picen. Gloſſ. 6. num. 161. Vbi ſi dictum ſit Aliter fieri non poſſit, de quo vltimo vide etiam Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpratat. concluſio nona in tertia ampliatione latè declarantem Franciſcum Suarez in tracta. de legibus lib. 5. capit. 31. numero 11. & ſequentibus. Vbi etiam latè de vi, & efficacia verbi Non poſſit. & cap. 32. numero primo, ac etiam Ioannes Salas in eodem tractatu de legibus quæſtione 96. tractat. 14. diſputation. 16. ſectione octaua. numero 16. ad finem, & latius eadem ſection. num. 31. & omnibus ſeqq.

105 Quod enim per verba Non aliter cenſeatur inducta forma, & conſequenter actus contrà eam factus, ipſo iure nullus: ſcriptum reliquerunt Roland. conſilio 43. numero 12. lib. 2. & conſilio 63. numero 29. & ſequentib. lib. 4. & conſilio 59. numero 11. lib. 3. Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 237. nu. 34. Oſaſc. deciſ. Pedem. 163. numero 13. & ſeq. Cephal. conſil. 80. numer. 2. volum. 1. Pacian. in tract. de probation. lib. 1. cap. 25. numero 53. & omnibus ſequentibus. Apud quem reperies exactiſſimè tractatam vim, & efficaciam huius clauſulæ non aliter, &c.

106 Idem ſi lex ſeu ſtatutum diceret Nihil agit, fruſtra agit, aut quid ſimile. Tunc enim pariter actum annullat ipſo iure. Text. eſt in l. vltim. in verbo Nihil agit. ff. de liber. & poſthum. & in l. ſi fideiuſſor. ff. de negocijs geſtis, & in l. Niſi. ff. de tutelis, & ration. diſtrahen. & in l. Tutelam. §. Impuberi. ibi fruſtra tutorem dabit. ff. de teſtamentaria tutela. Corſett. in ſuis ſingularibus in verbo Nihil agit. Bartol. in l. penultima §. Ad crimen. in fine, & ibi etiam Imol. ff. de public. iudic. Aretin. in l. verbis ciuilibus poſt princ. per illum text. & ibi Iaſon in 2. notab. ff. de vulgari & pupillari, cum alijs per Tiraquell. de reuocandis donationibus in verbo Reuertatur. numero 30. & numero 230. & ſequentibus Vbi proponit contraria, & illis reſpondendo declarat hanc concluſionem non habere locum, quando ratio ſubiectæ materiæ contrarium ſuaderet, & idem firmat, & declarat. numero 130. & ſequentibus. Nec diſſentit Ioannes Salas in tracta. de legibus. quæſtion. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. ſexta ſub nu. 79. & diſputat. 16. ſection. 8. nu. 30. Vbi etiam proponit contraria, & iilis reſpondet.

107 Idem ſi lex ſeu ſtatutum vteretur verbo Nullus, ſiue de præſenti, & præterito, ſiue etiam de futuro tempore loquatur ſemper enim nullitatem ipſo iure ſignificat text. eſt in cap. Innotuit. & ibi Gloſſ. in verbo Nullam eſſe. extra de electione cum alijs per Tiraquell. de reuocandis donationibus in verbo Reuertatur. numer. 243. Roland. conſ. 62. num. 25. lib. 2.

108 Sic & verba Nullo modo, quæ vniuerſalem negatiuam ſignificant importare Canonem latæ ſententiæ poſt Iaſ. Roman. & alios, quos allegat, ſcripſit Tiraquell. de reuocandis donationibus in verbo Reuertatur. numero 93. Vbi & optimam huius concluſionis affert rationem, quam ibi per eum videas Ioannes Salas in tract. de legibus quæſtion. 96. tracta. 14. diſputation. 16. ſection. 8. numero 29. in fine.

109 Idem ſi lex, ſeu ſtatutum vteretur dictione Nullatenus. Cum enim ſit vniuerſalis negatiua Canonem latæ ſententiæ importare; & ſic intelligi debere ipſo iure facit text. in Authent. in verbo Nullatenus. & ibi Butr. & Imol. Panormitanus, & Cardin. Zabarell. de ſequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum. Aretin. in cap. licèt cauſam. in 5. notab. extra de probation. cum alijs per Tiraquell. de reuocandis donationibus in verbo Reuertatur. numero 95. & 96. Vbi etiam refert contraria, & contrarium tenentes, & illis reſpondendo dixit concluſionem hanc procedere niſi contrarium ſuadeatur ratione ſubiectæ materiæ, ſecundum quam hæc dictio Nullatenus quandoque vires ſuas amittit, & non importat Canonem latæ ſententiæ.

110 Non ſic eſt, ſi lex ſeu ſtatutum poſt prohibitionem vlterius procedendo actum contrà factum caſſaret, & vteretur verbo Caſſatur. Tunc enim valet actus, ſed caſſatur, ſecundum Alber. in l. Non dubium. num. 6. verſ. aut vltra procedit caſſando. C. de legibus. Caſſare enim aliud non eſt quàm actum antea validum efficere nullum ad Gloſſ. in cap. Propoſuit. de conceſſione præbendæ, & ſic accipitur in cap. Accedens. in verbo Caſſamus, vt lite non conteſtata aliquando etiam ſignificat declarare nullum id, quod iam nullum erat, ſecundum Felyn. quem in proſito refert, & ſequitur Ioan. Salas de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſput. 16. ſect. 1. num. 1. ad finem.

111 LEX ſeu ſtatutum pœnam imponere, & actum annullare cenſetur ipſo iure, ſi vtitur dictione Mox. etiam quòd loquatur per verba futuri temporis. Ad Gloſſ. in authen. de inceſtis nuptijs in princip. in verbo Immiñere. & ibi etiam Bartol. & Ang. Doctores communiter in l. ſi quis maior. C. de tranſactionibus. Vbi præſertim Aretin. in 7. notab. Iaſon in 13. notab. Thom. Parpal. in repetitione in 23. & 26. notab. & Cagnol. numero 144. Baldus in l. prima §. Si pecunia. ff. depoſiti, & in l. prima in fine. ff. ſi certum petatur, & in Authent. in donatione. C. de ſecundis nuptijs in additione. Catel. Cotta in memoral. in verbo Mox. in fine. Soccin. reg. 360. in ſe-

in ſecunda fallentia. Matheſil. ſing. 111. in princip. Cremenſ. ſingul. ſeptim. Tiraquellus de reuoc. donationibus. in verbo Reuertatur. numer. 109. & ſequentibus vbi alios plures refert concordantes, & contrarium tenentib. reſpondendo declarat hanc concluſionem non procedere, quando contrarium ſuaderetur ratione ſubiectæ materiæ, vel quando hæc dictio Mox adiungeretur verbis neceſſariò requirentibus ſententiam, ſiue miniſterium hominis, verbi gratia, Si diceretur Mox condemnetur. Tunc enim non importet ipſo iure, ſed Iudicis ſententiam, & condemnationem requirit, alias ex ſua propria natura Canonem latæ ſententiæ ſignificat, vt ibi per eum addo Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Priuatio. concluſio 719. numero 20. poſt Calderinum & Angel. in locis per eum relatis Ioannes Salas in tracta. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 9. num. 78.

112 Idem ſi lex ſeu ſtatutum vtatur dictione confeſtim. Tunc enim etiam importat latam ſententiam, & ipſo iure. Hæc enim dictio nec momentum quidem aliquod patitur ad text. in l. Placet. ff. de acquirenda hæreditate, & in l. Amiſſi. §. fideiuſſores. ff. de fideiuſſoribus. & in l. Idem eſt. §. Cum igitur. ff. de vi, & vi arm. & in l. final. §. final. ff. Quod vi, aut clàm, & in l. Titius. §. qui fideicommiſſariam. ff. ad trebellian. & in §. omnis. & ibi Gloſ. Inſtit. de verborum obligationibus. & in l. 2. §. confeſtim. ff. ad Tertullian. & in l. Tutor. §. 1. ff. de adminiſtr. tutor. Bartol. Aretin. Cuman. Iaſon & Franc. in locis relatis per Tiraquell. de reuocan. donationib. in verbo Reuertatur. numero 113. Ioannes Salas in tracta. de legibus. quæſtion. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 6. num. 78.

113 Idem ſi lex ſeu ſtatutum vtitur verbo incontinenti. Licet enim hoc verbum Incontinenti varijs modis accipiatur ſecundum ſubiectam materiam, ad text. in l. 1. §. Item ſi ita. ff. ad l. Falcid. Gloſſ. & Doct. in cap. An ſit. extra de appellation. cum alijs per Roman. in l. 1. in princip. ff. de verbor. obligat. De ſui tamen natura ſignificat idem, quòd dictio Mox, hoc eſt ſine interuallo ſecundum Gloſſ. in capit. Quia propter in verbo Mox. extra de electione cum alijs per Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numero 114. nec diſſentit Ioannes Salas in tracta. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 6. ſub num. 78.

113 Idem ſi lex ſeu ſtatutum vteretur verbo illico: Nam & tunc actum annullare, & pœnam imponere cenſetur ipſo iure. Sic enim probari videtur in l. quis. Vbi Bartol. C. depoſiti. in l. Idemque. §. cui mandauero. ff. mand. & in §. filiusfamilias. verſ. Sed ex conſtitutione iuncta Gloſſ. in verbo Illico. Inſtit. Quibus modis Ius patriæ poteſtatis ſoluitur, & in l. final. C. de fideicommiſſaria libertate. Angel. in §. Si verò expectet. in Auth. de nuptijs. & in conſil. 371. ad fin. Soccin. cum allegat. per eum regul. 260. in ſecunda fallent. Cremenſis ſing. 7. Tiraquell. qui plures alios refert de reuocandis donationibus. in verbo Reuertatur. numero 115. Cardinal. Tuſc. practicarum concluſionum in verbo Priuatio. concluſ. 719. numero 20. Ioannes Salas in tracta. de legib. quæſtione 96. tract. 14. diſput. 15. ſection. ſexta ſub num. 78.

114 Idem ſi lex ſeu ſtatutum vtatur dictione Statim. quia & iſto caſu importat Canonem latæ ſententiæ, & ipſo iure. Hæc enim dictio ſignificat idem, quod dictio confeſtim, & ſine interuallo. l. prima in fine. ff. de ſolution. l. ſi finita. §. Non autem ſtatim. ff. de damno infecto. l. cum quidam. ff. de legat. 2. & propterea quod eadem dictio importat Canonem latæ ſententiæ, & ipſo iure probat Text. in cap. litteras. de conceſſion. præben. & voluit Gloſ. in l. commiſſa. in verbo Statim. ff. de 1 public. & vectigal. & in l. vltim. in fine. C. de bonis quæ liberis. & in §. primo. in verbo Statim. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. Aretin. in l. ſi quis maior in ſeptim. notab. C. de tranſactionibus. Franc. in cap. primo in vltimo notab. de vita & honeſtate Clericorum in ſexto. Quos & alios plures ſic dicentes refert, & ſequitur Tiraquellus de reuocandis donationibus in verbo Reuertatur. numero 116. & ſequentibus. vbi relatis iuribus, quibus ſuaderi videtur hanc dictionem Statim intelligendam eſſe etiam cum temporis interuallo, & ſic non importare Canonem latæ ſententiæ ſed ferendæ, reſpondendo dixit iura prædicta contraria non obſtare, quando in illis ſubiecta materia ſic ſuadebit, & ſic concludit dictionem Mox de ſui natura habere vim latæ ſententiæ, & ſine interuallo, niſi contrarium ſuadeatur ratione ſubiectæ materiæ. Cardinal. Tuſch. practicarum concluſionum in verbo Priuatio. concluſio 719. numero 20. Ioannes Salas in tract. de legibus. quæſtion. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 6. ſub num. 78.

115 Idem ſi lex ſeu ſtatutum vteretur dictione Protinus, quia tunc importat latam ſententiam, & ipſo iure. Hæc enim dictio quod importet idē quod dictio Mox, & dictio Statim, & ſic quod excludat omne interuallum, & conſequenter intelligatur ipſo iure, probat text. in l. A quo fundus, & ibi Baldus. ff. de damno infecto, & in l. In illa ſtipulatione ſi Calendis. ff. de verborum obligationibus. & in l. Lutius Titius. §. Gaio. ff. ad Trebellianum,

& in liberto. §. final. ff. de annuis legatis. & in l. Diuortio. ff. de negoc. geſtis, & in l. Non abs re. C. vnde vi, & voluit Gloſſ. in §. Illud proprium. inſtitut. de adoption. & in §. 1. Inſtit. de hæredum qualitate, & differentia, & in §. Idem iuris. in verbo Protinus. Inſtitut. de inutil. ſtipul. & in l. ſtipul. & in l. Diuortio in verbo Si non protinus. ff. de negocijs geſtis, & in cap. cum olim. in verbo Protinus. de officijs delegati. Baldus, Paulus de Caſtro, Alexander, Iaſon, Aretin. & alij plures, quos refert, & ſequitur Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numero 122. & ſequentibus vbi reſpondendo iuribus in contrarium allegatis declarat hanc concluſionem procedere, niſi ratio ſubiectæ materiæ contrarium ſuaderet, vt puta, quando hoc verbum Protinus, eſſet adiectum alicui alteri verbo importanti hominis miniſterium, vt puta, ſi diceretur protinus condemnetur. Nam tunc importat ipſo iure, vt ibi per eum.

116 Idem ſi lex ſeu ſtatutum vtatur dictione continuò; Quia tunc importat latam ſententiam, & ipſo iure, & ratio eſt, quia talis dictio omnem moram, omneque interuallum excludit, vt in l. Apud Aufidium. ff. de optione legata, vbi Bartol. & in l. Qui vxorem. ff. de iniuſto teſtamento, & in l. ſtipulatus ſum. Damam. ff. de verborum obligationibus. & in l. prima. C. de ijs, qui ſe deferunt lib. decim. & in capit. Cœterum. de reſcript. & conſequenter ipſo iure, & canonem latæ ſententiæ ſignificat, vt per Bartol. Alexand. & Iaſ. in locis relatis per Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 124.

117 Idem ſi lex ſeu ſtatutum vtatur verbo immediatè, ſeu recta via. Soccin. reg. 360. in octaua fallentia. Baldus in capit. Bonæ.il primo, column. finali verſ. Scias, extra de election. Bartol. & Aretin. in locis relatis per Tiraquel. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numero 125. Vbi eam reddit rationem, quia, ſcilicet, id, quod immediatum eſt ſine medio eſt, & ſic ſine temporis interuallo, & conſequenter non importat Canonem ferendæ ſententiæ, quæ non ſine interuallo ferri poteſt.

118 Idem ſi lex ſeu ſtatutum vteretur verbo Extemplo, repente, ex veſtigio, cito, ſubito, indilatè, excontinenti, aut ſimilibus, omnes enim prædictæ dictiones vnum, & idem important; hoc eſt ſtatim, & ſine vlla mora, aut interuallo, & conſequenter Canonem latæ ſententiæ, & non ferendæ; ſententia enim nòn ſtatim ferenda eſt, nec illicò ferri poteſt, ſed requirit cauſæ cognitionem; ſic enim per hanc rationem, & per plura iura, & Doctorum auctoritates hanc firmauit concluſionem Tiraquell. de reuocand. donationibus. in verbo Reuertatur. num. 126. & ſeqq.

119 LEX ſeu ſtatutum intelligitur ipſo iure, & importat Canonem latæ ſententiæ in pœna priuationis, quando vtitur verbo vniuerſali Omnis. illudq; adijciat rei, qua quis priuatur, vtputa, ſi dicatur omni iure, omni commodo priuetur, omne ius amittat. & his ſimilia, ſecundum Gloſſ. in l. prima. §. pecuniam. ff. depoſit. Angel. in authent. de litigioſis. §. vltim. in fine. poſt Gloſ. ibi in verbo actione.

120 Contrarium quod imò dictio vniuerſalis omnis adiecta rei, qua quis priuatur, non importat Canonem latæ ſententiæ, ſed ferendæ voluit Matheſilan. ſing. 112. incip. Nota quod vbicunque per Gloſſ. quam allegat in cap. Cupientes. §. Si verò in diſcordia. in verbo Priuentur. de election. in ſexto. hanc Matheſil. opinionem poſt Cyn. Bartol. Bald. Ang. Paul. de Caſtro, & Alexand. in locis per eum relatis, refert & ſequitur Tiraquell. de reuocand. donationib. in verbo Reuertatur. numero 84. & ſeqq. Vbi tamen numero 86. primam opinionem procedere poſſe affirmat, quando hæc vniuerſalis dictio Omnis non adijcitur rei, qua quis priuatur, ſed alicui verbo ſignificante vim efficaciam effectum, & robur alicuius actus, vt puta, ſi dicatur Careat omni robore firmitatis, vel ſi dicatur Careat omni firmitate, omnibus viribus, omni robore. Et his ſimilia; Tunc enim importat ipſo iure, & Canonem latæ ſententiæ, vt in cap. Decet. §. vltimo. de immunitate eccleſiæ in ſexto, & in clementina Quia contingit. §. Vt autem. de Religioſ. domib. Ioannes Salas in eodem tracta. de legibus. quæſtione 91. tract. 14. diſputat. ſecunda ſection. 16. ſub numer. 29. Vbi idem de verbis careat viribus, robore, aut firmitate, & ſimilibus per tot.

121 LEX ſeu ſtatutum actum annullare, & pœnam imponere ipſo iure cenſetur, etiam quod loquatur per verba futuri temporis, quando vtitur dictione Omnino. Gloſſ. eſt ſingularis in l. 1. §. Si pecuniam. ff. depoſiti, & in cap. vltim. in fin. in verbo Omnino. vbi etiam Dominicus, & Franch. de offic. delegat. in ſexto, et in cap. licèt Canon in verbo Carere. de election. in ſexto, et in cap. primo in verbo Vacuamus, quòd metus cauſa in ſexto facit text. in l. Si non ſortem. §. Indèbitum. ff. de condition. indebit. dum ibi dicitur Non ſolum ſi omnino non debebatur ſed etſi per aliquam exceptionem peti non poterat. Baldus in d. l. prima. §. ſi pecunia. ff. depoſiti. & in l. ſecunda

da in addition. in tertia quæſtione . & ibi etiam Salicetus & Iaſon . C. de iure emphyteotic. & in ſua margarita in verbo Priuatio Angel. in authen. de litigioſis . §. vltimo in fine poſt gloſ. ibi Catel. Cotta in memoralib. in verbo Mox in fine poſt Felynum in loco per eum relato . Soccinus regul. 360. in quinta fallentia . Roman. ſingul. 1. incip. verbum Omnino. Matheſil. ſingul. 111. in princip. & ibi in additionibus alij referuntur concordantes. Cremenſis ſing. 7. in fine Marſil. in pract. §. Aggredior. numer. 123. cum alijs per Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 75. & ſequentibus. Vbi amplius quod hæc dictio omninò, habet præciſam ſignificationem ſine vlla, ſcilicet, exceptione, habetq; etiam paratam exequutionem, & his ſimilia . & numer. 82. declarat hanc concluſionem non procedere, quando ſubiecta materia aliud ſuadet . Cardin. Tuſc. practicarum concluſionum in verbo Priuatio . concluſ. 719. numer. 22. & 29. Ioannes Salas in tract. de legibus . quæſt. 96. tractat. 14. diſputat. 15. ſection. 7. ſub numer. 79. & diſputat. 16. ſect. 8. num. 29. in fine.

Imò quando lex ſeu ſtatutum vtitur dictione omnino, quòd tunc non ſolum pœnam imponere dicatur ipſo iure, ſed quòd nec etiam requiratur declaratoria voluit Gabriell. cum allegatis per eum lib. 7. concluſ. duodecima numer. 16.

122 Idem ſi lex ſeu ſtatutum vteretur verbo Omnimodo, vel omnibus modis, quia adhuc intelligitur ipſo iure . Gloſ. eſt in Authen. vt defun. ſeu fun. eorum . §. Sancimus igitur in verbo Modis omnibus . & in Authen. Qui res in verbo Sed melius . & in verbo Irroganda . C. de ſacroſ. Eccleſijs Roman. ſingular. 1. numer. 2. & ibi in additionibus . Matheſilan. ſing. 111. in princip. Marſil. in practica. §. Aggredior numer. 125. Et licèt contrarium in dictione Omnimodo quod, ſcilicet, non ſit latæ ſententiæ Voluerit Gloſſ. in authen. Ad hæc in verbo Cadat in princip. C. de vſuris, & pro hac contraria opinione facit text. in l. ſi à matre . C. de ſuis, & legitimis, dum ibi dicitur Omnimodo Patri ſuo, matriuè ſuæ ipſo iure ſuccedant . Si enim dictio Omnimodo per ſe ſignificaſſet ipſo iure fruſtra in dicta l. fuiſſent adiecta illa verba Ipſo iure . & eſt ſimilis text. in l. Iulianus noſter in fine . ff. de condit. & demonſtrat. dum ibi dicitur omnimodo inutile erat legatum ipſo iure . Non tamen recedas à propoſita concluſione, quam alijs pluribus relatis concordantibus benè comprobat, & reſpondet contrarijs Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. num. 88. & ſeqq.

123 Idem ſi lex ſeu ſtatutum annullaret actum, vel pœnam imponeret, vtendo dictione pœnitus. Tunc enim intelligitur ipſo iure, & non per ſententiam . Gloſ. eſt in l. Si quis aduocatorum, & ibi præſertim Angel. & Fulgoſ. C. de poſtulando . facit text. in cap. final. extra de pœnis, vbi præſertim Abb. in vltimo notabili . Item, & text. in l. ſolutum . §. ſi in ſortem in fine . ff. de pignoratitia actione, iuncta l. ſi non ſortem in principio . ff. de condition. & demonſtrat. Ioa. Andr. in cap. 1. ad finem . & ibi etiam Dominicus, & Franchus in vltim. notabili de poſtulatione Prælatorum in ſexto . Idem Dominicus in capitulo Romana, §. vltim. ad fin. & ibi etiam Francus de ſentent. excommunic. in ſexto . Rebuff. in repet. cap. Poſtulaſtis . num. 149. tit. de cleric. excommun. min. Soccin. regul. 360. in 7. Fallentia Matheſilan. ſing. 111. in princip. Marſil. in pract. §. Aggredior . numer. 123. Tiraquellus de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 105. & ſequentibus . Vbi alios plures in idem concordantes adducit, & amplius, quòd hæc dictio Pœnitus, eſt dictio præciſa, importans idem, quod in totum, vel ex toto quæ eſt ſignificatio dictionis omninò, & reſpondendo contrarijs ibi per eum relatis declarat hanc concluſionem non procedere, quando contrarium ſuadetur ratione ſubiectæ materiæ Ioannes Salas in tracta. de legibus quæſtione 96. tracta. 14. diſputat. 15. ſection. 6. ſub num. 79.

Idem ſi lex ſeu ſtatutum vteretur dictione Prorſus ſecundum Matheſil. ſing. 111. in princip. Marſil. in pract. §. aggredior . numer. 123. Tiraquell. qui alios plures in idem allegat. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur . numer. 87. Ioannes Salas in tracta. 14. diſput. 15. ſection. 6. ſub num. 79.

124 Idem ſi lex vel ſtatutum loquatur cum dictione funditus . Nam & tunc pariter intelligitur ipſo iure, licèt loquatur per verba futuri temporis . Gloſ. eſt ſingularis in l. Nil decernimus . C. de Epiſcopis & Clericis cum alijs per Soccinum regul. 360. in ſexta fallentia, Cremenſis ſingul. 7. Bartolus In tracta. de Tyrannide in ſeptima quæſtione in princip. Salicetus, Dominicus, Franc. Cornelius, Barbatia, Aretinus, & Iacobinus de Sancto Georgio in locis relatis per Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur . numero 103. Vbi amplius quòd hæc dictio funditus importat idem, quòd dictio omninò & alia de ſignificatione eiuſdem verbi ibi videas.

125 LEX ſiue ſtatutum ſi loquatur per verba imperatiua, & ſic per modum imperandi; nunquid important latam ſententiam, & ipſo iure dixi ſupra numero 84. & in ſpecie quid ſi vtatur verbo cadat, vtputa, dicendo cadat à iure ſuo . Nunquid iſto caſu caducitatis pœna

incurratur ipſo iure? An verò requiratur ſententia? Dic quòd requiritur ſententia ſecundum Matheſil. ſing. 11 1. verſ. Secus ſi dicat. Hoc enim verbũ Cadat quod non importet latam ſententiam, ſed ferendam Voluit gloſ. in Authen. habita in verbo Cadat. & ibi etiam Salicetus. C. ne filius pro patre. & in authent. ad hæc in eodem verbo Cadat. in princip. C. de vſuris. & in l. 2. §. quod ſi actor. in verbo Cadat & ibi Bartolus, Baldus, Paulus de Caſtro. & Curt. ſen. C. de iuramento calumniæ. Speculat. in titulo de locato. §. Nunc aliqua. verſ. 47. Cyn. in Authen. Qui ſemel in quinta quæſt. & ibi Bart. Bald. Salicetus & Angel. C. Quomodo, & quando Iudex facit text. in l. vltima. C. locati. in Authen. Ad hæc. C. de vſuris per quæ iura; & alijs pluribus relatis concordantibus in hac concluſione reſidet Tiraquell. de reuocan. donation. in verbo Reuertatur. numer. 187. & ſeq. licèt ibidem numer. 186. contrarium tenentes referat. Vide Cardinal. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Priuatio. concluſ. 719. numer. 19. & in verbo Pœna. concluſ. 238. numer. 7. Ioann. Salas in tract. de legibus. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſect. 6. numer. 78.

126 Quid ſi lex ſeu ſtatutum loquatur per verbum Amittat quod eſt futuri temporis. Dic, quòd importat latam ſententiam, & idem quod ipſo iure. facit text. in Authen. licèt. C. de Epiſcop. & Cleric. voluit gloſ. in l. Amiſſione. §. Qui deficiunt. in fine. ff. de capitis diminutione. Hoſtien. Bald. Panormitan. Cardinal. Alexandrin. in locis relatis per Tiraquel. qui tamen eos non ſequitur, de reuocand. donation. in verbo Reuertatur, numer. 151. Ioann. Salas in tractat. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſput. 15. ſection. 6. ſub numer. 78. Franc. Suarez in eodem tract. de legib. lib. 5. cap. 6. num. 25.

127 Contrarium, quod verbum Amittat prolatum à lege, vel à ſtatuto in tempore futuro non importat Canonem latæ ſententiæ, nec ipſo iure, ſed ferendæ Voluit alia Gloſſ. quam ſequuntur Doctores omnes in l. ſi quis in tantam. in verbo Amittat, & iterum in Gloſ. magna. in 4. quæſtione. C. vnde vi, & in l. ſi qua ex fœminis. in verbo Amittat. & ibi etiam Baldus. C. de ſecundis nuptijs. & in cap. ſi diligenti. in verbo Cauſam perdant. extra de foro competent. facit tex. in l. 1. §. hi quibus. ff. de legat. 3. & in l. vltim. C. de ſeruitutibus, & in §. vltim. in Authen. de reſtitut. & ea, quæ par. & in cap. Quia nonnulli. extra de clericis non reſidentibus, cum alijs per Tiraquell. in dicto verbo Reuertatur. numer. 152. & ſeqq. Vbi hanc contrariam ſententiam crebrioribus Doctorum ſuffragijs nixam teſtatur.

128 Sic & de verbo Perdat. licet Gloſ. in cap. Inolita 11. quæſtione 1. Angel. & plures alij relati per Tiraquell. vbi ſupra numer. 155. dixerint ex eo denotari canonem latæ ſententiæ non ferendæ. Verior tamen, eſt ſententia eorum, qui contrarium dixerunt, quos ſingulariter refert, & ſequitur Tiraquell. vbi ſupra numer. 156. cum quibus aſſentit Anania. conſil. 32. in princip. * Vbi de communi, & ibi Bolognin. in addition. refert eum, & ſequitur Cardinal. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Priuatio. concluſ. 719. numer. 8. & numer. 19. Vbi videas, & in verbo Pœna ipſo iure. concluſ. 238. numer. 6. & 7. Vide etiam Ioann. Salas in tract. de legib. quæſtione 96. tract. 14. diſput. 15. ſectione ſexta ſub numer. 78.

129 Sic ſi lex ſeu ſtatutum imponat pœnam per verbum Careat. etiam quod ſit futuri temporis, quod importet Canonem latæ ſententiæ, & ipſo iure, non autem ferendæ voluit Gloſ. in l. Prouidendum in verbo Foro. & ibi Angelus & Fulgoſius. C. de poſtulando, & in l. 1. in verbo Carebit. ff. ad l. Iul. de vi priuata. & in cap. Nihil. in verbo poteſtate. & ibi Innocen. Ioann. Andr. & Panormitan. extra de electión. & in cap. Quiſquis in verbo Fiat. extra eodem tit. & in cap. Nouit. in fine. extra de his, quæ fiunt à Prælat. Angel. in l. In crimin. ad finem. C. de iuriſdict. omn. Iudic. & in §. fin. in fine. in Authen. de litigioſis. Abb. in cap. Quod ſuper. in quarto notab. extra de fide inſtrumentorum. Corſet. ſingul. in verbo Careo. & in verbo Pœnitus. cum alijs per Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 161. & ſequentibus. Vbi licèt in contrarium iura, pluresque Doctorum auctoritates adducat, Hanc tamen * concluſionem ſequendam eſſe, & magis communem teſtatur niſi contrarium ratione ſubiectæ materiæ ſuadeatur, vt ibi per eum. Vide Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Priuatio. concluſ. 719. num. 19.

Quid ſi verbo Careat adijciatur aliquod verbum Robur, & firmitatem importans, vtputa, ſi dicatur careat omni robore, aut firmitate, dixi ſupra num. 119.

130 Et quid ſi lex vel ſtatutum vtatur verbo Priuetur in tempore futuro nunquid importet latam, vel ferendam ſententiam. Vide Tiraquell. de reuocand. donat. in verbo Reuertatur. num. 176. & ſeq. Vbi licet multa adducat pro, & contra Reſidere tamen videtur in opinione vltimo loco per eum relata, quod, ſcilicet, importet ſententiam ferendam, & non latam. Vide Cardinal. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Priuatio. concluſ. 719. numer. 8. & Ioannes Salas in tracta. de legibus quæſt. 96. tract. 14. diſputatione 15. ſection. 3. ſub num. 41. & ſect. 6. ſub num. 78.

131 Si autem lex ſeu ſtatutum imponat pœnam per verbum ſpolietur. Dic, quod ex quo hoc verbum ſonat in merum factum, & iuris exequutionem

tionem hoc ideo importat latam ſententiam, & ipſo iure, etiam quod loquatur per verbum Futuri temporis, ad text. in l. 2. ff. de bonis damnator. gloſ. in cap. de mulcta. in verbo contenderit. Iuncto textu in verbo Spolietur. extra de præbendis. & in l. Quoties. in verbo Spolietur. C. de dignitatib. lib. 12. Abb. poſt Hoſtien. & Io. Andr. in cap. ex tuæ. in ſexto notabili. extra de clericis non reſidentib. & in cap. ex parte. il ſecondo. in tertio notabili. eodem titulo. Anton. de Butrio in c. Quod in dubijs. per illum textum in verbo Spoliandi. extra de renunciationib. & in cap. Cum bonæ. in 5. notabil. pariter per illum text. in vltim. verbis, & ibi etiam Collectan. extra de ætate, & qualitate. Felyn. in cap. inſinuatum. poſt princ. extra de ſimonia. Rebuff. in repetit. cap. Poſtulaſtis. num. 250. extra de ætat. & qualitat. cum alijs per Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. num. 167. & ſeqq. Vbi relatis contrarijs iuribus, & Doctor. Auctoritatibus, illis reſpondendo, declarauit hanc concluſionem procedere niſi contrarium ſuadeatur ratione ſubiectæ materiæ. Vide Franc. Suarez in tract. de legib. lib. 5. cap. 6. num. 25. circa medium.

132 Et quid de verbo Amoueatis. vel Remoueatis An importat idem, quod verbum Spolietur, & ſic an ſignificet ipſo iure? an vero requirat ſententiã? Vide plura pro & contra adducentem Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. num. 171. & ſeq.

133 Et quid de verbo Deponatur, nunquid importet Canonem latæ, vel ferendæ ſententiæ, Vide pariter eundem Tiraquell. de reuoc. donat. in verbo Reuertatur. num. 173. Vbi poſt Hoſtien. & Io. Andr. quos allegat. in cap. final. in verbo Percuſſus. extra de baptiſ. & per text. in cap. 2. extra de confeſſ. videtur ſentire eſſe verbum Ferendæ ſententiæ, & non latæ. Vide Ioan. Salas in tract. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 3. ſub num. 41.

134 Et quid de verbo expellatur. Nunquid importet latam ſententiam, vel ferendam. Vide multa adducentem pro & contra, Tiraquell. de reuoc. donation. in verbo Reuertatur. num. 174. & 175. Vbi tamen reſidere videtur in opinione vltimo loco per eum relata, quod ſcilicet non ipſo iure, ſed ferendam ſententiam ſignificet, & idem affirmat de verbo Arceatur. & de verbo Excludatur. Vide Io. Salas in tract. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 6. ſub num. 78.

135 Idem de verbo Abijciatur. quod non latam ſententiam, ſed ferendam ſignificet, ſicut dictum eſt de verbo Expellatur, concludit verius eſſe Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. num. 178. licet plures ibi per eum relati cõtrarium affirmauerint.

136 LEX ſeu ſtatutum, nunquid importet canonem latæ ſententiæ, & ſic ipſo iure, quando vtitur verbo Reuertatur. & conſequenter an hoc verbum ſit directum? an vero obliquum, ita quod auctoritate propria fieri poſſit? an vero potius neceſſe ſit de manu alterius accipere? Doctores varij varia dixerunt. Alij enim affirmarunt eſſe verbum directum, & importare canonem latæ ſententiæ, & ſic ipſo iure. Alij negarunt, & alij dixerunt eſſe verbum commune, & ſic poſſe importare canonem latæ ſententiæ, & ipſo iure, ac etiam quandoque eſſe verbum obliquum, & requirere quod de alterius manu, & non propria auctoritate quis accipiat, vt videre eſt apud Tiraquell. de reuocand. donationib. in verbo Reuertatur. num. 5. & ſeq. Vbi poſt plures relatos Doctores concludit, quod ſi hoc verbum eſt prolatum per verbum futuri temporis, vt ſi dicatur Reuertatur. & tunc non intelligatur ipſo iure, ſecus ſi vtitur verbo præſentis vel præteriti temporis, vt ſi dicatur Reuertitur. vel Reuerſus ſit. niſi ſimus in neceſſaria fauorabili, vel quando conſtat per alia iura rem fieri ipſo iure. Tunc enim verbum Reuertatur, etiam in futuro tempore prolatum ſignificat canonem latæ ſententiæ; vt ibi per eum num. 9. Vide ad materiam. Roland. conſ. 62. lib. 2. in diſcurſu.

137 Quid ſi lex ſeu ſtatutum, loquatur per verbum Redeat: An hoc verbum ſit directum? an vero obliquum? Dic quod licet plura ſint iura, quibus ſuadetur verbum Redeat, importare canonem latæ ſententiæ, & eſſe verbum directum vt videre eſt in l. ſi duobus. ff. de teſtamento militari. & in l. ſcio ff. de donationibus cauſa mortis, & in l. lex Vectigali. ff. de pignoribus, & in cap. ex parte. extra de feudis. Et voluerunt Bal. in d. l. ſi duobus. Salicet. in dict. l. lex Vectigali. & Ang. in conſ. 371. multa conſidero col. final. magis tamen communiter receptum eſt hoc verbum eſſe commune directum, ſcilicet, & obliquum, ex allegatis per Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. num. 158. 159. & 160. & conſequenter addo ego importare, & non importare canonem latæ ſententiæ, vt dixi ſupra de verbo Reuertatur. nu. 136. ſecundum quod materia eſt fauorabilis, vel odioſa, vel ſecundum quod lex loquitur per verba futuri, præteriti, vel præſentis temporis, ac etiam ſecundum quod ex alijs iuribus ſuadetur.

138 Et quid ſi lex vel ſtatutum, loquatur per verbum Veniat. Deueniat. Adueniat. Proueniat. Perueniat. nunquid importet latam, vel ferendam ſententiam, & ſic an iſta verba ſint directa obliqua vel communia, præſertim in teſtamentis, & ſubſtitutionibus. Vide late per Tiraquell. de reuoc. donationibus in verbo Reuertatur. numer. 193. & ſeqq. Vbi pluribus hincinde pro & contra allegatis veriorem affirmat ſententiam; quod ſcilicet, huiuſmodi verba non ſint directa, ſed obliqua.

139 Et quid ſi lex, vel ſtatutum vtatur verbo: Capiat. Accipiat. Recipiat. vel Percipiat. ? An latam ſententiam ſignificet? An vero ferendam? & ſic an verba prædicta ſint directa, ita quod propria auctoritate, & non alterius manu quis capere poſſit? An vero obliqua, vel communia? & An & quæ ſit differentia inter verbum Capere. & verbum accipere Vide late per Tiraquell. de reuocand. donationibus. in verbo Reuertatur. num. 189. & ſeqq. Vbi numer. 192. ponit, quid de verbo Sumat.

140 Et quid de verbo Pertineat. nunquid ſit directum, vel obliquum. & an ſuaptè natura ſignificet ipſo iure? An vero ſecus? Vide Tiraquell. de reuoc. donationib. in verbo Reuertatur. nu. 199. & ſeqq. Vbi relatis, & reprobatis contrarijs teſtatur communem eſſe opinionem verbum Pertineat, Non eſſe ſimpliciter directum, ſed etiam obliquum, nec importare ipſo iure, ſed ſententiam ferendam.

141 Et quid de verbo Competat? An ſit directum commune, vel obliquum? Vide eundem Tiraquel. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. num. 202. & ſeq. Vbi conſiderat plura iura ſignificantia verbum prædictum eſſe directum, & alia plura ſignificantia non ſimpliciter directum, ſed quandoque obliquum, & ſic commune eſſe, & in hac vltima ſententia reſidere videtur.

142 Et quid de verbo Maneat, vel remaneat? An ſit directum, vel obliquum? Vide pariter allegatos pro & contra per Tiraquell. de reuocand. donationib. in verbo Reuertatur. num. 205. Vbi tamen reſidere videtur in hac diſtinctione, quod ſi hoc verbum Maneat, vel Remaneat, referatur ad poſſidentem, vt propriè infertur, & tunc ſit directum, ſi vero referatur ad non poſſidentem, & ſic impropriè, & tunc ſit obliquum.

143 Et quid de verbo Accreſcat. nunquid ſit directum, vel obliquum. & an importet idem, quod ipſo iure? Vide Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. num. 205. & 206. Vbi videtur concludere ſecundum magis communem opinionem Doctorum ibi per eum relatorum eſſe directum & importare latam ſententiam, & idem quod ipſo iure.

144 LEX, ſiue ſtatutum ſi vtatur verbo Teneat. ſiue Obtineat. Negatiuè tamen prolato, vt puta, ſi dicatur contractus ſic factus Non teneat. ſiue Non obtineat vires. Nunquid tunc contractus cenſeatur annullatus ipſo iure. An vero requiratur ſententia? Vide Tiraquell. diſputantem, pluraq; iura, pluraſq; Doctorum auctoritates hinc inde pro, & contra adducentem de reuocand. donationib. in verbo Reuertatur. num. 231. & ſeqq. Vbi tandem concludere videtur verba prædicta non importare ipſo iure, nec latam ſententiam, quando eſſent adiuncta cum vniuerſali negatiua, vt puta, ſi diceretur Nullas vires obtineat, nullo pacto teneat. Tunc enim intelligitur ipſo iure per text. quem allegat in l. ſi tutor. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria, & in l. Non dubium. C. de tutoribus, vel curator. qui non ſatiſd. cum alijs ibi per eum allegatis, aliter ſecus, quod, & idem voluit Virgil. Boccac. in conſtitut. Piceni. gloſ. 6. num. 134.

145 LEX ſeu ſtatutum, pœnam imponere cenſetur ipſo iure, & abſque alia ſententia, quando illam imponit vtendo verbo Incurro. vt ſi dicatur Incurrat. ſiue Incurret in talem pœnam. & ſic etiam quod vtatur verbo Futuri temporis. Plura enim ſunt iura, quæ ſic pœnam ipſo iure imponi apertè demonſtrant, etiam quod non adijciatur verbo Incurro. Aliud verbum Canonem latæ ſententiæ importans, vt in cap. 1. de Religioſ. domibus in ſexto, & in cap. 1. de Iniurijs. eodem lib. 6. & in Clementin. 1. de Vſuris. & expreſſe voluit Gloſ. in cap. vltimo. in verbo incurrat. de offic. delegat. in ſexto, & in cap. Eos. de ſententia excommunicationis, & in Clementin. 1. in verbo Vtuntur. de Vſuris. Alios plures refert concordantes Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 145. & ſeq. Vbi teſtatur hanc opinionem magis communiter à Doctoribus receptam eſſe proponit contraria, & illis reſpondet Ioan. Salas in tractat. de legibus. quæſt. 98. tractat. 14. diſputat. 15. quæſt. 16. ſub nume. 78.

146 LEX ſeu ſtatutum, pœnam imponens per verbum Subiaceo, ſiue præterito tempore, ſiue etiam futuro vtens illam ipſo iure, & abſque alia ſententia imponere videtur text. eſt in cap. 1. de his, quæ vi metusvè cauſa in ſexto, & in cap. 2. in princip. pariter in ſexto, & in cap. licet. verſic. Si quis autem. & verſic. Præterea extra de electione. & in cap. Sicut ait extra de hæreticis. & in cap. Non minus, & in cap. Aduerſus extra de immunitate Eccleſiæ. & in cap. 1. extra de ſchiſmat. Quæ iura pœnam imponunt per verbum Subiacet. ſine alia declaratione latæ ſententiæ, & tamen certum eſt pœnas à dictis iuribus impoſitas ipſo iure impoſitas intelligi, vt ibidem declarant Doctores omnes. & voluit gloſ. in cap. Si quis ſuadente in verbo Subiaceat. 17. quæſtione 4. & in capit. Clericis in fine extra ne Clerici, vel Monaci, & in cap. Non minus in gloſ. vltim. extra de immunitate Eccleſiæ. & in cap. Excommunicationi. in verbo Subiacere. & ibi omnes Canoniſtæ extra de raptoribus. & in cap. Indemnitatibus. §. Poſtremò. in verbo Subiacere. de electione in ſexto. Tiraquell. qui alios plures refert concordantes. de reuocand. donationibus. in verbo Reuertatur. numer. 148. & ſeq. Vbi relatis per eum contrarijs iuribus reſpondendo dixit hanc concluſionem procedere, niſi contrarium ſuadeatur ratione

ſubie-

ſubiectæ materiæ. & numer. 150. in fine pariter eandem concluſionem non habere locum, ſi lex vel ſtatutum vtatur verbo Subdatur. Quod quidem verbum licet non videatur longe diſtare a ſignificatione verbi Subiaceat, Non tamen illud importare Canonem latæ ſententiæ. ſcripſerunt Hoſtien. & Ioan. Andr. in locis ibi per eum relatis: Adde quod verbum Subiaceat Ioan. Salas in tractat. de legibus. quæſtio 96. tractat. 14. diſputat. 15. ſection. 6. ſub numer. 78. Franciſcum Suarez in eodem tractat. de legibus. lib. 5. cap. 6. ſub num. 25.

147 LEX ſeu ſtatutum, pœnam imponens ſignificat latam ſententiam, & ipſo iure, quando vtitur verbo Sit. vtputa, ſi dicat Infamis ſit. Anathema ſit. ſecundum Gloſ. in l. Amiſsione. §. Qui deficiunt. in verbo Relegati. in fine. ff. de capitis diminutione, & cap. Si quis ex Clericis. & ibi Innocent. & Imol. extra de vita & honeſtate Clericorum. & in capit. licet Canon. in verbo Priuatus. de electión. in ſexto. & in capit. 2. in verbo Innodetur. in fine. de hæreticis. eodem lib. 6. Bald. in l. ſi qua mulier. per illum text. in verbo Sit infamis. C. ad Tertull. Dec. in l. 1. in 5. notabil. C. de ſecundis nuptijs. Cardin. Zabarell. in Clement. 1. in princip. in tertia quæſtione. de exceſſibus Prælatorum. Abb. in capit. Clericis. ad finem. extra ne Clerici, vel Monaci. & in cap. 2. ante finem. extra de foro competenti, cum alijs pluribus relatis per Tiraquell. de reuocan. donationibus. in verbo Reuertatur. numer. 180. & ſeqq. Vbi præſertim hanc concluſionem procedere affirmat, quando hoc verbum Sit, iungitur participio præteriti temporis, vt ſi dicatur Sit excommunicatus. Sit priuatus. aut quid ſimile, & reſpondendo contrarijs ibi per eum relatis, declarat hanc eandem concluſionem non procedere, quando aliud ſuaderetur ex ſubiecta materia, aut ex alijs iuribus. Tu verò vide omnino bene declarantem Franciſc. Suarez in tractat. de legibus. lib. 5. cap. 6. numer. 28. & Ioan. Salas in eodem tractat. de legibus quæſtione 96. tractat. 14. diſputation. 15. ſection. 6. numero 78. in fine.

148 LEX ſeu ſtatutum, ſi loquatur per verbum Fiat. quod eſt futuri temporis, licet quod de ſui natura non requirat factum iudicis, ſed ſit latæ ſententiæ voluerint Bald. & Salicet. in l. 2. in 3. quæſtio. C. de iur. emphyteotic. & in l. vltim. in fine. C. comm. ſeru. manu. & in cap. Quiſquis paulò ante finem. extra de electione. quos, & alios refert, ſed non ſequitur Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 208. & 209. Verior tamen videtur ſententia, quòd imò hoc verbum Fiat, non denotet rem ipſo iure fieri, per text. in l. cum hic ſtatus. in princip. ff. de donation. inter virum & vxorem. in l. Dotis fructus. §. final. & l. ſeq. ff. de iure dotium. & in §. ſcire autem. in Authen. de non alienan. & in capit. Monaſteria. de vita, & honeſtate Clericorum. & in capit. Clerici. in fine. de exceſſibus Prælatorum. Quibus iuribus huic verbo Fiat, adijciuntur verba importantia ipſo iure, & latam ſententiam, quæ fruſtra adiecta fuiſſent ſi verbum Fiat, de ſe ipſo importarent ipſo iure, quod & idem voluit Gloſ. in cap. Quiſquis. de electíon. & in capit. Si quis. de vita & honeſtate Clericorum. cum alijs per Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 210. & ſeq. Vbi & ipſe huic opinióni adhæret. Vide Franciſcum Suarez in tractat. de legibus. lib. 5. cap. 6. ſub numer. 25. & quæ dixi generaliter ſupra num. 84.

149 LEX ſeu ſtatutum, ſi loquatur per verbum Habeatur. vt ſi dicat habeatur pro Confeſſo, pro Conuicto, pro Priuato, Nunquid importet latam ſententiam, vel ferendam. Vide multa ſcribentem more ſuo pro & contra Tiraquell. de reuocand. donation. in verbo Reuertatur. numer. 216. & ſeqq. & numer. 219. Vbi quid ſi huiuſmodi verbum in actiua ſignificatione proferatur, vt ſi dicatur Habeat, Nunquid ſit directum obliquum, vel commune. & numer. 220. & ſeqq. Vbi quid ſi hoc verbum Habeatur, iungatur cum verbo Sit. vtputa, quia dicatur Habeatur, & ſit pro confeſſo, & numer. 223. Vbi quid ſi dicatur Locum non habeat. numer. 228. Vbi quid ſi dicatur Nullam habeat actionem, vel iuriſdictionem. Vide ad hæc Flamin. cartar. de exequution. ſententiæ capto bannito. capit. 1. numer. 183. & ſeq.

150 LEX ſiue ſtatutum, ſi loquatur per verbum Liberetur. Liberabitur. ſiue etiam Liberari. etſi ſint verba futuri temporis, intelligitur tamen ipſo iure, & non per ſententiam, ad text. in l. cum quis. §. 1. ff. de ſolution. dum ibi dicitur Debitorem non liberari, ſed exceptione eum aduerſus maritum Tuendum eſſe ſimilis textus in l. ſi acceptilatum. in princip. ff. de accept. Bartol. & Angel. in l. etſi poſt tres. ff. ſi quis cautionibus. & in l. penult. C. de fideiuſſoribus quos ſic dicentes refert, & ſequitur Tiraquell. de reuoc. donation. in verbo Reuertatur. numer. 240. & ſeq. Vbi licet in contrarium ponderet plura iura, quibus huic verbo Liberabitur, adijciuntur verba Ipſo iure, & alia ſimilia ſignificantia ſententiam latam, quaſi quod inde ſequatur per ſe ipſum hoc verbum Liberabitur non importare latam ſententiam. In hac tamen reſidet concluſione, reſpondetq; iuribus prædictis ibi per eum allegatis.

151 LEX ſeu ſtatutum, aliquid prohibens cum dictione Vlterius. verbi gratia, ſi dixerit. Ne quis vlterius id faciat, cenſetur prohibuiſſe id, quod contra factum erit Ipſo iure, ſecundum Bald. Corſett. & alios relatos per Tiraquell.

de

de reuocandis donationibus. in verbo Reuertatur. numer. 129.

152 LEX ſeu ſtatutum, importat ipſo iure, & canonem latæ ſententiæ, quando vtitur dictione Liberè. ex allegatis per Tiraquell. de reuocand. donationibus in verbo Reuertatur. numer. 134. & numer. 135. Vbi etiam quod talis dictio non requirit alterius conſenſum, auctoritatem, vel factum, & num. 136. Vbi quod in teſtamentis importat directam ſubſtitutionem, & numer. 137. refert contrarium tenentem Signorol. Amodæum in conſil. 131. factum ſic ſe habet col. final. & declarat.

153 LEX ſeu ſtatutum, importat canonem latæ ſententiæ, quando aliquid mandat fieri auctoritate eiuſdem legis, vel ſtatuti, vt puta, ſi in ea dicatur Auctoritate noſtra, ſiue Huius noſtræ legis auctoritate. vel dicatur Talem pœnam auctoritate noſtra ſubibit. Tunc enim quod eadem pœna ſit ipſo iure impoſita, poſt alios, quos allegat voluit Tiraquell. de reuoc. donat. in verbo Reuertatur. numer. 133.

154 LEX ſeu ſtatutum, & quælibet etiam omnis diſpoſitio importabit latam ſententiam, & ipſo iure, quando vtitur verbis Pleno iure. Neque enim plenum ius dici poteſt, quod alterius operam, miniſterium, ſententiam, & iudicium deſiderat. l. Reſtituta. ff. ad Trebellia. quam ad id ponderat Angel. in conſil. 225. ſubſtitutiones dictorum column. final. cum alijs per Tiraquell. de reuoc. donation. in verbo Reuertatur. numero 138. Vbi propterea dixit, quod quando hæc verba Pleno iure, apponuntur in ſubſtitutione, denotant ſubſtitutionem eſſe directam, & alterius manum non requirere, & quid ſi in lege, ſeu ſtatuto apponantur verba Pleniſsimam firmitatem. pleniſſimum robur. Pleniſsimam liberationem. & ſimilia. Vide ibidem per Tiraquell. num. 139. & quid ſi reperiantur verba De iure. Vide ibidem numer. 140.

ARGVMENTVM.

DECLARATORIA ſententia, an & quando requiratur, vbi lex, ſeu ſtatutum actum annullat, ſeu pœnam imponit ipſo iure?

SVMMARIVM.

Declaratoria ſententia, quando requiratur in pœnis ipſo iure impoſitis, ſeu in actu ipſo iure annullato generaliter. num. 155.

Forma libelli, quando quis petit pronunciari actum eſſe nullum per ſententiam declaratoriam. num. 156.

Declaratoria ſententia regulariter requiritur, quando lex, ſeu ſtatutum actum annullat, ſeu pœnam imponit ipſo iure. num. 157.

Pœna etiam quod incurratur ipſo iure, non tamen incurritur abſque declaratoria ſententia. numero 158.

Declaratoria ſententia requiritur in pœna excommunicationis ipſo iure impoſita. num. 159.

Declaratoria ſententia requiritur, quando lex, ſeu ſtatutum ipſo iure inducit nullitatem actus inferentem in pœnam, ſecus ſi nullitas in pœnam non infert, & quando nullitas dicatur inferre in pœnam. num. 160. & ſeq.

Actus annullatio, quando ſit pœna. num. 161.

Declaratoria ſententia nunquid requiratur in notorijs. num. 162.

Declaratoria ſententia non requiritur in exequutione facienda a Principe. num. 163.

Declaratoria ſententia non requiritur, quando lex, ſeu ſtatutum vlterius proceſſit apponendo aliqua verba non requirentia aliam declarationem. num. 164.

Declaratoria ſententia requiritur, quando agitur de incheando nouo proceſſu, ſecus ſi agatur de incheato proceſſu perficiendo. num. 165.

Declaratoria ſententia requiritur in pœna ipſo iure impoſita ad hoc vt is, qui pœnam incurrit non faciat fructus ſuos. num. 166.

Declaratoria ſententia requirit citationem partis. num. 167.

Appellatio datur à ſententia declaratoria. num. 168.

155 LEX ſeu ſtatutum, quando annullat actum ſeu pœnam imponit ipſo iure, & ſic importat latam ſententiam; nunquid ſaltim adhuc requiratur ſententia declaratoria, vltra infraſcripta Vide Felyn. in cap. Cum non ab homine. de iudicijs. in cap. 1. de conſtitut. numer. 45. in cap. Præterea. de ſponſalibus. num. 2. Marſil. in pract. §. Aggredior. num. 106. & ſeqq. Vbi arguit pro & contra, & facit plures illationes, & in rubric. ff. ad l. Cornel. de falſis. colum. 3. & ſeqq. Diaz regul. 543. Gabriell. lib. 7. concluſ. 12. per tot. Cardin. Tuſc. practicarum concluſ. in verbo Declaratio. numer. 98. pariter per totum. Franciſc. Suarez in tractat. de legibus. lib. 5. cap. 28. numer. 7. & ſeqq. Vbi latè quando requiratur declaratoria in actu ipſo iure nullo, quia factus contra prohibitionem legis.

156 Et de forma libelli, quando quis petit pronunciari, ſeu declarari teſtamentum, ſententiam, contractum, ſeu alium actum nullum, quando idem actus à lege reputatus eſt ipſo iure nullus Vide Vantium in tractat. de nullitat. rubr. Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponatur. numer. 56. & ſeqq. & numer. 86. & ſeqq. Vbi de forma libelli, in quo petitur annullari actum à iure

à iure non reputatus ipſo iure nullus. & numer. 202. & ſeqq. Vbi de forma libelli, quando petitur pronunciari actus, qui an ſit ipſo iure nullus, nec ne dubium foret?

157 LEX ſeu ſtatutum, quamuis actum annullet, ſeu pœnam imponat ipſo iure adhuc tamen declaratoria requiritur. Papien. in forma libelli in cauſ. ſpol. poſſeſſ. numer. 1. verſic. Dum tamen prius ſuper facto. Vbi bene hanc regulam exemplificat, quando lex communis vel ſingularis diſpoſuerit, quod qui commiſerit tale crimen ipſo iure, vel ipſo facto ſit infamis, vel eius bona ſint publicata. Adhuc enim neceſſe eſt, quod prius pronuncietur crimen eſſe commiſſum, quo declarato, fiat exequutio primo per legem, & poſtea per iudicem, vt ibi per eum Diaz regul. 543. in princip. Roman. conſil. 211. allegationes. numer. 4. verſic. Secundo mouetur. & ibi Mandoſ. in additionibus in verbo ſingulari, alios refero concordantes. Calderin. conſil. 95. de tregua, & pace. numer. 3. verſic. & etiam iuſtum. Bald. conſil. 301. numer. 3. liber 1. Ancharan. conſilio 189. numer. 3. idem Bald. conſil. 426. numer. 3. verſic. Tertio præmitto. liber 1. Idem Ancharan. conſil. 190. numer. 4. & 5. Capic. deciſ. 121. numer. 24. Marſil. in pract. §. Aggredior. numer. 105. & ſeqq. pluribus, Vbi, & pluribus ſimilibus hanc confirmat ſententiam, relatiſq; contrarijs ab ea in iudicando & concludendo recedendum non eſſe affirmat, & idem repetijt in rubr. ff. ad l. Corneliam de falſis. num. 24. & ſeqq. pluribus. Ioan. Baptiſta Ferrettus. conſil. 84. Incip. iudex. Vbi loquitur in eo qui ipſo iure eſt excommunicatus, vel priuatus. Aym. conſil. 212. numer. 2. Tiraquell. de reuocand. donationibus in verbo. Reuertatur. numer. 20. poſt med. verſic. Adde tamen Menoch. de recuper. poſſeſſione remed. 5. numer. 68. & de arbitrar. quæſtio. lib. 2. caſu 220. num. 7. Vbi de magis communi Doctorum opinione Franciſc. Marc. deciſio. 668. numer. 1. & 2. par. 1. Oſaſc. conſil. 64. numer. 12. Vbi de communi. Nicol. Moron. de fide, treg. & pace. numer. 31. & ſeqq. Vbi plura ad materiam huius regulæ Flamin. Chartar. in tracta. de exequutione capto bannito. cap. 1. num. 187. Gabriell. qui alios plures refert concordantes. lib. 7. de criminalibus. concluſ. 12. numer. 1. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Declaratio. concluſ. 98. numer. 12. Vbi loquitur, quando agitur de fiſci burſali commodo, & numer. 17. & numer. 22. Vbi generaliter loquitur in omnibus criminibus Eccleſiaſticis, & numer. 25. 29. 30. & 37. & in verbo Pœna. concluſ. 238. numer. 9. 15. 17. & 19. & in verbo Priuatio. concluſ. 719. numer. 2. Franciſc. Suarez de legibus. lib. 5. cap. 8. num. 3. & ſeqq. Vſque ad num. 9. Vbi iuribus hanc probant ſententiam & exactiſſime materiam declarat Salas in eodem tracta. de legibus. quæſtio. 96. tract. 14. diſputat. 15. Section. 2. numer. 33. ad finem. verſic. Quare leges ille.

Hæc regula habet ſuas ampliationes, & limitationes, de quibus infra.

158 LEX ſeu ſtatutum, etiam quod pœnam imponat ipſo iure, vel ipſo facto, adhuc illa non incurritur abſque iuris declaratoria. ſecundum magis communem Doctorum ſententiam, quos refert Gabriell. lib. 7. concluſ. 12. numer. 14. licet Bartol. Bald. Iaſ. & Felyn. in locis ibi per eum relatis. numer. 12. & 13. contrarium affirmauerint.

Et hæc ſit prima ampliatio.

159 LEX ſeu conſtitutio, licet pœnam excommunicationis ipſo iure imponat, Adhuc tamen eſt neceſſaria iudicis declaratio vt euitetur excommunicatus. Ancharan. conſil. 189. num. 3. & 4. Federic. de Senis conſil. 5. in fine. verſic. Hinc eſt Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Declaratio. concluſ. 98. numer. 33. & numer. 50. Ioann. Salas in tract. de legibus. quæſtio. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 3. numer. 41. verſic. Quinto in cenſuris, quem Vide.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

160 LEX ſeu ſtatutum, quando actus nullitatem inducit ipſo iure, eamq; infert in pœnam, & tunc illa non inducitur ſine declaratoria iudicis, ſecus ſi eam in pœnam non infert, vt per Franciſc. Suarez in tracta. de legibus. lib. 5. cap. 26. per tot. & cap. 32. numer. 4. & 5. Vbi pariter diſtinguit inter irritationem, ſeu annullationem pœnalem & non pœnalem, vt primo caſu quando irritatio eſt pœnalis iudicis declaratio requiratur, ſecus quando irritatio non eſt pœnalis. Quod idem eſt dicere, vt quando annullatio actus ſit pœnã, tunc declaratoria iudicis requiratur, ſecus vbi annullatio non eſt pœna. Ioann. Salas in eodem tract. de legibus. quæſtio. 96. tracta. 14. diſputat. 16. ſection. 2. Vbi declarat, quando lex irritatoria dicatur eſſe pœnalis, & quando non, dicitq;. eam legem irritatoriam non eſſe pœnalem, quando actum irritat non in pœnam, ſed in commune bonum, prout eſt in alienatione rerum Eccleſiaſticarum facta contra iuris diſpoſitionem, Idem de irritatione matrimonij clandeſtini, vel contracti intra gradus prohibitos, idem in l. quæ actum infirmat ob non ſeruatam formam, pœnalem autem irritationem eam dicit, & exemplificat, de qua in l. Senatus. ff. de contrahenda emptione in l. Turpia. ff. de legatis 1. in l. final. C. de fide inſtrumen. in cap. ſuper litteris. de reſcript. & in alijs iuribus ibi per eum allegatis. Quare quando annullatio actus etiam ipſo iure ſonat in pœna iudicis declaratio requiritur, vt irritationi locus ſit, ſecus quando non ſonat in pœnam ex allegatis.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ.

161 Quando autem nullitas ipſo iure inducta fera-

tur in pœnam, & quando non, & ſic quando actus annullatio ſit pœna, Vide allegatos per Barbat. in addition. ad Bartol. in l. Non dubium in princip. littera A. C. de legibus. Vbi concludit, quod ſi nullitas non eſt inducta odio agentis, & tunc non eſt nec pœna, nec odium, & ſi venit poſt ius quæſitum eſt pœna, ſecus ſi ante. Felyn. in cap. 2. extra de teſtib. Bald. in l. Non dubium. num. 5. C. de legibus. Vbi dicit, quod ſi annullatio actus fit ratione prohibitionis, dicitur pœna, ſed ſi actus eſt nullus ratione omiſſionis modi vel formæ, & tunc nullitas non dicitur pœna, & ibi etiam Paul. de Caſtro num. 6. Vbi refert dicta per Baldum vbi ſupra. Fulgoſ. num. 2. & 3. notabil. Vbi pariter refert, & ſequitur Baldum in loco præallegato; & Iaſ. num. 7. Vbi pariter refert, & ſequitur diſtinctionem Bald. & Fulgoſ. in locis præallegatis.

162 LEX ſeu ſtatutum, ipſo iure annullans actum & pœnam imponens, licet declaratoriam requirat, vt illius exequutioni locus ſit, Hoc tamen non procedit in notorijs. Diaz cum allegatis per eum reg. 543. in prima limitatione. Capic. deciſ. 121. num. 25. Vbi tamen loquitur in notorijs maximè grauibus, & quando notorium eſt facti permanentis, faciunt ſcripta per Marſil. qui tamen hanc ſententiam non ſequitur. in pract. §. Aggredior. num. 124. & ſeqq. Nicol. Moron. de fide, tregua, & pace, quæſt. 32. num. 5. Vbi tamen loquitur in notorio facti permanentis.

Contrariũ, quod etiam in notorijs requiritur ſententia declaratoria, & quod alias non poſſit deueniri ad exequutionem, relatis & reprobatis contrarijs defendit Marſil. in pract. §. Aggredior. num. 130. in fine verſ. Aduerte tamen, & ſeqq. & in rubr. ff. ad l. Cornel. de falſis. num. 39. & ſeqq.

Pro reſolutione Vide quæ dixi ſupra in materia notorij. q. 21. Gabriell. lib. 7. concluſ. 12. num. 2. & ſeqq. & Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Declaratio. concluſ. 98. num. 16. 47. & 59.

163 LEX ſeu ſtatutum, vbi pœnam imponit ipſo iure rebellis, illius exequutio à Principe fieri poteſt ſine proceſſu, & alia ſententia declaratoria. Is enim manu Regia poteſt ſuo ſubdito ob rebellionem commiſſam auferre caſtra, & bona. Soccin. conſ. 4. num. 23. verſ. ex alio etiam. lib. 3. Pariſ. conſ. 1. num. 39. verſ. & ſuaderi poſſunt. lib. 1. dixi latius in materia criminis læſæ Maieſtatis. Vbi vide.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

164 LEX ſeu ſtatutum imponens pœnam ipſo iure non requirit declaratoriam, quando vlterius proceſsit per aliqua verba ſignificantia eandem declaratoriam non requiri. Bero. conſ. 191. nu. 7. & ſeq. lib. 3. Vbi quãdo lex vel ſtatutum priuans aliquem ipro iure procederet vlterius dicendo Abſque alia condemnatione. quia debet intelligi Abſque alia declaratione. vt ibi per eũ, quem refert, & ſequitur Card. Tuſ. pract. concl. in verbo Declaratio. concl. 98. nu. 57. & 58. Vbi idem quando ſtatutum vltra priuationem ipſo ius fiſco tribueret. Gabriell. lib. 7. concl. 12. num. 15. Vbi pariter quòd declaratoria non requiritur, quando lex ſeu ſtatutum, tolleret proceſſum, vtputa, quia diceret Abſque alio proceſſu. ex Iaſon. per eum alleg. in conſ. 21. col. 3. verſic. Tertio reſpondetur. lib. 3. Verum hæc concluſio, an & quando vera ſit Vide Franc. Suarez in tracta. de legibus. lib. 5. c. 7. n. 7. Vbi quid ſi fuerit dictum Ex nunc prout ex tunc te condemnamus. & nu. 9. Vbi quid ſi expreſsè fuerit dictum ſtatim, & abſq; alia declaratoria, ſeu ſententia. & c. 8. nu. 9. & omnibus ſeqq. Vbi latiſſimè ponit omnes caſus huius cõcluſionis, in quibus lex ſeu ſtatutum vlterius procedẽdo voluiſſe videtur declaratoriã non requiri, eosq; ſingulariter diſputat Ioan. Salas in eodem tract. de legibus. queſt. 96. tractat. 14. diſputat. 15. ſection. 2. poſt num. 31. verſ. Pij Quinti. ad medium. verſ. Vbi dixit in pœna ipſo facto impoſita declarationem requiri, etiam quod dicat, Abſque alia declaratione. & num. 33. verſ. Non ergo paſsim. Vbi idem dicit. & ſection. 3. num. 42. verſ. fundatur in illo principio. Vbi quid ſi lex ſeu ſtatutum dicat, quòd pœna incurratur ante ſententiam, & alia ad hanc materiam, de qua per eundem ibidem. num. 45. in fine, & num. 46. & num. 49. & ſeq. Quibus in locis clarè concludere videtur declaratoriam requiri, etiam quòd lex ſeu ſtatutum, pœnam ipſo iure imponat, & incurri mandet abſque alia declaratione, quod & idem voluit Thom. Sanchez in præceptis decalogi. lib. 1. cap. 22. num. 19. & 20. Vbi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus hanc dixit probabiliorem ſententiam, eamq; & rationibus, & grauiſsimorum Doctorum auctoritatibus fulcitam reliquit. Quicquid ſecus, & malè conſuluerit Eugen. in ſuo conſ. 22. nu. 72. & ſeqq.

165 LEX ſeu ſtatutum, quando pœnam imponit ipſo iure, adhuc declaratoriam requirit, vt illa incurratur, quando agitur de inchoando nouo proceſſu, ſecus ſi de inchoato proceſſu perficiẽdo agatur, quia tunc declaratoria non eſt neceſſaria. ſecundum Io. Andr. Dominicum. Felyn. Franc. Lapum, & Præpoſit. in locis relatis per Gabriell. lib. 7. concl. 12. num. 9.

Et hæc ſit quarta limitatio.

166 LEX ſeu ſtatutum, quando mandat aliquid committi ipſo iure; tunc is, qui pœnam incurrit ipſo iure non facit fructus ſuos ante declarationem, ſed ſunt ipſius fiſci, & ſic reſpectu fructuum declaratoria non requiritur, ex allegatis per Gabriell. lib. 7. concl. 12. num. 10. qui loquuntur, & intelligendi ſunt, vt declaratoria non requiratur quo ad dominium ipſorum fructuum, quod quidem dominiũ ad fiſcum ſpectat abſque alia declaratoria, ſed non quo ad exequutionem, & poſſeſsionem, quia tunc abſque dubio requiritur ſententia generalis, & declaratoria ſuper facto.

Et hæc ſit quinta, & vltima limitatio.

167 LEX ſeu ſtatutum, quando annullat actum ſeu etiam pœnam imponit ipſo iure niſi iudicis declaratoria interueniat exequi non poteſt, in tantum vt in huiuſmodi declaratoria partis citatio requiratur Diaz cum allegatis per eum reg. 675. Vbi poſt Felyn. quem allegat remiſſiue huius concluſionis limitationes affert Tiraquell. res inter alios acta. limit. 4. Vbi refert, & reprobat contrarium tenentes. Clar. in pract. §. final. quæſt. 31. num. 3. verſ. Item adde. Vbi loquitur in declaratione cenſurarum, & interdicti, probatq; citationem * requiri, teſtaturq; hanc eſſe communem opinionem ex gloſ. Soccin. Ripa. & Dec. in locis per eum relatis. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Declaratio. concluſ. 96. num. 3. Vbi pariter loquitur in declaratione excommunicationis, & teſta* tur de communi ex Io. Baptiſta Feretto, quem allegat in conſ. 84. incip. Iudex idem Card. Tuſc. in verbo Declaratio. concl. 98. num. 62. Vbi de communi. & num. 7. & 8. Vbi tamen contrariam * opinionem magis communem teſtatur ex Mandoſ. quem allegat in addition. ad Roman. in conſ. 499.

Et hæc ſit prima ampliatio ad præcedentes omnes limitationes.

168 LEX ſeu ſtatutum, quando pœnam imponit ipſo iure, non ſolum illa non incurritur, niſi præcedente declaratoria iudicis, ſed etiam ab eadem declaratoria datur appellatio ſecundum Abb. in cap. Peruenit. num. 6. il primo. de appellat. Felyn. in cap. 2. de ſponſalibus. num. 4. & in cap. Rodulphus. num. 43. de reſcrip. Vbi declarat niſi factum eſſet notorium vel periculum in mora. Dec. in cap. Reprehenſibilis num. 20. & ſeqq. de appellat. Roman. conſ. 482. in caſu præmiſſo, & ibi Mandoſ. in addition. in verbo Pœna. alios refert concordantes. Quos ſic dicentes pariter refert, & ſequitur Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo declaratio. num. 63.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio ad eaſdem præcedentes limitationes.

ARGVMENTVM.

ACTVS contra legis ſeu ſtatuti prohibitionem factus, an & quando ſit nullus ſi expreſsè ab eadem lege ſeu ſtatuto non annulletur.

SVMMARIVM.

Lex ſeu ſtatutum, quando prohibet aliquid fieri actus contra legis prohibitionem factus an, & quando ſit nullus generaliter de materia. numer. 169.

Lex ſiue ſtatutum aliquid fieri prohibens generaliter reddit actum contra factum nullum, etiam quòd eadem lex ſeu ſtatutum, poſt prohibitionem actum expreſsè non annullet. num. 170.

Actus factus in fraudem legis ſeu ſtatuti eſt ipſo iure nullus. num. 171.

Actus factus contra prohibitionem legis eſt nullus, etiam quod ille actus non fuerit factus in fraudem legis. num. 172.

Legi fraudem facere, contra legem facere, & in legem committere, quando quis dicatur. numer. 173.

Legi fraudem facere quot modis quis dicatur? numer. 174.

Actus contra legis prohibitionem factus, non ſolum eſt nullus, ſed etiam habetur pro infecto, & eſt ipſo iure nullus. num. 175.

Actus contra prohibitionem legis factus non ſolum eſt nullus, ſed etiam nullum eſt, quod inde ſubſequitur. num. 176.

Iuramentum praſtitum ſuper actu nullo contra prohibitionem legis facto, nihil operatur. num. 177. & 178. Vbi de materia.

Fideinſsio praſtita ſuper contractu nullo, & contra prohibitionem legis inito nulla, & inualida eſt. num. 179.

Lex ſeu ſtatutum, ſi aliquid fieri prohibeat, & vlterius proceſsit, annullando actum, tunc indubitatum eſt illum actum eſſe nullum. num. 180.

Naturalis obligatio nunquid oriatur ex actu nullo contra legis ſeu ſtatuti prohibitionem facto. num. 181.

Renunciari non poteſt formæ data in aliquo actu à lege, vel ſtatuto, & de materia. num. 182. & ſeqq.

Nullum, quod eſt, nunquid conſenſu partium validari ſeu ratificari poſsit. num. 182. & ſeqq.

Confirmatio non trahitur ad id, quod nullum eſt. nume. 185.

Actus nullus contra legis prohibitionem factus, nũquid tractu temporis confirmari poſsit. num. 187.

Actus nulliter geſtus contra legis prohibitionem nunquid valeat de iure Canonico, & in foro conſcientia. num. 188. & 189.

Lex ſiue ſtatutum, aliquid prohibens, cenſetur annullare actum contra prohibitionem factum, etiam quod illum prohibeat reſpectu certarum perſonarum. num. 190.

Actus contra legis, ſeu ſtatuti prohibitionem factus, tunc demum eſt nullus, quando prohibitio facta eſt perpetua, ſecus ſi facta fuerit ex cauſa non perpetua. num. 191. Contra num. 192. Diſtingue vt num. 193.

Lex ſeu ſtatutum prohibẽdo actum, non cenſetur illum annullare, quando vlterius procedit, per quod appareat actum annullare noluiſſe. num. 194.

L:x ſiue ſtatutum aliquid prohibens non cenſetur annullare actum, quando poſt prohibitionem pœnam impouit. num. 195.

Lex ſeu ſtatutum, tunc demum probibendo cenſetur

annullare actum, quando prohibitiuè diſponit, & ſic quando actui reſiſtit, ſecus ſi non prohibitiuè loquatur, ſed actui tantùm non reſiſtat. num. 196.

Lex ſeu ſtatutum, quando dicatur probibitionem. num. 197.

Lex ſiue ſtatutum, quando dicatur reſiſtere actui, & quando non adſiſtere. num. 198.

Lex ſeu ſtatutum, cenſetur annullare actum contra probibitionem factum, quando probibet ſubſtantiam actus, ſecus ſi actus qualitatem. numero 199.

Lex ſiue ſtatutum probibens actum de iure prætorio non cenſetur actum contra factum annullare. num. 200.

Actus factus contra probibitionem legis ex cauſa boneſtatis non eſt. num. 201.

Actus factus contra probibitionem legis ſeu ſtatuti, nullus eſt in præiudicium agentis; non autem in præiudicium tertij. num. 202.

169 LEX ſeu ſtatutum, quando prohibet aliquid fieri, nunquid actum contra legis prohibitionem factus ſit nullus, & an nullus ipſo iure? Vide omnino vltra infraſcripta tex. & ibi gloſ. & Doctores omnes in l. Non dubium. C. de legibus. Vbi colligunt plura notabilia, & in vnoquoque notabili faciunt plures oppoſitiones, & eas ſoluendo, exactiſſime declarant materiam. Si enim ibi per Doctores omnia ſcripta referre voluiſſem, longo opus fuiſſet tractatu, & quidē apud me eſt materia difficilis, & broccardica. Ad quam Vide etiam omnino Franc. Suarez in tract. de legibus. lib. 5. c. 25. & ſeqq. & præſertim n. 21. & ſeqq. Ioan. Salas in eodem tract. de legibus quæſt. 96. tract. 14. diſput. 15. ſection. 8. per tot.

170 LEX ſeu ſtatutum aliquid fieri prohibens reddit actum contra factum nullum, etiam quod eadem lex ſiue ſtatutum poſt prohibitionem actum expreſsè non annullet tex. eſt in l. Non dubium. in princ. C. de legibus. dum ibi dicitur Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſequutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. & iterum infra in §. ſequenti in illis verbis. Vt ea, quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta non ſolum inutilia, ſed pro infectis etiam habeantur, licet legiſlator fieri prohibuerit tantum, nec ſpecialiter dixerit inutile eſſe debere, quod factum eſt. & ibi gloſ. in figuratione caſus. verſ. inſtatur tertio. & in verbo Non dubium. Iacob. Butrig. col. 2. verſ. Dicit Imperator. Addentes ad Butrig. col. penult. verſ. Notabis tamen. Bellapert. col. 1. verſ. quæſitum eſt. Bart. n. 2. verſ. Tu iuuenis nota. & in verſ. Secundo nota, & num. 13. Bald. ante n. 1. verſ. Quidam ſeruauit verba, & in verſ. Inſtatur tertio, & n. 2. verſ. 4. nota Alberic. poſt n. 3. Odoffr. n. 2. & n. 9. verſ. Or ſequitur Paul. de Caſtro n. 2. verſ. In ſecunda regula. Salicet. n. 1. Fulgoſ. in ſummario, & n. 4. in 5. notab. & Iaſ. n. 17. in 8. notab. Bar. in l. 1. n. 3. verſ. Nam eo ipſo. ff. de his, qui notant. infam. Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 4. n. 7. Virgil. Boccac. in conſtitut. Piceni. gloſ. 6. n. 110. Vant. in tract. de nullitate reg. Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponatur. n. 52. Reduan. de reb. Eccleſię non alienandis quæſt. 22. n. 14. fol. mihi 459. Franc. Suarez cum allegatis, & adductis per eum in tract. de legibus. lib. 5. c. 25. n. 1. in princ. & n. 2. & c. 27. n. 2. Ioan. Salas in eodem tract. de legibus quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 15. ſection. 8. n. 16. Vbi & iure, & rationibus hanc probat ſententiam, & eam teſtatur communem.

Quamuis contra præmiſſam concluſionem facere videatur ſcripta per eundē Suarez d. c. 25. n. 3. & c. 27. n. 1. & per Io. Salas d. ſection. 8. n. 17. Hæc concluſio procedit regulariter ampliatur tamen. & limitatur pluribus modis vt infra.

171 LEX ſeu ſtatutum aliquid prohibens eo magis cenſetur annullare actum contra prohibitionem factum, quando idem actus factus fuerit in fraudem legis, ſeu ſtatuti. tex. eſt in d. l. Non dubium. in princ. C. de legibus. in illis verbis Non dubium eſt in legem committere eum; qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem, nec pœnas inſertas legibus euitauit, qui ſe contra iuris ſententiam ſeua prærogatiua verborū fraudulenter excuſat. & ibi gloſ. in figuratione caſus. verſ. Iſtis præmiſsis, & in verbo Non dubium. in princ. & per ipſum textum Doct. omnes ibidem adnotarunt, paria eſſe ad effectum incurrendi pœnas legales facere contra legem, vel facere in fraudem legis, vt videre eſt in eadem l. apud Iacob. Butrig. in ſummario. & col. 2. verſ. His præmiſsis. & infra in verſic. Dicit imperator, & iterum infra in verſ. Nota quod ita punitur. Bellapert. col. 1. ſub verſ. Quæſitum eſt. Cyn. n. 2. & n. 5. ad finem verſ. Vbi fraudatur lex. Bartol. num. 1. Bald. in ſummario, & num. 1. verſ. Nota primo. Alberic. in ſummario. Odoffred. n. 1. Paul. de Caſtro. n. 1. Salicet. ante n. 1. verſ. Is committit in legem. & n. 1. in primo notabil. Fulgoſ. in ſummario. & n. 1. in 2. notabili. & Iaſ. n. 4.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ.

172 LEX ſeu ſtatutum aliquid prohibens reddit actum contra prohibitionem factum nullum, etiam quod ille actus factus ſit contra verba legis, & non in fraudem legis, ſecundum communem Doctorum opinionem in eadem lege Non dubium, dum dicunt paria eſſe quo ad pœnas legales facere contra legem, vel in fraudem legis, quod & idem pluribus defendit reprobato quodam moderno iuriſta quē non nominat contrariū tenente Franc. Suarez in tract. de legib. lib. 5. c. 28. n. 2. & ſeqq. Vſque ad n. 7. refert eum Io. Salas in eodem tract. de legibus quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 16. ſect. 8. num. 24. Vbi tamen huius moderni iuriſtæ rationem non prorſus improbat tu vero à communi non diſcedas.

Et

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

173 Et in materia præcedentium ampliationum nota tres terminos, ſcilicet facere contra legem, committere in legem, & facere fraudem legi. Facere autem contra legem, eſt Quando quis facit de directo contra verba, & mentem legis. Facere fraudem legi, eſt Quando quis non venit contra verba legis, ſed contra mentem, imò verba legis obſeruat. Committere vero in lege, eſt terminus generalis ad duos prædictos ſpeciales terminos, ſiue enim directè quis faciat contra legem, ſiue faciat contra ſolam mentem legis, vtroq; caſu dicitur committere in legem, ſecundum gloſam in l. Non dubium in figuratione caſus. C. de legibus, & ibi etiam Iacob. Butrig. col. 2. verſ. His præmiſsis Vbi propterea ſecundum Canoniſtas dixit, quod ſtatutum puniens committentem homicidium compræhendat etiam mandantem, ſecus ſi puniat eum qui fecerit homicidium. Bellapert. col. 2. in princip. verſ. Qui ſeruat verba. Cyn. nu. 2. Bart. num. 4. & ſeqq. Odoffr. nu. 4. & 5. Paul. de Caſtro num. 2. verſ. & aduertendum, & nu. 3. verſ. In prima parte legis, & Iaſ. num. 1. & ſeqq.

174 Quot autem modis legi fraus fieri dicatur. Vide Doctores omnes in l. Non dubium. C. de legibus nempe Iacobum Butrig. col. 1. verſ. Ad euidentiam præmitte vbi poſt Gloſ. ibi, quæ remiſſiue loquitur, dixit legi fraudem fieri de loco ad locum, de tempore ad tempus, de modo ad modum, & de Sacramento ad Sacramentum, & ponit exempla, & ibi etiam Bellapert. col. 2. verſ. Vnde notabitis, vbi dixit fraudem legi fieri octo modis. Primò de re ad rem aliam. Secundò de re ad eandem rem. Tertiò de vno contractu ad aliū contractum. Quartò de contractu ad eundem contractum. Quintò de nomine ad nomen. Sexto de facto ad factum. Septimo de tempore ad tempus. Octauo de perſona ad perſonam, & ibi bene fraudis modos prædictos ſingulariter exemplificat. Cyn. nu. 2. verſ. Fraus autē legi fit, vbi amplius quòd fraus legi fit mille modis. Per homines baraterios, & fraudulētos. Bald. n. 10. & ſeqq. vbi refert & exemplificat ſeptē modos, quibus legi fraus fieri dicitur. Alberic. numer. 3. verſic. Aduertendum. Odoffred. numer. 6. Vbi pariter recenſet ſeptem modos, quibus legi fraus fit. Fulgoſ. numer. 13. Vbi & ipſe ponit, & declarat octo modos fraudandi legem, & poſtea ſubdit, poteſt legi fraudem fieri infinitis modis, quos inueniri difficile eſſet. Ad quam materiam vide bene loquentem, & amplificantem etiam Virgil. Boccac. in conſtitutione Marchiæ. Gloſ. 6. numer. 121. & ſeqq. vſque ad num. 129. & ponit alios modos, quibus legi fraus fieri dicitur.

175 LEX ſeu ſtatutum, ſi aliquid prohibeat actus contra prohibitionem factus non ſolum eſt nullus, & inutilis, ſed etiam habetur pro non facto, & ſic ipſo iure nullus eſt. d. l. Non dubium. §. 1. C. de legibus in illis verbis Non ſolum inutilia, ſed pro infectis etiam habeantur. Et iterum infra in §. finali in illis verbis Vllius eſſe momenti. Quæ verba (vt ſuo loco dixi) important nullitatem ipſo iure, & ibidem hoc adnotarunt Iacob. Butrig. colum. 3. ante medium verſic. Nec obſtat. l. Relegatorum. Bart. poſt numer. 17. & numer. 21. verſic. Quandoq; lex ad Bartol. ibidem numer. 1. littera B. vbi remiſsiuè. Bald. numer. 3. in ſexto notabil. & numer. 21. Odoffred. num. 10. verſic. Quartò opponitur. Paul. de Caſtro num. 2. verſ. In ſecunda regula. Salicet. numer. 1. in 3. notabil. & Iaſ. numer. 9. in 5. notabil. & numer. 50. in fine. Virgil. Boccac. in conſtitut. Piceni. gloſ. 6. numer. 116. Vantius in tractat. de nullitate rubr. Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponatur num. 52. ad finem. Franciſc. Suarez in tractat. de legibus. lib. 5. cap. 28. per tot. Vbi pluribus hanc probat opinionem proponit contraria, & illis reſpondit, nec diſſentit Ioan. Salas in eodem tractat. de legibus quæſt. 96. tractat. 14. diſput. 16. ſection. 8. num. 28. & ſeqq. iuncto num. 23. verſic. Secundò cum Molyn. vbi tamen referuntur contrarium tenentes, & declarat.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

176 LEX ſiue ſtatutum, ſi aliquid fieri prohibeat nō ſolum eſt nullus actus principalis factus cōtra prohibitionem legis, ſed etiam acceſſorius, & ſic quod inde ſubſequutum eſt. tex. eſt in d. l. Non dubium. §. penul. C. de legibus, vbi dicitur Sed et ſi quid fuerit ſubſequutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum eſt, illud quoq; caſſum, ac inutile eſſe præcipimus. & ibi gl. in figuratione caſus ſub verſ. Inſtat tertio. & in verbo Ex eo. vbi facit plures oppoſitiones, & eas reſoluit Iacob. Butrig. colu. 2. ſub verſic. Dicit Imperator. & iterum infra verſ. Tertio nota. & col. 4. ad mediū verſ. Modo hoc præmiſſo. & ibi etiam addētes in princ. verſ. Notabis ex textu. Bellapert. col. 1. in fine verſ. Sequitur pars illa. & col. 5. poſt mediū. verſ. Sequitur dicitur hic. & col. penult. verſ. Dicit littera in 1. lectura, & in 2. lect. col. fin. verſ. Item opponitur. Cyn. n. 9. in 10. oppoſitione. Bart. n. 1. & n. 23. Bald. poſt n. 2. in 5. notab. Odoffr. n. 2. in fine verſ. Imò quicquid ſequitur. & n. 11. verſ. Or ſignori. Paul. de Caſtro. n. 3. Fulgoſ. in ſummario. & nu. 5. in 6. notab. Nec à præmiſsis diſſentit Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpretat. concluſ. 9. num. 34. in 9. ampliatione.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

177 Et propterea nec etiam valet iuramentū præſtitum ſuper actu nullo contra prohibitionem legis facto. d. l. Non dubiū. in fin. C. de legib. in illis verbis. Nec Sacramentum admitti. & ibi Gloſ. in figuratione caſus. in fine verſ. & concludit Imperator, & ibi Gloſ. in verbo Nec Sacramentum, vbi opponit, & oppoſitioni reſpōdet Iacob. Butr. col. 2. ad medium. verſ. Cōclude ergo. Bellapert. col. 1. in fine. verſ. Deinde infert concluſionem. Bart. nu. 3.

verſ. Vltimo nota. Bald. in ſummario. & nu. 4. verſ. Item nota de Sacramento. Odoffred. num. 5. in fine. verſ. Et iſtud Sacramentum. & num. 9. verſ. Or ſequitur textus. Paul. de Caſtr. num. 12. Vbi tamen quod ſtatuta laicorum non poſſunt diſponere ſuper iuramento. Salicet. ante nu. 1. & nu. 1. in ſexto notab. Fulgoſ. in ſummario. & nu. 6. in vltim. notab. & Iaſ. nu. 26. in vltim. notab.

178 Ad quam materiam, an ſcilicet, & quando iuramentum ſuper contractu nullo, & præſertim facto contra prohibitionem legis, illud firmet, vltra ea, quæ ſcripſi ſupra in meis quæſtionibus ciuilibus Vbi latè materiam explicaui, Vide Bellapert. in dicta l. de quibus. col. penult. in verbo Nec Sacramentum admitti. C. de legibus. & ibi etiam Cyn. num. 12. in 14. oppoſitione. Bald. num. 26. & ſeq. Alber. num. 9. Salicet. num. 10. Vbi faciendo plures oppoſitiones materiam declarat.

179 Sic, & quòd fideiuſſio præſtita ſuper contractu nullo, & contra prohibitionem legis inito, pariter nulla & inualida ſit voluit Gloſ. in d. l. Non dubiū in verbo Ob id. C. de legib. Vbi opponit, & oppoſitioni reſpondendo, declarat quomodo procedat hæc ampliatio, & ibi etiam Bellapert. col. 1. in fine. verſ. Sequitur pars illa. Bart. poſt nu. 28. Vbi facit plures oppoſitiones, & illis reſpondendo materiā declarat Alexan. ad Bart. ibidem num. 28. littera I. vbi remiſſiuè ponit materiam. Odoffred. col penul. verſ. Sed decimo opponitur.

180 LEX ſeu ſtatutum, ſi aliquid fieri prohibeat, & vlterius proceſſit annullando actum factum contra prohibitionem, Tunc indubitatum eſt illum actum eſſe nullum. ſecundum Iacob. Butrig. in l. Nō dubium. colum. 3. In fine. verſ. Aut quæris. C. de legibus. & colum. 4. in princip. verſ. Tertia ſolutio, & ibi etiam Alberic. num. 6. verſ. Si annullando. Salicet. num. 16. verſ. Aut lex vltra procedit annullando. Vant. in tractat. de nullitate. rubr. Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponatur. num. 55. ad medium verſ. Quando autem lex ſeu ſtatutum. Quando autem & quibus verbis lex ſeu ſtatutum, dicatur actum annullare dixi ſupra.

Et hæc ſit quinta ampliatio.

181 LEX ſeu ſtatutum, quando prohibet aliquid fieri actus contra prohibitionem factus non ſolum eſt nullus, ſed ex eo nec etiam oritur naturalis obligatio, cum lex actui reſiſtat ex allegatis per Addent. ad Iacob. Butrig. in l. Non dubium. in princip. verſ. Et inter cætera. C. de legibus. Vbi quod hoc probatur in ea lege melius, quam in toto corpore iuris. & ibi etiam Alberic. num. 3. verſ. Ex prædicta regula. Paul. de Caſtro. num. 7. & nu. 10. ante finē. Vbi dixit, quòd ſi lex prohibet obligationem, & tunc nulla naſcitur obligatio, nec ciuilis, nec naturalis. Idem ſi prohibet alienationem, ſeu contractum. Si verò prohibet actionem dari, et tunc non impedit oriri obligationem ciuilem, vel naturalem, nec etiam actionem, ſed ſolùm importat, vt detur exceptio. & Iaſ. num. 8. in 4. notab. Alber. in ſuo Dictionario in verbo Ipſo iure. Vbi quòd quando lex ſeu ſtatutum loquitur per verba Ipſo iure, Tūc tollitur etiam naturalis obligatio. Tiraq. de legib. cōnub. Gloſ. 4. num. 2. 8. & 12. Vbi quod quando lex prohibet per verba Non poſſit, Tūc nec etiam oritur naturalis obligatio. Plot. de in litem iurando. n. 263. ſecūdum antiq. impreſſion. Vbi dixit, quòd quando lex ſeu ſtatutum, aliquid prohibet in futurum dicitur actui reſiſtere, & inde propterea non oritur naturalis obligatio. Adde ad pręmiſſa Steph. Lamberteng. de contractib. eorum &c. Gloſ. 1. nu. 107. Vbi facit concluſionem, quòd quando lex reſiſtit actui, Tunc naturalis obligatio non oritur. & n. 127. Vbi quod nec pariter oritur obligatio naturalis, quando lex prohibet ex actu oriri obligationem, & ſic quando obligationi reſiſtit, & gloſ. 16. nu. 5. & ſeqq. Vbi in ſpecie ponit de ſtatuto prohibente mulierem ſine certa ſolemnitate contrahere diſtinguitq; quando ſtatutum vtitur verbo futuri temporis. An verò præſentis, vt primo caſu oriatur naturalis obligatio. Secundo autem nō: ſi verò ſtatutū potentiæ reſiſtat, vt puta, quia dicat, quòd mulier non poſſit contrahere ſine certa ſolemnitate, & tunc indiſtinctè naturalis obligatio non oriatur, ſiue ſtatutum vtatur verbo præſentis temporis, vt puta, ſi dicat Non poteſt, ſiue etiam futuri temporis non poſſit. Adde etiam omninò ad hanc eandē totam materiā Virgil. Boccac. in Conſtit. Marchię. Gloſ. 6. n. 102. & ſeqq. vſq; ad n. 117. Vbi plura cōgerit, licet cōfuſè more ſuo. Cephal. conſ. 59. n. 13. Vbi quòd quando ſtatutum actui reſiſtit, tūc ex eo nec ciuilis, nec naturalis obligatio oritur. Roland. cōſ. 72. n. 56. lib. 3. Vbi quod ex actu nullo defectu formæ non oritur, nec ciuilis, nec naturalis obligatio, & vide etiam ad eādem materiam benè declarantem Franciſ. Suarez in tract. de legib. lib. 5. c. 28. nu. 23. & c. 32. nu. 6. & ſeqq. Ioan. Salas in eodem tract. de legibus. quæſt. 96. tract. 14. diſput. 16. ſection. 8. ſub n. 16. & latius ſection. 12. n. 46. & ſeqq.

Et hæc ſit ſexta ampliatio.

182 LEGI ſeu ſtatuto, prohibenti aliquid fieri, vel certam formam, ſeu ſolemnes adhiberi mandāti renunciari non poteſt, actuſq; propterea contra legis ſeu ſtatuti, formam factus partium conſenſu confirmari non poteſt. Quod an verum ſit, & quando. Vide diſtinguentem Alberic. in l. Non dubium. num. 6. verſ. Si verò quæratur An conſenſu partiū poſſit confirmari. Vbi dixit, quòd poteſt confirmari, ſi eſt proceſſum ad traditionem, ſecus ſi ad traditionem non eſt proceſſum. Iuribus ibi per eum allegatis (cuius tamen contrarium prima facie dicendū videtur) & ibi etiā Iaſ. n. 17. Vbi quòd quādo lex ſimpliciter prohibet actum fieri, vel contractum, & vltra non procedi annullando partium conſenſus poteſt aliquid operari, ſecus quando lex vltra prohibitionem adijcit clauſulam actus annullatiuam, vt puta, decreti irritantis, quia tunc con-

conſenſus nihil operatur, & num. 18. Vbi quod nec cõſenſus partium aliquid operatur quando lex vel ſtatutum adijcit pro forma, quod & idem ſcripptum reliquerunt Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. 1. quæſt. 30. num. 6. Bald. conſ. 72. num. 57. lib. 3. & conſ. 60. num. 31. lib. 4. Virgil. Boccac. in conſtitut. Piceni. gloſ. 6. num. 159. & Alder. Maſcard. cum allegatis per eum de generali ſtatut. Interpratatione. concl. 9. num. 60. Adde ad præmiſſa eundem Virgil. Boccac. dicta gloſ. 6. numer. 139. Vbi quid ſi in diſpoſitione adeſt decretum irritans, & num. 140. & ſeqq.

183 Vide ad præmiſſa omnino Alder. Maſcard. de generali ſtatut. interpratatione. concluſ. 9. nu. 15. & ſeqq. Vbi firmat concluſionem, quod legi ſeu ſtatuto prohibitiuo renunciare quis non poſſit, & num. 29. Vbi præſertim quando in eadem lege, vel ſtatuto adeſſet clauſula annullatiua, & nu. 20. Vbi pariter idem quando lex, ſeu ſtatutum daret formam, & num. 21. Vbi quod pariter legi prohibitiuæ renunciari non poteſt conſenſu partium, etiam quod non habeat clauſulam annullatiuam & teſtatur de communi. & num. 22. & ſeqq. Vbi quod ſtatuto reſpicienti priuatam vtilitatem poteſt partium conſenſu iurato renunciari, niſi lex ſeu ſtatutum actui reſiſteret vel actui formam daret, quia tunc etiam quod priuatam vtilitatem reſpiceret renunciari non poteſt, vt ibi per eum. & nu. 31. dat aliam declarationem. & Vide etiam omnino Ioan. Salas in tract. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 16. ſection. 9. num. 38. Vbi plene diſcuſſit, & declarat, An & quando renunciari poſsit per partes formæ ſubſtantiali, vel euidentiali, de quo etiam vide bene loquentem, & declarantem Franc. Suarez in eodem tract. de legib. lib. 5. c. 31. num. 5. & ſeqq. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 421. num. 4. & num. 6. Vbi quod formæ renũciari poteſt de conſenſu partiũ quando reſpicit fauorem priuatum, & non publicũ.

184 Et rurſus ad hanc materiam. An ſcilicet, & quando nullum quod eſt ratificari poteſt. Vide Laurent. Calcan. conſ. 16. num. 56. Pariſ. conſ. 49. num. 12. & num. 61. & conſ. 100. num. 66. lib. 1. & conſ. 49. num. 27. eodem lib. 1. Simoncell. de decreto in præfatione. nu. 51. & ſeqq. Oſaſc. deciſ. Pedem. 34. num. 12. Qui ponunt regulam negatiuam. Vide etiam Corſett. ſingular. in verbo Pupillus. verſ. Et reſpondeo. fol. mihi 186. in paruis. Vbi an contractus nullus defectu conſenſus poſsit ratificari. Eundem Pariſ. conſ. 43. num. 34. & ſeq. lib. 4. Vbi in ſpecie An id, quod eſt nullum ex aliqua cauſa ratificetur, ſi eadem impedimenti cauſa ceſſet, de quo etiam aliquid per Lamberteng. de contractib. eorum &c. gloſ. fin. nu. 185. Virgil. Boccac. in conſtitut. Piceni. gloſ. 8. nu. 77. & dicam infra num. 187. An autem ſi id, quod nullum eſt, per nouum conſenſum ratificetur an talis ratificatio retrotrahatur, & ſic an actus valeat ex nunc potius, quam ex tunc? Vide Simoncell. Vbi ſupra de decreto lib. 3. tit. 9. num. 18. Lamberteng. d. gloſ. finis. num. 186. 198. & 199. Virgil. Boccac. d. gloſ. 8. num. 276. in fine. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucenſ. 18. num. 13. & ſeqq. par. 1.

185 Et in hac eadem materia ponitur alia regula, quod id, quod nullum eſt regulariter confirmatum non cenſetur, niſi expreſsè dicatur, quia confirmatio regulariter non trahitur ad actus nullos. Quod quando verum ſit & de materia Vide Catellian. Cott. in ſuis memorab. in verbo Confirmatio pontificis. fol. mihi 132. cum allegatis per eum. Rol. conſ. 29. num. 35. lib. 1. & conſ. 71. n. 46. & ſeqq. lib. 2. Vbi quid ſi in confirmatione adeſt clauſula ex certa ſcientia. Marſil. ſing. 196. Vbi bene materiam declarat conſ. crimin. diuerſ. 125. num. 14. tom. 1. Vbi quod confirmatio non trahitur ad ſtatuta nulla, & vſu non recepta. Cephal. conſ. 133. num. 101. & ſeqq. lib. 1. Vbi quod Principis confirmatio non validat actus nullos & inualidos in præiudicium tertij, nec Princeps id velle præſumitur. An autem Principis confirmatio trahatur ad iniuſta, & iniqua dixi in fragmentis ciuilibus in verſ. Confirmatio ſuperioris, quos defectus ſuppleat.

186 LEX ſiue ſtatutum aliquid fieri prohibens in tantum cenſetur ipſo iure annullare actum factum contra prohibitionem, vt actus iſte nullus, nec etiam tractu temporis confirmari poſsit ad tex. in cap. Non firmatur. de regul. iur. in 6. & in l. Quod ab initio ff. eodem, & in l. ſicut. C. de falſis. Natt. conſ. 430. nu. 28. lib. 2. cum alijs in propoſito adductis per Alder. Maſcar. in tract. de generali ſtatutor. interpratatione. concluſ. 9. nu. 32. in 8. ampliatione.

Et hæc ſit ſeptima ampliatio.

187 Verum ad hanc materiam, An & quando illud, quod nullum eſt tractu temporis confirmari poſsit. Natt. conſ. 430. num. 28. lib. 2. Tiraquell. de reuoc. donat. in verbo Reuertatur. num. 414. Vbi quod id, quod ipſo iure eſt nullum tractu temporis etiam amoto impedimento, quod nullum ipſum reddebat confirmari non poteſt; ſecus ſi actus non erat nullus, ſeu annullandus, vt in exemplo ibi per eum poſito Dyn. in d. c. Non firmatur. de reg. iur. in. 6. Vbi pariter diſtinguit An duret cauſa impediens, & prohibens validitatem actus? An vero ceſſet, & ſi ceſſat An ſuperueniat cauſa aliqua confirmans, & validans actum, aut non? & quid ſi ſuperueniant adminicula, & Dyni dicta bene reaſſumit Alderan. Maſcard. Vbi ſupra d. concl. 9. nu. 33. Vide ſupra num. 184.

188 LEX ſeu ſtatutum, prohibens aliquid fieri etiã quod actum contra factum non irritet, nunquid ille actus de iure canonico, & in foro conſcientię ſit ipſo iure nullus, videtur quòd ſic quia diſpoſitio legis Non dubium. C. de legibus eſt canonizata in c. Imperiali 35. quæſt. 2. & concordat regula Iuris Canonici. in capitulo Quæ contra ius fiunt, debent

cap.28. num. 19. & per Ioan. Salas in eodem tract. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 16. ſection. 8. num. 27. verſ. Quidam dicunt, & per Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpræratione concluſ. 9. num. 38. & 39. Vbi alij plures referuntur in idem concordantes Doctores. Quæ limitatio, an vera ſit, & quando? Vide poſt gloſ. in l. Non dubium. C. de legibus. ibidem Iacob. Buttrig. col. 4. in princ. verſ. Sed quid ſi lex vltra procedit pœnam imponendo. Bellapert. col. 4. ante finem, & col. final. verſ. Sed quæro nunquid. Cyn. num. 14. & ſeqq. verſ. Secundo quæro. Vbi diſtinguit de pœna generali, & ſpeciali, ac etiam de pœna appoſita actui prohibito de iure communi, vel non prohibito. Bart. nu. 22. vbi tenet per appoſitionem pœnæ ſpecialis poſt prohibitionem non eſſe ſublatam nullitatem actus, & ibidem Pariſ. in additionib. nu. 16. littera B. verſ. Item quod iſta lex, & Pom. in eadem additione numer. 21. in fine littera E. Bald. num. 14. & num. 28. Alberic. num. 6. verſ. Si verò vltra procedit pœnam imponendo, vbi relatis aliorum opinionibus amplectitur diſtinctionem Iacobi Buttrigarij dicentis, quòd ſi illud, quod agitur, erat de genere prohibitorum, ſiue aliàs de ſui natura prohibitum; & tunc actus eſt nullus, etiam quod lex ſeu ſtatutum poſt prohibitionem pœnam ſpecialem impoſuerit; ſecus ſi id, quod agitur, non erat de genere prohibitorum, niſi lex, vltra impoſitionem pœnæ, proceſſerit vlterius infirmando, quòd factum eſt, & iterum infra, num. 8. verſ. Quærit hic Cynus, vbi Cyni opinionem referre, & ſequi videtur Paul. de Caſtro poſt numer. 6. vbi declarat. Salicet. num. 16. col. penult. verſ. Quæro vt membrum omiſſum; & num. 17. & 18. Vbi latè hac quæſtione diſcuſſa refert, & ſequitur opinionem Bartoli ibi relatam poſt alias ibi per eum relatas opiniones. Fulgoſ. num. 4. in 5. notab. vbi refert ſe ad dicta per Bart. in l. Prætor. in princ. ff. de nou. oper. nunciat. Vbi diſtinguit. An agatur de præiudicio agentis, cui eſt impoſita pœna? An verò de præiudicio alterius, vt primo caſu actus ſit nullus, ſecundo autem non. Fulgoſ. numer. 20. vbi pariter poſt multa concludit ſibi magis placere ſententiam Bartoli, vt quantumcumq; pœna ſpecialis appoſita ſit; non propterea ſit receſſum à pœna nullitatis generaliter impoſita in l. Non dubium. & Iaſ. num. 59. & ſeqq. vbi & ipſe latè materiam declarat Aym. conſ. 93. num. 7. Vbi quod quando lex ſeu ſtatutum poſt prohibitionem imponit pœnam facienti actum nullum; actus ille non eſt nullus, quando agitur de præiudicio alterius, quam agentis, cui pœna imponitur, iuxta doct. Bart. in d. l. Prætor. Tiraq. de legib. connub. gloſ. 4. num. 5. Vbi dixit, quòd quando lex loquitur per verba Non poſſit. Et tunc actus eſt nullus, etiam quòd poſt prohibitionem imponat pœnam. Adde ad hanc eandem materiam Virgil. Boccac. in conſtitut. Piceni. Gloſſ. 6. num. 107. in fine. verſ. Quarto caſu, & num. 108. & 109. Vbi pluribus modis diſtinguit, & numer. 166. Vbi quod per appoſitionem pœnæ contrafacienti cenſetur forma inducta, & conſequenter pœnæ adiectio non tollit nullitatem actus. Redoan. de reb. eccleſ. non alienan. quæſt. 22. in princ. num. 12. fol. mihi 459. Vbi tenet per prohibitionem legis actum remanere nullum, etiam quòd lex pœnam adijciat multa ad præmiſſa videas per Franciſc. Suarez in tractat. de legib. lib. 5. cap. 25. num. 4. 5. & 6. Ioan. Salas in eodem tractat. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 16. ſection. 8. num. 17. in fine, & num. 18. & Alder. Maſcard. de generali ſtatut. interprætat. concluſ. 9. num. 38. & ſeqq. vſque ad num. 45. Vbi firmat concluſionem, quod per adiectionem pœnæ in prohibitiua diſpoſitione actus non dicatur annullatus, & eam limitat tribus modis, limitationes ibi per eum videas

Et hæc ſit tertia limitatio.

169 LEX ſeu ſtatutum tunc demum prohibendo cenſetur annullare actum contra prohibitionem factum, quando eadem lex ſeu ſtatutum prohibitiuè diſponit, & ſic quando reſiſtit actui; ſecus ſi non prohibitiuè loquatur, ſed actui tantum non reſiſtat. Tunc enim non intelligitur annullare actum, niſi hoc expreſsè dicat ex allegatis per Addent. ad Iacob. Buttrig. in l. Non dubium. col. penult. ad medium. verſ. limita tamen. C. de legib. & ibi etiam Cyn. num. 12. in 14. oppoſitione. Pariſ. ad Bart. ibidem num. 16. Vbi etiam refert Alex. contrarium tenentem Alberic. in eadem l. Non dubium. nu. 3. quem omninò declarantem, & diſtinguentem videas, & ibi etiam Iaſ. num. 18. verſ. limita iſtam regulam. Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 4. nu. 6. Bero. quæſt. 14. num. 1. Virgil. Boccac. in conſtit. Piceni gloſ. 6. num. 158. & 162. cum alijs per Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interprætat. concluſ. 9. num. 35.

Et hæc ſit quarta limitatio.

197 Quando autem ad effectum, de quo agitur Lex ſeu ſtatutum dicatur prohibitorium. Dic conſiderandam eſſe ipſius ſtatuti rationem. Si enim ratio ſtatuti conſiſtit in iure, ſeu cauſa prohibendi, & tunc illud dicitur prohibitorium, aut non conſiſtit in cauſa prohibitionis, ſed actui aſſiſtit, & tunc non erit prohibitorium, & actus aliter factus non erit contra ſtatutum, ſed præter ſtatutum. Bald. in l. Non dubium. num. 29. C. de legib. Hæc ſcripſit Alderan. Maſcard. in tract. de generali ſtatut. interpretatione concluſ. 9. num. 55. Vbi ponit aliam regulam cognoſcendi ſtatutum prohibitorium, vel non prohibitorium, quæ mihi non placet, & ideo eam non refero.

198 LEX ſeu ſtatutum quando dicatur reſiſtere actui, & quando non aſſiſtere. Vide Bald. in l. Non dubium. num. 20. Vbi ponit plures modos, quibus lex ſeu ſtatutum dicitur actui reſiſtere, & ibi etiam Alberic. numer. 3. Vbi quod lex quandoque actui non aſſiſtit, neque reſiſtit. Quandoque expreſsè reſiſtit, aut expreſsè aſſiſtit, ibidem quem declarat,

rat, quando, & quot modis dicatur lex aſſiſtere, ſeu reſiſtere. Et quando non aſſiſtere, neque reſiſtere. Et vide etiam Bart. & Paulus de Caſtro in l.Cum lex. ff. de nouationibus. Plot. de in litem iurando. numer. 263. Vbi quod lex dicitur reſiſtere actui pluribus modis. Primò quando dirigit verba ad perſonas illis puta prohibendo, ne contrahant ſine tali ſolemnitate. Secundò reſiſtendo potentiæ loquendo per verbum Non poſſit. de quo dixi ſupra. num. 104. Tertio. Reſiſtendo obligationi, vt puta, dicendo quòd mulier, vel minor non poſsint ſe obligare ſine tali ſolemnitate. Quartò Reſiſtendo propter naturam rei, cuius non eſt commercium, vt puta, ſi res eſt ſacra, vel religioſa. Quintò, & vltimo auferendo poteſtatem contrahendi in futurum, vel generaliter aliquid in futurum prohibendo. Vide etiam Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. Gloſ. 1. nu. 107. Vbi quòd quando ſtatutum prohibet contrahere ſine certa ſolemnitate dicitur actui reſiſtere, & nu. 122. Vbi quod quando lex non loquitur prohibitiuè, ſed tantùm non permiſſiuè, vt puta, mandando quid fieri certo modo; & cum certis ſolemnitatibus, tunc non dicitur actui reſiſtere, ſed tantum non adſiſtere, & numero 125. Vbi quòd lex actui reſiſtere dicitur, quando loquitur per verba prohibitiua directa in perſonam, vt puta, dicendo Non poſſit, &c. & ſic reſiſtendo potentiæ, & num. 126. Vbi pariter quòd lex dicitur reſiſtere actui, quando vlterius procedit annullando actum aliter celebratum, licèt alij ibi per eum relati num. 122. ad finem contrarium dixerint, & num. 127. Vbi pariter dixit legem actui reſiſtere, quando reſiſtit obligationi, vt puta, prohibendo ex actu aliter facto obligationem oriri. Virgil. Boccac. in Conſtitut. Piceni. Gloſſ. 6. nu. 102. & ſeqq. in diſcurſu, vbi plura ad materiam. Redoan. de reb. eccleſiæ non alienandis. quæſt. 22. in princ. num. 15. fol. mihi 459. Vbi quod lex dicitur reſiſtere actui, quando remouet potentiam. Franc. Suarez. in tract. de leg. lib. 5. cap. 27. num. 7. 8. & 9. Vbi pluribus probat legem purè prohibentem actum irritare talem actum induci poterat.

199 LEX ſeu ſtatutum prohibendo actum, cenſetur illum annullare; ſi contra prohibitionem factus fuerit, quando prohibet actus ſubſtantiam; ſecus ſi in aliquo actu ſolùm qualitatem prohiberet, quia tunc actus contra legem factus non eſſet nullus, ſed validus, ex allegatis per Addent. ad Iacob. Butrig. in l. Non dubium, col. penult. in 4. limitatione. C. de legibus, & ibi etiam Iaſ. num. 20. in 4. limitatione, vbi ponit exemplum, Quando lex ſeu ſtatutum prohiberet qualitatem in modo, de quo dicam infra num. 216. Vide ad hanc materiam benè declarantem Franc. Suarez in tract. de legib. lib. 5. cap. 25. num. 10. & ſeqq. vſque ad num. 16. & cap. 28. num. 17. & 18. & Io. Salas in eodem tract. de legib. quæſtione 96. tract. 14. diſputat. 16. quæſt. 8. nu. 19. in fin. verſ. Tertia explicatio. & num. 20.

Et hæc ſit quinta limitatio.

200 LEX ſiue ſtatutum prohibendo actum, cenſetur eundem actum irritare, & annullare, ſi fuerit factus contra eiuſdem legis, ſeu ſtatuti prohibitionem, ſi eadem prohibitio fuerit facta à iure ciuili: ſecus in prohibitione facta à iure prætorio, ex allegatis per addentes ad Iacob. Butrig. in l. Non dubium. col. penult. in 5. limitatione. C. de legib. ea ratione quia, ſcilicet, ius prætorium non eſt ita forte ad annullandum actum, ſicut eſt ius ciuile, & infert, quòd cum ſtatuta Ducum, & Baronum dicantur iura prætoria, & non ciuilia; Idcirco ſi prohiberent aliquem actum, ſeu contractum fieri, ſi fiat, non erit contractus nullus, nec etiam veniet annullandus, niſi in illis adſit clauſula annullatoria, poſt Iaſ. quem allegat. Quod & antea dixerat Iaſ. in eadem l. Non dubium. numer. 22. in 5. limitatione.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

201 LEX ſiue ſtatutum ſi aliquid prohibet ratione honeſtatis, & tunc actus contra prohibitionem factus, non eſt nullus, ſecundum Alex. & Pariſ. in addit. ad Bart. in l. Non dubium. nu. 16. & nu. 20. C. de legibus, poteſt poni exemplum in clerico qui prohibetur eſſe procurator laici, & in iudicio laicali comparere propter honeſtatem. l. Placet. C. de Epiſc. & cleric. cap. ex litteris de vita, & honeſtate clericor. Tunc enim ſi pro laico in iudicio comparuerit; valebit actus factus contra prohibitionem legis parte non opponente. Felyn. in cap. 2. nu. 2. & 3. de iudiciis, & in cap. final. ſub num. 10. verſ. eſt benè notandum. de conſtitutionib. Cardin. Alban. ad Bartol. in l. Non dubium. numer. 2. C. de legibus. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpretatione. concluſ. 9. num. 50. & 51.

Et hæc ſit ſeptima limitatio.

202 LEX ſeu ſtatutum ſi aliquid prohibet actus contra legis, ſeu ſtatuti prohibitionem factus eſt nullus in præiudicium agentis, non autem in præiudicium tertij. Exemplum in clericis in ſacris conſtitutis; quibus prohibitum eſt Tabellionis officium exercere, cap. ſicut te, extra ne clerici, vel monaci; & tamen ſi exerceant inſtrumentum ab eis confectum, validum erit, quia eſt in vtilitatem tertij, ſecundùm Gregor. Lopez in loco relato per Ioannes Salas in tracta. de legib. quæſtione 96. tractat. 14. diſput. 16. ſection. 8. numer. 21. in princ. & d. numer. 21. verſ. Quarta vt ſolum intelligatur; vbi contra hanc concluſionem, & exemplum in ea poſitum arguit, & declarat declarationem ibi videas. Alia huius concluſionis exempla, & de eius materia vide omninò Alder. Maſcard. cum allegatis per eum in tract. de generali ſtatut. interprætatione. concl. 9. num. 41.

Et hæc ſit octaua limitatio.

AR-

ARGVMENTVM.

FORMA, ſeu ſolemnitate à lege, vel ſtatuto requiſita in aliquo actu non ſeruata, Quando actus corruat?

SVMMARIVM.

Forma non ſeruata, quando actus corruat generaliter de materia. num. 203.

Forma, quando & ex quibus verbis inducta dicatur. num. 203. per tot.

Forma non ſeruata actus regulariter eſt nullus. numer. 204.

Solemnitatibus à lege vel ſtatuto requiſitis non ſeruatis actus eſt nullus, etiam quod lex, ſeu ſtatutum expreſsè non annullet. n. 205. & n. 206. Vbi quid ſi ſolemnitas eſt requiſita ante actum, vel in actu.

Formæ omiſſio vitiat actum, etiam quod omiſſio tendat ad faciliorem expeditionem actus. num. 207.

Forma adimpleri debet in totum & in parte, quamuis minima non adimpleta facit corruere actum. numero 208.

Forma per æquipollens adimpleri non poteſt. num. 209.

Forma non ſeruata corruit actus, etiam in fauorabilibus. num. 210.

Formæ omiſſio non excuſat ætatem, ruſticitatem, ſexum, & militiam. num. 211.

Actus factus contra formam, non ſolum eſt nullus, ſed etiam factus præter formam. num. 212.

Forma ſpecificè adimplenda eſt. num. 213.

Forma adimplenda eſt ad vnguem & ad litteram, & prout iacet, nec ei aliquid addi, aut minui poteſt. num. 214.

Forma adimpleri non debet per verba generalia, aut ſub volucro verborum. num. 215.

Lex ſeu ſtatutum quando mandat aliquid fieri certo modo, certo loco, ſeu certo tempore, actus factus alio loco, modo, vel tempore non eſt nullus. nu. 216. contra. num. 217. Reſolue. vt num. 218.

Formæ omiſſio vitiat actum, ſi talis forma continet in ſe æquitatem, aliàs ſecus. num. 219.

Forma non ſubſtantialis omiſſa non vitiat actum. numer. 220. & ſeq. vbi etiam quando forma dicatur ſubſtantialis, ſeu accidentalis, & quid in dubio præſumatur.

Formæ omiſſionem excuſat iuſtum impedimentum, & iuſta cauſa. num. 222. & ſeq.

Formæ omiſſio non vitiat fauore dotis. num. 224.

Formæ omiſſio non vitiat, quando eſt omiſſa ab habente poteſtatem faciendi actum, vel derogandi legi, ſeu ſtatuto requirenti formam. num. 225. & ſeq.

Formæ omiſſio non vitiat, quando fuit omiſſa ratione ſcandali vitandi, vel imminentis periculi. numero 227.

Formæ omiſſio non vitiat, quando legis ſeu ſtatuti intentioni ex aliis ſatisfactum fuit plenius. nu. 228. & ſeq.

Formæ omiſſio non vitiat, quando ea tacitè adimpleta cenſetur. num. 230.

Formæ omiſſio ſuppletur per confeſſionem partis. numer. 231.

Formæ ſeu ſolemnitatis omiſſio non vitiat, quando illa ſolemnitas requiritur poſt actum perfectum. num. 232.

Forma poteſt adimpleri per æquipollens, quando lex ſeu ſtatutum conſiderat effectum. num. 233.

203 LEX ſeu ſtatutum quando aliquid requirit pro forma, ſeu pro ſolemnitate in actu, forma, & ſolemnitate non ſeruata An & quando actus corruat? Vltra infraſcripta, & generaliter de hac materia Vide Felin. in cap. Cum dilecta. extra de reſcriptis. Firman. in repertorio in verbo Forma. per tot. Pariſ. conſ. 20. numer. 18. lib. 4. & conſ. 19. num. 189. lib. 2. & & conſ. 97. num. 131. lib. 3. & conſil. 100. num. 30. lib. 2. & conſ. 20. num. 16. & 17. lib. 4. & conſ. 65. num. 4. & ſequentibus eodem lib. 4. Tiraquell. de retract. lignagier. §. 36. Gloſ. 2. num. 26. Vbi magiſtraliter declarat quid ſit forma, & illius diffinitionem ponit Iacob. Aemilian. conſil. 64. per tot. Diaz regul. 17. 298. & 650. Dec. conſil. 532. Roland. conſ. 73. num. 40. & conſ. 43. num. 13. 16. 17. 39. 40. & 42. et conſil. 33. num. 3. lib. 2. Tiraq. de retract. lignagier. §. 36. gloſ. 2. numer. 29. Vbi ampliat, & limitat, et de retract. conuent. §. 4. gloſ. 6. num. 31. et ſeq. Cardinal. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 413. vbi benè declarat quid, & quotuplex ſit forma, & concluſ. 414. & ſequentibus vſque ad concluſ. 423. Vbi latiſſimè formæ materiam explicat, & in verbo Solemnitas. concluſ. 330. per tot. Alderan. Maſcardus de general. ſtatut. interpretatione. concluſ. 9. numer. 55. & ſequentibus. Vbi ponit regulam cum ampliationibus, & limitationibus. Franc. Suarez in tract. de legib. lib. 5. cap. 31. per tot.

Etſi ſcire volueris quãdo, & quibus verbis forma inducta dicatur. Vide Firmanum in ſuo repertorio in verbo Forma. numer. 30. & num. 47. Iaſ. in l. 1. num. 10. ff. de liber. & poſthum. Pariſ. conſil. 47. numer. 28. lib. 3. Neuizzan. conſil. 2. numer. 30. Soccin. iun. conſil. 37. numer. 6. lib. 2. Bero. quæſtione 24. per tot. Ancharan. Regienſ. quæſtione 241. in fine. Iacob. Aemilian. conſil. 64. per tot Aſin. in pract. §. 3. cap. 36. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 414. per tot. vbi latiſſimè ponit plures caſus ſpeciales ſtatutorum, quibus forma inducitur.

Dic Primò formam induci quotieſcunque lex ſeu ſtatutum expreſsè dicit id, quod diſpoſitum eſt, ſeruandum eſſe pro forma. Grat. conſil. 16. numer. 14. lib. 1. Gozzadin. conſ. 73. numer. 13.

Rolan.

Rolan. conſil. 72. num. 61. lib. 3. Vbi idem quando ſtatutum vtitur iſtis verbis, videlicet, iuxta formam. quod, & idem voluit Virgil. Boccac. in Conſtitut. Piceni. gloſ. 6. num. 164.

Secundò, forma cenſetur inducta per hanc, ſeu ſimilem rubricam De modo procedendi, &c. quia idem eſt, ac ſi dictum fuiſſet de forma procedendi. Aſin. in pract. §. 3. cap. 36. num. 1.

Tertiò, forma dicitur inducta quotieſcunque lex ſeu ſtatutum addit neceſſitatem aliquid faciendi. Abb. in cap. Cum dilecta. num. 12. de reſcript. vtputa, quando ſtatutum vtitur verbo Teneatur. Tiraquel. de retract. lignagier. §. 36. gloſ. 2. numer. 25. Bero. quæſt. 24. nu. 4.

Quartò, forma cenſetur inducta per legem ſeu ſtatutum, quo actus annullatur & irritatur. Rolan. conſil. 60. numer. 23. & ſequentibus. lib. 4. Menoch. de arbitrar. quæſtionib. lib. 1. quæſtione 30. numer. 5. Virgil. Boccac. in conſtitut. Piceni. gloſ. 6. numer. 159. Cardinal. Tuſch. cum allegat. per eum practicar. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 414. numer. 160. 25. & 29. Faciunt Doctores per me ſupra allegati. num. 97. & ſeq. & num. 180.

Quintò, forma cenſetur inducta, quando lex ſeu ſtatutum loquitur conditionaliter. Bald. in Authen. matri, & auiæ. numer. 3. in fin. verſ. Et conditio, quæ apponitur. C. Quand. mulier tutelæ officio. Dec. conſ. 77. poſt num. 1. verſ. Et ipſa conditio, & conſil. 466. in fine. num. 18. verſ. Et conditio formam inducit. Rolan. conſil. 97. numer. 60. lib. 1. & conſil. 55. num. 25. lib. 3. & conſil. 81. num. 15. & 16. & conſil. 97. num. 60. lib. 1. Deciſ. Pedemon. 169. numer. 5. Virgil. Boccac. in conſtitut. Marchiæ. gloſ. 6. num. 156. & faciunt Doctores ſupra allegati. numer. 80. Quibus addo Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 414. numer. 8. 10. 13. & 17. & concluſ. 415. num. 11.

Et hinc infertur formam inductam cenſeri per ablatiuos abſolutos. Roland. conſil. 81. num. 15. & 16. 82. & ſequentibus. lib. 1. & conſil. 55. nu. 25. lib. 3. deciſ. Pedem. 163. num. 12. Sarmient. Select. interpretat. lib. 2. cap. 1. numer. 16. Sic & formam inductam eſſe per hęc verba Ita tamen. voluit Oſaſc. deciſ. Pedem. 169. num. 5.

Sextò, forma cenſetur inducta per temporis appoſitionem, quia tempus ordinatum à ſtatuto dicitur eſſe de forma, Rolan. conſil. 72. numer. 71. lib. 3. Oſaſc. deciſ. Pedem. 163. num. 9. & ſequentibus & numer. 16. Virgil. Boccac. in conſtitut. Marchiæ gloſ. 6. num. 162. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 14. numer. 23. Vide quæ generaliter dicam infra. num. 216.

Septimò, forma cenſetur inducta à ſtatuto ſi aliquid ſtatuit præter ius commune. Roland. conſ. 72. numer. 61. lib. 3. Boccac. in conſtitut. Piceni gloſ. 6. numer. 163. & 165. Vbi ampliat etiam quod exprimat id, quoniam erat de iure communi, de honeſtate, & non de neceſſitate. Vide Cardinal. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 414. numero primo.

Octauò, forma inducta cenſetur ex vehementi, & ſtudioſa animi applicatione, quam diſponens habet circa modum in diſpoſitione expreſſum ex allegatis per Virgil. Boccac. in conſtitution. Piceni. gloſ. 6. num. 168. Cardinal. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 421. num. 10.

Nonò, forma cenſetur inducta per dictiones taxatiuas ex allegatis per Virgil. Boccac. in conſtitut. Piceni gloſ. 6. nu. 167. Dixi ſupra in materia extenſionis faciendæ in diſpoſitione habente dictionem taxatiuam.

Decimò, forma cenſetur inducta per iuramentum, quòd lex ſeu ſtatutum præcipit interuenire debere in actu ex allegatis per Virgil. Boccac. in conſtitut. Piceni. gloſ. 6. num. 169. et eſt ratio, quia, vt ſuo loco dixi, iuramentum in ſpecifica forma adimpleri debet.

204 LEX ſeu ſtatutum quando dat formam ſeruandam in aliquo actu, illa non ſeruata, actus eſt nullus. l. cum hi. §. Prætor. ff. de tranſaction. in l. Meuius, et in l. Qui hæredi. ff. de condit. et demonſtrat. l. 1. et 2. C. quando prouocare non eſt neceſſè. §. Diffinitiua 2. quæſtion. 6. gloſ. in cap. Cum dilecta. in verbo Irritum. & ibi Panormitan. num. 4. & Felin. numero ſexto, & communiter Canoniſtæ omnes. extra de reſcriptis. Abb. in cap. Nulli. numer. 7. de reb. Eccleſ. non alienand. & in cap. Si quis. num. 4. eodem tit. & in cap. Prudentiam. num. 5. de offic. Delegat. Alber. in l. Non dubium. num. 6. verſ. Si verò lex reſiſtit formæ, Tiraquel. de reuoc. donation. in verbo Reuertatur. numer. 67. Vbi alios plures refert concordantes. Felin. in cap. Cum dilecta. num. 9. verſ. Amplia nono. extra de reſcriptis. Cagnol. in l. Si nihil, num. 2. ff. de reg. iuris. Vant. in tract. de nullitate tit. Quot, & quibus modis, &c. num. 55. Aſin. in pract. §. 3. cap. 36. gloſ. 2. ſub numer. 29. Roland. conſil. 73. num. o. lib. 2. & conſil. 30. num. 2. lib. 3. & conſil. 72. nu. 54. & ſeq. eodem lib. 3. & conſ. 60. num. 24. lib. 4. apud quem reperies etiam defectum formæ eſſe maiorem, quam defectu materiæ, ſeu perſonæ. Franciſ. Suarez de legib. lib. 5. cap. 31. num. 1. Ioann. Salas in eodem tract. de legib. quæſtione 96. tract. 14. diſputat. 16. ſection. 1. num. 1. ante medium verſ. Ex quibus legibus, Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpretatione concluſ. 9. num. 8. & num. 55. verſ. Et quia, vbi alios plures refert concordantes. Adde ad comprobationem huius regulæ omninò. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Forma. concl. 414. num. 1. & 415. num. 10. & num. 16. & nu. 28. & concluſ. 418. per tot. Vbi facit plures particulares illationes, quas omninò videas.

Hæc regula ampliatur, & limitatur pluribus modis, vt infra.

205 LEX ſeu ſtatutum quando mandat aliquid fieri cum certa ſolemnitate, ſi ſolemnitas à lege requiſi-

quiſita omittatur, actus eſt nullus, etiam quòd lex ſeu ſtatutum, ſolemnitatem requirens actum expreſsè non annullet, ſecundum Paul. de Caſtro in l. Non dubium, num. 8. C. de legib. & ibi etiam Iaſon. num. 6. Tiraquell. qui alios plures refert concordantes de reuocand. donationibus in verbo Reuertatur. nu. 67. Stephan. Lamberteng. de contract. eorum, &c. gloſ. 16. ſub num. 1. Vbi generaliter dixit, quòd quando requiritur aliqua ſolemnitas in ipſo actu adhibenda, tunc verba important ipſo iure etiam prolata in tempore futuro. Ioan. Salas in tract. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 16. Section. 8. num. 27. poſt med. verſ. Si enim lex iubet aliquam ſolemnitatem adhiberi & ſection. 9. n. 37. Vbi alios refert Ioan. Salas in tract. de legib. qu. 96. tract. 14. diſputat. 16. ſection. 8. num. 27. poſt med. verſ. Si enim lex. Vbi apertè dixit, quod ſi lex iubet aliquam ſolemnitatem adhiberi tempore contractus, ſi aliter contractus fiat, eſt nullus ipſo iure. Iuribus ibi per eum allegatis. Quod, & idem probauit Alderan. Maſcard. de generali ſtatutor. interpretatione concluſ. 9. num. 49.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ.

206 Vide tamen Franc. Suarez in tract. de legibus. lib. 5. cap. 32. num. 2. & ſeq. Vbi declarando hanc materiam diſtinguit inter ſolemnitatem requiſitam ante actum, & in actu. Primò caſu ſolemnitatis ante actum requiſitæ omiſſionem dicit abſque alio irritare ipſo iure, quia hæc ſolemnitas cenſetur ſubſtantialis. Secundò caſu omiſſionem ſolemnitatis requiſitæ in ipſo actu non irritare ipſo iure, niſi addatur clauſula annullatiua, & ſic ni fallor, videtur tenere contra propoſitam regulam. Vide etiam ad hæc Ioann. Salas in eodem tract. de legib. quæſtione 96. tract. 14. diſput. 16. ſection. 10. n. 40. & ſeqq. Vbi plenè diſputat An lex requirens in contractu certam ſolemnitatem, & addens verba irritantia, reddat actum ſtatim nullum? An verò requiratur Iudicis auctoritas?

207 LEX ſeu ſtatutum, quando in actu requirit aliquid pro forma, id, quod requiritur, omitti non poteſt, etiam quod omiſſio tendat ad faciliorem actus expeditionem. Gloſ. eſt in cap. Solet. de ſentent. excommunic. in 6. Vbi delegatus excedendo formam commiſſionis non poteſt abſoluere ad cautelam, licèt ex ea facilius cauſæ expeditio ſequi poteſt, & ibi Domin. in princ. notat, quòd licèt in commiſſione veniant ea, ſine quibus cauſa expediri non poſſit, non tamen veniunt ea, per quæ commodius cauſa expediri poteſt, & facit generalis ratio, quia, vt ſuo loco dictum eſt, formæ nihil addi, aut detrahi poteſt, & in ſpecie poſt Bald. & Felin. in locis per eum relatis, hanc concluſionem firmauit Alder. Maſcard. de generali ſtatutor. interpretat. concluſ. 9. num. 57.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

208 LEX ſeu ſtatutum quando aliquid inducit pro forma, Tunc eadem forma debet non in parte, ſed in totum adimpleri, & in parte, quamuis minima non adimpleta in totum corruit, quia forma indiuiſibilis eſt, & eius omiſſio quamuis ſit leuis actum vitiat. Tiraquell. de retract. lignagier. §. 1. Gloſ. 21. num. 11. in princ. & d. num. 11. in fine, et num. 12. & 13. Vbi alios plures ad præmiſſorum comprobationem refert concordantes, et de retract. conuention. §. 4. gloſ. 6. nnmer. 31. & 32. Vbi pariter plures adducit concordantes, probantes quòd formæ omiſſio, etiam quòd leuis ſit, et in minimo, in totum vitiat, quia indiuiſibilis eſt, et numer. 33. adducit aliqua iura in contrarium, et cogitandum relinquit, et de legibus gloſ. 6. num. 4. et in tract. de Iudicio in rebus exiguis fol. mihi 32. in paruis. verſ. Secundo eſt text. & ſeq. Quibus adde Soccin. iun. conſ. 37. numer. 6. lib. 2. Pariſ. conſil. 9. num. 8. et ſequentibus. lib. 3. Roland. conſ. 30. numer. 5. et conſ. 72. num. 58. et 64. lib. 3. et conſ. 60. num. 28. lib. 4. Alderan. Maſcard. cum allegatis per eum de generali ſtatut. interpretat. concluſ. 9. num. 61. Franc. Suarez in tract. de legibus. lib. 5. cap. 32. num. 8. 9. et 10. quem omninò benè declarantem videas. et vide etiam Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 415. num. 13. et 421. num. 7. cum allegatis per eum dicentibus, quòd omiſſio leuis formæ ſeu leuis ſolemnitatis actum non vitiat.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

209 LEX ſeu ſtatutum quando aliquid inducit pro forma, non poteſt forma illa per æquipollens adimpleri; et propterea formæ omiſſio vitiat, etiam ſi aliquid legitimè fiat. ad Gloſ. in cap. cum dilecta. in verbo Traſponentes. de reſcript. cum alijs per Soccin. iun. in conſ. 37. num. 6. lib. 2. Roland. conſil. 30. nu. 4. lib. 3. et conſil. 72. num. 69. eodem lib. 3. et conſ. 60. num. 25. lib. 4. & per Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. Gloſ. 21. num. 11. verſ. Hæc ea quoque poteſt per æquipollens adimpleri. & §. 36. gloſ. 2. num. 58. & de legib. connub. gloſ. 6. num. 26. & gloſ. 7. num. 188. Oſaſch. deciſ. Pedem. 163. num. 4. & ſequentib. & nouiſſimè per Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpretatione concluſ. 9. numer. 62. Vbi facit plures notabiles illationes, quas ibi per eum videas.

Vide tamen Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Forma. conclnſ. 419. Vbi firmat regulam in contrarium, quod ſcilicet, forma poteſt per æquipollẽs adimpleri, et ex ea facit plures notabiles illationes, quas omninò ibi per eum videas, quia poterũt tibi deſeruire pro limitationibus ad præcedentem firmatam concluſionem.

Et hæc ſit quarta ampliatio, quam declara pluribus modis, vt infra in limitationibus.

210 LEX ſiue ſtatutum quando aliquid requirit pro forma ea non ſeruata corruit actus, etiam quòd ſimus in fauorabilibus, et pijs cauſis. Tiraq. de retract. lignagier. §. 1. gloſ. 21. ſub numer. 11. Grammat. deciſ. 79. num. 11. et numer. 14. Roland. conſ. 72.

conſ.72.num.59.lib.3.Aſin.in pract.§.3.cap.36.num.13.Alderan.Maſcard. de generali ſtatut. interpretatione.concluſ.9.num.64.

Et hæc ſit quinta ampliatio.

211 LEX ſeu ſtatutum quando aliquid requirit pro forma ab illius omiſſione non excuſat ætas, ruſticitas, ſexus, militia, aut alia quælibet qualitas. Tiraquell. cum allegat. per eum de retract. conuention.§.4.gloſ.7.num.15.& num.20. Vbi tamen quo ad ruſticos loquitur, quādo non conſuluerunt peritos in vicina Ciuitate exiſtentes. Rolan. conſil. 30.num.8.lib.3. & dixi iterum hac de re ſupra in fragmentis in verbo Ignorantia. Card.Tuſc. cum allegatis per eum.pract.concluſ.in verbo Forma. concluſ.415.num.29.

Et hæc ſit ſexta ampliatio.

212 LEX ſeu ſtatutum formam inducens, operatur, vt non ſolum actus contra eam factus ſit nullus ipſo iure, ſed etiam factus præter formam in eadem lege, vel ſtatuto præfixam, & eſt ratio, quia formæ nihil addi, aut minui poteſt, ſed ad vnguem ſeruanda eſt ex allegatis per Roland. in conſil. 30. num.3.lib.2.& conſ.72.nu.55.60.68. & ſeq.lib.3. Oſaſc.deciſ. Pedem.164. num.4.& ſeqq. Alderan. qui alios plures refert in idem concordantes. de generali ſtatut.interpretatione.concl. 9. nu.56.

Et hæc ſit ſeptima ampliatio.

213 LEX ſeu ſtatutum quando requirit in actu aliquid pro forma ſpecificè, illa forma adimplenda eſt.Bald.Ang.Paul. de Caſtro, & alij omnes in l. 1. ff.de liber.& poſth.Alex.conſ.137.in cauſa, & litte. num.15.& ſeq. verſ.ſed forma.lib.2.Marſil. conſil. 117.num.25.& ſeq. Rolan.conſ.72.num.54.& ſequentib.lib.3.Tiraq. de retract. lignagier.§.1.gloſ. 21.num.10.in fine. Card. Tuſc.pract.concluſ. in verbo Forma.concluſ.415. Vbi facit regulam affirmatiuam cum pluribus ampliationibus, & declarationibus more ſuo. vide infra nu. 205.

Et hæc ſit octaua ampliatio.

214 LEX ſeu ſtatutum quando aliquid inducit pro forma illa in totum adimpleri debet ad vnguem & ad litteram, prout iacet, nec ei aliquid addi, aut minui poteſt. Tiraqu. de retract.lignagier.§.1. gloſ. 21.ſub numer.11. & de retract. conuentional.§.4. gloſ. 6. ſub num.31. Card.Tuſc.pract.concluſ.in verbo Forma. concluſ.415.Vbi facit regulam cum ſuis ampliationibus more ſuo.

Et hæc ſit nona ampliatio.

215 LEX ſeu ſtatutum quando aliquid requirit pro forma, non ſufficit illud adimpleri per verba generalia ſub verborum inuolucro, & an per relationem ad aliud? Vide Tiraq. de legib. connubial. l.6. nu.98.& 99.& gloſ.7.n.188.& pluribus ſeqq.

Et hæc ſit decima ampliatio.

216 LEX ſeu ſtatutum quando mandat aliquid fieri certo modo, certo loco, ſeu certo tempore, & actus fiat alio loco, alio modo, & alio tempore; tunc non eſt nullus, niſi lex ſeu ſtatutum vlterius procedendo, illum annullauerit. Iaſ. in l. Non dubium. num. 18. & ſeqq.C. de legib. Vbi ponit quatuor limitationes. Alex.in l. 1.numer. 6.& ſeq. ff. de liber.& poſthum. Natta.conſ.287.nu.6.Virgil. Boccac. in conſtitut. Piceni. gloſ.6. num.110. in fine. Vbi teſtatur de communi Doctorum ſententia ex Alberto Bruno in tract. de forma in loco per eum relato. Alderan. Maſcard. de generali ſtatut.interpretatione. concluſ.9.num.36.& 37.Vbi declarat niſi à lege, vel ſtatuto fuiſſet data certa forma, vel fuiſſet appoſita clauſula annullatiua.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ.

217 Contrarium voluiſſe videtur Bellapert. in l. Non dubium.colum.5. ad finem. verſ.Pone ex iſto contractu. C. de legib.vbi dixit, quòd vbi à lege eſt datus modus contrahendi, ſi modus ille non ſeruetur, contractus eſt nullus ipſo iure. Vant. de nullitate. tit. Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponatur. numer. 52. Vbi quod quando lex diſponit, quòd certa ſolemnitas, vel certus modus ante, vel tempore celebrationis ipſius actus adhibeatur; tunc hac forma non ſeruata actus ipſo iure nullus reputatur. Felin. in cap. Cum dilecta. column.7. verſ. Sextum ſignum.extra de reſcriptis. Vbi ex Bald. quem allegat in l. 1. num.8. ad finem verſ. Et eſt ratio.C. ne liceat tertio prouocare dixit, quòd forma cenſetur inducta à lege vel ſtatuto, ponente ſolemnitates per ordinem. Rolan. conſ.72. num.61. lib.3. Vbi quod forma cenſetur inducta à ſtatuto, quando aliquid diſponit cum aliquibus modificationibus, quod & idem voluit Virgil.Boccac.in conſtitut.Piceni.gloſ.6.num.166.& Oſaſch. deciſ.Pedem.164. num.11. & quod per appoſitionem temporis forma cenſeatur inducta, et qui tempus non obſeruat, dicatur non obſeruare formam voluit Felin. in cap. Cum dilecta de reſcript.col.8. verſ. Octauum ſignum.per text. in l. Scire oportet. §.Conſequi eas. ff. de excuſation.tutor. Bald.in Authen. quæ ſupplicatio propè finem. C. de precibus Imper.offerend.Roland. conſ.72.nu.7. lib.3. Alderan.Maſcar.cum allegatis per eum de generali ſtatut. interpretat. concluſ.9. numer.8.Vbi facit generalem concluſionem, quòd quando ſtatutum mandat aliquid fieri prius, illudq; fiat poſterius, actus eſt ipſo iure nullus defectu formæ, & ponit exempla, et num. 13. Vbi facit aliam concluſionem, quòd quando ſtatutum dat certum modum non prouiſum de iure communi, ſi actus alio modo fiat, cenſetur nullus defectu formæ. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Forma.concluſ.414. num.14.15. et 18. Vbi dixit formam cenſeri inductam, quando ſtatutum dat certum ordinem ad actum, vel quando loquitur cum certis modificationibus. et concluſ.415.num.9.20.et 21. Vbi dicit idem. et concluſ. 418.num.9.

218 In hac contrarietate vide Virgil. Boccac. in conſtitut. Marchiæ.Gloſ.6. num.160. et 167. Vbi primam opinionem declarat procedere, quando id, quod

quod omittitur, eſt leuis præiudicij. Secundam autem quando omittitur aliquid grauis præiudicij, & num. 158. in fine. Vbi pariter dicit formam non cenſeri inductam à lege per modum, qui variabilis ſit, & vide omnino ad materiam legis, ſeu ſtatuti mandantis aliquid fieri certo loco, aut certo tempore, nunquid actus alio loco, ſeu tempore factus cenſeatur nullus ipſo iure Franc. Suarez de legibus lib. 5. cap. 25. numer. 10. & ſequentibus vſque ad num. 16. & cap. 28. & num. 17. & 18. & Ioan. Salas in eodem tractat. de legibus. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 16. ſection. 8. num. 19. in fine. verſ. Tertia explicatio. & num. 20.

Vide quæ generaliter dixi ſupra numer. 149. & numer. 203. verſ. ſexto. Vbi iterum dixi hac de re.

219 LEX ſeu ſtatutum ſi aliquid pro forma requirit; tunc demum omiſſio actum vitiat, ſi talis forma continet in ſe æquitatem, aliàs ſecus. Iuribus allegatis per Bartol. in l. Non dubium. numer. 20. C. de legibus. Qua de re vide Franciſcum Suarez in tractat. de legibus lib. 5. cap. 31. numer. 3. & Ioannē Salas in eodem tract. de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 16. ſection. 9. num. 36.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

220 LEX ſeu ſtatutum quando aliquid requirit pro forma eius omiſſio omnino vitiat, quādo ea eſt ſubſtantialis; ſecus ſi non ſubſtantialis, ſed accidentalis, ex allegatis per Franciſcum Suarez in tract. de legibus lib. quinto cap. 31. numero ſecundo. Ioannem Salas in eodem tractat. de legibus. quæſt. 96. tract. 14. diſputat. 16. ſection. nona. numer. 36. & ſequentibus.

221 In dubio autem forma præſumitur ſubſtantialis, non autem accidentalis ex allegatis per Mathesil. ſing. 130. & ſeq. & in addition. Vbi etiam de materia. Roland. conſ. 43. numero 13. lib. 2. & conſil. 30. numero primo, & conſil. 55. numero 26. lib. 3. Vant. in tractat. de nullitate rubr. Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponatur. numer. 52.

Et hæc ſit tertia limitatio.

Quando autem forma dicatur ſubſtantialis, & non accidentalis, & ex quibus conijciatur vide plures regulas traditas per Franciſcum Suarez in tractat. de legibus lib. quinto cap. 31. numero tertio. & ſeqq. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 414. num. 54.

Et quid de forma extranea, & remota? Et quid de proxima, & de materia? Vide Alderan. dicta concl. 9. num. 99. & ſeq.

222 LEX ſeu ſtatutum ſi requirat aliquid pro forma eius omiſſio non vitiat, quando aliqua neceſſitas impediat illam adimpleri. Tiraquell. cum alleg. per eum de legibus connub. gloſſ. 6. num. 34. Corn. conſ. 231. numer. 1. lib. 1. Ang. in l. ſi vacantia, C. de bonis vacantibus. lib. 10. Pariſ. conſil. 33. nu. 29. & ſeq. lib. 2. Aſin. in pract. §. 3. cap. 38. Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpretatione concluſ. 9. num. 78. qui ponunt exemplum in impedimento peſtis. Quibus addo Rolan. conſil. 81. num. 25. 26. 39. 40. 52. 82. & ſeqq. & in deciſione eiuſdem conſilij.

Et hæc ſit quarta limitatio.

223 Et de formæ omiſſione propter iuſtam cauſam. quod excuſetur omittens, quando præſertim cauſa iuſta, talis eſt, quòd nec eam negaſſet ſtatutum, ſi de ea ſtatuentes interrogati eſſent Voluerunt Bal. Paul. de Caſtro. Iaſ. & alij in authent. hodie. C. de iudicijs. Pariſ. conſ. 33. numer. 33. lib. 2. Burſatt. conſ. 4. num. 58. verſ. Sexto, & vltimo. lib. 1. Aſin. in pract. §. 3. cap. 39. Vbi teſtatur de magis recepta Doctorum ſententia, à qua nec etiam diſſentit Alder. Maſcar. de generali ſtatut. interpretat. concluſ. 9. numer. 82. Quicquid ſecus voluerit Decius in conſ. 466. num. 14. & Roland. conſ. 72. num. 64. lib. 3.

Et hæc ſit quinta limitatio.

224 LEX ſeu ſtatutum ſi aliquid pro forma requirit eius omiſſio nōn vitiat fauore dotis, & in actis dotis fauorem reſpicientibus. Salicet. in l. final. in princip. C. de iure dotium. Vbi dixit, quòd ſtante ſtatuto, quòd inſtrumenta ſententiæ non probent, niſi reperiantur regiſtrata in Archiuio publico tale ſtatutum non habebit locum in inſtrumento dotis. ſequitur Iaſ. in l. 1. in 3. notab. ff. ſolut. matrim. Balb. de præſcript. in 2. parte ſecundæ partis principalis in vndecima limitatione. Brun. in tract. Stantibus maſculis, art. 9. quæſt. 3. Dec. conſ. 301. in cauſa, quæ Ferrariæ. num. 3. Quos ſic dicentes refert Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpretat. concluſ. 9. num. 80. & 81. Vbi relatis contrarium tenentibus diſtinguendo dixit primam Saliceti opinionem procedere in ſolemnitate difficilis obſeruationis, contrariam verò in ſolemnitate facili, & fauorabili.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

225 LEX ſeu ſtatutum mandans habenti aliàs poteſtatem faciendi actum, illum ſub certa forma fieri non addendo clauſulam aliquam annullatiuam; tunc licèt contrafaciens puniendus ſit, actus tamen valet ex allegatis per Alder. Maſcar. de generali ſtatut. interpretatione. num. 53.

Et hæc ſit ſeptima limitatio.

226 Idem quando actus fieret ab habente auctoritatem derogandi ſtatuto, & illud tollendi, tūc enim actus contra formam à ſtatuto requiſitam ab eo factus non eſt nullus, quia ſic agens ſibi ipſi contra ſtatutum diſpenſaſſe videtur ſecundum Bart. Bald. Paul. de Caſtro. Felyn. & alios allegatos per Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpretatione, concluſ. 9. num. 66.

Et hæc ſit octaua limitatio.

227 LEX ſeu ſtatutum quando aliquid requirit pro forma eius omiſſio non vitiat actum; quando illa omittitur ratione ſcandali euitandi, vel immi-

nentis periculi. cap. ſtatuimus. de offic. delegat. in 6. cap. Vbi periculum. §. Porro. de election. in ſexto Clemen. 1. de foro competenti. Iaſ. in l. 1. in primo notabili. verſ. limita tamen. C. de teſtamentis. & in l. 1. ſub num. 13. ff. de liber. & poſthum. Caſſad. deciſ. 1. de dolo, & contumacia. Pariſ. conſil. 33. num. 28. & ſeq. lib. 2. cum alijs per Alder. Maſcard. de generali ſtatut. interpretatione. concluſ. 9. numer. 67. & ſeqq. Vbi hanc declarationem ſublimitat ſublimitationẽ apud eum videas.

Et hæc ſit noua limitatio.

228 LEX ſeu ſtatutum ſi aliquid pro forma requirit, eius omiſſio actum non vitiat, ſi ex alijs menti, & intentioni ſtatuentium, ſatisfactum fuerit. Menti enim legis, & ſtatuti ſatisfaciendum potius eſt, quàm verbis. l. mulier. ff. ad Trebellian. l. 1. C. de inſtit. & ſubſtitut. cum ſimilibus; & in propoſito voluit Mantua. conſ. 143. numer. 65. Caſſad. deciſ. 2. tit. de iudicijs. Roman. conſil. 433. numer. 2. & 3. & ibi Mandoſ. in addition. littera A. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 419. numer. 21. & 22. Cagnol. in l. Si quis maior. num. 153. C. de tranſact. Vbi tamen, inquit, quòd licèt præmiſſa declaratio ſubſiſtat, ipſe tamen ſemper conſilium daret, quod forma ſeruaretur ad vnguem; quod & idem voluit Aſin. in pract. §. 3. cap. 40. Alios refert Alder. Maſcard. de generali ſtatut. interpretatione. concluſ. 9. num. 76. & ſeq. Vbi & ipſe dicit hanc declarationem non habere locum, quando appareret de expreſſa mente ſtatuentium, quòd voluerint omninò formam ab ipſis poſitam ſeruari: Nam tunc ſi illa non ſeruaretur, nec etiam diceretur ſatisfactum eorum menti.

Et hæc ſit decima limitatio.

229 Nunquid autem forma poſſit per æquipollens adimpleri, quando per illud æquipollens vberius, & pinguius ſatisfactum eſt legi, ſeu ſtatuto aliquid pro forma requirenti Vide Tiraquell. cum allegatis per eum de retract. lignag. §. 30. gloſ. 2. numer. 58. 59. & 60.

230 LEX ſeu ſtatutum ſi aliquid pro forma requirit, eius omiſſio non vitiat, quando ea tacitè ſubintelligitur adimpleta exemplum in ſtatuto diſponente, quòd quis non poſſit banniri niſi citetur, vt ipſe, vel alius pro eo compareat: Iudex enim iſto caſu ſufficienter formæ ſatisfeciſſe dicetur, ſi ſimpliciter ipſum vt compareat, citauerit, cum ob id tacitè etiam incluſiſſe videatur, vt ipſe, vel alius pro eo compareat iuxta diſpoſitionem ſtatuti, ſecundum Bald. in l. final. C. de procuratoribus. Soccin. conſil. 10. num. 6. lib. 4. Grat. conſil. 121. num. 9. lib. 1. Aſin. in pract. §. 3. cap. 42. Quos in propoſito refert, & ſequitur Alderan. Maſcard. de generali ſtatut. interpretatione. concluſ. 9. num. 79.

Et hæc ſit vndecima limitatio.

231 LEX ſeu ſtatutum ſi aliquid requirit pro forma circa pacta, proceſſum, aut decretum ſuper aliqua re, de qua tamen appareat expreſſa confeſſio partis; Tunc fruſtra quæritur de omiſſione, aut inobſeruantia formæ proceſſus, & decreti prædicti, quia confeſſio partis omnia dirimit, nec indigemus tela iudicij, vbi partis confeſsio emanat ex allegatis per Alderan. Maſcard. in tract. de generali ſtatut. interpretat. concluſ. 9. num. 72. & ſeqq. Vbi declarat declarationem ibi videas, & vide etiam ad eandem declarationem, quæ dixi ſupra in tit. de reo confeſſo, & conuicto in materia.

Et hæc ſit duodecima limitatio.

232 LEX ſeu ſtatutum mandans aliquid fieri cum certa ſolemnitate poſt actum iam factum ſolemnitate non adhibita, actus non dicitur nullus, niſi eadem lex expreſſerit, quòd actus aliter factus non valeat, & ſic actus in eſſe productus ſtabit, donec fuerit per ſententiam irritatus. l. vniuerſa. vbi gloſ. & Bart. C. de precibus Imperat. offerendis. Idem Bart. in l. Si ita. §. ea lege. ff. de verbor. obligationibus cum alijs relatis per Vantium in tract. de nullitat. rubr. Quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponatur. num. 55. Virgil. Boccac. in conſtit. Piceni. gloſ. 6. num. 158. & gloſ. 8. ſub nu. 308. Franc. Suarez in tract. de legib. lib. 5. cap. 32. numer. 2. Vbi alij referuntur concordantes teſtatur de communi, & ponit exemplum in l. Poſtulante vt donatio facta inſinuetur, vel quod ex re vendita gabella ſoluatur, alias non ſit venditio. His enim caſibus inquit donationem, aut reſpectiuè venditionem ſine inſinuatione, & ſolutione gabellæ factam non eſſe ipſo iure nullam, ſed annullandam eſſe. Ioan. Salas in eodem tract. de legib. quæſtione 96. tract. 14. diſputat. 16. ſection. 8. numer. 27. poſt med. verſ. Si verò iubet aliquam ſolemnitatem adhiberi poſt contractum. Alder. Maſcard. de generali ſtatut. interpretat. concluſ. 9. numer. 45. & ſeq. Vbi alios plures refert, & numer. 47. & 48. Vbi limitat hanc concluſionem, quando lex ſeu ſtatutum requirens ſolemnitatem poſt actum perfectum vlterius procederet, annullando actum ipſo iure, vel etiam dicendo, quòd aliter factus non valeat. Adde ad præmiſſam concluſionem. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Forma. concluſ. 414. num. 30. & concluſ. 418. num. 22.

Et hæc ſit decimatertia limitatio.

Quid de ſolemnitate requiſita in actu, vel ante vide ſupra num. 205.

233 LEX ſeu ſtatutum quando aliquid inducit pro forma, poteſt per æquipollens adimpleri, quando eadem lex ſeu ſtatutum conſiderat effectum. Dec. in c. de appellat. nu. 5. & ſeq. de appellat. Vbi declarat Ruin. conſ. 137. nu. 9. lib. 1. Menoch. conſ. 131. num. 15. lib. 2. Cephal. cum allegatis per eum conſ. 35. num. 46. lib. 1. Oſaſc. deciſ. Pedem. 92. num. 15. Vbi quod forma poteſt per æquipollens adimpleri, quando ipſo iure inducitur idem effectus. Cardin. Tuſc. pract. concl. in verbo Forma. concl. 414. n. 38.

Et hæc ſit decimaquarta & vltima limitatio.

AR-

ARGVMENTVM.

LITIGIOSA res, an & quando alienari poſſit, & quando per litem res efficiatur litigioſa, & inalienabilis?

SVMMARIVM.

Litigioſæ rei alienationis materia generaliter. numero 234.

Litigioſa res regulariter alienari non poteſt, & ſi alienetur, alienatio non valet, & eſt nulla ipſo iure. num. 235. & ſeqq.

Lititigioſam rem emens ignoranter, pœnas litigioſi non incurrit, alienatio tamen non valet. numero 236.

Litigioſa res donari non poteſt. num. 237.

Litigioſa res hypothecari non poteſt. num. 238. licèt alij ibi contrarium tenuerint.

Litigioſa res permutari non poteſt. num. 239.

Litigioſa res in alium transferri non poteſt. num. 239. & ſeq. Vbi generaliter quod non poteſt in alium transferri titulo cuiuslibet contractus.

Litigioſa res alienari non poteſt nec etiam fauore piæ cauſæ. num. 242. & ſeq. Vbi etiam quod nec poteſt transferri in Monaſterium, & an in templum diuinum, & ſic eam dedicando ſacram ibidem, vbi qua pœna iſto caſu puniatur alienans rem litigioſam.

Litigioſa rei alienatio non valet etiam quod ſit facta à Fiſco. num. 243.

Litigioſum beneficium reſignari nunquid poſſit. numero 244. Vbi etiam an lite pendente poſſit conferri.

Litigioſa res alienari non poteſt etiam quod ſemel fueris facta alienabilis. num. 245.

Litigioſa rei mobilis alienatio non valet. numer. 246. declara. vt num. 247.

Litigioſæ rei alienatio non valet etiam quod lis pendeat coram delegato. num. 248.

Litigioſa actio cedi non poteſt. numer. 249. licèt alij contra. num. 250.

Litigioſa res alienari non poteſt non ſolum à reo, ſed nec etiam ab actore. num. 251.

Litigioſa rei alienatio non valet etiam facta in perſonam coniunctam. num. 252.

Litigioſa res alienari non poteſt nec etiam ex cauſa dotis. numero 253. & 254. Vbi quod nec etiam alienari poteſt ex cauſa donationis propter nuptias.

Litigioſa res alienari non poteſt ex cauſa diuiſionis. numero 255. Declara. vt numero 256. & ſequentibus.

Litigioſa res alienari non poteſt ex cauſa transactionis declara. vt numero 257. & ſeqq.

Litigioſa res nunquid poſſit locari ſine vitio litigioſi. num. 258.

Litigioſa res alienari poteſt ex cauſa neceſſaria, & quæ dicantur cauſæ neceſſariæ. numero 259. & ſequentibus.

Litigioſa res nunquid poſſit alienari ex cauſa legati vel fideicommiſſi. num. 261. & ſeqq.

Litigioſa res nunquid poſſit alienari ſub conditione vt valeat alienatio deficiente lite. numer. 262.

Litigioſa res non efficitur propter litem iniuſtam, vel calumnioſam. num. 263.

Litigioſa res non efficitur ex proceſſu nullo. num. 264. Vbi etiam de lite interdum à falſo Procuratore.

Litigioſa res non efficitur per accuſationem criminis pro quo venit imponenda pœna confiſcationis bonorum. num. 265.

Litigioſa res non efficitur, ſi non agatur de re ipſa, ſed de aliquo opere facto in re. numero 266.

Litigioſam rem ſcienter emens, nullitatem emptionis allegare non poteſt. num. 267.

Litigioſa res non efficitur per pendentiam litis coram arbitris, & quid coram arbitratore. num. 268.

Litigioſa res, an efficiatur per ſequeſtrum. numero 269.

Litigioſa res, alienari poteſt de licentia iudicis. numero 270. & ſeq. vbi multo magis de licentia Principis.

Litigioſa res, an efficiatur inalienabilis per litem in iudicio vniuerſali. num. 272. & ſeq.

Litigioſam rem alienans non punitur non ſequuta traditione. num. 274.

Litigioſa res alienari poteſt non à litigantibus, ſed ab extranea & tertia perſona. num. 275.

234 LITIGIOSA res, an & quando alienari poſſit? vltra infraſcripta vide l. 1. & per tot. ff. & C. de litigioſis, & in Clementina 2. vt lite pendente, & vtrobique Legiſtas, & Canoniſtas omnes; & vide etiam Odofred. in l. final. C. de litigioſis in fin. Vbi vltra infraſcriptas limitationes ponit alias nonnullas declarationes, quas ibi per eum videas. & per Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concl. 386. per tot.

235 LITIGIOSA res regulariter alienari non poteſt, & ſi alienetur, alienatio eſt nulla. text. ad litteram in l. 2. C. de litigioſis, vbi ſic dicitur. lite pendente actiones, quæ in iudicium deductæ ſunt, vel res, pro quibus actor à reo detentis intendit coniunctam perſonam, vel extraneam, donationibus, vel emptionibus, vel quibuslibet alijs con tractibus minimè transferri ab eodem actore liceat tanquam ſi nihil factum ſit, lite nihilominus peragenda & ibi hanc regulam communiter Doctores omnes firmant. Cyn. in l. fin. num. 1. C. eodem. eſt etiam Gloſ. in c. Eccleſia S. Mariæ in figuratione caſus in fine, extra vt lite pendente. Hoſtienſ. in

cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 4. extra vt lite pendente. Soccin. regul. 341. in princ. Cæpol. cautel. 191. incip. Res litigioſa, numer. 1. Afflict. deciſ. 396. In cauſa Comitis, num. 10. Lancillott. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione. numer. 451. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Litis pendentia. concl. 381. numer. 1. & concluſ. 387. numer. 11. Faciunt pro hac regula quæ dicam infra. nu. ſeq.

Hæc regula ampliatur, & limitatur pluribus modis, vt infra.

236 LITIGIOSAE rei emptio, & alienatio nulla, & inualida eſt ipſo iure, & ſi emens litem ignorauerit. Quamuis enim, vt ſuo loco dixi, ad effectum incurrendi pœnam diſtinguatur An emens, & litigioſam rem recipiens, litigioſi vitium ignorauerit, aut ſciuerit? Attamen ad effectum inualiditatis inſtrumenti indiſtinctè emptio prædicta, & contractus eſt omninò nullus. Text. eſt in l. fin. in princ. in illis verbis, Sine ſcientem, ſiue ignorantem vitio litigioſi contractus ſubiacere. C. de litigioſis. & ibi hoc annotauit gloſ. in figuratione caſus. in verſ. Si qua autem inſtrumenta. Iacobus Butrig. in princ. verſ. Aut ergo quærò de contractu. Odofred. in ſummario, & in verſ. Hodie vero. Bald. numer. 1. Vbi reddit bonam rationem Angel. num. 2. Salicet. num. 1. verſ. Nota quod contractus. Salicetus numero quarto in fine, & Ioannes Sicchar. numer. 5. in fine, & numero 6. Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ poſt num. 10. Extra vt lite pendente. Ang. in authent. de litigioſis. num. 4. verſ. Primus quia, Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 387. numero 17. Faciunt Doctores allegati in antecedenti numero.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ.

237 LITIGIOSA res non ſolùm vendi non poteſt, ſed nec etiam donari. Text. ad litteram in l. 2. ibi. Donationibus, vel emptionibus. C. de litigioſis, & ibi præſertim Bellapertic. in princip. Odofred. ante numerũ primũ in ſummario. Boer. deciſ. 33. numer. 2. Menoch. in ſecundo reſponſo cauſæ finarien. in 4. artic. num. 56. Lancillott. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 455. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. num. 54.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio, ad quam faciunt quæ de pœna donantis rem litigioſam dicam infra numer.....

238 LITIGIOSA res nec obligari, nec hypothecari poteſt. Odofred. in l. final. num. 2. C. de litigioſis, vbi plures affert rationes, & poſtea arguit contra de auth. de litigioſis. §. Ad hæc, & ibi etiam Ioannes Sicchard. num. 1. quem benè loquentem videas Bonifac. in clement. 2. num. 77. verſ. Nona concluſio, vt lite pendente. Henric. Boich. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ; numer. 22. extra vt lite pendente. Bellamer. poſt numer. 15. & Abb. num. 9. Ang. in authen. de litigioſis, num. 6. Alciat. conſ. 61. numer. 3. lib. 8. Milleus in repertorio in verbo Litigioſa res. Sicut Lancillot. de attent. part. 2. cap. 4. num. 456. Card. Tuſc. practicar. concl. in verbo Litigioſi vitium. concl. 386. numero 55.

Quamuis contrarium, quod licet res litigioſa alienari non poſſit; non tamen prohibeatur eam hypothecari, & obligari voluerunt aliqui, quos refert Gloſſ. in authen. de litigioſis. §. Ab hoc. in verbo. Et quando. verſ. Sed alij intelligunt.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

239 LITIGIOSA res in alium transferri non poteſt, nec etiam titulo permutationis, ſecundum gloſ. in l. fin. in verbo Vel in aliam ſpeciem. C. de litigioſis, & voluit Innocent. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ in princ. in verbo Succeſſerunt. & iterum infra in verſ. Item licet. extra vt lite pendente, & ibi etiam Hoſtienſ. numer. 8. Ioan. Andr. nu. 12. in fine. Anton. de Butr. numer. 10. in fin. Rot. deciſ. 3. aliàs 56. incip. Si lite pendente. in nouis, & deciſ. 3. aliàs 400. Nota ſi lite eodem titulo in antiquis. Lancillot. qui aliàs refert deciſiones de attentatis, par. 2. c. 4. in præfatione. num. 449.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

240 LITIGIOSA res non ſolùm non poteſt titulo venditionis, ſeu donationis in alium transferri; ſed nec etiam cuiuslibet alterius contractus titulo. Tex. eſt in l. 2. C. de litigioſis in illis verbis Donationibus, vel emptionibus, vel quibuslibet minimè transferri. & ibi gloſ. in verbo Contractibus. Odofredus ante numerũ 1. in ſummario. Item eſt text. in l. final. C. eodem. ponderando verbum Transtulerit. quod idem importat, quòd verbum alienare. & ſic comprahendit omnem translationis, & alienationis ſpeciem, & ponderando etiam alia ſubſequentia verba. Seu ad alios contractus. Et paulò infra alia verba. Qui rem alienauit. & iterum infra. Vel per aliam ſpeciem contractus eam acceperit tunc irrita rei alienatione facta. & ibi hoc adnotarunt Gloſſ. in verbo Vel per aliam ſpeciem. Iacob. Butrig. in princip. verſ. Aut ergo quæro de contractu. Bellapert. in fin. verſ. Sed quæritur res litigioſa, vbi quod prohibitio alienationis rei litigioſæ trahitur ad omnes contractus, qui continentur ſub verbo Alienationis. & ibi etiam Ioann. Sicchar. numer. 1. vbi notabiliter dixit, quòd non tantum is dicitur alienare rem litigioſam, qui eam vendit, vel donat, vel per alium contractum eius rei dominium in aliquem transfert, ſed & is dicitur alienare, qui alteri ius in illa re conſtituit, & numer. 5. Vbi propterea infert, quod venditionis nomine omnes fere concluduntur contractus.

Et hæc ſit quinta ampliatio.

241 LITIGIOSAE rei alienatio, ſiue etiam non litigioſę facta in potentiorem nullà, & inualida eſt, etiam iuramento firmata ex allegatis per

Oſaſch.

Oſaſch. deciſ. Pedemont. 144. numero ſecundo.
Et hæc ſit ſexta ampliatio.

242 LITIGIOSA res nec etiam alienari poteſt fauore piæ cauſæ: l. final. de litigioſis cum alijs per Lancillott. de attentatis par. 2. cap. 4. numer. 454.

Et hæc ſit ſeptima ampliatio.

Sic & LITIGIOSA res, quòd non poſſit transferri in monaſterium probat text. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ extra vt lite pendente. & ibi Hoſtienſ. nu. 7. verſ. Si monaſterium, & ibi etiam Ancharan. numer. 2. in primo notab. Vbi dixit quòd pœna litigioſi contractus habet locum etiam in monaſterio recipiente ſcienter rem litigioſam, & ſic quod etiam monaſterium poteſt delinquere, & puniri, & Abb. numer. 10. ante finem. Vbi pariter dixit, quòd poteſt agi contra monaſterium, & eodem modo contra quamlibet eccleſiam contrahentem vitio litigioſi, Cardinal. Tuſc. practicarum concluſionum in verbo Litigioſi vitium, concluſ. 356. numero 53. vbi quod pœnæ vendentium res litigioſas habent locum etiam in Eccleſia rem litigioſam vendente.

Quod ſi rei litigioſæ alienatio fieret in templum diuinum, & ſic in ſacrum dedicauerit: Nam tunc alienata res diuino Templo applicatur. l. final. ff. de litigioſis. Cyn. in l. final. numero 1. verſ. Fallit quando alienatur in Templum diuinum. Ci eodem, & ibi Bald. poſt numero 4. verſ. Quandoque tamen applicatur aduerſario, vbi declarat, dummodo res in ſacro dedicata ſit dedicantis, aliàs ſecus, & Ang. poſt num. 3.

Et amplius alienans in duplum condemnatur. Hoſtienſ. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 6. in fine extra vt lite non conteſtata, & ibi etiam Antonius de Butrio numero nono, etiam in fine verſ. Et ſi quis rem litigioſam. & Abb. numer. 10. verſ. Item aduerto Lancillot. de attentatis, par. 2. cap. 4. in præfation. num. 455.

243 LITIGIOSAE rei alienatio nec etiam valet ſi facta fuerit à fiſco ex allegatis per Petr. Anton. Angulſciol. in conſil. 49. Cum Fiſcus in princ. & per tot. lib. 2. & in conſ. 51. dubitari non poteſt num. 5. eodem lib. 2. ſicut illum refert, & ſequitur Lancillott. de attentatis par. 2. c. 4. in præfatione. num. 461.

Et hæc ſit octaua ampliatio.

244 LITIGIOSI vitium cadit non ſolùm in profanis: ſed etiam in beneficijs Eccleſiaſticis ſecundum Bald. in Auth. litigioſa, numero 1. C. de litigioſis. vbi tamen declarat hoc procedere quando iam collatum eſt beneficium, & lis vertitur, ad quem pertinet ſecus quando beneficium petitur conferri, tunc enim imploratur quodammodo officium Iudicis, quod æquiparatur actioni Perſonali, & ideo non contrahitur vitium litigioſi, vt ibi per eum Alberic. in d. Auth. litigioſa, numero 3. & ad finem verſ. ſed nunquid in præbendis vbi loquitur remiſſiuè Lancillott. de attentatis part. 2. c. 4. in præfation. numero 463. vbi facta concluſione, quod regula inualidans alienationem rei litigioſæ procedat etiam in beneficialibus ex Franc. in cap. 1. in Gloſ. litigantibus. vt lite pendente in ſexto quærit nunquid beneficium ſuper quo litigatur; ſi alteri reſignatur lite pendente an hoc caſu vitium litigioſi tranſeat in Reſignatarium habentem cauſam à litigante, allegat pro & contrà nonnullas Rotæ deciſiones, & poſteà videtur concludere ex Paleotto quem allegat in deciſ. 218. quod in hoc Rota ſemper variauit. vide Cardin. Tuſc. practic. concluſ. in verbo litigioſi vitium. concluſ. 386. num. 43. & ſeqq.

Nunquid autem beneficium vacans per mortem lite pendente poſſit alteri conferri. vide Ancharan. in Clementin. 2. poſt numer. 1. column. 2. verſ. Quærit etiam, vt lite pendente & latè per Lancillot. de attentatis, cap. 3. num. 90. & ſeqq.

Et hæc ſit nona ampliatio.

245 LITIGIOSA res in tantum alienari non poteſt, vt licèt res alienari prohibita ſi ſemel alienata fuerit ſemper alienabilis efficiatur; attamen quia attentata à lite pendente in prima inſtantia ſi non fuerint petita reuocari in ea poſſunt nihilominus peti reuocari in ſecunda inſtantia hoc ideò ita etiam litigioſa res ſi ſemel alienata fuerit lite pendente, & alienatio non fuerit reuocata, ſi iterum alienetur poterit hæc ſecunda alienatio reuocari ex deductis per Lancillott. de attentatis par. 2. c. 4. in præfatio. num. 485. & ſeq.

Et hæc ſit decima ampliatio.

246 LITIGIOSA res alienari non poteſt non ſolum ſi immobilis ſit; ſed etiamſi mobilis. tex. eſt in Auth. de litigioſis in princip. in illis verbis, ſancimus litigioſam dici, & intelligi rem mobilem, & immobilem ſequè mouentem. & ibi Ang. in ſummario Gloſ. in Auth. litigioſa res C. de litigioſis. & ibi etiam Cyn. numer. 4. verſ. ſecundo quæritur Odofred. num. 1. verſ. ſecundo ſciendum eſt. C. de litigioſis. Hoſtienſ. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, numero ſecundo verſ. Habet locum extra, vt lite pend. & ibi etiam Ioann. Andr. numero 11. Antonius de Butrio num. 10. verſ. Hoſtienſis dicit Henric. Boich. numer. 19. Bellamer. numer. 13. in fine. Silueſtrin. in ſumma in verbo Lis. numero 5. in princ.

Et hæc ſit vndecima ampliatio.

247 Declara niſi ageretur ad res mobiles tempore perituras, quia tunc earum alienatio non eſt interdicta ex allegatis per Alexan. in addition. ad Bar. in d. l. littera B. in princ. C. de litigioſis Odofred. in l. fin. num. 1. C. eodem, & num. 2. in fine verſ. Item ſi eſt tempore peritura. Ioan. Andr. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 13. extra vt lite pendente, & ibi etiam Henric. Boich. nu. 17. verſ. item fallit in rebus,

rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt Bellamer. num. 13. ſub verſ.fallit in alienatione. & nu. 14. in fin.Socci.reg.341. in prin. fallent. vbi tamen videtur requirere licentiam Iudicis Surd. de alimentis. titul.8. priuileg.45.numer. 6.Lancill. de attentatis par.2.c.4.in præfation. num. 488. Cardinal.Tuſc. pract.concl. in verbo Litigioſi vitium. concl. 386. num.14.

Item declara non procedere in caſu. l.ſi poſt acceptum. ff. de rei vendicatione vbi ſi conuentus ad rem mobilem lite pendente vſucapionem perficit poteſt rem illam vſucaptam in alium transferre non obſtante pendentia litis, & voluit Ang. in l.2. col.2.verſ.Item fallit.C.de litigioſis.

248 LITIGIOSA efficitur res non ſolum per litem motam coram Iudice ordinario per oblationem libelli; ſed etiam coram Iudice delegato per impetrationem,& præſentationem reſcripti, vt ſuo loco dixi, & probatur in Auth.litigioſa. C. de litigioſis,& ibi Gloſ.1.in verſ.ſiuè conueniam te, & in verbo Conuentione,& in verbo & Iudice,Bellapertic.poſt prin.Bal.in ſummario,& Ioan.Sicchard. num. 1. in ſummario, & num.4. verſ. Habet Iudicem autem delegatum.

249 LITIGIOSA res non ſolum eſt inalienabilis;ſed nec etiam actio, quam quis ad illam rem habet cædi poteſt, & ſic litis pendentia facit non ſolum rem litigioſam; ſed etiam actionem,ſecundum gloſ.in Auth.litigioſa in glo.1.C.de litigioſis;& ibi etiam Ioann.Sicchard. nu. 6. verſ. Secundo extendo.vbi reprobat ſententiam Cyni contrariam Bar. in l.1.in ſummario. C. eodem, & eſt tex. in l.2.C. eodem. vbi expreſsè prohibetur non ſolum alienari res; quæ in iudicium deductæ ſunt; ſed etiam actiones,& ibi Iacob. Butrigar. in ſummario, & iterum infra in verſ. Sic ergo vbi rei vendicatione. Bellapert.in fine verſ. Caue tibi.Bald.in in ſummario, & Salicet.poſt num.1. verſ. De actione poteſt dubitari vbi pariter reprobat Cyn. contrarium tenentem. eſt etiam text. in l.final C.eodem. in prin. ibi vel actiones. C. de litigioſis. vbi expreſsè probatur non ſolum rerum litigioſarum alienationem eſſe ipſo iure nullam; ſed etiam actionem. & ibi Gloſ.in verbo vel actiones.Iacob.Buttigar. in ſummario.Bellapert. in princ.in figuratione caſus. & in fin. in vltimis verbis.Odofred. in ſummario. Bald. in ſummario. Ang.num.1. & eſt Gloſ.in c.Eccleſia S. Mariæ. in verbo Litigioſi. ſub verſ. vitium litigioſi dicitur. extra vt lite pend. & vbi Ant. de Butrio. num. 10. Henric. Boich. num.14. vbi ampliat ad omnes actiones ſiue perſonales, ſiue reales.Bellamer. num. 12. vbi dicit idem Soccin. regul. 48. in 3. fallent. Cardinal. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo litis pendentia. concluſ. 381. numer. 16. & concluſ. 386. numer. 50. & in verbo Ceſſio. concluſ. 206. numero primo & ſecundo. Faciunt quæ dixi in ſequenti numero.

Et hæc ſit decimatertia ampliatio.

Ad quam vide etiam latè declarantem. Henric. Boich. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 16. vt lit. non conteſtata vbi tamen ſubdit has reales actiones effici litigioſas non per ſolam conuentionem,& motionem litis, prout efficitur res ipſa, ſed per conteſtationem litis,& ibi hoc adnotarunt Bellamer. numer.12.verſ.exemplum de actionibus,& numero 13. & Abb. numero 7. verſ. An autem ipſa actio realis.Papien. in forma libelli in actione reali in §. veris ac legitimis titulis. num. 60. verſ. Si verò quæritur de action. Siluestrin. in verbo Lis. numero quinto verſ. An verò, & ipſa actio realis.

250 Quamuis contrarium quod quando agitur de Dominio, & ſic actione reali licèt res ad quam agitur efficiatur per pendentiam litigioſa, & inalienabilis non tamen litigioſa, & inalienabilis efficiatur ipſa realis actio voluiſſe videtur Cyn. loquens per verbum Fortè. in auth. litigioſa. num.4. in fine verſ. Aut ergo quæritur de actione reali. C.de litigioſis, & ibi etiam Alberic. numero primo verſ. Aut ergo quæritur, vbi propterea dixit, quod licet in actione reali res litigioſa alienari non poſſit, benè tamen cædi poteſt actio; aliud enim eſt inquit ipſe vitium litigioſi, quod afficit actionem, & aliud vitium, quod afficit ipſam rem, & hanc Cyni opinionem amplecti videtur.Bonifac. de Vitallinis in Clement.in. 2. num. 62. verſ. Quinta concluſio. vt lite pendente.

251 LITIGIOSA res alienari non poteſt non ſolum Reo, ſed nec etiam ab Actore, & è contra ſecundum Gloſ. in l. 2. in verbo Actore. C. de litigioſis.& ibi Salicus ante numerũ primum,& numero primo in fin.verſ.Idem ſi cædatur per Reum. Angel. poſt princ. in verſ. In textu ibi ab eodem Actore, & in verſ. ſequen. & Salicetus numerò primo in ſummario. Gloſ. in l. final. in verbo Vel actiones, & in verbo Vel res. C.de litigioſis, & ibidem in verbo Transferens. Bellapertica in principio in figuratione caſus, & iterum infra verſ. Lex iſta vbi teſtatur de veriori ſententia, & in fine in vltimis verbis. Alberic. poſt numerũ primum verſ. & licèt Gloſ. Salicetus numero primo verſ. Et licèt Gloſ. Salicetus numero primo, in prima quæſtione. Salicetus numero quarto verſ. Quæro ſucceſſiuè, & Ioannes Sicchardus, numero decimoquarto verſic. Vidimus in ſecunda parte. & voluit Gloſ. in authen. de litigioſis in §. Et hoc in verbo Litigantem. Plot. de in litem iurando numero 184. ſecundum antiquam impreſſionem faciunt Doctores allegati in antecedenti numero.

Et hæc ſit decimaquarta ampliatio.

252 LITIGIOSA res alienari non poteſt, & alienans punitur non ſolum ſi illam alienauerit in extraneam perſonam; ſed etiam in coniunctam. Text. eſt in l. ſecunda, & ibi Gloſſ. in verbo

verbo In coniunctum. & communiter Doctores omnes. C. de litigioſis. Ioan. Sicchard. in l. final. numer. 1. verſ. Tertio ſciendum eſt. C. eodem. Cephal. conſ. 94. num. 32. lib. 1.

Et hæc ſit 15. Ampliatio.

Tunc ad limitationes accedemus.

253 LITIGIOSA res alienari poteſt ex cauſa dotis tex. eſt in l. final. ad fin. C. de litigioſis ibi Exceptis videlicet huius ſanctionis diſpoſitione his qui vel dotis nomine. & ibi hoc adnotauit gloſ. in figuratione caſus. Bellapert. in princip. in verſ. ſequitur exceptio, & iterum in fin. in verſic. Poſſum enim de re litigioſa dotare filiam meam. & Ioan. Sicchard. num. 12. & eſt Gloſ. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. in verbo Litigioſi. verſic. Tamen. extra vt lit. pend. & ibi etiam Hoſtienſ. num. 7. Ioan. Andr. num. 13. Henric. Boyc. poſt num. 21. Item gloſ. in authent. de litigioſis. in princ. in verbo diuiſio. verſ. & idem dicas in dotis cauſa. & ibi Ang. num. 7. Natt. conſ. 401. num. 1. Lancillot. de attentatis part. 2. c. 4. in præfation. num. 464. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. num. 15.

Et hæc ſit prima limitatio.

254 LITIGIOSA res alienari poteſt non ſolum ex cauſa dotis, ſed etiam ex cauſa donationis ante nuptias probatur in eadem l. final. C. de litigioſis in fine in illis verbis Vel ante nuptias donationis, & ibi hoc adnotauit gloſ. in figuratione caſus. Bellapert. in princ. verſ. Sequitur exceptio & iterum infra in verſ. Poſſum enim. Odoffred. nu. 2. verſ. Secus in donationibus propter nuptias. & Ioan. Sicchard. num. 21. & eſt gloſ. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. in verbo Litigioſi. verſ. Tamen extra vt lit. pend., & ibi Hoſtienſ. num. 7. Ang. in auth. de litigioſis. num. 7. Lancillot. de attentatis par. 2. c. 4. in præfation. num. 466.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

255 LITIGIOSA res alienari poteſt ex cauſa diuiſionis. tex. eſt in d. l. fin. in fine. C. de litigioſis, & ibi hoc adnotarunt gloſ. in figuratione caſus, & in verbo Diuiſionis. Bellaper. in princ. verſ. Loquitur exceptio, & iterum infra in verſ. Idem eſt in diuiſione, & verſ. ſeq. Odoffred. num. 1. verſ. vel ſit diuiſio fratrum, & eſt gloſ. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. in verbo Litigioſi. verſ. Tamen. extra vt lit. pend. & ibi Hoſtienſ. num. 7. Ioan. Andr. num. 13. Henric. Boich. num. 18. & poſt num. 21. Bellamer. num. 14. in fine. Ad idem eſt tex. in auth. de litigioſis in princ. in illis verbis. Hæredes autem velle diuiſionem rerum facere ſine aliquo obſtaculo liceat eis hoc agere, quando enim res litigioſæ per ſucceſsionem ad hæredes perueniunt non debet alienatio intelligi earum inter cohæredes diuiſio. & ibi gloſ. in verbo Diuiſio. & Ang. num. 7. verſ. Item in cauſa diuiſionis. Stephanus Lamberteng. de contractibus eorum &c. gloſ. 1. num. 28. Cephal. conſ. 64. nu. 2. & num. 4. Lancillot. de attentat. par. 2. capit. 4. in præfation num. 469. & limitatione 7. num. 1. & 2. Vbi teſtatur de veriori, & communi opinione reprobato Alciato contrarium tenente in conſ. 138. perſtringendo num. 7. lib. 9.

Et hæc ſit tertia limitatio.

256 Declara præmiſſam concluſionem pluribus modis, & primo vt procedat quando diuiſio eſt neceſſaria prout eſt quando dicitur alienatio neceſſaria, & ideo reſpectu prouocantis res litigioſa nec etiam diuidi poteſt ex allegatis per Cephal. in conſ. 64. num. 4. iuncto num. 6. & ſeqq. Declara 2. vt ad hoc vt ſit licita litigioſæ rei diuiſio neceſſe eſt, vt ea fiat non ſola, ſed cum vniuerſitate aliarum rerum non litigioſarum vbi enim litigioſa res, quæ diuiditur æqualiter non diuiditur, ſed tota vni aſsignatur, tunc diuiſio non dicitur alienatio neceſſaria, ſed voluntaria & ſic ceſſat diſpoſitio legis admittens litigioſæ rei diuiſionem ex allegatis per eundem Cephal. in d. conſ. 64. num. 13. & ſeqq. vſque ad num. 29. Vbi propterea num. 28. infert quod ſi omnia bona hæreditatis diuidendæ eſſent litigioſa adhuc diuiſio non valeret in præiudicium Aduerſarij contendentis cum hæredibus ſuper illiſmet bonis, & dicta per Cephal. breuiter reaſſumit Lancillot. de attentatis. par. 2. cap. 4. in præfatione. num. 470. & limitation. 7. num. 1. & ſeqq. Vbi firmata concluſione quod litigioſæ rei poſsit fieri diuiſio eam declarat tribus modis. Primò vt fiat ex cauſa neceſſaria non autem ex voluntaria prout videtur eſſe reſpectu prouocantis ad diuiſionem. Secundò vt fiat cũ vniuerſitate aliarum rerũ. Tertiò vt fiat per æquales portiones non autem vt tota vni aſsignetur.

257 LITIGIOSA res alienari poteſt ex cauſa tranſactionis. text. ex expreſſus in l. final. in fine. C. de litigioſis. ibi vel tranſactionis. Vbi & hoc idem adnotarunt gloſ. in figuratione caſus, & in verbo Tranſactionis. Bellapertic. in princ. verſ. ſequitur exceptio. Odoffred. num. 1. verſ. ſi fit tranſactio. & iterum infra num. 2. verſ. item ſuper re litigioſa. & Ioan. Sicchard. num. 22. & eſt Gloſ. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. in verbo Litigioſi. verſ. tamen. extra vt lite pendente, & ibi etiam Hoſtienſ. num. 7. in princip. & d. num. 7. in fine Ioan. Andr. num. 12. Bellamer. nu. 14. in fine. Ang. in authen. de litigioſis. numer. 7. verſ. item ex cauſa tranſactionis. Natt. conſ. 401. num. 2. Lancillott. de attentatis. par. 2. cap. 4. in præfatione. num. 467. & ſeqq. vbi propterea etiam infert alienationem rei litigioſæ fieri poſſe in fauorem litis conſortis. Cardin. Tuſc. practicarum concluſionum. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. num. 29.

Et hæc ſit quarta limitatio.

Et iſto caſu ſuper litigioſa re tranſigi poteſt non

ſolum cum eo, cum quo quis litigar ſuper illa re., ſed etiam cum alio, cum quo quis de eadem re habet controuerſiam ſecundum gloſ. in l. final. in verbo Tranſactioni. C. de litigioſis, & ibi etiam Bellapertic. in verbo Tranſactionis, verſ. Dicunt quidam. il primo. Cyn. num. 5. in 4. quæſtione, & Ioan. Sicchard. num. 22. Vbi quod ſic tranſeunt communiter Doctores.

Declara dummodo tranſactio fiat bona fide, & ſine fraude, ſecus ſi cum fraude. ſecundum Ang. in l. final. num. 3. C. de litigioſis. Innoc. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ col. 2. verſ. ſed opponens extra, vt lite pendente, & ibi etiam Hoſtienſ. nu. 8. Ioan. Andr. num. 12. Ant. de Butrig. nu. 10. in fine. & Abb. num. 8.

258 LITIGIOSA res nunquid poſſit locari ſine vitio litigioſi, Vide Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 9. extra vt lite pendente Vbi quod poteſt locari ad modicum tempus, non autem ad tempus longum, vel longiſſimum. Lancillott. de attentatis par. 2. cap. 4. limitat. 1. numer. 59. Vbi probat quod lite pendente litigioſa res locari poteſt, ea ratione ſcilicet quia rem locare dicitur actus poſſeſſorius. l. quod meo, & l. Quamuis §. per colonum cum ibi notatis. ff. de acquirenda poſſeſſione, & ita teſtatur alias fuiſſe reſolutum in vna Rauenaten. bonorum coram Groppetio 10. Decembris 1563. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. numer. 56. Vbi quod rei litigioſæ locatio ad longum tempus non valet, nec etiam ad modicum quando eſt de loco, vt puta in potentem.

Et hæc ſit quinta limitatio.

259 LITIGIOSA res licet regulariter alienari non poſſit, poteſt tamen alienari ex cauſa neceſſaria. l. final. §. 1. 2. & 3. C. de petition. hæreditatis, & per iura prædicta ſit voluit gloſ. in l. 2. in verbo Actore. C. de litigioſis, & ibi Iacob. Butrigar. ante finem verſ. item oppono. Bal. num. 2. verſ. Fallit ſi talis alienatio ex neceſſitate fiat. Angel. col. 2. verſic. Fallit ſi talis alienatio. Odoffred. in l. final. numer. 2. verſic. item pro ſolutione C. eodem Boniſac. in Clementin. 2. numer. 78. vt lite pendente. Henric. Boich. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ numer. 17. verſ. ſed hoc fallit extra vt lite pendente, & num. 28. verſ. Fallit in caſu vbi eſſet neceſſaria alienatio, & poſt num. 21. & ibi Bellamer. num. 13. verſ. Fallit in alienatione neceſſaria & poſt numer. 15. plura ad comprobationem huius concluſionis adducit Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. limitation. 8. numer. 2. & numer. 10. & ſeqq. & num. 13. Angel. in authentic. de litigioſis numer. 7. Tiraquell. cum allegatis per eum de retractu lignagier. §. finis, numer. 2. Natta. conſil. 401. numer. 1. Benintend. deciſio. Bonon. 48. num. 15. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. num. 12.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

260 Quando autem alienatio dicatur neceſſaria dic primo per confiſcationem bonorum. Quo caſu litigioſam rem in fiſcum tranſire nulla eſt dubitatio. ſecundum Alexan. ad Bart. in l. final. in verbo Alienari. C. de litigioſis ex Imol. quem allegat. in l. ſi Conſtante. §. final. ff. ſolut. matrimonio. Lanfranc. deciſ. 86. incip. litigioſi vitium cum alijs per Lancillott. de attentatis par. 2. cap. 4. Limitation. 8. num. 2. & num. 12. Caputaquen. deciſ. 105. par. 1. Vbi loquitur de alienatione, ſeu ceſsione iurium facta ad fiſci fauorem à carcerato pro crimine. Secundò alienatio dicitur neceſiaria illa, quæ fit ex cauſa retractus ex allegatis per Lancillot. vbi ſupra num. 5. Tertiò, & illa dicitur neceſſaria alienatio, quæ fit ex cauſa de præterito ex allegatis per eundem Lancillott. vbi ſupra dict. cap. 4. in 8. limitatione num. 4. 8. & 9. Quartò itidem erit neceſſaria alienatio, quando debitor ſuo creditori dat in ſolutum rem litigioſam, & quid ſi datio in ſolutum fuerit iudicialis videas ibidem per Lancellott. dict. 8. limitatione. num. 7. & ſeqq. Cardin. Tuſc. practicarum concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. num. 31. Vbi quod alienatio dicitur neceſſaria, quando fit ceſsio creditori ex cauſa legitima.

261 LITIGIOSA res alienari poteſt ex cauſa legati, vel fideicommiſsi. text. eſt in l. final. in fine. C. de litigioſis. in illis verbis Vel per legati, Vel per fideicommiſsi cauſam. & ibidem Gloſ. final. in verbo Per legati. Iacob. Butrigarius in verſic. oppono quod legatum. Bellapert. in princip. verſic. ſequitur exceptio, & iterum infra in verſic. Item res litigioſa poteſt legari. Cyn. nu. 1. in fine in ſecunda oppoſitione. Odoffred. num. 1. verſ. Item ſi legetur. & num. 2. verſic. Item res litigioſa poteſt legari. Bart. ante num. 1. in ſecunda oppoſitione. Bal. num. 4. ante fin. Alberic. ſub num. 2. rubr. de fideicommiſſ. Salicet. num. 4. verſ. Hinc accedo. & Ioan. Sicchar. num. 23. vbi benè hanc materiam declarar. & eſt Gloſ. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ in verbo litigioſi. verſ. Tamen extra, vt lite pendente. & ibi etiam Hoſtien. numer. 7. Ioan. Andr. numer. 13. Henric. Boich. poſt numer. 21. Bellamer. num. 14. in fin. & Abb. num. 8. verſ. Item in quantum. Ad idem eſt text. in auth. de litigioſis. §. & hoc autem, & ibi Gloſ. in verbo Conſequarur. & Angel. num. 7. verſic. Item alienari vbi generaliter dixit, quòd res litigioſa indiſtinctè in vltima volunrate per viam inſtitutionis, aut legati relinqui poteſt. Papien. in forma libelli in Action. reali. §. veris, ac legitimis titulis. num. 60. in fine verſ. Vbi autem fieret in vltima voluntate. Apud quos reperies etiam nunquid litigioſa res legari poſsit, & quod tunc legatario debeatur.

Et hæc ſit ſeptima limitatio.

262 LITIGIOSA res poteſt vendi ſub conditione, vt venditio locum non habeat, niſi tunc quando res non erit amplius litigioſa. ſecundum Ioan. Sicchar. qui pluribus hanc probat concluſionem in l. final. numer. 20. C. de litigioſis.

Et hæc ſit octaua limitatio.

263 LITIGIOSA res non efficitur quando lis ſuper ea mota eſt iniuſta, vel calumnioſa, & ſic quando agens ſine actione agit. Benintend. deciſ. Bonon. 48. numer. 10. verſic. ſecundo pro eius difficultatis reſolutione, & numer. 11. ex Guidop. quem allegat in conſ. 479. ſubdit tamen hanc cōcluſionem ſibi non placere. Menoch. cum allegatis per eum. conſ. 79. num. 27. Caſſador. deciſ. 7. de dolo, & contumac. vbi etiam ponit coniecturas calumnioſæ litis. Biſignett. deciſ. 2. incip. cum quædam. numer. 2. in fine de rerum permutatione. Sarnen. ſuper regul. de Annali. quæſt. 45. Mandoſ. ſuper regul. de ſubrogandis collitigan. quæſt. 11. numer. 6. Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfation. numer. 471. & in 4. limitatione num. 1. & ſeqq. Vbi plutibus hanc exornat concluſionem.

Et hæc ſit nona limitatio.

264 LITIGIOSA non efficitur res ex proceſſu nullo. ex allegatis per Lancillott. de attentatis. par. 2. cap. 4. in præfation. numer. 472. & 475. & latius in ſecunda limitatione. Vbi bene hanc comprobat concluſionem, & loquitur etiam de proceſſu facto coram iudice incompetente, de quo vide etiam, quæ in ſimili de citatione decreta à iudice incompetenti dixi. col. 21. par. 3. Gabriell. conſ. 52. numer. 7. lib. 1. Card. Tuſc. practicarum concluſionum in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. numer. 16.

Et proptetea litigioſa res non efficitur per litem introductam, & agitatam à falſo Procuratore, ex allegatis per Oſaſch. deciſ. Pedem. 144. nu. 8. refert eum, & ſequitur Lancillott. de attentatis. par. 2. c. 4. in præfatione. num. 490.

Et hæc ſit decima limitatio.

265 LITIGIOSA res non efficitur ex eo quod quis accuſatus ſit de crimine, pro quo veniat bonorum confiſcatio, licet benè fiſcus poſteà alienationem factam reuocare poſsit, & ſic iudicium criminale non inducit vitium litigioſi, ex allegatis per Alexan. in addition. ad Bart. in l. 1. littera D. C. de litigioſis. Bald. in l. final. in fine. numer. 8. C. eodem: vbi remiſsiuè. Menoch. conſ. 79. num. 26. lib. 1. Ioan. Baptiſtam Ferrett. conſil. 12. tota controuerſia. numer. 17. & conſil. ſeq. lib. 1. Vbi teſtatur hanc eſſe communem Doctorum ſententiam, & reſolutionem. Lancillott. de attentatis. par. 2. cap. 4. in præfation. num. 479. & ſeq. vbi alios refert concordantes.

Et hæc ſit vndecima limitatio.

266 LITIGIOSA res non efficitur ſi non agatur de re ipſa, ſed de aliquo opere facto in re, ex allegatis per Abb. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. nume. 7. poſt med. verſic. ſed ipſe. Bartolus extra vt lite penden. Angel. in authen. de litigioſis. num. 3. ad med. verſic. Si verò perſonalis proponitur, vbi tamen dicit quòd licet res non efficiatur litigioſa, benè tamen efficitur litigioſa ipſa actio. Silueſtrin. in ſumma in verbo Lis. num. 5. verſ. Si verò agitur actione perſonali. Lancillott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 498. Cardin. Tuſc. practic. concluſion. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. num. 7.

Et hæc ſit duodecima limitatio.

267 LITIGIOSA res ſi vendatur, qui illam ſcienter emit cum ſit particeps doli, non poteſt alienationis nullitatem allegare, nec vnus contra alium, quando ambo ſunt doli participes. ſecundum Bartol. in l. final. num. 1. verſic. Hanc gloſ. intellige. C. de litigioſis. Oſaſch. deciſ. Pedemon. 144. num. 11. Cardin. Tuſc. practicarum concluſion. in verbo Litigioſi vitium. concl. 386. n. 38.

Et hæc ſit decimatertia limitatio.

268 LITIGIOSA res non efficitur per pendentiam litis coram arbitris ſicut poſt Bald. & Salicet. in l. 1. C. Communi diuidundo ſcripſit Natta. conſ. 2. numer. 4. lib. 1. refert eum Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfation. numer. 500. & ſeqq. Vbi tamen declarat hanc limitationem non eſſe veram quando lis agitur coram arbitris, ſed tantum quando agitur coram arbitratore, vt per eundem Natt. d. conſ. 2. nu. 7.

Et hæc ſit decimaquarta limitatio.

269 LITIGIOSA res non efficitur per appoſitionem ſequeſtri ſecundum Hoſtienſ. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. numer. 3. verſic. ſed nec ſimplex interdictio, & eſt Gloſ. in authen. de litigioſis in princip. in verbo Mouetur. verſ. Item ſimplex interdictio. Natt. conſ. 2. poſt numer. 2. verſic. præterea quomodo ſequeſtrum lib. 1. Vbi propterea dixit rem non effici litigioſam in iudicio incipiente a ſequeſtro, refert eum & ſequitur Lancillott. de attentatis. par. 2. cap. 4. in præfatione. num. 497. & num. 289. & num. 208. & 210. Vide ad præmiſſa Alexan. ad Bart. in l. 1. littera B. verſ. Idem dicas. C. de litigioſis, vbi dixit quod litigioſa res, ſicut non efficitur, quando ſuper illius poſſeſsione eſt controuerſia, ita & multo minus dicitur litigioſa, quando ſuper eadem re eſt appoſitum ſequeſtrum. Cum per illud poſſeſſor ſua poſſeſsione non priuetur, & ideo res ſequeſtratas ſequeſter vendere poterit, & precium ſuccedit loco rerum ſubdit tamen quod ſequeſtratæ res obligari non poſſunt.

Et hæc ſit decimaquinta limitatio.

270 LITIGIOSA res alienari poteſt de licentia iudicis ex cauſa tamen, vt puta quando res eſt peritura ex allegatis col. 4. par. 2. & in ſpecie probat text. in l. diuus. ad final. principij, & ibi Ang. ff. de petitione hæreditatis. Soccin. regul.

341. incip. res litigioſa in prima fallentia. Cepoll. cautel. 191. pariter incipiente res litigioſa numer. 1. Neuizzan. conſ. 20. numer. 11. Cardin. Tuſc. practicarum concluſionum in verbo Litis pendentia. concluſ. 381. numer. 3. verſ. vide Soccinum & concluſ. 386. numer. 19. & 20. Vbi declarat niſi iudicis licentia fuiſſet obreptitia.

Et hæc ſit decimaſexta limitatio.

271 Multo magis litigioſa res alienari poterit de licentia Principis. ſecundum Neuizzan. conſ. 20. numer. 11. & 12. Vbi tamen ſubdit, quod licet hæc Principis licentia auferat nullitatem actus, & alias pœnas fiſco applicandas non per hoc tamen idem Princeps cenſetur voluiſſe derogare iuribus partis, vt ſcilicet cogatur litigare cum duriore aduerſario ex allegatis ibi per eum Cardin. Tuſc. practicarum concluſionum in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. numer. 39. Vbi idem de emente, & vendente rem litigioſam conditionaliter, vt puta accedente conſenſu Principis & non aliter ex Claro in locis per eum relatis.

272 LITIGIOSA res alienari poteſt, quando ſumus in iudicio vniuerſali, vt puta quod agatur petitione hæreditatis, quia tunc prætor permittit, quandoque fieri alienationem, ſcilicet pro impenſis funeris pro ſolutione debiti pro cibarijs familiæ. & alijs de quibus per Odoffred. in l. final. in fine. C. de litigioſis. & per Gloſ. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ in verbo Litigioſi. verſ. in vniuerſalibus vero extra vt lite pendente, & ibi etiam Hoſtienſ. nu. 7. verſic. ſupradicta autem intelligas.

Et hæc ſit decimaſeptima limitatio.

273 Sic quando iudicium eſt vniuerſale, & Conuentus reus idonee ſatisdedit ſecundum formam. l. diuus. ff. de petition. hæreditatis, quod tunc res litigioſa alienari poſſit voluit Ang. in eadem l. diuus quem refert, & ſequitur Soccin. regul. 341. in vltim. fallent. & Cepoll. cautel. 191. incip. res litigioſa. verſic. & ad aliam limitationem.

Et hæc ſit decimaoctaua limitatio.

274 LITIGIOSAM rem alienans nullam incurrit pœnas, ſi alienatæ rei non eſt ſequuta traditio Rot. coram Mantica deuolutionis ſituum 10. Martij 1588.

Et hæc ſit decimanona limitatio.

275 LITIGIOSA res licet alienari non poſſit à litigantibus, non tamen ſic eſt in extranea & tertia perſona litigioſi enim vitium nocet litigantibus non autem extraneis, & ideo ſi inter te, & me contenditur de dominio huius domus poterunt duo tertij ſuper re contrahere, nec eius vitium litigioſi obſtabit. l. 1. in ſecundo reſponſo. ff. de litigioſis. & voluit Ang. in auth. de litigioſis in prin. nu. 3. Vbi propterea admonet eum, qui vult emere rem litigioſam, vt eam non emat à litigantibus de illa re, ſed à tertio. & Ang. ſic dicentem refert & ſequitur Cepoll. cautel. 34. incip. Debet ſcire, quod res litigioſa efficitur. Oſaſc. deciſ. Pedem. 144. nu. 7. poſt méd. verſic. Et dato non tamen admiſſo. Curt. Senior. conſ. 72. Magnifice ſub nu. 9. verſ. Ad aliud quod res fuerit litigioſa Lancillot. de attent. par. 2. cap. 4. in præfation. num. 523.

Et hæc ſit vigeſima limitatio.

ARGVMENTVM.

Litigioſa res, an efficiatur propter litem quæ pendet non ſuper dominio, ſed ſuper poſſeſſione; & quid ſi agatur ſuper dominio vtili vtputa vſufructu actione reali, vel perſonali, vel ſuper iuribus incorporalibus, vt à ſeruitutibus, & quid ſi agatur actione hypothecaria.

SVMMARIVM.

Litigioſa res dicitur ea, quando lis fuit mota ſuper dominio inter poſſeſſorem & petitorem. num. 276. & ſeq. Vbi idem quando eſt mota ſuper dominio vtili vtputa per publicanam actionem, vel per aliquam aliam vtilem rei vendicationem.

Litigioſus vſusfructus, vtputa, per confeſſoriam actionem alienari non poteſt. num. 278.

Lite pendente ſuper poſſeſſione res non efficitur litigioſa. num. 279. Poſſeſſio tamen ipſa litigioſa eſt, & alienari non poteſt. nu. 280. Declara vt nu. 281. & ſeq.

Litigioſa res dicitur, quando lis pendet ſuper actione reali, ſecus ſi ſuper actione perſonali. num. 283. Declara vt num. 284. & ſeq.

Litigioſa res nunquid efficiatur, quando agitur mixta actione, num. 287.

Litigioſa res non dicitur quando pendet lis ſuper iuribus incorporalibus, vtputa, ſeruitutibus. num. 288. Declara vt num. 289. & ſeq.

Litigioſa res non dicitur, nec alienari prohibetur, quãdo agitur ad eam actione hypothecaria. num. 291. Declara vt num. 292. & ſeqq.

Alienatio iudicij mutandi cauſa facta non valet, & de materia. num. 292. & ſeqq.

Actio hypothecaria non efficitur litigioſa niſi lite conteſtata. num. 294. & ſeq.

276 LITIGIOSA res dicitur ea quæ alienàri non poteſt, quando lis fuit mota ſuper dominio text. eſt in authen. litigioſa C. de litigioſis. Vbi ad litteram dicitur Litigioſa res eſt, de cuius Dominio cauſa mouetur inter poſſeſſorem, & petitorem. & ibi Iacob. Butrigar. in ſummario. Bellapertic. in verſic. dicit enim hic. Cyn. numer. 1. Odoffred. numer. 1. Bald. in ſumm. Salicet. in ſummario, & Ioan. Sicchar. numer. 1. in ſummario, & numer. 4. verſic. diximus de tempore. Bart. in l. 1. in princ. verſic. ſi reali C.

eodem

eodem Gloſ. in l. 2. in verbo Deductæ. C. eodem & ibi Iacob. Butrigar. in princip. verſic. Reſpondeo. Vbi quod quando agitur rei vendicatione directa ſic indubitanter tenent omnes, & eſt etiam Gloſ. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ in verbo Litigioſi. verſic. vitium litigioſi dicitur extra vt lite pendente. Hoſtienſ. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ numer. 2. extra vt lit. pend. & ibi Anton. de Butrio numer. 10. & Abb. numer. 7. verſic. Primo caſu. Ad idem eſt text. in authen. de litigioſis. in princ. in illis verbis de Cuius dominio cauſa inter petitorem, & poſſidentem mouetur. & ibi Angel. in ſummario Papien. in forma libelli in actione reali. §. veris ac legitimis. numer. 59. verſic. & ſic de dominio. Silueſtrin. in ſumma in verbo Lis. numer. 5. in princ. Menoch. conſil. 79. numer. 26. Card. Tuſc. practicarum concluſionum in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. numer. 59.

Præmiſſa concluſio habet duas ampliationes, quas mox infra referam.

277 LITIGIOSA res dicitur, & alienari non poteſt non ſolum quando pendet lis ſuper dominio, ſed etiam quando pendet ſuper quaſi dominio directo vel vtili. ſecundum Gloſ. in authen. litigioſa. in verbo Dominio. C. de litigioſis. Vbi ponit exemplum, quando lis eſt mota per publicianam actionem, vel per aliquam vtilem rei vendicationē quæ multæ ſunt, & ibi etiam Bellapertic. in verſic. Dicit enim hic Odoffred. numer. 1. verſic. & certe. Salicet. in ſummario, & Ioan. Sicchard. nu. 5. Vbi propterea infert, quando agitur ad feudum, vel ad Emphiteuſim. Bart. in l. 1. in princ. verſic. Si reali. C. eodem. Gloſ. in l. 2. in verbo Deductæ. C. eodem, & ibi Iacob. Butrigar. in princip. verſic. Reſpondeo aliquando vbi quod hoc indubitanter tenent omnes, quando agitur de rei vendicatione vtili, & Salicet. poſt numer. 1. verſic. Reſponde, vt in Gloſ. & iterum infra in verſic. Tu dic. ſecundum Bart. Hoſtienſ. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ. numer. 2. verſ. & idem videtur ſi agitur de quaſi dominio, & ibi etiam Ioan. Andr. num. 10. ad fin. Anton. Butr. numer. 10. & Abb. numer. 7. verſic. Primo caſu, & Zabarell. col. 1. in fin. verſic. ſed quando agitur. Couar. pract. quæſt. cap. 15. num. 6. Vbi quod in hoc omnes conueniunt. Silueſtrin. in verbo Lis. numer. 5. verſic. Illud quod dictum eſt. Card. Tuſc. practicarum concluſionum in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. nu. 36.

Et hæc ſit prima ampliatio præmiſſæ primæ concluſionis propoſitæ.

278 LITIGIOSVS etiam dicitur vſusfructus, & alienari non poteſt, quando ſuper eo lis pendet puta per confeſſoriā actionem, cum tunc habeatur inſtar proprietatis. ſecundum Gloſ. in authen. litigioſa. in verbo dominio. C. de litigioſis, & ibi etiam Bellapertic. in verſ. Imò plus vitium litigioſi. Vbi & ipſe reddit rationem, quia ſcilicet vſusfructus eſt pars dominij Odoffred. num. 2. verſ. vel poteſt dici vbi bene aduertit vſumfructum eſſe litigioſum & inalienabilem, non autem rem ex qua percipitur vſusfructus. Bal. num. 2. Ang. in verſ. in Gloſa ſuper verbo Dominio. Ioan. Sicchard. num. 12. verſ. An vſusfructus. Iacob. Butrigar. in l. 2. in princ. verſ. idem ſi confeſſoria de vſufructu. C. de litigioſis, & ibi etiam Salicet. poſt num. 1. verſ. ſed tunc dubitabitur. Abb. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. num. 7. verſ. & idem ſi agatur. Ang. in auth. de litigioſis. num. 3. verſ. ſi intentatur realis. Papien. in forma libelli in action. reali in §. veris & legitimis. num. 59. Silueſtrin. in verbo Lis. n. 5. verſ. & idem ſi agatur de parte dominij. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concl. 386. num. 34.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio prædictæ concluſionis.

279 LITIGIOSA res, vt ſupra dixi n. 276. dicitur, & alienari non poteſt, quando lis fuit mota ſuper dominio ergo ſecus ſi ſuper poſſeſſione tantum pēdeat lis tūc enim res non dicitur litigioſa, nec inalienabilis eſt. ſecundum Alberic. in d. auth. litigioſa n. 1. C. de litigioſis, & ibi etiam Ioan. Sicchar. n. 7. Vbi declarat niſi poſt litē conteſtatam. & eſt Gloſ. in c. 1. Vbi Abb. n. 5. poſt alios de confirmatione vtili, vel inutili. Caſſador. dec. 6. n. 2. de reſcriptis. Iacob. Port. Imol. conſ. 162. cum in prædijs. n. 16. lib. 4. Villalob. in commun. opin. littera L. n. 131. Mandoſ. ſuper reg. de ſubrogandis collitig. quæſt. 13. n. 4. Felyn. in c. dilecti. n. 8. de exceptionibus. Curt. Iun. conſ. 165. vbi teſtatur de communi. Sarnen. de triennal. quæſt. 55. n. 8. Petr. Rebuff. de pacific. poſſeſſion. ſub nu. 166. Natt. conſ. 145. vertente nu. 16. lib. 1. Oſaſc. deciſ. Pedem. 144. nu. 10. Vbi alijs relatis teſtatur de communi. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 202. nu. 17. & 18. cum allegatis per eum. Lancillot. de attentat. par. 2. c. 4. n. 491. & ſeqq. Vbi dat alias duas limitationes vltra infraſcriptas. Card. Tuſc. practicarum concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. n. 32. vbi de communi.

Et hæc ſit ſecunda concluſio in propoſita materia, quam declara & ſubdeclara, vt infra mox dicam.

280 LITIGIOSA res licet nō efficiatur, & ſic alienari poſſit, quando lis eſt non ſuper dominio, ſed ſuper poſſeſſione, vt mox dixi, Poſſeſſio tamen ipſa ſuper qua lis pendet efficitur litigioſa, & ideo ipſa eadem poſſeſſio in alium transferri non poteſt. ſecundum Barb. in addit. ad Bar. in l. 1. littera A. in fine Additionis. C. de litigioſis. Ang. in Auth. de litigioſis. poſt n. 3. verſ. Et eodem modo. Neuiz. conſ. 20. n. 14. Aymr. conſ. 279. nu. 3. verſ. Præſuppoſito etiam Benintend. deciſ. Bonon. 48. nu. 5. vbi alios refert Lancillott. de attentatis. par. 2. c. 4. in præfation. nu. 493. Vbi dixit ita alias reſoluiſſe Rotam in vna Reatina Caſtri Apoſtæ coram Binarino 12.

Do-

Decembris 1571. Cardin. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſio 386. nume. 35.

281 Subdeclara primo præcedentem declarationem, quia licet poſſeſsio litigioſa in alium transferri non poſſit, hoc tamen intelligendum videtur non ipſo iure, ſed ope exceptionis tantum, & effectus erit quod ſi translatio dictæ poſſeſsionis re ipſa in alium fiat is poſſeſsionem vere acquiret, ſed ſi ab ea caderet, non poſſet recuperare, quia ei obſtaret exceptio, & ſic non per hoc translatio poſſeſsionis erit ipſo iure nulla, ſed tantum contrahentes exceptione repellerentur, ſic enim pluribus hanc declarationem ponit Benintend. deciſio. Bononien. 48. numer. 6. & ſeqq. Vbi propterea concludit, quod pœnæ vitij litigioſi, nullitatis ſcilicet contractus, & alia pœnæ non habent locum vbi ſola poſſeſsio non eſt litigioſa.

282 Subdeclara ſecundo. Vt tunc demum poſſeſsio litigioſa in alium transferri non poſsit, quando ipſa ſola poſſeſsio, quæ litigioſa eſt, in alium transfertur principaliter, ſecus ſi transfertur acceſſorie, & in conſequentiam rei non litigioſæ alienatæ ſicut pluribus declarat idem Pet. Benintend. deciſ. Bonon. 48. num. 10. verſ. Ideo tertio loco. & num. 12. & ſeqq.

283 LITIGIOSA res dicitur, quando vt ſupra dixi num. 4. pendet lis ſuper dominio, & ſic rei vendicatione, & reali actione ſecus ſi ſuper actione perſonali, quia tunc res ipſa nunquam efficitur litigioſa, nec ante nec poſt litem conteſtatam ſecundum Gloſ. in authen. litigioſa in verbo Dominio. in fine. C. de litigioſis. & ibi Bellapertic. in verſ. ſic ergo vos videtis. Bal. num. 1. verſ. Et in perſonali, & num. 2. in fine. & Ioan. Sicchard. num. 9. verſ. Tertio infero. Bart. in l. 1. verſ. ſi vero agitur actione perſonali. C. eodem. Iacob. Butrigar. in l. 2. in princ. verſ. Aut agitur perſonali. C. eodem. & ibi etiam Salicet. num. 1. verſ. Secundo caſu. Bonifac. de Vitalin. in Clementin. 2. num. 69. in 7. concluſione, vt lite pendente. Henric. Boich. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 17. extra vt lite pendente, & ibi Bellamer. num. 13. verſ. ſi autem quæris. Papien. in forma libelli in actione reali §. veris ac legitimis titulis. n. 59. verſ. Aut agetur actione communi Doctorum ſententia, reprobatq; contrarium tenentes Silueſtrin. in ſumma in verbo Lis. numer. 5. verſ. ſi vero agitur de actione perſonali, & verſ. ſeq. Oſaſch. deciſ. Pedem. 144. num. 7. Surd. deciſ. Mantuan. 172. numer. 3. Vbi alijs relatis teſtatur de communi Lancillot. de attentatis. par. 2. capit. 4. in præfation. numer. 481. & ſeqq. Vbi de communi Cardin. Tuſc. practicarum concluſionum in verbo Litigioſi vitium. concluſio 386. nu. 1. & ſeqq. vbi plura alia ad materiam.

Et hæc ſit tertia concluſio in propoſita materia quam declara vt infra mox dicam.

284 LITIGIOSA licet non dicatur res, quando agitur actione perſonali, vt mox dixi actio tamen ipſa perſonalis eſt litigioſa, ſecundum Bellapertic. in authen. litigioſa ad finem verſ. Vel dicimus. C. de litigioſis. Vbi propterea infert, quod licet res ipſa alienari poſſit Actio tamen perſonalis obligari non poteſt, & ibi etiam Cyn. num. 4. in fine. verſ. Aut quæritur de perſonali. Ang. in princ. verſ. in ea ibi & infra in verſ. & eodem modo cum agitur perſonali, & verſic. Verum dixit Innocentius Alberic. numer. 1. verſ. ſed quæratur de actione perſonali. & Ioan. Sicchard. numer. 10. verſ. Quamuis actio perſonalis. Bart. in l. 1. verſ. ſi vero agitur. C. eodem Iacob. Butrigar. in l. 2. verſ. ſed quid de perſonali actione, & iterum infra verſ. ſi autem agit perſonali. C. eodem. & ibi etiam Bellapertic. in verſ. Hoc ego infero. Bald. numer. 3. Odoffred. poſt numer. 1. & numer. 2. Angel. colum. 2. verſic. Cum autem agitur actione perſonali. & in conſil. ſeq. & Salicet. numer. 1. verſiculo Secundus caſus. Bonfac. in Clementin. 2. numer. 69. in 7. concluſione vt lit. penden. Angel. in auth. de litigioſis in princip. numer. 2. Papien. in forma libelli in actione reali. §. Veris, ac legitimis titulis. poſt numer. 59. ad fin. Lancillott. de attentatis part. 2. cap. 14. in præfation. numer. 481. & ſeqq. vbi de communi.

Et hæc ſit prima declaratio præmiſſa tertiæ Cōcluſionis, quam ſubdeclara, vt in ſequenti num. 285.

285 LITIGIOSA actio licet efficiatur quamuis perſonalis ſit, vt in præcedenti numer. 284. dixi, eſt tamen aduertendum, quia nec etiam pendente lite ſuper actione perſonali eadem actio efficitur litigioſa, niſi lis fuerit conteſtata. ſecundum iura antiqua, quæ in hoc remanſerunt incorrecta. & voluit Bellapertic. in Auth. litigioſa in verſic. Dico quod hæc Authentica. C. de litigioſis. & ibi etiam Cyn. num. 3. Odoffred. num. 4. in fine. Ang. in verſic. In actionibus autem perſonalibus. Alberic. numer. 1. verſic. Sed quæratur de action. perſonal. & Ioann. Sicchard. numer. 11. in fine. verſic. Perſonalis autem. Bartol. in l. 1. verſic. In perſonali autem. C. eodem. Gloſ. in l. 2. in verbo Deductæ. in fine. C. eodem, & ibi etiam Odoffred. ante finem. verſic. ſed in perſonalibus actionibus. Salicet. poſt numer. 1. verſic. Sol. vt gloſ. 1. Bonifac. in Clementin. 2. numer. 69. & num. 70. & in ſeptima concluſione, vt lit. penden. Henric. Boich. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ numer. 15. extra vt lite non conteſtata. & ibi Abb. numer. 7. verſic. Si verò agitur actione perſonali. Angel. in authen. de litigioſis in princip. numer. 1. verſic. Aut agitur perſonali. & nu. 2.

& num. 2. & num. 3. verſ. ſi verò agitur perſonali. Siluestrin. verbo lis. num. 5. verſ. ſi vero contendatur de re ipſa Lancillot. de attentatis. par. 2. c. 14. in præfation. nu. 481. & ſeqq. Vbi de Communi.

286 LITIGIOSA res licèt non efficiatur quando agitur perſonali actione, efficitur tamen quando eadē perſonali actione agitur pro translatione Dominij in agentem; vel quaſi Dominij; vel eius quod ſit pars dominij, vt, ecce, verbigratia ago ex ſtipulatu contra Titium, vt det mihi domum, vel vſumfructum, tunc enim etiam quod agam actione perſonali non ſolum actio ſed res efficitur litigioſa, quoniam pro dominio contenditur; ſeu pro vſufructu, qui eſt dominij pars ſecundum Ang. in Auth. de litigioſis in princ. num. 3. ante med. verſ. ſi vero agitur perſonali qui tamen, niſi fallor, videtur requirere Conteſtationem litis; licet in meo libro littera videatur corrupta; quia dum ibi dicitur per Conſtitutionem, credo velit dicere, per Conteſtaionem ad quæ vide omnino Couarruu. pract. quæſt. c. 15. numer. 6. Vbi propoſita quæſtione nūquid res efficiatur litigioſa quando ad eam agitur actione perſonali refert primo Doctores omnes amplectentes opinionem negatiuam, volenteſq; ipſam rem non effici litigioſam etiam per litis Conteſtationem, eamque communem teſtatur ex Romano in conſ. 270. poſtea refert contrarium tenentes; & volentes rem ad quam agitur actione perſonali; quando petitur eiuſdem rei dominium directum vel vtile, effici litigioſam, ſequuta litis Conteſtatione; & hanc ſententiam vti veriorem, & praxi vtiliorem ſibi magis placere affirmat; rationibuſq; contrarijs reſpondet, & Couarruuiam ſic dicentem refert, & ſequitur Lancillot. de attentatis par. 2. c. 4. in præfation. num. 481. & ſeqq. Sed pro communi ſcilicet quod res nō efficiatur litigioſa; nec etiam per litis Conteſtationem; quando agitur actione perſonali ad ipſam rem voluit Siluestrin. in ſumma in verbo lis. num. 5. poſt med. verſ. ſi verò contendatur de re ipſa. Vide ad hæc Card. Tuſc. pract. conclnſ. in verbo litigioſi vitium. concl. 386. num. 3. & ſeqq. & nu. 9.

Et hæc ſit ſecunda Declaratio præmiſſæ tertiæ Concluſionis.

287 LITIGIOSA res nunquid efficiatur quando agitur actione mixta vide Barth. in l. 1. in fine. C. de litigioſis. vbi diſtinguendo dixit; quod aut eſt actio vniuerſalis, aut ſingularis. ſi vniuerſalis, & tunc olim, & hodie res, & actio efficitur litigioſa per ſolam controuerſiam, ſi vero eſt actio particularis, & tunc, & res, & actio efficitur litigioſa per litis conteſtationem iuribus ibi per eum allegatis. Salicet. in l. 2. poſt med. verſ. Tertio caſu vbi ſequitur hanc Bartholi diſtinctionem. Bonifac. de Vitall. in Clem. 2. num. 73. verſ. Octaua concluſio, vt lit. pend. Abb. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 7. ante finem. verſ. Si verò agitur actione mixta. Ang. in Authen. de litigioſis. num. 2. verſ. Tertio caſu, Siluestrin. in ſumma in verbo *lis*. num. 5. ante finem. verſ. Si verò agatur actione mixta.

Et hæc ſit quarta concluſio.

288 LITIGIOSA res non dicitur, quando lis pendet ſuper iuribus incorporalibus, & ſic non ſuper re, ſed ſuper rei ſeruitute, ſecundum Gloſ. in Authent. litigioſa in verbo Dominio. verſ. forte, ſecus quando de ſeruitute. C. de litigioſis, & ibi etiam Bellapert. poſt med. verſ. ſi autem eſſet quæſtio, de ſeruitute. Cyn. nu. 4. verſ. ſecundo quæritur. Odofred. num. 2. verſ. ſed denuo quæro, & iterum infra verſ. ſi autem agam, & num. 3. Vbi proponit contraria, & illis reſpondet. Bald. num. 3. verſ. quærit gloſa Ang. in verſ. In ea ibi ſecus quando de ſeruitutibus, & Ioann. Sicchar. num. 12. verſ. Secus autem eſſet, vbi ponit exemplum in confeſſoria de itinere, vel de iure cedendi ligna, vel de alijs eiuſmodi realibus ſeruitutibus. Bart. in l. 1. verſ. Aut non contenditur de dominio. C. eodem, vbi loquitur quando agitur confeſſoria, ſeu negatoria actione. Iacob. Butrig. in leg. 2. in princ. verſ. ſed ſi agatur negatoria de ſeruitute. C. eodem, & ibi etiam Salicet. poſt num. 1. verſ. ſed tunc dubitatur. Bonifac. de Vitallin. in Clemen. 2. uum. 64. in 6. concluſ. vt lit. pend. Hoſtienſ. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 2. in fine. verſ. ſed non habet locum in incorporalibus extra vt lite pend. & ibi etiam. Io. Andr. num. 11. Ant. de Butr. num. 10. verſ. Hoſtienſis dicit Henric. Boich. nu. 19. Bellamet. num. 13. in fin. & Abb. num. 7. verſ. Aut agitur confeſſoria; vbi diſtinguit. Ang. in Authen. de litigioſis poſt num. 3. Papien. in forma libelli in action. reali. §. veris, ac legitimis. num. 59. verſ. Secus ſi pro alia ſeruitute. Siluestrin. in verbo *lis*. numer. 5. Secus ſi dicat aliquod ius ſibi deberi. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo litigioſi vitium. concluſ. 386. num. 40. 41. & 42. Vbi declarat.

Et hæc ſit quinta concluſio in hac propoſita materia, quam declara, & ſubdeclara vt infra.

289 LITIGIOSA ſeruitus, licet non efficiatur per litem ſuper ea motam, actio tamen pro ſeruitute intentata videtur effecta litigioſa, ita videtur de mente Angeli in Authen. litigioſa in verſ. in ea ibi ſecus quando de ſeruitutibus. C. de litigioſis. Bonifac. in clem. 2. nu. 64. in 6. concluſione. vt lit. pend. Ang. in Authen. de litigioſis poſt nu. 3. Siluestrina in verbo *lis*. num. 5. verſ. Ipſæ tamen actiones.

290 Et hæc ſit declaratio præmiſſæ quintæ concluſionis, quam ſubdeclara. Quia nec etiam actio ad ſeruitutem efficitur litigioſa; ſecundum iura antiqua, quæ in hoc, niſi fuerit lis conteſtata, remanent incorrecta, ſecundum Cyn. in Authen. litigioſa. numer. 4. verſ. Secundo quæritur. C. de litigioſis. Alberic. num. 1. verſ. Quid de incorporalibus.

291 LITIGIOSA res non dicitur, & propterea alienari poteſt, quando ad eam agitur hypothecaria. tex. eſt in Authen. de litigioſis. §. Ab hoc autē, & ibi Ang. poſt num. 3. Gloſ. in Authen. litigioſa in verbo *Dominio* in fine. C. de litigioſis, & ibi etiam. Odofred. num. 2. Bald. num. 2. verſ. In gloſa in verbo

De modo. Ang. in princ.verſ. In gloſa ſuper verbo Dominio.& Ioan. Sicchard.num.8.verſ. Prætereà aliud infero. Bar.in l.1.verſ. Aut non cõtenditur. C. eodem. Iacob. Butrig.in l.2. in princip.verſ. Idem ſi ago hypothecaria. C.eodem. & ibi etiam Bald. n. 3. verſ. Nam vbi fuit hypothecaria. & Salycet.ante finem.verſ. Quæro an per hypothecariam. Bellapert. in l.final.in fine.C.eodem. Boniſac. de Vitalin. in Clemen. 2.num.64.in 6. concluſione. vt lite pendente. & num. 86. in 11. concluſione. Hoſtienſ.in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ.num.2.in fine.verſ. Nec in hypothecaria actione.extra vt lite pendente. & ibi Io. Andr.num.21. Bellamer.num.15. ad finem, & Abb.num.7. verſ. Aut agitur de non dominio. Couarruu. pract.quæſt.cap.15.nu.6.verſ. Poſterior verò auctoritas.& verſ. Eſt ergo ratio. vbi bonam reddit rationem. Quare, ſcilicet, res, ad quam hypothecaria agitur, litigioſa non efficiatur, quia, ſcilicet, tunc non agitur de dominio, nec ad dominium rei obtinendum, ſed in effectu actio ipſa ſolùm tendit ad debitam pecuniam. & ideo non eſt mirum, ſi ex ea res, ad quam agitur, non efficitur litigioſa; ſiue agatur ex hypotheca ſpeciali, ſiue etiam generali, vt ibi per eum. Neuizzan. conſ. 20. nu. 13. ſub verſ. Secundus caſus. Papien. in forma libelli in actione reali. §. veris ac legitimis titulis. ſub num. 59. Benintend. deciſ. Bononien. 48. num. 18. Siluestrin. in verbo *lis*. num. 5. verſ. Sed ſi agatur alio iure. Oſaſch. deciſ. Pedem. 144. num. 7. Lancillott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 499. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo litigioſi vitium. concluſ. 386. nu. 28.

Et hæc ſit ſexta concluſio, quam declara quatuor modis, vt infra.

292 LITIGIOSA res, licèt non efficiatur per actionem hypothecariam, & conſequenter alienari poſſit, cadit tamen in edictum de alienatione iudicij mutandi cauſa facta, & propterea agi poteſt contra alienantem, & poſſeſſorem, ſecundum Alberic. poſt Azon. quem allegat in Auth. litigioſa. nu. 1. ante finem. verſ. & licet dixerim. C. de litigioſis.

Et hæc ſit prima declaratio præmiſſæ ſextæ concluſionis.

293 LITIGIOSA res, licèt non dicatur quando agitur hypothecaria actione, & ſic alienari poſſit, actio tamen hypothecaria, litigioſa & inalienabilis eſt poſt conteſtationem litis, vt infra, ſecũdum Bellapertic. in Authen. litigioſa. ad finem verſ. vel dicemus. C. de litigioſis. & ibi etiam Bald. num. 3. ad fin. Ang. in verſ. Eodem modo, cum agitur hypothecaria. Iacob. Butrig. in l. 2. poſt med. verſ. Si autem agit perſonali, vel hypothecaria. C. eodem. Boniſac. de Vitalin. in Clemen. 2. num. 64. in 9. concluſ. vt lite penden. Ang. in Authen. de litigioſis poſt numer. 3. Silueſtrin. in verbo lis. num. 5. verſ. Sed ſi agatur alio iure.

294 Et hæc ſit ſecunda declaratio dictæ ſextæ concluſionis, quam ſubdeclara. Quia nec etiam actio hypothecaria efficiatur litigioſa, niſi lite conteſtata ſecundum iura antiqua, quę in hoc remanſerunt incorrecta, ſecundum Cyn. in Authen. litigioſa. numer. 4. verſ. ſecundo quæro. Iacob. Butrig. in l. 2. poſt med. verſ. Si autem agit perſonali, vel hypothecaria. C. eodem. Abb. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 7. verſ. Sed ipſa actio. & eſt tex. in Authen. de litigioſis. in §. Ab hoc autem. ad finem. in illis verbis, ſed actiones ſecundum veterum conſtituta examinari.

295 LITIGIOSA res, licèt non efficiatur, quando agitur hypothecaria, poſſeſſio tamen litigioſa efficitur, ſecundum Ang. in l. 2. col. 2. verſ. In gloſa ſuper verbo Reductæ. & iterum infra in gloſa ſuper verbo lite.

Et hæc ſit tertia declaratio dictæ ſextæ concluſ.

296 LITIGIOSA res, licèt non efficiatur per hypothecariam actionem, & conſequenter abſque litigioſi vitio alienari poſſit; hoc tamen fallit, quando emptor ſciuerit litis pendentiam, & etiam rei conuenti inopiam, vt aliud in bonis non haberet vt ſuo creditori ſatisfaceret, quàm rem hypothecatã, & alienatam. Iſto enim caſu in dictum emptorem hypothecatæ rei poſſeſſio non transfertur, ſed imò translatio præſumitur facta in fraudem creditoris, & idcirco abſque nouo proceſſu exequutio fieri poteſt in eadem re hypothecata, & in alium translata, vt benè conſiderat Couarru. pract. quæſt. nu. 7. verſ. Hinc etiam deducitur.

Et hæc ſit quarta declaratio ſextæ concluſionis.

ARGVMENTVM.

LITIGIOSAE, & non litigioſæ, rei alienatio in potentiorem facta, quando valeat?

SVMMARIVM.

Alienatio rei etiam non litigioſa, facta in potentiorem, facit intrare vitium litigioſi. num. 297.

Alienatio mutandi iudicij cauſa facta, non valet etiam quod non ſit litigioſa, facta in potentiorem. nu. 298.

Alienatio rei in potentiorem coniunctum, & læſo actionu valet. num. 299.

Alienatio rei fieri non poteſt in potentiorem ratione officij. num. 300. Idem ratione iuriſdictionis. nu. 301. vel ratione alterius potentia. nu. 302.

Perſona potentior quæ dicatur, vt in eo rei alienatio facta non valeat. num. 300. & ſeqq.

Diuites an dicantur perſonæ potentiores. num. 303.

Alienatio rei in potentiorem facta non valet, nec in familiares ſeu coniunctos potentiorum. num. 304.

Potentior perſona dicitur difficilioris exactionis. numer. 306.

Minor an dicatur perſona potentior. num. 308.

Tutor reſpectu pupilli an dicatur perſona potentior. num. 309.

Alienatio facta in Ciuitatem, an dicatur facta in perſonam

ſonam potentem. num. 310. & ſeq. vbi quid ſi res fuerit alienata in eccleſiam.
Litigioſa res alienari nō poteſt tam ex parte rei, quam ex parte actoris. num. 312.
Alienans rem litigioſam nunquid iure ſuo priuetur. num. 313.
Alienans rem litigioſam & non litigioſam in potentiorem, tenetur ad damna, & intereſſe. num. 314.
Potentiorum patrocinium impetrans punitur. nu. 315.
Potentiorum inſignia in domibus affigens incidit in edictum de quo num. 316.
Litigioſa res locari non poteſt in potentiorem. nu. 317. Contra. num. 318.
Ceſſio facta in potentiorem non valet. nu. 319.
Alienatio rei, ſeu ceſſio actionis facta in potentiorem non valet quando eſt facta malitioſè, & ad opprimendum aduerſarium, ſecus ſi bona fide. num. 320.
Alienatio in potentiorem facta valet quando quis aliter ſuum recuperare non poteſt. nu. 321.
Hæres alienantis rem in potentiorem nunquid teneatur ſub edicto ne liceat potentioribus, & quid de tertio poſſeſſore. num. 322.
Alienatio ſeu ceſſio actionis facta in potentiorem ex cauſa neceſſaria valet. num. 323.

297 LITIGIOSA res eò minus pendente lite in potentiorem alienari poteſt, & ſi alienetur, intrat pœna, & titulus litigioſi, ſecundum Bald. in l. 2. ante finem. verſ. Interdum autem trāslatio. C. de litigioſis, & ibi etiam Odofre. poſt nu. 1. verſ. Si actor. Gloſ. eſt in Authen. de litigioſis. §. Ab hoc in verbo Et quando. Vbi dixit, quod titulus mutandi iudicij cauſa locum habet, quando alienatur res non litigioſa, & multò magis, quando alienatur res litigioſa.

Hæc regula habet ſuas ampliationes, & limitationes, de quibus infra.

298 LITIGIOSA res licèt non ſit effecta, & ſiè lis non fuerit mota; non tamen alienari poteſt mutandi iudicij cauſa præſertim in potentiorem. l. 1. C. ne liceat poten. & voluit Gloſ. in l. 2. in gloſ. final. C. de litigioſis. & ibi Ang. col. 2. verſ. in gloſa finali. Item & gloſ. in Authen. de litigioſis. §. Ab hoc. In verbo Et quando. vbi quod alienatio iudicij mutandi cauſa facta, habet locum etiam quod res non ſit litigioſa. Papien. in forma libelli in action. reali in §. Veris, ac legitimis titulis. num. 62. Plot. de In litem iuran. num. 186. ſecundum antiq. Impreſſion. Facit pro hac concluſione, quòd ex Salamone retulit Alberic. in l. Quia etiam. ff. de alienatione iudicij. Ne litiges cum potentioribus, ne incidas in iras eorum. Et quod proptérea potentiores præſumuntur crudeles. Corſett. in verbo Reſcriptum. ſingular. Incip. Reſcripta impetrata, vbi dixit, quod reſcripta impetrata à potentioribus ſunt ipſo iure nulla. refert hos & ſequitur Contard. de moment. poſſeſſ. limitat. 1. num. 86. & ſeqq. Vbi pariter dixit, quod quando res alienatur in potentiorem habetur pro perempta. & præſcripta, vt poſſit in ſubſidium agi contra tertium iuribus ibi per eum allegatis. Card. Tuſc. pract. concl. littera L. concluſ. 385. n. 1. & in verbo Ceſsio. concluſ. 208. num. 1. & ſeqq. & in verbo Potentiores. concluſ. 461. num. 1. & 2.

Ad quam materiam vltra infraſcr. Vide Duen. reg. 88. per tot. & Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 387. per tot.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ concluſ.

299 LITIGIOSA res, & actio, ac etiam non litigioſa, licet in potentiorem alienari, & cedi nequeat; poteſt tamen cedi, & alienari in potentiorem ſanguine coniunctum. Tunc enim alienatio, ſeu ceſſio non præſumitur facta dolo vel fraude, nec cauſa vexandi aduerſarium, ſecundum Bald. in l. Qui ſtipendia. num. 3. C. de procurator. & in l. Per diuerſas. quæſt. 10. Ioan. de Amicis. conſ. 24. nu. 8. cum alijs per Tiraquell. de retract. conſang. in præfatione. num. 53. & 54. Quos ſic dicentes refert & ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 129. num. 39. Cæphal. conſ. 64. num. 30. & ſeqq. Vbi loquitur, quando alienatur in potentiorem coniunctum res, quæ non ſit litigioſa; ſecus ſi alienetur in coniunctum res litigioſa, quia tunc etiam quod ille coniunctus non ſit potentior, intrat vitium litigioſi.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

300 LITIGIOSA res ſiue ſit, ſiue non; alienari tamen non poteſt in potentiorem ratione officij. Quia tunc præſertim intrat edictum mutandi iudicij cauſa. l. 1. C. Ne liceat potentiori. & voluit Gloſ. in l. 2. in gloſ. final. C. de litigioſis. & ibi Bald. num. 3. ad med. verſ. Titulus autem. Ang. col. final. verſ. Titulus autem ne lite pendente. Bonifac. in Clement. 2. num. 89. verſ. 14. concluſio. Vt lite pendente. & num. 93. Vbi quod iſto caſu alienatio facta in potentiorem ratione officij publici abſque alia probatione fraudis, præſumitur facta in fraudem. Soccin. reg. 48. in 1. fallentia. Papien. in forma libelli in action. reali. §. veris, ac legitimis titulis. num. 62. Oſaſch. deciſ. Pedem. 144. numer. 2. & num. 14. verſ. Quarto dicitur. vbi teſtatur hanc concluſionem cōtrario vſu totius Chriſtiani Orbis eſſe ſublatam, cum, vt ipſe dicit, in qualibet parte videamus Cancellarios, Præſides, Senatores, Præfectos, & alios Magiſtratus, etiam Adminiſtrationem & Iuriſdictionem habentes, emere immobilia in patria, in qua eorum officia exercent, & dicit verum, ſed non immobilia litigioſa, de quibus nunc agitur. Decian. conſil. 109. num. 4. lib. 3. prout illum refert & ſequitur Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 387. num. 5.

301 Potentia autem ratione officij dicitur eſſe in eo, qui iuriſdictionem habet, notant communiter Doctores omnes in l. 1. C. ne liceat potentioribus. Rebuff. in l. 1. numer. 347. C. de ſententijs, quæ pro eo, quod intereſt. Gomeſ. ad reg. de ſubrogan. quæſt. 1. Bellamer. in cap. Quiſquis. num. 5.

de electĭon. Vbi poſt Cyn, quem allegat in d. l. 3. dixit potentiores dici, qui terribiles ſunt, & minaces facies oſtendere poſſunt. Contard. de moment. poſſeſſione. limitatione 1. num. 95. verſ. ſiue ſit potentior ratione iuriſdictionis. Aym. conſ. 205. numer. 43. Vbi loquitur in his, qui habent merum Imperium, vel in militibus, qui habent poteſtatem perterrefaciendi. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 129. num. 37. Vbi alijs relatis dixit in propoſito potentiorem reputari, qui aduerſarium terrere poteſt; item qui habent merum, & mixtum Imperium, ac poteſtatem de iure, & de facto. Quā in re vide Oſaſc. deciſ. Pedem. 144. num. 12. Vbi declarat tunc demum ratione officij, quem reputari potentiorem, ſi talis ſit, qui poſſit metum inferre aduerſario, alias ſecus. & num. 13. pariter declarat perſonam magiſtratus dici potentiorem, quando iuriſdictionem habeat, ſecus ſi non habeat; item quando eſt officialis ad tempus, ſecus ſi perpetuus, vel ad beneplacitum. & num. 14. vbi pariter declarat potentiam in Magiſtratu non attendendam, quando contrahit cum non ſubdito. Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Potentiores. concluſ. 463. num. 5. Vbi de Cancellario Principis. & num. 6. Vbi de militibus. & num. 11. vbi de Capitaneo. & num. 14. Vbi de Iudicibus, Cartularijs, & Notarijs. & n. 14. & ſeq. vbi de non habentibus merum Imperium.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

302 LITIGIOSA res licet non ſit, non tamen poteſt alienari in potentiorem, non ſolum ratione officij, vt ſupra; ſed etiam ratione alterius potentiæ, ſecundum gloſ. in l. 2. in gloſ. final. C. de litigioſis; quæ propterea dixit in ijs terminis loqui titulum de alienatione iudicij mutandi cauſa facta. & ibi Bald. numer. 3. verſ. in gloſa in verbo Peragenda. Angelus column. 2. in gloſa finali. Plot. de in litem iuran. num. 186. ſecundum antiquam impreſſionem. & num. 188. Cardin. Tuſch. practicar. concl. in verbo Potentiores. concluſ. 463. numer. 17.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

303 LITIGIOSA ſiue non litigioſa res alienari non poteſt in potentiorem, non ſolum ratione officij, & iuriſdictionis, vt dixi, ſed nec etiam in potentiorem ratione diuitiarum, & dignitatis, vt per Bonifacium de Vitalinis in clemen. 2. num. 92. vt lit. penden. Alberic. in l. Quia etiam. in princ. C. Ne liceat potentiori. Rebuff. in l. 1. numer. 347. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt. Afflict. in tract. de iure prothomiſeos. §. Prohibemus. in 1. notabili. Contar. de moment. poſſeſſ. limitat. 1. numer. 95. & numer. 101. & ſequ. Vbi de Clerico diuite. Papien. in forma libelli in actione reali. §. Veris, ac legitimis titulis. num. 62.

Et hæc ſit quinta ampliatio.

304 LITIGIOSA, & non litigioſa res, non ſolum alienari non poteſt in potentiorem, ſed nec etiam in familiares, & coniunctos ipſorum potentiorum. Bar. Angel. & Saliect. in l. 1. C. ne liceat potentiori. Afflict. in tractat. de iure prothomiſeos. §. Prohibemus in primo notab. Bruni conſil. 114. numer. 59. & 89. Aretin. conſil. 2. in column. 3. verſ. Et circa. Contard. de moment. poſſeſſ. limitatione prima. num. 96. & ſeqq. Vbi etiam infert ad officiales Principum.

305 Ad materiam quis dicatur potentior ad effectum vt alienatio ſeu ceſsio in ipſum facta non valeat. Vide omninò. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Potentiores concluſ. 463. per tot. Veritas eſt, quod in hac materia quis, ſcilicet, dicatur perſona potentior, itaut in ipſum facta ceſſio ſeu alienatio non valeat dari non poteſt certa regula, & quod propterea ſit Iudici arbitrium, ſecundum Bald. in l. Per diuerſas. numer. 3. C. mandati, quem refert, & ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 29. numer. 37. & 38. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Potentiores. concluſ. 463. numer. 7. ex Bald. quem allegat in conſil. 251. ad finem. verſ. Hæc quæſtio lib. primo. Vbi amplius in princ. illius conſilij dixit in conſpectu Principis vnum altero non eſſe potentiorem. & numer. 27. & 28. Vbi declarat, an potentior quis reputetur reſpectu cedentis, & non reſpectu eius, contra quem fit ceſſio?

Et hæc ſit ſexta ampliatio.

306 LITIGIOSA, & non litigioſa res alienari non poteſt in aliquem, qui difficiliter conueniri poſſit. Is enim potentior iſto caſu reputatur ex allegatis per Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Potentiores. concluſ. 461. numer. 3. Et hinc infertur ceſſionem factam in Clericum, ex eo quia reputetur potentior ratione difficilioris conuentionis voluit Gloſ. in cap. final. in gloſ. 1. extra de alienatione iudicij, quam ibi ſequitur Collectan. numer. 1. Ancharan. conſil. 165. quæſtio talis eſt, & conſil. ſequ. Calcan. conſil. 7. colum. 4. Quos refert Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 129. ſub num. 37.

307 Verum quod eadem gloſa communiter reprobetur; & quod propterea ad hunc effectum Clericus non reputetur perſona potentior, niſi ſit Epiſcopus, vel alias habens iuriſdictionem in laicos. Voluerunt Innocen. in dicto cap. final. numer. 5. Ludouic. Gomez ad regul. Cancellariæ in regul. de ſubrogand. collitigantibus. quæſt. 11 verſ. dicitur etiam Iacobin. de ſancto Georgio in l. 1. numer. 13. C. ne liceat potentiori. Abb. in dicto capitulo final. numer. 2. Duen. reg. 88. in quarta ampliatione. Contard. de moment. poſſeſsione. limitatione prima numer. 99. & ſeqq. Vbi ampliat etiam in Clerico non habente iuriſdictionem, ſi tamen ſit multum diues. ex Ancharan. & Aymon. in locis ibi per eum relatis. Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Potentiores. concluſ. 463. num. 13. & num. 21. & num. 25.

Et hæc ſit ſeptima ampliatio.

308 LITIGIOSA, & non litigioſa res alienari non poteſt in minorem, qui cum multa habeat priuilegia, & ſic reputetur difficilioris conditionis, hoc ideo ceſsionem ipſi factam tanquam in potentiorem minimè valere ſcripſit Iacob. de Sancto Georgio in d. l. 1. numer. 18. C. Ne liceat potentiori, refert eum, & ſequitur Duen. regul. 88. numer. 5. Vbi hanc concluſionem extendit etiam ad viduam tanquàm priuilegiatam, ex Bellamera quem allegat in capitulo ſecundo numero decimonono. de alienatione iudicij. Cardinal. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo litigioſi vitium. concluſ. 386. numer. 51. Vbi pariter de ceſſione facta viduæ, & in verbo Potentiores. concluſ. 461. numero quarto. & concluſ. 463. num. 8.

Et hæc ſit octaua ampliatio.

309 Eadem ratione nulla prorſus, & inualida erit ceſſio facta in perſonam tutoris contra perſonam pupilli, cuius reſpectu ipſe tutor potentior reputabitur, ſecundum Innocen. in cap. Ex parte. numero quinto de alienatione iudicij mutandi cauſa facta. Marianus Soccinus iunior in conſil. 148. numer. 13. & 14. lib. 1. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Duen. regul. 88. numer. 6. Vbi etiam in idem allegat bona iura.

Et hæc ſit nona ampliatio.

310 LITIGIOSA, & non litigioſa res eadem ratione difficilioris conuentionis, nec etiam alienari poterit in Ciuitatem, ex allegatis per Aym. conſil. 205. in fine poſt Ancharan. quem allegat, refert, & ſequitur Contard. de moment. poſſeſſione, limitatione 1. numero 102. Vide Cardinal. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Potentiores. concluſ. 463. num. 22.

Et hæc ſit decima ampliatio.

311 LITIGIOSA, & non litigioſa res eadem ratione difficilioris conuentionis, nec etiam alienari poterit in Eccleſiam, ex allegatis per Aym. in conſil. 205. numero 44. Vbi loquitur, etiam quòd Eccleſia non habeat iuriſdictionem contra cedentem, ſeu alienantem, & reprobat contrarium tenentes, quod & idem voluit Pract. Papien. in forma libelli in action. reali in §. veris, ac legitimis titulis. numero 62. in fine, cuius contrarium, quod imò eccleſia, etiam quod non habeat iuriſdictionem contra debitorem ceſſum dicatur perſona potentior propter difficiliorem conuentionem, voluerunt plures relati per Tiraquell. in tractat. de nobilitate. capitulo vltimo. numero 105. Roman. Iaſ. & Gomeſ. in locis relatis per Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 129. numer. 37. in fine, & numero 38. vbi propterea in hac contrarietate id totum more ſuo Iudicis arbitrio remittit. Vide declarantem Cardinal. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Potentiores. concluſ. 463. numer. 1. & ſeqq. & num. decimonono, & vigeſimo, & vigeſimoſecundo, & ſeqq.

Et hæc ſit 11. ampliatio.

312 LITIGIOSA res, licèt non ſit, alienari tamen non poteſt, tàm ex parte Rei, quàm actoris, ad ea, quæ ſupra dixi. numero 251. & in ſpecie voluit Bald. in l. 2. numero tertio poſt verſ. In gloſa. in verbo Peragenda. Boniſac. de Vitellin. in Clementin. 2. numero 89. verſ. Quarta decima concluſio. vt lite pendente. & numero 91. Albericus & alij in l. 1. C. ne liceat potent. Dec. in capit. 1. numer. 25. de offic. deleg. Iaſ. in dicta l. 1. numer. 1. Vbi reprobat gloſ. contrarium tenentem in l. penultim. in fin. ff. de alienat. Iudic. & contra quam gloſ. eſt alia gloſ. in l. Non ſolum. in verbo In cos. ff. de alienatione iudicij, refert & ſequitur Duen. reg. 88. in 1. ampliatione.

Et hæc ſit 12. ampliatio.

313 LITIGIOSA res, licèt non ſit, alienari tamen non poteſt in potentiorem, & ſic alienans iure ſuo priuatur. l. 1. C. ne liceat potentiori. Baldus in l. 2. num. 3. ad med. verſ. & transferens. C. de litigioſis. Bonifacius de Vitellin. in clem. 2. numero 89. ſub verſic. Quartadecima concluſio, vt lite pendente. Cardinal. Tuſch. practicar. concl. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 387. numer. 7. & numero nono. Vbi amplius quod in metallum damnatur, ex Deciano, quem allegat in conſil. 109. numero quarto. lib. 3. & in verbo Potentior, concluſ. 462. numer. 1. & ſeqq. omnibus, vbi declarat declarationes ibi videas.

Et hæc ſit 13. ampliatio.

314 LITIGIOSA res, licèt non ſit; alienari tamen non poteſt in potentiorem, & ſic alienans tenetur ad damna, & intereſſe aduerſarij probanda per iuramentum in litem, ſecundum Bald. in lege ſecunda numero tertio verſic. Et tunc talis alienans. C. de litigioſis, & ibi Angelus columna ſecunda verſic. Et tenetur talis alienans. Bonifacius in clementina ſecunda numero nonageſimoſecundo. vt lite pendente Papien. in forma libelli in action. reali. §. veris, ac legitimis titulis. numero 62. Plot. de in litem iurando. numero 187. ſecundum antiquam impreſsionem, vbi amplius quòd pro damnis, & intereſſe datur iuramentum in litem, & numero 188. dicit idem Decianus conſil. 109. numero quarto libro tertio quem refert, & ſequitur Cardin. Tuſch. practicar. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 387. num. 3.

Et hæc ſit 14. ampliatio.

315 LITIGIOSAM rem alienans in potentiorem, non ſolum punitur, vt ſupra; ſed etiam qui tantummodo potentiorum patrocinium impetratur, ſecundum Bald. in lege ſecunda numero tertio ad med. verſ. Interdum tamen. C. de litigioſis, & ibi etiam Angel. columna ſecunda verſ. Interdum autem non fit translatio, & iterum infra in verſ. Ibi etiam, vbi declarando dicit pœnam impetrantium patrocinium potentiorum non habere locum, quando quis impetrat patrocinium Eccleſiæ ſaluo, niſi

Eccleſia habeat iuriſdictionem in eum, in quem eſt impetratum patrocinium.

Et hæc ſit 15. ampliatio.

316 Et non ſolum impetrans patrocinium potentiorum, vt ſupra, incidit in edictum; ſed etiam qui timore futuræ litis affigit potentioris inſignia in Domibus, ſeu prædijs, ſuper quibus litigabitur, ſecundum Bald. in leg. ſecunda poſt med. verſ. Interdum autem non impetratur patrocinium.

Et hæc ſit 16. ampliatio.

317 LITIGIOSA res licèt quandoque poſſit locari, vt dixi ſupra numero 258. nunquam tamen locari poteſt in potentiorem, ex allegatis per Abb. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. numero nono in fine, extra, vt lite pendente. Aym. conſil. 192. numero quarto. Vbi propterea dixit, quod ſi minor locauit domum alicui potentiori, debet in integrum reſtitui, quia poſſet in futurum lædi, ſi finita locatione dubitet poſſe conſequi locatam domum à conductore. refert eum, & ſequitur Contard. de moment. poſſeſſ. limitatione prima numero 92.

Et hæc ſit 17. ampliatio.

318 Contrarium quod imò etiam lite pendente ſuper re locata illius poſſeſſor ſuam poſſeſsionem continuando poſſit eandem rem locare etiam potentiori, facit regula, quòd qui continuat, non attentat; & quia ad hoc, vt titulus C. ne liceat potentioribus, & titulus de alienatione iudicij mutandi cauſa facta locum habeant, requiritur vt in potentiorem ſit facta alienatio dominij, vel ſaltem poſſeſſionis, quod non cadit in locatione; cum per eam, nec poſſeſſio, nec proprietas in conductorem transferatur. l. certè. §. Is, qui rem. ff. de præcario. l. prima. C. commun. de vſucap. nec in conductorem poteſt dici facta alienatio, qui non ſuo, ſed locatoris nomine poſſidet, ſecundum Abb. in capitulo primo ſub numero primo de alienatione iudicij mutandi cauſa facta, & voluit Lancillott. de attentat. parte ſecunda capitulo quarto limitatione prima numero 59. & ſeqq. Vbi etiam teſtatur ita alias Rotam ſenſiſſe coram Gropperio in vna Rauennaten. bonorum 10. Decembris 1563.

319 LITIGIOSA etiam quod non ſit res, adhuc in potentiorem non ſolum alienari, ſed nec etiam actio cedi poteſt. iura adducuntur per Duen. qui vltra infraſcripta multa alia explicat notabilia in reg. 88. in princ. & per Menoch. de præſumpt. libr. 3. præſumpt. 129. numer. 36. Vbi amplius dixit, quòd iſto caſu ceſsio præſumitur ſimulata ex Bald. quem allegat in l. Per diuerſas. numero 23. C. mand. & per Ioann. de Amicis conſil. 24. numer. 7.

Et hæc ſit 18. ampliatio.

320 LITIGIOSA res ſeu actio, ſeu etiam non litigioſa etſi in potentiorem alienari, aut cedi nequeat, hoc tamen procedit, quando ſic ceditur, & alienatur malitioſè, & ad opprimendum aduerſarium cum potentia ceſsionarij, ſecus ſi bona fide, & non malitioſè res, ſeu actio cedatur, ſecundum Speculator. in titulo De ceſsione actionis. §. 1. numero quarto. Iacobin. de Sancto Georgio in lege prima numer. 13. C. ne liceat potentiori. Abbas in capitulo ex parte. numero quarto de alienatione iudicij, vbi in propoſito declarat, quando hæc ceſſio, ſeu alienatio bona fide fieri dicatur. Duen. regul. 88. in nona limitatione Caputaquen. deciſ. 105. parte prima. Vbi amplius dixit, quòd à dolo, & fraude quælibet cauſa etiam minima excuſat. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 144. numero duodecimo. Menoch. de recuperanda poſſeſsione in 1. remed. quæſtion. 33. ſub numero 381. ad finem. Roland. conſil. 38. numer. 26. lib. 2. Lancillot. de attent. parte ſecunda cap. 4. limitatione prima numer. 62. Cardin. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 387. numero primo, & numero ſexto. Vbi quòd ad hoc, vt alienatio facta in potentiorem dicatur doloſa, Tria requiruntur. Primò. Quòd dolo in alium res fuerit tranſlata. Secundò. Quod cauſa mutandi iudicium. Tertiò. Quòd in potentiorem, ex Decian. quem allegat in conſil. 109. proponitur. numero quarto libro tertio. & in verbo Potentiores. concluſ. 461. numer. 5. Vbi amplius quòd bona fides probatur coniecturis, vtputa, ſi creditum ceſſum ſit verum, ſi cedens ſit diues, & per ſimiles coniecturas arbitrio Iudicis, & concluſion. 463. numer. 26.

Et ſit prima limitatio propoſitæ concluſionis, & regulæ.

321 LITIGIOSA actio ſiue etiam non litigioſa, & ſi potentiori cedi nequeat, hoc tamen fallit quando cedens aliter ſuum recuperare non poteſt, cum tunc licitum ſit non ſolum illam potentiori cedere, ſed etiam propter aduerſarij potentiam, quod ſibi debetur auferre, ad Gloſ. in c. Ius gentium. diſtinct. 1. Innocent. in c. Olim il primo nu. 8. de reſtitutione ſpoliator. Felyn. in c. Quoniam. num. 13. de ſimonia, & in cap. 2. num. 36. de ſponſalib. in fin. Alex. conſ. 35. num. 1. lib. 1. Marſil. ſingul. 177. Afflict. in conſtitut. Neapolit. lib. 1. rubr. 8. nu. 36. Quos, & alios ſic dicentes refert, & ſequitur Duen. reg. 88. in 5. limitatione, vbi amplius ſubdit, quod qui rem ſuam furatur, aliter eam recuperare non valens, tutus eſt in foro conſcientiæ.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

322 LITIGIOSA res ſeu actio, ac etiam non litigioſa, quamuis in potentiorem alienari, & cedi nequeat, & ſi cedatur, aut alienetur, detur contra cedentem, & alienantem actio, intretq; edictum de alienatione iudicij mutandi cauſa facta, vel aliud ne liceat potentiori, non tamen hæc actio datur, neque hoc edictum habet locum contra hæredem alienantis, ſeu tertium poſſeſſorem. l. non ſolum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de alienatione iudicij, &c. prout nec etiam datur

datur poſt annum vt in l. vel poſt annum. ff. eodem, & voluit Decian. regul. 88. in decima Limitatione.

Et hæc ſit tertia Limitatio.

323 LITIGIOSA res ſeu actio licèt non ſit, quamuis in potentiorem alienari, aut cædi nequeat cædi tamen & alienari poterit ex cauſa neceſſaria, ad ea quæ dixi ſupra num. 41. & in ſpecie voluit Duen. reg. 88. in prima Limitatione, per tex. quem allegat in l. nam etſi. ff. de alien. iudic. mutand. ergo cauſ. fact. vbi habetur quod ſi ſoluero, quod à me petere velles huic edicto locus non eſt. faciunt ſcripta per Caputaquen. deciſ. 105. par. 1. Vbi propterea dixit quod ceſſio facta in fiſcū ab aliquo exiſtente in carceribus, vt ſe ab illis redimeret propter aliquod crimen ab eo commiſſum non dicitur facta in potentiorem licet fiſcus potentior ſit, quia non voluntaria, ſed neceſſaria fuit, &c.

Et hæc ſit quarta Limitatio.

ARGVMENTVM.

LITIGIOSAE rei alienatio non transfert poſſeſsionem in emptorem; & propterea contra ipſum emptorem, & tertium poſſeſſorem fieri poteſt exequutio. Quando hoc verum ſit?

SVMMARIVM.

Rei litigioſæ alienatio non transfert poſseſsionem in emptorem, ſeu tertium poſseſsorem. nu. 328.

Exequutio ſententiæ fieri poteſt contra tertium poſseſſorem in quem lite pendente res alienata fuit. n. 329

Litigioſa res ſi fuerit empta ab aliquo ignorante litem, tunc exequutio contra eundem emptorem, & poſseſsorem fieri non poteſt propter eius bonam fidem. num. 330. Contra num. 331.

Litigioſa res ſi lite pendente in alium translata fuit, exequutio vigore ſententiæ poſtea latæ ſine alio proceſsu fieri poteſt contra poſseſsorē rei litigioſæ. n. 332

Lite nondum cœpta, ſi res alienata fuit non fieri poteſt exequutio contra emptorē ſine nouo proceſsu. n. 333.

Exequutio ſententiæ contra tertium poſseſsorem in quem res fuit alienata lite pendente fieri non poteſt ipſo poſseſsore non citato. num. 334.

Lite pendente rei litigioſæ translata poſseſsio tunc demum facit ſententiam exequi ſine nouo iudicio quando is habet cauſam ab eo contra quem eſt mota lis, alias ſecus. num. 335. & ſeq.

323 LITIGIOSA res ſeu actio vbi lite pendente alienatur, vel ceditur; tunc nec illius poſſeſsio transfertur. Mill. in repertorio in verbo Litigioſa res, vel actio. Alexan. conſ. 45. Viſa nu. 5. lib. 3. Guidopap. deciſ. 337. pro declaratione num. 4. Pariſ. conſ. 108. de bono iure. nu. 4. lib. 1. Deci. conſ. 492. nu. 8. lib. 3. cum alijs per Lancillott. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfation. nu. 449. & ſeq. & num. 451. & ſeq.

324 Et hoc procedit etiam quod in ea adſit clauſula præcarij. Menoch. in 2. reſponſo cauſæ Finarcen. num. 56. & conſ. 2. Magni ponderis. num. 295. lib. 1. Afflict. deciſ. 331. num. 3. Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfation. nu. 452.

325 Et ex præmiſſa concluſione infertur regula quod exequutio ſententiæ fieri poteſt abſq; nouo iudicio contra emptorem rei litigioſæ & ſic contra tertium poſſeſſorem, ſecundum Bart. in l. final. num. 1. C. de litig. & in l. creditores. num. 23. C. de pign. & in eadem l. final. Idem adnotarunt Alex. in addition. littera A. Salicet. num. 4. & Ioan. Sicchard. num. 6. verſ. Et ſic ſententia. & num. 11. Abb. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. num. 10. verſ. Item dic vltra Doctores. Ang. in Authen. de litigioſ. num. 5. verſ. eſt & alius effectus il ſecondo. Afflict. in conſtitut. Neapolitan. lib. 2. rubr. 41. num. 10. Couarru. pract. quæſt. c. 15. num. 7. Neuizzan. conſ. 20. num. 13. & ſeqq. in diſcurſu Benintend. deciſ. Bononienſ. 48. num. 20. Cephal. conſ. 195. num. 13. & ſeqq. Aſyn. in pract. §. 31. cap. 2. in 24. ampliatione. num. 1. cum allegatis per eum. Mohedan. deciſ. 1. alias 12. num. 1. de ſentent. & re iudic. Ruyn. conſ. 34. viſis num. 12. lib. 5. cum alijs per Lancill. de attentat. par. 2. c. 4. in præfation. num. 459. & ſeq. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litis pendentia, concluſ. 381. nu. 2. & in verbo Exequutio, concluſ. 488. num. 8. & concluſ. 387. cum allegatis per eum num. 14.

326 Quamuis contrarium ſuaderi videatur ex traditis per Bart. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. n. 7. & ibi Alex. & Iaſ. vterque. num. 10. ff. de re iudic.

327 Ad quam materiam, an ſcilicet, & quando exequutio abſq; nouo iudicio fieri poſsit contra emptorem rei litigioſæ, & tertium poſſeſſorem vide omninò Gabriell. qui ponit ſex declarationes in conſ. 52. puto licinie nu. 6. & ſeqq. lib. 1. & omninò etiam Oſaſch. deciſ. Pedem. 65. per tot. vbi ponit diuerſas Doctorum opiniones, & alia plura notanda & latè per Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Exequutio. concluſ. 488. per totam.

REGVLA præmiſſa quod ſcilicet, exequutio fieri poſsit contra emptorem rei litigioſæ & tertium poſſeſſorem, ampliatur, & limitatur vt infra. Et Primo ampliatur vt exequutio fieri poſsit non ſolū contra emptorem, ſed etiam contra hæredem emptoris, ſecundum Neuizzan. in conſ. 20. num. 12. in fin. & nu. 20. 23. & ſeqq.

Et hæc ſit prima Ampliatio propoſitæ regulæ.

328 LITIGIOSA res, ſi in alium fuit translata poſt latam ſententiam; tunc & multo magis exequutio eiuſdem ſententiæ fieri poteſt contra dictam rem litigioſam ex allegatis per Neuizzan. in conſ. 20. num. 13. verſ. Primus eſt, & per Oſaſch. deciſ. Pedem. 65. num. 1. Neguſant. de pignorib. par. 4.

num. 20. & ſeq. Aſyn. in pract. §. 31. cap. 2. in 24. ampliat. numer. 1. verſ. Primus autem eſt.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio eiuſdem regulæ.

329 LITIGIOSA res ſi lite pendente fuerit in alium tranſlata, exequutio vigore ſententiæ poſtea latę fieri poteſt contra emptorem & tranſlatarium, multo magis ſi poſt tranſlationem in ipſum factam fuit citatus in omnibus actibus, etiam quod citatio fuerit ſi ſua putauerit intereſſe ex plene deductis per Neuizz. in conſ. 20. nu. 15. & ſeqq. & nu. 22. Vbi amplius ſubdit, quod hæc citatio non eſt neceſſaria, & ſic ſufficiat ſola ſcientia ſine citatione.

Et hæc ſit tertia ampliatio. Nunc ad limitationes deſcendamus.

330 LITIGIOSA res ſi fuerit empta ab aliquo litem ignorante, tunc exequutio contra eundem emptorem & poſſeſſorem fieri non poteſt propter eius bonam fidem. ſecundum Io. Sicchard. in l. final. num. 6. verſ. Et ſic ſententia. C. delitigioſis. Ang. in auth. de litigioſis. num. 5. verſ. eſt & alius effectus il ſecondo. Oſaſc. deciſ. Pedem. 65. nu. 1. verſ. Dummodo probetur emptorem ſciuiſſe litem alias ſecus. Natt. conſil. 350. numer. 4. in fine.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ.

331 Contrarium, quod emptor ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit rem emptam eſſe litigioſam, vtroque caſu, ſi vere res litigioſa fuit effecta poſſit exequutio abſq; alio proceſſu fieri contra emptorem dictæ litigioſi rei poſſeſſorem, optimè probat Couarru. pract. quæſt. c. 15. num. 7. Si vero res non erat effecta litigioſa, etiam quod lis ſuper ea mota fuiſset (quod cõtingere poteſt in pluribus caſibus poſitis in limitationibus principalis regulæ propoſitæ quæſtionis) & tunc vt exequutio contra emptorem ſine nouo proceſſu fieri poſſit, requiritur, quod ipſe ſciuerit litis pendentiam & quod alienans illam rem eſſet inops & in bonis non haberet aliam rem cum qua poſset ſuo creditori ſatiſfacere: tunc enim his duobus concurrentibus & non alias, fieri poteſt exequutio contra tertium poſſeſſorem rei in litem deductæ, non tamen effectæ litigioſæ, ex eo, quod talis alienatio omninò cenſeatur facta in fraudem ferendæ ſententiæ. & pro hac contraria opinione vide Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Exequutio concluſ. 488. num. 2. & num. 9.

332 LITIGIOSA res ſi in alium lite pendente tranſlata fuerit licet tunc exequutio vigore ſententiæ poſtea latę fieri poſſit ſine alio proceſſu contra poſſeſſorem rei litigioſæ, hoc tamen limitatur non procedere quando verus poſſeſſor per ſuam ſcientiam, vel patientiam ſibi præiudicaſſet, ex allegatis per Neuizzan. in conſ. 20. num. 13. verſ. Secundo limitat. Aſyn. in practic. §. 31. cap. 2. in 24. Ampliatione in fine.

Et hæc ſit ſecunda Limitatio.

333 LITIGIOSA res, ſi lite pendente fuerit in alium alienata, licet exequutio contra illam rem ſic alienatam abſque nouo proceſſu fieri poſſit, non tamen ſic eſt, quando fuit alienata lite nondum cæpta, & ſic quando ius exequendi non erat in eſſe productum, nec in actu producendi. Tunc enim tale exequendi ius poſtea ſuperueniens non tranſit contra talem ſucceſſorem iuribus allegatis per Neuizzan. in conſil. 20. num. 13. verſ. Tertius caſus. Oſaſch. deciſ. Pedemon. 65. num. 4. verſ. Tertio autem alienatio fuit facta ante litem cæptam & iterum infra. verſic. Aut debitor alienauit, & deſijt poſſidere ante litem motam. Aſyn. in pract. §. 31. cap. 2. in 24. Ampliatione, num. 1. verſ. Secundus caſus eſt, in fine verſiculi.

Et hæc ſit tertia Limitatio.

334 LITIGIOSA res, quando lite pendente fuit alienata, licèt non inchoato nouo iudicio poſſit exequutio fieri contra eum, in quem alienata eſt ipſa res, non tamen eadem exequutio fieri poteſt ſine citatione. Natt. conſ. 350. num. 2. 3. & 4. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. In præfatione. num. 462. Gabriell. cum allegatis per eum in conſ. 52. num. 11. lib. 1.

Contrariũ, quod citatio non requiratur voluiſſe videtur Cephal. conſ. 195. num. 15. cum allegatis per eum.

Et hæc ſit quarta Limitatio.

335 LITIGIOSA res ſi fuerit lite pendente in alium tranſlata, tunc demum exequutio fieri poteſt contra poſſeſſorem, quando is habet cauſam ab eo contra quem lis mota fuit, aliàs ſecus, ex allegatis per Gabriell. conſ. 52. incip. Puto licinie nu. 8. verſ. Quarto quia, lib. 1. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. nume. 30.

Contrarium, quod exequutio poſſit fieri etiam contra ſucceſſorem tertij, & ſic contra habentem cauſam mediatam à litigante Voluit Mohed. deciſ. 1. aliàs 12. de ſententia. & re iudic.

Et hæc ſit quinta Limitatio.

ARGVMENTVM.

De pœnis alienantium res litigioſas.

SVMMARIVM.

Litigioſam rem vendens præſertim ignoranti dicitur in dolo, ex quo prout tenebatur vitium emptori non reuelauit. num. 336.

Iuramentum in litem datur contra ementes, aut vendentes rem litigioſam. num. 338. Licet alij contra num. 339.

Litigioſam rem ſcienter emens, an & quomodo puniatur. num. 340.

Liti-

Litigioſam rem ignorans emens nulla pœna punitur. num. 341.

Litigioſam rem alienans in emptorem ignorantem vitium litigioſi ad quid teneatur. num. 342. & ſeqq.

Litigioſam rem alienans ignorans eam eſſe litigioſam quomodo teneatur ſi emptor vitium litigioſi ſciuerit. num. 345.

Litigioſa res quando alienatur, & propter alienationem incurritur pœna; quæ actio detur ad ſolutionem pretij. num. 346. & ſeqq. Vbi de eadem materia.

Emptor rei litigioſæ, debet rem emptam reſtituere. num. 349.

Litigioſa res, an præſumatur empta ſcienter, vel ignoranter. num. 350. & ſeqq.

Litigioſam rem vendens aut emens publicè & palam, nullas incurrit pœnas. num. 353.

336 LITIGIOSA an res vendens emptori præſertim ignoranti dicitur in dolo, ex quo prout tenebatur emptori non reuelauit vitium rei venditæ. tex. eſt in l. final. C. de litigioſis, dum ibi dicitur: Iuſtum eſt enim propter doloſam mentem, & abſconditam machinationem cum non emptori manifeſtauerit rem in iudicium deductam fuiſſe; & ibi hoc adnotarunt Doctores omnes per me allegati colum. 3. par. 4. Quibus addo Ioan. Sicchard. in l. final. num. 6. in fine. C. de litigioſis, & ſub num. 7. verſ. Obijciebatur, & generaliter quod vẽdẽs rẽ litigioſam dicatur in dolo pluribus conſuluit Cephal. conſ. 64. numer. 1. iuncto num. 18. & ſeqq. & num. 29. Pariſ. conſil. 238. numer. 28. lib. 4. Berõ conſ. 120. num. 33. lib. 1. Burſat. conſil. 100. num. 35. lib. 1. Maſcard. de probation. lib. 1. concluſ. 531. num. 100. Vbi loquitur non ſolum in eo, qui deſijt poſsidere poſt datum libellum; & ſic re effecta litigioſa; ſed etiam poſtquam actor dixit ſe daturum cum tunc intret edictum mutandi iudicij cauſa cũ allegatis per eum Lancellott. de attentatis par. 2. cap. 4. in præfatione num. 453. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litis pendentia. concluſ. 381. num. 5.

337 Et propterea contra ſic ementem, aut vendentem res litigioſas dari iuramentum in litem pro dãnis, expenſis & intereſſe paſsis voluit Plot. cum allegat. per eum de in litem iurando. num. 183. Vbi loquitur de iuramẽto in litem deferendo actori contra reum, qui lite pendente rem litigioſam alteri vendidit, aut alienauit, & nu. 184. Vbi è contra loquitur de iuramento in litem deferendo reo contra actorem qui lite pendente actionem litigioſam alteri ceſsit Alex. conſ. 96. viſis narratis in fine lib. 4. Vbi de iuramento in litem actori deferendo contra reum, ſi lite pendente alienando rem litigioſam deſijt poſsidere, refert eum & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſio. 386. numer. 36.

Propoſita concluſio, quæ regulariter vera eſt habet plures Ampliationes & Limitationes, de quibus infra.

338 LITIGIOSAM rem donans, donationemq; recipiens, & ſic tam donator, quàm donatarius punitur eadem pœna; qua punitur eiuſdẽ rei emptor, & venditor, text. eſt in l. fin. C. de litigioſis ibi Vel donationes, &c. & iterum infra in §. Sin autem ignorans verſ. Tali videlicet pœna in illis alijs verbis. Verum etiam in donationibus porrigenda, & vera æſtimatione facta cum pretij datio non eſt rem ad alium transferens mulctetur. & ſic apertè ibi tex. loco pretij ſtatuit pœnam eſſe in æſtimatione rei donatæ, & ibi hoc adnotarunt gloſ. in figuratione caſus. Bellapert. in princ. in figuratione caſus verſ. Et ſic eſt in donatario, & donatore. Bald. nu. 7. vbi propterea notat, quod donatio eſt contractus. Alberic. ſub num. 1. verſ. Item quærit. Gloſa vbi reprobat rationem contrariam; de qua infra, & hanc ſententiam retulerunt omnes ferè præallegati Doctores, quam in æquitate fundari teſtatur Salycet. qui eam tenet in l. fin. num. 2. C. de litigioſis, & Ioann. Sicchard. num. 3. in fine verſ. Quod idem ſeruatur in donatione, & num. 14. verſ. Nunc accedendo & num. 15. & ſeqq. Vbi bene declarat materiam; & eſt etiam Gloſ. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ in verbo Litigioſi verſ. & eodem modo punitur dator, & donatarius extra vt lite pendente. Hoſtienſ. in d. Eccleſia Sanctæ Mariæ numer. 6. verſ. Et vbi ſine ſimulatione donatur, extra vt litẽ non conteſtata; & ibi etiam Ioan. Andr. num. 9. in fine, Henric. Boich. num. 21. verſ. Et eodem modo puniuntur donans, & donatarius. Bellamer. nu. 14. in fine, & Abb. num. 10. verſ. Et idem dic in donatione, Boer. deciſ. 34. num. 2. faciunt quæ dixi ſupra num. 4.

339 Licet contrarium quod donatarius etiam ſcienter recipiens rem litigioſam donatam non puniatur in aliquo ea ſcilicet ratione, quia emptor magis præſumitur venire ad rem emendam ambitioſè quam donatarius qui venit gratioſè voluiſſe videtur Cyn. poſt Petr. in l. final. num. 3. in 2. quæſt. C. de litigioſis.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ.

340 LITIGIOSAM rem ſcienter emens licet ſecundum iura antiqua nulla iſto caſu impoſita eſſet pœna; niſi quod poſsidens habeat exceptionem, & ex contractu rei litigioſæ non poterat conueniri l. 2. ff. de litigioſis. Hodie tamen ſic rem litigioſam emens, emptam rem tenetur reddere, & pretium amittit, fiſco applicandum; ſic, & venditor pretio reſtituto fiſco tenetur ad tantundem text. eſt apertus in l. fin. C. de litigioſis in princ. vbi ad litteram dicitur. Si quis ſciens, vel ad venditiones, vel ad donationes, ſeu ad alios contractus acceſſerit, cognoſcat ſe compellendum non tantum rem redhibere; ſed etiam pretio eius priuari non vt lucro cedat ei, qui rem alienauit; ſed vt etiam

alia tanta quantitas ab eo fiſci iuribus inferatur, & ibi hoc adnotarunt Gloſ. in figuratione caſus, & in verbo Rem adhibere. Iacob. Butrigar. in ſummario, & in verſ. Aut quero de pœna. Bellaper. in prin. in figuratione caſus verſ. Reſpondit Imperator, & iterum infra verſ. Dicit quod ille qui emit. Cyn. nu. 1. in 2. & 3. notabili. Odofred. in ſummario. Bart. ante numer. 1. in prima oppoſitione & iterum infra in verſ. Item eſt additum hodie. Bal. in ſummario & num. 2. & num. 4. Ang. num. 1. & poſt nu. 3. Salycet. num. 1. & Ioann. Sicchard. num. 3. & num. 7. eſt etiam Gloſ. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, in verbo Litigioſi in princip. extra vt lite pendente. Hoſtienſ. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 4. extra vt lite pendente. Ant. de Butr. num. 9. Henric. Boych. num. 21. Bellamer. num. 14. verſ. Si autem vterque ſciuit. & Abb. nu. 10. verſ. Si vero vterque contrahentium ſciuit. & Card. Zabarell. col. 1. verſ. in gloſa penultima. & col. 1. in fine verſ. ſed videtur non admittendam. ad idem eſt Gloſa in authent. de litigioſis in princip. in verbo Diſcernimus & ibi Ang. nu. 4. verſ. Eſt enim effectus Plot. de in litem iurando nu. 184. ſecundum antiquam impreſsionem. Menoch. conſ. 79. num. 26. Card. Tuſc. pract. concluſ. littera L. concluſ. 387. num. 22.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

341 LITIGIOSAM rem emens ignorans nulla punitur pœna per regulam quod ignorantia excuſat à delicto. Imò lucratur tertiam partem pretij ſibi à venditore ſoluendi. text. eſt in l. fin. §. ſin autem ignorans. C. de litigioſis vbi ad litteram dicitur. Si autem ignorans rem litigioſam emerit, vel per aliam ſpeciem contractus acceperit, tunc irrita rei alienatione facta pretium cum alia tertia parte recipiat. & redditur in l. congrua ratio, quia ſcilicet ſic iuſtum eſt, propter doloſam mentem & abſconditam machinationem venditoris, cum non emptori manifeſtauerit rem in iudicium deductam fuiſſe, & ibi hoc adnotarunt Gloſ. in figuratione caſus Bellapertic. in princip. in figuratione caſus. verſ. ſi emptor ignorauit. Bal. num. 3. vbi propterea notat pœnam ignorantibus applicari. Ang. poſt num. 3. Salycet. num. 1. verſ. Emens vero ignoranter & Ioan. Sicchard. num. 3. verſ. Si autem emptor ignorauerit. & num. 7. verſ. Aut aliquis emit. eſt etiam Gloſ. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ in verbo Litigioſi verſ. Ignorans pretium extra vt lit. pend. Hoſtienſ. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 6. verſ. Si autem recipiens ignoret extra vt lite non conteſtata. Ioan. Andr. num. 9. verſ. Si vero recipiens ignorat. Ant. de Butr. num. 9. verſ. Si emptor eſt ignorans. Henric. Boich. num. 21. verſ. Aut alter tantum eſt ignorans. Bellamer. num. 14. verſ. Si autem venditor ſciebat. Ang. in auth. de litigioſis num. 5. verſ. Eſt & alius effectus il primo. Decian. conſ. 109. num. 8. lib. 1. vbi quod emens rem quam ignorat litigioſam pœna litigioſi non punitur. refert eum & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litigioſi vitium concluſ. 386. nume. 37.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

342 LITIGIOSAM rem alienans in emptorem litigioſi vitium ignorantem non ſolum tenetur ipſi emptori ſoluere vltra reſtitutionem pretij tertiam dicti pretij partem, prout dixi col. 13. par. 4. ſed etiam tenetur integrum, quo vendidit prætium Fiſco in pœnam ſoluere. ſecundum Gloſ. quæ aliorum relatis opinionibus in hoc vltimo loco reſidere videtur in l. final. in verbo Recipiat. C. de litigioſis & ibidem hoc adnotarunt Iacob. Butrigar. in verſ. aut quæro de pœna & verſ. ſeq. Bellapert. in verſ. nunquid & alia pœna vbi reddit rationem quia ſcilicet vendens ignoranti plus delinquit, quam vendens ſcienti, quia primo caſu decipit & fiſcum & emptorem. Secundo autem caſu non decipit niſi fiſcum. Cyn. num. 2. verſ. Quærit. Gloſ. Alberic. num. 1. Ang. poſt num. 3. verſ. In ſolā ergo tertiā parte.

343 Contrarium quod vendens rem litigioſam ignoranti non tenetur fiſco aliquid ſoluere, ſed ſolum emptori teneatur dare tertiam partem pretij conuenti aut ſoluti, voluit Bart. in d. l. final. num. 1. verſ. Vlterius dicitur & ibi etiam Bal. ſub num. 4. verſ. Quidam tamen dicunt & Ioann. Sicchar. nu. 7. verſ. Iam quæritur & num. 8. vbi alijs relatis opinionibus hanc ſequitur ſententiam; eamq. dicit communiorem & mitiorem.

344 Aliqui medium viam eligendo dixerunt fiſco deberi duas partes pretij promiſsi, vel ſoluti vltra tertiam partem; quæ emptori aut venditori ignoranti ſoluenda eſt. & ſic in totum, venditor, ſeu emptor rei litigioſè ſcienter tenebitur ad integrum pretium, videlicet ad tertiam partem emptori ſeu venditori ignoranti & ad duas partes fiſco, ſecundū Hoſtienſ. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 6. extra vt lite non conteſtata. & ibi etiam Ioan. Andr. ſub num. 9. Ant. de Butrio. num. 9. verſ. Quandoquè vendens eſt ignorans & Abb. num. 10. verſ. ſi vero alter tantum ſciuit. & Card. Zabarell. col. 1. verſ. ſi vero alter tantum ſcit.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

345 LITIGIOSA res ſi alienatur & alienans ignorauerit eā eſſe litigioſam, emptor autem ſciuerit, ipſe emptor tenebitur duas partes pretij fiſco ſoluere & aliam partem venditori ignoranti. ſecundum Hoſtienſ. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 6. extra vt lite non conteſtata. & ibi etiam Ioan. Andr. num. 9. verſ. ſi tradens ignorat.

Et hæc ſit quinta ampliatio.

346 LITIGIOSA res quando alienatur & propter alienationem pœna incurritur tam ex parte vendentis quam ementis, quæ actio detur ad pœnæ prædictę ſolutionum pretij ſeu rei venditæ reſpectiue reſtitutionem, dic dari vel actionem in factum, vel condictionem ex lege ſecundū Gloſ. in l. final.

C. de

C. de litigioſis. in figuratione caſus, & in verbo recipiat. ante finem. & ibi Cyn. num. 4. in 3. quæſtione. Bart. ante num. 1. verſ. Quæro qua actione Bald. num. 6. vbi quod iſto caſu non datur accuſatio, quia non adeſt delictum, ſed datur condictio ex l. quia contractus eſt illicitus. Salicet. num. 4. & Ioan. Sicchar. num. 12. vbi quod vltra condictionem ex l. dari etiam poteſt condictio ſine cauſa.

347 Sic & pro pœna fiſco applicanda, actionem dari cuilibet de Populo, cum hæc actio popularis ſit, voluit gloſ. in l. final. in verbo Recipiat in fine. C. de litigioſis. & ibi etiam Bart. in fine. Bald. num. 5. Salycet. num. 4. verſ. Quæro ad pœnam applican. Fiſco. & ibi addentes littera A. & Ioan. Sicchard. num. 14.

Et hæc ſit ſexta Ampliatio.

348 LITIGIOSAM rem vendens, ſi de euictione promiſit, euicta re tenetur ſecundum Cyn. in l. final. num. 6. in 5. quæſt. C. de litigioſis. vbi arguit pro & contra, & in hac reſidet ſententia. & ibi etiam hoc adnotarunt Bald. ſub numer. 4. verſ. Quid ergo ſi emptor. Alberic. num. 1. in fine, & num. 2. Ang. num. 3. ante finem. Ang. num. 4. Salyc. num. 5. & Ioan. Sicchard. nu. 18. Vbi quod ita omnes Doctores ad vnum in ea lege decidunt.

Et hæc ſit ſeptima Ampliatio.

349 LITIGIOSA res ſi fuerit vendita, dubium non eſt quod ab emptore reſtituenda eſt. text. eſt in l. final. & ibi notant omnes, C. de litigioſis. Cui autem facienda ſit iſta reſtitutio, an ſcilicet venditori, an vero alteri qui mouit litem; & qui fecit rem litigioſam, dic eſſe reſtituendam venditori ſecundum Ioan. Sicchard. qui de communi teſtatur in l. final. num. 11. C. de litigioſis.

Et hæc ſit octaua ampliatio.

350 LITIGIOSA res nunquid fuerit empta ſcienter vel ignoranter, in dubio præſumitur ignorantia, ſecundum Gloſ. in l. final. in verbo ad venditiones. in fine C. de litigioſis. & ibi etiam Salicet. num. 2. verſ. Quæro an emptor. & Ioan. Sicchard. num. 9. & 10.

351 Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ. quam ſublimita non procedere in venditore, ſeu donatore, quem non poſſe allegare ignorantiam litis nec vitium litigioſi, voluit Gloſ. in l. final. in verbo ad venditiones. C. de litigioſis. & iterum in verbo transferens. Bal. poſt num. 1. Salicet. num. 1. in ſecunda queſtion. & Ioann. Sicchard. num. 7. verſ. & circa alienantem.

352 Quandoque tamen etiam alienans rem litigioſam, poteſt allegare ignorantiam. & erit iuſta ignorantia vt quando eſt alterius ſucceſſor. & iſto caſu in nihilo punitur ſecundum Hoſtienſ. in cap. eccleſ. Sanctæ Mariæ. num. 4. & 5. extra vt lite pendente. & ibi etiam Ioan. Andr. num. 8. verſ. in Gloſ. 3. & num. 9. Ant. de Butrio num. 9. verſ. Quandoque vterque ignorans. & verſ. Quandoque vendens eſt ignorans. Henric. Boich. nu. 20. Bellamer. n. 14. & Abb. ſub n. 10. verſ. Hoſtien. autem. & verſ. ſeq.

353 LITIGIOSAM rem vendens aut emens, pœnas à iure ſtatutas non incurrit, ſi hoc faciant palam & publice, ſecundum Aim. in conſ. 279. num. 3. vbi eam reddit rationem, quia ſcilicet contrahere ſuper re litigioſa, non eſt prohibitum de iure diuino, naturali, aut gentium, ſed tantum de iure Ceſareo, & mere poſitiuo. quo caſu quando cõtrauenitur iuri mere poſitiuo, contraueniens non incidit in pœnam, ſi actus palam fiat. l. final. ff. de ritu nuptiarum. & per Bart. in l. ſi adulterium cum inceſtu. col. penultima. num. 9. verſ. Aut dubitatur vtrum ſciuerit. ff. de adulterijs. Et eſt veriſsima declaratio, dummodò non cõſtet de ſcientia ementis aut vendentis rem litigioſam. ex actu enim palam geſto præſumitur ignorantia, vt per Bartol. vbi ſupra. ſed ſi conſtet de ſcientia, & tunc ſiue clàm ſiue etiam palàm contractetur ſuper re litigioſa, abſque dubio incurruntur pœnæ à iure ſtatutæ.

Et hæc ſit ſecunda Limitatio.

ARGVMENTVM.

Lis quando pendere dicatur, an per litis conteſtationem, & de effectibus pendentiæ litis.

SVMMARIVM.

Lis quando incipere & pendere dicatur, de materia generaliter & remiſsiuè. num. 354.

Litis pendentia effectus ſunt quatuor, de quibus nume. 355.

Litis pendentia inducitur per conteſtationem litis, num. 356.

354 LITIGIOSA res quando efficiatur, & conſequenter quando lis incepta, & pendere dicatur, vide l. 1. & per tot. ff. & C. de litigioſis. & in Clemen. 2. vt lit. pend. & vtrobique Legiſtas & Canoniſtas omnes. & vide etiam omnino Lancellott. de attentatis par. 2. cap. 4. in præfation. num. 1. & pluribus ſeqq. vſque ad num. 211. Et præſertim num. 156. & ſeqq. vſque ad nu. 177. explicat an & quando per gratioſam ſubrogationem in beneficialibus, inducatur litis pendentia. & num. 178. & ſeqq. vſque ad num. 187. declarat an eadem litis pendentia inducatur per admiſſionem tertij ad cauſam. & num. 188. vſque ad num. 208. ponit an per extraiudicialem appellationem lis pendere dicatur. latiſsimeq; omnem litis pendentiæ materiam declarat, ad effectum præcipuè reuocationis attentatorum. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litis pendentia. concluſ. 380. per tot.

355 LITIGIOSA res quando dicatur dependet ab eo, quando ſcilicet lis dicatur incepta, & pendere. litis enim pendentia facit rem litigioſam,

Effe-

Effectus autem litis pẽdentię ſunt quatuor. Primus ſcilicet ad perpetuãdam iuriſdictionem. Secundus ad interrumpendum pręſumptionem. Tertius ad inducendum ſubreptionem. Quartus ad inducendum attentata. & ſub hoc vltimo effectu includitur alienatio rei litigioſæ, de qua nos loquimur, vt benè adnotauit Gloſ. in Clementin. 2. in verbo Innouari; vt lite pendente. ſic etiam quatuor prædictos effectus ponit, & comprobat Lancellott. de attentatis. par. 2. cap. 4. in præfation. num. 6. & iterum infra num. 510. vbi de eadem re loquens ponit alios quinque effectus. Primum ſcilicet quod impediatur alienatio; de qua nos loquimur, & benè aduertit Gloſ. in dict. Clementin. 2. eodem verbo innouari vt lite pendente. Secundũ quod interrumpatur præſcriptio. Tertium quod poſſeſſor qui cadit à poſſeſsione non poſsit eam recuperare. Quartum quod actus, & inſtrumẽta annullentur; de quo etiam nos loquimur. Quintum quo ad incurſum pœnarum. Quibus adde Bonifac. de Vitellin. in clement. 2. num. 87. verſ. Duodecima concluſio, vt lite pendenre, vbi & ipſe ponit ſex effectus vitij litigioſi, & ante iſtos Ang. in auth. de litigioſis num. 3. poſt med. verſ. Reſtat videre vbi ponit quatuor effectus de iure antiquo, & num. 4. & 5. ponit alios effectus de iure Codicis, & authenticornm.

356 LITIGIOSAM rem èffici per conteſtationem litis nulla eſt dubitatio, & ſecundum iura antiqua, litigioſa non efficiebatur res niſi per conteſtationem litis, præterquam in actionibus vniuerſalibus, ſecundum vero iura authenticorum ſola conuentio ſeu petitio iudiciaria rem litigioſam efficit, prout dixi colum. 2. par. 1. ergo vbi lis fuit conteſtata, quod tunc res in litem deducta vitio litigioſi affecta fuerit dnbitandũ nõ eſt, ex allegatis per Henrich. Boich. qui omnia præmiſſa benè explicat, & declarat in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ num. 13. extra vt litè pendente, & ibi etiam Bellamer. num. 11. Duen. reg. 88. in tertia Ampliatione. vbi propterea infert læſionem factam poſt litem conteſtatam inualidam eſſe. Ang. in auth. de litigioſis. in princ. num. 1. verſ. Quidam fatentur, vbi propterea quod hodie non eſt neceſſaria conteſtatio; ad quæ vide etiam Couarru. pract. quæſt. cap. 15. num. 6. Vbi quod olim iure Codicis ad vitium litigioſi erat neceſſaria litis conteſtatio. & vide demum Lancell. de Attentatis. par. 2. cap. 4. in præfation. num. 7. & 8. Vbi quod licèt dici ſoleat regulariter litem incipere à conteſtatione litis. cap. Ex parte, il ſecondo, de verborum ſignificatione, & cap. Forus ad medium eodem titulo, & in authen. de litigioſis §. omnem, & §. ſi vero, & hanc eſſe magis communem Doctorum opinionem teſtetur Alex. in l. cauſas ſub num. 2. contra Gloſ. ibi contrarium tenentem. C. de tranſactionibus, & præſertim, quia quando verbum lis profertur à lege intelligitur poſt litem conteſtatam. l. 3. cum ibi notatis. C. fin. Regund. Bar. in l. amplius non peti. ff. rem rat. haberi. Soccin. conſ. 244. conſiderata num. 16. lib. 2. Nihilominus ad effectum attentatorum litis principium alijs infradictis modis, etiam lite non conteſtata inducitur, vt ibi per eum, qui tamen num. 151. & ſeqq. refert plures auctoritates Doctorum volẽtium ad effectum attentatorum litis pendentiam non niſi per litis conteſtationem induci. Vide Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Litis pendentia. num. 1. concluſ. 380. & ibidem num. 16. & 17.

ARGVMENTVM.

Litis pendentia, an & quomodo inducatur per oblationem, impetrationem, & præſentationem reſcripti, & quando etiam per oblationem libelli.

SVMMARIVM.

Litis pendentia quando inducatur per impetrationem reſcripti ſeu oblationem libelli, generaliter & remiſsiuè. num. 357.

Litis pendentia regulariter inducitur per oblationem precum Principi factam, & per impetrationem reſcripti num. 358. Requiritur tamen oblationem libelli, & reſcripti impetrationem factam eſse iudice & parte citata, aliàs ſecus. num. 359.

Litigioſa res effecta dicitur & alienari non poteſt per oblationem libelli etiam lite non conteſtata. num. 360.

Litigioſa res efficitur per ſolam oblationem libelli parte tamen citata, & non aliàs. num. 361. & 362. Vbi tamen quod ſola citatio ſine oblatione libelli non facit rem litigioſam.

Litis pendentia non inducitur per impetrationem commiſsionis factam ab aſserto procuratore. num. 363.

Litis pendentia non inducitur per impetrationem reſcripti quo impetrans vſus non eſt. num. 364.

Litigioſa res non efficitur per impetrationem commiſſionis in cauſa nullitatis. num. 365.

Litis pendentia non inducitur per ſolam impetrationem & præſentationem reſcripti, abſque citatione quoad actorem, & impetrantem. licet non ſic quoad r.um. num. 366.

357 LITIS PENDENTIA, an & quando inducatur per oblationem impetrationem & præſentationem reſcripti, & quãdo etiam per oblationem libelli vltra infraſcripta. vide Lancellott. de attentatis par. 2. cap. 4. in præfatione. num. 10. & ſeqq. vſque ad num. 18. vbi num. 24. & 26. ponit duos alios caſus; in quibus per impetrationem commiſsionis litis pendentia non inducitur.

358 LITIGIOSA res regulariter dicitur per oblationem præcum Principi factam, & per reſcripti impetrationem, & ideo tum alienari non poteſt ſecundum Alberic. in Auth. litigioſa num. 2. C. de litigioſis. Quod enim per ſolam ſupplicationem, ſeu reſcriptum Principi oblatum, & fortius ſi fuerit impetratum inducatur litis pendentia voluiſſe videtur gloſſ. poſt Hoſtienſ. quem allegat in Clementin. 2. vt lite penden. in verbo Cum lite, & ibi Imol. num. 1. colum. 2. verſ. gloſ. 1. Papien. in forma libelli in actione reali §. veris, ac legitimis titulis. num. 60. Guidop. deciſ. 337. in fine, & deciſ. 488. in additionibus Firman. in repertorio in verbo Lis pendet, verſ. 14.

Hęc regula ampliatur vno modo vt infra nu. 360. & limitatur pluribus alijs modis, vt infra nu. 359. & num. 363. & ſeqq.

359 Contrarium quod res non efficiatur litigioſa per ſolam oblationem, & impetrationem reſcripti niſi etiam fuerit præſentatum in actus iudici parte citata apertè probare videtur tex. in auth. Litigioſa. C. de litigioſis in illis verbis, vel precibus Principi oblatis, & iudici inſinuatis, & per eum futuro reo cognitis, text. enim copulatiuè per dictionem, Et, requirit preces Principi oblatas, & iudici inſinuatas, & etiam reo cognitas, & ſic oblationem, impetrationem, præſentationem, & citationem, & adnotarunt Iacob. Butrig. in vltimis verbis Bellapert. poſt princip. in verſ. Modus enim procedendi Cyn. numer. 2. Odofred. num. 1. in princ. & iterum infrà verſ. Noi ſignori. Bal. num. 1. verſ. Nota litigioſam rem. Ang. in princip. verſ. Nota benè, & Ioann. Sicchar. num. 1. in ſummario, & num. 4. Iacob. Butrigar. in l. 2. poſt med. verſ. Hodie C. eodem Card. Zabarell. in Clementin. 2. num. 8. vt lite pendente, & num. 9. & num. 11. & ibi etiam Bonifac. num. 18. verſ. Contra primum notabile, & ſeqq. & num. 24. & ſeqq. & num. 32. vbi proponit contraria, & illis reſpondet Hoſtien. in cap. ecclesia ſanctæ Mariæ num. 2. extra, vt lite pendente, & ibi Henric. Boich. num. 17. in fine. Bellamer. num. 13. poſt med. Ad idem eſt tex. in authen. de litigioſis in princip. in eiſdem verbis Aut per præces Principi oblatas, & inſinuatas iudici, & per eum aduerſario interpellatoris cognitas, & ibi Ang. in ſummario Silueſtrin. in ſumma, in verbo Hic nu. 5. in princip. alios refert Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. in præfation. num. 11. & ſeqq. & num. 16. vſque ad num. 23. vbi hanc veriorem affirmat ſententiam, & reſpondet contrarijs, vt ſcilicèt procedant quo ad perpetuationem actionis; non autem quo ad inducendum attentata, prout ipſe loquitur.

360 LITIGIOSA res effecta dicitur, & alienari non poteſt per conuentionem iudiciariam, & ſic per oblationem libelli etiam lite non conteſtata, & in hoc ſunt cotrecta iura antiqua quibus per litis conteſtationem ſolum res efficiebatur litigioſa. text. eſt in auth. litigioſa. C. de litigioſis ibi Iudiciaria conuentione, & ibi Iacob. Butrig. in ſummario in illis verbis Etiã ſi ſolus libellus conditionalis oblatus fuerit. Odofred. num. 1. ſiue per iudiciariam, & iterum infra ibi, Eo ipſo quod offero tibi libellum, & magis clarè num. 4. Ang. in verſic. In text. ibi iudiciaria conuentione. Alberic. num. 1. verſ. Et quod dicit de conuentione, & Ioan. Sicchard. num. 2. verſ. Nam in iudicio ordinario. Bar. in l. 2. in princ. verſ. Super hac lege. C. eodem gloſ. eſt in l. 1. in verbo Lite pendente. C. eodem, vbi quod ſufficit cauſam eſſe motam. Iacob. Butrig. in l. 2. poſt med. verſ. Hodie per libelli oblationẽ. C. eodem, & ibi etiam Bellapertic. in verſ. Nam hodie, & Salicet. poſt num. 2. verſ. Tu dic ſecundum Bart. Cyn. in l. final. num. 1. C. eodem Hoſtienſ. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ nu. 2. extra vt lite pendente, & ibi etiam Henric. Boic. nu. 13. verſ. ſecundus modus, & num. 17. in fine. Bellam. num. 11. verſ. Secundus modus, & Card. Zabarell. colum. 1. in fin. verſ. Sed quando agitur, ad idem eſt tex. in Authen. de litigioſis in princip. in eiſdem verbis ibi, Aut per iudiciariam conuentionem, & ibi Ang. in ſummario. Papienſ. in forma libelli. in actione reali §. Veris ac legitimis titulis. num. 60. Silueſtrin. in ſumma in verbo Lis. num. 5. in princ.

361 LITIGIOSA res licèt efficiatur per ſolam libelli oblationem, vt ſupra, Veritas tamen eſt quod citatio partis requiritur ſecundum Bellapertic. in authen. litigioſa. in verſ. Sed ego ſuppono. C. de litigioſis, & ibi etiam Cyn. num. 4. verſ. Et pro hoc facit illa ſententia. Alberic. poſt num. 1. Salycet. in l. 2. in fine verſ. Quæro an in conuentione iudiciaria. C. eodem. Ancharan. in Clementin. 2. nu. 6. verſ. Sed generaliter quæro. Ang. in Auth. de litigioſis in princip. num. 1. verſ. Nota ex iſto verſiculo & iterum infra verſ. Dicunt Plat. de in litem iurando. num. 185. ſecundum antiquam impreſsionem. Lancellot. de attentatis par. 2. c. prim. in præfation. num. 15. vbi dixit ita aliàs reſolutum fuiſſe in Rota in vna Romana ſpolij domus coram Oradino ſub die 17. Aprilis 1559.

362 Bene verum eſt, quod ſine oblatione libelli ſola citatio non ſufficit ſecundum opinionem Azzon. quam aliorum relatis, & reprobatis ſententijs, ſequitur Cyn. in auth. litigioſa. num. 4. C. de litigioſis. Salycet. in l. 2. in fine. verſ. Quæro an in conuentionem iudiciariam. C. eodem, & voluit gloſ. in authent. de litigioſis in princip. in verbo Mouetur. Natt. conſ. 2. circa primum. nu. 1. lib. 1. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. in præfatione. nu. 496.

363 LITIS pendentia multo minus cenſetur inducta per impetrationem commiſſionis factam ab aſſerto Procuratore. ſecundum Lancellott. de attentatis par. 2. cap. 4. in præfation. num. 23. Vbi teſtatur ita alias Rotam reſoluiſſe in vna Gerunde. Prioratus coram Domino de Rubeis 2. Decembris 1560. poſt Creſcent. quem allegat deciſ. 77. in

manuſcriptis faciunt ad hanc concluſionem quæ dixi ſupra colum. 28. par. 3. de proceſſu & iudicio inchoato per falſum Procuratorem.

364 LITISPENDENTIA non inducitur per impetrationem reſcripti, quando impetrans eodem reſcripto vſus non eſt, prout fuit reſolutum in Rota in vna Gneſnen. Cancellariæ coram Accorambono 18. Ianuarij 1556. prout refert Lancillot. de attentatis. par. 2. cap. 4. in præfation. num. 27.

365 LITIGIOSA res non efficitur per impetrationem Commiſsionis, in cauſa nullitatis, cum tunc lis pendere dicatur à tempore Commiſsionis; nō autem à tempore citationis, eſt deciſio Acchill. de Graſſ. in recollect. eiuſdem 289. incip. In eadem rubr. de reſtitutione in integrum, vbi ea redditur ratio, quia ſcilicèt Commiſsio, licèt non incipiat cauſam eſt tamen præparatorium ad cauſam, & principium impedimenti, refert eam & ſequitur Lancillott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfation. num. 25. Vbi tamen aduertit rationem prædictam benè concludere in caſu, in quo in ea deciſione in quo tractabatur à quo tempore diceretur impeditus is petere reſtitutionem in integrum, qui pendente cauſa nullitatis per aduerſarium Commiſſ. non potuerat interim ſuper reſtitutione audiri, non tamen ex eadem ratione videtur, inquit ipſe generaliter inferendum ad materiam attentatorum, in qua tractatur de faciendo aliquem incidere in pœnam, quo caſu ſentit litis pendentiam non incipere à tempore commiſsionis in cauſa nullitatis, ſed à tempore citationis.

366 LITISPENDENTIA per ſolā impetrationē, & preſētationē reſcripti abſq; citatione inducitur quo ad actorē & impetrantē, licèt non ſic quo ad reum, niſi amplius adſit citatio ſecundum Bonifac. in Clemen. 2. num. 48. in prima concluſione, vt lite pendènte. Lancillott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfatione poſt num. 23. & num. 41. in fine. ex Pariſ. quem allegat in conſ. 74. num. 16. lib. 4.

ARGVMENTVM.

Lis, an & quando per citationem inducatur.

SVMMARIVM.

Litis pēdentia, an & quando inducatur per citationem generaliter de materia. num. 367.

Litis pendentia inducitur per ſolam citationem. n. 368. Contra quod non ſufficiat decretum de citando, niſi etiam adſit citationis exequutio. num. 369.

Litis pendentia reſpectu actoris inducitur per ſolum decretum citationis abſque exequutione, ſecus reſpectu rei. nu. 370. & ſeq.

Litis pendentia inducitur reſpectu actoris per decretum citationis etiam obtentum ab aſſerto Procuratore. num. 372.

Litis pendentia reſpectu actoris per decretum citationis non cenſetur inducta, quando idem actor ante illius exequutionem citationi renunciaſſet nu. 373.

Litis pendentia reſpectu actoris non inducitur per decretum citationis quādo commiſsio originalis cuius vigore fuiſſet decreta citatio eſſet deperdita, decretum enim citationis non facit rem litigioſam ſi non reperitur commiſsio, etiam ſi notarius in manuali de tali decreto mentionem fecerit. num. 374.

Litigioſa res non efficitur per citationem emanatam vigore reſcripti obtenti ab excommunicato. nu. 375.

Litigioſa res non efficitur per citationem emanatā vigore reſcripti ſubreptitij. nu. 376.

Litis pendentia reſpectu rei in tantū non inducitur per ſolum decretum citationis, niſi citatio fuerit verè exequuta, etiam quod ipſe reus citationis faciendæ notitiam habuerit. num. 377.

Litis pendentia per exequutionem citationis quo ad reum inducta cenſetur etiam quod citatio fuerit per edictum exequuta vigore clauſulæ conſtito de non tuto acceſſu. num. 378.

Litigioſa res efficitur & lis dicitur pendere per citationem, dummodo habeat incertum cauſam quare citetur. num. 379. Contra num. 380.

Litis pendentia reſpectu rei inducitur per citationem exequutam contra generalem procuratorem. n. 381.

Litis pendentia inducitur per citationem exequutam etiam non perſonaliter, ſed domi dimiſſa copia, quando veriſimiliter ad notitiam citati peruenire potuit, prout eſt quando fuit exequuta domi & eccleſia iuxta formam decreti citationis. nu. 382.

Litis pendentia cenſetur inducta per citationem factā domi, & non perſonaliter quando pars ſe abſentauit, noluitq; perſonaliter citari. nu. 383.

Litis pendentia cenſetur inducta per citationem etiam non exequutam, & ad partis notitiam non deuentam, quando ab eadem parte factum fuit quo minus exequeretur, & ad eius notitiam peruenerit. n. 384. Declara vt nu. 385.

Litis pendentia, nec etiam inducitur per citationem exequutam quando eadem citatio fuit per iudicem circumducta. num. 386.

Litis pendentia non inducitur per citationem etiam exequutam contra aliquem non principalem aduerſarium. ſed quatenus ſua putauerit intereſſe. nu. 387

Litigioſa res non efficitur per citationem nullam, quæ propterea habetur pro non facta. nu. 388.

Nullitas citationis in quibus conſiſtat. nu. 389.

Nullitas citationis particulariter conſiſtit, vel non in relatione, vel in relatione non legitimè facta. n. 390.

Litigioſa vt efficiatur res per citationem, & ſic vt per eam litis pendentia inducatur, neceſſe eſt vt eadem citatio emanauerit à iudice competente. nu. 391.

Litis pendentia cenſetur inducta per citationem nullam, ſeu nulliter exequutam quando citatus comparuit, vel etiam Procuratorem ſpecialem ad illam cauſam conſtituerit cum per comparitione omnem citationis defectum purgetur. num. 392.

367 LIS, An & quando per citationem inducta dicatur Vide tex. in Clement. 2. vt lit. pendent. & ibi canoniſtæ omnes. Lancillot. de attentat. par. 2. c. 4. in præfatione. num. 28. & ſeqq. vſque ad nu. 151. Vbi multa alia vltra infraſcripta.

368 LITISPENDENTIA quod inducatur per ſolam citationem, & quod per eam res effecta litigioſa alienari non poſsit, voluerunt Alberic. in authen. litigioſa num. 1. verſ. Canoniſtæ tenent C. de litigioſis, vbi quod hæc eſt Canoniſtarum opinio. Couarr. practic. quæſtion. c. 15. num. 6. Vbi dixit per ſolam citationem rem effici litigioſam quando eadem res petitur actione reali, agiturque de dominio aut quaſi dominio directo vel vtili & quod ita omnes conueniunt. Papien. in forma libelli in actione reali §. veris, ac legitimis titulis num. 60. verſ. de iure autem canonico. Silueſtrin. in ſumma in verbo Lis num. 5. Poſt princip. Menoch. qui alios refert de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 202. num. 2. 4. & 5. Port. Imolen. conſ. 171. cum in prædij num. 16. lib. 4. Bero. conſ. 54. concludendum. num. 18. lib. 3. cum alijs per Lancellot. de attentat. par. 2. c. 4. in præfatione. num. 30. & ſeqq. Vbi huius regulæ rationes affert, quia ſcilicet citatio dicitur fundamentum ordinis iudicarij, nec non, & principium omnium actionum inſtituendarum facitq; deſinere rem eſſe integram iuribus & rationibus ibi per eum allegatis Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Litigioſi vitium. concluſ. 386. num. 60.

369 Verum quod vt citatio inducat litis pendentiam requiratur illius exequutio, & ſic quod ad partis notitiam peruenerit, probat aperte tex. in Clemen. 2. vt lite penden. in illis verbis. Et ad partem citatam peruenit, & ibi hoc adnotarunt Glóſ. 1. incip. litè pendente in princip. & iterum infra in verſ. Nota quod quamquam & in verbo Ad partem & ibi etiam Ancharan. poſt num. 3. verſ. Hoſtienſis hoc examinat Imol. num. 2. in 2. notab. in princ. & in verſ. Quarto quod peruenerit ad notitiam citati, & num. 7. verſ. Gloſ. & ad partem, Card. Zabbarel. in ſummario & nu. 5. & Bonifac. ante num. 1. in figuratione caſus, & iterum infra verſ. in ea ſcilicet lite, & num. 16.

370 In hac contrarietate diſtinguendum eſt inter actorem & reum, reſpectu enim actoris ſolum citationis decretum ſine exequutione inducit pendentiam litis ex allegatis per Menoch. de arbitrar. quæſtionibus caſu 202.. num. 8. Felyn. Pariſ. & alij fere omnes per me allegati in num. .... quos refert & ſequitur Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 36. 38. & 39. & 40. Cardinal. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Litis pendentia. concluſ. 380. num. 3.

371 Reſpectu vero rei ſolum citationis decretum ſine exequutione litis pendentiam non inducit ſecundum Felyn. in c. 2. ſub num. 2. verſ. Solutio reſtringi poteſt extra de reſcript. & in c. ſuper litteris n. 13. eod. tit. Egid. deciſ. 380. ſi facies, & deciſ. 273. defectus, & deciſ. 545. ſi pendente in vltimis verbis, & deciſ. 399. concluſio., Caſſador. deciſ. 6. voluerunt Domini ſuper regulis Cancellariæ per tot. Roman. conſ. 330. circa primum num. 2. verſ. Illud autem Pariſ. conſ. 45. num. 31. & ſeq. lib. 4. & conſ. 81. Origo. num. 13. eod. lib. quos etiam ſic dicentes refert, & ſequitur Lancillot. de attentat. par. 2. c. 4. in præfatione. num. 35. & ſeq. & num. 90. & 91. Vbi amplius teſtatur ita alias fuiſſe reſolutum in Rota in vna Maſſanen. illegitimitatis coram Gropperio 25. Maij 1562. & in alia Firmana Sancti Sebaſtiani coram eodem 5. Decembris 1561. Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Litis pendentia. concluſ. 380. num. 3. 4. & 5.

Hæc diſtinctio tam in prima quã in ſecunda eius parte nonnullas recipit ampliationes & limitationes, de quibus mox dicam.

372 LITISPENDENTIA. Inducitur reſpectu actoris per decretum citationis etiam obtentum ab aſſerto procuratore præſertim admiſſo cum cautione de rato, licet enim poſsit ſemper opponi quod ille non ſit verus procurator, interim tamen litem pendere, reſoluit Rota in vna Taruiſina penſionis coram Veſtano, & eſt deciſio Achil. 25. incip. Attentata, voluerunt Domini rubric. de attentat. Quem refert, & ſequitur Lancellot. de attentat. par. 2. c. 4. num. 56. & ſeqq. vſque ad num. 78. Vbi pluribus firmata concluſione quod citatio obtenta per aſſertum procuratorem, per Dominum tamen ratificata, faciat litis pendentiam ad effectum attentatorum, eam ampliat, limitat & declarat pluribus modis de quibus ibi per eum.

Et hæc ſit ampliatio primæ partis diſtinctionis prædictæ.

373 LITISPENDENTIA reſpectu actoris per citationis Decretum non cenſetur inducta quando ante illius exequutionem idem actor prætenſæ citationi renunciaſſet. Tunc enim effectus illius decreti citationis euaneſcit cũ certum ſit hanc renũciationem validã eſſe Rota deciſ. 17. aliàs 402. ſi actor, de dolo & contumac. in nouis. Achil. de Graff. deciſ. 66. commiſſa cauſa ſub tit. de commiſſ. Mandoſ. ſuper regula de Annal. quæſt. 66. num. 6. cum alijs per Lancellott. de attentat. par. 2. c. 4. in præfat. num. 43. & ſeqq. vbi alias Rotæ deciſ. allegat.

Et hæc ſit prima Limitatio dictę primę partis.

374 LITIS PENDENTIA reſpectu actoris non inducitur per decretum citationis quãdo Commiſsio originalis, cuius vigore fuiſſet decreta citatio eſſet deperdita. Decretum enim citationis non facit rem litigioſam ſi non reperitur Commiſsio etiam ſi notarius in manuali de tali decreto mentionem fecerit, Imò nec etiam ſi talis Commiſsio alibi ſcripta reperitur, prout aliàs in vna Salamantina,

portidnis coram Accorambono 8. Februarij 1547. reſolutum fuiſſe teſtatur Lancellot. de attent. par. 2.cap.4.in præfatione: nu.47.

375 LITIGIOSA res non efficitur per citationē emanatam vigore reſcripti obtenti ab excommunicato. ſecundum Imol. in Clementina 2. nu. 5. in fine, vt lite pendente, & ibi etiam Card. Zabarell. nu. 16. quæ tamen concluſio benè procedit quando de excommunicatione obtinentis decretum citationis conſtat, ſecus ſi de ea non conſtet. prout declarat Lancill. de attentat. par. 2. cap. 4. nu. 54.

376 LITIGIOSA res non efficitur per citationem emanatam vigore reſcripti ſubreptitij. ſecundum Imol. in Clement. 2. nu. 5. in fine vt lite pendente, & ibi etiam Card. Zabarell. num. 16. quod intelligas quando de ſubreptione conſtat, ſecus ſi de ea non conſtat, prout declarat Lancillott. de attentatis par. 2. cap. 4. in præfatione nu. 55.

Et hæc ſit quarta Limitatio primæ partis propoſitæ diſtinctionis. Nunc ad Ampliationes & Limitationes ſecundæ partis diſtinctionis prædictæ.

377 LITIS PENDENTIA reſpectu rei intantum non inducit per ſolum decretum citationis niſi citatio fuerit verè exequuta, etiam quod ipſe reus citationis faciendæ notitiam habuerit. Pariſ. conſ. 81. Origo num. 13. lib. 4. Lancillott. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 92.

Et hæc ſit ampliatio ad ſecundam partem diſtinctionis prædictæ.

378 LITIS PENDENTIA per exequutionem citationis quo ad reum inducta cenſetur etiam quod citatio fuerit per edictum exequuta vigore clauſulæ conſtito de non tuto acceſſu, licèt tutus acceſſus non fuerit plenè probatus, & ſic Iudicis decretum nullum videatur prout alias reſoluit Rota in vna Taurinen. Præpoſituræ coram Caputaquen. 12. Aprilis 1554. & eſt in recollectis eiuſdē par. 2. deciſ. 39. incip. Citatio refert hāc deciſionem, & ſequitur Lancillot. par. 2. cap. 4. in præfatione n. 37.

Et hæc ſit prima Limitatio ad ſecundam partem diſtinctionis propoſitæ videlicet exequutæ citationis reſpectu rei.

379 LITIGIOSA res efficitur, & lis dicitur pendere per citationem dummodo habeat inſertam cauſam quare citetur. ſecundum Ioan. Siccard. in auth. litigioſa num. 2. in fine verſ. Imò ſecundum Canoniſtas C. de litigioſis. Vbi etiam ponit practicam illius Cameræ Imperialis, & eſt text. in Clementina 2. vt lit. penden. in fine. Vbi facta concluſione quod per citationem quæ ad partis notitiam deuenerit ſit inducta litis pendentia ſubdit per hæc verba Dum tamen in citatione prædicta talia ſint expreſſa per quæ plenè poſſit inſtrui, ſuper quibus in iudicio conuenitur, & ibi gloſ. 1. incip. lite pendente verſ. Et dicit ex quo reus & iterum infra in verſ. Nota conſilium & in verbo Expreſſa. Vbi amplius quod non ſufficit citare aliquem ad reſpondendum ſuper quadam domo, vel fundo, niſi expreſſè exprimatur prætenſio citantis in dicta domo vel fundo, & propterea conſilium eſt ad inducendum litis pendentiam per citationem, vt in ea inſeratur libellus & libelli tenor, & ibi Anchar. num. 6. in 5. notab. Imol. num. 2. in prin. Et in verſ. Tertio quod ſit talis, & num. 8. Vbi pariter dixit non ſufficere citationem generalem ad reſpondendum ſuper quadam domo. Card. Zabarell. in ſummario & num. 4. & num. 5. & num. 17. Vbi propterea ſubdit, quod in citatione ad effectum inducen. litis pendentiæ debet exprimi quis à quo, & quare petatur, & ſic nō ſufficere quod quis citetur vt veniat reſponſurus ſuper ſecundo. & Bonifac. ante nu. 1. in figuratione caſus, & num. 3. 4. & 5. Vbi propterea dixit non ſufficere citationem ad dicendum contra Commiſſionem niſi data copia Commiſſionis, & n. 12. & 13 & num. 41. Vbi opponit, & oppoſitioni reſpondet & n. 47. Vbi particulariter an in citatione ſit inſerēdus libellus. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Litis pendentia. concl. 380. n. 5. & num. 8.

380 Verum quicquid ſit de iure, & de ſtylo Rotæ cōtrarium ſeruatur, quia ſcilicet ad effectum inducendæ pendētiam litis ſufficit exequutionem citationis eſſe factam ad dicendum contra Commiſſionem etiam non inſerto illius tenore. Rota deciſ. 9. aliàs 279. incip. Clementina vt lit. penden. in nouis Milleus in repertorio, in verbo Citatio facta in curia, & in alio verbo Litis pendentia inducitur Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. num. 48.

Et hæc ſit ſecunda Limitatio.

381 LITIS PENDENTIA reſpectu rei inducitur per citationem etiam exequutam contra generalem Procuratorē, prout aliàs fuit dictum in Mathelican. iuriſdictionis coram Paleotto 6. Nouembris 1564. teſte Lancell. de attēt. par. 2. c. 4. in præfatione n. 80

Et hæc ſit tertia Limitatio.

382 LITIS PENDENTIA inducitur per citationem exequutam etiam non perſonaliter, ſed domi dimiſſa copia, quando veriſimiliter ad notitiā citati peruenire potuit, prout eſt quando fuit exequuta domi & in eccleſia iuxta formam decreti citationis, prout aliàs fuit reſolutum in Rota in vna Mathelicana Iuriſdictionis coram Paleotto 24. Ianuarij 1565. teſte Lancillott. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 81.

383 Et præſertim hæc litis pendentia cenſetur inducta per citationem factam domi & non perſonaliter quando pars ſe abſentauit, noluitq; perſonaliter citari iuxta ea quæ dicam in ſequenti numero, & in ſpecie adnotarunt gloſ. in Clem. 2. vt lite non conteſtata in gloſ. 1. incip. Lite pendente, verſ. Quæritur ſi Nuntius, & ibi Anchar. n. 5. in 4. notab. & Bonif. de Vitalin. num. 38. verſ. Contra quartum notabile vbi opponit, & oppoſitioni reſpondit.

Et hæc ſit quarta Limitatio.

384 LITIS PENDENTIA cenſetur inducta per citationem etiam non exequutam, & ad partis notitiam non deuentam, quando ab eadem parte

factum

factum fuit quo minus exequeretur, & ad eius notitiam perueniret tex. eſt in clementina ſecunda, vt lite pendente in illis verbis Vel per eam factum fuit quo minus ad eius notitiam perueniret & ibi hoc adnotarunt Gloſ. 1. incip. Lite pendente in verſ. Sed quæritur; & iterum infra in verſ. Tamen dicit textus & rurſus infra in fine gloſæ. verſ. Nota quod is per quem, & Ancharan. num. 5. in 4. notab. Card. Zabarell. in ſummario. & nu. 3. & nu. 5. & Boniſac. ante nu. 1. in figuratione caſus & nu. 2. in verbo Peruenire & num. 11. in ſecundo notab. & num. 35. & ſeq. vbi opponit & oppoſitioni reſpondet. Item eſt tex. in Clem. cauſam §. verum, & ibi Docto. præſertim Imol. num. 10. extra de elect. & in Clementina dudum de iudicijs & in extrauagantem non nouam de dolo & cõtum. Rota deciſ. 214. alias 261. ſi de ſpeciali. de dolo & contumac. in nou. & ita fuit reſolutum in Rota in vna Cremonen. præpoſituræ coram Oradino. 13. Martij 1556. prout teſtatur Lancillot. de attentat. par. ſecunda cap. 4. in præfatione num. 93. & ſeq. 108. & 109. Vbi de eo qui, quandò audiuit ſe citari minatus fuit notario ſi eum citabit, & idem quando Dominus temporalis citandi nuntijs ſe oppoſuit & impediuit citationis præſentationem.

385 Declara, quia ad hoc vt impediens citari habeatur pro citato neceſſe eſt vt doloſè impedierit ſecundum gloſ. in Clemen. ſecunda in verbo Factum vt lite pendente, & ibi etiam Card. Zabarell. num. 12. in octaua oppoſitione.

Et hæc ſit quinta Limitatio.

386 LITIS PENDENTIA nec etiam inducitur per citationẽ exequutã quando eadem citatio fuit per iudicem circunducta, Afflict. deciſ. 366. in cauſa num. 14. Grauat. ad Veſtr. in pract. lib. 4. cap. 1. num. 10. cum alijs per Lancillott. de attentat. par. ſecunda cap. 4. in præfatione nu. 131. Vbi amplius teſtatur, ita reſolutum fuiſſe in Rota in vna Romana Beneficij Sancti Ioannis Lateranen. coram A. Auguſtino 15. Decembris 1557. & Idem dicit quando citans in die termini non comparuit & tunc etiam citatio circunducta dicatur. ex Afflict. Maranta, & Burſat. in locis per eos relatis.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

387 LITIS PENDENTIA nec etiam inducitur per citationem etiam exequutam contra aliquẽ non principalem aduerſarium, ſed quatenus ſua putauerit intereſſe. quamuis enim talis citatio in multis caſibus admittatur & valeat, de quibus per Doctores l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex; illa tamen non arctat citatum ad comparendum, nec facit reum neceſſarium, ſecundum Bal. Paul. de Caſtr. & Dec. in locis relatis per Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 141. & ſeq. Vbi amplius quod talis citatio dicitur potius monitoria quam arctatoria, & quod propterea litis pendentiam non inducit per ea quæ dixi in parte præcedenti, niſi ſic pro ſuo intereſſe citatus comparuerit, quia tunc per comparitionem illa conditio ſi ſua putauerit intereſſe, cenſetur purgata, & habetur ac ſi citatio ſimpliciter facta fuiſſet vt ibi per eum.

Et hæc ſit octaua Limitatio ſecundæ partis diſtinctionis propoſitæ rei perſonam tangentis.

388 LITIGIOSA res non efficitur per citationem nullam quæ propterea habetur pro non facta ex allegatis per Boniſ. in Clem. 2. n. 33. & ſeq. lite pendente. Afflict. deciſ. 336. num. 14. & ſeqq. Prob. ad Ioan. Monac. in rubr. vt lit. penden. in 6. in princ. Dec. conſ. 460. num. 21. & ſeqq. lib. 3. cum alijs per Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione nu. 82. & ſeqq.

Et hæc ſit nona Limitatio.

389 Nullitas autem citationis in quibus conſiſtat vide Ancharan. in Clement. ſecunda num. 7. & ſeqq. vt lite non conteſtata, & ibi etiam Card. Zabarell. num. 2. Vbi præſertim de nullitate citationis ratione loci vel temporis & num. 15. & Boniſac. de Vitalin. num. 53. & ſeqq. vbi late Vant. in tit. de nullitat. ex defectu citat. num. 22. & plurib. ſeqq. vbi etiam latè de nullitate citationis, ratione citatis, citati, temporis, loci, formæ & illius exequutionis. Lancill. de attent. par. 2. cap. 4. in præfatione. n. 28. vbi ponit ſex requiſita ad validitatem citationis, & num. 89. vbi quando citatio dicatur nulla ratione temporis vel loci & nu. 95. & ſeqq. vſque ad num. 115. Vbi etiam latè in quibus conſiſtat nullitas citationis reſpectu exequutionis illius. Card. Tuſchus practicar. concluſ. in verbo Litis pendentia. concluſ. 38. num. 10. & ſeqq.

390 Et particulariter quod nullitas citationis conſiſtat vel in non relatione, vel relatione non legitime facta, & in quibus conſiſtat nullitas relationis vide gloſ. in Clement. 2. in gloſ. fina. in fine vt lite pendente & ibi etiam Anchar. nu. 9. Imol. nu. 9. & Card. Zabarell. n. 5. in fine & num. 18. & nu. 19. & Boniſac. nu. 60. Lancillot. de attentat. par. 2. c. 4. in præfatione. n. 113. Vbi in ſpecie de relatione facta à Nuntio non tamen in ſcriptis ex Bart. & alijs ibi per eum allegatis.

391 LITIGIOSA vt efficiatur res per citationẽ & ſic vt per eam litis pendentia inducatur neceſſe eſt vt eadem citatio emanauerit à iudice competente tex. eſt in Clementina 2. vt lit. pendent. in illis verbis Poſt quam à iudice competenti in ea citatio emanarit & ibi gloſ. 1. incip. lite pendente in princip. & iterum infra verſ. Nota quod competens vbi declarat quis dicatur competens iudex & rurſus infra in verſ. Nota quod quo ad hoc. & in verbo Competenti, & ibi etiam Anchar. nu. 4. in 3. notab. Imol. num. 2. verſ. Secundo quod à iudice competente, & nu. 5. Vbi etiam de materia Cardin. Zabarell. nu. 2. & nu. 5. & n. 15. verſ. Ad ſecundum quis dicatur competens Boniſac. de Vitalin. nu. 38. cum alijs per Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 4. num. 49. & ſeqq. in præfatione.

Et hæc ſit ampliatio ad precedentem nonam Limitationem.

392 LITIS PENDENTIA cenſetur inducta per citationem nullam ſeu nulliter exequutam, quando citatus comparuit, vel etiam procuratorem ſpecialem ad illam cauſam conſtituerit, cum per comparitionem omnem citationis defectum purgari ſcripſerint gloſ. & Docto. in l. 1. ff. de ferijs. Vant. in tit. quibus modis ſent. nulla defendi poſſit num. 116. vbi de communi de qua etiam per Grauat. ad Veſtr. in pract. lib. 7. cap. vltim. num. 32. Vbi alios de communi teſtantes refert Miſinger. obſer. 54. centur. 4. & centur. 90. cent. 3. Mandoſ. ſuper reg. de Annal. quæſt. 34. num. 2. cum alijs per Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 115. & ſeqq. Vbi nonnullas Rotæ deciſiones affert, ampliat, & declarat hanc concluſionem, quando ſcilicet nullitas citationis purgetur per comparitionem citati. de quo etiam vide Villalob. in commun. opin. littera C. num. 56. Rolan. conſ. 9. num. 36. lib. 1.

Et hæc ſit ſublimitatio ad præcedentem nonam Limitationem.

ARGVMENTVM.

LITE finita litigioſa res alienari poteſt, ſed an dicatur lis finita per mortem, ſeu curſum temporis.

SVMMARIVM.

Lite finita ceſsat etiam vitium litigioſi, ſecundum omnes Doctorec, qui hanc tractant materiam. num. 393.

Dubium videtur nunquid per mortem litigantium lis dicatur finita num. 394.

Lis cenſetur finita, nec amplius dicitur pendere non ſolum per mortem naturalem, ſed etiam per mortem ciuilem, actoris ſcilicet tantum, vel actoris & rei ſimul. num. 395.

Lis dicitur finita per mortem actoris in prima inſtantia, ſecus in ſecunda in qua contra reum fuerit pronunciatum. num. 396.

Lis non cenſetur finita per mortem actoris, quando reus ſuperſtes velit litem proſequi, poteſt enim eidem reo litem proſequenti dari abſolutoria. num. 397.

Lis licet dicatur finita per mortem ſolius actoris, non tamen dicitur finita per mortem rei. num. 398.

Lis non dicitur finita per mortem actoris, quando actore defuncto, Papa aliquem ſubrogauit in illius ius & litem. num. 399.

Lis an dicatur finita per curſum temporis. nu. 400. & quantum tempus requiritur vt lis dicatur finita, ſeu derelicta ex taciturnitate litigantium. num. 401.

Lis non dicitur derelicta, nec ceſsàt litis pendentia per ſolum lapſum longi temporis niſi etiam nihil penitus conſtet de aliquo iure mouentis litem, ſecus ſi conſtet de aliquo iure, aut dubio probabili. numer. 402. & dicitur conſtare de iure mouentis litem ſi illud colligitur ex coniecturis. num. 403.

Lis non dicitur derelicta, nec litis pendentia ceſsat ſi ab illius proſequutione ceſsatum fuit per longum tempus in cauſis fiſcalibus etiam per curſum triginta annorum. num. 404.

393 LITE finita ceſſat etiam vitium litigioſi, ſecundum omnes Docto. qui hanc tractãt materiam. & in ſpecie Imol. in Clem. 2. par. 2. in fine, vt lite pendente.

394 Dubium videtur nunquid per mortem litigantium lis dicatur finita, qua in re facias regulam, quod in beneficialibus lis cenſetur finita, & ſic ceſſat litis pendentia per mortem actoris. & multo magis per mortem actoris & rei. Nam perſona actoris extincta cenſetur etiam ſua perſonalis actio extingui §. deinceps in authent. de nuptijs. Aegid. deciſ. 136. mortuo actore ad med. Caſſador. deciſ. 1. incip. Dubitaui de re iudic. & quo ad mortem vtriuſque Milleus in verbo Lis finitur & vitium litigioſi. Mohedan. deciſ. 142. incip. Lite alias, &c. rubr. vt lit. pendent. Quas quidem deciſiones refert, & ſequitur Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 273. Card. Tuſcus pract. concluſ. in verbo Lis finita. concluſ. 385. num. 5.

Et hæc regula ampliatur, & limitatur vt infra.

395 LIS cenſetur finita, nec amplius dicitur pendere non ſolum per mortem naturalem, ſed etiam per mortem ciuilem, actoris ſcilicet tantum, vel actoris & rei ſimul. Caſſad. deciſ. 3. incip. Solet num. 6. vt lit. penden. Lancillot. de attentat. parte 2. cap. 4. in præfat. num. 266. Ea motus generali ratione, quia ſcilicet mortis appellatione venit tam mors ciuilis, quam naturalis ex allegatis per eum.

Et hæc ſit ampliatiò propoſitæ regulæ.

396 LIS dicitur finita per mortem actoris in prima inſtantia, ſecus in ſecunda in qua contra reum fuerit pronunciatum. Lancillott. de attentat. parte 2. cap. 4. in præfatione num. 274. vbi allegat duas Rotæ deciſiones. vnam Putei, & alteram allegat Aegidij.

Et hæc ſit prima Limitatio eiuſdem propoſitæ regulæ.

397 LIS non cenſetur finita per mortem actoris, quando reus ſuperſtes velit litem proſequi, poteſt enim eidem reo litem proſequenti dari abſolutoria. Aegid. deciſ. 156. incip. Mortuò. Caſſador. deciſ. 1. num. 2. de re iudic. & deciſ. 6. in fine, vt lite penden. Achill. de Graſſ. deciſ. 188. incip. Mortuo actore ſub tit. de lite. quas deciſiones refert & ſequitur Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 269.

Et hæc ſit ſecunda Limitatio.

398 Lis licet dicatur finita per mortem ſolius actoris, non tamen dicitur finita per mortem rei, Mohedan. deciſ. 190. incip. lite pendent. rubr. de appell. Caputaq. deciſ. 229. incip. cum lis non extinguatur par. 1. Lancillott. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 264. & ſeq. & num. 271. Vbi pariter dixit litem eſſe finitam per mortem actoris quo ad reum, ſecus per mortem rei quo ad actorem, licèt enim reus ſit ſublatus de medio per mortem, & ſic appareat ſibi amplius beneficium non deberi, non propter hoc ſequitur illud actori ſuperſtiti deberi ex allegatis deciſionibus ibi per eum.

Et hæc ſit tertia limitatio.

399 LIS non dicitur finita per mortem actoris, quando actore defuncto Papa aliquem ſubrogauit in illius ius & litem. Tunc enim perſona ſubrogati adhuc viuere cenſetur nouamque perſonam aſſumere, illius ſcilicet in cuius locum ſubrogatur. Caſſad. deciſ. 1. vt lit. pend. & aliàs reſoluit Rota in vna Tiraſonen. Cappellaniæ coram Quiroga 6. Nouembris 1556. Quas deciſiones refert Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione. n. 161. & num. 268. vbi tamen ſubdit ſubrogationem eſſe reo ſuperſtiti, vel ſaltem eius Procuratori intimandam ex alijs deciſ. ibi per eum allegatis.

Et hæc ſit quarta limitatio.

400 LIS an dicatur finita per curſum temporis, dic quod ſic, quando iamdiu eſt cœpta, & deinde longo temporis interuallo ceſſatum, ita ut liti per partem renunciatum videatur. Caſſad. deciſ. 5. vt lite pendente. Menoch. qui alios refert de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 202. num. 14. Vbi eam præcipuè reddit rationem, quia ſcilicet actor per ſolam commiſſionem ab eo impetratam & citationem decretam quo ad ſe iam certus eſt de lite, & propterea amplius certiorari non debeat Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 275. & ſeq. & in ſexta limitatione num. 4. Cardinalis Tuſchus cum allegatis per eum practicar. concluſion. in verbo lis finita. concl. 385. num. 6.

401 Quantum autem tempus requiratur ad hoc vt lis dicatur finita ſeu derelicta ex taciturnitate litigantium, vide Caſſad. deciſ. 5. Vbi loquitur quando à proſequutione litis fuit ceſſatum per annos 18. Achil. de Graſſ. deciſ. 183. incip. deciſio Caſſadori ſub rubr. de lite vbi quod hoc caſu ſufficit curſus decem annorum. & deciſ. 33. incip. Attentata ſub rubr. de attentatis. vbi loquitur in ceſſione per annos 20. Put. deciſ. 20. incip. lis fuit habita ſub rubr. vt lit. penden. Vbi loquitur quando nondum erat lapſum decennium ſed reſtabant ad huc nonnulli dies. Simonett. deciſ. 35. incip. An lis rubr. vt lit. penden. Vbi loquitur quando fuit ceſſatum à proſequutione litis per annos 29. & alias in vna Barchinonen. Canonicatus coram Guicciardino 7. Iunij 1567. Fuit reſolutum annorum 18. curſum in propoſito dici longum tempus, quas omnes deciſiones refert in propoſito Lancillot. de attentat. par. ſecunda cap. 4. in præfatione num. 276. & tribus ſeqq. & in ſexta limitatione. num. 5. & num. 6.

402 LIS non dicitur derelicta, nec ceſſat litis pendentia per ſolum lapſum longi temporis, niſi etiam nihil penitus conſtet de aliquo iure mouentis litem, ſecus ſi conſtet de aliquo iure, aut dubio probabili. Sic enim enim aliàs reſolutum fuiſſe in vna Hiſpalen. Canonicatus, teſtatur Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 277. & num. 283. & 284. & ſeq.

403 Dicitur autem conſtare de iure mouentis litem, ſi illud colligitur ex coniecturis, quarum aliquæ enumerantur per Achil. de Graſſ. deciſ. 187. Incip. deciſio Caſſadori ſub rubr. de lite. Alia eiuſdem Achil. deciſio 183. pari modo incip. Deciſio Caſſadori rubr. de lite, concordat Put. deciſ. 14. incip. vt lis cenſeatur derelicta rubr. vt lite pendente Peregrin. deciſ. 10. alias 86. incip. Proponente, quas & alias deciſiones in propoſito refert & ſequitur Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione. num. 278. & ſeq.

404 LIS non dicitur derelicta, nec litis pendentia ceſſat ſi ab illius proſequutione ceſſatum fuit per longum tempus in cauſis fiſcalibus etiam per curſum 90. annorum. Benintend. deciſ. Bononien. 75. mota lite. num. 8. & ſeqq. refert eam & ſequitur. Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfat. numer. 286. & in 6. limitatione num. 7.

ARGVMENTVM.

LIS, an & quando dicatur finita per renunciationem, & tranſactionem.

SVMMARIVM.

Litigioſa deſinit eſſe res, & conſequenter ſine vitio litigioſi alienari poteſt poſt factam renunciationem litis, & illius ceſſionem. num. 405.

Lis dicitur finita per illius renunciationem exceptionum non ſolum in prophanis, ſed etiam in beneficialibus. num. 406.

Lis dicitur finita non ſolum per renunciationem, ſed etiam per translationem, & ideo per tranſactionem res quæ prius erat litigioſa alienari poteſt. numero 407.

Lis dicitur finita per renunciationem exceptionum non ſolum facta à principali, ſed etiam ab eius Procuratore ad id habente ſpeciale mandatum. num. 408.

Lis dicitur finita non ſolum per renunciationem factam à parte coram iudice, ſed etiam coram Notario in abſentia iudicis. num. 409.

Lis dicitur finita per ceſſionem & renunciationem dummodo poſt eam fuerit capta poſſeſſio rei litigioſæ ab illo, ad cuius fauorem facta fuit renunciatio alias ſecus. num. 410.

Lis dicitur finita per renunciationem quando in ea ſit

mentio de lite & ſic quando expreſsè liti & cauſæ renunciatur. num. 411.

Lis non dicitur finita per renunciationem conditionalem conditione non adimpleta. num. 412.

405 LITIGIOSA deſinit eſſe res & conſequenter ſine vitio litigioſi alienari poteſt poſt factam renunciationem litis & illius ceſſionem. tex. eſt in cap. 1. de litis conteſtatione in 6. vt in l. poſtquam liti, & ibi communiter Doctores omnes adnotant. C. de pactis. glo. in l. Incerti, in verbo Quæſtionem. C. de interdict. Rota deciſ. 32. alias 678. de ſent. & re iudica. in antiq. Milleus in verbo lis finitur. & in verbo litigioſum beneficium. Caſſad. deciſ. 1. dubitaui ſub num. 2. de ſent. & re iudic. Abb. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 10. verſ. ſecundo caſu, extra vt lit. pend. Alex. in l. 2. num. 17. C. de edendo, & ibi etiam Rip. numer. 29. quem vide Ang. in auth. de litigioſis. numer. 5. ante finem verſ. Ad vnum aduertè vbi propterea dixit quod lite ſopita per peremptionem inſtantiæ de conſenſu partium res alienari poteſt abſque incurſu poenarum. quod & idem adnotarunt omnes in l. 2. C. de edendo dum voluerunt quod perempta inſtantia per renunciationem vitium litigioſi amplius non duret. Natt. conſ. 350. Auguſt. num. 5. lib. 2. Addo ad præmiſſa Aym. conſ. 279. num. 1. & conſ. 182. num. 4. lib. 1. Olaſch. deciſ. Pedemont. 144. n. 9. Franch. in tracta. de compromiſſ. in 4. quæſt. princip. num. 51. & ita alias fuit reſolutum in Rota in vna Burgen. Canonicatus coram Oradino 18. Decembris 1562. Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione. num. 243. & ſeq. & num. 477. & ſeq. & ibidem in 6. limitatione. numer. 2. 3. & 4. Card. Tuſch. pract. concl. in verbo lis finita. concl. 385. num. 7. & concluſ. 386. num. 22. Vbi ampliat etiam quod ceſsio vel renunciatio litis, ſit tacita vt ibi per eum.

Ad quam materiam generaliter vltra infraſcripta vide Lancillott. de attentat. par. 2. c. 4. in præfatione. num. 248. & ſeqq. vſque ad 263. Vbi pluribus modis hanc materiam declarat.

Hæc regula ampliatur & limitatur vt infra.

406 LIS dicitur finita per illius renunciationem exceptionem non ſolum in prophanis, ſed etiam in beneficialibus. Rota. deciſ. 32. alias 668. incip. dic quod, de ſent. & re iudica. in antiq. veſtr. in pract. lib. 8. cap. 4. tit. vt lite pendente. num. 26. in fine ceſsio enim facta lite licet in beneficialibus non inducat ceſſionem iuris, habet tamen vim pacti de non petendo vt poſt Mill. in verbo Renunciari liti & cauſæ tradit Creſcen. deciſ. 158. Tertius de reſtitutione ſpoliarorum refert hos, & ſequitur Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. num. 248. & ſeqq. in præfatione.

Et hæc ſit prima ampliatio.

407 LIS dicitur finita non ſolum per renunciationem, ſed etiam per tranſactionem, & ideo poſt tranſactionem res quæ prius erat litigioſa alienari poteſt. tranſactione enim litem exigui notant Doct. omnes in l. poſtquam lite. C. de pact. & in l. ſi contra maiorem. C. de appell. Ancharan. conſil. 16. Aym. conſ. 182. num. 4. Pariſ. conſil. 47. nu. 43. lib. 4. refert hos & ſequitur Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 246. & ſeqq. & in 8. limitat. num. 8. & 9. & ante iſtos Imol. in Clement. 2. num. 4. in fine vt lit. pend. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 202. num. 15.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

408 LIS dicitur finita per renunciationem exceptionem non ſolum factā à principali ſed etiam ab eius procuratore ad id habente ſpeciale mandatum Aegid. deciſ. 260. Incip. ſententia, quem refert & ſequitur Lancillott. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 250.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

409 LIS dicitur finita non ſolum per renunciationem factam à parte coram Iudice ſed etiam coram Notario in abſentia Iudicis. Quicquid enim aliàs in contrarium dixerit Rota deciſ. 3. aliàs 306. Incip. ſi actor de renunciat. in nouis. Ita reſolutum fuit in eadem Rota in vna Palentina beneficij de Cardellino coram Thoma de Thanis 20. Nouembris 1546. Put. deciſ. 22. lis extinguitur in rubr. de renunciatione. Chiſanen. deciſ. 23. incip. Cedens liti & iterum eadem Rota in vna Auximana Parochialis coram Lancillot. 11. Maij 1571. Vbi hæc concluſio ampliatur etiam quod ceſsio & renunciatio facta fuerit coram Notario extraneo, & non actuario cauſæ prout ſic prædictas omnes deciſiones refert & ſequitur Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione. num. 251. & ſeq.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

410 LIS dicitur finita per ceſſionem & renunciationem dummodo poſt eam fuerit capta poſſeſſio rei litigioſæ ab illo ad cuius fauorem facta fuit renũciatio aliàs ſecus. Sicut enim per ſententiam lis non finitur niſi ſequuta poſſeſsione ita nec per ceſſionem. vt per Achil. de Graſſ. deciſ. 181. incip. lis ſicut rubr. de lite, & ita alias etiam Rota reſoluit in vna Galaguritana prætenſæ medietatis fructuum coram Aldobrandino 14. Aprilis 1565. Quas deciſiones refert & ſequitur Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione. num. 253. & 256.

Et hæc ſit prima limitatio.

411 LIS dicitur finita per renunciationem quando in ea ſit mentio de lite, & ſic quando expreſsè liti & cauſæ renunciatur, alias ceſsio eſt nulla & litem non extinguit etiam quod lis eſſet introducta quo ad actorem tantum per commiſsionem cauſæ & citationem ad eius inſtantiam decretam, nondum tamen contra reum exequutam vt per Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione numer. 254. & ſeq. Vbi allegat Guidob. deciſ. 154. Voluerunt rubric. de litigioſis & in eadem præfatione num. 257. Vbi pariter dixit litem non extingui per renuncia-

tionem

tionem factam inſtantiæ, niſi expreſsè liti & cauſæ renuncietur.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

413 LIS non dicitur finita per renunciationem conditionalem conditione non adimpleta vt puta ſi quis renunciet iuri, liti, & cauſæ aliqua penſione ſibi reſeruata quoniam ſi penſio ſit nulla, lis non cenſetur extincta, nec ius à cedente abdicatum etiam ſi cedens illam penſionem eſſe bonam crederet, vt per Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 256. vbi teſtatur ita alias in Rota fuiſſe reſolutum in vna Barchinonen. Canonicatus & præbendæ coram Guicciardino 7. Iunij 1567.

Et hæc ſit tertia limitatio.

ARGVMENTVM.

LIS, an & quando dicatur finita per ſententiam.

SVMMARIVM.

Lis dicitur finita per ſententiam à qua non eſt appellatum vel aliter tranſitum fecit in iudicatum, nu. 413.

Lis dicitur finita per ſententiam, & rem iudicatam, etiam quod ab ea fuerit petitus recurſus in caſu in quo non poterat appellari. num. 414.

Lis non dicitur finita per ſententiam à qua appellatum non fuerit quando ad appellandum petita fuerit in integrum reſtitutio. num. 415.

Lis dicitur finita per ſententiam à qua non fuerit appellatum, ſi eadem ſententia fuerit diffinitiua, ſecus ſi interloquutoria. num. 416.

Lis dicitur finita per ſententiam diffinitiuam latam ad fauorem rei ſecus ad fauorem actoris. num. 417.

Litigioſa res alienari poteſt vt in regula quando lis eſt finita per ſententiam, quæ tranſitum fecerit in iudicatum ſecus ſi ab ea fuerit appellatum. nu. 418.

Lis non dicitur finita appellatione durante. nu. 418.

413 LITIGIOSA res amplius non dicitur, & lis dicitur finita per ſententiam à qua non eſt appellatum, vel aliter tranſitum fecit in iudicatum ſecundum gloſ. in Clem. 2. in verbo Poſtquam. vt lit. pend. & ibi Imol. num. 4. in fine Aym. conſ. 279. num. 1. verſ. eadem ratione, vbi ampliat etiam quod contendatur ſuper exequutione Rot. deciſ. 10. aliàs 411. incip. ſi lite num. 3. vt lite pend. in nouis Afflict. deciſ. 342. numer. 3. Philipp. Prob. ad Ioan. Monach. in rubr. vt lit. pend. in 6. in princ. Pariſ. conſ. 30. nu. 36. lib. 4. Mandoſ. ſuper reg. de ſubrogat. collitig. quæſt. 13. num. 2. vbi alios refert Bero. conſil. 54. concludendum nu. 18. lib. 3. & conſ. 177. num. 26. lib. 1. Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 213. & ſeqq. vſque ad num. 243. vbi ad materiam huius concluſionis vltra infraſcripta plura alia explicauit Card. Tuſc. practicar. concl. in verbo Lis finita concluſ. 385. nu. 1. & num. 4. Et concl. 386. nu. 24. & 25. Vbi pariter ampliat etiam quod lis pendeat ſuper exequutione rei iudicatæ.

Hæc regula ampliatur & limitatur, vt infra.

414 LIS dicitur finita per ſententiam & rem iudicatam etiam quod ab ea fuerit petitus recurſus in caſu in quo non poterat appellari, nam per talem recurſum non inducitur litis pendētia Franc. Marc. deciſ. 624. incip. Quæritur ſuper litteris. num. 7. poſt Bal. quem allegat in auth. quæ ſupplicatio. C. de præcibus Imperatori offerendis prout hos ſic dicentes refert & ſequitur Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione, num. 215.

Et hæc ſit ampliatio ad propoſitam regulam.

415 LIS non dicitur finita per ſententiam à qua appellatum non fuerit, quando ad appellandum petita fuerit in integrum reſtitutio. Tunc enim lis adhuc durare cenſetur ſaltim ſuper reſtitutione. Rot. deciſ. 51. alias 379. incip. ſi committatur cauſa reſtitutionis in integrum de appellat. in nouis cum alijs per Lancillot. de attentat. par. 2. c. 4. in præfatione num. 217. & ſeqq. Vbi relatis & reprobatis, contrarium tenentibus ampliat hanc concluſionem procedere etiam ſi nondum fuerit obtenta; ſed tantum commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum etiam cum clauſula prout de iure eamque limitat & declarat duobus modis. Primo niſi in termino ad docendum de cauſa reſtitutionis præfixo nihil fuerit doctum ſecundo niſi in commiſſione reſtitutionis fuerit appoſita clauſula parito iudicato.

Et hæc ſit prima limitatio.

416 LIS dicitur finita per ſententiam à qua non fuerit appellatum, ſi eadem ſententia fuerit diffinitiua ſecus ſi interloquutoria Mohedan. deciſ. 105. incip. Poſtea vero ſub rubr. vt lit. penden. niſi eſſemus in interloquutoria per quam iudex ſe incompetentem pronunciaret. tunc enim lis non dicitur amplius pendere ex allegatis per Menoch. de arbitrar. caſu 202. num. 23. refert & ſequitur Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione num. 239. & 240.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

417 LIS dicitur finita per ſententiam diffinitiuam latam ad fauorem rei, ſecus ad fauorem actoris, ex allegatis per Lancillot. de attentatis par. 2. cap. 4. in præfatione num. 241. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. in verbo Lis finita. concl. 385. num. 8.

Et hæc ſit tertia limitatio.

418 LITIGIOSA res alienari poteſt vt in regula quando lis eſt finita per ſententiam quæ tranſitum fecerit in iudicatum ſecus ſi ab ea fuerit appellatum, durante enim appellatione vel exequutione lis non dicitur finita, & ideo tunc ceſſio, & alienatio eſt prohibita, quia integer debet eſſe ſtatus appellationis ſecundum Alberic. in l. 1. num. 4. C. ne liceat potentiori refert eum & ſequitur Duen. reg. 88. in ſecunda ampliatione, Vbi propterea reprobat Ludouic.

douic. Gomez ad regul. Cancellariæ contrarium tenentem in reg. de ſubrog. collitig. quæſt. 1. verſ. & iſta quæ dicta ſunt Natt. conſ. 99. numer. 4. lib. 1. Lancillott. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatiune num. 242.

Et hæc ſit quarta limitatio.

ARGVMENTVM.

LIS, an & quando dicatur finita per deſertionem & peremptionem inſtantiæ.

SVMMARIVM.

Lis videtur finita quando litigioſa res poteſt alienari inſtantia perempta. num. 419.

Litigioſa res deſinit eſſe non ſolum ad effectum interrumpendi praſcriptionem ſed etiam quo ad inducendum vitium litigioſi. num. 420.

Lis dicitur finita per inſtantiæ peritionem, & ſic res in litem deducta alienari poteſt etiam quod iudex in cauſa inhibuiſſet. num. 421.

Inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt. nu. 421.

Litigioſa res alienari poteſt perempta inſtantia, & alienatio valet tam quo ad ipſos litigantes quam etiam quo ad tertium ementem. num. 422.

Lis dicitur finita per peremptionem inſtantia in actore non poſſeſſore, cuius negligentia inſtantia perempta eſt. num. 423.

Litigioſa res non dicitur amplius quando inſtantia eſt perempta per lapſum triennij. nu. 424. contra. numer. 425.

Lis cenſetur finita per peremptionem inſtantia & tunc litigioſæ rei alienatio valet quando ſic poſt peremptam inſtantiam fieret ſecus in alienatione facta ante peremptionem inſtantia. nu. 426.

Lis dicitur pendere poſt peremptam inſtantiam, & litigioſæ rei alienatio non valet quando aduerſus inſtantiam peremptam eſſet petita in integrum reſtitutio, & reſtitutionis cauſa commiſſa. num. 427.

419 LITIGIOSA res poteſt alienari inſtantiā perempta, quia tunc videtur lis finita ſecundum Bar. in l. fina. ante numer. 1. verſ. quod eſt verum per text. quem allegat in l. 1. C. de præſcript. longi temp. licet ſubdit adhuc vitium litigioſi durare. Salyc. in ead. l. final. num. 4. in fine. Boniſac. in Clem. 2. num. 50. in ſecunda concluſ. vt lit. pend. Abb. in cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ num. 10. verſ. Item dic has pœnas procedere. Alex. in l. 2. nu. 19. C. de eden. Vbi dixit quo licet perempta inſtantia non pereant acta, hoc tamen intelligitur reſpectu ipſorum litigantium, & quo ad eorum perſonam, ſecus quo ad effectus reſpicientes ipſam rē quæ propterea ſi alienetur perempta inſtantia valet alienatio vt ibi quod eum, & ibi etiam Dec. nu. 59. Vbi declarat hanc Alexandri diſtinctionem & Rip. numer. 28. Gabr. conſ. 52. puto licinie. num. 8. lib. 1. Ang. in auth. de litigioſis num. 8. Vbi quod perempta inſtantia eſt etiam peremptum vitium litigioſi quantum ad pœnas poſitas in l. fina. C. de litigioſis licèt non ſit ad effectum perpetuationis actionis Plot. de in lit. iuran. nu. 185. ſecundum antiquam impreſſionem Aym. conſ. 279. num. 1. verſ. Amplius dico Oſaſch. deciſ. Pedemont. 144. num. 9. Lancillot. de attentat. part. 2. cap. 4. in præſatione num. 287. & ſeqq. vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus hanc veriorem teſtatur opinionem, & latius eam defendit num. 566. & ſeqq. plurib. vſque ad nu. 519. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Litigioſi vitium. concl. 386. num. 26. vbi de communi.

Ad quam materiam generaliter an ſcilicet, & quando inſtantia perempta per eam tacta præſertim quo ad effectum vitij litigioſi vide omnino Doctor. omnes in l. 2. C. de edendo.

Hæc regula ampliatur, & limitatur vt infra.

420 LITIGIOSA res deſinit eſſe non ſolum ad effectum interrumpendi præſcriptionem ſed etiam quod ad inducendum vitium litigioſi quando quis puta propter ineptitudinem libelli ab obſeruatione iudicij abſolutus eſt, tunc enim ſicut illud iudicium perit, ita etiam pereunt omnia acta probatoria ex allegatis per Alexandrum in l. 2. nu. 18. C. de edendo & ibi etiam Rip. num. 29. verſ. limitatur etiam Salyc. in l. properandum §. & ſi quidem num. 15. in fine verſ. tertio quæro. C. de iudicijs cum alijs per Lancillot. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatione numer. 228. vbi idem in ſententia ab obſeruatione iudicij ob defectum mandati Procuratoris vel in alijs caſibus de quibus per Doctor. & præſertim Iaſ. in l. properandum §. & ſi quidem num. 16. C. de iudicijs ergo ſecus quando abſolutoria ab obſeruatione iudicij non datur ob ineptum libellum vel ob defectum mandati Procuratoris vel extra caſus prędictos, tunc enim per ſententiam prædictam res non videtur deſinere eſſe litigioſa ex allegatis per eundem Lancillot. vbi ſupra num. 226. & ſeq. & num. 357. & ſeq.

Et hæc ſit prima ampliatio.

421 LIS dicitur finita per inſtantiæ peritionem, & ſic res in litem deducta alienari poteſt etiam quod iudex in cauſa inhibuiſſet, quamuis enim inhibitio ſiuè iuſta ſiuè iniuſta timenda ſit, quia tamen & ipſa certis terminis coarctari videtur, & litem, ſeu appellationem concomitari, iccirco eo vſque durare cenſetur quouſque cauſa & articulus pendet, ſed ſic eſt quod perempta inſtantia lis & cauſa amplius pendere & durare non dicitur iccirco nec etiam durat effectus inhibitionis, vt per eundem Lancillot. de attentatis par. 2. c. 4. in præfatione num. 118. & ſeqq.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

422 LITIGIOSA res alienari poteſt perempta inſtantia, & alienatio valet tam quo ad ipſos litigā-

tes

tes quam etiam quo ad tertium emẽtem ex allegatis per Rip. in l. 2. num. 28. C. de edendo & ibi etiam Dec. num. 59. cum alijs per Lancillot. de attentat. par. 2. c. 4. in præfatione num. 514. & 518. licet aliqui per eum ibidem relati num. 58. & ſeq. contrarium dixerint.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

423 LIS dicitur finita per peremptionem inſtantiæ in actore non poſſeſſore cuius negligentia inſtantia perempta eſt, tunc enim poteſt ſine attentatorum vitio reus conuentus & poſſeſſor litigioſam rem alienare, ſecus ſi actor eſſet poſſeſſor & ſua negligentia inſtantiam labi permitteret, & poſt peremptam inſtantiam rem alienaret ſecundum Lancellot. de attentatis par. 2. cap. 4. in præfatione. n. 523.

Et hæc ſit prima limitatio.

424 LITIGIOSA res non dicitur amplius quando inſtantia eſt perempta per lapſum triennij ſecundum Odofred. in auth. litigioſa. num. 5. C. de litigioſis vbi arguit pro & contra. & in hac opinione reſidere videtur Ang. in l. 2. col. 2. in verſ. Item ibi inſtantia erat perempta. C. de litigioſis Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu. 10. verſ. Item dic. Idem Angel. in authentica de litigioſis numero quinto ad finem verſ. ad vnum aduerte Oſaſc. deciſ. Pedemont. 144. num. 9.

425 Contrarium voluit Bonifac. de Vitalin. in Clementina 2. num. 50. verſ. ſecunda concluſio vt lite pend. Vbi dixit quod lite finita per lapſum temporis non perimuntur acta tendentia ad deciſionem litis Lancillot. de attent. par. 2. c. 4. in præfatione numer. 524. Vbi dixit inſtantia perempta per abſolutoriam latam ab obſeruatione iudicij litem dici finitam ſecus ſi per deſertionem appellationis & lapſum fatalium ſecunda inſtantia perempta eſſet.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

426 LIS cenſetur finita per peremptionem inſtantiæ, & tunc litigioſæ rei alienatio valet quando ſic poſt peremptam inſtantiam fieret ſecus in alienatione facta ante peremptionem inſtantiæ quæ propterea ex ſuperuenienti peremptione non conualeſceret, vt per Lancillott. de attentatis par. 2. c. 4. in præfatione numer. 525.

Et hæc ſit tertia limitatio.

427 Lis adhuc dicitur pendere poſt peremptam inſtantiam, & ſic litigioſæ rei alienatio non valet quando aduerſus inſtantiam peremptam eſſet petita in integrum reſtitutio & reſtitutionis cauſa commiſſa, ex allegatis per Lancillot. de attentatis quem in propoſito diſtinguentem videas parte ſecunda cap. 4. in præfatione num. 514. verſ. quod ſi perempta eſſet inſtantia.

Et hæc ſit quinta limitatio.

ARGVMENTVM.

METVS quid & quotuplex ſit in quo differat à vi, & alia nonnulla loco præmiſſorum.

SVMMARIVM.

Metus quid ſit num. 1. & 2. vbi quod metus dicitur quaſi mentē liberam tenens retinens vel impediens.

Metus non præterita ſed futura tantum reſpicit. n. 3.

Metus in genere ſumptus eſt quadam paſſio animi meticuloſi per quandam ſignificationem futuræ operationis. num. 4.

Metus multiplex eſt alius ſcilicet præciſus; alius conditionalis; alius concuſſiuus alius reuerentialis; alius compulſiuus; alius cadens in conſtantem virum & alius vanus, & in conſtantem virum non cadens.

1 METVS quid ſit, Vide Ang. in conſ. 215. reperitur in quodam num. 2. in fine verſ. Item præmitto dum dixit, quod metus eſt paſſio animi meticuloſi corporis inſtantis periculi vel futuri mentem comprimens ad trepidandum metu. Aliam diffinitionem tradidit Barba. in conſ. 60. poſt num. 5. lib. 1. vbi dixit Metum eſſe mentis coactionem, per quam vſus liberi arbitrij impeditur. Breuius tamen, & idem inferendo Doctores communiter dixerunt, quod metus ſit inſtantis, vel futuri periculi cauſa, trepidatio mentis, quæ quidem diffinitio probatur in l. 1. ff. quod metus cauſa in illis verbis Metus autem propter inſtantis, vel futuri periculi cauſa mentis trepidationem. & ibi glo. in verbo futuri, & Doctores omnes hanc diffinitionem adnotarunt, quam etiam amplexi ſunt Calder. conſ. 108. num. 2. in fine aliàs il primo quod metus cauſa Soccin. iun. conſ. 77. num. 67. lib. 1. Sebaſt. Medices in tractat. de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 3. & 3. Couar. in epith. 4. decretal. par. 2. c. 3. §. 4. num. 1. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1952. num. 6. Tho. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 1. nu. 7. Vbi huius diffinitionis verba explicat, & declarat.

2 Metus autem Etymologiam poſt Hoſtien. quem allegat, poſuit Sebaſt. Medices de caſib. fortuitis part. prima quæſt. 7. numer. 3. verſ. 2. nota. quod ſi licet metus dicitur quaſi mentem liberam tenens retinens, vel impediens, qui enim timorem habet in mente, non ſemper quod ore exprimit gerit in mente, vt ibi per eum.

3 Et ex hac diffinitione infertur, quod metus, non præterita, ſed futura tantum reſpicit, Præterea enim nullus trepidat Aegid. conſ. 9. num. 10. & differt à vi, quia vis non poteſt eſſe niſi de præſenti. Aegid. d. conſ. 9. num. 10. Metus autem poteſt eſſe & de præſenti & de futuro d. l. 1. ff. quod metus cauſa cum alijs ſupra allegatis, vel vt dixit Sebaſt. Medices d. quæſt. 7. nu. 2. ad finem, Metus debet eſſe de præſenti, licet futurum periculum reſpiciat, Bene verum eſt, quod vis alia eſt abſoluta, & alia conditionalis, Metus autem procedit & ortum habet non

à vi

à vi præciſa,ſed à conditionali ex alleg. per Thom. Sanchez de matrimonio lib.4.diſputat.1.nu.1.& 3.

4 METVS autem in genere ſumptus,eſt quædã paſſio animi meticuloſi per quandam ſignificationem futuræ operationis ſecundum Ang. d. conſil. 215.nu.3.verſ.ſed accipiendo, quæ quidem paſſio non exterior, ſed interior eſt Aegid.d.conſ.9.n.10. & quatuor modis infertur, nempe per erubeſcentiam, per verecundiam, per admirationem, & per agoniam,vt benè poſt Ang. Cald. & Aegid. in locis præallegatis hæc omnia benè declarat Card.Tuſc. prac.concluſ. in verbo Metus concluſ.213.num.1. & ſeqq. & concluſ.215.num.2.

5 METVS autem multiplex eſt, alius ſcilicet præciſus,alius conditionalis,alius concuſſiuus,alius reuerentialis, alius compulſiuus, alius cadens in conſtantem virum, & alius vanus & in conſtantem virum non cadens. Quis autem dicatur metus reuerentialis,& quis cadens in conſtantem virum, vel è contra vanus, dicam infra ſuo loco. Quis autem dicatur metus præciſus, & quis conditionalis quis concuſsiuus,ſeu cõpulſiuus, vide declarantẽ. Ang. in conſ. 215. reperitur in quadam col. penult.in princ. & in diſcurſu, & Calder. in conſ.463. in fine alias 1.qui Clerici vel vouentes,quorum dicta benè refert,& explicat Card.Tuſch. pract.concl.in verbo Metus.concl.14.per tot.Addo Barbat.conſ.60.nu. 5.verſ.eſt enim metus lib.1. Vbi dixit triplicem eſſe metum concuſsiuum ſcilicet impreſsiuum,& ſuſpicionis, & bene declarat ſingulas prædictas metus ſpecies Thom.Sanchez de matr.lib.4.diſput.1.n.8. Vbi dixit metum alium eſſe concuſsiuum,alium impreſsiuum, alium compulſiuum, ſeu ſuſpicionis, alium reuerentialem & tacitum, & alium perfidiæ ſingulasq; has metuum ſpecies explicat, & declarat & diſput. 12. num. 2. Vbi etiam declarat quot modis metus incutiatur.

ARGVMENTVM.

METV geſta, nulla & inualida ſunt proponitur regula cum ampliationibus, & limitationibus.

SVMMARIVM.

Metus cauſa quod geſtum eſt Prætor ratum non habet. num.6.

Metus quando illatus eſt à pluribus, tunc omnes tenentur inſolidum.num.7.

Metu geſtum licèt nullum,& inualidum ſit intellige reſpectu metum paſſi, non autem reſpectu inferentis metum, qui propterea ſi aliquid in contractum, in quo metum intulit ſoluerit, non repetit, & hoc caſu contractus claudicat.num.8.

Metus inferens tenetur metum paſſo ad damna,& intereſſe ad fructum perceptos, & qui percipi potuerunt. num.9.

Metus exceptioni renunciatio facta in contractu tempore metus illati celebrato dicitur etiam, & ipſa metu facta,& metum multiplicat.num.10.

Metus exceptio non cenſetur prohibita à ſtatuto prohibente aliquam exceptionem opponi poſſe.nu.11.

Metum inferens tenetur metum paſſo reſtituere, quod per metum accepit vltra fructus perceptos ad damna,& intereſſe. num.12.

Metu geſta ſunt nulla etiam quod metum paſſus ſit in culpa,& dederit metui cauſam, cum talis culpa, & cauſa directè non tendat ad impediendum, & metum inferendum.nu.13. contra. num.14.

Metum paſſus, qui aliquid promittere fuit coactus, poteſt vt à promiſsione ſe liberet aduerſario metum inferre.num.15.

Metus non reſcindit contractum quando periculum imminens quis libere,& ſine maiori diſpendio quam ſit illud facere,quod metus impellit,euitare põt.n.16

Metus ad hoc vt reſcindat contractum,ſeu actum metu factum debet probari in ſpecie. num.17.

Metus quando dedit contractui cauſam proximam, & immediatam, tunc agi poteſt non ſolum contra inferentem metum ſed etiam contra tertium poſſeſſorem vtili in rem actione etiam quod poſſeſſor metum ignorauerit.num.18.

Metus illatus non à contrahente ſed à tertio, ipſo contrahente metum ignorante ipſi tertio ignoranti non nocet. num.19.

Contractus metu celebratus reſcinditur, ſiue is in cuius fauorem contractus celebratus eſt metum intulerit ſiue alius quia res illa metu acquiſita tranſit eo vitio affecta in quemcumque poſſeſſorem. num.20.

Metus reſcindit contractum quando eſt iuſtus; & à lege approbatus. num.21.

Metum inferens actione quod metus cauſa conueniri non poteſt, niſi vltra probationem illati metus probetur etiam quod vtilitas; & commodum peruenerit ad ipſum inferentem metum. num.22.

Metu facta obligatio licet non obliget promittentem in foro exteriori, obligat tamen quo ad reum; & in foro conſcientiæ.num.23.

Metum paſsis tantum ſuccurritur, quando damnum aliquod ex metu receperunt, ſecus ſi damnum aliquod non receperunt. num.24.

Metu celebratus contractus non eſt ipſo iure nullus, ſed venit reſcindendus per actionem vel exceptionem, aut officium iudicis. num.25.

Contractus metu initus cum non ſit ipſo iure nullus venit reſcindendus.num.25.

Metus illatus in contractu matrimonij facit illud ipſo iure nullum.num.26.

Metus non ſolum annullat matrimonium factum propter metum, ſed etiam omnia conſequutiua ex ipſo matrimonio,vtputa dotis promiſsionem. nu.27.

Metus quando dat contractui cauſam proximam, & immediatam, tunc ipſe contractus eſt ipſo iure nullus. num. 28.

Metus extorta conſtitutio Procuratoris eſt ipſo iure nulla. numer. 29. & 30.

Metu

Metu factum compromiſſum, nullum & inualidum eſt ipſo iure. num. 31.
Metus annullat actum ipſo iure in quibuſdam alijs caſibus. num. 32.

6 METVS cauſa quod geſtum eſt Prætor ratum non habet, l. 1. & per tot. ff. & C. quod metus cauſa c. 2. & ibi omnes Doct. extra eod. Cyn. vel interpoſitas in princ. in 1. notab. & nu. 1. verſ. ea enim quæ metus cauſa geſta ſunt. C. de tranſact. & ibi etiam Riminal. nu. 1. Claud. Seyſell. nu. 5. & nu. 13. vbi pariter dixit poſt Bald. in loco per eum relato hoc edictum eſſe prolatum à Deo per ora Prætorum. Bald. conſ. 148. n. 3. verſ. vnde dicit Magiſter lib. 2. vbi quod concluſio procedit de iure naturali & diuino Soccin. iun. conſ. 77. n. 26. lib. 1. Barba. in conſ. 60. n. 4. poſt med. verſ. modo oſtendo ad oculum lib. 1. Pariſ. conſ. 10. n. 27. & n. 30. 34. & 35. lib. 1. Rolan. conſ. 100. n. 129. lib. 4. Adde ad præmiſſam regulã. Boer. deciſ. 100. n. 1. Villalob. in comm. opin. litt. M. nu. 47. vbi de communi Sebaſt. Medic. in tract. de caſ. fort. par. 1. qu. 7. n. 1. Couar. in epith. 4. decretal. par. 2. c. 3. § 4. n. 1. verſ. metum autem paſſis. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſ. 135. n. 1. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 221. num. 2.

Præmiſſa concluſio procedit, regulariter habet tamen plures ampl. & limitation. de quibus infra.

7 METVS quando illatus eſt à pluribus, tunc omnes tenentur inſolidum. Aretin. conſ. 14. viſo, & diligẽter. n. 15. verſ. Nec eſt hic inueſtigare, vbi amplius quod tenentur non ſolum inferentes metum, ſed etiam participes. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo metus. concluſ. 221. nu. 32. & 33.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ.

8 METV geſtum licet nullum & inualidum ſit intellige reſpectu metum paſſi nõ autem reſpectu inferentis metum, qui propterea ſi aliquid in contractum in quo metum intulit ſoluerit, non repetit, & hoc caſu cõtractus clandicat, Aret. conſ. 96. in Themate ſupradicto n. 31. & 32. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concl. 222. nu. 5. & 6.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

9 METVM inferens tenetur metum paſſo ad dãna, & intereſſe ad fructus perceptos, & qui percipi potuerunt. Aret. conſ. 96. in themate n. 54. & ſequ. verſ. circa quartum. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 222. nu. 7.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

10 METVS exceptioni renunciatio facta in contractu tempore metus illati celebrato dicitur etiam & ipſa metu facta, & metum multiplicat Soccin. Iun. conſ. 77. n. 50. & 51. lib. 1. Mandell. conſ. 77. nu. 27. Et ibi in additionibus littera I. lib. 1.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

11 METVS exceptio non cenſetur prohibita à ſtatuto prohibente aliquam exceptionem opponi poſſe ex allegatis per Aſyn. in pract. §. 31. cap. 36.

Et hæc ſit quinta ampliatio.

12 METVM inferens tenetur metũ paſſo reſtituere quod per metũ accepit vltra fructus perceptos & damna, & intereſſe ex allegatis per Sebaſt. Medices de caſib. fort. par. 1. q. 7. nu. 11. & iſto caſu datur eidem metũ paſſo iuramentũ in litem ſuper quantitate & æſtimatione rerum traditarum, prout notant communiter Doct. in rubr. extra quod metus cauſa, & præſertim Bal. Plot. de in litem iurand. n. 75. & n. 81. vbi alios refert Viu. in comm. opin. in verbo Metus in fin. verſ. ſed vbicumque eſſet probatus metus, & eſt ratio quia metum inferens dicitur eſſe in dolo l. cum exceptione §. eum qui ff. quod met. cauſ. l. 2. §. doli mali. ff. de vi bonor. raptor. cum alijs per Sarment. ſelectar. interpret. lib. 2. c. 11. num. 4.

Et hæc ſit ſexta ampliatio.

13 METV geſta ſunt nulla etiam quod metum paſſus ſit in culpa, & dederit metui cauſam cum talis culpa & cauſa directè non tendat ad impediendum & metum inferendum, ſecundum communem de qua per Villalob. in commun. opin. litt. M. nu. 45. & voluit gl. in c. veniens. il 2. feria extra de ſponſal. & ibi hoc adnotarunt. Hoſtien. ad fin. ſuper verbo nĩ metu coactus Io. Andr. n. 8. Ant. de Butr. nu. 4. Anchar. n. 7. Card. Zabarel. n. 1. Henr. Boye. n. 1. & Prepoſ. n. 2. Nauar. in ſum. c. 17. n. 15. Couar. in epith. 4. decretal. par. 2. c. 3. §. 5. n. 7. Vide ſcripta per Tho. Sanchez de matrim. lib. 4. diſp. 13. nu. 1. verſ. 2. &c. Vbi per text. in c. Quia diuerſitatẽ de conceſſ. præbendæ, facit concluſionem quod metus in quẽ ſua culpa quis incidit, actũ vitiat ſed infra eodẽ n. 1. ve ſ. Quinto, &c. ante med. ibi idem tenet gloſ. &c. alijs relatis videtur hoc declarare, non habere locum in matrimonio in quo metus non irritat illud quando in metum ſua cũlpa quis inciderit.

14 Contrariũ quod non excuſet metus, quãdo quis ſua culpa in metũ incidit, voluerũt Abb. Io. de Amicis & Gemin. in locis relatis per Sebaſt. Med. de caſib. fort. par. 1. qu. 7. num. 59. & alij etiam relati per Tho. Sanch. de matr. lib. 4. diſp. 8. n. 8. & 9. qui tamẽ loquitur, & ſe ipſum declarat, quod hæc contraria ſententia procedit quando metus illatus illi qui metui cauſam dedit iuſtè infertur iuxtà ea quæ dicta ſunt ſupra num. 21.

Secus ſi metus iniuſtè inferatur, quia tunc à prima opinione non diſcedit & bene.

Faciunt quæ de reperto cum Puella.

Et hæc ſit ſeptima ampliatio.

15 METVM paſſus qui aliquid promittere fuit coactus, poteſt vt à promiſſione ſe liberet aduerſario metum inferre ex allegatis per Sebaſt. Medicem de caſu fortuito par. 1. qu. 7. num. 42.

Et hæc ſit octaua ampliatio.

16 METVS non reſcindit contractum quando periculum imminens quis liberè & ſine maiori diſpendio, quam ſit illud facere quod metus impellit euitare poteſt, Aegid. Bella. conſ. 9. n. 11. verſ. 2. oppones Tho. Sanch. de matr. lib. 4. diſp. 1. n. 23. Car. Tuſch.

ſch.prac.cõcl.in verbo Metus.cõcl.215.n.20.& 21.

Et hæc ſit propoſitæ Regulæ prima limitatio.

17 METVS ad hoc vt reſcindat contractum, ſeu actum metu factum, debet probari in ſpecie vt fuerit illatus ſuper eodem actu de cuius metu agitur,& ſuper quo metum paſſus conſentijt, ſecus ſi ſuper diuerſis,Bald.in rubric. C.ſi quis aliena. Innocen.in c.cum locum de ſponſalib. Quos ſic dicentes refert & ſequitur Fab. à Monte Leon. in prax. arbitral. pagin.mihi 410. nu.57. faciunt ſcripta per Aegid. Bellam.cõſ.9.n.13.verſ. tertio apparet quem vide, facit optimè tex.in l.interpoſitas C.de trãſactionib. vbi probatur qualitatem metus in cauſa principali non ſufficere ad reſcindendam tranſactionem inde ſubſequutam & ibi gloſ.in verbo. Qualitas dat exẽplum,vt puta ſi in venditione metus interfuerit talis metus non reſcindit tranſactionem ſuper eadem vẽditione ſubſequutã ex interuallo, & ibi hoc idem adnotarunt Bar.n.9.Paul.de Caſtr.nu.8.Aretin.nu. 1.in prim.notab.& n.6.Iacobin.num.3.in 2.notab. Curt.Iun.num.1.in prim. notab.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

18 METVS quando dedit contractui cauſam proximam & immediatam, tunc agi poteſt non ſolum contra inferentem metum ſed etiam contra tertium poſſeſſorem vtili in rem actione etiam quod poſſeſſor metum ignorauerit,Caſtellion.conſ.13.n.33.& ſeq.verſ. Cæterũ.Salyc.in l.1.n.5.C. ſi quis aliquẽ teſtari prohibuerit,vbi tamen quod tertius poſſeſſor eſt citandus,Bal.conſ.127.a princ. tituli in prin.lib. 3.Vbi ampliat etiam quod tertius poſſeſſor ſit Princeps,vel fiſcus,Sarmient. ſelectar.interpr.lib.2.cap. 11.n.8.& ſeq.quẽ bene declarantem videas Card. Tuſc.pract. concl. in verbo Metus.concl.221.n.10. & n.22.& n.36.& 37.Vbi declarat.& n.38.Vbi pariter declarat & concl.222.num.4.

Et hæc ſit tertia limitatio.

19 METVS autem illatus non a contrahente, ſed a tertio,ipſo contrahente metum ignorante ipſi tertio ignoranti non nocet. Quod an verum ſit,& quomodo,vide Caſtellion.conſ.13.n.32.& ſeq.& vide etiam gloſ.& omnes Doct.in l.non intereſt C.quod metus cauſa item & gloſ. in l. cum exceptione §. in hac.in verbo Lucrum,& ibidem Ang.in §.aliquãdo ff.quod metus cauſa. Aym.conſ.120.ad finem,& in conſ.253.nu.6.& 7.Pariſ.conſ.10.n.61.lib.1. Vbi facit generalem concluſ.quod metus adhibitus per alium tertio non nocet,& conſ.135.n.11.lib.4. Vbi propterea dixit,quod metus debet eſſe cum eiſdem non cum alijs,& conſ.5.num.180.eodem lib. 4.

20 Verum quod cõtractus metu celebratus reſcindatur ſiue is in cuius fauorem cõtractus celebratus eſt metum intulerit ſiue alius,quia res illa metu acquiſita tranſit eo vitio affecta in quemcunq; poſſeſſorẽ, probat tex.in l.ſi cũ exceptione. §.in hac actione non quæritur vtrum is qui conuenitur an alius metum fecerit ſufficit enim hęc docere metum eſſe ſibi illatum,& ex hac re eum qui conuenitur,& ſi crimine caret lucrum tamen ſenſiſſe. Et ibi gloſ.in verbo Lucrum,& Doctores omnes cum alijs per Tom.Sanchez de matrim.lib.4. diſput.8.n.7.& diſput.12.n. 14. Vbi in ſpecie de matrimonio per metum contracto. Quibus addo Beniancas idẽ dicentẽ in tract. de paupert.q.8.n.7.in 7.ſpecial.n.4.vbi quod venditio facta per metum reſcinditur etiã quod metus ſit illatus non ab emptore,ſed à tertio,Card. Tuſch. pract.concl.in verbo Metus.concl.221. num.35.& ſeqq.& concl.222.n.10.& omnib.ſeqq.in diſcurſu.

Et hæc ſit quarta limitatio.

21 METVS non reſcindit contractum quando eſt iuſtus, & à lege approbatus, qui enim legi obedit, etiam quod inuitus faciat, non dicitur metu facere l.ſi mulier in prin.& ibi Bart.ff.quod met.cauſ.gloſ. in l.qui aliena §. fin.in verbo Non fieri,in fin. C.de acqu.hær.Alex.poſt Paul.de Caſtr.in l.ſi aliquis.C. de iure delib.Dec.in l.in omnibus cauſis n.2.ff.de reg.iur.vbi facit generalem concl.quod de metu iuſtè illato nemo conqueri poteſt. Claud.Seyſel.in l. interpoſitas n.5.C.de tranſ.vbi metum iuſtum dicit non ſolum quando iure permittente fuit illatus; ſed etiã quando id quod fit metu eſſet de ſe iuſtũ & licitum, & ad hoc metũ paſſus obligatus eſſet. Socin. iun.qui in propoſito bene loquitur conſ.77.n.7. & ſeqq.lib.1.Pariſ.conſ.5. nu.172. & ſeqq. vbi infert ad metum propter carcerationem inſtanti inductũ. Rolan.conſ.83.n.18.& ſeqq.lib.2.Vbi plurib.exornat hanc concluſionem Hippol.Riminal.in repet.c. 1.de offic.deleg.nu.23.in fi.& n.24. Decian. conſ. 18.n.333.lib.1.vbi facit concluſionem,quod quando proceditur per viam iuſtitiæ metus non excuſat, & dicitur iuſtus metus,Sebaſt. Med.de caſ. fortuit. par.1.q.7.n.65.vbi de metu ad bonum. Couarr.in epith.4.decretal.par.2.c.3.§.4.n.12.Vbi generaliter dixit quod ſi quis alteri cõminatur aliquid contra ipſum iure facturum vt aliquid ſibi promittatur detur aut fiat, rès illa geſta,non videtur per metum cadentem in virum conſtantem, quia qui rom agit metum ſibimet ipſe intulit,non autẽ is qui iuſte cõminatur. Tho.Sauch.de matr.lib.4.diſp.9.n.8.& latius diſp. 13.per tot. vbi in ſpecie an metus iuſtè illatus irritet matrimonium,& aliorum relatis ſententijs ipſe acriter negatiuam opinionem defendit.

Et hæc ſit quinta limitatio.

22 METVM inferens actione quod metus cauſa conueniri non poteſt niſi vltra probationẽ illati metus probetur etiã quod vtilitas & commodum peruenerit ad ipſum inferentẽ metũ.Rol.conſ.45.n.33. lib.1.poſt Bart.Dec.& Marſ.in locis per eum relatis Sebaſt.Med.de caſ.fort.par.1. q.7.n.63.ex Alber. quem allegat in l. ſi cum exceptione. nu.6.ff. quod met.cauſ.Maſcard.de prob.lib.2.concl.1051.n.13.

Et hæc ſit ſexta limitatio.

23 METV facta obligatio licet non obliget promittentem in foro exteriori, obligat tamen quo ad Deum & in foro conſcientiæ, ex allegatis per Cardinal. Tuſch. practicar. concluſion. in verbo Me-

tus.concluſ. 221, nu.3.& 4. Vbi etiã ponit contrarium tenentes, loquuntur autem allegati per Card. Tuſch. quando promiſſio ſeu obligatio eſt iurata, de qua dixi infra. n. 141. Tu vero in hac materia de metu, an & quando obliget in foro conſcientiæ vide omnino Thom. Sanchez de matrim. lib. 4. diſput. 9. per tot. Vbi latè, an & quando inferens metũ leuem tamen de iure non ſufficientem ad reſciſſionem contractus teneatur in foro conſcientiæ accepta reſtituere & num. 11. & ſeqq. in ſpecie declarat quid in metu reuerentiali ſine minis & verberibus an ſaltim ſit ſufficiens in foro conſcientiæ, vt is qui per reuerentiam aliquid extorſit reſtituere teneatur, & è contra, an geſta metu reuerentiali, & ſine minis, quæ obligant de iure an item obligent in foro conſcientiæ, dic quod non ſecundum Plot. de in lit. iurando nu. 82. verſ. metu reuerentiali geſta, poſt. Angelic. in loco per eum relato, vide eundem Tho. Sanch. vbi ſupra diſp. 101. pariter per tot. Vbi de importunis precib. an ſaltim is qui per importunas preces aliquid obtinuit, illud teneatur in foro conſcientiæ reſtituere, & diſput. 11. pariter per tot, quid de blanditijs an ſcilicet cum ſolæ blanditiæ non inducant iuſtum metum ad reſciſſionem contractus in foro exteriori, an ſaltim in foro conſcientiæ obligent illum, qui blanditijs aliquid obtinuit ad reſtitutionẽ. Quid autem de matrimonio metu contracto an ſit ipſo iure nullum in foro conſcientiæ, & an ſeruandum ſit vide Thom. Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 12. nu. 17. & 18. Vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, dixit matrimonium contractum metu cadẽtem in cõſtantem virum eſſe nullum ipſo iure in vtroque foro, & ad id plures Doctorũ & Canoniſtarũ affert auctoritates, iura & rationes, & vide eundẽ Tho. Sanc. diſp. 17. per tot. vbi etiã latè quod metus leuis non cadens in conſtantem virum actum nõ irritat nec matrimonium, nec etiã in conſcientia.

Et hæc ſit ſeptima limitatio.

24 METVM paſſis tantum ſuccurritur, quando damnum aliquod ex metu receperunt, ſecus ſi damnum aliquod non receperunt l. ſi mulier, §. ſi dos. ff. quod met. cauſ. Couar. in 4. decretal. par. 2. c. 3. §. 4. num. 1. in fine.

25 METV celebratus contractus non eſt ipſo iure nullus, ſed venit reſcindendus per actionem vel exceptionẽ, aut officium iudicis, probat tex. in cap. ſuper hoc, cũ ibi notatis per Doct. extra de renunc. notãt Doct. in l. interpoſitas. C. de tranſ. vt videre eſt ibid. apud addentes ad Iac. Butr. in prin. addit. Iaſ. n. 2. in 1. notab. Rom. nu. 1. in 1. notab. Rimin. nu. 1. in fin. Claud. Seyſell. n. 1. & n. 6. Cur. iun. n. 6. & Io. Zech. num. 7. Cald. conſ. 108. n. 3. & 4. quod metus cauſa alias il 1. Ang. conſ. 215. per tot. vbi loquitur in trãſact. Bar. in l. fin. nu. 5. & ſeq. ff. ſi quis aliquẽ teſtari prohibuerit, vbi propterea quod contra inferentem metum agi debet actione reſciſſoria. Pariſ. conſ. 5. n. 179. in fi. lib. 4. Sebaſt. Medices de caſ. fortuit. par. 1. qu. 7. n. 62. Viu. in comm. opi. in verb. contractus in princ. Card. Tuſc. d. concl. 221. n. 1. & n. 14. & n. 22. Tho. Sanch. de matrim. lib. 4. diſp. 8. n. 2. 4. & n. 10. vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus & eorum rationibus innumeras ferè legiſtarum, canoniſtarum & theologor. refer auctoritates.

Et hæc ſit vltima limitatio ad quam vltra infraſcriptas ſublimitationes vide Cardin. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 221. num. 2.

Et hinc ſequitur quod contractus metu initus cũ non ſit ipſo iure nullus, ſed reſcindendus veniat vt ſupra dixi, ſequitur quod ex eo transfertur dominiũ ſecundum gloſ. in c. vnico de his quæ vi metuſue cauſa in 6. & in c. ſuper hoc in verbo Reſignationis extra de renunc. Goffred. in ſum. in tit. de his quæ vi metuſue cauſa n. 6. Imol. in c. 2. nu. 4. extra eod. tit. Nauar. in c. accepta de reſt. ſpol. n. 21. & 22. in 5. oppoſ. cum alijs per Tho. Sanchez de matr. lib. 4. diſp. 8. n. 3. & n. 5. & nu. 11. Vbi etiam proponit contraria, & illis reſpondet.

26 METVS illatus in contractu matrim. facit illud ipſo iure nullum l. Titia in princ. ff. de verb. obl. l. ſi mulier §. ſi dos metu ff. quod met. cauſ. c. cum locũ extra de ſponſ. gloſ. in l. fi. ff. de auct. tutor. c. ſignificauit de eo qui duxit in matrimonium quã polluit. gloſ. in c. 2. extrà de his quæ vi metuſue cauſa addentes ad Iac. Butr. in l. interpoſitas. C. de tranſact. in princ. addition. verſ. fallit in matrimo. contracto per metum, & ibi etiam Salyc. n. 5. Iaſ. n. 2. verſ. fallit in matrim. Curt. iun. nu. 7. & Io. Sich. n. 8. Imol. in c. tuæ n. 12. de ſponſal. Calder. conſ. 108. n. 3. verſ. Quarto, &c. aliàs il 1. tit. quod metus cauſa, vbi loquitur tã in matrimo. carn. quam ſpirit. & conſ. 109. aliàs il 2. eod. tit. quod met. cauſ. Barbat. conſ. 54. n. 10. lib. 1. qui communem teſtatur. Silu. Prier. in ſumma in verbo matrimon. 8. n. 11. verſ. circa prædicta tamen, Pariſ. conſ. 170. in fi. lib. 4. Grammat. deciſ. 103. n. 71. Villalob. in comm. opin. littera M. n. 43. Vbi de comm. ex Panorm. quem allegat in c. cum locum n. 6. extrà de ſponſal. & n. 44. vbi ampliat non ſolum ſi matrimonium fiat ex metu, ſed etiam ex præſumptione metus ex Rip. quem in loco per eum relato vbi de communi. & n. 45. Vbi pariter ampliat etiam quod metum paſſus dederit cauſam metui Sebaſt. Med. de caſ. fortuitis par. 1. q. 7. n. 43. Couar. in Epith. 4. decretal. par. 2. c. 3. §. 5. n. 1. Vbi alijs relatis teſtatur de comm. Menoch. de præſum. lib. 3. præſump. 4. n. 1. & 2. Vbi propterea infert matrimonium metu contractum adeo eſſe nullum vt ſi is qui ita coactus fuit cum ſecunda deinde contraxerit vxore obligatur 2. matrimonio non aũt primo d. c. ſignificauit cum alijs ibi per eũ allegatis Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus concl. 271. n. 8. & n. 17. & 18. Tho. Sanch. de matrimon. lib. 4. diſp. 19. n. 1. & ſeqq. Vbi diſputata qu. in ſponſal. tenet ſpõſalia metu contracta eſſe ipſo iure nulla ſicut matrimonium & alijs relatis cõcordantibus hanc probabiliorem eſſe ſententiam, & reſpondet contrarijs Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 12.

num. 16. & ſeqq. Vbi telatis pluribus pro hac ſentẽtia Doct. auctoritatibus dixit quod omnes Theol. ac iuris Pontificij Doctores contrariam ſententiam tanquam omnino falſam reptobant & num. 26. reſpondet contrarijs.

Et hæc ſit prima ſublimatio vltimæ limitationis prædictæ.

27 METVS non ſolum matrimonium factum propter metum, ſed etiam omnia conſequutiua ex ipſo matrimonio vtputa dotis promiſſio ſecundum Calder. in conſ. 109. An dos conſtituta aliàs il 2. quod met. cauſ. prout illum refert & ſequitur Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 223. num. 28. Et quod ſicut matrimonium metu contractum eſt ipſo iure nullum, ita etiam & promiſſio dotis, & eſt ex tex. ln l. ſi mulier. §. ſi dos. ff. de eo quod metus cauſa dum ibi dicitur. Si dos metu promiſſa ſit, non puto naſci obligationem, quia eſt veriſſimum nec talem promisſionem dotis vllam eſſe, & ibi hoc adnotauerunt gloſ. in verbo Vllam Bal. Alberic. & Fulgoſ. alia gloſ. in c. 2. in verbo Coactus. extrà de his quæ vi metusvè cauſa; & ibi Hoſtien. ad finem. Ant. de Butr. num. 8. Anchar. nu. 3. et Abb. num. 9. item gloſ. in l. 1. in verbo Non valet. ff. de authoritate tutorum Iaſ. in l. Titia nume. 6. ff. de verborum obligationibus. Addentes ad Iacob. Buttigat. in l. interpoſitas C. de tranſactionibus in principio additionis per tex. in l. ſi mulier. §. ſi dos metu. ff. quod met. cauſa & in eadem l. interpoſitas, Salicet. num. 5. Curt. Iun. num. 8. Grãmat. deciſ. 103. num. 67. & ſeqq. vbi loquitur tam in contractu dotis, quam etiam in diſtractu, & teſtatur de magis communi doctorum opinione Sebaſtian. Medices de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. numer. 29. Viu. in com. opin. in verbo contractus in princ. vbi de communi cum alijs per Barbat. in rubr. ff. ſolut. matrim. par. 4. & num. 28. & per Tom. Sanchez de matrim. lib. 4. diſputat. 12. num. 23. & ſeqq. vbi plura ad hanc materiam, & in ſpecie an etiam mulier quæ ſemel dotem metu promiſit & promisſio eſt irrita, teneatur itetum dotem viro conſtituere ne cogatur indotatam vxorem accipere, & diſputat. 13. num. 5. verſ. Cæterum. Vbi an promisſio dotis iuſto metu facta irriterur.

Et hæc ſit ſecunda ſublimitatio.

28 METVS quando dat contractui cauſam proximam & immediatam, tunc ipſe contractus eſt ipſo iure nullus, Caſtallion. conſ. 13. num. 33. & ſeqq. verſ. Cæterum. Rip. reſponſ. 4. num. 8. tit. ad trebellian. Sebaſt. Medices de caſibus fortuitis par. 1. q. 7. num. 23. & num. 74. Card. Tuſc. pract. concluſ. 221. num. 10.

Et hæc ſit tertia ſublimitatio.

29 METV conſtitutio procuratoris eſt etiam ipſo iure nulla, allegatur ad id tex. in c. accedens de procuratoribus in illis verbis procuratorem liberè ordinare valeat, & voluerunt Hoſtien. in c. 2. extrà de his quæ vi metusuè cauſa ad fin. & ibi Ioan. Andr. etiam in fine, & Abb. num. 18. Roman. ſingular. 753. & in libro meo 760. incip. conſtitutio procuratoris. Ruin. conſ. 121. num. 20. lib. 4. Firman. in repertor. in verbo Metus non præſumitur ſub num. 80. verſ. Metus non teddit actum, Sebaſt. Medices de caſibus fortuitis par. 1. q. 7. num. 45. Sarmient. in tract. de redditibus par. 1. cap. 4. num. 8. vbi nouam huius concluſionis rationem affert, Flamin. Pariſ. de reſignatione beneficiorum lib. 9. quæſt. 7. nu. 42. & lib. 13 quæſt. 1. num. 47.

30 Verum hac in re quod procuratoris cõſtitutio per metum extorta minimè valeat nulla eſt difficultas. Quæſtio eſt an ſit inualida ipſo iure, an vero veniat reſcindenda ſicut alij contractus, & quidem quod non ſit nulla ipſo iure præterquam in conſtitutione procuratoris ad contrahendum matrimonium, & quod hoc ſit ſpeciale in matrimonio & propterea non idem ſit generaliter in omni conſtitutione procuratoris, & quod tex. in c. accedens de procuratoribus ſupra allegatus non probet generalitet propoſitam cõcluſionem, voluerunt idem Roman. in ſing. 125. incip. Quæro an conſtitutio procuratoris. Abb. in d. c. 2. n. 18. de his quæ vi metusuè cauſa, Couar. in 4. decretal. par. 2. c. 3. §. 5. n. 9. ad finem Padilla in l. Interpoſitas n. 7. C. de tranſactionib. Imol. in d. c. 2. extrà quod metus cauſa n. 5. in fine, quos etiam refert & ſequitur Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 12. num. 22.

Et hæc ſit quarta ſublimitatio.

31 METV factum compromiſſum nullum & inualidum eſt ipſo iure, Salyc. in l. interpoſitas n. 5. C. de tranſactionibus, Bal. conſ. 142. dominantibus magnificis pet tot. lib. 1. Ang. con. 218. Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 216. n. 9. & 10. & concluſ. 218. num. 2. & num. 5.

Et hæc ſit quinta ſublimitatio.

32 METVS annullat actũ ipſo iure in quibuſdam alijs caſibus de quibus per gloſ. in c. cum dilectus quod Metus cauſa, & ibi per Docto. vbi in ſpecie ponunt iuriſdictionis concesſionem per metum extortam, de qua etiam per Salycet. in l. interpoſitas n. 5. C. de tranſactionib. & ibi etiam Curt. Iun. n. 9. & 10. Vbi vltra concesſionem iuriſdictionis ponit etiam metum carcetis de quo dixi. infra n. 107. Roman. ſing. 759. vbi dixit alienationem rei Eccleſiæ factam per metum ipſo iure eſſe nullam per tex. quem allegat in Clementina frequens. verſ. Abbates de excesſib. Prælatorum. Sebaſtian. Medic. de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. n. 40. vbi de iuriſdictione per metum extorta, Thom. Sanchez de matrimonio lib. 3. diſputat. 39. n. 13. vbi pariter de cõcesſione iuriſdictionis pet metum extorta.

Et hæc ſit ſexta ſublimitatio.

ARGVMENTVM.

METVS quos actus, quosvè contractus reſcindat.

SVM-

SVMMARIVM.

Metu quod geſtum eſt vt ſupra dixi.num.1.edicto Prætoris reſcindendum eſt.num. 33.

Metu facta reſignatio ſeu renunciatio beneficij minimè valet . num.34.

Metus reſcindit etiam emptionem, & venditionem, & quarumcunque rerum alienationem.nu.35.

Metu facta tranſactio nulla, & inualida eſt. nu.36.

Metu præſtita obedientia, per quam obediens iuri ſuo renunciat nihil operatur. num.37.

Metu facta confeſsio confitenti non nocet. nu.38.

Metu facta ſolutio indebite ſoluenti non nocet.nu.39

Metus enim illatus non videtur purgatus per ſolutionem debiti ex contractu per metum inito. num. 40. Contrarium . num.41.

Metus reddit contractum donationis nullum, & inualidum . num. 42.

Metu factum teſtamentum nullum & inualidum eſt ipſo iure . num. 43.

Metus annullat etiam ſententiam iudicis, qui propter metum illam tulit.num.44.

Metus reſcindit etiam aditionem hæreditatis, ac etiam illius repudiationem . num. 45.

33 METV quod geſtum eſt vt ſupra dixi n.1. Edicto Prętoris reſcindendum eſt. Hęc regula ampliari, & extendi poteſt ad omnes contractus, de quibus ſingulariter vltra infraſcripta videre poteris Sebaſt. Medices in tractatu de caſibus fortuitis par.prima quæſt.ſeptima n. 18. & ſeqq. pluribus.

34 METV facta reſignatio, ſeu renunciatio beneficij, minime valet c. ſuper hoc de rerum citatione cap. ad audientiam. quod met. cauſ. & vtrobique communiter omnes Canoniſtę cum alijs per Pariſ. conſ. 66. num. 1. & conſ. 135. num. 4. & nu. 15. lib. 4. & conſ. 5. num. 161. & ſeqq. Iacob. Port. Imolen. in conſ. 5. num. 1. Sebaſt. Medices de caſib. fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 92. Rebuff. in pract. in tit. de reſignatione metu facta, & latè per Flamin. Pariſ. in tractat. de reſignatione beneficiorum.tom.2.lib.13.qu.1. & 2. Vbi ſumpta occaſione totam materiam metus breuiſsimè explicat.

35 METVS reſcindit etiam emptionem & venditionem, & quarumcumq; rerũ alienationem ex allegatis per Sebaſt. Medic. de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 20. & num. 32. Ben. de paupertate quæſt. 8. in 7. ſpeciali num. 4.

36 METV facta tranſactio nulla & inualida eſt tex. eſt in l.interpoſitas C. de tranſactionib. vbi ad litteram habetur interpoſitas metus cauſa tranſactiones ratas non haberi edicto perpetuo continetur, & ibi gloſ. & communiter Doctores omnes notant & in l. tranſactionem C. eodem. Vbi pariter communiter notant Doctores. Ang.conſ.215.repetitur in quadam vbi tamen ſubdit ex abundanti debere obtineri abſolutionẽ à iuramento. Sebaſt. Medices de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 52. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus.concluſ. 216. num. 13. & concluſ. 221. num. 14.

37 METV præſtita obedientia per quam obediens iuri ſuo renunciat, nihil operatur Gemin. conſ. 15. num. 10. & ſeq. verſ. ſuper 2. Abb. conſ. 3. incip. Nitar col. 6. in princip. verſ. videtur etiam prædicta lib. 2. Cardinal. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus.concluſ. 216. num. 7. & num. 17.

38 METV facta confeſsio, confitenti non nocet cap. ſi quando .. & ſeq. 15. quæſt. 6. Ancharan. conſ. 159. num. 4. & ſeq. verſ. Quarto hoc probo. Barba. conſ. 60. poſt num. 5. verſ. Ideo dixit idem Bart. lib. . 1. Sebaſt. Medic. de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 26. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus . concluſ. 216. num. 16. De Confeſsione autem metu tormentorum extorta dixi in materia torturæ .

39 METV facta ſolutio indebiti ſoluenti non nocet . Ancharan. conſ. 299. viſa ſupradicta per totũ: Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus concluſ. 216. num. 15. & num. 18. & concluſ. 217. n. 21.

40 METVS enim illatus non videtur purgatus per ſolutionem debiti ex contractu per metum inito ſecundum Boer. deciſ. 100. num. 15. & ſeqq. vbi generaliter etiam dixit quod vbi capi poteſt alia coniectura quam approbationis contractus per metum celebrati, nunquam talis contractus cenſetur approbatus, niſi vltra ſolutionem & pretij receptionem interuenerit expreſſa declaratio & approbatio verbis facta & curſu temporis Boſſ. in tit. de plurib. violentijs num. 96. Vbi quod ſolutio facta ceſſante metu non purgat quando quis ſoluit metu periurij propter iuramentum in contractu adhibitum. Ad hæc vide benè comprobantem, & de communi teſtantẽ Benurias de paupertate quęſt.8. in 7. ſpeciali num. 4. 5. & 6. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 177. num. 11. ad med. & quod metus periurij ſit metus cadens in virum conſtantem voluit Seraphin. de priuileg. iuramenti. priuileg. 29. n. 1.

41 Contrarium quod ſolutio facta ex interuallo non præſumatur facta metu, & quod propterea præcedentem metum purget . facit tex. in l. 2. C. de his quę vi metusvè cauſa fiunt, facit etiam tex. in l. 2. Vbi præſertim Bal. C. quod metus cauſa Afflict. deciſ. 336. num. 6. Pariſ. conſ. 10. nu. 58. lib. 1. Tiraquell. de retract. conuentional. §. 1. gloſ. 5. num. 21. & 22. Gayl. lib. 2. obſeruat. 93. num. 29. Alciat. in reſponſ. 519. ad finem, voluit Sebaſt. Medic. cum allegatis per eum de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 42. & num. 57. verſ. Similiter ſolutio ſpontanea. Menoch. conſ. 1. num. 297. lib. 1. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. num. 35. Vbi facit generalem concluſionem quod allegans metum ſi ſponte ſoluit vel exegit, vel alio modo promiſſa obſeruauit metum purgaſſe præſumitur .

42 METVS reddit contractum donationis nullum & inualidum. l. ſi donationes. C. de his quæ vi

metusvè cauſa Roman. conſ. 26. num. 8. Vbi declarat niſi donatio ſit remuneratoria & ibi Mandoſ. in addit. in verbo Remuneratoria refert plures concordantes. Rolan. conſ. 2. num. 47. & ſeqq. in diſcurſu lib. 1. Sebaſt. Medic. in caſib. fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 30. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 221. num. 11.

43 METV factum teſtamentum nullum & inualidum eſt ipſo iure. Bal. conſ. 26. punctus infraſcripti per tot. lib. 3. Bart. in l. quia latronibus. in princ. ff. de teſtamentis Caſtellion. conſ. 13. num. 25. Sebaſtian. Medices, de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 51. Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 221. num. 19. & concluſ. 222. num. 3. Menchia. de ſucceſſ. creat. §. 17. nu. 5. & ſeq. Padilla in l. interpoſitas. num. 4. C. de tranſaction. Burſat. conſ. 72. num. 22. lib. 1. Dixi latius ſupra in tracta. de falſitate q. 161. hic repetere non eſt neceſſe.

44 METVS anullat etiam ſententiam iudicis, qui propter metum illam tulit, ex allegatis per Barbat. in conſ. 60. num. 5. lib. 1. Vbi declarat an & quando iſto caſu ſententia ſit ipſo iure nulla, vel veniat annullanda. Sebaſtian. Med. de caſib. fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 7. verſ. His præmiſsis. vbi de abſolutione extorta per metum.

45 METVS reſcindit etiam aditionem hæreditatis, ac etiam illius repudiationem. ex allegatis per Sebaſtian. Medicem de caſibus fortuitis par. 1. q. 7. num. 18. & num. 48.

ARGVMENTVM.

De Matrimonio per Metum contracto.

SVMMARIVM.

Metu ſponſalia contracta, & etiam Matrimonium nulla, & inualida ſunt nu. 46. & 47.

Metus annullat etiam profeſsionem; & alium ſacrum ordinem, & ſic non ſolum matrimonium carnale, ſed etiam ſpirituale metu factum nullum, & inualidum eſt: num. 48.

Metu dicitur factum matrimonium ab eo, qui duxit in vxorem puellam cum qua fuit repertus iacens in lecto à Patre, vel alijs eius conſanguineis. nu. 49.

Metu contractum matrimonium inualidum eſt, non ſolum quando quis per metum cogitur contrahere matrimonium cum certa femina; ſed etiamſi cogatur in certam de certis vxorem accipere, nempè alteram ex filiabus Sempronij. num. 50.

Metu contractum matrimonium eſt nullum ipſo iure etiam quod fuerit iuratum cum iuramentum ſuper contractu per metum celebrato, qui ipſo iure nullus ſit nihil operetur. num. 51.

Metu contractum matrimonium eſt nullum ipſo iure non ſolum ex conſtitutione eccleſiæ, ſed etiam ex propria contractus natura. n. 52. Contrarium. n. 53.

Metu quod matrimonium fuerit contractum plures in ſpecie ſunt coniecturæ. num. 54.

Metus reuerentialis, ſiuè minis, aut verberibus non reſcindit matrimonium carnale. num. 55.

Metu autem contractum matrimonium ſpirituale ob ſolam patris reuerentiam, nullum & inualidum eſt etiam non precedentibus minis aut verberibus. num. 56. Contra num. 57.

Metu contractũ matrimonium cenſetur ratificatum per ſubſequentem cohabitationem coniugum, & prolis ſuſceptionem. num. 58. & 59.

Metu contractum matrimonium inter infideles ipſo iure nullum & inualidum eſt, retenta opinione ipſorum qui dixerunt metum annullare matrimonium de iure naturæ. Retenta autem opinione quod metus non annullet matrimonium de iure naturæ verius videtur dicendum quod inter infideles metu contractum matrimonium valeat, & non irritetur. num. 60.

Metu contractum matrimonium tunc demum eſt nullum ipſo iure quando metus eſt talis, qui in conſtantem virum cadat aliàs ſecus. num. 61.

Metu contractum matrimonium licèt ſit nullum ipſo iure, hoc procedit quando metus eſt incuſsus ad extorquendum matrimonium, ſecus ſi non ad extorquendum matrimonium incuſſus fuit. nu. 62.

46 METV ſponſalia contracta, & etiam matrimonium, nulla & inualida ſunt. c. cum locum, & c. Veniens il ſecondo, & c. conſultationi extrà de ſponſalibus, & ibi communiter canoniſtæ. l. nuptias. ff. de reg. iur. Couarr. in 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 4. in princ. Calderin. conſ. 208. aliàs primo, quod met. cauſ. Alex. conſ. 156. Viſo proceſſu, lib. 5. per totum. Marſil. ſing. 347. incip. Matrimonium metu contractum. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 215. num. 3. & concluſ. 216. num. 5. & 6. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputatione 19. num. 2. & 3. Vbi in ſpecie loquitur de ſponſalibus, & diſputata ad partes quæſtione hanc amplectitur ſententiam, & quod matrimonium metu contractum ſit ipſo iure nullum dixi ſupra num. 26.

47 Sicut enim cæteri contractus metu celebrati, ita etiam eodem modo matrimonium metu contractum reſcinditur. Nauarr. lib. 4. conſiliorum. tit. de Sponſalibus. conſ. 36. num. 10. & lib. 1. tit. de his, quæ vi, &c. conſ. 10. num. 10. Couar. in epith. 4. Decretal. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 5. Vbi facit generalem concluſionem quod matrimonium ſicut cæteri contractus propter metum reſcindendi ſunt, ita & illud inualidum reputari debet, idq; ab omnibus reputatum eſſe teſtatur. Refert & ſequitur Thom. Sanchez. de matrimonio. lib. 4. diſputatione 6. num. 1. Vbi amplius ſubdit ad irritandum matrimonium non requiri tam iuſtum metum ſicut requiritur ad irritandos alios contractus, ex Præ-

poſ.

poſ. Nauarr. & Neuizzan. in locis ibi per eum relatis.

Hæc regula ampliatur, & limitatur pluribus modis de quibus infra.

48 METVS. annullat etiam profeſsionem, & alium Sacrum ordinem, & ſic non ſolum matrimonium carnale, ſed etiam ſpirituale metu factum, nullum & inualidum eſt, dummodo metus ſit præciſus ad ordines, & profeſsionem. tex. eſt in cap. 1. & ibi notant communiter omnes canoniſtæ extra. de ijs, quæ vi metusvè cauſa. Iohan. Sicchard. in l. interpoſitas num. 8. de tranſactionibus. Calder. conſ. 463. in fine aliàs vnico, qui Clerici, vel vocantes, vbi tamen loquitur in eo qui ordinatus, vel profeſſus eſt per metum cadentem in conſtante virum, & conſ. 108. aliàs primo quod metus cauſa. Alex. conſ. 156. viſo Proceſſu. lib. 5. in diſcurſu. Barbat. conſ. 60. lib. 1. per totum, vbi loquitur in collatione ordinis patre inſtante, & à patre procurante filio collata, & præſertim num. 3. ante finem verſ. Capio nunc tertium, & num. 4. 5. & 6. vſque ad verſ. Capio ſecundum. Sebaſtian. Medic. de caſibus fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 25. Vbi generaliter dixit metu coactum non compelli ſeruare caſtitatem, & continentiam promiſſam, & de quaquis votum fecit: ex Bellamer. quem allegat in cap. propter num. 30. diſtinct. 19. & num. 47. Vbi quod profeſsio metu facta, non ligat profitentem. Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 214. num. 12. Vbi refert & ſequitur Calder. in loco præallegato. & concluſ. 215. numero tertio, & concluſ. 216. num. 1. ſed quo ad profeſsionem aduerte per Concilium Tridentinum quod inducit profeſsionem tacitam.

Et hæc ſit prima Ampliatio.

49 METV. dicitur factum matrimonium ab eo, qui duxit in vxorem puellam cum qua fuit repertus iacens in lecto à patre, vel alijs eius conſanguineis. tex. eſt in c. Veniens il 2. de ſponſalibus, vbi decernitur irritum eſſe matrimonium ad quod pater coegit iuuenem repertum cum filia in eodem lecto iacentem. Alex. conſ. 99. in caſu num. 7. verſ. Vnde dato lib. 3. & conſ. 98. Quoniam per excellentiſsimum eodem libro, & conſ. 156. num. 6. & ſeq. lib. 5. & conſil. 220. numer. 11. Ferret. cautel. 7. incip. ſæpiſsimè contingit, vbi docet cautelam quavti debet repertus in ſtupro cum puella, & ob id coactus eam ducere in vxorem, quomodo poterit metum probare. Marſil. ſing. 286. verſic. Capias vnam, vbi ponit eandem cautelam quam poſuit Ferret. in loco præallegato. Sebaſt. Medices de caſibus fortuitis. par. 1. quæſt. 7. nu. 57. verſ. Quadrageſimo ſecundo Amplia. Maſcard. cum allegatis per eum de probationibus. concluſ. 1051. num. 48. lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. num. 7. Vbi facit concluſionem quod metus præſumitur in adoleſcente, qui deprehenſus in ipſo facinore timuit ſe occidi. ex Abb. Cephal. Alexan. & alijs ibi per eum relatis. Card. Tuſc. practicarum concluſ. in verbo Metus. concluſ. 215. num. 9. & num. 15. & num. 19. & 22. & concluſ. 216. nu. 2. & 3. Vbi ampliatur præmiſſa concluſio etiam quod arma fuerint depoſita, & concluſ. 217. n. 24. & 25. & concluſ. 220. num. 20. Adde declarantem Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. Diſputatione 12. num. 14.

Et hæc ſit ſecunda Ampliatio.

50 METV contractum matrimonium inualidum eſt, non ſolum quādo quis per metum cogitur contrahere matrimonium cum certa femina, ſed etiam ſi cogatur incertam de certis vxorem accipere nempè alteram ex filiabus ſempronij, ſecundum Couarr. qui hanc defendit ſententiam, concordantes refert & contrarium tenentes reprobat in epith. 4. Decretal. par. 2. cap. 3. §. num. 8. Et eandem ſententiam pariter relatis & reprobatis contrarium tenentibus, & rationibus amplexus fuit Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 4. diſputat. 12. nu. 20.

Et hæc ſit tertia Ampliatio.

51 METV contractum matrimonium eſt nullum ipſo iure etiam quod fuerit iuratum. Cum enim iuramentum ſuper contractu per metum celebrato qui ipſo iure nullus ſit nihil operetur vt dicam infra num. 142. & matrimonium metu contractum ſit ipſo iure nullum vt dixi ſupra num. 26. Hinc ſequitur quod etiam quod in contractu matrimonij adſit iuramentum ex eo matrimonium non conualidetur ad tex. in c. ſignificauit de eo qui duxit in matrimonium, Voluit gloſ. in c. 2. de his quæ vi metusvè cauſa, cum alijs per Couarr. in Epith. 4. Decretal. c. 3. §. 5. num. 1. in fine iuncto num. 3. Vbi dixit hoc procedere de iure canonico etiam abſq; abſolutione iuramenti, ea nempe ratione quia iuramentum ſortitur naturam quæ à primordio ineſt actui ſuper quo præſtatur l. fina. C. de non numerata pecunia, cum alijs ibi relatis per Couarr. qui tamen poſtea ſubdit peccare tamen eum qui non impetrata abſolutione à iuramento contractus per metum facti aliam in vxorem acciperet, & hanc opinionem quod matrimonium metu contractum non firmetur iuramento, relatis & reprobatis contrarijs nec etiam in foro conſcientię pluribus comprobat & defendit Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 20. num. 11. & ſeqq. per tot. illam quæſtionem & num. 14. & ſeqq. per totam illam alteram quæſtionem plenè diſputat, an iſto caſu ſtante inualiditate matrimonij per metum extorti non obſtante iuramento an ſit neceſſaria abſolutio iuxta ea quæ dicam infra num.... & relatis Doctoribus & rationibus hinc inde contrarijs concludit non eſſe neceſſariam abſolutionē quando iuramentum in contractu matrimonij eſt præſtitum per verba de præſenti & quid ſi per verba de futuro ibi omninò eum videas.

Et hæc ſit quarta ampliatio.

52 METV contractum matrimonium eſt nullum

ipſo iure non ſolum ex conſtitutione Eccleſiæ, ſed etiam ex propria contractus natura, ex allegatis per Couarr. in Epith. 4. decretal. par. 2. c. 3. §. 5. num. 6. Vbi hanc opinionem eſſe receptam communiter teſtatur, eandemque opinionem ſequuti ſunt plures Theologi, & etiam Iuriſperiti, quos recenſet, & non ſequitur Thom. Sanchez. de matrimonio lib. 4. inſtit. 4. num. 1. verſ. octauo ſi eſſet nullum. Vbi etiam & hanc ſententiam valde probabilem eſſe non inficiatur.

53 Contrarium quod ſcilicet matrimonium metu contractum non ſit nullum de iure naturæ, ſed ſolo iure Eccleſiaſtico verius eſſe pluribus hinc inde relatis teſtatur Thom. Sanchez d. diſputat. 4. Per tot. Vbi num. 2. verſ. tandem alios Idem tenentes refert, & num. 4. reſpondet contrarijs.

Et hæc ſit quinta ampliatio.

54 METV quod matrimonium fuerit contractũ plures in ſpecie ſunt coniecturæ de quibus vltra ea quæ infraſcripta ſunt, vide omninò Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. num. 1. & ſeqq. vſque ad num. 22.

Et hæc poteſt eſſe ſexta ampliatio.

55 METVS reuerentialis ſine minis aut verberibus, non reſcindit matrimonium carnale allegatur ad id tex. in l. ſi patre cogente, & ibi præſertim Bald. & Salycet. ff. de ritu nuptiarum gloſ. in cap. præſens in verbo Patrem 23. quæſt. 3. & in c. 1. de deſponſatione impuberum in verbo Cõſentit. & ibi præſertim Ancharan. num. 4. Abb. nu. 4. & Alex. de Neuo num. 7. & 8. Notant etiam communiter * omnes Doctores in c. cauſa matrimonij num. 1. in fine de offic. delegati. Vbi præſertim Ioan. And. num. 3. Ant. de Butr. num. 15. Bal. num. 3. Card. Zabarell. num. 1. in prima oppoſitione. Ancharan. num. 1. in 3. notab. Abb. num. 5. Dec. num. 17. 24. & 25. Felyn. num. 3. 4. & 5. Marſil. ſing. 347. incip. matrimonium metu contractum poſt princip. Plot. de in lit. iuran. num. 78. Vbi teſtatur de communi ex Cagnol. quem allegat in l. in omnibus cauſis num. 8. verſ. circa ſecundum. ff. de reg. Iur. Viu. in Cõmun. opin. in verbo Metus verſ. & ſimiliter. Vbi etiam de communi Menoch. * de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 127. num. 7. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 6. num. 4. & ſeqq. Vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, eorumque rationibus & Argumentis hanc dixit veriorem ſententiam pro qua plura ponderat iura, innumeroſq; fere Legiſtarum, Canoniſtarum & Theologorum aſſert auctoritates, & præſertim num. 8. Declarat ſolas minas abſque verberibus iuncta reuerentia ſufficere dummodo graue damnum ſit comminatum, licet num. 16. verſ. Ad confirmationem ſubdat iſto caſu minores ſufficere minas quam ſi eſſent illatæ ab eo, cui reuerentia non debetur.

56 METV autem contractum matrimonium ſpirituale ob ſolam patris reuerentiam nullum & inualidum eſt etiam non præcedentibus minis, aut verberibus. ſecundum gloſ. in c. præſens in verbo Patrem 20. quæſt. 3. Vbi pronunciatur irrita profeſſio cuiuſdã, quia à patre coactus eſt profiteri. Roman. in l. ſi ob turpem num. 12. ff. de condit. ob turpem cauſam. & in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore num. 12. & ibi etiam Alex. num. 11. verſ. Puto quod rectius fuiſſet loquutus, & Imol. nu. 15. ff. ſolut. matrim. idem Alex. in addit. ad Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ. verſ. & ad vnum aduertè ff. quarum rerum actio. Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 66. ff. de verbor. obligat. Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 66. ff. de verbor. obligat. Marſil. in l. vnica num. 43. C. de raptu Virginum. Igneus in l. 3. §. eleganter n. 179. ff. ad Sillanianum. idem Marſil. ſingul. 347. incip. matrimonium metu contractum. verſ. dicas tamen. vbi ampliat etiam quod interuenerit iuramentum. idem Iaſ. conſ. 3. nu. 6. lib. 1. Villalob. in commun. opin. littera M. num. 51. vbi de communi Couarr. Epith. 4. Decretal. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 3. & num. 5. iuncto num. 7. Vbi hanc pariter teſtatur communem licet non ſequatur, & pro hac ſententia vide iura, & alios etiã Doctores allegatos per Thom. Sanchez. de matrimonio lib. 4. diſputat. 6. num. 17. qui tamen vt mox eum referam contrariam tuetur ſententiam.

57 Contrarium quod nec etiam matrimonium ſpirituale & ſic profeſsio irritetur ex ſola reuerentia, non præcedentibus minis aut verberibus probari videtur in c. finali. extra qui clerici vel monaci vbi dicitur votum emiſſum præcepto Regio vel parentum non eſſe nullum, & ibi gloſ. in verbo Metu Abb. num. 7. Ant. num. 6. & Præpoſ. num. 8. item & in c. puellæ 20. quæſt. 1. vbi ad annullandum profeſsionem puellæ vltra paternum imperium ponderatur coactio, vt in illis verbis ibi Coactè impetio parentum, & hanc ſententiam amplexi ſunt Ang. inſtit. de actionibus §. quadrupli num. 8. Roman. in l. interpoſitas num. 14. & ibi etiam Curt. Iun. num. 24. & Padilla num. 17. C. de tranſactionibus. Plot. de in lit. iuran. num. 78. Vbi teſtatur de * communi ex Cagnol. in loco per eum relato. Viu. in commun. opin. in verbo Metus. verſ. & ſimiliter ſo- * la præſentia patris, vbi etiam de communi. Couar. in epith. de Sponſalibus. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 3. in princ. Iuncto num. 6. verſ. Secunda dictæ gloſ. concluſio. Vbi hanc ſequitur ſententiam, licet contrariam vt ſupra eum retuli communem affirmauerit. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 127. nu. 8. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 6. num. 17. 18. & 19. Vbi in hanc eandem ſententiam alios refert, & contrarijs reſpondet.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ.

58 METV contractum matrimonium cenſetur ratificatum per ſubſequentem cohabitationem coniugum & prolis ſuſceptione cap. ad id, & ibi Ioan. Andr. Abb. & Præpoſ. extra de ſponſalibus. Oldrad.

conſ.

conſ. 35. cum alijs per Sebaſtian. Medic. de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 43. & 57. verſ. Vel ſi metu contraxit Couarr. in Epith. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 1. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1052. num. 35. vbi alijs relatis, teſtatur de communi. Contrarium tenuit Rota Romana in vna Hiſpalen. matrimonij de Alcalà ſub die 26. Ianuarij 1609. coram Illuſtriſsimo Cardinali Bononien.

59 Ad quam materiam, an ſcilicet & quando matrimonium metu contractum cenſeatur ratificatum per cohabitationem, per copulam carnalem, aut per alios poſitiuos actus, Bero. quæſt. 54. per totam & omnino Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. num. 24. Et omnibus ſeqq. Vbi diſtinguit plures caſus & exactiſsimè materiam declarat ad quam etiam vide omnino latè declarantem Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 18. per totam.

Et hæc ſit ſecunda Limitatio.

60 METV contractum matrimonium inter infideles ipſo iure nullum & inualidum eſt retenta opinione eorum qui dixerunt metum annullare matrimonium de iure naturæ retenta autem opinione quod metus non annullet matrimonium de iure naturæ verius videtur dicendum quod inter infideles metu contractum matrimonium valeat, & non irritetur ſecundum Thom. Sanchez cum allegatis per eum de matrimonio lib. 4. Diſputat. 14. nu. 3.

Et hæc ſit tertia Limitatio.

61 METV contractum matrimonium, tunc demum eſt nullum ipſo iure quando metus eſt talis, qui in conſtantem virum cadat alias ſecus per ea quæ dicam infra num. 63. Et in ſpecie adnotauit Couarr. in Epith. de ſponſalibus par. 2. cap. 3. §. 3. num. 6. & ſeqq. Nauarr. in Manual. confeſſor. cap. 22. num. 51. quos ſic dicentes refert & ſequitur Menoch. de prꝛſumpt. lib. 3. prꝛſumpt. 4. num. 3.

Et hęc ſit quarta Limitatio.

62 METV contractum matrimonium, licet ſit nullum ipſo iure, vt ſupra dixi hoc procedit quando metus eſt incuſſus ad extorquendum matrimonium, ſecus ſi non ad extorquendum matrimonium incuſſus fuit, hanc concluſionem firmat Thom. Sanchez lib. 4. diſputat. 12. num. 3. & ſeqq. de matrimonio, vbi eiuſdem concluſionis ponit plura exempla, & inter alia quando quis matrimonium contrahit cum concubina metu pręſentaneæ mortis, vel ex voto quia ab aliquo periculo liberatus fuerit. idem in eo qui detruſus in carcerem ab aliquo, non animo extorquendi matrimonium, vt ſe à carcere liberaret matrimonium contraxit cum eius filia, idem in matrimonio captiui apud hoſtes, idem in condemnato ad mortem, vt ſe à morte liberaret ducente meretricem, vel in eo qui ad mortem condemnari iuſtè timens ne condemnetur iudicis filiam, in vxorem duxerit, idem & in eo qui filiam ab eo occiſi pariter in vxorem duxerit vt mortem euaderet, idem & in Principe obſeſſo matrimonium offerente cum filia obſidentis.

Et hæc ſit quinta Limitatio.

ARGVMENTVM.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum requiritur ad effectum reſcindendi, ſeu irritandi contractum, quando hoc verum ſit, & quando etiam metus dicatur iuſtus & cadens in conſtantem virum.

SVMMARIVM.

Metus annullans, & inualidans actum ſeu contractum, debet eſſe iuſtus cadens ſcilicet in conſtantem virum, ſecus ſi ſit vanus, & non cadens in conſtantem virum. num. 63. & 64.

Metus in dubio non præſumitur iuſtus, nec cadens in conſtantem virum niſi talis probatur, quia excipiens dicitur actor in ſua exceptione. num. 65.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum dicitur ille qui in diffinitione metus declaratur, prouenit aut ex inſtanti vel etiam ex futuro vt imminenti periculo facit mentem trepidare. Ergo ſecus quando periculum eſt remotum, & longe imminet. nu. 66.

Metus cadens in conſtantem virum quando dicatur die hoc colligi ex circumſtantÿs. nu. 67. 68. & 69.

Metus ſola ſuſpicio, nedum metus ipſe ſufficit ad contractum reſcindendum paria enim ſunt alia fieri per metum, aut per ſuſpicionem metus. n. 70. Contra num. 71. & 72.

Metus minor excuſat mulierem quam virum propter ſexus fragilitatem. num. 73. 74. 75. & 76.

Metus iuſtus is ſcilicet qui cadit in conſtantem virum non requiritur, ſed ſufficit leuior metus quando agitur de impedienda iuriſdictione magiſtratus, & iudicis. num. 77.

Metus dicitur iuſtus non ſolum ſi cadat in perſonam contrahentis, ſed etiam in perſonam filiorum ſuorum. num. 78.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum eſt quãdo per eum quis cogitur eligere minus malum ob maius malum ſibi imminens fugiendum conſtans enim vir ille dicitur qui eligit potius rem ipſam agere cuius agendi cauſa periculum inſtat, quam ſubire periculum quod grauius atque acerbius eſt viro prudenti quam ipſam rem agere. num. 79.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum requiritur, vt ſufficiat ad actus, ſeu contractus reſciſsionem & inualiditatem, ad hoc vt detur directa actio quod metus cauſa. Minor tamen & leuior ſufficit metus ad effectum vt actus reſcindatur non directa actione, ſed vtili, vel officio iudicis. nu. 80.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum inducitur ex præcepto tyranni. num. 81.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum dicitur quando Princeps, ſeu dominus ſubditis iubet, vt aliquid faciant. Iuſsus enim & praeceptum Principis eſt iuſta cauſa timoris. num. 82. Declara vt num. 83.

Metus iuſtus & in conſtantem virum cadens erit mortis periculum, aut corporis cruciatus. num. 84. & 85.

Metus autem reſcindens contractum nunquid iuſtus dicatur & in conſtantem virum cadens ſi leuior ſit quam mortis, aut cruciatus corporis videtur negatiuè reſpondendum. num. 86.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum dicitur terror armorum. num. 87. & 88.

Metus dicitur iuſtus & cadens in conſtantem virum dicitur terror armorum. num. 87. & 88.

Metus dicitur iuſtus & cadens in conſtantem virum quando ex eo timetur amiſsio omnium bonorum, aut maioris partis eorum. num. 89.

Metus iuſtus & cadens in virum conſtantem eſt periculum, & timor verecundiæ, & amiſſionis honoris quem morti æquiparari. num. 90.

Metus comminati ſtupri tàm in viro, quam in muliere erit iuſtus metus reputabiturq́; cadens in virum conſtantem. num. 91.

Metus itidem infamiæ cum per eam honor amittatur æquiparari metui mortis, & ſic dici eum cadere in virum conſtantem. num. 92.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum non ſolum inducitur ex cruciatu corporis, & verberibus, ſed etiam ex minis & verbis minatorijs. num. 93.

Metus tunc demum iuſtus & cadens in virum conſtantem inducitur ex minis quando ſunt illata à perſona potente, & ſolita minas exequi aliàs ſecus. num. 94. Subdeclara vt nu. 95. 96. & 97.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum inducitur ex importunis precibus, aſsiduisq́; ſollicitationibus, petitionibus & moleſtijs eorum, præſertim qui aut iubere poſsunt, aut potentes ſunt. num. 98.

Metus reuerentialis ſatis dicitur probatus quando probantur perſuaſiones & importunæ preces in perſona cui debetur reuerentia, vtputa in Principe verſus ſubditum, & in patre verſus filium, & in domino verſus ſeruum, & alijs de quibus dicam infra. nu. 99. & 100. Contrarium nu. 101.

Metus iuſtus non inducitur ex importunis precibus & aſsiduis moleſtijs cuiuſcunque etiam Principis, & potentis niſi fuerit probatum ſic importunè præcantem, & moleſtantem eſse ſolitum male tractare non obedientes ſuis precibus. num. 102.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum dicitur ille qui oritur ex comminatione excommunicationis. num. 103.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum ex comminata excommunicatione tunc demum dicitur, quando excommunicatio comminata eſt iniuſta ſecus ſi iuſta. num. 104. Declara vt num. 105. & 106.

Metus iuſtus & in conſtantem virum cadens inducitur ex carceratione alicuius tunc enim intrat metus cruciatus corporis. num. 107.

Metus iuſtus & cadens in virum conſtantem dicitur ille qui procedit à vi compulſiua. num. 108. Contra num. 109.

Metus iuſtus & cadens, in conſtantem virum non oritur ex accuſatione criminali. num. 110.

Metus iuſtus & cadens in conſtantem virum dicitur vbi agitur de perdendo magnum lucrum, vel de incurrendo graue damnum in rebus proprijs. nu. 111. Exemplum in medico faciente leuem infirmitatem periculoſam, & huius rei gratia ab eo extorquente aliquam promiſsionem. num. 112. & aliud exemplum. num. 113. & ſeq.

Metus iuſtus nunquid inducatur ex præcepto officialis, dic regulariter quod ſic. num. 115. & 116.

Metus iuſtus & in virum conſtantem eſt ille qui naſcitur ex periculo amittendi libertatem. num. 117.

63 METVS annullans & inualidans actum, ſeu contractum, debet eſſe iuſtus, cadens, ſcilicet in conſtantem virum, ſecus ſi ſit vanus & non cadens in virum conſtantem tex. eſt in c. veniens il ſecondo. in fine extra de ſponſalibus in illis verbis Niſi metu coactus, qui poſſet in virum conſtantem cadere eam deſponſauerit. Item & tex. in c. conſultationi in fine eodem tit. in illis verbis Et ſi talis metus inueniatur illatus qui cadere potuit in conſtantem virum. l. metus autem ff. quod metus cauſa l. vani timoris. ff. de reg. iur. & vtrobiq; gloſ. & communiter omnes Canoniſtæ. Dec. in l. in omnibus cauſis num. 2. ff. de reg. iur. Vbi propterea infert, quod metus ad hoc vt dicatur iuſtus excuſans, vel reſcindens contractum, debet eſſe probabilis, & non vanus. Iaſ. in l. interpoſitas num. 3. verſ. Non ergo quilibet metus. C. de tranſactionibus, & ibi etiam Curt. Iun. num. 15. & Ioan. Sicchard. num. 2. verſ. debet autem eſſe talis metus. Calderin. conſ. 108. alias 1. de his quæ metus. cauſa. Socin. Iun. conſ. 77. num. 44. lib. 1. Pariſ. conſ. 100. num. 56. lib. 1. & conſ. 135. num. 6. lib. 4. & conſ. 5. num. 171. lib. 4. Decian. conſ. 18. num. 132. lib. 1. Marſil. Sing. 407. incip. Non omnis metus, & ſing. 347. verſ. Quod eſt verum. Boer. deciſ. 100. num. 2. Plot. de in lit. iuran. nu. 80. Villalob. in commun. opin. littera M. num. 46. Vbi de communi Sebaſt. Medic. de caſib. fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 4. Couarr. in Epith. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 4. ante num. 1. verſ. Sed quia non omnis metus Nouell. reg. 221. in princip. Lamberteng. de contractib. eorum &c. gloſ. 7. num. 97. Vbi alij plures referuntur concordantes Sarmient. Selectar. interpretat. lib. 2. cap. 11. num. 1. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 135. num. 2. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputatione 1. num. 9. Vbi propterea dixit metũ cadentem in virum conſtantem

in

in iure quandoque vocari iuſtum, & è contra iniuſtum, quandoque probabilem, & è contra improbabilem ſiue vanum, &c. num. 10. & ſeqq. magiſtraliter explicat conditiones quas habere debet metus, vt dicatur iuſtus, & cadens in conſtantem virum. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 215. num. 1. & num. 28. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputatione. 17. per tot. Vbi latè probat metum leuem & non cadentem in conſtantem virum non irritare actum nec matrimonium nec etiam in foro conſcientiæ.

64. Et licet tex. in d. l. metum autem videatur requirere metum cadentem in conſtantiſsimum virum, idem tamen eſt ac ſi dixiſſet in conſtantem virum, ille enim ſuperlatiuus reſoluitur in poſitiuũ vt docuit Dec. in d. l. in omnibus cauſis num. 2. verſ. & generaliter. ff. de reg. iur. quem refert & ſequitur Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 135. num. 2. Pariſ. de reſignatione beneficiorum lib. 13. quæſt. 1. num. 54. & ſeq. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputatione 1. ſub num. 9.

Præmiſſa cõcluſio procedit regulariter, ampliaturq; propterea duobus modis, & limitatur pluribus alijs modis de quibus infra mox dicam & poſtea plures explicabo caſus ſingulares in quibus metus reputatur iuſtus & cadens in conſtantem virum.

65. METVS in dubio non præſumitur iuſtus nec cadens in conſtantem virum, niſi talis probetur, quia excipiẽs dicitur actor in ſua exceptione, Egid. Bellamer. conſ. 9. num. 13. verſ. Sed quid in dubio. Card. Tuſc. practicar. concl. in verbo Metus. concluſ. 215. num. 35.

Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ.

66. METVS iuſtus & cadens in conſtantem virum dicitur ille: qui in diffinitione metus declaratur prouenit aut ex inſtanti, vel etiam ex futuro vt imminenti periculo facit mentem trepidare, ergo ſecus quando periculum eſt remotum & longe imminet, ex allegatis per Couarr. in Epith. 4. decretal. par. 2. c. 3. §. 4. num. 1. Quod & idem aduertit Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 1. num. 7.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

67. METVS cadens in conſtantem virum quando dicatur, Dic hoc colligi ex circumſtantijs tex. eſt in l. metus autem ff. ex quibus cauſis maiores vbi dicitur. Sed non ſufficiat quolibet terrore adductum timuiſſe, ſed huius rei diſpoſitio iudicis eſt, notant communiter Doctores in l. interpoſitas C. de tranſactionibus vt ibidem videre eſt apud gloſ. in verbo Cruciatum. Bal. num. 3. Alex. num. 3. Salyc. n. 2. in fine verſ. Item quod cruciatus, Roman. conſ. 17. & Ioan. Sicchard. num. 2. Abb. in c. cum virum. num. 8. de regularib. Dec. in c. 4. num. 1. & num. 8. de appellat. Marſil. in l. quæſtionis modum. num. 3. ff. de quæſtionib. Rubeus in l. non ſolum §. morte num. 296. de oper. nou. nunciat. Calderin. conſ. 108. alias 1. in princ. verſ. ſecundo quod metus. in tit. quod metus cauſa, Alex. in conſ. 156. num. 5. verſ. & etiam vltra lib. 5. Afflict. in c. 1. num. 21. verſ. idem habet arbitrium. in tit. ex quibus cauſis feudum amittatur. Pariſ. conſ. 53. n. 60. & conſ. 60. num. 17. & conſ. 159. num. 10. & 11. & conſ. 170. nu. 19. lib. 4. Alciatus reſponſo 5. num. 5. Neuizan. conſ. 46. num. 17. Tiraquell. de reuoc. donat. nu. 31. prope finem. Grammat. conſ. 13. num. 47. & vot. 10. num. 8. Decian. conſ. 18. num. 131. & ſeqq. lib. 1. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 215. num. 4. & num. 8. Villalob. in commun. opin. littera M. num. 46. Vbi de communi. Couarr. in Epith. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 8. Herculan. de cautione. de non offenden. cap. 1. num. 19. Sarmien. Selectar. interpret. lib. 2. cap. 11. num. 2. Maſchard. de probat. lib. 2. concluſ. 1052. num. 11. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 135. num. 3. & caſu 136. num. 2. Thom. Sanchez qui plures Iuriſtarum & Theologorum refert concordantes de matrimonio lib. 4. diſputat. 5. num. 1. & num. 2.

68. Et generaliter quod coniecturæ quibus probari metum dicam infrà num. .... iudicis arbitrio remittantur, voluit Socyn. Iun. conſ. 77. num. 45. lib. 1. Decian. cum allegatis per eum d. conſ. 18. nu. 140. lib. 1. Addentes ad Mandell. conſ. 77. num. 24. littera N. Plot. de in lit. iuran. num. 76. Sebaſt. Medices de caſibus fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 7. verſ. Vigeſimo ſexto. &c. Viui. in commun. opin. in verbo Contractus, verſ. & probatio iſtius metus, vbi de communi. Couarr. in Epith. 4. decretali par. 2. cap. 3. §. 5. num. 10. ad fin. Maſcard. de probation. d. concl. 152. num. 10. & 12. vbi de communi. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 136. num. 2.

69. Et hæc ſit prima limitatio eiuſdem propoſitę regulæ ex qua infertur quod arbitrium iudicis iſto caſu multum verſabitur in qualitate perſonarum ex qua præſertim percipiet an metus reputetur iuſtus, & cadens in conſtantem virum an vero ſecus vt puta quando metus prætenderetur illatus homini timido, & puſillanimo, qui ex leui metu terreretur tunc enim in eo leuiorem ſufficere metũ etiam non cedentem in conſtantem virum colligitur ex allegatis per Dec. in l. in omnibus cauſis num. 2. verſ. & aduertendum, & num. 3. ff. de reg. iur. & in c. 1. num. 15. de offic. deleg. Mandell. conſ. 77. nu. 2. lib. 1. Plot. de in lit. iuran. num. 80. Sebaſt. Medices de caſu fortuito par. 1. quæſt. 7. nu. 69. Vbi propterea dixit metum iuſtum aliter conſiderari in viro bono, & aliter in viro malo, item aliter in milite, & aliter in Pagano, item & aliter in ſeculari & aliter in Sacerdote; Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 135. n. 2. Vbi pariter concludit perſonarũ conditionẽ eſſe valde à iudice conſiderandã in iudicãdo quãdo ſit iuſtus metus, nec enim inquit ipſe vnius conditionis ſumus omnes aliqui enim con-

conſtantiſsimi ſunt quos nullum periculi, nullum tormenti genus terret, aliqui vero muſtella timidiores ſunt, aliquivè leues flatus verentur & propterea, vt ibi per eum num. 14. iuxta perſonarum qualitatem iudex iuſtum metum arbitrabitur ex allegatis ibi per eum, quibus adde etiam bene loquẽtem Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſput. 3. num. 4. Vbi alios refert, & ſequitur in perſona puſillanimi & vili.

70 METVS ſola ſuſpicio, nedum metus ipſe ſufficit ad contractum reſcindendum, paria enim ſunt alia fieri per metum, aut per ſuſpitionem metus, prout voluit Aret. conſ. 14. viſo & diligenter nu. 18. verſ. & paria ſunt. Barbat. conſ. 60. n. 3. ante fin. verſ. & facit idem, lib. 1. Vbi quod timor damni ſpiritualis vel tẽporalis eſt iuſta cauſa excuſandi. Mandell. conſ. 77. nu. 11. & ibi in additionibus littera Catellian. Cott. in verbo Conductor. non tenetur verſ. & ſupradicta confirmari poſſunt. Sebaſtian. Medic. de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. nu. 7. verſ. decimoſexto, idem de timore grauaminis. Nouell. reg. 221. in tertia Fallentia. vbi quod timor inferendæ violentię eſt iuſtus metus. Oſaſch. deciſ. Pedemontan. 177. num. 2. ad fin. verſ. Hinc fit. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1051. n. 26. cum allegatis per eũ.

71 Contrarium quod ſola ſuſpicio metus non ſufficiat ad reſcindendum actum, ſeu contractum. voluit Decian. conſ. 16. num. 3. & ſeqq. lib. 1. Vbi ampliat etiam cum proteſtatione pręcedente, refert eum & ſequitur Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 223. num. ſexto.

72 In hac contrarietate dicas primam opinionem procedere quando ſuſpicio metus procedit pręcedente iuſta cauſa timendi, & ſic quando ſuſpicio eſt probabilis, ſecus ſi iuſta timendi cauſa non pręcedat, & conſequenter ſuſpicio non eſt probabilis. ſecundum Roman. conſ. 332. quo ad primum in principio. Alex. conſ. 144. poſt redditum. n. 4. verſ. ad idem lib. 2. & conſ. 99. n. 7. verſ. vnde dato, lib. 3. Bellon. conſ. 18. num. 14. Vbi quod iuſta periculi ſuſpicio metũ ęquiparatur, ex Bai. & Alberic. Bruno in locis per eum relatis. Barbat. conſ. 60. col. 6. in fin. num. 3. ad med. verſ. & quod ille. lib. 1. vbi dixit quod qui probat iuſtam cauſam metus ſatis dicitur probare metum cadentem in conſtantem virum. Bal. in l. interpoſitas. nu. 6. in princ. verſ. Item adde C. de tranſactionibus, vbi dixit probabilem ſuſpitionem metus æquiparari ipſi illato metui, & ibi etiam Curt. Iun. num. 29. & Ioan. Siccard. nu. 9. in fine. Grammat. deciſ. 103. num. 57. & ita de probabili ſuſpicione metus loquuntur Doctores allegati in primo verſ. Hercul. de caut. de non offenden. c. 2. nu. 13. Vbi quod metus præſumitur probata illius cauſa. licet metus in effectu non probetur, Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 215. n. 29. & concl. 224. n. 8. Tho. Sanchez de matr. lib. 4 diſpu. 1. n. 15. & ſeqq. vſq; ad n. 19. vbi magiſtraliter declarat, an & quando ſuſpicio iuſtũ metũ inducat.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

73 METVS minor excuſat mulierem quam virũ propter ſexus fragilitatem gloſ. eſt in c. cum locum. de ſponſalibus, Calder. conſ. 108. num. 3 verſ. tertio quod minor illas 1. quod met. cauſa, Iaſ. in l. interpoſitas. num. 4. C. de tranſactionibus. & ibi etiam Roman. num. 4. in fine. Rimin. num. 3. col. penult. verſ. ad quæ vide. Curt. Iun. num. 16. Abb. conſ. 4. incip. facti contingentia. num. 4. lib. 1. Dec. in l. in omnibus cauſis. num. 3. ff. de reg. Iur. & in c. 1. num. 16. de offic. deleg. & ibi etiam Mantic. num. 5. & Hippol. Rimin. in repet. num. 29. & ſeqq. vbi licet dubitet An in muliere iuſtus metus inducatur ſicut in conſtantem virum requiritur concludit tamen in illa ſufficere minorem metum quam in virum. Grammat. deciſ. 103. num. 52. Mandell. conſ. 77. num. 4. lib. 1. & ibi in addit. littera A. Boer. deciſ. 100. num. 2. Tiraq. de legib. connubial. gloſ. 1. pag. 9. num. 166. Nicol. Mill. in ſuo repertor. in verbo Metus minor. Bertrand. conſ. 64. num. 10. lib. 1. & conſ. 336. quemadmodum. num. 13. eod. lib. 1. Ruyn. conſ. 98. viſa renunciatione. num. 24. & conſ. 170. de tribus. num. 16. lib. 1. & conſ. 60. de re quidem num. 18. lib. 3. Sebaſtian. Medices de caſib. fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 69. Couarr. in Epithom. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 9. Hercul. de caut. cap. 1. num. 9. Sarmien. Selectar. interpr. par. 2. cap. 11. num. 1. in fine, & num. 2. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 135. nu. 4. Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 3. num. 2. vbi plures Legiſtarum, Canoniſtarum & Theologorum auctoritates & ibidem num. 1. & nu. 3. ampliat hoc procedere etiam in contracto matrimonio refert contrarium tenentes & illam reprobat, & num. 4. verſ. Tandem omnia dicta. & verſ. ſeq. iterum ampliat procedere non ſolum in grauitate mali & obiecto timoris inter virum & fœminam, ſed etiam in modo & timoris probabilitate. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus concluſ. 215. num. 26.

74 Sic & in minore & teneræ ætatis adoleſcente quod minor ſufficiat metus, quam in alio viro, conſuluit Barbat. conſ. 60. poſt num. 4. verſ. modo reducendo iſta lib. 1. Sociñ. conſ. 97. lib. 3. vbi de minore 15. Annorum. Menoch. de arbitrar. quæſtionibus lib. 2. caſu 135. par. 2. num. quinto Vbi de puero.

75 Certum autem eſt quando etiam inducitur in muliere iuſtus metus, quando vltra verba cadem muliet fuiſſet verberata. Afflict. deciſ. 246. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concl. 125. num. 27. faciunt generaliter de verberibus quæ dicam infra num. 86.

76 Et hæc ſit tertia limitatio. quæ ſublimitatur, vt licet in muliere non requiratur metus cadens in conſtantem virum, requiritur tamen metus cadens in conſtantem mulierem, Rom. in l. interpoſitas

ſitas. num. 5. C. de tranſactionibus. Barbat. conſ. 60. poſt num. 4. verſ. Modo reducendo. lib. 1. Dec. in cap. quia quæſitum. num. 15. de offic. delegar. & ibidem Hippol. Rimin. in repetit. num. 29. & ſeqq. vbi latè diſputat de veritate huius concluſionis, an ſcilicet in muliere iuſtus metus reputetur ille qui cadit in conſtantem virum, an vero in conſtantem mulierem. Afflict. deciſ. 336. num. 4. in fine. verſ. ad tertiam exceptionem. Roman. ſing. 229. incip. Tu ſcis, & ibi in additionibus alij referuntur concordantes. Matſil. ſing. 407. incip. Non omnis metus. verſ. Nam ad hoc. Boer. deciſ. 100. num. 2. ad finem. Couarr. in 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 9. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 3. num. 3. verſ. vnde ſufficiat metus.

77 METVS iuſtus is ſcilicet, qui cadit in conſtantem virum non requiritur, ſed ſufficit leuior metus quando agitur de impedienda iuriſdictione magiſtratus & iudicis. ſecundum Hippol. Riminal. poſt alios in reper. cap. 1. de offic. deleg. num. 32. verſ. vltimo Decius. & num. 33. & ſeqq.

Et hæc ſit quarta limitatio.

78 METVS dicitur iuſtus non ſolum ſi cadat in perſonam contrahentis, ſed etiam in perſonam filiorum ſuorum. l. iſte quidem in fin. ff. quod met. cauſ. Bar. in l. interpoſitas. poſt num. 5. C. de tranſactionibus. & ibi etiam Bal. num. 5. verſ. quandoq; quis vult reſcindere ex ſententia edicti, vbi quod de metu filij dicitur, extendit ad metum coniunctorum. Ang. poſt num. 1. verſ. ſed ſufficit inferri filio Alex. num. 6. Vbi pariter hoc extendit ad omnes coniunctos. Roman. num. 9. Curt. Iun. num. 17. & Ioann. Sicchard. num. 4. in fine. vbi etiam de metu propinquorum & coniunctorum. Sebaſt. Medices de caſib. fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 7. verſ. Vndecimo ex iniuria illata domeſtico amico, vel conſanguineo. Hercul. de caution. de non offenden. cap. 1. nu. 11. verſ. Timor. vbi de timore offenſionis filiorum deſcendentium & conſanguineorum. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 177. ſub nu. 2. Vbi de minis illatis ſanguine coniunctis. Maſchard. de probat. concluſ. 1051. num. 25. lib. 2. Vbi de timore matris & aliorum conſanguineorum. & num. 26. in fine. Menoch. de arbitrar. quæſtionib. lib. 2. caſu 135. num. 6. 7. & 8. vbi de metu mortis filiorum, & affinium. Adde præmiſſis omninò. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſput. 4. per tot. vbi nu. 1. ponit de timore perſonæ filiorum. concluditq; iuſtum eſſe metum, & num. 3. Idem dicit de timore vxoris in perſona mariti, & timore mariti in perſona vxoris. & nu. 4. 8. & ſeqq. Idem dicit de timore conſanguineorum & affinium vſque ad quartũ gradũ & n. 5. de timore filiorum in perſona parentum, & num. 6. ampliat ad deſcendentes. & nu. 7. ampliat in fratribus. & num. 9. & 10. Idem dicit de amicis arctiſſima amicitia coniunctis aut domeſticis ipſum adeas in occurrenti caſu qui bene omnia præmiſſa explicat, & declarat. Faciunt doctores allegati infra num. 107. Quorum aliqui loquuntur de carceratione filiorum ipſius contrahentis.

Et hæc ſit quinta Limitatio.

79 METVS iuſtus & cadens in conſtantem virum eſt, quando per eum quis cogitur eligere minus malum ob maius malum ſibi imminens fugiendum, conſtans enim vir ille dicitur qui eligit potius rem ipſam agere, cuius agendæ cauſa periculum inſtat, quam ſubire periculum quod grauius atque acerbius eſt viro prudenti quam ipſam rem agere. tex. in l. metum. ff. quod met. cauſa. vbi dicitur metum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorem, ſed maioris mali, cum alijs allegatis per Couarr. in epith. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 2. vbi propterea infert quod ſi quis videat ſibi mortem imminere, aut membri mutilationem, niſi cum Meuia matrimonium cõtraxerit, eliget potius matrimonium contrahere quam mortis periculum ſubire, ſic & è contra non erit metus iuſtus & cadens in virum conſtantem & prudentem, quando puta homo diues videat ſibi imminere periculum amittendi centum aureorum niſi cum Meuia contraxerit matrimonium & tamen contrahit, vt ibi per eum. & per Tho. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 1. ſub num. 9. & 10. & ſeqq. vſque ad nu. 15. vbi è contra facit concluſionem quod non dicitur metus cadere in conſtantem virum niſi malum quod timetur ſit magnum & quomodo, & quãdo dicatur magnum. & diſputat. 2. per tot. vbi latè diſputat de materia, & veritate huius concluſionis.

Et hæc ſit ſexta Limitatio.

80 METVS iuſtus & cadens in conſtantem virum requiritur vt ſufficiat ad actus ſeu contractus reſciſſionem & inualiditatem, ad hoc vt detur directa actio quod metus cauſa, minor tamen & leuior ſufficit metus, ad effectum vt actus reſcindatur non directa actione ſed vtili vel officio iudicis, vt in ſpecie conſuluit Mandell. conſ. 77. num. 2. Hercul. de caut. de non offend. cap. 1. num. 10. ex Abb. quem allegat in c. fina. num. 7. extra de eo quod met. cauſa. alios refert Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 9. num. 5. qua in re vide latius per eruditiſſimum Sarmient. ſelectar. interpret. lib. 2. cap. 11. per tot. vbi optime declarat, an & quando metus etiam læuis, & non cadens in conſtantem virum contractum metu initum reſcindere faciat ſi metu, quamuis leui initum fuiſſe cõſtiterit. & Thom. Sanchez. dict. diſput. 9. nu. 6. vbi reprobat Sarmient. in loco præallegato faciunt quæ dixi infra nu. 86. & vt meum quoque interponam iudicium dicendum eſſe crediderim, quod ſi in contractu per metum celebratum adeſt læſio contrahentis, & tunc ſiue metus fuerit grauis, ſiue leuis reſciſſione non eſt opus per ea quæ dixi ſupra num. 22. Si verò in contractu adeſt læſio, & tunc ad illius reſciſſionem metum etiam leuem ſufficere multo verius crediderim rationibus per Sarmient. vbi ſupra adductis, & conſideratis. Nunquid vero ad reſciſſionem con-

tractus ex leui metu celebrati detur actio directa quod metus cauſa, an vero vtilis, ſeu officium iudicis, & quæ ſit differētia inter huiuſmodi actiones, & præſertim an dentur ad quadruplum, an vero ad ſimplum, remitto me ad Sarmient. Vbi ſupra, quem omninò bene hanc materiam declarantem videas.

Et hæc ſit ſeptima limitatio. veniamus modo ad ſingulares caſus quibus metus iudicatur iuſtus & cadens in virum conſtantem.

81 METVS Iuſtus & cadens in conſtantem virum inducitur ex præcepto tyranni. Ancharan. conſ. 299. viſa ſupradicta per tot. Vbi loquitur in Ottone tyranno Parmæ. Gemin. conſ. 15. verſ. Item ſolum verbale vbi dixit quod ſolum verbale Imperium Regis cauſat iuſtum metum quando alias conſueuit male tractare, & opprimere non obedientes. Ang. conſ. 378. incip. D. Raymundus. & conſ. 379. per totum vbi dixit quod ſpiriritus tyranni dicitur ſpiritus diaboli, & multa alia ponit ad excuſationem eius qui obediuit mandato tyranni. Caſtilion. conſ. 13. num. 24. verſ. Idem quoque & ſeq. Vbi de contractu facto cum tyranno in quo quis eſt enormiter læſus. Ancharan. conſ. 299. viſa ſupradicta per tot. Natt. conſ. 451. num. 17. Vbi quod metus à tyranno illatus durat toto tempore ſuæ tyrannidis. Maſcard. de probationib. lib. 2. concluſ. 1051. num. 52. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concl. 216. num. 15. & concl. 217. num. 6. & num. 18. & num. 21. & concl. 218. num. 3. & concl. 220. num. 32. & concl. 223. num. 33.

Declara dummodo interueniat læſio, alias ſecus Grāmat. deciſ. 103. num. 52.

82 METVS Iuſtus & cadens in conſtantem virum dicitur quando Princeps ſeu Dominus, ſubditis iubet vt aliquid faciant, iuſſus enim & preceptum Principis, eſt iuſta cauſa timoris ad gloſ. in cap. conuenior. in verbo monere. 23. quæſt. 8. Riminal. in l. interpoſitas. nu. 2. verſ. Item prædictis adde. C. de tranſactionibus. Bal. conſ. 142. dominantibus magnificis. num. 2. verſ. Solutio. lib. 1. Ang. conſ. 215. reperitur in quadam. col. penultima in princip. verſ. Item præmitto. Fulgoſ. conſ. 191. titius iuſſus, vbi idem de iuſſus ſuper oris ſub pœna indignationis. Gemin. conſ. 15. num. 10. Vbi tamen loquitur quando cum iuſſu Principis concurrunt minæ de male tractando. Fulgoſ. conſ. 191. Titius iuſſus vbi præſertim loquitur quando Dominus iubet ſub pœna ſuæ indignationis. Rolan. conſ. 100. num. 129. & ſeq. Vbi quod metus Principis eſt quodammodo vís præciſa quæ omnem tollit conſenſum. lib. 4. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 4. & num. 55. Vbi facit concluſionem quod ſimplex præceptum Regis iuſtum metum inducit. Menoch. de præſump. lib. 3. præſumpt. 126. num. 12. Vbi plures allegat dicentes ex contractu Principis cum ſuis ſubditis argui metum, & num. 14. loquitur de Principe grauante ſubditos ad præſtandum indebitas collectas. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 214. n. 3. & n. 10. Vbi refert, & ſequitur. Bal. Ang. & Fulgoſ. in locis præallegatis. & cōcl. 217. n. 3. & cōcl. 218. n. 1. & concl. 223. n. 40. & ſeq. Vbi an ſeruitia indebita à ſubditis verſus dominos præſtita cenſeantur per metum extorta. refert Doctores hinc inde contrarium tenentes, & concl. 224. nu. 12. de quo etiam per Rolan. d. conſ. 100. num. 123. lib. 4.

83 Declara præmiſſam concluſionem quia tunc demum ex iuſſu & præcepto Principis inducitur iuſtus metus quādo conſtat eundē Principem ſolitum eſſe ſeuire contra inobedientes alias ſecus ad ea quę in ſimili de precibus importunis, & in ſpecie alijs relatis voluit Dec. in l. in omnibus cauſis. num. 4. ff. de reg. iur. Vbi hac adhibita declaratione contrarias Doctorum concordat opiniones. Decian. conſ. 18. num. 127. lib. 1. Capyc. deciſ. 159. num. 33. Maſcard. qui alios refert concordantes de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 6. & 7. Menoch. de præſump. lib. 3. præſumpt. 4. num. 19. & præſumpt. 126. num. 13.

84 METVS iuſtus & in conſtantem virum cadens erit mortis periculum aut corporis cruciatus. l. interpoſitas. C. de tranſactionib. & ibi communiter notant omnes legiſtæ. cap. cum dilecta. & cap. perlatum. extra de his quæ vi metuſuè cauſa. cap. Lotharius. & c. ſi verum. 31. quæſt. ſecunda. gloſ. in cap. conſultationi in fine. extra de ſponſalib. & in locis prædictis communiter Canoniſtæ omnes. Dec. in l. in omnibus cauſis. poſt num. 2. ff. de reg. iur. Alex. conſ. 99. in caſu num. 3. verſ. & iura. lib. 3. & conſ. 156. num. 5. lib. 5. Anchar. conſ. 410. ponderata. num. 1. & conſ. 205. in quæſt. num. 7. verſ. pro cuius veritate. Decian. conſ. 96. num. 15. & 16. lib. 3. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 215. nu. 7. & n. 9. & n. 14. & n. 30. & concl. 217. n. 1. 2. & cōcl. 223. n. 44. Hercul. de caut. de non offenden. cap. 1. num. 12. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. nu. 18. Vbi quod metus mortis dicitur & intelligitur quando quis quaſi iam iam percuſſurus gladio ſupra caput adſtaret. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. cap. 135. num. 5. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucen. 18. num. 6. Vbi idem dixit. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 5. num. 4.

85 Sic & verbera quæ corpus cruciant iuſtum inducunt metum pluribus probat Barba. in conſ. 60. num. 2. verſ. capio nunc ſecundum. & num. 3. lib. 1. Hippol. Riminal. in repetit. cap. 1. de offic. deleg. num. 27. Hercul. de caut. de non offenden. cap. 1. num. 11. vbi de Flagellis. & præſertim in muliere vt dixi ſupra num. 75.

86 METVS autem reſcindens contractum, nunquid iuſtus dicatur, & in conſtantem virum cadens ſi leuior ſit quam mortis aut cruciatus corporis videtur negatiue reſpondendum. per tex. in l. interpoſitas. C. de tranſactionibus. vbi ad litteram dicitur.

Nec

Nec tamen quilibet metus ad reſcindenda ea quæ conſenſu terminata ſunt ſufficit; ſed talem metum probari oportet, qui ſalutis periculum vel corporis cruciatum contineat. ſed ne erres aduerte quod tex. ille intelligi debet vt procedat ſolum quando agitur ad reſcindendum contractum meticuloſum directa actione quod metus cauſa, ſecus ſi ad idem ageretur eadem actione non directa, ſed vtili vel officio iudicis vel condictione ex lege, aut alias prout à iure permiſſum eſt. Tunc enim ſufficere leuiorem metum quàm mortis, aut corporis cruciatus dubitandum non eſt per ea quæ infra dicam, & in ſpecie aduertit gloſ. in dict. l. interpoſitas. in verbo edicto perpetuo. & ibi etiam Bellapertic. in princ. verſic. Vos ergo notabitis. Odofred. nu. 2. & ſeqq. Bar. num. 4. verſic. Oppono, & videtur. & num. 5. Bald. num. 5. verſic. Modo contra iſtud oppono. Ang. num. 1. in princip. verſ. Et nota quod metus. Paul. de Caſtr. num. 2. in primo notab. Iaſ. num. 3. Roman. num. 1. verſ. Item nota meliorem textum, & num. 7. verſ. In gloſa quæ incipit Iacobin. de ſancto Georgio. num. 2. in primo notab. Curt. Iun. num. 13. & 14. & Ioan. Sicchard. num. 4. & conſuluit Mandel. in conſ. 77. num. 1. lib. 1. vbi etiam teſtatur de communi, & amplius ſubdit quod quando iura requirunt metum ſalutis, & cruciatus corporis vt in d. l. interpoſitas, cenſentur hoc dicere gratia exempli non autem quod metus in conſtantem virum non dicatur incurſus alio modo quam per periculum ſalutis & cruciatus.

87 METVS iuſtus & cadens in conſtantem dicitur terror armorum. Alexan. conſ. 156. viſo proceſſu. num. 4. verſ. Tertio præſuppono. lib. 5. vbi loquitur etiam quod arma non extrahantur dummodo ſint parata ad extrahendum. & conſ. 98. num. 4. & ſeq. lib. 3. & conſ. 99. num. 3. eodem lib. 3. Cepoll. conſ. 2. num. 5. verſ. Quarta coniectura. Pariſ. conſ. 60. num. 13. lib. 4. Socin. Iun. conſ. 77. num. 36. lib. 1. Sebaſtian. Medices de caſib. fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 7. Sexto modo colligitur. Nouell. reg. 222. in tertia fallentia in fine. Maſchard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 49. Vbi alij plures referuntur concordantes. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. num. 9. Ioſeph Ludouiſ. deciſ. Lucen. 18. num. 1. & ſeqq. Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 5. num. 5. Vbi alijs relatis ampliat etiam quod portans arma, ea deponat. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concluſ. 215. nu. 6. & concl. 216. n. 4.

88. Multo magis reputabitur iuſtus metus, & cadens in conſtantem virum ex inſulta cum armis. Aretin. conſ. 14. Viſo & diligenter. num. 15. verſ. Venio nunc ad tertium. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. numer. 8. vbi de contractu facto tempore quo ad oſtium domus ſtabant homines armati, qui facile vim inferre poterant, & præſump. 126. num. 27. Idem dicit Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 215. numer. quinto.

89. METVS dicitur iuſtus & cadens in virum conſtantem quando ex eo timetur amiſſio omnium bonorum, aut maioris partis eorum. tex. eſt in c. cum dilectus. extra quod met. cauſa. & in cap. 2. eodem titulo. Et in l. aduocati. & ibi gloſ. in verbo Vitam. C. de aduocatis diuerſorum iudicum, & in cap. 2. de reſtitut. ſpoliat. in 6. in fin. princip. Et in l. propter litem in princip. ff. de excuſat. tutor. Notant communiter Doctores in l. interpoſitas. C. de tranſactionibus. vt videre eſt ibidem apud Roman. poſt num. 9. Rim. nu. 2. verſ. Et adde Claud. Seyſſell. num. 14. Curt. Iun. num. 20. Alciat. num. 7. Et Padilla num. 14. Notant etiam communiter Canoniſtæ in d. cap. 2. extra quod met. cauſa vt ibidem videre eſt apud Ioan. And. nu. 2. Ant. de Butr. nu. 3. & nu. 6. Anch. nu. 2. Card. Zabarell. in princ. Imol. etiã in prin. & Abb. nu. 6. Item Ant. de Butr. in c. Gemma. nu. 7. extra de ſponſalib. Et ibi etiam Abb. nu. 2. & Alex. de Neuo. nu. 3. Bart. in l. ob turpem cauſam nu. 6. ff. de cond. ob turpem cauſam. Bero. in c. 1. nu. 11. verſ. Et non ſolum. extra de offic. delegati. Aret. conſ. 14. Viſo & diligenter. nu. 15. verſ. Nunc ad tertium. Socin. Iun. conſ. 77. nu. 34. & 35. lib. 1. Pariſ. conſ. 10. nu. 28. & nu. 38. lib. 1. Vbi declarat hoc nõ procedere in contractu tranſactionis quę prętendatur metu facta. Ruyn. conſ. 23. nu. 9. lib. 2. Dec. conſ. 690. n. 8. Aym. conſ. 49. nu. 7. Rolan. conſ. 2. nu. 55. lib. 1. Sebaſt. Medic. de caſib. fortuitis. par. 1. q. 7. nu. 7. verſ. Quinto modo probatur. Couar. in epith. de ſponſalibus par. 2. c. 3. §. 4. n. 18. Hercul. de caut. de non offenden. c. 1. nu. 13. verſ. Timor amiſſionis bonorum. Nauar. in ſumma. c. 22. nu. 52. verſ. Quintũ. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 135. nu. 9. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1051. nu. 54. Cardin. Tuſc. practic. concl. in verbo Metus. concl. 215. nu. 5. & concl. 217. n. 8. & 9. Thom. Sanchez, qui alios plures in idem refert concordantes de matrim. lib. 4 diſputat. 5. num. 20. & ſeqq. vſq; ad nu. 26. Vbi hanc concluſionem ampliat tribus modis. Primò vt procedat etiam in paupere habente pauca bona. Secundo etiam quod amiſſa maiori parte bonorũ, adhuc poſſit metum paſſus ſe ſubſtentare. Tertio etiam quod non ſit timor maioris partis bonorum, ſed ſolum alicuius rei magnæ & notabilis pro qua vltima ampliatio faciunt ſcripta per Gemin. in conſ. 15. nu. 22. verſ. Item facit timor cadens vbi loquitur de timore amiſſionis beneficiorum.

90. METVS iuſtus & cadens in virum conſtantem eſt periculum & timor verecundiæ, & amiſſionis honoris, quem morti æquiparari communiter tradiderunt Doctores in l. interpoſitas. C. de appellationibus, vt videre ibidem eſt apud Bar. poſt nu. 5. Vbi dixit ſufficere metũ verecundię, licet non contineat metum mortis vel cruciatus corporis, & ponit exemplum quando quis aliquem denudauit capite, vel corpore, ita quod non poterat in publico comparere ſine dedecore. & huius rei gratia fecit pactum vel tranſactionem. Bald. num. 5. verſic.

quando quis vult reſcindere per officium iudicis, vbi ponit ſimile exemplum in eo, qui denudauit mulierem dicens aut remittam te nudam extra domum, aut promittas mihi decem, Ang. poſt nu. 1. Roman. poſt num. 9. Curt. Iun. num. 17. Vbi generaliter dixit quod dedecus & infamia æquiparatur morti, ſed de infamia dicam infra. & Iohan. Siccard. num. 5. Roman. conſil. 369. num. 14. verſic. Nec dixerit, & ibi Mandoſ. in additionibus in verbo Honoris. alios refert concordantes Sebaſtian. Medices de caſibus fortuitis. par. 1. quæſt. 7. n. 7. verſ. Septimò colligitur, & verſ. Nono colligitur. Vbi etiã de metu priuationis dignitatis, & verſ. Vigeſimo quinto verecundiæ cauſa metus. Sarmient. Selectar. interpret. lib. 2. cap. 11. num. 51. verſ. Præterea. Bartol. Vbi de metu magnæ verecundiæ & de metu honoris vel pudoris. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1051. num. 53. Seraphin. de priuileg. iuramenti. priuileg. 29. num. 2. Decian. conſ. 1. num. 134. & ſeq. verſ. Non obſtat. lib. 3. prout illum refert & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 215. n. 13. & concluſ. 216. num. 19. Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 4. diſputat. 15. num. 11. Vbi alios refert & ampliat etiam in eo qui timet de viro dicace & contumelioſo ſolitoq; verba detractoria in alterius dedecus proferre. per gloſ. quam allegat. in cap. cum dilectus. in verbo Metum. extra de his quæ vi aut metus cauſa.

91 METVS propterea comminati ſtupri, tàm in viro quam in muliere, erit iuſtus metus reputabiturque cadens in virum conſtantem. tex. eſt in l. iſti. ad finem ff. quod met. cauſa. Vbi dicitur quod ſi dederit ne ſtuprum patiatur vir ſeu mulier hoc edictum locum habet, cum viris bonis iſte metus maior eſſe debeat quam mortis, & voluit in eadem l. interpoſitas. Bellapertic. col. 2. in princ. verſ. vel ſi timuit ne ſtupraretur. C. de tranſactionib. & ibi etiam Riminal. col. penult. poſt med. Vbi ampliat etiam in metu adulterij. Thom. Sanchez qui alios plures Theologos idem dicentes refert in tracta. de matrimonio lib. 4. diſputat. 5. num. 12. Vbi ampliat etiam in ſtupro comminato in viduam, & etiam in mulierem inhoneſtam. declarando tamen vt ibi per eum.

92 METVS itidem infamiæ cum per eam honor ammittatur æquiparari metui mortis & ſic dici eum cadere in virum conſtantem. probat tex. in l. iuſta. ff. de manumiſs. vindicta in illis verbis Iuſta cauſa manumiſsionis eſt ſi periculo vitæ infamiæque Dominus ſeruum liberauerit. & ibi gloſ. in verbo Infamiæ. notat ſimile eſſe periculum vitæ & infamiæ. Et in ſpecie voluit Curt. Iun. in l. interpoſitas. num. 17. C. de tranſactionibus, vbi expreſsè dixit, quod dedecus & infamia æquiparatur morti. Et licet cõtrarium ſuaderi videatur. per tex. in l. nec timorem ff. quod met. cauſa. vbi dicitur nec timorem infamiæ hoc ædicto contineri. tu tamen pro concordia diſtinguas de infamia an ſit grauis ſeu leuis, vt primo caſu illius timor dicatur iuſtus & cadens in virum conſtantem. Secundo autem caſu non, prout bene ſic diſtinguendo, & contraria concordando ſcripſit Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 5. num. 13. & ſeqq. Vbi alijs relatis ampliat ſiue infamia ſit iuris, ſiue etiam facti, cui tamen occurri non poſsit & dummodo ſit grauis vt ſupra.

93 METVS iuſtus & cadens in conſtantem virum, non ſolum inducitur ex cruciatu corporis, & verberibus vt dixi ſupra num. 84. ſed etiam ex minis & verbis minatorijs. tex. eſt & ibi communiter notant omnes Canoniſtæ in c. 1. de offic. deleg. in illis verbis Minis aut terroribus conquerentes libere compellunt. pluribus probauit Barba. in conſ. 60. lib. 1. in ſecundo dubio. poſt num. 2. & 3. Sebaſt. Medices de caſibus fortuitis. quæſt. 7. par. 1. num. 7. qui tamen loquitur in minis prolatis à potente. Declara hanc concluſionem vt in ſequenti num. 94.

94 METVS tunc demum iuſtus & cadens in cõſtantem virum inducitur ex minis quando ſunt illata à perſona potente, & ſolito minas exequi alias ſecus notant communiter omnes Canoniſtæ in d. cap. 1. de officio delegati, vt videre eſt ibidem apud Abbatem num. 3. Felyn. ſub num. 2. Dec. ſub num. 14. Mantua num. 4. verſ. & præterea verum eſt. & iterum infra in verſ. minęque & terrores. Bero. num. 11. verſ. quare hoc declara. & num. 17. & ſeqq. Vbi latius hanc declarat materiam. & Hippol. Rimin. in repetit. num. 23. Vbi amplius quod probandum eſt minantem ſolitum eſſe exequi minas contra iuſtitiam, & num. 25. vbi & amplius quod non ſufficit ſemel minantem exequutum fuiſſe minas. Roman. in l. interpoſitas. num. 3. C. de tranſactionibus. Egid. Bellamer. conſ. 9. num. 8. & ſeqq. vbi propterea dixit ad hoc vt verba minatoria inducant iuſtum metum tria debent concurrere. Primò quod minæ reſpiciant perſonam vel bona. Secundo quod minans ſit perſona potens. Tertiò quod ſit ſolita. Alex. conſ. 156. viſo proceſſu. num. 5. verſ. item iuſtum metũ. lib. 5. Ang. conſ. 379. optime & vere in principio. vbi de minis potentiorũ. Abb. conſ. 3. incip. Nitar. col. 6. in principio verſ. Quinimò. lib. 2. Vbi quod minæ inferunt iuſtum metum habito reſpectu ad qualitatem perſonarum. Bellon. conſ. 18. num. 15. Pariſ. conſ. 14. num. 43. lib. 1. Rolan. conſ. 83. num. 28. & ſeqq. lib. 2. Decian. conſ. 18. nu. 127. lib. 1. Card. Tuſc. practicar. concl. in verbo Metus. concl. 215. num. 10. & num. 12. & 17. & ſeq. & concluſ. 217. num. 4. & num. 16. & num. 17. niſi etiam ſic exequendi probetur conſuetudo. Sebaſt. Medices de caſib. fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 67. Hercul. de caut. de non offenden. cap. 1. n. 11. verſ. minæ. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. n. 18. & ſeqq. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2.

caſu

caſu 136. num. 11. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. num. 24. & 25. Thomas Sanchez de matrimonio.lib. 4. diſputat. 1. num. 21. & ſequ. Vbi pluribus hanc probat concluſionem, & etiam declarat quando minæ debent eſſe in eodem genere mali comminati, an ſufficiat quod minans ſemel male tractauerit vide ipſum hæc omnia bene omnino declarantem.

95 Subdeclara præmiſſa non procedere in metu reuerentiali in quo probatis minis illius cui reuerentia debetur, vt puta Prælati, mariti, domini, & parentis, non eſt neceſſè aliàs probare quod minans ſit ſolitus minas exequi. Sic enim relatis & reprobatis contrarium tenentibus pluribus comprobat Hippolit. Riminal. in repetitione. cap. 1. de offic. delegati. num. 25. verſ. & quæ dicta ſunt. & num. 26. 27. & 28. & inſtituta quibus alienare liceat in princ. num. 305. & ſeqq. & ante eum Roman. in l. interpoſitas. num. 14. verſ. Non tamen putarem. C. de tranſactionibus. Boer. deciſ. 100. num. 13. Alciat. in cap. cum contingat. num. 1. de iureiuran. Petr. Perez de teſtamentis coniugum. lib. 1. cap. 3. num. 3. & ſeqq. Et ita hanc eſſe communem opinionem, teſtatur Ruin. conſ. 121. num. 6. lib. 4. A qua minimè in iudicando recedendum putarem quicquid ſecus exiſtimauit, Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 6. num. 20. & 21. cum allegatis per eum.

96 Subdeclara ſecundo præmiſſam concluſionem procedere quando ſolæ minæ proceſſerunt. Tunc enim probanda eſt conſuetudo exequendi minas. Secus ſi quis prius aliquem puta verberauit, quia tunc ſubſequentes minæ inducunt iuſtum metum licèt non probetur conſuetudo exequendi minas, ſecundum Hippol. Riminal. poſt Ruyn. quem allegat in repetit. cap. 1. num. 25. verſ. Limitatur nunc iſta concluſio.

97 Subdeclara tertio quando minans fuerit Princeps, aut aliqua perſona potens, nam tunc inducunt iuſtum metum minæ etiam quod non probetur conſuetudo illas exequendi, ſecundum Roman. in l. interpoſitas. num. 4. C. de tranſactionibus. Et voluit Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 6. num. 22. poſt Bero. & Padillam in locis per eum relatis.

98 METVS iuſtus & cadens in conſtantem virum inducitur ex importunis precibus aſſiduiſq; ſollicitationibus, petitionibus & moleſtijs eorum, præſertim qui aut iubere poſſunt, aut potentes ſunt l. 1. §. 2. & ibi notant omnes. ff. de ſeruo corrupto. Felyn. in cap. 1. poſt num. 2. de offic. deleg. Roman. in l. interpoſitas. num. 3. verſ. Eodem etiam modo. & num. 4. C. de tranſactionibus. Paul. de Caſtr. in conſ. 174. lib. 1. Barbat. conſ. 60. nu. 3. ante finem. verſ. Capio nunc tertium aſſumptum. lib. 1. Vbi de precibus inſtantiſſimis Principis, aut alicuius potentis. Mandell. conſ. 77. num. 10. Vbi de precibus Magiſtratus. Boer. deciſ. 161. num. 10. vbi quod paria ſunt obtinere per importunitatem & obtinere per metum. Petr. Peck de teſtament. coniugum. lib. 1. cap. 3. num. 4. & ſeqq. Vbi pluribus exornat concluſionem, illam, quod aſsiduæ & importunæ petitiones, æquiparentur metui, Sebaſtian. Medices de caſibus fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 7. verſ. Vigeſimo ſecundo arguitur. vbi loquitur de precibus illius, qui imperare poteſt. Decian. qui tamen loquitur concurrentibus minis in conſ. 65. num. 2. Et per tot. lib. 2. Villalob. in commun. opin. littera M. num. 52. Vbi de communi, & quod importunæ preces metui iuſto æquiparentur plura iura, pluresq; Doctorum auctoritates, quas hic referre longum eſſet refert Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 7. num. 4. per totum & num. 8. Vbi tamen ſubdit non quaſcumq; preces aſſiduas importunas dici, ſed eas tantum quæ inſtantiſſimæ ſunt, & ſæpius repetitæ & inculcatæ, iuribus ibi per eum allegatis. Ad quam materiam vide Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verba Metus. concluſ. 217. num. 22. & latius in verbo Perſuadens. concl. 322. per tot. & in verbo Preces. concl. 484. pariter per tot. & in ſpecie de teſtamento, & inſtitutione hæredis facta ad importunas preces, & ſuaſiones dixi ſupra in tracta. de falſitate. quæſt. 161. num. 58. & ſeqq. Amplia & Limita hanc concluſionem, vt infra numer. 99. & ſeqq.

99 METVS reuerentialis ſatis dicatur probatus quando probantur perſuaſiones, & importunę preces in perſona cui debetur reuerentia, vt puta in Principe verſus ſubditum, & in patre verſus filium, & in domino verſus ſeruum, & alijs de quibus dicam infra. num. 124. ſecundum Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ. in fine. ff. quorum rerum actio non detur. Paul. de Caſtr. conſ. 174. lib. 1. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 167. num. 4. probat text. in c. petitio. extra de iureiurando. Vbi Innoc. Hoſtien. & Ioan. Andr. cum alijs relatis per Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 3. nu. 5. & 6. vbi etiam refert contrarium tenentes & illos reprobat. Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 219. num. 3.

100 Idem de blanditijs & precibus non importunis potentum, quod metui, & minis æquiparentur voluiſſe videtur idem Roman. in dict. l. interpoſitas. num. 4. C. de tranſactionibus, & voluiſſe videtur. gloſ. in l. vnica. in verbo Pignora. C. ſi rector Prouinc. vbi dixit non eſſe matrimonium, quando contrahentes blanditijs Principum inducti ſunt ad illud quam ſequuntur Marſil. ſingul. 645. incip. Aduertant Principes, & alij relati per Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 7. num. 3. in fine. verſ. Huc venit intelligenda.

101 Contrarium quod preces Principis ſeu ſuperioris non ſoliti tamen ſibi non acquieſcentes ti. annicè tractare preces non importuna, ſeu blanditi non inducunt iuſtum metum cadentem in conſtantem

virum, colligitur à contrario ſenſu ex l. final. C. de his quæ vi metusvè cauſa, & voluerunt Ioan. Andr. in c. final. in fine qui clerici vel vouen. & ibi etiam Ant. de Butr. num. 6. Card. num. 4. in tertia oppoſitione. Abb. num. 8. & Præpoſ. num. 8. Idem Abb. in c. 2. num. 4. & in c. cùm dilectus. num. 8. extra de his quæ vi &c. Felyn. in c. cauſam matrimonij.num.3.de offic.delegat. Tiraquell. de pen. temperan. cauſa 31. num. 8. & alij plures quos refert & ſequitur Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 7. num. 1. & num. 3. vbi reſpondendo contrarijs dixit tunc demum preces non importunas & blanditias Principis inducere iuſtum metum quando in illis tacite inſunt etiam minæ, aliàs ſecus.

102 METVS autem iuſtus non inducitur ex importunis precibus, & aſſiduis moleſtijs cuiuſcunque etiam Principis & Potentis, niſi fuerit probatum ſic importune precantem, & moleſtantem eſſe ſolitum malè tractare non obedientes ſuis precibus. ſecundum Felyn. in c. 1. num. 2. verſ. An autem preces potentum.& ibi etiam Mantua num. 6. de offic. deleg. Roman. in l. interpoſitas.num. 3. in fine & num. 4. C. de tranſactionib. Abb. in c. cum inter R. num. 8. de elect. Alex. conſ. 16. ponderatis narratis num. 9. verſ. Nec obſtat. lib. 3. Pariſ. conſ. 5. num. 182. lib. 4. Rolan. conſ. 83. n. 25. & ſeqq. lib. 2. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 223. num. 4. & concluſ. 224. num. 20. & in verbo Preces. concl. 484. num. 4. & in hanc ſententiam inclinaſſe videtur Thom. Sanchez lib. 4. diſputat. 7. num. 4. verſ. vltimo quia iunctis.num. 7. Vbi relata opinione eorum qui dixerunt importunas preces æquiparari metui dixit probabiliorem eſſe ſententiam non æquiparari niſi concurrente metu reuerentiali, ergo multo magis concurrentibus minis, & ibidem num. 2. ſubdit in dubio non eſſe præſumendam conſuetudinem male tractandi, niſi probetur.

103 METVS iuſtus & cadens in conſtantem virum dicitur ille qui oritur ex comminatione excommunicationis ex allegatis per Barbat. conſ. 60. num. 3. poſt med. verſ. Hinc eſt quod gloſ. lib. 1. & conſ. 3. Incip. Benè enim cuncta geriuntur. lib. 3. ſicut illum refert, & ſequitur Dec. in l. omnibus cauſis. num. 6. ff de reg. Iur. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concl. 216. num. 18. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 5. num. 17. verſ. Tandem quia, vbi pro hac eadem concluſione plures Doctorum affert auctoritates. & num. 19. Contrarijs reſpondet.

104 METVS iuſtus & cadens in conſtantem virum ex comminata excommunicatione tunc demum dicitur quando excommunicatio comminata eſt iniuſta, ſecus ſi iuſta. ſecundum Roman. in l. interpoſitas. num. 16. & 17. C. de tranſactionibus, & ibi etiam Riminal. num. 2. verſic. & an metus excommunicationis. idem Roman. conſil. 369. circa primum. num. 9. & ſeq. Hippolyt. Riminal. in repetir. cap. 1. num. 24. de offic. deleg. cum allegatis per eum. Couarr. in epith. 4. decret. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 12. vbi alijs relatis teſtatur de communi. & ita de excommunicatione iniuſta loquitur Egid. Bellamer. conſ. 9. numer. 9. verſic. & facit, quem refert Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 215. num. 12. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 50. & 51. vbi alijs pluribus relatis teſtatur de communi. Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 5. num. 16. & 17. Vbi propoſita & diſcuſſa hinc inde quæſtio. hanc amplectitur diſtinctionem, & pro ea quamplures affert Doctorum auctoritates, & diſputat. 13. num. 3. verſ. Secundo principaliter vbi teſtatur de communi fere omnium ſententia.

105 Declara rurſus præmiſſam declarationem vt tunc demum comminatio iniuſta excommunicationis producat metum iuſtum & cadentem in virum conſtantem niſi ſuperior adiri facillimè poſſit ad excommunicationem tollendam, quod iudex arbitrabitur vt per Couarr. in epithom. 4. decretal. part. 2. cap. 3. §. 4. num. 12. verſic. Eſt enim hoc intelligendum. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 5. num. 18. vbi pariter facit concluſionem etiam iniuſtam excommunicationē non eſſe timendam quando ei facile occurri poteſt. Verum quando hoc ſit quod excommunicationi facile occurri poſſit vel nè, vide omnino ibi eum bene declarantem.

106 Nunquid autem irritetur matrimonium ad quod iudex aliquem cogit iuſtè tamen Vide eundem Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 13. num. 6.

107 METVS iuſtus & in conſtantem virum cadens inducitur ex carceratione alicuius. Tunc enim intrat metus cruciatus corporis. l. qui in carcerem. ff. de eo quod metus cauſa. Gemin. conſ. 15. num. 10. Item fuit cruciatus. & num. 11. Ad quam materiam, an ſcilicet & quando iuſtus metus præſumatur ex actu facto in carcere, vel propter carcerationis timorem vltra ea quæ dixi ſuo loco in titul. de carceribus & carceratis. de contractu carcerati, an & quando valeat. Vide Bald. & Odofred. in l. qui in carcerem. ff. quod mer. cauſ. Caſtren. & Aret. in l. qui à latronibus. ff. de teſtamen. Textus & Doctor. in l. ſi donationis. & in l. ſi per impreſſionem. C. de his quæ vi metusvè cauſa. Bald. conſil. 247. proponitur quod Ioannes lib. 2. & conſil. 26. punctus infraſcripti lib. 3. Cuman. conſil. 68. in præſenti per tot. Alexan. conſ. 127. Viſo inſtrumento. numer. 4. & 5. verſic. Non obſtat etiam quod dicitur lib. 5. Aret. conſil. 14. Viſo, & diligenter nu. 15. verſ. ſecundus etiam actus. vbi quod etiam timor iuſtus inducitur ex carceratione filij & conſ. 96. in Themate ſupradicto nu. 13, & ſeq. vbi de contractu facto in carcere priuato

Card.

Card. Zabarell. conſ. 137. in princ. vbi pariter loquitur in carceratione filij. Dec. conſ. 129. viſo numer. 5. Soccin. iun. conſ. 77. nu. 37. & 38. lib. 1. Vbi pariter de metu propter filiorum carcerationem, cum parentes magis in filijs quam in ſe terrentur. Pariſ. conſ. 5. num. 161. & ſeqq. in diſcurſu lib. 4. vbi de metu propter fratris carceratione inducto quod nihil operatur quando carceratio eſt iuſta de quo particulariter dixi ſupra num. 21. Rolan. conſ. 2. numer. 47. & ſeqq. lib. 1. Vbi loquitur etiam in carceratione coniunctorum, & conſanguineorum & cōſ. 57. num. 39. & ſeqq. lib. 3. Natta conſ. 451. per tot. in diſcurſu, Sebaſt. Medic. de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 7. verſ. ſecundo per carcerationem Maſcard. de probat. concluſ. 1051. nu. 30. & ſeqq. lib. 2. & num. 45. Vbi præſertim de eo qui tenetur clauſus & reſtrictus. Card. Tuſc. pract. concl. verbo Metus. concl. 217. num. 5. & num. 12. & ſeqq. & 218. numer. 4. & concl. 220. num. 12. & ſeqq. & concluſ. 221. num. 16. 24. & ſeqq. vſque ad nu. 35. & concl. 222. num. 3. & concl. 223. nu. 34. & ſeqq. & num. 45. & ſeqq. & concl. 224. num. 4. Tho. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſp. 5. num. 9. Vbi declarat hoc procedere in metu carceris diuturni & de vinculis atrocibus.

108 METVS iuſtus & cadens in virum conſtantem dicitur ille qui procedit à vi compulſiua ſic enim ſuadetur ex allegatis ſupra nu. 5. Vbi probauimus dari metum compulſiuum & bene hoc probari videtur in cap. 1. de offic. deleg. prout ibidem adnotauit. Bero. num. 11. in fine. Odofred. in l. interpoſitas. ante num. 1. C. de tranſactionib. vbi dixit vim compulſiuam metum eſſe iuribus ibi per eum allegatis. Plot. de in lit. iuran. num. 75. Vbi quod pro geſtis per vim compulſiuam datur actio quod metus cauſa. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. n. 202. & ſeqq. Vbi latè docet metum ex vi compulſiua ortum habere licèt qua actione tunc agendum ſit diſputet.

109 Quamuis contrarium quod metus non ſit conſiderabilis ſi fuerit illatus per vim impulſiuam, ſeu inquietatiuam in quibus, nec metus, nec actio quod metus cauſa cadit voluerit gloſ. in l. ea in glo. fin. ff. quod met. cauſa. Milleus in repert. in verbo Metus, refert & ſequitur Pariſ. conſil. 235. num. 6. lib. 4.

110 METVS iuſtus & cadens in conſtantem virum non oritur ex accuſatione criminali l. accuſationis. & ibi gloſ. C. quod metus cauſa l. nec timorem ibi vexationis. ff. eodem. Pariſ. conſ. 135. nu. 7. lib. 4. Quod intelligas ſi accuſatio fuerit iuſta ſecus ſi iniuſta. Comminatio enim habentis iuriſdictionem de procedendo contra aliquem, niſi tale quid faciat iuſtum metum, & timorem inducit. Roland. conſ. 83. num. 4. & 5. lib. 2. Boſſ. in tit. de plurib. violentijs, nu. 111. vbi quod timor accuſationis factæ vel fiendæ non producit metum. Vbi etiam quid ſi accuſatio eſſet iniuſta, & calumnioſa vide ad hæc omnino declarantem. Tho. Sanch. de matrimonio, lib. 4. diſputat. 9. num. 9. & 10.

111 METVS iuſtus & cadens in conſtantem virum dicitur vbi agitur de perdēdo magnum lucrum vel de incurrendo graue damnum in rebus proprijs, tex. eſt qui de timore perdendi lucrum loquitur in l. fina. §. ſi fenerator. ff. de eo quod met. cauſa vbi iuriſconſultus concedit reſtitutionem pecuniæ extortæ metu perdendi Doctores in l. Interpoſitas. C. de tranſaction. vt ibidem videre eſt apud Bellaper. col. 2. in princ. verſ. Quandoque officio Iudicis & verſ. ſeq. Cyn. poſt num. 1. verſ. Per iudicis officium. Bal. num. 6. Salyc. num. 5. Anchar. in c. 2. num. 2. extra de his quæ vi metuſue cauſa. & in cap. vnico eodem tit. in 6. in fine. vbi etiam Franch. num. 8. Curt. iun. nu. 18. & ſeq. Neuizzan. conſ. 47. num. 18. Cephal. conſ. 295. num. 17. Emilian. conſ. 73. num. 10. Rolan. conſil. 100. nu. 126. lib. 4. Sebaſtian. Medic. de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 7. verſ. decimo timor lucri amittendi. Tho. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſput. 5. nu. 27. & ſeqq. Vbi etiam refert contraria argumenta.

112 Exemplum in Medico faciente leuem infirmitatem periculoſam, & huius rei gratia ab eo extorquente aliquam promiſſionem. l. medicus. ff. de varijs & extraordinarijs cognitionibus, Bellapert. in l. Interpoſitas col. 2. verſ. Et iſtud poſſet dici. C. de tranſactionib. Et ibi etiam Bal. num. 5. verſ. Quandoque infertur metus. Bal. etiam nu. 5. eodem verſ. Quandoque infertur metus. Ang. poſt num. 1. verſ. Exemplum in Medico. Roman. nu. 10. vbi dicta de Medico extendit ad Aduocatum ſeu Procuratorem qui inferendo metum ſuo clientulo perdendæ litis ea occaſione extorquet aliquam promiſſionem, & Ioan. Siccard. numer. 5. verſ. ſic quoque agimus contra Medicos. Sebaſt. Medices de caſib. fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 7. verſ. 13. colligitur.

113 Aliud exemplum in eo qui minatur alicui comburere vel deſtruere domum, quod ex iſtis minis oriatur iuſtus metus reſcindens contractum, voluit Bellapert. in l. interpoſitas. C. de tranſactionib. col. 2. verſ. Item intelligo, & ibi Odofred. num. 3. Bald. num. 6.

114 Aliud exemplum in eo qui non vult reddere inſtrumenta magnæ importantiæ vt puta ſtatus alicuius quod inde inducatur metus iuſtus ad reſcindendum contractum ſufficiētem, voluit Odofred. in d. l. interpoſitas. num. 3. C. de tranſactionibus, & ibi etiam Curt. iun. num. 19. verſ. & ideo, & quod timor amiſſionis inſtrumentorum totius vel maioris partis patrimonij ſit metus cadens in conſtantem virum, voluit Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. quinta num. 26.

115 METVS iuſtus nunquid inducatur ex præcepto officialis, dic regulariter quod ſic vt notant communiter Doctores in l. interpoſitas. C. de tranſactionibus per text. in l. ſi per impreſſionem. C. quod met. cauſa vt videre eſt in eadem l. interpoſitas apud Odofred. num. 4. Bar. num. 6. verſ. quando-

que hæc auctoritas Bal. num. 5. in fine. verſ. Quandoque ſit aliquid propter metum Poteſtatis vel officialis. Paul. de Caſtr. num. 3. Curt. iun. num. 4. Vbi de Prætore qui conſueuit terrorem inferre. & n. 19. Sebaſt. Medic. de caſib. fort. par. 1. quæſt. 7. verſ. 8. arguitur ex contractu inito cum iudice vel cum officiali, Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 5.

116 Vide tamen ad declarationem præmiſſæ concluſionis, Roman. in d. l. interpoſitas. num. 14. in fine verſ. in eo autem vbi dixit quod ſola reuerentia eius qui poteſtatem habet non ſufficit ad reſciſsionem actus, niſi probentur minæ & quod ſit ſolitus minas exequi. Dec. in l. in omnibus cauſis. num. 5. ff. de reg. iur. vbi quod ſic quando ille officialis conſueuit facere illud quod dicit, Rolan. conſ. 83. nu. 4. & 5. lib. 2. Vbi de officiali habente iuriſdictionem, & comminante aliquem carcerare, & contra ipſum procedere, ſi tale quid faciat vel non faciat, & ſic nota quod ſola dignitas perſonæ ſeu Magiſtratus reuerentia iuſtum metum non inducit, niſi addantur minæ vt ex præallegatis apparet, & in ſpecie adnotauit Auguſtin. Bero. in c. 1. num. 11. verſ. ſola enim dignitas. de offic. delegati & num. 17. & ſeqq. Vbi melius declarat hanc materiam de metu commiſſa à Magiſtratu quando adhoc vt dicatur iuſtus ſit neceſſe quod concurrant etiam verba minatoria: vel & quod ſit ſolitus minas exequi, & ibidem Hippol. Riminal. num. 27. verſ. ſed & vlterius concludit iudicem ſeu Magiſtratum non inferre iuſtum metum ex ſola eius præſentia, niſi interuenerint minæ, licet bene verum ſit quod minis concurrentibus non eſt neceſsè probare conſuetudinem exequendi minas, Sebaſtian. Medic. de caſibus fortuitis par. 1. dicta quæſt. 7. num. 66. Vbi pariter dixit quod metus cauſatus ex ſola dignitate contrahentis non dicitur iuſtus niſi concurrant verbera vel verba iniurioſa, Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. numer. 6. Vbi etiam declarat dummodo probetur conſuetudo Magiſtratus male tractandi ſibi non obtemperantes. Menoch. de præſump. lib. 3. præſumpt. 126. num. 8. Vbi etiam quod non præſumitur illatus metus ab obtinente dignitatem & Magiſtratum, & præſumpt. 127. num. 2. & 3. Vbi idem dicit.

117 METVS iuſtus & cadens in virum conſtantem eſt ille qui naſcitur ex periculo amittendi libertatẽ ex allegatis per Sebaſtian. Medic. de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 7. verſ. decimonono. Metus facit tex. in l. ego puto, & l. Iſti quidem. ff. eo quod met. cauſa, cum alijs per Thom. Sanchez de matrimonio. libro quarto diſputat. 5. numero 6. & ſeqq. Vbi num. 8. Idem dicit de timore grauis exilij, & numer. 10. Ampliat etiam in timore amiſsionis ſtatus.

ARGVMENTVM.

De metu reuerentiali.

SVMMARIVM.

Metus reuerentialis ſufficiens eſt ad reſcindendum contractum ab eo qui propter reuerentiam ſic contraxit; & non ſua ſponte. num. 118. Contra. nu. 119.

Metus reuerentialis vxoris erga virum reſcindit contractum factum cum viro. num. 120. & 121.

Metus reuerentialis cadit etiam in fratre, ſeu ſorore iuniori erga fratrem maiorem ſi cum eo babitet, & ab eo gubernetur. num. 122. Contra. num. 123.

Metus reuerentialis in quibus perſonis verificetur. num. 124.

Metus reuerentialis non eſt ſufficiens ad reſcindendendum contractum niſi probato metu alias quam per ſolam reuerentiam, nempe per minas, aut verbera, & ſic contra regulam. num. 125. Contra. nu. 126. Declara n. 127. ſub declara 2. n. 128. & 129.

Metus licet ex ſola reuerentia iuſtus non reputetur vbi tamen vltra reuerentiam in actu de quo agitur interuenit læſio. Tunc ex reuerentia, & læſione ſimul iuſtus inducitur metus ad reſcindendum actum ſufficiens. num. 130. 131. & num. 132.

Metus reuerentialis cum læſione licèt in alijs contractibus reſcindat contractum non tamen ſic eſt in contractu matrimonij in quo ſi vltra reuerentiam interuenerit læſio vt puta in matrimonio inito inter Perſonas diſparis conditionis, non per hoc tamen matrimonium irritatur. nu. 133.

Metus præſumitur in donatione facta per filiam patri quando in ea eadem filia eſt enormiter læſa vltra dimidiam etiamſi ſit iurata. num. 134.

Metu reuerentiali quando quid geſtum dicatur. numero 135.

118 METVS reuerentialis ſufficiens eſt ad reſcindendum contractum celebratũ ab eo qui propter reuerentiam ſic cõtraxit, & non ſua ſponte l. 1. §. quæ onerãdæ ff. quarum rerum actio, Bal. conſ. 108. D. Ioanna, nu. verſ. ſexto &c. lib. 3. Paul. de Caſtr. cõſ. 174. contra ſuperius conſulta. in princ. lib. 1. Bal. in l. interpoſitas. n. 5. in fine. verſ. adde quod id quod ſit propter nimiam reuerentiam C. de tranſactionibus. Sebaſt. Medic. de caſib. fortuitis. par. 1. quæſt. 7. nu. 7. verſ. tertio arguitur, & pro hac concluſione vide iura & Doctores relatos per Thom. Sanchez de matrim. lib. 4. diſput. 6. num. 4. per tot. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus concluſ. 219. num. 1.

119 Contrarium quod metus ex reuerentia inductus non ſit ſufficiens ad reſcindendum contractun, alijs relatis dixit magis cõmunem, Viu. in commu. opin. in verbo Contractus. ver. & his accedit Nouell. reg. 221. in 2. fallen.

Hæc

Hæc regula affirmatiua habet non nullas ampliationes, & limitationes de quibus infra.

120 METVS reuerentialis vxoris erga virum reſcindit contractum factum cum viro, Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 5. num. 36. vbi quod metus reuerentialis præſumitur in vxore erga virum, ſicut in liberis erga parentes ex allegatis per Tiraquell. de legib. connubialib. gloſ. 5. num. 56.

121 Et hæc ſit prima ampliatio propoſitæ regulæ, pro cuius declaratione diſtingue inter magnam, & nimiam reuerentiam quam vxor habet erga ſuum virum, aut non ſic magnam, & nimiam reuerentiam habitam viro ab vxore, vt primo caſu ſola reuerentia contractum reſcindat, etiam non probata præcedente illatione metus 2. autem caſu ſecus, ſic enim relatis hinc inde contrarijs doctorum opinionibus poſt Ang. quem allegat diſtinguendo cóſuluit Barba. in conſ. 60. lib. 1. in 1. dubio, & præſertim nu. 1.

122 METVS reuerentialis cadit etiam in fratre, ſeu ſorore iuniori erga fratrem maiorem ſi cum eo habitet & ab eo gubernetur voluit Aret. conſ. 24. quatuor dubia in fine Ruyn. conſ. 98. viſa renunciatione nu. 24. lib. 1. & conſ. 70. de tribus. n. 16. eod. lib. 1. & conſ. 60. n. 18. lib. 3. prout iſtos refert & ſequitur Tiraq. de legib. connub. gloſ. 5. n. 36. Soccin. iun. conſ. 263. n. 3. & 4. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 141. n. 21. lib. 2. Rip. reſponſ. 4. num. 8. tit. de donationib. idem Tiraqu. de primogenitura in præfatione num. 143. cum alijs per Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 6. quæſt. 3. num. 31. & ſeq. Vbi concordando contrarios dixit primam opinionem eſſe admittendam quando ſoror minor, ſeu frater minor non habitaret cum fratre maiori, ſeu ſorore maiori, ſecus ſi inſimul habitaret, & a fratre, ſeu ſorore majori gubernaretur.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

123 Quamuis contrarium, quod metus reuerentialis erga fratrem non videatur conſiderabilis, nec atténdendus ad reſciſsionem contractus ſuadeatur ex allegatis per Capyc. deciſ. 159. num. 35. verſ. tamen vereor & num. 36. vbi amplius quod non eſt credendum teſtibus deponentibus ſororem habere fratrem in reuerentia & timore, niſi eorum depoſitiones concludentem reddant rationem.

124 METVS reuerentialis in quibus perſonis verificetur, vide Tiraq. de legib. connubial. gloſ. 5. num. 36. & latius Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 6. num. 24. & ſeqq. per totam illam quæſtionem 3. vbi nu. 25. primo loco, & generaliter dixit metum reuerentialem dari in eo, qui iure aliquo ſubiectionis alteri ſubeſt vt in Clerico reſpectu Epiſcopi, in ſeculari reſpectu Magiſtratus, in vxore reſpectu viri, & in filio reſpectu patris, & num. 26. vbi de genero reſpectu ſoceri, & num. 27. Vbi de nepote reſpectu Aui, & num. 28. Vbi de impubere reſpectu curatoris, & nu. 29. & 30. vbi quid de timore matris, & nu. 31. vbi de timore reuerentiali nepotis reſpectu patrui.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

125 METVS reuerentialis non eſt ſufficiens ad reſcindendum contractum niſi probato metu alias quam per ſolam reuerentiam, nempe per minas, aut verbera, & ſic contra regulam de qua ſupra n. 118. ſecundum Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ n. 4. ff. quarum rerum actio, & ibi Alex. in addit. littera A. & Panſ. qui de communi teſtatur, idem Alex. ad eundem Bar. ibidem littera D. verſ. & ſic nota hic idem Alex. in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore n. 11. ff. ſoluto matrimonio, vbi reprobato Romano, ampliat etiam quod agatur cum tertio cui non debetur reuerentia, dederit cauſam contractui vt teſtatur de communi. Et notant communiter Doctores in l. interpoſitas. C. de tranſactionibus. vt ibi ibi videre eſt apud Bar. num. 5. in fine verſ. Quandoque infertur metus ratione maioritatis. & nu. 6. in princ. Bal. num. 5. poſt med. verſ. Quandoque infertur metus ratione maioritatis. Ang. num. 1. ante finem verſ. Item ſi ratione præeminentiæ. Alex. num. 5. Aret. num. 3. verſ. ſed dubium, vbi quod ita communiter dicunt Doctores, Roman. num. 11. & ſeqq. Vbi relatis aliorum diuerſis opinionibus & diſtinctionibus hanc ſententiam dicit communem, & ab ea nó recedendum, Iacobin. de ſancto Georg. num. 10. Vbi de communi, Riminal. col. penult. poſt med. Curt. iun. num. 21. Vbi quod hæc ſententia eſt communis & ſeruanda in practica, etiam quod contrahatur cum tertio, reprobato Romano contrarium tenente. Curt. iun. num. 29. ad finem. Bal. conſ. 108. nu. 7. verſ. ſed de hoc. lib. 3. & conſ. 316. factum ſuper quo poſtulatur in princ. lib. 4. & conſ. 62. facta ſuper quibus in princ. lib. 1. vbi tamen quod debet probari aut metus, aut nimia reuerétia Soccin. iun. conſ. 67. num. 39. lib. 2. Vbi de communi, & conſ. 77. numer. 154. lib. 1. Capyc. deciſ. 159. num. 32. in fine & nu. 33. Vbi de communi, Grammat. deciſ. 103. nu. 49. & 50. Rolan. conſ. 95. nu. 29. & ſeq. lib. 1. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 319. num. 6. & num. 8. & concl. 223. n. 5. & in verbo Reuerentia. concl. 311. per tot. vbi alia ad materiam, Ceph. conſ. 91. nu. 45. & ſeqq. Mandell. conſ. 4. num. 36. & conſ. 77. nu. 5. & ſeqq. lib. 1. vbi de communi Doctorum concluſione, & ibi in additionibus littera B. Diaz reg. 532. in princ. vbi hanc concluſionem ponit pro regula, & eam remiſſiuè limitat quatuor modis ex Natt. quem allegat in cap. quamuis de pactis in 6. in loco per eum relato, Boer. deciſ. 100. num. 11. & 12. vbi de communi, Tiraquell. de legib. connubialib. gloſ. 5. numer. 39. Plot. de in lit. iuran. num. 78. vbi alijs relatis teſtatur de communi. Villalob. in commun. opin. littera M. num. 49. Vbi de communi Couarr. in epith. 4. decretal. par. 2. c. 3. §. 6. num. 4. vbi alijs relatis teſtatur de communi, Hercul. de caut. de non offendend. num. 18. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 16. & 17. vbi alijs pluribus relatis teſtatur de communi. & num. 22. Menoch. de præſump. lib. 3.

lib. 3. præſumpt. 127. num. 1. & ſeqq. & nu. 11. Tho. Sanchez. de matrimonio. lib. 4. diſputat. 6. vbi nu. 6. & omnibus ſeqq. vbi relatis & reprobatis contrarium tenentibus, & eorum rationibus innumeras ferè pro hac ſententia adducit Legiſtarum, Canoniſtarum & Theologorum auctoritates, pluribus comprobat; & ampliat etiam in contractu filij celebrati cum patre cui nimia debetur reuerentia, & etiam in contractu inito cũ alio, cui reuerentia non debetur.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ affirmatiuæ regulæ, quam ſublimita, & declara tribus modis. vt infra.

126 Quamuis contrarium quod ſola reuerentia paterna reſcindat actum factum cum eo cui debetur reuerentia, voluerit Roman. in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore. ff. ſoluto matrimonio, & quicquid ſit in reuerentia alijs debita, quando ſumus in actu celebrato inter patrem & filium, vel celebratum à filio inſtante patre, quod tunc præſumatur metu geſtus abſque eo quod aliter probentur minæ ſeu verbera, facit tex. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio, dum alternatiuè & diſiunctiuè loquendo æquiparat ſolum metum, vel nimiam patroni venerationem per quem tex. & alia plura per eum conſiderata ſic plenè conſuluit Barba. conſ. 60. col. 1. & ſeqq. in primo dubio per tot. lib. 1. Bal. in l. interpoſitas. nũ. 5. in fine verſ. Adde quod id quod fit propter nimiam reuerentiam. C. de tranſactionibus relati per Maſcard. de probationibus lib. 2. concl. 1051. num. 29. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 127. num. 13. vbi dixit nimiam reuerentiam ſinè minis iudicis arbitrio facere præſumptionem iuſti metus ex his quæ dixit in tractat. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 136. num. 8. vbi tamen loquitur concurrentibus coniecturis, & non aliàs, & quãuis hanc contrariam ſententiam, quod ſcilicet metus reuerentialis etiam ſine minis ſufficiat ad reſcindendum contractum, & præſertim quando quis contrahit cum patre vel etiam non cum eo cui debetur reuerentia, amplexi fuerint plures relati per Thom. Sanchez qui tamen eos non ſequitur in tractat. de matrim. lib. 4. diſputat. 6. nu. 1. & ſeqq.

127 Declara primam opinionem quæ videtur communis niſi loco minarum ſeu verberum concurrerent aliquæ metus coniecturæ, tunc enim reuerentia coniecturis adminiculata benè metum probat ſecundum Curt. iuniorem in l. interpoſitas. nu. 26. in 4. fallentia. C. de tranſactionib. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 136. num. 6. & ſeqq. vbi licèt affirmauerit ſolam maioris præſentiam & reuerentiam metum probabilem inducere ſufficientem ad reſcindendum contractum, ſubdit tamen hoc procedere ſi concurrat aut læſio, aut aliqua alia coniectura ſine læſione arbitrio iudicis. & ibi per eum prædicta confirmat in tracta. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 127. num. 13.

128 Declara ſecundo eandem primam opinionem non procedere quando ille cui debetur reuerentia eſſet ſolitus malè tractare ſibi non obedientes. Tũc enim contractus poſſet reſcindi etiam non probatis minis ſeu verberibus, ſecundum Iacobin. de ſancto Georg. in l. interpoſitas. num. 10. verſ. ſecundo limitabis, & ibi etiam Curt. iun. num. 26. C. de tranſactionibus. Mandell. conſ. 77. nu. 19. lib. 1. & ibi in addit. littera F. & conſil. 11. num. 9. Boer. deciſ. 100. poſt num. 12. & num. 19. ad finem verſ. ſed huic dicto Oſaſch. deciſ. Pedemont. 177. nu. 3. & num. 10. verſ. & eo magis. Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſput. 6. num. 11. & 12. quem omnino bene loquentem videas.

129 Nunquid autem ſola reuerentia perſonæ operet, quod tacens in ſui præiudicium videatur conſentire, vide in l. interpoſitas. C. de tranſactionibus. Alex. num. 5. verſ. operatur tamen ſola præſentia, & ibi etiam Iacobin. de ſancto Georgio. num. 22. Rimin. col. penul. in fine verſ. Et in quantum. Claud. Seyſſel. num. 16. & vide etiam eundem Alex. in l. ſi cum dotem §. eo autem tempore. nu. 12. ff. ſol. matrimonio. Boer. deciſ. 100. num. 20. & 21. Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 5. num. 38. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 127. nu. 15. & ſeqq. Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 6. quæſt. 5. num. 1. & ſeqq. vbi latè.

130 METVS licet ex ſola reuerentia iuſtus non reputetur, vbi tamen vltra reuerentiam in actu de quo agitur interuenit læſio, tunc ex reuerentia & læſione ſimul, iuſtus inducitur metus ad reſcindendum actum ſufficiẽs, Pomat. in addit. ad Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio littera C. verſ. hoc tamen limita. Curt. iun. in l. interpoſitas, num. 26. in 3. fallentia. C. de tranſactionibus. Bald. conſil. 148. num. 4. verſ. fallit. lib. 1. Aret. conſil. 14. viſo, num. 16. Soccin. conſ. 263. num. 4. verſ. Præterea facit, lib. 2. Curt. iun. conſ. 141. num. 2. Aymon. conſ. 11. num. 12. & conſ. 192. num. 11. & ſeq. & conſ. 114. num. 1. Mandell. conſil. 77. nu. 21. Paul. de Caſtr. conſ. 174. lib. 1. Rolan. conſ. 100. nu. 131. lib. 4. Capyc. deciſ. 159. num. 32. verſ. Nam ſtante metu. nu. 34. verſ. Reſponderi poteſt. Grammat. deciſ. 103. num. 49. & ſeq. Cephal. conſ. 142. num. 38. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 34. num. 31. & ſeqq. eod. lib. 1. Mandell. conſ. 77. num. 11. & ſeqq. lib. 1. & ibi in additionibus littera G. vbi de communi. Boer. deciſ. 100. nu. 18. verſ. vel ſecundum. Franciſ. de Aretio. Sebaſt. Medices de caſib. fortuitis. par. 1. qu. 7. num. 7. verſ. vigeſimo tertio colligitur Viui. in commun. opi. in verbo Contractus, verſ. Accedit ſimiliter vbi de communi, Villalob. in commun. opin. littera M. nu. 50. vbi de communi, Hercul. de caution. de non offenden. c. 1. n. 18. Oſaſch. deciſ. Pedemon. 177. n. 5. & ſeq. Maſcard. de probat. 2. concl. 1051. num. 15. vbi alijs relatis teſtatur de communi, & numer. 28. Menoch. de præſumptionibus. lib. 3. præſumpt. 127. nu. 14. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 219. num. 2. & numer. 4. & concl. 233. num. 29. & ſeqq. Vbi etiam refert contrarium tenen-

tenentes & declarat; & in verbo donatio concluſ. 679. per tot. Vbi alios refert concordantes; & in verbo Reuerentia. concluſ. 311. num. 4. Thom. Sanchez de matrimonio, lib. 4. diſputat. 6. num. 15. Ex quibus patet hanc cõcluſionem communiter à Doctoribus eſſe receptam: Quamuis Aret. in l. Interpoſitas. num. 5. in fine verſ. Item forte. C. de tranſactionibus eam communiter non eſſe approbatam affirmare videatur.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

131 Concurrente autem læſione contractus cum reuerentia eius cum quo contrahitur numquid etiam probanda ſit conſuetudo, & ſolitum male tractandi non obedientes ei cui reuerentia debetur, videtur quod ſic ſecundum. Claud. Seyſell. in l. Interpoſitas. nu. 19. C. de tranſactionibus, cuius opinionem minimè veram credo ex præallegatis ſupra in primo verſ. qui ſimpliciter loquuntur metum iuſtum induci ex ſola reuerentia iuncta leſione, & de hac conſuetudine male tractandi inobedientes nihil dicunt.

132 Et quod quando probatur eum, cui debetur reuerentia eſſe ſolitum inferre minas & metum, ſeu male tractare inobedientes, quod tunc abſque alia leſione metus dicatur iuſtus, voluit Poinat. in addit. ad Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio littera C. verſ. Quam tamen ipſe limitat poſt Paul. in loco per eum relato. Aret. in l. interpoſitas, nu. 4. verſ. illud autem, & num. 5. verſ. licet ergo coniunctio. C. de tranſactionibus. Cardinal. Tuſch. pract. concl. in verbo Reuerentia concl. 311. nu. 4. Ergo non eſt neceſsè quod vltra reuerentiam, & læſionem concurrat conſuetudo male tractandi.

133 METVS autem reuerentialis cum læſione licet in aliis contractibus vt ſupra dixi reſcindat contractum, non tamen ſic eſt in contractu matrimonij in quo ſi vltra reuerentiam interuenerit læſio, vtputa in matrimonio inito inter perſonas diſparis conditionis, non per hoc tamẽ matrimonium irritatur, vt benè relatis & reprobatis contrarium tenentibus docet Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 6. num. 15.

134 METVS preſumitur in donatione facta per filiam patri quando in ea eadem filia eſt enormiter læſa vltra dimidiam etiam ſi ſit iurata Aym. conſil. 11. num. 12. Soccin. conſ. 263. num. 4. ver. Præterea facit lib. 2. Curt. iun. conſ. 141. num. 2. Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 5. num. 36. Vbi quod renunciatio facta per filiam patri, non valet, tanquam facta per metum præſumptum ob eiuſdem patris reuerentiam, cum aliis per Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Donatio. concluſione 679. per totam.

135 METVS autem reuerentialis quando quid geſtum dicatur vide omnino poſt alios quos allegat declarantem Thom. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 9. nu. 12. vbi dixit quod ad hoc vt quid geſtum dicatur propter metum reuerentialem non ſufficit metus & verecundia quæ naturaliter ineſt filiis coram patre vel aliis quibus debetur reuerentia, ſed neceſſe eſt quod eadem reuerentia inducat metum; & ſit cauſa vt filius conſentiat timens non offendere patrem vel alium cui debetur reuerentia, & non audens illi contradicere, & ſic quando talis metus eſt cauſa principalis, actus, vel contractus, ita vt eo non intercedente nullo modo actus ille vel contractus fieret, aliter ſecus vt ibi per eum, qui alia notabilia ponit in materia.

Et hæc ſit tertia limitatio.

ARGVMENTVM.

De purgatione & ratificatione metus.

SVMMARIVM.

Metus purgatur pluribus modis. num. 136.

Metus cenſetur purgatus, & euaneſcit ſi actus metu factus poſtea ſponte ab agente fuerit aliquo modo ratificatus. num. 137.

Metus tunc demum cenſetur ratificatus & purgatus per ſequentes actus poſitiuos & ſine metu factos; quando actus prædicti fiunt ex interuallo aliter ſecus. num. 138.

Metus cenſetur purgatus per ſubſequutum implementum ſpontaneum quando contractus non eſſet ipſo iure nullus ſed annullandus. num. 139.

Metus licèt coniecturis probetur non tamen ſufficiunt coniecturæ ad probandam ratificationem metus ſed probatio debet eſſe plena, & concludens. nu. 140.

Metu initus contractus validatur iuramento quod propterea ſeruandum eſt quando ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. num. 141. Contra. nu. 142. & ſeqq.

Metus cenſetur purgatus per lapſum 30. vel 40. annorum. num. 146.

Metus reuerentialis cenſetur purgatus per lapſum biennij. num. 147.

Metus communis præſumitur, & purgatus cenſetur in actu geminato aut reiterato. num. 148.

Metus cenſetur ratificatus ſeu potius illius præſumptio ceſſat in actu ſeu contractu in quo interuenit præſentia conſanguineorum, & coniunctorum ipſius contrahentis. num. 150. & ſeq.

Metus excluditur; & purgatur ex præſentia proborum virorum & præſertim in dignitate poſitorum. num. 152.

Metus ſuſpicio multò magis tollitur, & purgatur ex Principis præſentia ſeu alterius ſuperioris. nu. 153. & ſeq.

Metus præſumitur adhibitus in contractu; in quo interuenit decretum Iudicis. nu. 155.

Metum Tyranni iudicis decretum non purgat. n. 156.

Metus; & reuerentialis præſumptio ceſſat ex præſentia conſanguineorum littera M. num. 157.

Metus præſumptio non ceſſat ex præſentia conſanguineorum,

neorum, quando metum inferens eſt adeo potens, vt illi reſiſtere non poſſint. Qui propterea, & ipſi de eodem metum habeant vtputa Tyranno. littera M. num. 158.

Metus ſuſpicio non tollitur ex præſentia conſanguineorum, quando in contractu interuenit enormis læſio. littera M. num. 159. Contrarium. 160.

Metus præſumptio non ceſſat, nec purgatus cenſetur, quando ante contractum eſſet probatus præcedens metus, vtputa minæ ſeu verbera, quia tunc conſanguineorum, & amicorum præſentia præcedentem metum non purgat. littera M. num. 161.

Metus præſumptio licet ceſſet, & purgatus cenſeatur per præſentiam conſanguineorum, admittitur tamen contraria probatio, dummodo ſit apertiſſima, & clarior, quam ſi amici nõ interueniſſent. lit. M. n. 162.

Metus tamdiu durat, quam etiam diu durat cauſa, & perſona inferentis metum, & propterea ſpontanea ratificatio etiam per actus poſitiuos non purgat præcedentem metum illatum quando durat eadem cauſa metus. littera M. num. 163. ſic, & è contra num. 164.

Metus non cenſetur purgatus etiam quod in inſtrumento dicatur, quod quis ſponte conſenſijt, & ſic per clauſulam ſponte, &c. eodem enim timore quo quis eſſet ductus ad contrahendum eodem videtur inductus ad ſic affirmandum. littera M. nu. 165. contrarium. nu. 166.

136 METVS purgatur pluribus modis, nempe per ratificationem & actus poſitiuos, per iuramentum, per curſum longi temporis, per geminationem actus, & per præſentiam conſanguineorum, amicorum, Principis, iudicis, & aliorum de quibus ſingulariter hic tractatur.

137 METVS cenſetur purgatus, & euaneſcit ſi actus metu factus poſtea ſponte ab agente fuerit aliquo modo, & præſertim per actus poſitiuos ratificatus. tex. eſt in c. 1. in fine de ijs quæ vi metusvè cauſa in illis verbis, aut quod fecit poſtmodum, ratum habuiſſe, & ibi gloſ. & communiter Docto. omnes l. 2. C. quod met. cauſ. Calderin. conſ. 463. in fine, aliàs vnico, qui Clerici vel vouentes. Anchar. conſ. 382. in fine Barba. conſ. 60. poſt num. 6. verſ. & pro certo videtur. vſque ad finem conſilij. lib. 1. Vbi etiã bene declarat qualis debeat eſſe ratificatio ad hoc vt per eam conualidetur actus nulliter geſtus. Dec. in l. in omnibus cauſis. num. 14. ff. de reg. iur. Natt. cõſ. 451. n. 19. Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 126. vbi generaliter dixit quod metus purgatur contrarijs ſignis, & coniecturis. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concl. 214. nu. 17. Vbi refert, & ſequitur Calderin. in loco præallegato, & concl. 215. num. 25.

Et iſte ſit primus modus per quem metus cenſetur purgatus nec contractum vllo pacto reſcindit, quem declara quatuor modis, vt infra num. 138. 139. & 140.

138 METVS. tunc demum cenſetur ratificatus & purgatus per ſequentes actus poſitiuos, & ſine metu factos quando actus prædicti fiunt ex interuallo, aliter ſecus. Dec. in l. in omnibus cauſis. ſub n. 14. ff. de reg. iur. Paul. de Caſtr. in l. Interpoſitas. n. 8. C. de tranſact. & ibi Rom. n. 17. in fi. Alex. conſ. 127. n. 5. verſ. Deniq; lib. 5. vbi loquitur de ſolutione facta lõge poſt illatũ metum. & conſ. 98. Quoniam per excellentiſſimum. n. 7. lib. 3. Aym. conſ. 114. n. 5. Barbat. conſ. 60. n. 6. circa med. verſ. Nã illa dictio lib. 1. Rolan. conſ. 83. n. 39. & ſeqq. lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 24. n. 29. Vbi alijs relatis facit concluſionem quod actus incontinẽti facti poſt illatum metum, non inducunt ratificationem, quia præſumuntur facti durante cauſa eiuſdem metus Menoch. conſ. 1. nu. 301. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 217. num. 26. & 220. num. 27. 29. & num. 37. & 39. & 40.

139 METVS cenſetur purgatus per ſubſequutum implementum ſpontaneum quando contractus non eſſet ipſo iure nullus, ſed annullandus actione quod metus cauſa, ſecus ſi contractus eſſet ipſo iure nullus, quia tunc metus non cenſetur purgatus per illius exequutionem. Aret. conſ. 96. num. 31. & ſeq. verſ. cum ergo non poſſit. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus, concluſ. 220. n. 36. & concl. 221. num. 27.

140 METVS licet coniecturis probetur. vt dicam infra num. ... Non tamen ſufficiunt coniecturæ ad probandum ratificationem metus, ſed probatio debet eſſe plena, & concludens, & ideo teſtes deponentes ſuper actibus poſitiuis inducentibus metus ratificationem non probant niſi fuerint omni exceptione maiores ex allegatis per Barbatiam. conſ. 60. poſt num. 3. ante med. verſ. pondero illa verba. lib. 1.

METVS licet ſit purgatus per ratificationẽ, non propterea fiſcus impeditur de crimine inquirere, ſecundum Boſſ. in tit. de pluribus violentijs. numer. 106.

141 METV (& nunc agitur de ſecundo modo illum purgandi) initus contractus validatur iuramento, quod propterea ſeruandum eſt quando ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, Bellamer. conſil. 9. num. 14. & ſeq. Claud. Seyſell. in l. interpoſitas. num. 7. verſ. & ideo ſi iuramentum. C. de tranſact. Diaz reg. 384. ex Felyn. quem allegat in cap. Si vero. de iure iuran. Boccac. in Conſtit. Piceni, gloſ. 2. nu. 19. Vbi quod iuramentum metu extortum eſt obligatorium ex communi opinione Card. Tuſch. pract. concl. in verbo Metus. concluſ. 215. num. 36. & concl. 223. num. 18. Vide Ioan. de Silua in tracta. de iure iuran. in loco relato per Diaz. reg. 384. Vbi facit regulam quod iuramentum eſt ſeruandum & eam limitat ſex modis.

142 Contrarium quod iuramentum in contractu per metum inito, illum non firmet & quod ſeruandum non ſit, voluit Aret. conſil. 14. viſo & diligenter num. 15. verſ. Venio nunc, vbi dixit quod iura-

mentum non facit quin iurans non poſſit ſua recuperare vel vtili actione in rem; vel ope exceptionis retinendo. Soccin. iun. conſ. 73. num. 129. lib. 1. Barbat. conſ. 60. poſt nn. 5. verſ. ſimile dicimus. lib. 1. Boer. deciſ. 100. num. 14. Boſſ. in tit. de plurib. violentijs. num. 97. Plot. de in lit. iuran. num. 82. Rolan. conſ. 2. num. 75. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 57. num. 55. & ſeqq. lib. 3. & conſ. 100. num. 130. lib. 4. Cardin. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 216. numer. 13. & concl. 221. num. 52.

143 In hac contrarietate poteſt primo dici ex allegatis per Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. in concl. 223. num. 19. Quod iuramentum aliquid operatur, vt metus tollatur, vel ſaltim operatur quod vbi ſufficeret leuis metus requiratur maior.

144 Vel & melius dicas quod metus vt dixi ſupra n. 25. quandoque annullat contractum ipſo iure & quandoq; non ipſo iure. Quando contractus metu factus eſt ipſo iure nullus, & tunc etiam iuramentũ eodem metu extortum obligatorium non eſt, aliàs ſecus, ſic enim colligitur ex traditis per Rolan. vbi ſupra allegatum, & per Natt. in conſ. 451. num. 23. & ſeqq. & ante eos Grammat. deciſ. 105. num. 70. Thom. Sanchez de matrim. lib. 4. diſput. 20. num. 2. verſ. certum eſt.

145 Vel etiam, & hoc magis communiter videtur receptum, quod donec habeatur abſolutio a iuramento, illud omninò ſeruandum ſit; ſecus petità & conceſſa abſolutione quæ iſto caſu omnino concedenda eſt, Zabarell. conſ. 137. num. 4. verſ. Nos antem, Natt. conſ. 450. num. 23. & ſeq. Claud. Seyſell. in l. interpoſitas. nu. 7. C. de transactionib. Vbi amplius dixit quod iſto caſu debet dari abſolutio etiam periuro, qui iam iuramento contrauenit, Bellam. conſ. 9. nu. 14. & ſeq. Pariſ. conſ. 5. num. 166. & nu. 181. lib. 5. Roman. ſing. 517. incip. iurat quis. Mandell. conſ. 77. num. 17. lib. 1. & conſ. 11. num. 13. eodem lib. 1. Sebaſt. Medices de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 60. Couar. in 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 5. num. 2. Vbi alijs relatis teſtatur de communi, Simoncell. de decreto lib. 3. tit. 8. num. 174. Vbi loquitur de iure canonico dicens ſecus eſſe de iure ciuili, Virg. Boccac. in conſt. Piceni gloſ. 2. nu. Vbi alijs relatis hanc teſtatur communem practicam & obſeruantiam curiarum. Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Metus. cõcluſ. 215. num. 36. & concl. 221. num. 5. & concluſ. 222. num. 1. in fine. Thom. Sanchez de matrim. lib. 4. diſputat. 20. nu. 1. & ſeq. Vbi ad partes diſputata quæſt. & relatis doctoribus hinc inde contrarium ſentientibus, hanc ſequitur ſententiam, & eam ampliat etiam quod contractus ſuper quo interponitur iuramentum ſit nullus ipſo iure, reſpondetque contrarijs rationibus & argumentis, & num. 14. & ſeq. Vbi an etiam ſit neceſſaria abſolutio a iuramento pręſtito in contractu matrimonij per metum extorti, & diſputat. 21. Vbi etiam latè diſputat an relaſſatio iuramenti ſit neceſſaria in ſponſalibus iuratis & metu contractis, & in eadem diſputat. num. 5. & ſeq. ponit etiam an ſit neceſſaria abſolutio a iuramento præſtito in reſtitutione dotis & promiſſione procuratoris, & voto metu graui extortis, Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 294.

Quicquid ſecus quod immo abſolutio non ſit neceſſaria, niſi ex abundanti, voluerit Ang. in conſ. 215. incip. reperitur quadam.

Et an iuramentum purget metum in contractu matrimonij vide ſupra num 51.

146 METVS cenſetur purgatus per lapſum 30. vel 40. annorum, Decian. conſ. 41. num. 123. & ſeq. lib. 2. & conſ. 16. num. 6. & ſeq. lib. 1. Vbi quod longa patiẽtia inducit purgationem metus refert eum, & ſequitur Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Metus. concl. 219. num. 19. & 20. Pariſ. conſ. 10. n. 60. Vbi quod longa patientia vltra decem annos inducit probationem purgationis metus, & probat liberum contractum & ratificationem ex allegatis ibi per eum. lib. 1. Boer. deciſ. 100. num. 17. Vbi de taciturnitate per ſpatium decem annorum. Boſſ. in tit. de plurib. violentijs. num. 103. quem videas in materia, Oſaſch. deciſ. Pedemont. 177. num. 7. in fine, & num. 8. & ſeqq. Vbi concludit taciturnitatem cum lapſu longi temporis non purgare metum niſi interueniat aliquis ſpontaneus actus ex quo tacitus conſenſus deprehendatur.

147 METVS autem reuerentialis cenſetur purgatus per lapſum biennij ſic enim per tex. in cap. inſinuante. in verſ. Profugauit extra quæ Clerici, vel vouentes conſuluit Barba. conſ. 60. num. 2. lib. 1. Vide tamen Oſaſch. d. deciſ. Pedemont. 177. num. 7. in fine. & ſeqq. Vbi loquitur in metu reuerentiali, & tamen concludit illum non purgari ex ſola taciturnitate, & curſu longi temporis niſi interueniat aliquis actus poſitiuus liberè voluntatis.

Et iſte eſt 2. modus purgandi metum.

148 METVS communis præſumitur, & purgatus cenſetur in actu geminato aut reiterato geminatio enim tollit præſumptionem metus, ex allegatis per Aym. conſ. 114. num. 8. Pariſ. conſ. 10. nu. 57. lib. 1. Mandell. conſ. 4. num. 37.

Et iſte eſt tertius modus in quo metus cenſetur purgatus, & eius præſumptio ceſſat.

149 METVS cenſetur ratificatus ſeu potius illius præſumptio ceſſat in actu ſeu contractu in quo interuenit præſentia conſanguineorum, & coniunctorum ipſius contrahentis. Bart. & Doct. in l. tranſactionem. la 2. C. de tranſactionib. Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. nu. 11. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in l. interpoſitas. num. 4. ad finem, & ibi etiam Curt. num. 13. C. de tranſactionib. & alij communiter Doct. omnes notant amicorum præſentiam de qua in illo Textu multo magis extendi ad præſentiam conſanguineorum, Cagnol. in l. in omnib. cau ſis. num. 8. ff. de reg. iuris Vbi de communi Gramm. deciſ. 66. num. 9. & 64. Cepoll. caut. 221. num. 4. & ſeqq. Soccin. Iun. conſ. 67. num. 38. & num. 49.

lib. 2. Aym. conſ. 114. num. 3. Marſil. ſing. 417. incip. prę́ſentia coniunctorum Boer. deciſ. 100. nu. 7. Boſſ. in tit. de plurib. violentijs num. 92. Nouell. reg. 221. in prima fallentia, Villalob. in commun. opin. littera M. n. 56. Virg. Boccac. in conſtit. Piceni gloſ. 3. num. 8. vbi alios plures in idem refert concordantes, Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 128. nu. 1. & ſeqq. Vbi pariter alios refert & etiam explicat nunquid eadem præſentia faciat ceſſare præſumptionem doli, & ampliat quod facit ceſſare prę́ſumptionem metus nō ſolum in contractibus, ſed etiam in vltimis voluntatibus idem Menoch. conſ. 1. num. 292. Iuncto num. 348. & ſeq. Simoncell. de decreto lib. 1. tit. 1. num. 59. verſ. Item operatur Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 23. & lib. 1. concl. 437. num. 1. & ſeqq. Vbi tamen ſubdit quod non ſufficit præſentia vnius conſanguinei niſi fuerint plures, aut ſaltim duo. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. cōcl. 223. n. 9. & n. 11. Tho. Sanchez de matrimonio lib. 4. diſputat. 12. num. 21. Vbi in ſpecie de prę́ſentia communiter adhibita in contractu matrimonij.

Et iſte eſt quartus modus in quo metus præſumptio ceſſat, ſeu vt alij dicunt purgatus cenſetur in quo videas ampliationes & limitationes. vt in numeris ſequentibus.

150 Idem ex præſentia mariti quod purgatur metus, & illius præſump. voluit. Grammat. deciſ. 66. n. 65. verſ. 4. & vltimo. & nu. 66. Cephal. conſ. 142. numer. 9. lib. 1. Aym. conſ. 114. nu. 3.

151 Idem de præſentia amicorum Tex. eſt apertus in l. tranſactionem, & ibi gloſ. & cōmuniter Doctores omnes C. de tranſactionib. Aym. conſ. 114. num. 3. Cæpoll. cauthel. 222. nu. 8. Simoncell. de decreto lib. 1. tit. 1. nu. 59. verſ. item operatur Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. nu. 4. Thom. Sanchez de matrimo. lib. 4. diſput. 12. num. 21.

152 METVS excluditur & purgatur ex præſentia proborum virorum, & præſertim in dignitate poſitorum. Pariſ. cum allegatis per eum in conſil. 10. num. 55. lib. 1. Cæphal. conſ. 91. num. 49. lib. 1. Vbi quod metus ſiniſtra ſuſpicio ceſſat ex præſentia alicuius perſonæ dignæ, & ponit exemplum in ſacerdote Mandell. conſ. 11. num. 11. lib. 1. vbi de præſentia virorum maximæ auctoritatis & notæ integritatis & fidei Marſil. ſing. 417. incip. præſentia coniunctorum. verſ. item præſentia honeſtorum virorum. Boſſ. in tit. de plurib. violentijs. num. 93.

153 METVS ſuſpitio multo magis tollitur, & purgatur ex præſentia Principis, ſeu alterius ſuperioris. Decian. conſ. 41. num. 120. lib. 2. prout illum refert & ſequitur. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concl. 223. nu. 15. Aym. conſ. 253. nu. 9. Pariſ. conſ. 135. num. 10. lib. 4. & conſ. 5. num. 170. & 182. eodem lib. 4. Vbi quod Principis auctoritas & ſuperioritas tollit omnem metum, cum non præſumatur velle male tractare ſubditos.

154 Et hinc eſt quod in loco vbi adeſt Princeps metus non præſumitur illatus, ex allgatis per Boſſ. in tit. de pluribus violentijs. num. 89. & 90. & per Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1051. num. 3. Vbi de actu facto in curia Principis. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. num. 3. Vbi pariter dicit metum non præſumi illatum in Ciuitate vel in alio loco celebri in quo aſſiduè ius redditur per tex. quem allegat in l. vltima in princ. ff. quod met. cauſa. & in l. ſi ſeruus in fine. C. quod cum eo.

155 METVS non præſumitur adhibitus in contractu in quo interuenit decretum iudicis. Roman. in l. interpoſitas. num. 15. verſ. & ideo dicitur. C. de tranſactionib. Bellapertic. in l. tranſactionem. C. eodem. & ibi etiam Paul. de Caſtr. num. 2. in fine Iaſ. num. 1. in fine verſ. Adde quod idem facit præſentia Iudjcis Soccin. iun. conſ. 67. nu. 38. lib. 2. Aym. conſ. 114. num. 2. & conſ. 253. nu. 5. Pariſ. conſ. 10. num. 53. 54. & 55. lib. 1. Dec. in l. in omnibus cauſis, num. 9. ff. de reg. iur. Grammat. deciſ. 66. nu. 10. & 65. & deciſ. 103. num. 62. Cæpoll. cauthel. 222. num. 9. & ſeqq. Mandell. conſ. 11. numer. 12. lib. 1. Marſil. ſing. 417. incip. Præſentia coniunctorum verſ. Item idem operatur præſentia ſeu decretum iudicis. Boſſ. in tit. de pluribus violentijs. num. 91. Sebaſt. Medic. de caſu fortuito. par. 1. quæſt. 7. numer. 6. Menoch. qui alios refert de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 128. num. 6. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 220. num. 42. & concl. 223. num. 11.

156 METVM tamen tyranni iudicis decretum non purgat Iaſ. in d. l. tranſactionem. la ſeconda. C. de tranſactionib. prout illum refert & ſequitur Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Metus. concl. 220. num. 43. Faciunt quæ generaliter dixi infra n. 158.

157 METVS etiam reuerentialis præſumptio ceſſat ex præſentia conſanguineorum ſecundum Bar. in l. tranſactionem. C. de tranſactionibus. vbi loquitur de vxore contrahente cum viro. & ibi etiam Bal. num. 2. Ang. in verſ. & per eam poteſt practicare. Paul. de Caſtr. num. 3. & Alex. num. 2. verſ. dicit tamen ſignanter Aret. numer. 2. verſ. Per iſtum tex. Iaſ. num. 1. Rom. num. 1. Vbi teſtatur de communi, & Riminald. etiam num. 1.

Et licet Salyc. in d. l. tranſactionem, num. 2. verſ. ſed non ita putarem. C. de tranſactionibus præmiſſam concluſionem declaret vt non procedat in metu reuerentiali filiorum verſus Patrem, quo caſu illum non ceſſare affirmauerit ex præſentia aliorum coniunctorum, quod & idem voluiſſe videtur Tiraquell. cum allegatis per eum de legib. connubiali gloſ. 5. num. 37.

Tu tamen non recedas à præmiſſa concluſione quam Doctores præallegati ampliant procedere etiam in contractu inito inter filiam & Patrem, & in ſpecie reprobant Salyc. contrarium dicentem in loco præallegato, vt videre eſt apud Alex. Aretin. quem vide. Iaſ. & Riminal. in locis vbi ſupra allegatis.

Huc

Huc vſque propoſui ampliationis quarti modi purgandi metus, ſeu potius excludentis præſumptionem metus, nunc explicabo limitationes eiuſdem quarti modi.

258 METVS præſumptio non ceſſat ex præſentia conſanguineorum quando metum inferẽs eſt adeo potens vt illi reſiſtere non poſſint conſanguinei, qui propterea & ipſi de eodem metum habeant vtputa Tyranno, addentes ad Salyc. in l. tranſactionem, num. 2. littera A. in verbo præſentia amicorum. C. de tranſactionibus. & ibi etiam Iaſ. num. 1. Iacobin. de ſancto Georgio num. 2. & Rimin. numer. 1. Boer. deciſ. 100. num. 8. Grammat. deciſ. 103. num. 64. Boſſ. in tit. de pluribus violentijs. num. 19. Menoch. conſ. 1. num. 290. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 18. num. 4. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 24. Menoch. cum allegatis per eum. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 128. num. 9. Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 220. numer. 41. & 43. Et concluſ. 223. numero duodecimo.

159 METVS ſuſpicio non tollitur ex præſentia conſanguineorum quando in contractu interuenit enormis læſio. Nam tunc ſuſpicio metus non tollitur per præſentiam conſanguineorum. Ruyn. conſil. 170. num. 17. lib. 1. Boer. deciſ. 100. nu. 9. Quos ſic dicentes refert & ſequitur Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 223. num. 13. Boer. deciſ. 100. num. 9. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 27. Vbi alijs relatis teſtatur de communi. Menoch. de præſumpt. cum allegatis per eum. lib. 3. præſumptione 128. numero decimo.

160 Contrarium verius vt dixi infra. nu. 176.

161 METVS præſumptio non ceſſat, nec purgatus cenſetur, quando ante contractum eſſet probatus præcedens metus, vtputa minæ ſeu verbera, quia tunc conſanguineorum & amicorum preſentia precedentem metum non purgat. Et eſt ratio, quia præſumptio non metus oriens ex præſentia amicorum & propinquorum recipit probationem in contrarium, vt dixi ſupra num. 151. & in ſpecie voluit Barbat. conſ. 60. col. 6. poſt num. 2. verſ. & ex iſtis apparet lib. 1. Et ante eum bene declarat Aret. in l. tranſactionem. num. 2. C. de tranſactionibus. Marſil. ſing. 325. incip. dixit ibi, Vbi pluribus hanc exornat declarationem, & reprobat Ant. de Butrio contrarium dicentem in c. cauſa matrimonij. de offic. delegat. Boſſ. in tit. de pluribus violentijs. n. 108. & 109. Vbi quod præſentia iudicis & conſanguineorum, purgat metum ex reuerentia præſumptum, non autem quando concludenter apparet de metu illato. Petr. Peck. de teſtamen. coniugum. lib. 1. cap. 3. num. 3. ante finem. verſ. Immo quod eſt amplius.

Quicquid ſecus voluiſſe videatur. Alexan. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. numer. 11. verſ. Et ideo cautela. ff. ſolut. matrimonio.

162 METVS præſumptio licet ceſſet, & purgatus cenſeatur per præſentiam conſanguineorum, admittitur tamen contraria probatio dummodo ſit apertiſſima & clarior quam ſi amici non interueniſſent. Ad text. in l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ. & voluit gloſ. in l. tranſactionem. in verbo Improbitatem. C. de tranſactionibus. & ibi etiam Bald. poſt num. 1. Paul. de Caſtr. num. 1. & 2. Vbi propterea quod ad probandum metum iſto caſu non ſufficiant duo teſtes, ſed debent eſſe tres. Salic. num. 2. Alex. num. 2. verſ. Nam propter talem præſentiam. Aret. ante num. 1. Roman. poſt num. 1. Vbi etiam quod duo teſtes iſto caſu non ſufficiunt ad probandum metum. & Riminald. num. 2. Grammat. deciſ. 103. num. 65. Vbi idem de præſumptione non metus oriente ex præſentia iudicis. Boer. deciſ. 100. num. 8. Vbi pariter quod non ſufficiunt duo teſtes. Boſſ. in tit. de pluribus violentijs. num. 87. Vbi quod quando adeſt præſumptio pro non metu probatio metus fieri debet, vel per tres idoneos teſtes, vel per duos omnino excellentes. Simoncell. de decreto lib. 1. tit. 1. nu. 59. in fine. verſ. Contra quam præſumptionem. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 128. num. 8. Vbi pariter dixit quod iſte caſu teſtimonium duorum non ſufficit ad probandum metum.

Huc vſque poſui Ampliationes & Limitationes quarti modi purgandi metum. Addam nunc limitationes quaſdam generales ad omnes propoſitos quartos modos.

163 METVS tamdiu durat, quamdiu etiam durat cauſa & perſona inferentis metum, & propterea ſpontanea ratificatio etiam per actus poſitiuos non purgat præcedentem metum illatum, quando durat eadem cauſa metus. Bar. in l. ob turpem cauſam. col. final. ff. de condit. ob cauſam. Abb. in cap. accedens. in tertio notab. de Procuratoribus. Dec. in l. in omnibus cauſis. num. 14. & 15. ff. de reg. iur. Vbi huius concluſionis facit aliquas illationes. Aret. in l. interpoſitas. num. 4. C. de tranſactionibus. Alexan. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. num. 11. verſ. Adde etiam præſentiæ. ff. ſolut. matrimonio. Vbi ampliat etiam abſente eo qui metum intulit ſi eadem metus cauſa durat. Calder. conſ. 108. in fine. verſ. reſtat videre aliàs 1. quod met. cauſa. Aretin. conſ. 96. in Themate num. 21. verſ. Nec obſtat, & num. 23. & ſeq. verſ. Nunc ad ſecundam. Alexan. conſ. 1. num. 10. in fine. & num. 11. verſ. Fortifico. lib. 3. & conſ. 99. in caſu. num. 8. verſ. & Bald. lib. 3. Bal. conſ. 26. circa princip. verſ. In contrarium. lib. 3. Natt. conſ. 450. num. 17. Aym. conſ. 6. num. 84. Dec. conſ. 468. ſuperiori. num. 24. Socin. Iun. conſil. 77. numer. 52. & ſeqq. numer. 62. & ſeqq. lib. 1. Rolan. conſ. 95. numer. 32. & ſeq. lib. 1. & conſ. 2. num. 87. & ſeqq. lib. 1. Vbi nu. 93. alijs relatis teſtatur de communi doctorum ſententia. Mandell. conſ. 77. nu. 12. & ſeqq. lib. 1. & ibi in addirionibus littera E. in verbo Cauſa, vbi alij referuntur concordantes. Marſil. ſing. 325.

incip. dixit ibi, vbi pluribus hanc exornat concluſionem. Boet. deciſ. 100. num. 13. Petr. Peck. de teſtamen. coniugum. lib. 1. cap. 3. num. 1. & 2. & cap. 4. num. 5. verſ. Quia ſi fuit probata cauſa metus. Sebaſt. Medic. de caſibus fortuitis. par. 1. q. 7. num. 8. & 9. & num. 58. verſ. Secundo fallit. Hercul. de caut. de non offenden. cap. 1. nu. 13. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 177. num. 11. & ſeqq. Vbi ampliat etiam interueniente curſu longiſſimi temporis. Maſcard. de probationibus lib. 2. concluſ. 1051. nu. 36. & ſeqq. Vbi pluribus hanc probat concluſionem, & plures etiam facit illationes. Menoch. de præſump. lib. 3. præſumpt. 4. num. 22. & ſeq. Vbi præſertim loquitur in matrimonio per metum contracto, & præſumpt. 126. nu. 28. Vbi generaliter de eadem cauſa metus durante in omni contractu. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 18. nu. 2. & 3. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 220. per tot. vbi facit plures illationes quas omnino ibi per eum videas.

164 Sic & è contra ceſſante cauſa metus dicitur ceſſare metus, & propterea ſi tempore celebrati contractus qui metu prætenditur celebratus, ceſſauit præcedens metus illatus & illius cauſa, talis contractus non poteſt dici metu celebratus, ex allegatis per Pariſ. conſ. 10. num. 58. & 59. lib. 1. & conſil. 135. num. 8. lib. 4. Tiraq. in tracta. ceſſante cauſa nu. 176. verſ. Metu ceſſante. Petr. Peck. de teſtam. coniugum. lib. 1. cap. 4. num. 6. Vbi marito qui metum intulit abſente in longinquis partibus, nunquid metus ceſſare videtur. Sebaſtian. Medic. de caſibus fortuitis par. 1. quæſt. 7. num. 9. verſ. Ceſſante tamen cauſa.

165 METVS non cenſetur purgatus, etiam quod in inſtrumento dicatur, quod quis ſponte conſenſijt, & ſic per clauſulam ſponte, &c. Eodem enim timore quo quis eſſet ductus ad contrahendum eodem videtur inductus ad ſic affirmandum. Iaſ. in l. interpoſitas. poſt num. 5. C. de tranſactionibus, & ibi etiam Claud. Seyſell. num. 9. & num. 12. Vbi quid ſi in inſtrumento adſit iuramentum aſſertorium, omnia ſcilicet contenta in inſtrumento eſſe vera. Angel. conſ. 215. in princ. verſ. Tertio ad hoc. Aret. conſ. 14. Viſo num. 16. Soccin. Iun. conſ. 77. num. 48. & 49. lib. 1. Pariſ. conſ. 10. num. 32. & 33. lib. 1. Rolan. conſ. 2. num. 71. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 100. num. 133. & ſeqq. lib. 3. Boſſ. in tit. de pluribus violentijs num. 98. Benin. caſu de paupertate. q. 8. in 7. ſpeciali. num. 8. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 1. num. 290. & ſeqq. Et de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 24. num. 30. Vbi generaliter dixit, & probauit quod omnes clauſulæ poſitæ in inſtrumento per metum celebrato præſumuntur appoſitæ eodem metu. Cardin. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 223. num. 16. & num. 42.

166 Contrarium tenere videtur Pariſ. conſ. 10. num. 39. & 72. lib. 1. & conſ. 54. num. 17. eodem lib. 1. Virgil. Boccac. in conſtit. Piceni. gloſ. 2. num. 70. poſt Rebuff. in loco per eum relato.

ARGVMENTVM.

De probatione metus.

SVMMARIVM.

Metus regulariter non præſumitur, & propterea qui metum allegat probare debet. littera M. num. 167.

Metum probare non ſufficit in genere, niſi etiam probetur qualitas metus illati. littera M. num. 168.

Metus non dicitur concludenter probatus per vnum teſtem, & ſic ad probandum metum duo requiruntur teſtes. littera M. num. 169.

Teſtis vnus de viſu vna cum fama per plures teſtes probata, metum plene probat. littera M. num. 170.

Metu iuſto probato non admittitur directa probatio contraria ſuſpectiq; ſunt teſtes probantes ſpontaneã voluntatem metu probato. littera M. num. 171.

Teſtibus deponentibus de metu, præferuntur teſtibus deponentibus de libera voluntate. num. 172. & ſeqq. Declara vt num. 174. & ſeq.

Metus ex ſola læſione non præſumitur, nec dicitur probatus ex contractu inito cum perſona, cui non debetur reuerentia. num. 176. littera M. licet alij contra num. 177. Declara vt num. 178.

Metus præſumitur in eo, qui ſine cauſa iuri ſuo renunciat, aut aliquid remittit. Declara vt littera M. num. 179. & ſeq.

Renunciatio cenſetur facta metu, quando reperitur facta poſt ſpoliationem. littera M. num. 180.

Metus eſt difficilis probationis, & ideo probatur præſumptionibus & coniecturis. littera M. 181. licet alij contra num. 182. littera M.

Coniecturæ probantes metum quæ ſint remiſsiue. nu. 183. littera M.

Metus præſumitur illatus in contractu clàm celebrato, vtputa de nocte. littera M. num. 184.

Metus præſumitur in eo, qui contrahendo fuit viſus pallidus, tremebundus vel lacrymans. litterà M. num. 185.

Metus probatur ex præcedente tractatu de inferendo metum quamuis de metu in cõtractu non appareat. littera M. num. 186.

Metus non probatur coniecturis, quando pro non metu adeſt aliqua præſumptio. littera M. num. 187.

Metus publicè illatus non probatur coniecturis, ſed teſtibus. num. 188.

Metus probatur præſumptionibus & coniecturis, dummodo ſint legitimæ, alias ſecus. littera M. num. 189.

367 METVS regulariter non præſumitur, & propterea qui metum allegat, probare debet. Bal. conſ. 148. num. 4. verſ. ſed quæritur. lib. 1. Afflict. deciſ. 69. nu. 8. & deciſ. 150. num. 16. Ruyn. conſ. 121. num. 2. lib. 4. Socyn. iun. conſ. 67. num. 37. lib. 2. Pariſ. conſ.

conſ. 5. num. 168. lib. 4. Alciat. de præſumpt. reg. tertia præſumpt. 7. num. 1. Plot. de in lit. iuran. num. 77. Sebaſt. Medic. de caſib. fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 5. Viu. in commun. opin. in verbo Metus & dolus. in princip. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1003. num. 13. & concluſ. 1051. num. 1. & ſecundo, & concl. 1052. num. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 126. num. 1. Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Metus. concl. 223. num. 1. & concluſ. 224. num. 1. 2. & 3. Vbi huius concluſ. plures affert rationes. & d. concluſ. 223. num. 17.

Et hæc ſit prima regula in materia probationis metus, quam amplia, & limita vt infra.

168 METVM probare non ſufficit in genere, niſi etiam in ſpecie probetur qualitas metus illati. ſecundum gloſ. in l. interpoſitas. in verbo nec tamen. C. de tranſactionibus, & ibi etiam Bal. num. 2. verſ. item nota quod non ſufficit. Alex. poſt n. 2. in 2. notab. Aretin. poſt num. 6. Salycet. num. 1. verſ. Item quod metus, vbi propterea infert metum comminatum debere eſſe certi periculi. Roman. num. 2. Riminal. num. 3. Sebaſt. Medices de caſibus fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 10. Maſcard. cum allegatis per eum de probat. lib. 2. concl. 1051. num. 12.

Et hæc ſit prima ampliatio huius primæ regulæ.

169 METVS non dicitur concludenter probatus per vnum teſtem, & ſic ad probandum metum duo requiruntur teſtes ex allegatis per Hieron. Cuchal. in addit. ad Dec. in l. in omnibus cauſis. num. 7. littera B. in verbo Et præſumptionibus, ff. de reg. iur. Claud. Seyſell. in l. interpoſitas. n. 11. C. de tranſactionib. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 7. num. 5. Vbi reprobat Cepoll. cautel. 144. incip. tempore meo, & dicentem matrimonium metu eſſe contractum probari per vnum teſtem, affirmatq; hanc Cepollæ cautelam eſſe contra mentem omnium ſcribentium. Alex. conſ. 16. in fine lib. 3. & eſt communis vt per Villalob. in commun. opinion. littera M. num. 55. Couarr. in Epith. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 5. num. 11. Benincaſ. de paupertate. quæſt. 8. in 7. ſpeciali. num. 7. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1053. num. 6. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concl. 224. num. 21.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio dictæ primæ regulæ.

170 Vnus autem teſtis de viſu vna cum fama per plures teſtes probata metum plenè probat. Bal. conſ. 162. viſis actis. lib. 4. prout illum refert & ſequitur Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 224. num. 11. Alciat. de præſumpt. Reg. 3. præſumpt. 7. num. 5. in fine. Vbi pariter dixit metum probari per vnum teſtem iuncta aliqua alia præſumptione. Boer. deciſ. 101. num. 9. Vbi de vnico teſte, cum alijs deponentibus de auditu. Maſcard. d. concl. 153. num. 7. Vbi idem dicit.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

171 METV iuſto probato, non admittitur directa probatio contraria. ſecundum Alexan. in conſ. 99. in caſu prædicto. num. 8. & ſeqq. lib. 3. quem refert & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concl. 224. num. 13. & ſeqq. Imò teſtes, qui probato iuſto metu intendunt probare ſpontaneam voluntatem, ſunt ſuſpecti de falſo, niſi eorum integritas ſuppleret, nec admittendi ſunt ſine cauſæ cognitione. Alexan. conſ. 99. in fine lib. 3. Dec. conſ. 174. num. 5. Aym. conſ. 129. in fine. & conſ. 134. num. 10. Anchar. conſ. 194. in princ. Abb. conſ. 11. in ſecundo dubio. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 52. num. 7. Cephal. conſ. 325. num. 8. Prout hos ſic dicentes refert & ſequitur Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 224. num. 16. Benincaſ. de paupertate. quæſt. 8. in 7. Special. num. 10. Vbi propterea dixit poſt Bald. quem allegat quod probato metu eſt quaſi impoſſibile contrarium probare, quod ante eum dixerat Iaſ. in §. quadrupli. num. 72. inſtit. de actionibus.

Et hæc ſit quarta Ampliatio eiuſdem ſecundæ regulæ.

172 METVS ſi probetur per duos teſtes, tales teſtes præferuntur pluribus alijs etiam quod mille eſſent deponentibus de libera voluntate. Fuit doctrina originalis Innoc. in c. ſuper hoc de renunciatione, quem ſequuti ſunt Abb. Bal. Roman. & alij relati per Corſett. in ſingul. in verbo Teſtis. 19. Vbi alijs relatis dixit ab hac opinione in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum. Grammat. deciſ. 103. num. 60. & 61. Cæpol. caut. 144. verſic. Tempore meo. Dec. in l. in omnibus cauſis. nu. 8. ff. de reg. iuris. Vbi poſt alios hanc reddit rationē, quia ſcilicet teſtes deponentes de metu deponunt de actibus poſitiuis metum inferentibus, vtputa minis, verberibus & ſimilibus quæ ſenſu corporis percipiuntur. Alij autem deponunt de ſecreta voluntate. Iaſ. in l. interpoſitas. num. 5. C. de tranſactionibus, & ibi etiam Curt. Iun. num. 28. Vbi quod hanc concluſionem omnes ſequuntur. Barba. conſ. 60. col. 6. poſt num. 3. verſ. Vnde dicebat. lib. 1. Mandel. conſ. 77. num. 12. lib. 1. Et ibi in addit. littera D. vbi de communi. Alciat. de præſumptio. reg. 3. præſumpt. 7. num. 4. Gabr. de teſtib. concl. 4. num. 15. Vbi alios refert concordantes, & contrarijs relatis teſtatur de communi num. 16. Diaz reg. 750. Boer. deciſ. 100. num. 3. & ſeqq. Sebaſtian. Medic. de caſib. fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 5. verſ. Quinto nota. Villalob. in commun. opin. littera M. num. 54. Vbi de communi. Couarr. in epith. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 5. nu. 10. Nouell. reg. 214. in 4. Fallen. Benincaſ. de paupertate. quæſt. 8. in 7. ſpeciali. num. 9. Mandell. in ſuo repertor. de teſtib. fol. mihi 445. col. 2. & fol. 446. col. 1. in diſcurſu. Vbi alij referuntur, prout & plures alij quos hic recenſere longum eſſet referuntur. etiam per Pacian. in tracta. de probat. lib. 1. cap. 54. num. 24. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1053. num. 1.

& ſeqq. Vbi alijs pluribus relatis teſtatur de communi. Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 27. num. 1.

173 Quamuis contrarium, quod non magis credatur teſtibus deponentibus de metu, quam de libera voluntate, voluerint relati per Maſcard. de probationib. lib. 2. concl. 1052. num. 3.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

174 Declara Primo præmiſſam concluſionem niſi teſtes deponentes de libera voluntate haberent pro ſe aliquam præſumptionem, vt puta conſanguineorum præſentiam, aut quid ſimile, vel etiam ijdem teſtes allegarent aliquas circunſtantias ex quibus deprægendi poſſet actum fuiſſe liberæ voluntatis, & non meticuloſum, quia tunc magis creditur teſtibus deponentibus de non metu, quam deponentibus de metu, ex allegatis per Gabriell. de teſtib. concluſ. 4. num. 17. & num. 18. Diaz d. reg. 750. Iaſ. in l. interpoſitas. num. 5. C. de tranſactionib. Dec. in d. l. in omnibus cauſis. num. 9. ff. de reg. iur. Boer. deciſ. 100. num. 6. & 7. Pacian. de probat. lib. 1. c. 50. num. 25. & ſeqq. Vbi ponuntur nonnullæ præſumptiones pro non metu, quibus ſuadetur magis credendum eſſe teſtibus deponentibus pro libera voluntate, quam deponentibus pro metu. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1053. num. 8. & 9. Vbi alij referuntur concordantes. Thom. Sanchez de matrimonio. lib. 4. diſputat. 27. num. 2. & 3. Immo ſecundum Barbat. in loco præallegato præmiſſa concluſio nõ procedit niſi quando pro metu concurreret aliqua iuris præſumptio prout eſt metus reuerentialis.

175 Declara Secundo dummodo teſtes de metu deponentes, non in genere ſed in ſpecie de actibus poſitiuis metum inferentes deponant, quia alias nõ bene concludere videntur metum vt dixi ſupra n. 168. quod ſi de actibus poſitiuis non deponant, magis creditur deponentibus de non metu, quam deponentibus de metu, ex allegatis per Gabriell. de teſtib. concluſ. 4. num. 16. & videtur fuiſſe de mente Decij in d. l. in omnibus cauſis. num. 8. ff. de reg. iur. in ratione per eum relata, & expreſsè declarat Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1053. nu. 4. qua in re vide omnino, Pacian. de probat. lib. 1. in c. 50. num. 24. & ſeqq. Vbi latè diſcuſſa quæſtione an magis credatur teſtibus deponentibus de metu, quam de ſpontanea voluntate, concludit magis credendum teſtibus deponentibus de ſpontanea voluntate, quam deponentibus de metu, quando dicti teſtes de libera voluntate deponentes ponunt de actibus poſitiuis quibus libera colligitur voluntas, vel alias arbitrio iudicis, & ſic nullam ponit differentiam inter teſtes deponentes pro metu, & deponentes pro non metu, ſed ſolum conſiderat qui nam eorum deponant ſuper actibus iuris præſumptionem habentibus in fauorem metus aut liberæ voluntatis: ad idem allegari poteſt Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. num. 31. & ſeq. Vbi declarat propoſitam concluſionem, quod ſcilicet magis credatur teſtibus deponentibus de metu quam deponentibus de non metu, quando pro metu adſunt aliquæ coniecturæ alias ſecus.

176 METVS ex ſola læſione non præſumitur nec dicitur probatus in contractu inito cum perſona cui non debetur reuerentia, notant communiter Doctores in l. interpoſitas. C. de tranſactionibus dicentes propterea tranſactionem non reiciendi ex eo quod tranſigens dicat ſe iuſtam habuiſſe cauſam; & nihilominus pro modico rem magni valoris dediſſe, vt videre ibidem eſt apud gloſ. in verbo Qualitas. verſ. vel Titio. Odofred. col. 2. in princip. ante num. 1. verſ. nec ſufficit ad probandum metum. & d. num. 1. verſ. vel poteſt dici. Bar. num. 3. in 3. notab. & num. 9. in fine. Bal. n. 1. in fine. verſ. item nota. Paul. de Caſtr. num. 4. in fine. verſ. Adde quartum. Alex. num. 3. in 3. notab. Iaſ. poſt num. 1. & Rimin. Sen. num. 3. verſ. nota. Boer. deciſ. 100. num. 19. verſ. Secus videtur. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. nu. 6. Decian. conſ. 16. num. 4. lib. 1. ſicut illum refert & ſequitur Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concluſione 223. num. 2. Maſcard. de probationib. lib. 2. concluſ. 1051. num. 8.

177 Quicquid ſecus conſulendo voluiſſe videatur. Mandell. conſ. 89. num. 5. dum alternatiuè loquendo dixit ex enormiſſima læſione præſumi contractum factum vel propter metum vel propter aliam ſpeciem doli ex allegatis ibi per eum.

Et hæc ſit ſexta ampliatio. Venio modo ad limitationes.

178 Declaratur hæc concluſio, vt non procedat quando contrahitur cum tyranno, quia tunc ex ſola læſione contractus metus præſumitur, vt per Iaſ. in d. l. interpoſitas poſt num. 1. Iuncto num. 4. C. de tranſactionib. & ibi etiam Claud. Seyſell. n. 2. & 3. faciunt quæ generaliter de Tyranno dixi ſupra num. 81. Boer. deciſ. 100. num. 19. verſ. ſed hoc dictum. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. num. 7.

179 METVS præſumitur in eo qui aliquid remittit ſine cauſa aut iuri ſuo renunciat quod alias ſine metu non eſt veriſimile quod renunciaſſet ex plene allegatis per Rolan. in conſ. 100. num. 112. & ſeqq. lib. 4. & ante eum Corſett. in ſingularibus. in verbo Teſtis. 10. ad finem verſ. nihil videtur Maſcard. de probat. lib. 2. cum allegatis per eum concluſ. 1051. num. 41. & ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. num. 18. Vbi etiam generaliter de coniecturis ductis à non veriſimili.

Et hæc ſit prima limitatio eiuſdem primæ propoſitæ regulæ. Cuius contrarium videtur verius ex allegatis ſupra num. 176. & ſeqq. Vbi firmatur concluſio quod ex ſola læſione non probetur metus, & in ſpecie voluit Bal. in l. interpoſitas. nu. 1. verſ. item nota quod non præſumitur C. de tranſactionibus. Cogita.

180 METV cenſetur facta renunciatio quando poſt ſpoliationem facta repetitur, quod an verum ſit, & quando, vide omninò Menoch. de recuperan. poſſeſſ. in 1. remed. num. 263. & ſeqq. quæſt. 23. & ſeqq. Vbi latiſſimè hæc materia declaratur & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. num. 20. & 21. Vbi alios allegat concordantes.

Et hæc ſit ſecunda limitatio primæ propoſitæ regulæ in hac materia probationis metus. Venio nunc ad ſecundam regulam.

181 METVS cum ſit difficilis probationis probatur præſumptionibus, & coniecturis. Alex. conſ. 98. incip. Quoniam. num. 6. verſ. Nam ad probandum. lib. 3. & ibi in additionib. in verbo Coniecturas referuntur concordantes. Bal. conſ. 26. punctus infraſcripti. lib. 3. per totum, vbi quod ex præcedentibus & ſubſequentibus probetur metus medio tempore illatus & quod etiam metus probatur per indicia probabilia, & veriſimilia. Anchar. conſ. 382. retento ordine in fine, vbi loquitur de metu per iudicem incuſsus. Andr. Gayl. lib. 2. obſeru. 93. num. 18. Rolan. conſ. 100. num. 127. lib. 4. Vbi alios refert concordantes. Dec. qui & alios refert in l. in omnibus cauſis. num. 7. ff. de reg. iur. Mandell. conſ. 77. num. 24. lib. .. & ibi in addit. littera N. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 7. num. 2. Boer. deciſ. 101. num. 2. & ſeqq. Plot. de in lit. iuran. num. 76. Sebaſtian. Medic. de caſib. fortuitis. par. 1. quæſt. 7. num. 7. verſ. vigeſimo ſexto colligitur. Couarr. in Epith. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 5. num. 11. Herculan. de caut. de non offenden. cap. 1. num. 17. & in tracta. de negatiua. num. 275. ad finem. verſ. & ita coniecturis metum probari. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 177. nu. 1. Maſcard. concluſ. 1052. num. 2. & ſeqq. de probat. lib. 2. vbi alij pluribus relatis teſtatur de communi. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 136. num. 1. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. num. 5. & præſumpt. 125. num. 9. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 224. num. 5. & ſeqq. vbi amplius quod in hac materia habet locum regula ſi non proſunt ſingula multa collecta iuuant. & num. 10.

182 Et hæc ſit ſecunda regula in materia probationis metus quæ communiter à doctoribus vt vides recepta eſt. Quamuis contrarium quod immo ad probandum metum requirantur veræ & liquidiſſimæ probationes, nec ſatis ſint præſumptiuæ poſt Burſat. quem allegat in conſ. 72. nu. 18. lib. 1. voluiſſe videatur Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1051. num. 14.

183 Quæ autem ſint coniecturæ probantes metum vltra hic ſcripta vide Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 215. 216. & 218. Et omnino etiam Sebaſt. Medic. de caſibus fortuitis. par. 1. q. 7. nu. 7. & ſeqq. & latius per Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. per tot.

184 METVS præſumitur illatus in contractu clandeſtine celebrato, vtputa noctis tempore. Alexan. conſ. 98. num. 6. lib. 3. & conſ. 156. num. 1. lib. 5. Alciat. reſponſ. 5. num. 5. Andr. Gayl. lib. 2. obſeru. 93. num. 17. Cepoll. conſ. 2. num. 7. verſ. Septima coniectura. refert & ſequitur Menoch. de præſump. lib. 3. præſumpt. 4. num. 14. & præſumpt. 126. nu. 10

Et hæc ſit prima ampliatio ſecundæ regulæ.

185 METVS præſumptio eſt quando in contractu qui per metum prætenditur factus contrahens in facie viſus fuit pallidus, tremebundus, vel lacrymans. Cepoll. conſ. 2. num. 6. verſ. Sexta coniectura. Alciat. reſponſ. 504. num. 5. Vbi declarat niſi lacrymarum & fletus, alia quam metus appareret coniectura, vt ibi per eum qui huius declarationis ponit exemplum, refert eum & ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. num. 10. & 11. & præſumpt. 126. num. 16. Vbi de rubore, & verecundia quod metum arguit niſi qualitas perſonæ contrarium ſuadeat. & num. 17. Vbi de lacrymis.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio.

186 METVS probatur ex præcedente tractatu de inferendo metum, quamuis in actu contractus de illatione metus non appareat. Capoll. conſ. 2. nu. 5. verſ. Prima coniectura. Aym. conſ. 115. numer. 6. Petr. Barboſ. inter conſilia matrimonialia. conſ. 24. num. 7. lib. 1. Quos ſic dicentes refert & ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. nu. 6.

Et hæc ſit tertia ampliatio.

187 METVS non probatur coniecturis, quando pro non metu adeſt aliqua coniectura, & propterea clarior requiritur probatio, ex depoſitione ſcilicet trium vel duorum teſtium omni exceptione maiorum. Boſſ. in tit. de pluribus violentijs. num. 87. & ſeq. Rolan. conſ. 83. num. 37. & ſeq. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 538. num. 49. lib. 5. quos ſic dicentes refert & ſequitur Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Metus. concl. 224. nu. 17. Rolan. conſ. 83. num. 37. & ſeqq. lib. 2.

Et hæc ſit prima Limitatio ſecundæ propoſitæ regulæ.

188 METVS non probatur coniecturis ſeu præſumptionibus, ſed teſtibus de viſu quando idem metus fuit publicè illatus. Bal. Boer. Plot. & Burſat. in locis relatis per Maſcardum de probationibus, lib. 2. concl. 1052. num. 7.

Et hæc ſit ſecunda Limitatio.

189 METVS licet probetur præſumptionibus & coniecturis, tales tamen præſumptiones, & coniecturæ debent eſſe legitimæ. Ang. & Cuman. in locis relatis per Card. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Metus. concluſ. 223. num. 3. Quæ autem dicantur legitimæ præſumptiones probãtes metum ponunt Doctores in l. interpoſitas. C. de tranſactionibus, vt videre eſt ibidem apud Bald. num. 4. Vbi dixit has coniecturas, & veriſimilitudines non debere eſſe multum diſtantes, nec etiam ſufficere coniecturas hominis. Paul. de Caſtr. num. 4. vbi

quod indicia extrinſeca non ſufficiunt, ſed debent eſſe propinqua. Salyc. nu. 3. Vbi pariter dixit quod non admittuntur coniecturæ hominis. Iaſ. num. 1. in fine. Vbi pariter dixit quod extrinſeca nō ſufficiunt ſed debet eſſe propiuqua. & num. 4. ad med. Idem dicit Roman. num. 3. Vbi quod veriſimilitudines probantes metum debent eſſe vrgentes & concludentes. & num. 5. Vbi quod non debent eſſe coniecturæ hominis, ſed legis præſumptiones. & nu. 6. Vbi quod indicia debent eſſe multum propinqua. Plot. de in lit. iuran. num. 76. Vbi quod indicia debent eſſe propinqua & immediata non autem extrinſeca & remota. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1051. num. 9. Vbi quod coniecturæ probantes metum debent eſſe legitimè exactè, ac plenè probatæ.

Et hæc ſit tertia Limitatio.

ARGVMENTVM.

De proteſtatione metus.

SVMMARIVM.

Metus ex ſola proteſtatione metum paſsi non probatur. littera M. num 190. contra. num. 191.

Metus proteſtatio non impedit translationem dominij. littera M. num. 192.

Metus proteſtatio probat metum reuerentialem. littera M. num. 193.

Metus proteſtatio procedens ex cauſa iuſta probat metum. littera M. num. 194.

Metus proteſtatio probat metum in his, quæ dependent a ſola voluntate proteſtantis, prout eſt factio teſtamenti. littera M. num. 195.

Metus proteſtatio licet non probet metum plenè, valde tamen prodeſt facta ante actum. littera M. n. 196.

Metus proteſtatio ſuffragatur, ſiue fiat ante actum, ſiue ſtatim poſt. littera M. num. 197.

Metus proteſtatio non ſuffragatur, ſi in ea non ſit mentio iuramenti. littera M. num. 198.

Metus proteſtatio, vt ſuffragetur proteſtanti, an debeat eſse publica coram Iudice, vel Clandeſtina, & quomodo littera M. num. 199. & ſeqq.

190 METVS non probatur ex ſola proteſtatione illius qui aſſerit metum pati. Bar. in l. interpoſitas. num. 9. verſ. ſecundo dicas. C. de tranſactio. vbi ſic declarat illum tex. dum dicit ex qualitate cauſæ principalis non probari metum, & ibi etiam Aretin. num. 4. verſ. licèt enim ſimplex proteſtatio. Anchar. conſ. 382. retento ordine. num. 16. & ſeq. verſ. vltimo diſcutiendum, Alex. conſ. 16. incip. ponderatis. num. 11. lib. 3. Pariſ. conſ. 10. num. 36. & 37. lib. 1. Et conſ. 5. num. 169. lib. 4. Villalob. in comm. opin. littera P. num. 366. in princ. vbi de communi, Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1051. num. 9. Vbi alijs pluribus relatis concordantibus teſtatur de communi. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Metus. concl. 224. numer. 18. Vbi refert, & ſequitur Anchar. & Alexand. in locis præallegatis, & num. 19. Vbi ampliat etiam in cōtractu minoris in quo ipſe minor læſus ſit cum nec tunc proteſtatio probat metum ex Deciano quem allegat. in conſ. 16. nu. 4. & ſeq. lib. 1.

191 Contra quod proteſtatio ſuffragetur, & probet metum, faciunt ſcripta per Pariſ. conſ. 10. num. 29. & num. 31. lib. 1. & conſ. 5. nu. 167. lib. 4. & per eundem Villalob. in commun. opin. littera P. num. 366. verſ. contrariam, vbi pariter de communi, & hanc contrariam opinionem admittit in his quæ dependent à ſola voluntate proteſtantis iuxta ea quæ dicam infra num. 196. faciunt ſcripta per Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1501. poſt num. 11. vbi probat proteſtationem præcedentem actui ſequenti contrariam efficere ne poſterior actus aliquid operetur iuribus ibi per eum allegatis. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 4. nu. 15. Vbi poſt Grat. & Alciat. in locis per eum relatis probat proteſtationem factam ante actum probare actum ſubſequutum meticuloſum, & præſumpt. 126. num. 23. Vbi de proteſtatione poſt actum quod metum præſumere facit cum allegatis per eum.

Retenta prima opinione illam amplia, vt in ſequenti numero.

192 METVS proteſtatio non impedit translationem dominij, Signorol. conſ. 75. num. 22. verſ. Præterea poſito, Pariſ. conſ. 135. num. 15. lib. 4. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concluſ. 121. numer. 15.

193 METVS proteſtatio probat metum reuerentialem, vtputa vxoris in maritum. Barbat. conſ. 60. numer. 3. verſ. & plus refert. lib. 1. & ante eum Aretin. in l. interpoſitas. num. 4. C. de tranſactionibus.

Et hæc ſit prima limitatio propoſitæ concluſionis.

194 METVS proteſtatio procedens ex iuſta cauſa probat metum, ſecus ſi ex iniuſta, Barbat. conſil. 60. numer. 4. ante med. verſ. Nec obſtat ſi dicatur. lib. 1. Pariſ. conſ. 10. num. 40. lib. 1. Vbi quod proteſtatio facta ex cauſa non vera non prodeſt proteſtanti.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

195 METVS proteſtatio in his quæ dependent à ſola proteſtantis voluntate prout eſt teſtamenti factio facta ante actum, reddit actum ſequentem proteſtationi contrarium ipſo iure nullum, licèt aliàs in his quæ dependent à voluntate duorum & ſic in contractu cum alio celebrando non annullet niſi fiat ipſo alio præſente aut vocato, ſecundum Petr. Peck. de teſtamentis coniugum. lib. 1. cap. 4. nu. 5. vbi infert ad fideiuſſorem proteſtantem ſe metu fide iubere, & ad vxorem in abſentia mariti clandeſtinè proteſtantem, quod non intendit conſentire in alienatione fundi dotalis eum omninò adeas, & vide

etiam

etiam Villalob. in commun. opin. littera P. nu. 366. vbi quod in his quæ dependent à ſola voluntate protestantis, præcedens proteſtatio probat metum, in his vero quæ dependent à voluntate duorum proteſtatio facta in ipſo actu parte præſente probat metum, ſecus facta ante actum.

Et hæc ſit tertia limitatio.

196 METVS proteſtatio licet plenè non probet metum, valde tamen prodeſt facta ante actum, quia remouet conſenſum ab actu ſequenti, etiam quod ſit facta parte abſente coram teſtibus. Natta conſil. 451. num. 21. & 22. refert eum & ſequitur Cardin. Tuſc. practic. concl. in verbo Metus. num. 22. Boer. in deciſ. 100. num. 10. verſ. Ideo bona erit proteſtatio. Couar. in epith. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 5. numer. 12. in princ. & infra in verſ. eſſe tamen vtilem hanc proteſtationem, Maſcard. cum allegatis per eum. de probat. lib. 2. concl. 1051. nu. 10. & 11.

197 METVS proteſtatio ſuffragatur ſiuè fiat ante actum ſiue ſtatim poſt, & præſertim incontinenti. Alex. conſ. 99. num. 4. & num. 12. lib. 3. Aymon. conſ. 120. num. 18. Couar. in epith. 4. decretal. par. 2. c. 3. §. 5. num. 12. Vbi quod proteſtatio poteſt fieri etiam ante actum, & etiam ex interuallo, ex cauſa tamen legitima & tunc actus poſtea geſtus præſumitur metu expeditus. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 223. num. 26. & 27.

Et hæc ſit ampliatio ad omnes præcedentes limitationes.

198 METVS proteſtatio non ſuffragatur ſi in ea non ſit mentio iuramenti, quod interuenit in actu, Pariſ. conſ. 10. num. 49. lib. 1.

Et hæc ſit prima ſublimitatio ad præcedentes limitationes.

199 METVS proteſtatio vt proteſtanti ſuffragetur, faciatq; præſumere metum, non debet eſſe clandeſtina, ſed publica coram iudice vel ſuperiori. Aym. conſ. 120. num. 3. & num. 5. Vbi quando proteſtatio dicatur clandeſtina. Pariſ. conſ. 10. num. 42. & ſeqq. lib. 1. vbi pluribus probat non ſolum clandeſtinam proteſtationem non ſuffragari proteſtanti, ſed etiam eſſe parti intimandam ad hoc vt ſuffragetur. Decius in l. in omnibus cauſis. numer. 13. vbi clandeſtinam proteſtationem dicit eam quæ nō eſt facta coram inferente metum, eamq; ſuffragari exiſtimat reſpectu eius qui metum intulit etiam quod coram eo facta non ſit, ſecus in præiudicium tertij, Decian. conſ. 41. nu. 122. & ſeq. lib. 2. & conſ. 18. num. 136. lib. 1. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Metus. concl. 223. num. 23. & ſeqq. Vbi tamen declarat hoc non procedere quando quis non potuit palàm proteſtari propter metū, ex Alex. Curt. iun. & Aym. in locis per eum relatis. Mandell. conſ. 77. num. 16. lib. 1. Vbi in caſu in quo proteſtatio eſt neceſſaria ſufficit eam facere in præſentia partis, quod & idem admittit Villalob. in commun. opin. littera P. num. 366. in additionib. vbi alijs relatis dixit proteſtationem ob metum potentioris fieri poteſt etiam clandeſtinè, immò nec etiam clandeſtinè proteſtari neceſsè eſt aduerſus metum alicuius potentis Principis. Couarr. in Epith. 4. decretal. par. 2. cap. 3. §. 5. num. 12. in principio. Vbi quod ſi proteſtatio fiat in ipſo actu parte præſente & non contradicente probat metum, & dicto num. 12. in fin. verſ. Quod ſi non audeat, vbi quod ſi metum patiēs non audet publicè proteſtari ſufficit ſecreta proteſtatio, ſed ſi nec ſecretè etiam valeat proteſtari ſatis erit poſtea probare metum ſine proteſtatione quæ propterea non eſt neceſſaria vt dicam in num. 200. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 127. num. 9. & 10. vbi quod proteſtatio clandeſtina nihil ſuffragatur ei qui potuit palam proteſtari.

Et hæc ſit ſecunda ſublimitatio ad præcedentes omnes limitationes.

200 METVS nunquam reſcindit contractum, nec excuſat, niſi præcedat proteſtatio coram Iudice vel Superiore, aliàs metus non præſumitur, Dec. cum allegatis per eum in l. omnibus cauſis, nu. 11. verſ. Tertiò quæritur. ff. de reg. iur. Aym. conſ. 120. nu. 3. & conſ. 114. num. 6. & conſ. 157. num. 5. Vbi declarat niſi quis fuerit impeditus proteſtari, & de impedimento conſtet. Decian. conſ. 41. num. 122. & ſeq. lib. 2. prout illum refert & ſequitur Cardin. Toſch. pract. concluſ. in verbo Metus. concl. 223. num. 22. & ſeq. Idem Decian. conſ. 18. num. 135. lib. 1. Vbi alijs relatis hanc dicit tutiorem opinionem in practica quicquid ſecus dixerit Dec. in loco infra allegando, & dato quod opinio Decij ſit tenenda, non tamen inquit, ipſe negari poteſt quin omiſſio proteſtationis ſit vna probabilis coniectura ad probandum metum non adfuiſſe. Boer. deciſ. 100. poſt num. 10. Menoch. de præſumpt. cum allegatis per eum lib. 3. præſumpt. 126. num. 34. Vbi quod allegans metum ſi ad locum ei liberum & ſecurum peruenit & non proteſtatur ſe metu contraxiſſe, non præſumitur contractus metu factus.

201 Contrarium quod immò proteſtatio non ſit neceſſaria, verius credidit idem Dec. in d. l. in omnibus cauſis. nu. 12. ff. de reg. iur. poſt Bar. Alex. Paul. de Caſtr. & alios plures quos allegat reſponderq; iuribus contrarijs. Cagnol. in d. l. in omnibus cauſis, num. 13. & 15. Vbi teſtatur de communi refert eum & ſequitur Villalob. in commun. opin. littera P. num. 364. & 365. Mandell. conſ. 77. nu. 15. lib. 1. Couar. in Epith. 5. decretal. par. 2. c. 3. §. 5. poſt numer. 12. verſ. quo fit, & d. num. 12. in fine verſ. Satis enim eſt vbi alijs relatis amplius teſtatur ita aliàs in ſummo Rom. Vrbis Prætorio fuiſſe iudicatum ex Gomel. quem allegat in regul. de annal. poſſeſſ. quæſt. 76.

Et hæc ſit generalis declaratio in materia metus.

ARGVMENTVM.

MILITES delinquere dicuntur pluribus modis & de eorum pœna & materia.

SVM.

SVMMARIVM.

Milites dicuntur delinquere pluribus modis, de quibus generaliter, & remiſſiuè. littera M. nu. 202.

Milites quandoque delinquunt ante militiæ nomen aſſumptum, & quandoque poſt. num. 203.

Milites puniuntur quandoque etiam quod non committant delictum à iure ciuili, vel naturali prohibitum. num 204. vbi ponitur exemplum.

Milites immiſcendo ſe in ciuilibus curijs, & muneribus puniuntur, pone exemplum vt num. 204.

Milites quando puniuntur pœna criminis læſæ Maieſtatis. num. 205.

Milites quando puniuntur, vt deſertores Militiæ. num. 205.

Deſertores militiæ quomodo, & quando milites puniuntur. num. 205.

Miles punitur relinquendo excubias, & ſentinellas. num. 206.

Miles punitur tranſcendendo vallum aut ſi per murum Caſtra ingreſſus fuit. num. 207.

Milites imbelles, & puſillanimi in militia puniuntur. num. 208.

Milites qui in Arce primi aufugerunt, puniuntur. numer. 209.

Milites qui ſe hoſtibus dederunt nullo virtutis, aut fortitudinis ſigno edito puniuntur. num. 210.

Milites capite puniuntur ſi eorum ſuperioris præcepta non ſeruarunt. num. 211.

Milites puniuntur mentiendo verum numerum militum, recipiendo eos qui non ſunt ſtipendiati. numer. 212.

Milites non defendentes eorum Ducem ab Aggreſſore puniuntur. num. 212.

Milites capite puniuntur qui in ſuum capitaneum manus intulerunt. num. 213.

Miles gladio commilitonem vulnerans punitur, vt numer. 214.

Miles effracto carcere aufugiens capite punitur. numer. 215.

Miles in exercitu ſeditionem concitans punitur. numer. 216.

Miles in bello amittens vel alienans arma, capite punitur. num. 217.

Milites delinquentes puniuntur à ſuo Capitaneo & Duce. num. 218.

202 MILES pluribus modis delinquere dicitur de quibus latè per Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap. 15. per tot. Quandoque enim delinquit vt priuatus, & quandoque, vt miles. Quando vt priuatus delinquit tunc ſubiacebit legibus communibus, quando verò delinquet vt miles, militaribus legibus ſubiectus erit. Datur tamen caſus in quo miles poteſt delictum à priuatis committi ſolitum patrare, & tamen illud proprium militis crimen reputabitur, prout eſt quãdo in capta Ciuitate contra Ducis præceptum adulterium commiſerit vt in l. 2. in princ. & §. 1. ff. de re militari; tunc autem militis delictum propriè reputatur quando contra militarem diſciplinam delinquit l. omne delictum in princ. ff. de re militari. & ſiue miles delinquat vt priuatus, ſiue etiam vt miles, omni caſu in tali delicto requiritur dolus, alioquin non pœna ordinaria, ſed mitiori pro modo culpæ punitur, l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicarijs, §. iniurias verſ. Nam ſi inſtitut. ad l. Aquil. & voluit Decian. d. c. 15. num. 4.

203 MILITES quandoque delinquunt ante aſſumptum militiæ nomen, & quandoque etiam poſt. Quando autem delinquere dicantur antequam milites eſſent; & quando poſt exactè explicat Decian. d. c. 15. num. 6. & ſeqq. vbi num. 7. tunc præcipuè militem delinquere affirmat ante aſſumptum militis nomen, quando ſciens ſe inhabilem ſe legi aut deſcribi patitur inter milites. Quo caſu eum capite puniendum eſſe probat tex. in l. 4. §. 1. ff. de re militari cum alijs per Decian. d. num. 7.

204 MILITES puniuntur non ſolum ſi delictum à iure ciuili, vel naturali prohibitum commiſerint, ſed etiam ſi delictum non commiſerint, vtputa immiſcendo ſe in ciuilibus curijs, & muneribus. Quo caſu, & militia, & priuilegijs omnibus priuantur l. militares. C. de re militari, l. milites qui à Republica C. eodem vbi probatur neque etiam poſſe milites agrorum cultui cuſtodiæ animalium, & negociorum quæſtui à ſuis Ducibus deputari ſub pœna vnius libræ auri pro ſingulis militibus, cum debeãt propriè munijs inſudare militiæ, & ſolis vtilitatibus publicis occupari frequentesq; in ſuo numero eſſe, vt armorum quotidiano exercitio ad bella ſe præpareut, & voluit Decian. d. c. 15. num. 41. & 42.

205 MILES quandoque propter delictum ab eo commiſſum læſæ maieſtatis crimine, & illius pœna tenetur, prout eſt quando militiam deſeruit, l. 3. in fine. ff. ad l. Iul. maieſtatis in illis verbis Quiuè Imperium, exercitumvè Populi Romani deſeruerit & in l. fallaciter in fine ibi Aut ſacramentis deſertis, & ibi Gloſ. in verbo deſertis. C. de abolitionibus cum alijs per me relatis ſupra in titulo de crimin. læſ. maieſt. quæſt. 113. nu. 7. & ſeqq. vbi alias hac de re iterum dixi, & materiam declaraui, & latius eam declarat Decian. d. c. 15. num. 15. & ſeqq. pluribus vſque ad num. 43. & nu. 66. & omnibus ſeqq. vbi quis propriè deſertor militiæ dicatur quod modis hoc crimen committatur de pœna deſertoris militiæ quando habeat locum, & quando, & ex quibus cauſis militiæ deſertor excuſetur, ſeu mitius puniatur. Pariter, & multo magis in læſæ maieſtatis crimen incurrit miles à militia deficiens, & illam deſerens, ſi ad Hoſtes confugerit tex. eſt in l. Amiſſione §. 1. ff. de capitis diminutione, & in l. 2. in illis verbis. Aut priuatus ad hoſtes perfugerit. ff. ad l. Iul. maieſt. qui tex. licet de milite non loquatur eorum tamen argumento ad milites extendi poteſt

vt

vt ibidem in d. l.2. adnotauit. Rayner. de Forliuio cum alijs per me relatis. d. quæſt. 113. num. 12. Decian. d. c. 15. num. 13. & c. 14. num. 1. & ſeqq. omnibus vbi pariter quando quis dicatur transfuga de illius pœna; quando locum habeat, & totam transfugæ materiam declarat.

206 MILES dicitur etiam delinquere quando ſuā ſtationem, ſeu etiam excubias, quas vulgo ſentinellas appellamus, quibus præpoſitus eſt, reliquerit l. deſertorem § Qui ſtationis & l. 3. § Qui ſtationis. l. Qui excubias, ff. de re militari, quibus iuribus militem ſtationem ſuam aut excubias relinquentem ex militia deijci & arbitraria pœna pro modo delicti puniri apertè probatur ſecundum Decian. vbi ſupra c. 15. num. 16. 17. 24. 31. & 32.

207 MILES etiam punitur, nempe, & capite ſi vallum traſcenderit, aut per murum Caſtra ingreſſus fuerit, ſi vero forſan tranſiliret militiam reijcitur, l. 3. § in bello. ff. de re militari aduertit Decian. crimin. lib. 7. c. 15. num. 47. cum alijs per me relatis ſupra in titulo de delictis & pœnis. quæſt. 19. num. 146. & ſeqq. vbi hac de re iterum dixi, & latius materiam explicaui.

208 MILITES delinquere etiam dicuntur, & puniuntur, ſi in militia ſe imbelles, & puſillanimos patefecerint, ſegnes enim contumaces & deſides puniuntur, quia hæc ſunt contra militarem diſciplinam l. omne delictum in princ. ff. de re militari, l. Non omnes § à Barbare in fine. ff. eodem. Et propterea miles imbellis & puſilli animi, qui metu hoſtium languorem ſimulat vt militiam euitet, capite plectendus eſt d. l. omne delictum, § exploratores verſ. Sed & caligatus & § Qui ſe vulnerauit, ff. de re militari vbi propterea quod qui ſe vulnerauit, vt militiæ foret ineptus capite punitur per quæ iura hanc concluſionem vt ſupra firmatam benè comprobauit Decian. in tract. crim. lib. 7. d. c. 15. nu. 54. 60. & 61.

209 Et hinc propterea inferri poteſt quod milites, qui in acie Priores fugam arripuerint ſpectantibus alijs militibus propter malum exemplum capite puniendi ſunt d. l. omne delictum § Qui in acie, ff. de re militari; & de iure canonico ſic de bellis publicis fugientes infames fiunt c. infames 6. quæſt. 1. cum alijs per Decian. d. c. 15. num. 59. 62. & 82. vbi etiam refert Appium conſulem omnem ſuum exercitum pro fœda fuga caſtigaſſe ſigniferos ſcilicet qui ſigna amiſerant, centuriones, & dupliciarios, qui ordines reliquerant virgis cæſos ſecuri percuſſiſſe, cæteram verò multitudinem decimaſſe.

210 Infertur ſecundo, & multo grauius delinquere milites qui nullo virtutis, aut fortitudinis edito ſigno ignaui metu perterriti ſe hoſti dederunt l. 2. § fin. ff. de re militari l. 3. in princ. ff. ad l. Iul. maieſt. vbi qui arcem non tenuerit; & qui hoſtibus caſtra conceſſerit crimine læſæ maieſtatis tenetur, quod, & multis antiquorum exemplis benè proſequitur Decian. in tract. crimin. lib. 7. c. 15. num. 11. & numer. 12. vbi declarat hanc illationem procedere quando miles hanc deditionem fecit ſponte, & doloſè, ſecus ſi iuſto metu coactus ex Imol. quam allegat conſ. 34. num. 5. Abbat. in conſ. 3. num. 5. in 6. quæſt. verſ. Videntur etiam prædicti lib. 2. Socciu. conſ. 39. num. 8. lib. 3. Dec. conſ. 690. nu. 14. & ibi idem Decian. benè hanc declarationem declarat, & exemplificat.

211 MILITES quoque grauiter delinquere dicuntur, imò, & capite puniuntur ſi eorum ſuperioris præcepta nō ſeruauerint etiā quod res benè geſſerint tex. eſt in l. 3. § in bello. ff. de re militari, l. omne delictum. § contumacia. ff. de re militari, vbi quod omnis contumacia militis aduerſus ſuum Ducem punienda eſt. Imò & ſola irreuerentia l. Milites agrum § Irreuerens. ff. eodem, & benè hanc eandem concluſionem proſequitur Decian. in tract. crimin. lib. 7. c. 15. n. 45. 55. 56. & 57. vbi d. nu. 45. benè etiam proſequitur, & explicat nunquid ſit vera declaratio, quam huic concluſioni tradidit Franciſc. Cremen. ſing. 151. Incip. mandatum vbi eam limitandam dixit niſi noua aliqua cauſa ſuperueniſſet quæ latebat Principi tempore mandati quam ſi ſciuiſſet non ſic mandaſſet.

212 MILITES vltra præmiſſos modos pluribus alijs modis delinquere dicuntur in militari exercitio & primo dum numerum militum mentientes eorum qui non ſunt ſtipendiati, ſtipendia recipiunt l. final. § hoc autem. C. de officio Præfecti Prætorij Petr. Bell. de re militar. par. 8. num. 11. & 12.

Secundo capite puniuntur milites qui videntes eorum Ducem ab aliquo inſultari, aut offendi illum ab agreſſore non defendunt, ſi defendere potuerunt l. 3. § fin. ff. de re militar. l. omne delictum, § fin. ff. de pœnis cap. Si quis miles quibus modis feudum amittatur il ſecondo & dixi in meo conſ. 4. nu. 24. lib. 1.

213 Multo magis capite puniendus erit miles qui in ſuum Capitaneum, & Præpoſitum manus intulerit l. omne delictum § primo, & l. milites agrum § irreuerens. ff. de re militari.

214 Nam & Miles qui gladio commilitonem vulnerauit, caput amittit, ſi verò lapide militia eijcitur dicta l. omne delictum § ſi quis commilitonem.

215 Tertiò pariter, & Miles capite punitur, qui effracto carcere aufugerit etiamſi antea militiam non deſeruerit l. milites § eius fugam. ff. de re militari, l. ſi quis aliquid § miles. ff. de pœnis vbi miles qui æducto gladio ex carcere erupit pariter eadē capitis pœna punitur, prout & punitur etiam qui eum quem cuſtodiebat deſeruit.

216 Quartò punitur miles, qui in exercitu militum ſeditionem concitauit, l. 3. § Qui metu ſeditionem ff. de re militari.

217 Quintò & demum Miles arma in bello amittens, vel alienans capite punitur, & ſi humanius cum eo agendum ſit militiam mutabit, l. 3. § Miles qui. ff. de re militari, qui verò aliena arma ſurripuerit puta com-

commilitoni gradu militiæ pellendus eſt. l. 3. §. Qui aliena arma. ff. eodem.

218 MILITES autem ſic vt ſupra delinquentes à quo iudice puniẽdi ſunt nulla eſt dubitatio, quod puniri debent à ſuo capitaneo, Duce, vel ſuperiore p text. eſt in l. officium Regentis §. officium tribunorum. ff. de re militari. & hoc in tantum eſt verum quod miles delinquens ſi à Rectore alicuius Prouinciæ captus fuerit debet ad militum Magiſtrum remitti. l. 2. C. de exhiben. reis. l. de militibus. ff. eodem titulo. l. fin. C. de re militari. l. magiſterius. C. de iuriſd. omn. iudicum, & dixi aliàs in meo conſ. 4. num. 17. in fine & ſeqq.

ARGVMENTVM.

MIXTVM quid & quotuplex ſit & regulariter, an ſub ſimplici contineantur mixtum, diſpoſitioq; loquens de ſimplici procedet etiam in mixto.

SVMMARIVM.

Mixtum quando contineatur ſub ſimplici & quando diſpoſitio loquens de ſimplici procedat in mixto. num. 219.

Mixtum quid & quotuplex ſit. num. 220. & ſeq.

Mixtum regulariter ſub ſimplici non continetur, quia re vera mixtum eſt, quid diuerſum à ſimplici. nu. 223. Contra nu. 224. Reſolue vt num. 225.

Mixti materia, an contineatur ſub ſimplici eſt Broccardica. num. 125.

219 MIXTI materiam tractaturus, an ſcilicet & quando ſub ſimplici contineatur & an diſpoſitio loquens de ſimplici procedat in mixto, ad quam vltra infraſcripta vide omnino Bart. & alios omnes Doctores in l. 2. in princ. ff. de verborum obligationibus vbi præſertim Alciat. in repetitione. num. 9. & ſeqq. facit plures concluſiones, & ex qualibet concluſione facit plures particulares illationes & ideo in occurrenti caſu eum omnino videas. & vide etiam in eadem repetitione d. l. ſecundæ. in princ. Bolognett. n. 78. & pluribus ſeqq. vſque ad n. 137. vbi vnicuique mixtorum generi & cuiuſque generis ſingulis ſpeciebus ibi per eum relatis plures, & plures adijcit illationes ad diuerſa præſertim ſtatuta multum conferentes. vide etiam omnino ad hanc eandem materiam latè per Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mixtus caſus. concluſ. 294. per tot. & vide etiam ad hanc eandem materiam late diſtinguentem, & declarantem Polidor. Ripan. in tract. de noctur. tempore. c. 4. per tot. & num. 34. vbi in ſpecie quid in mandato. & num. 35. & ſeqq. vbi quid in compromiſſo. & num. 40. vbi quid in iudicijs. & num. 83. vbi quid in conſuetudine.

220 Operæpretium eſt videre quid & quotuplex ſit mixtum in quo. vide Bolognett. in l. 2. in princ. ff. de verborum obligationibus numer. 28. vbi dixit quod mixtum in materia de qua agitur, dicitur eſſe illud quod ex pluribus ſimplicibus compoſitum fuit, vnde de mixti eſſentia eſt quod interueniant plura ſimplicia in illa materia conſiderata de qua agitur, & quod vniantur ſimul, & coniungantur quod poteſt contingere tribus modis prout ſunt tria mixtorum genera de quibus mox dicam, & bene declarat Bolognett. d. num. 28. & ſeqq.

221 MIXTI autem præcipuè duo ſunt genera vt ibidem per Bolognett. in l. 2. in princ. num. 29. ff. de verborum obligationibus vnum ſcilicet quod ſit ex ſimplicibus alteratis conſtituentibus nouam & diuerſam rẽ ſeu ſpeciem, aliud vero quod ſit ex pluribus ſimplicibus non alteratis, vel parum alteratis non inducentibus tamen nouam, & diuerſam ſpeciem.

222 Vel ſecundum eundem Bolognett. d. num. 29. dic tria eſſe mixtorum genera. Primum quod vocatur ſubſtantiale. Secundum quod vocatur de ſimplicibus contentis. Tertium quod vocatur mixtum qualitatum in vno, & eodem ſubiecto; & vnumquodque prædictorum mixtorum genus continet ſub ſe plures, & diuerſas ſpecies, de quibus vide bene declarantem, & exemplificantem eumdem Bolognett. in d. l. 2. in princ. ff. de verborum obligationibus num. 30. & ſeqq.

223 MIXTVM regulariter ſub ſimplici non continetur quia re vera mixtum eſt quid diuerſum ab vno ſimplici, prout conſiderauit Bolognett. in l. 2. in princ. ff. de verbórum obligationibus. nu. 56. verſ. ſi verò eſt mixtum, & num. 68. & num. 111. in fine. vbi allegat bona iura, & num. 177. poſt med. verſ. ſin autem in contractib. teſtamentis, & alijs diſpoſitionibus, & ante Bolognett. in eadem l. 2. hoc idem firmarunt Paul. de Caſtr. num. 4. verſ. ſed ſi non plus. ff. de verb. oblig. Alex. num. 1. verſ. ſecus ſi de altero ſimplicium tantum. & nu. 2. verſ. inde cum quæritur, Alciat. num. 5. & 6. Galliaul. num. 16. Iaſ. in §. omnium. num. 28. verſ. extra iſtos caſus. vbi quod cum Bart. tranſeunt Bald. Ang. & communiter cæteri moderniores. Ancharan. conſ. 37. num. 2. in fin. verſ. item aliter iudicamus de mixto, aliter de ſimplicibus, ex quibus mixtum componitur. Mandoſ. in regul. Cancellariæ. reg. 9. quæſt. 10. num. 3. & reg. 19. quæſt. 15. num. 5. vbi quod diſpoſitio de ſimplicibus loquens non compræhendit caſus qualificatos, & diuerſæ naturæ. Surd. conſ. 429. num. 25. lib. 3.

224 Contrarium quod imò regulariter mixtum ſub ſimplicibus contineatur, & quod diſpoſitio de ſimplici loquens habet etiam locum in mixto eſt Gloſ. in dict. l. 2. in verbo in damno. ff. de verb. oblig. & ibi Bart. num. 1. licet eam non ſequatur adducit plura iura reprobato Bartolo contrarium

tenente

tenente ex eo quod eius Doctrina ſit fundata in falſa, & imperfecta Theorica ſcripſit Bolognett. in dict. l. 2. in princ. num. 141. in fine. verſ. vnde poſtea, & num. 142. & ſeq. vbi pro hac affirmatiua, & contraria ſententia plura adducit iura. Iaſ. nu. 2. in fin. verſ. in ea gloſa. Adde pro hac eadem opinione aliam Gloſ. in §. omnium inſtitut. de actionibus cum qua Doctores communiter tranſire dixit Iaſ. num. 26.

225 Veritas eſt quod materia eſt Broccardica, prout aduertit Roman. in d. l. 2. num. 10. ff. de verb. obligation. Iaſ. in §. omnium. num. 28. inſtit. de actionibus, & ideo pro faciliori cognitione totam hanc materiam in tres partes diuidendam putaui. In prima explicabo omnes caſus in quibus mixtum ſub ſimplici non continetur, & in quibus diſpoſitio de ſimplici loquens non habet locum in mixto. In ſecunda & è contra ponam alios caſus in quibus ſub ſimplici mixtum continetur, & in quibus diſpoſitio loquens de ſimplici procedit etiam in mixto. In tertia autem parte aggrediar veritatem illius concluſionis, an ſcilicet, & quando mixtum à potentiori cauſa, & ab eo in quo magis præualet reguletur, & quatenam iſto caſu dicatur potentior, & validior cauſa: quibus peractis habebis amice lector hanc Broccardi materiam, ni fallor dilucidè, & diſtinctè explicatam à Doctoribus forſan mixto, & confuſo ordine deſcriptam.

ARGVMENTVM.

MIXTVM non comprahenditur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in mixto in pluribus infraſcriptis caſibus.

SVMMARIVM.

Mixtum non comprahenditur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in mixto in odioſis, & in materia ſtrictè interpretanda. num. 226.

Mixtum non continetur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in mixto in pœnalibus. nu. 227. & 228. vbi quid in materia exorbitanti, ſeu correctoria.

Mixtum non continetur ſub ſimplicibus, nec diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in mixto in contractibus. num. 229. & num. 234. vbi de materia.

Mixtum non comprahenditur ſub ſimplici in Statutis, in quibus verba de ſimplici loquentia non habent locum in mixto, præſertim quando ſtatuta ſunt ad litteram intelligenda. num. 230.

Mixtum non comprahenditur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in mixto de proprietate verborum, & de rigore iuris; ſed ſecus ex benignitate, & æquitate. num. 231.

Mixtum non continetur ſub ſimplici, quando mixtura cadit in aliqua perſona. num. 232.

Mixtum non continetur ſub ſimplici in legatis, in quibus fit ſtricta interpretatio. num. 233.

Statutum prohibens mulierem, vel minorem contrahere poſſe ſine certis ſolemnitatibus, nunquid habeat locum in donatione cauſa mortis. num. 234.

Mixtum non continetur ſub ſimplici quando ex mixtura inducitur noua & diuerſa ſpecies à ſimplici, ſecus ſi mixtum ex ſimplicibus non aſſumit nouam formam, nec tranſit in diuerſam ſpeciem. num. 235. & 236. Licet alij contra. num. 237. Quando autem ex pluribus ſimplicibus noua, & diuerſa ſpecies inducatur. num. 238.

Mixtum non continetur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici complectitur mixtum in reſpicientibus præiudicium tertij. num. 259.

226 MIXTVM non comprehenditur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici locum habet in mixto in odioſis, ſeu alias in materia ſtrictè interpretanda: ſecundum Alexan. in l. 2. num. 2. ff. de verb. obligat. vbi reſtatur de communi; proponit contraria & illis reſpondet. & num. 2. in fine. verſ. Aut in materia ſtricta, & ibi etiam Cuman. num. 2. verſ. Et ſic materia ſtricta. Iaſ. num. 5. contra doctrinam, vbi quod hæc eſt omnium doctrina proponit contraria, & ibi reſpondit Alciat. in repetitione. num. 10. & num. 26. vbi etiam proponit contraria Galliaul. num. 16. ad fin. & num. 27. & ſeqq. vbi bene declarat quando in odioſis mixtum ſub ſimplici contineatur. Alex. conſ. 140. circa primum. num. 4. verſ. Secundo ſub ſimplici. lib. 5. Aym. conſ. 276. col. fin. verſ. Iam cauſa collectarum; Tiraquell. de legib. Connub. gloſ. 5. num. 71. Herculan. in tract. de cautione de non offendendo cap. 17. num. 2. Aſin. in pract. in princ. cap. 4. num. 7. verſ. Et hæc potiſſimum. Cephal. conſ. 26. num. 24. & ſeqq. lib. 1. Stephan. Lamberten. de contractibus eorum, &c. gloſ. 2. n. 3. & num. 4. & ita alias fuit reſolutum in Rota 20. Maij 1547. in vna Meſſanen. Baroniæ, corã Puteo, & in materia Retractus ſtrictè interpretanda, coram Seraphino in vna Romana Prælationis pro Hieronymo Pico contra Antonium Porcellam 13. Iunij 1572. Mandoſ. in regul. Cancellariæ reg. 11. nu. 6. vbi de communi parte 3. & reg. 11. quæſt. 16. nu. 21. & reg. 32. quæſt. 30. num. 8. verſ. Amplius conditio. Surd. conſ. 436. num. 14. lib. 3. Quamuis contrariũ quod etiam in odioſis mixtum contineatur ſub ſimplicibus voluerunt Cuman. & Alexan. relati per Iaſon. in §. omnium. num. 28. verſ. Licet Raphael. inſtit. de actionibus.

227 MIXTVM non continetur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in mixto, quando eadem diſpoſitio eſt pœnalis, ex allegat. per Aſin. in pract. in princ. cap. 4. nu. 8. & per Bertazzol. in conſ. 126. num. 13. in fine. vbi alijs rela-

tis teſtatur de communi. & per Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo mixtus caſus. concluſ. 294. nu. 2. & nu. 45. & per Polidor. Rip. in tractat. de nocturno tempore. cap. 4. num. 9. & num. 109. & ſeqq. in diſcurſu, vbi quam plures ad huius concluſionis comprobationem refert concordantes.

Verùm hac de re vide Roman. in l. 2. in princ. num. 11. ff. de verborum obligationib., vbi dixit quod etiam in pœnalibus diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in caſu mixto dummodo adſit eadem ratio naturalis, vel ratio ne detur occaſio delinquendi, in qua ſit fundata diſpoſitio pœnalis, ſecus ſi ipſa diſpoſitio ſit fundata ſuper aliqua alia ratione iuris poſitiui, quia tunc pœnalis diſpoſitio non comprehendit caſum mixtum, & vide etiam in eadem l. 2. in repetitione Alciat. num. 10. & nu. 20. & ſeqq. vbi multa in contrarium adducit. & nu. 23. Reſoluendo diſtinguit, diſtinctionem ibi videas. & in d. l. 2. Vide etiam Galliaul. in repetitione num. 16. & ſeqq. vbi bene declarat quando pœnalia ſint odioſa, & quando in pęnalibus mixtum ſub ſimplici contineatur.

228 MIXTVM ſub ſimplici non continetur in materia exorbitanti, ſeù correctoria. Rip. in rubric. extra de iudic. num. 101. verſ. Secundo, quia in materia exorbitanti. Aretin. in l. fin. in 1. notab. C. de inofficioſ. teſtamen. Natt. conſ. 463. num. 18. Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 5. num. 71. Caſſad. deciſ. 5. num. 4. de reſcriptis. Aſin. in pract. in princip. cap. 4. num. 7. verſ. Et hæc potiſſimum, & voluit Rot. in dict. Romana Prælationis coram Seraphino 23. Iunij 1572. deciſ. Pedem. 136. num. 12. & 13. Mandoſ. in reg. Cancellariæ. regul. 10. num. 6. Vbi de communi. quæſt. 3. & reg. 33. quæſt. 7. nu. 3. verſic. Quinto & vltimo, & regul. 11. quæſt. 16. num. 2. & reg. 32. quæſt. 30. num. 8. verſ. Amplius conditio. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Mixtus caſus. concluſ. 244. num. 26. & num. 33. vbi declarat niſi eſſemus in Statuto correctorio, ſed fauorabili, & num. 34. vbi pariter declarat Niſi identitas rationis contrarium ſuaderet. & num. 45. Polidor. Rip. in tract. de noctur. tempor. cap. 4. num. 48. vbi alios refert etiam de communi teſtantes. & num. 126.

229 MIXTVM non continetur ſub ſimplicibus, nec diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in mixto in contractibus, ſecundum Alexan. in l. ſi extraneus. num. 7. in fine. ff. de conditione ob cauſam. & in l. ſi ita ſcriptum. in princ. num. 4. verſic. vide etiam. ff. de liber. & poſthum. & in conſ. 140. circa primum. num. 4. lib. 5. & ibi addentes in verbo Mixtum. Dec. conſ. 212. viſis ijs. num. 2. & ſeq. Iaſ. conſ. 74. in caſu præſenti. num. 2. lib. 3. Rom. in l. 2. in princ. num. 57. verſ. Sequitur 5. ff. de verbor. obligat. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mixtus caſus. concluſ. 244. num. 12. Polid. Rip. in tract. de nocturn. tempore. cap. 4. nu. 32. & 33. vbi quod hoc fallit fauore libertatis.

230 MIXTVM non comprehenditur ſub ſimplici in Statutis, & ideo Statuta loquentia de ſimplici non habent locum in mixto, quia in Statutis facienda eſt ſtrictior interpretatio quam in legibus ex allegatis per Bolognett. in repetitione l. 2. in princ. num. 69. & 70. ff. de verbor. obligat. & nu. 75. verſ. Sin autem eueniat, vbi ampliat etiam quod mixtũ non ſit diuerſa ſpecies à ſimplicibus. & in eadem l. 2. Alexan. num. 7. vbi teſtatur de communi. Iaſ. in §. omnium. nu. 29. inſtitut. de actionibus. Tiraquell. de legib. connub. gloſ. 5. num. 70. Aſin. in pract. in princ. cap. 4. num. 7. vbi alij plures referuntur concordantes, Card. Tuſc. cum allegatis per eum pract. concluſ. in verbo mixtus caſus. concluſ. 294. n. 16. & ſeqq. vbi plura ad comprobationem huius concluſionis. Menoch. concluſ. 11. dubitatur an iure num. 5. verſ. Sed Statutum. lib. 1. Surd. deciſ. 174. inſpecto verborum ſono num. 14. verſ. Et Statutum. Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore. cap. 4. num. 45. & ſeq. vbi alijs relatis teſtatur de veriori, & magis communi Doctorum ſententia, & nu. 53. in fine, & ſeqq. vbi hanc concluſionem ampliat, ſiuè ſtatutum loquatur de perſonis, ſiue de actibus, ſiue de artificio.

Et procedit præmiſſa concluſio multo magis quando extaret ſtatutum quod verba ad litteram intelligẽda ſint ex allegatis per Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 228. & num. 225. & ſeqq. vbi de materia ſtatuti volentis verba Statutorum eſſe ad litteram intelligenda. Stephan. Lamberteng. cum allegatis per eum de contractibus eorum, &c. gloſ. 2. num. 6. Polidor. Rip. in tract. de nocturn. tempore. cap. 4. num. 68. & ſeqq.

231 MIXTVM non compræhẽditur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquẽs de ſimplici habet locum in mixto de proprietate verborũ & de iuris rigore. l. ſi ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthum. ſed bene ex benignitate, & æquitate ex argumento dict. legis vim paſſam. §. Præſcriptioné. ff. ad l. Iul. de adulterijs. & voluit Bart. in d. l. 2. num. 2. verſ. determinari poteſt. ff. de verborum obligat. & ibi etiam Ang. nu. 15. verſ. Si neutrum eſt potentius. & verſ. Inſpecta autem æquitate: Aretin. num. 2. ante fin. verſ. Et aliquando eſt ſecundus caſus. Imol. num. 2. verſ. Dic quod ſub ſimplicibus continetur caſus mixtus non de rigore, ſed de æquitate. Roman. poſt numer. 10. verſ. Aut vtraque qualitas. & verſ. De benignitate autem, Cuman. num. 5. in fine. verſ. Quædam eſt mixtura. & num. 6. Vbi opponit, & oppoſitionem reſoluit Alciat. num. 5. vbi pluribus probat de proprietate verborum mixtum ſub ſimplici non contineri. & num. 6. vbi teſtatur de communi, Galliaul. in repetitione. poſt nu. 16. & eſt communis, teſte Bolognett. in repetit. d. l. 2. in princ. num. 107. & ſeqq. ff. de verbor. obligat. vbi etiam proponit contraria, & illis reſpondet, & alia ad declarationem huius concluſionis ponit. & nu. 56. ad fin. vbi quod mixtum non continetur ſub ſimplici de proprietate ſermonis etiam in fauorabilibus. Signorol. conſ. 48. num. 1.

num. 1. verſ. Præterea licet mixtum. Aſyn. in pract. in princip. cap. 4. num. 4. verſ. Cum probatur, Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore. c. 4. nu. 43. cum allegatis per eum.

232 MIXTVM non continetur ſub ſimplici, quando mixtura cadit in aliqua perſona ex allegatis per Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore. cap. 4. num. 53. in fine. verſ. de perſonis, quæ concluſio an & quando vera ſit, & quando diſpoſitio de perſona aliqua loquens locum habeat in perſona mixta, quæ ſcilicet duas repræſentet perſonas, & in qua duæ qualitates concurrant, vide in eadem l. 2. in princ. num. 124. & pluribus ſeqq. vſque ad nu. 234. Bolognett. & num. 183. & ſeq. vbi ad plures particulares quæſtiones fit illatio, quod & idem ante eum fecit Roman. in eadem l. 2. num. 23. & pluribus ſeqq. ff. de verbor. obligat.

233 MIXTVM non continetur ſub ſimplici in legatis in quibus fit ſtrictè interpretatio, vt legatarij minus habeant, & ſic in eis fit plenior interpretatio pro hærede, quam pro legatario. ſecundum Roman. in l. 2. in princip. num. 10. verſ. In legatis vero ff. de verbor. obligat. & ibi etiam Iaſ. colum. 3. ad fin. verſ. Vnde ille textus non procederet in legatis, & fideicommiſsis. Alciat. in repetitione num. 19. quem vide Polidor. Rip. in tract. de nocturn. tempore. cap. 4. num. 29. vbi & hanc contrariam ſequitur opinionem, niſi teſtator de ſimplicibus expreſſam fecerit mentionem.

Contrarium quod imò in legatis mixtum contineatur ſub ſimplicibus voluit Gallianl. qui tamen loquitur quando diſpoſitio mentionem fecit de duobus ſimplicibus, quibus mixtum compoſitum fuit in repetitione d. l. 2. in princ. num. 21. verſic. Limitando hanc concluſionem. ff. de verb. obligat. Faciunt ſcripta per Card. Tuſ. in verbo mixtus caſus. concluſ. 294. num. 4. relati per Polydor. Rip. in tract. de nocturno tempore cap. 4. num. 17.

234 MIXTVM cum vt dixi non contineatur ſub ſimplici in contractibus, ex eo quia contractus ſunt ſtricti iuris & ſtrictè interpretandi hoc ideo ſtatutū prohibens mulierem, vel minorem poſſe contrahere ſine certis ſolemnitatibus non habebit locum in donatione cauſa mortis, quæ negari non poteſt quin in ſe licet diuerſis reſpectibus habeat aliquam mixturam & contractus, & vltimę voluntatis. Contractus quia in ea requiritur conſenſus vtriuſq; & interuenit ſtipulatio, & traditio ſicut in cæteris contractibus, vltimæ voluntatis, quia eius exequutio differtur poſt mortem, & quādocumq; ſicut aliæ vltimæ voluntates reuocari poſſunt. ſecundum magis * communem veriorē, & æquiorem opinionem de qua alijs relatis concordantibus teſtatur Dominicus Picus in tract. de contractibus ſine certa ſolemnitate lib. 1. c. 151. gloſ. 7. nu. 49. vbi nu. 50. relatis & reprobatis contrarium tenentibus ab hac opinione non eſſe recedendum affirmauit per tex. quem allegat in l. fin. C. de donationibus. vbi ſecundum eum probare videtur donationem cauſa mortis vltimæ voluntati, & non contractibus in omnibus comparari; & ante ipſum idem teſtantur * Viuius in commun. opin. in verbo ſtatutum diſponens. num. 4. verſ. contraria vero. Suarez inter eaſ*dem communes opiniones in verbo mulieres. nu. 244. Paul. Granut. Theorem. 25. num. 46. Bolognett. in repetitione l. 2. in princ. nu. 78. & ſeqq. vbi iſto caſu donationem cauſa mortis non compræhendi ſub ſtatuto loquente de contractibus non ſolūm de proprietate ſermonis indubitanter affirmat, ſed nec etiam per extenſionem ex identitate rationis pluribus hanc probat ſententiā, & contrarijs reſpondet; Quamuis nu. 79. contrariam affirmatiuam opinionem communiter per doctores teneri teſtatus fuerit; & ante præallegatos in hanc eandem ſententiam concurrere videtur Roman. in l. 2. num. 12. ff. de verbor. oblig. & ibi etiam Alciat. in repetitione. num. 11.

Contrarium conſulendo, & originaliter voluit Anchar. in conſ. 384. alias 334. incip. dubium facit mixtura donationis. Tiraquel. de legibus connub. gloſ. 5. num. 64. Ioann. Arnol. Singul. 42. Dec. conſ. 278. num. 1. Pariſ. con. 97. num. 4. lib. 3. * vbi de communi Stefan. Lamberteng. de contractibus eorum &c. gloſ. 23. num. 2. & 3. ad fin. vbi * de magis communi & veriori ſententia, Carpan. qui plures ad id cumulat in Statut. Mediol. c. 329. n. * 5. vbi etiam de communi. Rolan. conſ. 82. nu. 22. lib. 1. & ante iſtos hoc idem voluit Alex. in l. 2. in princ. num. 7. verſ. ex quo infertur. ff. de verbor. oblig. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo mixtum corpus. concluſ. 295. num. 46.

Vide ad hanc quæſt. Iaſ. in §. omnium. num. 29. inſt. de actionib. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo mixtus caſus. concluſ. 294. num. 52. Vbi quod ſtatutum requirens certam ſolemnitatem in vltima voluntate non habet locum in donatione cauſa mortis. & vide etiam bene diſtinguentem Polidor. Rip. in tract. de nocturn. tempore. c. 4. nu. 62. & ſeqq.

235. MIXTVM nunquid contineatur ſub ſimplici, &. An diſpoſitio de ſimplici loquens extendatur ad mixtum diſtingui ſolet An ex mixtura inducatur noua & diuerſa ſpecies à ſimplici, quia ſi mixtura facit diuerſam rem, & ſpeciem, & præſertim diuerſum nomen habentem: tunc ſub ſimplici non continetur mixtum. l. ſi quis ſeruum. ff. de tritico, oleo, & vino legato. l. eum qui ædes. ff. de vſucap. l. 2. ff. de legat. primo, per quæ Iura hanc concluſionem bene firmauit Bolognett. in d. l. 2. in princ. num. 50. ff. de verbor. obligation. & nu. 55. poſt verſ. & ideo ibi. Et in ſumma eſt. &c. & n. 61. vbi loquitur etiam quod in diſpoſitione ſint ſimplicia expreſſa (iuxta ea quæ dixi col. 11.) & nu. 66. & num. 133. vbi dixit quod quando mixtum eſt confectum ex partibus alteratis: & ſic quando ex illis conſtituitur diuerſa ſpecies à ſimplicibus, tunc

de proprietate ſermonis mixtum non continetur ſub ſimplici ſiue ſint priuilegia, ſiue Beneficia, præterquam in quatuor caſibus, remiſsiue ibi per eum relatis. & num. 139. vbi hanc eandem concluſionẽ limitat quatuor modis. & num. 177. in diſcurſu vbi hanc concluſionem pluribus modis ampliat & hoc eſt quod voluiſſe videtur Bart. in eadem l. 2. n. 2. verſ. ſed illa. vbi videtur concludere quod mixtum non continetur ſub ſimplici quando per mixturam mutatur rei ſubſtantia. & ibi etiam Cuman. num. 3. verſ. & hoc quoniam. & num. 5. verſ. ſed in hoc articulo. Alciat. num. 9. verſ. adde tamen. Signorol. conſ. 95. num. 18. ad fin. verſ. præterea ad idem caſus compoſitus. & conſ. 48. num. 1. verſ. præterea habet &c. & verſ. ſeq. Tiraquell. de legibus connub. gloſ. quinta num. 69. Aſyn. in pract. in princ. c. 4. num. 5. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo mixtum corpus. concluſ. 245. num. 51. Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore. c. 4. num. 44.

236 Si vero mixtum ex ſimplicibus non aſſumit nouam formam, nec tranſit in nouam rem, aut ſpeciem, & tunc mixtum ſub ſimplicibus continetur & facienda eſt affirmatiua regula contraria quod ſcilicet diſpoſitio loquens de ſimplici extenditur etiam & habet locum in mixto. facit lex ſi ſponſus. § ſi maritus. ff. de donationib. inter virum & vxorem. & l. Pomponius ſcribit. §. ſi fundum. ff. de rei vendicatione. Quæ iura ad id bene ponderat Bolognett. in d. l. 2. in princ. num. 51. ff. de verborum obligationibus. vbi reddit rationem, quia ſcilicet iſto caſu in ſimplicibus nulla cadit alteratio remanent in ſua natura, & ſunt eadem ſicut ſunt, & ſeparata, vt potius appellẽtur ſimplicia multiplicata quam mixta, & n. 55. ad finẽ. verſ. Si vero non inducitur alteratio. vbi firmat eandem concluſionem licet per diuerſa verba, & n. 63. vbi hanc concluſionẽ præſertim procedere affirmat in quatuor caſibus ibi per eum numeratis; & num. 68. verſ. Sin autem. & num. 73. vbi ampliat etiam in ſtatutis odioſis, correctorijs, & pœnalibus. & num. 111. vbi pariter ampliat hanc concluſionem procedere de proprietate ſermonis. & num. 134. & ſeqq. vſque ad num. 137. vbi pariter ampliat etiam quod qualitates in mixto concurrentes ſint inſeparabiles. & num. 140. & num. 177. vbi pariter hanc concluſionem ampliat pluribus modis. & ante Bolognett. ſic etiã videtur de mente Bart. in d. l. 2. num. 2. verſic. ſed illa, vbi ni fallor tenet mixtum contineri ſub ſimplici, quando remanet eadem ſubſtantia. Aſyn. in pract. in princ. c. 4. num. 6.

237 Quamuis contrarium quod immo diſpoſitio loquens de ſimplici non habeat locum in mixto, licet mixtum non ſit diuerſa ſpecies à ſimplicibus quia re vera mixtum eſt res diuerſa ab vno ſimplici voluiſſe videatur idem Bolognett. in d. l. 2. in princ. num. 56. verſ. Si vero eſt mixtum ex partibus non alteratis. ff. de verborum obligationibus vbi tamen loquitur ſecundum verborum proprietatem de qua dixi ſupra num....

238 Quando autem plura ſimplicia in idem concurrentia faciant vnum mixtum, quod tranſeat in nouam ſpeciem, & diuerſam, & præſertim diuerſũ habentem nomen habentur exempla in l. Adeo §. cum quis. ff. de acquiren. rerum dominio, & in §. cum ex aliena. inſtit. de rerum diuiſione, & in l. ſi quis vinum. ff. de vino, tritico, & oleo legato. late Bolognett. in d. l. 2. in princ. num. 31. & ſeqq. vſque ad num. 36. vbi ponit quaſdam generales regulas, & concluſiones quibus ex pluribus ſimplicibus conficitur vnum mixtum diuerſę ſpeciei. & contra d. num. 36. & ſeqq. pluribus. vſque ad nu. 44. ponit plures caſus in quibus mixtum ex pluribus ſimplicibus compoſitum non reputatur noua & diuerſa res, aut ſpecies ab ipſis ſimplicibus. Ad eum omninò in contingenti caſu recurras, quia exactiſsime materiam declarat facias concluſionem quod identitatis forma permanente, licet in ſubſtantia contingat mutatio, dicitur tamen eadem, & non diuerſa res. l. Proponebatur. ff. de iudicijs, vbi ponuntur exempla in iudicibus. Quorum licet aliqui, vel omnes mutentur & eorum loco alij ſubrogentur, idem tamen intelligitur iudicium. item & Populum hoc tempore reputari, qui ab hinc centum annis fuiſſet, & ex illis hominibus nemo nunc viueret. item nauemque ſi adeo ſæpe refecta eſſet, vt nulla tabula eadem permaneret, quæ non noua fuiſſet, nihilominus eandem eſſe exiſtimatur. vide Cephal. conſil. 74. num. 22. & ſeqq. lib. 1. vbi quod ſpecies non videtur noua quando prima res ſolum reformatur. deciſ. Pedemont. 23. num. 22. & ſeqq. vbi An & quando noua ſpecies inducatur ex eo quod aliquid addatur vel minuatur, de quo etiam per eundem Cephalum conſ. 35. num. 52. & ſeqq. & conſ. 67. num. 35. lib. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 2. quæſt. 11. nu. 13. Vbi quod qualitas ſuperueniens enti nouum ens conſtituit, & quæſt. 68. num. 34. Vbi, an & quando accidens mutet rei ſubſtantiam. dixi hac de re iterum ſupra in Fragmentis. num. 70.

239 MIXTVM non continetur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici complectitur mixtum in reſpicientibus præiudicium tertij. Ruyn. conſ. 167. nu. 20. lib. 1. Aym. conſ. 941. num. 31. Gabriel. conſ. 197. num. 6. lib. 1. Surd. deciſ. 174. inſpecto verborum ſono. num. 16. verſ. & quando diſpoſitio. quos ſic dicentes refert & ſequitur Polidor. Rip. in tracta. de tempore nocturno. c. 4. num. 127.

ARGVMENTVM.

MIXTVM continetur ſub ſimplici, & diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum etiam in mixto in pluribus infraſcriptis caſibus.

SVMMARIVM.

Mixtum continetur ſub ſimplici, & diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum etiam in mixto in materia fauorabili, & large interpretanda, numer. 240. & 241. vbi quid ſi diſpoſitio ſit partim fauorabilis, & partim odioſa.

Mixtum continetur ſub ſimplici in gratijs, & beneficijs Principum. num. 240. declara, vt num. 241.

Legitimandi ſpurios, & inceſtuoſos facultas à Principe data cenſetur fauorabilis, & late interpretanda. Et ideo extenditur ad legitimationem ſpuriorum, & inceſtuoſorũ ſimul, num. 242. Contra. num. 244. diſtingue vt num. 243. & 245.

Legitimandi facultas an cenſeatur odioſa, vel fauorabilis, num. 246.

Mixtum nunquid contineatur ſub ſimplici in teſtamento, & inſtitutione in eo facta, num. 247. & ſeq.

Mixtum continetur ſub ſimplicibus, quando aliàs ſequeretur iurium contrarietas, num. 249.

Mixtum continetur ſub ſimplici, quando ita expreſſè in lege caueretur, num. 250.

Mixtum continetur ſub ſimplici, quando eadem diſpoſitio exprimit illa ſimplicia, ex quibus mixtum eſt compoſitum non ex proprietate ſermonis, ſed ex benignitate, num. 251. vbi ſecus quando non exprimit niſi vnum ſimplex.

Mixtum ſub ſimplici non continetur quando in vtroque adeſt minor, vel diuerſa ratio, num. 252. & ſeq. vbi quid ſi in vtroque adeſt eadẽ, vel maior ratio?

Mixtum continetur, & non continetur ſub ſimplici ſecundum mentem diſponentis. num. 254.

Mixtum continetur ſub ſimplici quando mixti qualitates ſunt ſeparabiles. num. 255. Secus ſi qualitates ſint inſeparabiles. num. 256.

Mixtum non continetur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in mixto, quando in mixto concurrunt qualitates incompatibiles; & contraria, num. 257. ſecus ſi qualitates concurrentes in mixto ſunt inter ſe compatibiles. num. 258.

Mixtum continetur ſub ſimplici quando ex communi vſu loquendi, illud mixtum reputatur ſimplex. num. 259. littera M.

240 MIXTVM ſicut, vt ſupra dixi non continetur ſub ſimplici in materia odioſa; & ſtrictè interpretanda, ita & è contra diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum etiam in mixto in materia fauorabili; & largè interpretanda; prout ſunt gratiæ; & Principum beneficia, ſecundum Bart. in l. 2. num. 2. ff. de verbor. obligation. quem ſequuntur omnes Doctores per me relati col. 25. verſ. 1. & in eadem, l. 2. nu. 2. ante fin. Aretin. verſ. fallit ſecundum eos vbi ſumus in materia fauorabili. Alex. num. 1. verſ. item eſt verum in fauorabilibus, & num. 2. verſ. Aut ſumus in materia fauorabili. Iaſ. ſub num. 5. Alciat. in repetitione, num. 18. vbi ampliat etiam quod ſimplicia ſimul iuncta ſint inſeparabilia. Galliaul. num. 21. verſ. limita modo hanc concluſionem. Iaſ. in §. omnium, num. 28. verſ. Primus eſt in fauorabilibus inſtitut. de actionibus. Rip. in rubric. extra de iudicijs, numer. 101. verſ. In fauorabilibus autem. Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. gloſ. 2. num. 3. & num. 5. Vbi hanc concluſionem procedere declarat; quando in ipſa diſpoſitione facta eſt mentio de vtroque ſimplici iuxta ea quæ dixi, col. 10. Secus ſi in ea de vno tantum ſimplici mentio facta ſit; & eſt magna declaratio. Mandoſ. in reg. Cancellariæ, numer. 9. & 10. vbi de communi. quæſt. 3. Surd. conſ. 453. num. 49. lib. 3. faciunt ſcripta per Cardin. Tuſc. in verbo Mixtus caſus. concluſ. 294. num. 6. vbi infert ad beneficia reſcripta; & priuilegia Principum, & num. 92. vbi alijs relatis teſtatur de communi Doctorum opinione.

241 Declara niſi quod fauorabile eſt haberet immixtum odium, quoniam neglecto fauore ratione odij ſub ſimplicibus mixtum non continetur. Oſaſch. deciſ. Pedem. 126. Andr. nu. 14. verſ. & maxime cum fauorabilis; refert & ſequitur Polidor. Rip. in tract. de nocturn. tempore, c. 14. num. 93. & ſeqq.

242 MIXTVM vt modo dixi continetur ſub ſimplici in gratia, & beneficio Principis. Hinc ſequitur quod conceſſa per Papam Legato facultate legitimandi ſpurios, & inceſtuoſos, cenſetur etiam data poteſtas legitimandi ſpurios, & inceſtuoſos ſimul, ex quo talis legitimandi facultas reputatur fauorabilis cum agatur de beneficijs Principum, & ſic latè interpretan. ita Bar. in l. 2. in princ. num. 2. ff. de verbor. obligation. & ibi hoc idem voluerunt Ang. nu. 2. verſ. & ideo cum gratia, Imol. num. 2. & ſeqq. vbi licet multa adducat pro & contra Bart. eius tamen opinionem ſubtiliter intuẽdo forte veriorem, & ſatis ſubſtentabilem credidit. Alex. num. 3. Roman. nu. 62. vbi diſputata quæſtione dixit de mente iuris opinionem Bartoli eſſe veriorem licet inſpecto verborum cortice opinio contraria probabiliter videatur. Cuman. num. 3. verſ. ſecundum hoc. Alciat. in repetitione, nu. 41. & ſeq. vbi num. 48. teſtatur de communi, & ab ea in practica non recedendum affirmat Galliaul. num. 6. & ſeqq. vbi num. 14. dicit quod hæc eſt magis communis legiſtarum opinio; Iaſ. in §. omnium, num. 31. inſtit. de actionibus. vbi teſtatur de magis communi Doctor. concluſione Mandoſ. in regula Cancellariæ, reg. 10. num. 10. vbi de commun. quæſt. 3.

243 Hæc autem Bart. affirmatiua ſententia, ſic vt ſupra per eum firmata videtur indubitabilis, ex quo facultas data legitimandi ſpurios compræhendit etiam legitimandi inceſtuoſos, quia ſub nomine ſpuriorum quod eſt generale comprehendũtur omnes, qui non ſunt nati ex legitimo matrimonio vt videre eſt in eadem, l. 2. apud Iaſonem, num. 4. & ibi etiam Bolognett. num. 144. & ſeqq. Galliaul. nu. 6. vbi defendit Bartolum aduerſus eos qui dixerunt

ipſum proponere quæſtionem indubitabilem.

244 Contra Bartoli opinionem tenuerunt Ioan. Calder. Ioan. Andr. Butr. Imol. Archidiacon. Gemin. Anchar. Aretin. & Signorol. in locis relatis per Bolognett. in d. l. 2. num. 163. ff. de verb. oblig. vbi amplius Iaſon in eadem l. 2. dixit hanc contra Bart. ſententiam eſſe Canoniſtarum communem, & licet idem Bolognett. ibidem, num. 146. & ſeqq. vſque ad num. 167. multa profundat verba & argumenta pro opinione contra Bart. & etiam pro opinione Bart. In hac tamen negatiua contra Bart. ſententiam reſidere videtur ex quinque per eum relatis fundamentis, num. 165. Et in hac negatiua contra Bart. opinionem reſidere videtur Paul. de Caſtr. in eadem l. 2. num. 3. Aretin. numer. 1. & ſeq. vbi licet multa hinc inde adducat pariter & ipſe contra Bart. opinionem tenere videtur. Iaſ. col. 3. in fin. numer. 4. verſ. Contrariam opinionem vbi pluribus hanc probat ſententiam.

245 In hac contrarietate ſuccedit diſtinctio Ant. de Butr. in c. per venerabilem qui filij ſint legitimi vt Bartoli opinio procedat quando legitimatio non tendit in alicuius præiudicium, vt ſi fieret ad Patris ſtipulationem; opinio autem contra Bartolum procedat quando legitimatio fieret poſt mortem Patris, & ſic præiudicaret filijs venientibus ab inteſtato, ſecundum Paul. de Caſtr. poſt Anton. de Butr. quem allegat in l. 2, num. 3. verſ. Antonius de Butrio. ff. de verbor. oblig. vbi dixit iſtam diſtinctionem eſſe ſatis æquam, & rationabilem. Iaſ. in §. omnium, num. 31. verſ. Et videte d. Antonium inſtit. de actionibus, Cephal. conſ. 117. num. 37. lib. 1. Vbi quod legitimationis materia, quando agitur de præiudicio tertij dicitur odioſa, & propterea in facultate legitimandi tantum videtur conceſſum, quantum expreſſum, & idem repetit in conſ. 276. num. 38. vide in hac materia Villalob. in commun. opinion. in verbo legitimatio. num. 84. vbi quod legitimandi facultas reſpectu poteſtatis eſt fauorabilis, ſed reſpectu legitimati eſt odioſa, necnon quod reſpectu Patris eſt odioſa, reſpectu autem filij eſt fauorabilis, & teſtatur de communi poſt alios quos refert concordantes, & vide etiam omnino diſputantem Oſaſch. deciſ. Pedem. 119. num. 1. & ſeqq. vſque ad num. 22. Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore. c. 4. num. 99. & ſeqq. vbi teſtatur hanc eſſe communem, æquam, & rationabilem Doctorum reſolutionem, eamque in conſulendo & iudicando omnino ſequendam.

Sed quod hæc Butrij diſtinctio nihil valeat poſt Alex. ſcripſit Iaſ. in ead. l. 2. num. 4. in fin. verſ. Iſtam concordiam.

246 Hæc quæſtio dependet ab alia quæſtione, an ſcilicet, & quando legitimandi facultas cenſeatur odioſa, vel fauorabilis, quia ſi eſt odioſa ceſſat ratio Bart. propter quam affirmatiuam tenet ſententiam, ſi verò eſt fauorabilis, & tunc benè procedit Bartoli ſententia. Ideo ſi ſcire volueris, an & quando legitimandi facultas reputetur fauorabilis vel odioſa, vide Bolognett. poſt Alciat. in d. l. 2. ff. de verbor. obligationib. nu. 166. & ſeqq. vbi licet ſupra, numer. 126. multa in contrarium addduxerit. Non tamen poſtea inficiatur hanc legitimandi poteſtatem regulariter eſſe fauorabilem, ſed eam limitat ſeptem modis de quibus ibi per eum, vide etiam in eadem l. 2. Cuman. num. 8. Alciat. in repetitionè, num. 49. & ſeqq. vbi & ipſe facit concluſionem quod legitimandi poteſtas ſit fauorabilis & eam limitat duobus modis. Galliaul. num. 11. & ſeqq. vbi pariter limitat duobus modis.

247 MIXTVM continetur ſub ſimplici, quando in teſtamento, & inſtitutione in teſtamento facta agatur de conſeruatione, & validitate dicti teſtamenti; & inſtitutionis, ſecundum Aretin. in l. 2. numer. 2. ante fin. verſ. Et hoc credit Dominus meus. ff. de verbor. oblig. vbi tamen non firmat hanc concluſionem, ſed benè eam firmat Roman. ibidem. numer. 10. verſ. Hoc verum in inſtitutionibus. Iaſ. numer. 4. ante med. verſ. vltra cum Alciat. in repetitione. n. 19. quem vide & eſt tex. in l. ſi ita facta. ff. de iniuſto, rupto, vel irrito teſtamẽto, qui quidem tex. habet locum etiam in odioſis, ex quo loquitur in exhæreditatione, quæ licet odioſa ſit, facta tamen in ſimplicibus habet etiam locum in caſu mixto ad effectum ſubſtinendi teſtamentum. Iaſ. in l. ſi mater. num. 8. verſ. Prima eſt. C. de inoffic. teſtam. & in d. l. 2. in princ. nu. 5. verſ. ſecundo loco. & ibi etiam Alex. num. 2. verſ. Contrarium tamen. ff. de verbor. obligation. ſequitur Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore, cap. 4. num. 1. Vbi & in idem ponderat tex. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthum. & numer. 9. vbi de communi ex Alba. quem allegat in conſ. 180. pro reſolutione. num. 16. verſ. Tertium motiuum.

248 Vide tamen hac in re Bolognett. in l. 2. in princ. num. 181. ff. de verb. oblig. vbi reprobata communi Doctorum diſtinctione, an ſcilicet agatur de actu fauorabili, vel odioſo, vt primo caſu mixtum ſub ſimplici contineatur. Secundò autem caſu non ipſe tenet hanc materiam regulandam eſſe ſecundum diſtinctionem, & Theoricam traditam ſupra column. 7. vt ſcilicet quando mixtum eſt diuerſa ſpecies à ſimplicibus, tunc in vltimis voluntatibus non continetur ſub ſimplici ſecus ſi non ſit noua aut diuerſa ſpecies.

249 MIXTVM continetur ſub ſimplicibus quando alias ſequeretur iurium cõtrarietas. Bart. in l. 2. in princ. num. 2. verſ. Cum ergo. ff. de verbor. oblig. & ibi etiam Ang. num. 1. ad fin. verſ. fallit gratia abſurditatis vitandæ. Alex. in princ. verſ. Nota iuncta gloſ. Cuman. num. 2. verſ. Et hoc verum gratia euitandæ contrarietatis & imperfectionis. Iaſ. ſub numer. 5. in princ. & d. num. 5. ante fin. verſ. vltra ſcribentes, Iaſ. in §. omnium, nu. 28. verſ. Secundus eſt caſus, inſtit. de actionibus. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo mixtus caſus, numer. 33. Polidor. Rip. in

tract.

tract. de nocturno tempore cap.4. numer.42.

250 M I X T V M. continetur ſub ſimplici quando lex hoc exprimeret. Bart. in l.2. num.2. verſ. Item vbi lex. ff. de verbor. oblig. per textum quem allegat in §. omnium inſtit. de actionibus. Cuma. in eadem l.2. num.2. verſ. Item compræhendit. Iaſ. nu.5. quem declarantem hanc concluſionem omninò vide Iaſ. in §. omnium. num. 28. verſ. tertius eſt caſus. Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore, c.4. num.5. & 6. vbi quod hæc concluſio non habet difficultatē.

251 M I X T V M continetur ſub ſimplici, & diſpoſitio loquens de ſimplicibus habet etiam locum in mixto, quando eadem diſpoſitio exprimit illa ſimplicia ex quibus mixtum eſt compoſitum non ex proprietate ſermonis, ſed ex benignitate, ad l. ſi ita ſcriptum, ff. de liber. & poſthum. & in l. ſeruis vrbanis, §. alio. ff. de legatis tertio, cum alijs iuribus allegatis, & ponderatis per Bolognett. in d. l. 2. in princ. num.52. verſ. fallit tamen. ff. de verbor. oblig. & numer.56. in fin. vbi ampliat hanc concluſionem procedere ſecundum proprietatem verborum, & ſic contra ea quæ ſupra dixerat dicto nu.52. & nu.57. vbi etiam in idem videtur ponderare text. in §. Si verò ante, & in dicto §. Illud. in auth. de non eligendo ſecundo nubentes, & num.106. ante med. verſ. & ideò conſtituitur regula affirmatiua vbi ampliat nedum in fauorabilibus, ſed etiam in odioſis, & pro hac eadem concluſione in eadem l. 2. ff. de verbor. oblig. Addo Paul. de Caſtr. num. 4. in fine verſ. Si autem reperitur. Alex. num. 1. verſ. Item procedit, & num.7. verſ. ſed vbi ceſſet facta prouiſio, Galliaul. in repetione, num.15. & num.21. verſ. puto ſic dicendum. Signorell. conſ.95. nu.18. poſt med. verſ. Præterea ad idem in iure communi, Ang. conſ. 348. numer.2. verſ. licet ſecus. Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. gloſ. ſecunda num.5. vbi teſtatur ita communiter teneri per Doct. loquitur tamen in fauorabilibus, ſecus ſentiens in odioſis. Surd. conſ.429. num.26. lib.3. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo mixtus caſus. concluſ.244. nu.35. Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore, cap.4. num. 9. in fine verſ. ſi vero omnia expreſſit ſimplicia, vbi tamen loquitur in fauorabilibus ſed ampliat hanc concluſionem etiam in odioſis, quando agitur de neceſſaria teſtamenti conſeruatione, & numer. 122.

Secus autem ſi diſpoſitio non exprimit niſi vnū ſimplex quia tunc mixtum ex pluribus ſimplicibus compoſitum non habet locum in ſimplici expreſſo in diſpoſitione, ſic enim apertè dicunt, & loquuntur omnes Doct. allegati ſupra pro regula 13. nu.223.

252 M I X T V M licet non contineatur ſub ſimplici quando in vtroque adeſt minor, aut diuerſa ratio ſecundum Bolognett. in d. l.2. in princ. numer.55. verſ. Et ideo in iſtis mixtis ibi ſed ſi diminuatur ratio diſpoſitionis. ff. de verbor. obligationibus, & numer. 57. verſ. fallit tamen quando per mixturam induceretur diminutio rationis, & num.64. Vbi ampliat etiam in fauorabilibus, nedum in odioſis, & num. 74. Vbi declarat dummodo rationis diminutio non ſit modica, ſed valde fortis, & num. 106. in fin. verſ. Fallit tamen, vbi ampliat etiam quod in diſpoſitione fiat mentio de vtroque ſimplici, & numer.110. & nu.141. verſ. fallit quando, & nu. 177. in diſcurſu Alciat. in repetitione ſub nu. 10. Alex. in l. Si extraneus, num.7. in fin. ff. de conditione ob cauſam. Mandoſ. in reg. Cancellariæ regul. 10. numer.11. quæſt.3.

253 Vbi tamen in ſimplici, & Mixto adeſt eadem ratio, & multo magis ſi in mixto vrget maior ratio quam in ſimplici, & tunc quod diſpoſitio loquens de ſimplici habeat locum etiam in mixto, voluit idem Bolognett. in dict. l. 2. in princip. numer.55. verſ. Et ideo in iſtis mixtis. ff. de verbor. obligationibus, & num.57. in fine verſ. Sicut è contrario, & num.62. verſ. Tertio fallit. vbi ampliat etiam in materia odioſa, & verſ. Quartò limitatur, & num. 67. verſ. Tertiò limitatur, & num.72. vbi ampliat etiam in ſtatutis, & etiam in ſtatutis odioſis, dummodo ratio ſit ſcripta in ſtatuto, vel non niſi vnica aſſignari poſſit, & dicto nu.72. verſ. Quarto limitatur, & numer.73. verſ. Quare regula, & nu.75. in fine in 3. & 4. fallentia, & num.113. & num.177. in diſcurſu Alciat. in repetitione ſub num.10. Galliaul. poſt numer. 20. Surd. conſ.33. num.29. lib.1. Vbi ampliat etiam in pœnalibus, & odioſis & conſ.315. nu.58. lib.3. faciunt ſcripta per Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mixtus caſus. concluſ.294. num.8. & numer. 34. vbi pariter ampliat etiam in ſtatutis odioſis. Polidor. Rip. cum allegatis per eum in tract. de nocturno tempore, cap.4. num.13. Vbi pariter ampliat etiam in odioſis, & num.74.

254 M I X T V M continetur, & non continetur ſub ſimplici, & diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum, & non habet locum in mixto ſecundum mentem diſponentis, ſecundum Bolognett. in d. l. 2. in princ. num.55. ad finem verſ. Fallit vbicunque, & n.58. verſ. Veruntamē quia vbi reddit rationem, quia ſcilicet in omnibus diſpoſitionibus magis conſideramus mentem quam proprietatem vocabuli, & verba deſeruire debent intentioni, non autem intentio verbis, & num. 62. ſub verſ. tertio fallit. & ante eum Alciat. in repetitione poſt num.23. Galliaul. poſt num. 20. Aſin. in pract. in princ. c.4. numer.4. poſt verſ. cōprobatur, &c. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mixtus caſus. concluſ. 294. numer.8. & num.48. Polidor. Rip. in tract. de tempore nocturno, cap.4. num.12. verſ. Aut conſtat de veriſimili mente. & num. 120. Vbi ampliat etiam in odioſis.

255 M I X T V M continetur ſub ſimplici, & diſpoſitio de ſimplici loquens habet etiam locum in mixto, quando mixti qualitates ſunt ſeparabiles, ſecundum Bolognett. in l. 2. in princ. num. 45. ff. de verbor. obligationibus. Vbi huius concluſionis exempla ponit. & num. 186. & ante eum in eadem l. 2.

voluit Angel. nu. 1. verſ. Tu autem clarius conclude Aretin. poſt num. 2. verſ. Aliquando qualitates ſunt pares, quem benè declarantem vide Alex. num. 2. verſ. Vnde cum quæritur. Roman. num. 10. & num. 16. verſ. aut concurrunt qualitates. Cuman. num. 4. Alciat. in repetitione num. 15. & ſeq. & numer. 23. Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore, cap. 4. num. 8. & 9.

256 Secus ſi qualitates in Mixto concurrentes ſunt inſeparabiles tunc enim diſpoſitio loquens de ſimplici non habet locum in Mixto continente inſeparabiles qualitates, vt in l. vim paſſam. §. Præſcriptione, & in l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adulterijs, & voluit Bolognett. qui iura prædicta adducit, & ponderat in d. l. 2. in princ. ff. de verbor. obligation. num. 47. & num. 186. & ante eum Alciat. in repetitione ſub num. 23. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mixtus caſus. concluſ. 244. num. 32. Vbi quod quando materia eſt indiuidua Mixtum non continetur ſub ſimplici, etiam quod diſpoſitio loquatur de pluribus ſimplicibus. Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore, cap. 4. verſ. ſi inſeparabilia. & n. 14. vbi pariter ampliat etiam in odioſis. Contrarium quod diſpoſitio loquens in ſimplici habet etiam locum in mixto, quamuis Mixti Qualitates ſint inſeparabiles, verius dixit, & probauit Bolognett. in eadem l. 2. in princ. num. 55. ff. de verbor. obligationibus, vbi reſpondet dictæ l. vim paſſam, §. Præſcriptione. ff. de tutelis.

257 MIXTVM non continetur ſub ſimplici, nec diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum in Mixto, quando in Mixto concurrunt qualitates incompatibiles, & contrariæ, vt in l. 1. §. interdictorum. ff. de interdictis. & in §. Quædam. inſtit. de actionibus. & in l. In tribus. ff. de iudicijs, & in l. ſeruis vrbanis, §. finali. & in l. Titiæ textores, §. 1. ff. de legat. 1. In quibus iuribus præmiſſæ concluſionis exẽpla ponuntur, vt benè explicat, & ponderat Bolognett. in d. l. 2. in princ. num. 46. ff. de verbor. obligation. & num. 54. verſ. Sed ſi eueniat. num. 65.

258 Secus ſi qualitates in Mixto concurrentes ſunt inter ſe compatibiles, quia tunc, & Mixtum ſub ſimplici continetur, & diſpoſitio loquens de Mixto habet etiam locum in ſimplici, l. ſeruis vrbanis, §. fin. ff. de legat. 3. l. Titiæ textores. ff. de legat. 1. per quæ iura hanc concluſionem benè firmauit Bolognett. in d. l. 2. in princ. num. 54. ff. de verbor. obligation.

259 MIXTVM continetur ſub ſimplici, quando ex communi vſu loquendi illud mixtum reputaretur tanquam vnum ſimplex, & iſto caſu diſpoſitio loquens de ſimplici habet locum etiam in Mixto l. librorum, §. Quod tamen caſsius, ff. de legat. 3. l. vel vniuerſorum, ff. de pignoratitia actione & l. Si quis vinum. ff. de vino, tritico, & oleo legato. Bolognett. in repetitione l. 2. in princ. num. 62. ff. de verborum obligationibus, & nu. 66. verſ. ſecundo limitatur, & num. 72. vbi loquitur in ſtatutis. & num. 75. verſ. Secundo fallit.

ARGVMENTVM.

MIXTVM regulatur à potentiori, & in eo quod præualet & quando cauſa dicatur potentior, & præualens.

SVMMARIVM.

Mixtum regulatur à qualitate, & ſimplici potentiori. num. 260.

Mixtum regulatur ab eo, in quo magis præualet. numer. 261.

Mixtum quod poteſt trahi ad tempus præteritum, & præſens trahitur ad tempus præteritum, & non ad futurum. num. 261.

Ermafroditus nominatur à ſexu, in quo magis præualet. num. 262. & ſeq. vbi quid ſi non præualeat in vno ſexu magis, quam in alio, & num. 264. vbi de eadem materia.

Delictum de nocte commiſſum ſi magis à ſtatuto puniatur, quàm commiſſum de die, quomodo puniatur, ſi fuerit commiſſum in aurora. num. 265.

Mixtum regulatur, & nominatur ab ea qualitate, quæ fauorabilior eſt. declara. vt num. 266.

Mixtum nunquid reguletur à qualitate generali, vel ſpeciali. num. 267. & an reguletur à qualitate principaliori. num. 268.

Mixtum regulatur à qualitate iuri communi magis conforme. num. 269.

Mixtum regulatur à qualitate, quæ dignior eſt. numero 270.

Mixtum regulatur à qualitate originali, & naturali potius quàm à qualitate accidentali. nu. 271.

Mixtum regulatur à qualitate, quæ prohibet, & quæ nocet potius quàm ab ea quæ non prohibet, & non nocet. num. 272. Contra num. 273.

Cauſæ, ſeu qualitates duæ ſi concurrant in vno, & eodem ſubiecto, quænam cauſa, ſeu qualitas attendenda ſit, & potentior altera reputetur. numer. 266. & ſeqq.

260 MIXTVM regulari debere à qualitate & ſimplici potentiori probat tex. in l. generaliter ff. de fideiuſ. Bart. in l. 2. verſ. ſed ſi ſunt qualitates plures ff. de verbor. obligation. & ibi etiam Ang. num. 1. verſ. ſed ſi ſunt inſeparabilia, Aretin. num. 2. verſ. Circa primum membrum. Imol. num. 2. poſt med. verſ. ſi autem ſunt inſeparabilia. Alex. num. 1. verſ. Fallit tamen, & num. 2. verſ. Fallit niſi mixtum magis participaret. Roman. num. 10. verſ. aut mixta ſunt inſeparabilia, & num. 16. verſ. Aut ſunt inſeparabiles. Cuman. num. 5. verſ. vbi autem non poſſunt ſeparari. Alciat. num. 3. verſ. Quinta concluſio. Signorol. conſ. 95. num. 5. verſ. Item etiam. Siluan. conſ. 92. num. 3. Menoch. cum

alle-

allegatis per eum de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 256. num. 40. Quintilian. Mandoſ. in regul. Cancellariæ.regul. 10. num. 7. quæſt. 3. Card. Tuſc. cum allegatis per eum in verbo Mixtus caſus. cócluſ. 294. num. 1. & num. 7. & concluſ. 295. vbi late de hac eadem materia. Quænam ſcilicet ſit potentior cauſa ſeu qualitas à qua mixtum regulari debeat de quo latius dicam infra in ſeqq. verſiculis.

261 MIXTVM à potentiori regulatur vbicunque ab eo ſimplici in quo magis prævalet naturam aſſumit. text. eſt in l. & habet. ff. de tutelis, per quē tex. bene ponderauit Bolognett. in d. l. 2. in princ. num. 54. ad fin. ff. de verborum obligationibus. vbi ampliat hanc concluſionem procedere etiam quod qualitates in mixto concurrentes eſſent incompatibiles, & contrariæ, & num. 61. in fin. verſ. Fallit autem, vbi loquitur etiam quod ex ſimplicibus conſtituatur noua, & diuerſa res, & ſpecies, & nu. 66. & num. 68. verſ. Fallit tamen. & num. 73. verſ. Quare regula. vbi ampliat, ſiue mixtum prævaleat in vno ſimplici ex ſua natura, vel ex communi loquendi vſu. & num. 75. verſ. Fallit tamen. vbi loquitur in ſtatutis, & etiam quod mixtum ſit diuerſa ſpecies à ſimplicibus, & num. 75. ante fin. verſ. Fallit tamen. & num. 123. & ante Bolognettum hoc idem in eadem l. 2. annotarunt Paul. de Caſtr. poſt num. 4. Iaſ. in repetitione. num. 23. Signorol. in conſ. 95. num. 1. verſ. Item in mixtis debet attendi illud quod prævalet. Herculan. de cautione de non offendendo. c. 17. num. 4. Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore. c. 4. num. 8. & nu. 15. & 16. cum allegatis per eum. & nu. 17. & ſeqq. vbi infert ad participia. natum, & procreatum. quæ licet poſsint etiam accommodari tempori futuro præterito, & præſenti, quia tamen potius ſignificant tempus præteritum quam futurum. ideo non ad futurum, ſed ad præteritum tantum extenduntur, verbaq; præteriti temporis ad futurum non extendi optime comprobat. & num. 30. & num. 35.

262 MIXTVM cum regulari debeat ab eo in quo magis prævalet inde communiter inferunt Doctores ad ermafroditum, qui cum magis prævaleat in ſexu maſculino quam in fœminino, hoc ideo diſpoſitio de Maſculis loquens procedet etiam in ermafrodito; & è contra cum ermafrodita magis prævaleat in ſexu fœminino quam in maſculino, diſpoſitio loquens de fœmina habebit locum in ipſa ermafrodita. ſecundum Bolognett. qui licet bene hanc materiam declarat in l. 2. in princ. nu. 92. ff. de verbor. obligationib. & num. 93. vbi propterea infert ad conſuetudinem feudalem quæ porrigit feuda ad deſcendentes maſculos, numquid habeat locum in ermafrodito reſoluit & concludit ſecundum præmiſſa. Iaſ. in §. omnium. poſt num. 29. inſtit. de action. vbi pariter concludit ſecundum ſupradictam diſtinctionem. Stephan. Lamberteng. de contractib. eorum &c. gloſ. 2. nu. 2. & num. 7. & 8. vbi etiam quod iudicio peritorum medicorum ſtandum eſt, an & quando ermafroditus, magis in vno, quam in alio ſexu prævaleat. Boniſac. in tractat. de furtis, in §. animo lucri faciendi. num. 208. & num. 213. Vbi quod in ſucceſſione feudi attenditur etiam ſi in fœmina virilia prævalent. Adde Card. Tuſc. pract. concl. in verbo mixticum corpus. num. 1. vbi facit generalem concluſionem quod mixticum corpus, & ermafroditus iudicatur maſculus, vel fœmina, prout magis prævalet in vno vel altero ſexu cum allegatis per eum.

263 Quod ſi mulier non prævalet in vno ſexu magis quam in alio, tunc diſpoſitio loquens in muliere non vendicat ſibi locum in ermafrodita. ſecūdum Alexan. in l. 2. num. 7. ff. de verbor. obligation. vbi poſt Bal. & Petr. de Ancharan. quos allegat. videtur tenere quod ſtatutum requirens in cōtractu mulieris certas ſolemnitates non vendicabit ſibi locum in ermafrodita. Iaſ. in §. omnium num. 29. inſtit. de action. Aſyn. in pract. in princ. c. 4. num. 10. Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum &c. gloſ. 2. nu. 1. cum allegatis per eum. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo mixtus caſus. concluſ. 294. num. 51. Polidor. Rip. in tracta. de nocturno tempore. cap. 4. num. 55. & ſeqq. quem declarantem videas.

264 Vide tamē in propoſito Boniſ. de furtis §. animo lucri faciendi. num. 211. vbi poſt Hoſtienſ. & alios quos allegat dixit quod quando in ermafrodito alter ſexus alterum non ſuperat, erit locus gratificationi, & ſic poterit ermafroditus quem maluerit ſexum eligere.

265 Ex præmiſsis etiam inferri poteſt quod ſtatutum loquens de nocte, vt puta ſi grauius puniat delictum de nocte factum, quam de die, ſi quis delinquerit in priori parte diluculi, ſeu auroræ, ſeu in poſteriori parte crepuſculi de ſero, & veſpere tale edictum contineatur ſub dicto ſtatuto loquente de nocte per præcedentem regulam, quod in mixtis attendi ſemper debeat id quo magis prævaleat qua tamen in re quid verius ſit vide omnino Polidorum Rip. cum alleg. per eum. in tract. de nocturno tempore. c. 4. num. 51. & num. 112. & ſeqq.

266 MIXTVM quando continet duas qualitates, & cauſas quarum vna eſt benignior, & fauorabilior altera ab ea mixtum regulabitur prævalebitq; fauorabilior, & benignior cauſa l. ſi pupillus. vbi Bart. ff. ad l. falcidiam. & poſt Bal. in loco per eum relato, voluit Bolognett. in repetitione. l. 2. in princ. num. 99. ante fin. verſ. Aliquando etiam ff. de verbor. obligation. vbi tamen hanc concluſionem declarat, declarationem ibi videas & ante eum vide Aretin. num. 2. verſ. Circa primum membrum, vbi qualitatem fauorabiliorem & humaniorem potentiorem affirmat. & ibi etiam Alex. nu. 1. verſ. Fallit tamen. vbi idem dicit Iaſ. num. 5. poſt med. verſ. ſcribentes. A'ciat. in repetitione nu. 34. Ancharan. conſ. 71. num. 1. vbi quod in mixto aſſu-

aſſumi debet quod vtilius, & fauorabilius eſt in altero ex ſuis ſimplicibus. Herculan. de cautione de non offendendo, c. 17. num. 5. Menoch. de retinen. poſſeſſione remed. 3. num. 378. Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. gloſ. 2. num. 9. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 26. num. 22. par. 1. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mixticum corpus 1 concluſ. 245. num. 43. Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore, cap. 4. num. 108. in fine.

267 Quod ſi in Mixto concurrat qualitas vna generalis, & altera ſpecialis præualebit vtiq; ſpecialis, potius quam generalis, quia generi per ſpeciem derogatur, l. ſeruis vrbanis, §. final. ff. de legat. 3. & voluit Bolognett. in repetitione, l. 2. in princ. ff. de verbor. obligation. num. 99. in fin. verſ. Propterea Baldus, & ante eum Alciat. in repetitione. num. 40.

268 MIXTVM habens duas qualitates vnam altera principaliorem, ſemper præualere & regulari debet ſecundum cauſam in qua magis verſatur, ſeu quæ magis principaliter conſideratur, l. ſeruis legatis primo, §. ſi vnus ſeruus, ff. de legat. 3. Ant. Gomez variarum reſolutionum, titulo de fideiuſſoribus ſub num. 20. verſ. Quinto ſucceſſione, & actionis confuſione, vbi dixit quod quando duæ cauſæ obligationis in aliquo actu, vel perſona concurrunt illa præualet, & attenditur quæ principalior eſt, niſi principalior cauſa eſſet inefficax, & inualida, quia tunc attenditur cauſa minus principalis valida, vt ibi per eum Alciat. in eadem l. 2. num. 6. ff. de verbor. obligationib. Card. Tuſc. cum alleg. per eum in verbo Mixtum corpus. concluſ. 295. num. 11. & numer. 27.

269 Dicitur etiam potentior cauſa, ſeu qualitas ea, quæ iuri communi magis conformis eſt & ſecundum illam Mixtum regulatur. Bal. in l. Si quis Decurio. C. de falſis. Vbi infert ad ſtatutum prohibens inquiri contra Doctores, & permittit contra Milites ſi contingat quod vnus ſit Doctor, & Miles inſimul attenditur illa qualitas, quæ iuri communi magis conformis eſt, ſequitur Alex. Iaſ. & Alciat. in locis relatis per Bolognet. in repetitione, l. 2. in prin. ff. de verbor. obligation. num. 99. ad fin. verſ. Propterea. Bal. Rubeus Alexandrin. in l. penultima §. ad crimen. ff. de public. Iudicijs. num. 57. Aretin. in eadem l. 2. num. 2. verſ. vel ſi vna qualitas concordet cum iure communi, & contraria qualitas cum iure ſpeciali. Iaſ. num. 7. Alciat. in repetitione, numer. 35. Natt. conſ. 463. num. 19. Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore, c. 4. num. 24. in fine.

270 Sic & potentior cauſa, & qualitas dicitur illa, quæ dignior eſt; & ſecundum eam Mixtum regulatur ſecundum Bart. in l. præcipimus, §. hoc eodem ſeruando per illum tex. C. de appellationibus vbi laicus fruitur priuilegio Clerici tanquam dignioris & facit quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, & minor, & non priuilegiatus vtitur priuilegio maioris, & priuilegiati, ſecundum Iaſ. in l. ſi emancipati. C. de Collationibus facit tex. in l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeruitut. amit. cum alijs per Bolognett. in repetitione, l. 2. num. 99. ff. de verbor. obligation. & ante eum Alciat. in repetitione ſub num. 10. & num. 32. Menoch. de retinenda poſſeſſione remed. 3. num. 678. Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Miſticum corpus, concluſ. 295. num. 15. & num. 16. & nu. 52. Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore, c. 4. num. 24. cum allegatis per eum.

271 Et rurſus potentior cauſa, ſeu qualitas in Mixto concurrens dicetur illa quæ originalis, & naturalis eſt potius quam accidentalis, Mixtumque propterea præualere reputabitur potius in qualitate naturali, quam in accidentali, l. & habet. ff. de Tutelis, §. ſed illud. inſtit. de adoptionibus, l. ſi ſeruo, §. ſpadonem, ff. de iure dotium. Bart. & alij in l. ſed & ſi quæſitum, §. 1. & 2. ff. de liber. & poſthum. Quæ quidem iura benè inducit, & ponderat Bolognett. in l. 2. in princ. num. 95. ff. de verbor. obligation. vbi reſpondet textui in l. cum allegas. C. de Caſtrenſi peculio, lib. 12. Cephal. conſ. 54. num. 13. lib. 1. Addo pro hac eadem concluſione Aretin. in d. l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. num. 2. verſ. ſecus ſi vna eſſet naturalis, & alia accidentalis. Roman. num. 16. & 17. & ibi etiam Alciat. num. 38. Ancharan. conſ. 37. numer. 3. verſ. Nam quod venit ex accidenti. Herculan. de cautione de non offenden. c. 17. nu. 5. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mixticum corpus. concluſ. 295. num. 14. Polidor. Ripa in tract. de nocturno tempore, cap. 4. num. 21. in fine & num. 22. quem benè declarantem, & diſtinguentem videas.

272 MIXTVM ſi habeat duas cauſas, ſeu qualitates, vnam prohibitiuam & alteram permiſſiuam, vnam quæ nocet, & alteram quæ prodeſt, Potentior reputabitur ea quæ nocet potius quam ea quæ prodeſt l. Pedius. §. 1. ff. de arbitris, l. ſi quis in graui, §. fin. ff. de Procuratoribus, quando ſumus in delicto puniendo, ſi verò non agitur de puniendo delicto, & tunc potentior dicitur, & magis attenditur cauſa prohibitiua, quam permiſſiua. l. Sabinus. ff. communi diuidundo, l. 3. in princ. ff. de ſuſpectis tutoribus cum alijs per Bolognett. in repetitione, l. 2. in princ. ff. de verbor. obligation. nu. 99. & ſeqq. vbi benè explicat, & declarat quomodo hæc procedat concluſio pro qua vide etiam tex. in l. ſi Rufinus C. de teſtamento militari, Rub. Alexandrin. in l. penultima, §. ad crimen. nu. 57. in fine. ff. de public. Iudic. Dec. conſ. 3. num. 4. & ſeq. & in c. At ſi Clerici ſub num. 32. verſ. Sexto alias ſum ſequutus iſtam partem extra de iudicijs vbi hanc limitat concluſionem. Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. Gloſ. fin. num. 239. Vbi tamen ſubdit quod in actu indiuiduo non attenditur, nec permiſſiua, nec prohibitiua cauſa, & ſic neutra præualet, & quidem præmiſſa concluſio quod magis attendatur cauſa prohibitiua, quam permiſſiua, maximè procedit quando cauſa prohibitiua magis conformis eſt iuri communi, vt infra dicam, et voluit alias Rota coram

coram Illuſtriſſ. D. Cardinali Seraphino in vna Romana Prælationis pro Hieronymo Pico contra Antonium Porcellam ſub die 29. Septemb. 1572. nec diſſentit Rubeus Alexandrinus in l.penult. §. ad Crimen. nu. 57. ff. de public. iudicijs poſt Iaſ. quem allegat in l. ſi & Rogator. ff. de adoptionibus ad quæ vide eundem Bolognett. in eadem l. 2. num. 125. Vbi diſtinguit inter qualitates inſeparabiles, et incompatibiles, et inter eas quæ ſunt compatibiles vt primo caſu attendatur qualitas nocens. Secundò autem caſu attendatur ea quæ prodeſt. iuribus ibi per eum allegatis. Adde pro hac eadem concluſione Aretin. in d. l. 2. in princ. num. 2. verſ. Si verò duę qualitates incompatibiles ſunt, et ibi etiam Roman. num. 50. vbi in hac materia de cauſa proficua, vel nociua ponit vnam diſtinctionem, quam ibi omninò videas. Alciat. in repetitione, num. 36. et nu. 39. Signorol. conſ. 95. num. 5. Soccin. conſ. 246. eleganter, num. 3. verſ. tertio confirmo. lib. 2. vbi quod pars quæ nocet præualet etiam in materia fauorabili. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mixtus caſus. concluſ. 244. nu. 3. & concluſ. 295. num. 33. 34. & 35. et ſeq. vbi declarat, et limitat, et num. 45. et in verbo Qualitas nociua. concluſ. 13. vbi vè materia de qua per eundem Card. Tuſc. in verb. Cauſa. concl. 144. et 148.

273 Contrarium voluiſſe videtur Ancharan. in conſ. 37. num. 2. ante fin. verſ. Venio ad ſecundam rationem, vbi dixit quod in mixtura contrariorum iurium concurrentium in eadem Perſona; debemus inſpicere potius id quod prodeſt quam id quod nocet. Signorol. conſ. 95. num. 10. et conſ. 166. nu. 22. refert eum Card. Tuſc. pract. concluſ. in d. concluſ. 295. nu. 37. 38. et 39. & num. 41. Vbi quod quando id quod nocet eſt odioſum, et contra ius, et quod prodeſt eſt fauorabile, tunc præualet id quod prodeſt, et non id quod nocet, et num. 47. Vbi pariter dixit quod cauſa quæ prodeſt attendenda eſt potius quam illa quæ nocet, quando cauſa quæ prodeſt, eſt magis ponderata, et à partibus ex mente magis probata, et num. 49. vbi dat aliam declarationem, et num. 53. Vbi quod quando in mixtura concurrunt prohibita et permiſſa, attenditur permiſſum, et non prohibitum, ex Aym. quem allegat in conſ. 1. num. 4. vbi infert illationem ibi videas adde omnino pro hac contraria opinione ſcripta per Polidor. Rip. cap. 4. num. 96. et ſeqq. vbi pluribus probat attendendam eſſe potius cauſam quæ prodeſt, et quæ vtilior, et fauorabilior ſit quam quæ nocet.

274 MIXTVM non continetur ſub ſimplicibus in contractibus; & ſic diſpoſitio loquens de ſimplici non procedit in Mixto in materia contractuum, quia ſunt ſtricti iuris, l. quicquid adſtringendæ. ff. de verb. oblig. l. veteribus. ff. de pactis. Alex. conſil. 140. circa primum dubium. lib. 5. Iaſ. in l. 2. in prin. num. 8. ff. de verb. oblig. & ibi Alciat. in repetitione. num. 23. ad fin. verſ. Quinto probatur.

275 In contractibus bonæ fidei prout eſt contractus venditionis Mixtum continetur ſub ſimplici, & diſpoſitio de ſimplici loquens habet etiam locum in Mixto, ſecundum Bart. in l. Si extraneus. ad fin. ff. de condit. ob cauſam. Iaſ. in d. l. 2. num. 8. verſ. alibi tamen Bartolus. ff. de verb. oblig. & ibi etiam Alciat. in repetitione. num. 23. verſ. Quarto probatur.

276 Verum hæc Bart. opinio non placet Bolognett. in d. l. 2. in princip. ff. de verbor. obligat. num. 176. & ſeqq. Vbi propterea tenet quod ſiue ſimus in contractibus ſtricti iuris, ſiue etiam bonæ fidei Mixtum continetur ſub ſimplici quando ſimplicia quibus Mixtum componitur non faciunt diuerſam ſpeciem, ſecus ſi Mixtum ſit noua, & diuerſa ſpecies à ſimplicibus, iuxta Theoricam poſitam ſupra col. 7.

277 MIXTVM in contractu feudali an contineatur ſub ſimplici Vide Bolognett. in d. l. 2. in princ. nu. 178. ff. de verb. oblig. vbi relatis contrarijs ſententijs Doctorum quorum aliqui affirmatiuam firmarunt opinionem, aliqui verò negatiuam, & eorum rationibus vtraque eorundem Doctorum ſententia reprobata dixit hanc dubitationem eſſe reſoluendam iuxta Theoricam, & diſtinctionem traditam in col. 128. ſeq.

278 MIXTVM cum vt ſuo loco dixi reguletur ſecundum cauſam, & qualitatem digniorem, inde ſequitur, quod ſtante ſtatuto prohibente compromiſſum fieri in cauſis criminalibus, Illud vtique procedet etiam in cauſis Mixtis, in quibus ſcilicet pœna partim applicatur Fiſco, & partim Parti, quia propter Fiſcum qui dignior eſt tota cauſa reputatur criminalis, l. 1. C. de vend. reb. Fiſc. lib. 10. Matheſilan. ſingular. 70. & voluit Bolognett. in repetitione, l. 2. in princ. num. 99. poſt med. ff. de verb. oblig. & ante Alciat. in repetitione, num. 33. verſ. Adde etiam Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mixticum corpus. concluſ. 245. num. 15.

279 Benè verum eſt quod quando in criminali iudicio maior pœna applicatur Fiſco quàm actori, vel è contra cauſa illa dicitur criminalis, ſeu ciuilis ſecundum quod pœna magis vni quam alteri applicatur ſecundum Alciat. in d. l. 2. numer. 30. ff. de verbor. obligation. quem refert, & ſequitur Bolognett. ibidem. num. 105.

280 Contrarium quod imo ſtatutum diſponens in cauſis ciuilibus, ſeu criminalibus non habeat locum in cauſis Mixtis poſt Ang. quem allegat in conſ. 257. incip. Quia cõſultatio, col. 3. voluit idem Bolognett. in repetitione d. l. 2. num. 104. ff. de verbor. obligation. ponens exemplum in ſtatuto abbreuiante Inſtantiam in cauſis ciuilibus; & criminalibus, quod non extendatur ad cauſas Mixtas, & ibi reddit rationem, & num. 105. Vbi facit concluſionem generalem quod ſtatutum loquens de Iudicio ciuili, vel criminali non comprætendit iudicium Mixtum, illud ſcilicet in quo pœna partim applicatur Fiſco, & partim actori, & Polidor. Rip. in tract. de nocturno tempore, c. 4. nu. 47. Vbi quod

ſtatu-

ſtatutum loquens de cauſis ciuilibus non extenditur ad cauſas Mixtas.

281 Vide in hac quæſtione Rip. in rubric.extra de iudicijs.num.301. Vbi diſputata ad partes quæſtione diſtinguit, diſtinctionem ibi videas, & omninò etiam Aſin. in pract. in princ. c.4.per tot. Vbi exactiſſimè quæſtionem diſputat, & declarat, & licet concludere videatur communem eſſe opinionem Doctorum volentium ſtatuta de cauſis ciuilibus aut criminalibus loquentia non habere locum in cauſis Mixtis eandem tamen concluſionem ibidem n.1. videtur declarare vt procedat quando eſt diuerſa ratio, ſecus quando ratio eſt eadem.

ARGVMENTVM.

MONOPOLII pœna quæ ſit, & quomodo procedatur contra Monopolium committentes.

SVMMARIVM.

Monopolij pœna eſt publicationis bonorum, & exilij. num. 282. littera M.

Monopolij pœna puniuntur etiam primates, & præſidentes facientes huiuſmodi illicitas factiones. numer. 283.

Monopolij pœna puniuntur Iudices negligentes procedere contra exercentes Monopolia. num. 284.

Monopolij pœna puniuntur notarij rogantes ſe de huiuſmodi illicitis pactionibus. num. 285.

Forma procedendi contra exercentes Monopolia. num. 286.

282 MONOPOLII pœna eſt publicationis bonorum, & exilij tex. eſt expreſſus in l.1.§. Si quis autem, C.de Monopolijs dum ibi dicitur, ſi quis autem Monopolium auſus fuit exercere bonis proprijs expoliatus perpetuitate damnetur exilij, & ibi hoc annotauit Bald. poſt num.4. & num.5. Vbi quod pro pœna exilij in eo textu impoſita exercentes Monopolia non deportantur in Inſulam vt ibi propter malum Aerem moriantur, ſed forbanniuntur. & Ioan. Sicard. num.12. Idem dicit Armilla in ſumma in verbo Monopolium. vbi amplius quod huiuſmodi exercentes Monopolia peccant mortaliter. Decian. in tract.crimin.lib.7.c.21.num.33.in princ. Menoc. de arbitrar. quæſt.lib.2.caſu 569. num.23. Vbi tamen quod hæc pœna poteſt mitigari arbitrio Iudicis iuxta facti, et Perſonarum qualitatem.

283 Puniuntur etiam Collegij Primates, et Præſidentes propter huiuſmodi illicitas pactiones, et conuentiones in eorum Collegio, et arte factas, dum ſic fieri conſentiũt in libris auri quadraginta prout eſt text. expreſſus in eadem l.1. in fine. C.de Monopolijs ibi cæterarum prætereà poſſeſſionum Primates, ſi in poſterum, aut ſuper taxandis rerum pretijs, aut ſuper quibuslibet illicitis placitis auſi fuerint conuenientes huiuſmodi ſeſe pactis conſtringere quadraginta librarum auri ſolutione percelli decernimus. et ibi hoc annotauit Bald. num.1. verſ. Nota ſpecialiter. et Decian. d.c.21.num.33. Menoch. dicto caſu 369.num.24.

284 Puniuntur etiam Iudices negligentes procedere contra Monopolia exercentes et pœnas a iure inflictas illis exigere diſſimulantes pœna quinquaginta librarum auri prout cauetur in ead.l.1. in fin. c. de Monopolijs, et ibi præcipuè Bald. num.3. vbi propterea facit generalem concluſionem quod Iudices negligentes punire maleficia puniuntur.

285 Puniuntur etiam Notarij ſe rogantes de huiuſmodi illicitis pactionibus publicatione bonorum, arg.tex.in l.1. Vt nemo ad ſuum Patrocin. lib.11. et voluit Decian. d.cap.21.nu.35.

286 Quomodo autem procedatur contra Monopolia exercentes quod poſſit per denunciationem procedi nulla eſt dubitatio cum id apertè caueatur in d.l.1.C.de Monopolijs in his verbis omnia quæ huiuſmodi facinora denunciandi ſine iudiciarijs ſumptibus. et ibi hoc præſertim annotauit Bal. num.2. in fin. et Alberic. num.1. Sed tu verius dicas poſſe procedi per accuſationem, per denunciationem, per inquiſitionem, et ex officio, vt optimè probat Sicard. in ead.l.1. num.13. et 14. per tot.

ARGVMENTVM.

MONOPOLII Diffinitio, Grauitas, & Deteſtatio, quando & quot modis committatur.

SVMMARIVM.

Monopolij crimen iure probibitum eſt grauiſſimum reputatur, reipublicæ maxime perniciosum: & alia in deteſtationem huius criminis. num. 287.

Monopolij materia generalis. num. 288.

Monopolium quid ſit, & illius diffinitio. num. 289.

Monopolium tribus modis committitur. numer. 289. verſ. committitur tantum.

Monopolium propriè committitur quando plures mercatores, ſeu artifices inter ſe concordant, vt omnes certo pretio vendant, & non minori. num. 290.

Monopolium committitur quando Ciuitas tacitè, aut expreſsè ordinauit, quod nullus ruſticus debeat laborare in fundis forenſium. littera M. num. 291.

Monopolium committit is, qui emit aliqua victualia, vt ſolus vnus vendendi poteſtatem habeat, & non alius. num. 292.

Monopolium committitur non ſolum in mercibus, ſed etiam in loco vt puta quando ſtatuitur, ne victualia vendantur, niſi in certo loco. num. 293. Declara. vt num. 294.

Mono-

Monopolium committitur quando artifices inter ſe conueniunt vt incœpto per vnum opere, alter non intromittat. num. 295. littera M.

Monopolium committunt artifices conueniendo, & paciſcendo, ne quiſquam eorum in illa arte alios inſtruat, niſi filios, aut nepotes. num. 296.

Monopolium in perſona committi dicitur etiam à Collegio Doctorum ſtatuentium, quod nullus ad collegium admittatur, niſi ſit de familia nobili, vel de tali Ciuitate. num. 297.

Monopolium committitur etiam à Principibus, & Dominis Terrarum ementibus frumentum vel alia victualia, vt ſoli magno pretio vendant. numer. 298.

Monopolium committitur etiam per Aromatarios ſtatuentes quod pro exequijs defuncti nullus eorum poſſit dare eorum hæredibus, niſi prius ſoluto pretio. num. 299.

Monopolium committitur etiam per probibitionem, ne quis artem ſuam exercere poſſit. num. 300.

Monopolij illicita conuentio, ſeu pactio iuramento non firmatur. num. 301.

Monopolium non committitur, quando conſuetudine permiſſum eſt. num. 302.

Monopolij pœna nunquid de conſuetudine ſeruetur. num. 303.

Principis priuilegia, ſeu ſtatuta non trahuntur ad illicitas Monopolij conuentiones. num. 304. contra. numer. 305.

Monopolia poſſunt permitti propter publicam vtilitatem. num. 306.

Monopolium non committitur ab eo qui conducit operas alicuius ad vendēdum cum pacto, quod durante tempore locationis non poſſit aliorum res vendere. numer. 307.

287 MONOPOLII Crimen iure prohibitum eſſe nemo eſt qui dubitet, per tex. in l. 1. C. de Monopolijs: illud autem grauiſſimum reputari crimen, & Reipublicæ maximè perniciosum Videre eſt apud Armill. in ſumma in verbo Monopolium. in fine, Vbi dixit illud eſſe contra iuſtitiam, & bonum Reip. & idcirco Monopolium exercentes pœnitus ex ciuitatibus exterminandos eſſe. Decian. in tract. crim. lib. 7. c. 21. nu. 1. Vbi dixit Monopolium eſſe graue, & odioſum delictum, & Reipublicæ maxime incommodum, & num. 3. dixit nullamq; maiorem Peſtem in Republica reperiri poſſe quam interturbatis commercijs rerum neceſſariarũ ad vitam tuendam vſum pendere à paucorum Hominum arbitrio & auaritia ita vt huiuſmodi Monopolia exercentes ſicofantæ appellari poſſunt, & num. 5. in fine dixit Monopolia eſſe contra rationem naturalem, quia non ſolum viam benefaciendi proximo præcludunt, ſed etiam eidem proximo non modice nocent licet enim lucrum quod ex Monopolio percipitur ſit maximum illud tamen inhoneſtum, iniquum, & turpe reputatur, vt bene probat idem Decian. c. 21. ſub numer. 2. & 3.

288 Ex quibus formari poteſt regula Monopoliorũ prohibitiua ad quam ſi plura quam quæ hic ſcripſero perlegere volueris, vide Doctores, & præcipuè Bald. Alberic. & Io. Sichard. in l. 1. C. de Monopolijs. Azon. in ſumma eodem tit. Innoc. in ca. ſignificaſti. de appellationibus. in c. cum omnes, & in c. cum accepiſſent. de conſtitutionibus, Decian. in tract. crimin. lib. 7. c. 21. per tot. Iodoc. in pract. crim. c. 132. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 169. per tot.

289 Et ſi in ſpecie quid ſit Monopolium ſcire volueris vide Armill. in verbo Monopolium. vbi dixit quod eſt ſingularis negociatio in ciuitate, vel ſecundum Decian. d. c. 21. num. 1. dic Monopolium dici cum penes vnum tantum alicuius ſpeciei vendendæ poteſtas eſt; vel & magis generaliter, vt per eundem Decian. d. c. 21. num. 9. Monopolium eſſe conuentionem plurium Mercatorum bono publico ad eorum priuatum queſtum obuiantem, ex Felyn. quem allegat in c. Accedens. col. 1. de præſcrip. vel magis generaliter ſecundum eundem Decian. d. c. 21. num. 11. dic Monopolium eſſe quamlibet illicitam conuentionem ad damnum publicum, & quæſtum priuatum, ex Innoc. Archidiac. & Guidop. in locis ibi per eum allegatis quibus addi poteſt Innoc. Archidiac. & Guidop. in locis relatis per Menoch. de arbitrarijs. lib. 2. caſu 369. n. 12. qui dixerunt Monopolium committi in quauis illicita conuentione ad damnum publicum, & quæſtum priuatum.

Committitur autem Monopolium præcipue tribus modis, in rebus vel mercibus, in perſonis, & in certo loco, ſecundum Ioan. Sichar. in l. 1. C. de Monopolijs. num. 2. videamus ergo quando monopolium committi dicatur in rebus & mercibus, & quando in perſona.

290 MONOPOLIVM propriè committi dicitur inter plures mercatores ſeu Artifices, quando inter ſe concordant, conſpirant, & conueniunt, vt omnes vno certo prætio vendant, & non minori. tex. eſt clarus in d. l. 1. C. de monopolijs. in princ. in illis verbis Neue quis illicitis habitis conuentionibus coniuret, aut paciſcatur, vt ſpecies diuerſorum corporum negociationis non minoris quam inter ſe ſtatuerint venundentur, & ibi hoc adnotarunt Bal. num. 1. in fine. vbi dixit quod non valet ſtatutum, vel conuentio quod non vendatur, vel ematur frumentum niſi certo prætio, & idem in alijs rebus venalibus. Ioan. Archid. nu. 21 vbi dixit hoc propriè dici monopolium in mercibus quando mercatores certum pretium inter ſe conſtituunt, & non alio pretio vendere velle conueniunt, & Armilla in ſumma in d. verbo monopolium. verſ. Vnde non licet. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 21. num. 7. & num. 17. vbi monopolij

crimen dixit incurrere eos, qui conueniunt non locare domus vel Apothecas vel alia ædificia, aut Bona, niſi tanto prætio ex Corrado quem allegat in tract. de contractib. illicit. quæſt. 51. circa fin. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 569. num. 3. & num. 10.

Et hæc poteſt eſſe prima ampliatio ad regulam prohibitiuam ſupra poſitam.

291 MONOPOLIVM committi dicitur, & illius pœna locum habet quando ciuitas aut tacite, aut expreſsè ordinauit quod nullus Ruſticus debeat laborare in fundis forenſium, aut illos ab iniuria pecorum defendere ſeu iuuare ſecundum Alberic. in l. 1. C. de monopolijs in princ. vbi teſtatur ita vidiſſe de facto fieri per quandam communitatem Ruſticorum clandeſtine ſic paſcentium contra ciues habentes poſſeſſiones in eorum territorio, & ibi hoc idem adnotauit Ioan. Sichard. n. 7. verſ. item Ruſtici. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 21. num. 13.

Et hæc ſit ſecunda ampliatio ad regulam prædictam.

292 MONOPOLIVM præcipue committitur quando quis emit aliquam Victualiæ totam ſpeciem, vt puta frumentum, Vinum, Oleum, & ſimilia, vt is ſolus & vnus vendendi poteſtatem habeat & non alius, ſecundum Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 21. num. 1. in fin. vbi propterea dixit monopolium eſſe vocem Græcam dictam à monos quod eſt vnus & polcome quod eſt vendo, & n. 3. ad fin. vbi refert Syracuſis fuiſſe quẽdam qui ſolus emerat quicquid in Sicilia fere venale reperiri potuit. Ita quod vrgente ferri penuria, ciues non tantum pro ferri prætio redimerent, ſed quantum auariſſimus quiſq; exigere potuiſſet quem tamen Dionifius Tyrannus, vt perniciosũ ciuẽ Syracuſis eiecit, & num. 8. & num. 18. vbi infert ad eum qui præuidens futuram Aromatum penuriam pro omnibus Aromatibus emendis arram dedit. Addo eundem Decian. d. lib. 7. cap. 22. num. 6. vbi quod extraordinarie puniuntur etiam qui totam emunt annonam quam in prouincijs reperiunt, vt ſoli poſt ea pretio quo velint eam vendere poſsint per textum quem allegat in l. annonam. ff. de extraordinarijs criminibus. & voluit Rip. in tract. de peſte in vltima parte nu. 178. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 569. num. 1. Petr. Greg. Syntagma iuris. lib. 30. c. 30. num. 6. qui amplius ſcribit Hos ſic monopolium committentes dardanarios vocari de quibus ſcripſit idem Menoch. caſu 384.

Et hæc ſit tertia ampliatio ad regulam præmiſſam.

293 MONOPOLIVM committi dicitur non ſolum in mercibus, ſed etiam in loco, vtputa quando ſtatuitur quod paſtilli, aut alia victualia non vendantur, vel emantur niſi in certo loco. ſecundum Firman. in repertorio in verbo Monopolium. verſic. Item paſtilli. Caccialup. in l. omnes populi. num. 15. ff. de iuſtitia, & iure vbi propterea infert quod artifices Lanæ non poſſunt ſtatuere quod vnus ſit locus in ciuitate quo purgentur panni. Ioan. Siccard. in l. 1. C de Monopolijs. num. 5. vbi infert ad ſtatutum factum ab vniuerſitatibus, & qui doctorandi licentiam habuit alibi quam in loco, vbi licentiatus fuit doctorari nequeat. & num. 7. Vbi de ſtatuto, vt nemo frumentum molere debent niſi in certo molendino, de quo per Soccin. in conſ. 272. colum. 3. verſ. Quarto principaliter. lib. 2. quem refert & ſequitur Decian. dict. cap. 21. num. 21. & per Cardin. Tuſc. practicar. concluſ. in verbo Monopolia. concluſio. 358. num. 4. & 5. ex Bald. Soccin. & Rebuff. in locis per eum relatis. & per Menoch. dict. caſu 369. num. 18. Adde Decian. dict. cap. 21. num. 12. vbi ex Soccin. quem allegat in conſ. 272. colum. 3. verſ. Quarto principaliter. lib. 2. dixit Monopolium committere etiam eos qui conueniunt quod homines talis municipij non deferant frumentum, vel alias merces in proximum municipium, de quo per eundem Menoch. dict. caſu 369. num. 13.

294 Et hæc ſit quarta ampliatio propoſitæ regulæ ad cuius declarationem vide Decian. dict. cap. 21. num. 23. Vbi dixit valere ſtatutum, vt tales merces non vendantur, niſi tali loco, & tempore, vt puta in nundinis propter hominum commoditatem per text. quem allegat in l. 1. C. de nundinis.

295 MONOPOLIVM committi dicitur, quando puta artifices inter ſe conueniunt vt incepto per vnum operi alter ſe non intromittat. text. in l. 1. C. de Monopolijs. §. ædificiorum quoque artifices in his verbis, vt ne quis quod alteri commiſſum ſit opus impleat, aut iniunctam alteri ſollicitudinem, alter intercipiat, & quæ ſequuntur, & ibi hoc annotauit Ioan. Siccard. nume. 1. in fine. & num. 15. & ante eum Bald. nume. 1. Vbi tamen duobus modis hanc concluſionem declarat, declarationem ibi videas Decian. in tractat. criminal. lib. 7. cap. 21. num. 8. Menoch. de arbitrar. quæſtio. lib. 2. caſu 369. num. 5.

Et hæc ſit quinta ampliatio ad candem regulam.

296 MONOPOLIVM committunt etiam artifices conueniendo, & paciſcendo ne quiſquam eorum in illa arte alios inſtruat præter filios, vel nepotes Azzo. in ſumma. C. de monopolijs. Bart. in l. fin. col. 4. verſ. ſuper quibus. ff. de monopolijs. Corrad. in tract. de contractibus illicitis quæſt. 51. circa finem. quos ſic dicentes etiam quod artifices conuenirent quod nemo doceret artem, niſi tanto prætio, vel non minori tempore quam per tres annos, de quo etiam per Menoch. d. caſu 369. n. 17. Ioan. Sicard. in l. 1. C. de monopolijs. num. 3. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Monopolium. con-

concluſ. 358. num. 1. vbi allegat Rebuff. in tracta. de magiſtr. artificiorum. artic. 2. gloſ. 1. Menoch. d. caſu 369. num. 15. Vbi declarat hoc non habere locum in his artificibus, quibus vel priuilegio, vel vſu antiquiſſimo permiſſum eſt ita paciſci.

Et hæc ſit ſexta ampliatio regulæ.

297 MONOPOLIVM in perſona committi dicitur etiam à collegio Doctorum ſtatuentium, quod nullus ad collegium admittatur niſi ſit de tali familia, vt puta nobili vel de ciuitate tantum, taleq; ſtatutum ſtricte interpretandum poſt Bald. Felyn. & Boſſ. in locis per eum relatis dixit Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 569. num. 19. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 22. num. 15. Vbi dixit monopolium eſſe ſi inter notarios conuentum ſit vt nullus poſſit ſcribere niſi ſint ex tali factione orti, poſt Iaſ. in loco per eum relato. de quo etiam per Menoch. d. caſu 169. nu. 16. non diſſentit Ioan. Sicard. in l. 1. num. 5. C. de monopolijs. Vbi propterea dixit non eſſe immunes monopolio canonicos Cathedralium eccleſiarum inter ſe habentes ſtatutum, & pactum, ne alios ſuſcipiant in canonicos, quam nobiles contra omnia iura & ritum veteris eccleſiæ.

Et hæc ſit ſeptima ampliatio.

298 MONOPOLIVM committi etiam dicitur à principibus, & dominis terrarum, quando emunt frumentum, aut alia victualia, vt ſoli magno prætio vendant, & quod impium eſt quandoq; ſubditos nõ egentes ad emendum cogunt vt in l. 1. C. vt nem. lic. in empt. lib. 10. Decian. in tracta. crimin. lib. 7. c. 21. num. 5. Vbi inuehit contra principes qui hodie ſua horrea, ſuaſq; cellas repletas habent, & certo anni tempore ſingulares res ad victus neceſſarias, ſuo arbitrio vendunt, nemoq; alius huius generis merces vendere poſſint quod quam pie faciant in tremendo illo die quo coram irreuocabili, & Sanctiſſimo tribunali, quilibet villicationis ſuæ rationem reddas re ipſa cognoſcet. Et licet Alciat. reſponſ. 1 17. num. 20. verſ. Tertio, quia dixerit Principem poſſe compellere ſubditos certo pretio emere frumentum, vinum, oleum, ſalem, & ſimilia ipſius Principis, quia cum hoc ſit prohibitum Iure poſitiuo Princeps ea non ligatur. Verius tamen eiuſdem Principis legum monopolia conficientem non valere ſcripſit Menoch. dict. caſu 169. num. 27. poſt Bal. Socin. & Decian. in locis per eum relatis.

Et hæc ſit nona ampliatio.

299 MONOPOLIVM committitur etiam per Aromatarios ſtatuentes quod pro exequijs defuncti, nullus eorum poſſit dare eorum hæredibus, niſi prius ſoluerint Aromatarijs totum quod defunctus debebit. ſecundum Caccialup. in repetitione l. omnes populi. num. 13. verſ. Ex quibus notabiliter infertur, & ibi etiam Crot. num. 19. ff. de iuſtitia & iure, quos ſic dicentes refert & ſequitur Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap. 21. num. 29. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 169. n. 20.

Et hæc ſit decima ampliatio.

300 MONOPOLIVM committitur etiam per prohibitionem, ne quis artem ſuam exercere poſſit, nam Prouerb. 3. ſcribitur noli prohibere benefacere eum qui poteſt, ſed ſi vales ipſe benefac. Firman. in repertorio in verbo Monopolium. in primis verbis. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Monopolium. concluſ. 358. num. 2. & 3. Vbi de hoſpite prohibente alium hoſpitem facere hoſpitium in ſuo, & de cerdone alteri prohibente cerdonis artem exercere. ex Bald. quem allegat in conſ. 464. quatuor ſunt. num. 5. verſ. Quidam enim habent. & verſ. Sed ſi tu, lib. 4. Decian. in tract. crim in. lib. 7. d. cap. 21. num. 5. in fin.

Et hæc ſit vndecima ampliatio.

301 MONOPOLII illicita conuentio, ſeu pactio iuramento non validatur argum. text. in c. non eſt obligatorium. de reg. iur. in 6. probat text. in dict. l. 1. C. de Monopolijs ibi coniuret, vel paciſcatur. quæ iura ſic pro hac concluſione traducit Decian. in tract. crim. lib. 7. d. c. 21. num. 26.

Et hæc ſit duodecima ampliatio ad regulam Monopolij prohibitiuã. Venio nũc ad limitationes.

302 MONOPOLIVM non committitur, nec eius pœna locum habet quando conſuetudine aut priuilegio illicita monopolij conuentio permiſſa eſt. Bald. in conſ. 464. num. 5. verſ. Sed ſi tu. lib. 4. prout illum refert & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Monopolium. concl. 358. nu. 6. Ioan. Sicard. in d. l. 1. C. de Monopolijs. nu. 9. verſ. Quod intelligite verum niſi accederet publica auctoritas, & ante iſtos Bal. in ſua margarita. quam refert Siccard. vbi ſupra nu. 11. dixit titulum de Monopolio limitari, niſi Priuilegiũ, aut Conſuetudo reſiſtat. Decia. in tract. crimin. lib. 7. cap. 21. num. 22. vbi per tex. quem allegat in c. ſignificante. de appellationibus dixit quod licet non valeant pactiones quod tales, & non alij tantum vendant tales merces, valebit tamen Statutum vel Conſuetudo.

Et hæc ſit prima limitatio ad regulam monopolij prohibitiuam, de quo ſupra.

303 Imò monopolij pœnam de conſuetudine non ſeruari, cuius contrarium ſicut verius eſt ita diſpoſitionem d. l. 1. C. de Monopolijs in practica ſeruari teſtatur ibidem Bart. & aduertit Sichard. ibid. n. 13.

304 Hoc vnum eſt certum quod generalis conceſſio, ſeu confirmatio ſtatutorum, aut priuilegiorum non trahitur ad priuilegia ſeu conſuetudines cõſtituendi monopolia vt bene comprobat Io. Siccard. in d. l. 1. C. de monopolijs. num. 10. & ante eum Bald. n. 1. verſ. item nec generalis confirmatio.

305 Contrarium quod monopolij titulo præiudicari non poſſit per priuilegium, ſeu conſuetudinem poſt Innoc. quem allegat in c. ſignificaſti. de appellationibus. voluit Firman. in repertorio, in verbo Monopolium. verſ. Secundo facit. tex. in l. 1. in princ. C. de monopolijs. in his verbis. Pro ſua

authoritate vel Sacro iam elicito, aut in poſterum eliciendo reſcripto, aut pragmatica ſanctione, vel ſacra noſtræ pietatis adnotatione monopolium audeat exercere, per quem text. Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap. 21. num. 34. aperte dixit priuilegium de exercendo monopolium non valere. & Bal. in eadem l. 1. num. 1. expreſsè notauit non dari principibus poteſtatem iniquas concedi leges. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 569. nu. 27. vbi aperte dixit legem principis monopolia conficientem minime valere. poſt Bal. Socin. & Decian. in locis per eum relatis.

306 MONOPOLIA poſſunt permitti propter publicam vtilitatem ſecundum Bal. in l. 1. C. de monopolijs. num. 4. Firman. in d. verbo monopolium. verſ. Nam ſi ex cauſa, & vtilitate publica. Decian. in tract. crimin. lib. 7. cap. 21. num. 4.

Et hæc ſit ſecunda limitatio.

307 MONOPOLIVM non erit ſi quis conducit operas alicuius ad vendendum, & cum eo conuenit, vt durante tempore dictæ locationis non poſſit aliorum res vendere, quia pactum cum vno tantum factum non tollit libertatem publicã; licet non valeret pactum quod indigentibus vendere non deberet ſecundum Bal. in conſ. 445. lib. 1. & poſt Boſſ. quem allegat voluit Decian. in tracta. crim. lib. 7. c. 21. num. 27.

Et hæc ſit tertia limitatio.

ARGVMENTVM.

Mors & vita hominis, an præſumatur, an vero probanda, & per quem.

SVMMARIVM.

Mors & vita hominis probanda eſt ab eo, qui mortem aut vitam allegat. num. 308. Declara vt hæc concluſio habeat locum in actore ſecus in reo, & poſſeſſore. num. 309. Contra num. 310.

Viuere quis non præſumitur poſt centum annos. n. 311

Viuere an quis præſumatur neque ad centum annos. num. 312.

Mortuus ex duobus, quis prius præſumatur nu. 313. littera M. 314. & 315.

308 MORS & vita hominis regulariter probanda eſt ab eo qui mortem aut vitam allegat, & in cauſa ſe fundat. Corn. conſ. 10. num. 4. verſ. His tamen minime refragantibus. & num. 5. lib. 1. & conſ. 204. nu. 3. Cappell. Tholoſ. quæſt. 313. num. 4. & 5. Gozzadin. conſ. 68. num. 1. & ſeqq. Vbi bene fundat hanc concluſionem. Firman. in repertorio in verbo Mors. num. 37. Bellon. conſ. 56. num. 1. vbi de communi, refert eum & alios Villalob. in communi opinion. littera V. num. 43. Herculan. in tract. de negatiua. num. 10. Gabriell. titulo de præſumption. lib. 1. concluſ. 16. nu. 7. Stephan. Lamberteng. de contractibus eorum, &c. gloſ. 9. num. 4. vbi teſtatur de magis communi Doctorũ opinione, & alios plures in id refert concordantes. Maſcard. qui alios plures in idem allegat de probat. lib. 2. concluſ. 1069. nu. 1. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 667.

Hæc regula patitur tres limitationes, de quibus mox infra dicam.

309 MORS & vita licet probanda ſit per eum, qui ſe in ea fundat; Hoc tamen procedit, & habet locum in actore, ſecus in reo, & poſſeſſore, qui nihil probare tenetur. ad tex. in §. commodum instit. de interdictis. & voluit Gozzadin. conſ. 68. num. 8. Gabriell. tit. de præſumption. conclu. 16. lib. 1. num. 8. Vbi quod excipiens quantumcunque ſe fundet in vita illam probare non tenetur. allegat Gloſ. in l. 2. §. ſed ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. & Socin. in l. ſi inter virum. col. fin. verſ. Quarto infertur. ff. de rebus dubijs. & hæc ſit prima limitatio propoſitæ regulæ.

310 Contrarium quod vita, & mors probanda ſit ab eo qui ſe fundat in ea ſiue agendo ſiue excipiẽdo voluiſſe videtur Stephan. Lamberteng. in tracta. de contractibus eorum, &c. gloſ. 9. num. 4. verſ. Quæ ſententia. vbi tamen allegati per eum non loquuntur in probatione vitæ & mortis, ſed in probatione ætatis. Couar. var. reſol. lib. 2. c. 7. poſt num. 6. vbi teſtatur crebriori calculo receptum eſſe agenti, vel excipienti incumbere probationẽ vitæ quoties ea eſt fundamẽtũ actionis, vel exceptionis.

311 MORS & vita licet, vt dixi non præſumatur, & propterea probanda ſit ab allegante eam; nõ eſt tamen mors probanda eius qui iam natus eſt centum retro annis, quia ex curſu tanti temporis præſumitur mortuus. Capell. Toloſ. dec. 313. n. 3. verſ. probatur etiam. Firman. in repertorio, in verbo Mortuus. num. 18. & 58. Gabriell. titulo de præſumptio. concluſ. 16. num. 4. lib. 1. Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 7. num. 6. poſt verſ. tertio eadem fere ratione, qui tamen ſubdit ex curſu centum annorum maximam mortis oriri præſumptionem, & hæc ſit ſecunda limitatio de morte.

312 Nunquid autem probanda ſit vita illius, qui non exceſsit centum annos, & ſic an viuere quis præſumatur vſque ad centum annos; vna fuit opinio quod vſque ad centum annos quis viuere præſumatur, & conſequẽter nõ ſit neceſſe alleganti allegare vitam iſto caſu. gloſ. eſt in l. ſed ſi de ſua in 1. gloſ. & ibi Bart. Ang. Imol. & Roman. ff. de acquiren. hæreditate. item gloſ. in l. 2. §. ſi dubitetur, & ibi etiam Bart. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. eum alijs per Corn. in conſ. 204. nu. 5. lib. 3. Vbi propterea dixit quod non eſt probanda vita per eum, qui allegat vitam illius, qui tẽpore cauſæ motæ non excedebat annos centum, quia qui ſemel fuit in vita, hodie etiam viuere præſumitur, & ſubdit quod ab hac opinione durum

eſſet

eſſet recedere in practica. & nu. 7. Cappell. Tholoſ. deciſ. 313. num. 3. Boer. deciſ. 288. poſt n. 2. Hanc eandem concluſionem ſic vt ſupra firmatam tenuerunt plures alij Doctores relati per Gabriell. qui tamen eos non ſequitur in titulo de præſumptionibus. concluſ. 16. lib. 1. num. 1. & ſeq. Vbi præſertim Iaſ. ibidem relatus in l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ. communem dicit, & pro hac eadem opinione crederem poſſe allegari quam plures Doctores relati per Stephan. Lamberteng. in tract. de contractibus eorum, &c. gloſ. 9. num. 4. Vbi & ipſe teſtatur de communi Doctorum opinione. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 23. vbi de communi.

Contrarium quod vita probanda ſit per eum, qui in vita ſuam fundat intentionem, nec vita probata cenſeatur ex eo quod quis præſumatur viuere vſque ad centum annos voluiſſe videtur. Cappell. Tholoſ. quæſt. 313. num. 4. Gozzadin. conſil. 68. num. 5. & ſeqq. Vbi bene fundat hanc concluſionem, & cum hac contraria opinione pertranſit, & veriorem defendit Herculan. in tract. de negatiua num. 290. verſ. Mors quoque præſumitur. Gabriel. tit. de præſumption. lib. 1. concluſ. 16. num. 3. & ſeqq. Vbi alijs relatis concordantibus hanc veriorem defendit ſententiam, & contrariam reprobat, & in hanc eandem ſententiam concurrere videtur Couarr. cum allegat. per eum variar. reſolut. lib. 2. cap. 7. num. 6. verſ. Tertio eadem fere ratione. Vbi teſtatur hiſce temporibus de crebriori Doctorum ſententia. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. rem. 4. num. 668. Vbi de veriori opinione teſtatur, & hanc contrariam opinionem magis communem hodie eſſe alijs relatis teſtatur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Viuere. concluſ. 226. num. 6. & nu. 14. & per tot. concluſionem quam omnino vide in materia.

313 MORTIS tempus vbi ab aliquo probandum eſt, & ſic duobus mortuis, quod vnus dicatur altero prius mortuus, quis debeat hoc probare, & quid præſumatur vide omnino pulchrum conſilium Cornei conſ. 10. lib. 1. Dicaſq; quod pater, & filius ſi mortui ſint in ruina, naufragio, ſeu conflictu præſumitur primo loco mortuus pater, quam filius, & ſic quod filius ſuperuixerit, ſecundum ordinem naturæ. l. qui duos. §. final. ff. de rebus dubijs. vbi Bart. & alij. Paul. de Caſtro. conſ. 101. ad primum in princ. lib. 2. prout illum refert, & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mortuus. concluſ. 401. num. 1.

314 Hæc regula ampliatur pluribus modis. Primo, vt procedat etiam in matre, quæ in ruina domus mortua præſumitur primo quam filij cum alijs per Oſaſch. deciſ. Pedem. 108. num. 4.

Secundo amplia in marito & vxore, ſimul mortuis, quia mulier præſumitur primo mortua ad Gloſ. in l. ſi poſſeſſor. ff. de religioſis. & per Card. Tuſc. d. concluſ. 401. num. 6. & 7. Vbi declarat niſi agatur de lucro ob præmorientem vxorem.

Tertio ampliatur ad effectum validitatis teſtamenti, & ſubſtitutionis ex allegatis per Card. Tuſc. d. concl. 401. num. 4. & num. 5.

315 Limitatur primo hæc eadem regula, quando conſtaret, aut verè, aut præſumptiuè quod eſſet primo mortuus filius, quam pater, quia tunc præſumptio cedit veritati, & vna præſumptio tollit aliã ex allegatis per Card. Tuſc. d. concluſ. 401. num. 8. & 9.

Secundo limita quando agitur contra poſſeſſorem. Card. Tuſc. d. concluſ. 401. num. 10. & 16. & 17. vbi vide. & concluſ. 400. num. 22. vbi etiam vide.

Tertio limita in teſtatore, & legatario, quia hæres legatarij petens legatum debet probare quod primo ſit mortuus teſtator. Card. Tuſc. d. concluſ. 401. num. 12.

Quarto limita, quando pater & filius ſunt mortui extra conflictum, & in diuerſis locis, quia tunc in diſpoſitione legali præſumitur primo mortuus pater, ſeu in diſpoſitione hominis. Card. Tuſc. dict. concluſ. 401. num. 13. & 14.

Quinto limita ad effectum validitatis fideicommiſſi, quo caſu præſumitur primo mortuus filius. Card. Tuſc. d. concluſ. 401. num. 15. per tex. quem allegat in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. verſ. Cum ſuus. ff. ad trebellian. & num. 16. vbi declarat, & num. 17. Vbi ponit contrarium.

Sexto limita, quando filius eſſet impubes, quia in ruina præſumitur prius deceſſiſſe quem pater ex allegatis per Card. Tuſc. d. concl. 401. nu. 18.

ARGVMENTVM.

MORS, an probandæ ſit per præſumptiones & indicia, an vero plene, & concludenter, plures in hac dubitatione traduntur à Doctoribus diſtinctiones de quibus in infraſcriptis verſiculis plene diſcutietur.

SVMMARIVM.

Mors plene, & concludenter probanda eſt non præſumptiue quando agitur de morte recenti ſecus ſi de antiqua. num. 316. Idem quando agitur de magno, & irreparabili præiudicio, ſecus ſi de modico, & reparabili. num. 317. Declara vt num. 318.

Mors probatur per indicia etiam ad effectum petendæ hæreditatis. num. 318.

Mors probanda non præſumptiue, ſed plene, & concludenter quando agitur de morte ſequuta in loco proprij Iudicij, vel etiam propinquo, ſecus ſi de morte ſequuta in longinquis partibus. numer. 319.

Mors plene & concludenter probanda eſt, quando agitur de vacatione beneficij in menſe reſeruato.

Mors poſita in conditione plene & concludenter probari debet non autem præſumptiue. nu. 321.

Mortis aut vitæ coniecturas habens pro ſe transfert onus probandi contrarium in aduerſarium. nu. 322.

Mors quomodo probanda ad hoc, vt coniux alteri coniugi nubere poſſit. num. 323.

316 MORS plene, & concludenter non autem præſumptiue probanda eſt quando agitur de morte de recenti, ſecus ſi antiqua. Corn. conſ. 10, num. 6, lib. 1. Boer. deciſ. 288. num. 1. & num. 2. verſ. Si vero allegatur. Firman. in repert. in verbo Mors. num. 14.

317 MORS plene, & concludenter non autem præſumptiue probanda eſt, quando agitur de magno, ſeu etiam irreparabili præiudicio, ſecus ſi de modico, & ſeu reparabili, quia tunc præſumptiones ſufficiunt. Corn. conſ. 10. num. 6. lib. 1. & conſ. 204. num. 4. lib. 3. Cappell. Tholoſ. quæſt. 313. num. 1. Boer. deciſ. 288. num. 1. & num. 2. in fin. verſ. Si vero agitur de maximo præiudicio, vbi de magno præiudicio agi exiſtimat, quando agitur de aliqua hæreditate, aut beneficio, vel quãdo agitur criminaliter contra aliquem de homicidio, & d. num. 1. poſt med. verſ. ſi vero agatur de modico præiudicio, vbi ponit exemplum in apertura tabularum, poſt mortem teſtatoris. Firman. in repert. in verbo Mors. num. 11. & ſeq. Petr. de Sonceno in conſ. matrimoniali 25, num. 4.

318 Vide tamen Card. Tuſc. cum allegatis per eũ pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. nũ. 5. & 6. Vbi quod mors probatur per inditia etiam ad effectum petendæ hæreditatis, & num. 31. Vbi loquitur de magno præiudicio pecuniario. & n. 32. Vbi loquitur de præiudicio recuperabili, & inrecuperabili.

319 MORS probanda eſt plene & concludenter, non autem præſumptiue quando agitur de morte ſequuta in loco proprij iudicij, vel etiam propinquo, ſecus ſi de morte ſequuta in longinquis partibus. Corn. conſ. 10. num. 6. lib. 1. & conſ. 204. num. 4. lib. 3. Petr. de Sonceno, conſ. matrimonial. 25. num. 4. verſ. Vbi enim agitur de probanda morte. Herculan. in tract. de negatiua. n. 290. poſt princ. Vbi etiam quærit in propoſito quis dicatur locus longinquus, & iudicis arbitrio remittit. Franc. Marc. deciſ. 495. num. 27. in fine par. 1. Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 4, n. 672. Maſcard. cum alleg. per eum de probat. lib. 2. concl. 1070. num. 5. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 26. & num. 28.

320 MORS plene, & concludenter probanda eſt, quando agitur de vacatione Beneficij in menſe Apoſtolico, & ſic reſeruato Deciſ. diuerſ. 53. nu. 1. par. 2. & num. 2. Vbi hoc fallit quando obitus contingat in mari.

321 MORS non præſumptiue, ſed plene, & concludenter probanda eſt, quando ipſa Mors eſt poſita in conditione. Deciſ. diuerſ. 9. par. 2. nu. 20. Declara vt num. 21.

322 MORS & Vita licet coniecturis non probetur, tamen qui habet pro ſe mortis, aut vitæ coniecturas transfert onus probandi in aduerſarium. Bal. conſ. 176. lib. 4. prout eum refert, & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 24.

323 MORS viri, an ſufficiat vt probetur præſumptiue, an vero requiratur vera, & certa probatio dic requiri certum Nuncium. cap. in præſentia, de ſponſalibus. cap. Dominus, de ſecundis nuptijs. cap. primo 33. quæſt. 2. & propterea præſumptiones non ſufficere ſed certam, & veram requiri probationem voluit Cappell. Tholoſ. quæſt. 317. & ibi in additionibus. Boer. deciſ. 288. num. 1. ante fin. vbi agi dicitur de magno præiudicio, quando agitur de muliere iterum nubenda. Maſcard. de probation. lib. 2, concluſ. 1069. num. 3. & ſeqq. Vbi de materia, vide tamen quæ late hac de re dixi ſupra in titulo de delictis carnis quæſt. 140. par. 2. num. 42. & ſeqq.

ARGVMENTVM.

MORS quibus modis probetur.

SVMMARIVM.

Mors & vita hominis quomodo probetur generaliter de materia. num. 324.

Mors cenſetur probata ex luctu, & lugubribus veſtibus conſanguineorum, & parentum. num. 325. Declara vt num. 326.

Mortuus præſumitur is qui in aciem tempore belli, & conflictus ingreſſus, vel in nauem poſtea ſummerſam amplius viſus non fuit viuus. declara vt n. 327.

Mortuus an præſumatur, qui amplius non reperitur, nec videtur. num. 328. 329. & 330. Vbi an mors præſumatur ex lapſu quinquennij poſtquam venit nouum de morte alicuius.

Mors probatur iuramento, quando agitur de leuiſſimo præiudicio. num. 331.

Mors cenſetur probata ex publicatione teſtamenti. num. 332. Declara vt num. 333.

Mors probatur per inſcriptionem monumenti. n. 334.

Mors probatur per nuntios, & exploratores a iudice miſſos ad effectum vt perquirant, an quis ſit viuus vel mortuus. num. 335.

Mors probatur per librum rectorum eccleſiæ in quo ſepultorum nomina deſcribuntur. nu. 236.

Mors cenſetur probata ſi de ea fiat mentio in aliquo inſtrumento. num. 337.

324 MORS, & Vita Hominis quomodo probetur, & generaliter de materia vltra infraſcripta vide text. Bart. & Doctor. in l. ſi quidem C. ſolut. matrim. & in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. eundem Bart. in tract. de teſtibus. in verbo Mortuum, & in verbo Mors. Corn. conſ. 10. lib. 1. Vide etiam Doctores remiſſiuè relatos per Firman. in repertorio. in verbo Mors. num. 30. Item vide alios Doctores relatos per Herculan. in tract. de negatiua, num. 290. in fin. verſ. & generaliter. Monticell. in repert. de teſtibus. in verbo Mors. fol. Mihi 400, col. 2. & fol. 401. col. 1.

325 MORS cenſetur probata quando parentes, & conſanguinei defuncti luctum feciſſent, & veſtes lugubres aſſumpſiſſent. Bart. in l. 2. §. Sed ſi dubitetur. num. 2. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. & in l. genero, nu. 5. ff. de ijs qui not. infam. & ibi etiam Fulgoſ. num. 3. Corn. conſ. 204. num. 6. lib. 3. Vbi è contra quod vita cenſetur probata quando conſanguinei habent aliquem pro viuo, & propterea non fecerũt aliquem luctum, nec veſtes lugubres aſſumpſerunt, & puta vxor cum anulis incedebat. Boer. deciſ. 288. poſt num. 2. verſ. & etiam per coniecturas. Firman. in verbo Mors. in repertorio, num. 29. Herculan. in tract. de negatiua, num. 290. in princ. & in verſ. Item ſi conſanguinei. Monticell. in repertor. Teſtium in verbo Mors. fol. mihi 401. colum. 1. verſ. Secundo. Menoch. de adipiſc. poſſ. rem 4. numer. 674. Maſcard. de prob. lib. 2. concluſ. 1071. num. 1. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 14. & num. 30.

Sic pariter Mors cenſetur probata per Plantum, & Ploratum Parentum & Conſanguineorum. Corn. conſ. 10. num. 2. verſ. Similiter Domina Vica. lib. 1.

326 Vide tamen pro declaratione præmiſſæ concluſionis Corn. d. conſ. 10. num. 9. verſ. Deueniendo ad alios teſtes, vbi dixit aduertendum, quod Mulieres ſæpè plorant Mortem inſtantem; & futuram, non autem præſentem, & conſumatam ideo mulierum ploratus non facit Mortis concludentem probationem, & num. 10. vbi quod teſtes deponentes de auditu plantus & ploratus non probant mortem niſi etiam viderint perſonam plangẽtis, & plorantis, & aliter teſtis poteſt facile decipi vt ibi per eum.

327 MORS cenſetur probata de eo, qui ingreſſus in aciẽ tempore belli, & in conflictu in naui exiſtente in Mare, & poſtea ſummerſa, ſi poſtea multi Mortui, & occiſi, ac ſuffocati fuerint, ille qui viuus non reperitur, Mortuus præſumitur in prælio & naufragio. argumento text. in l. fin. vbi Bart. & Ang. hoc notant. ff. de his qui notantur infamia. cum alijs per Corn. in conſ. 204. nu. 3. verſ. Nam prout præſupponitur, lib. 3. & nu. 4. Cappell. Tholoſ. quæſt. 313. num. 3. verſ. & etiam eo ipſo. poſt Bart. quem allegat in tract. de teſtibus. in verbo Mortuum. Firman. in repertorio. in verbo Mors. num. 25. Vbi idem de eo qui ingreſſus eſt Ciuitatem peſtiferam, & deinde amplius viſus non eſt. Petrus de Soncen. conſ. Matrimonial. 25. num. 4. verſ. Item ſi fuit in acie. lib. 1. Herculan. de negatiua, num. 290. verſ. Item probatur Mors. Monticell. in repert. Teſtium. in verbo Mors. fol. mihi 400. col. 2. verſ. 1. Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 8.

Verum pro declaratione præmiſſæ concluſionis vide Corn. d. conſ. 204. num. 8. lib. 4. vbi declarat quod iſta negatiua, quod ſcilicet is, qui in naui ſummerſa, & cõflictu belli non fuerit amplius viſus probanda eſt aliter nulla mortis oritur præſumptio, niſi forſan concurreret opinio quod eſſet mortuus, Herculan. in tract. de negatiua, num. 290. verſ. Plane ſi poſt ingreſſum, vbi propterea dicit quod ſi quis poſt ingreſſum in aciem viſus fuerit mors non cenſetur probata per ingreſſum in aciem.

328 MORS dicitur probata eo ipſo quod probatur aliquem non reperiri, qui propterea Mortuus præſumitur. Cappell. Tholoſ. quæſt. 313. numer. 3. verſ. Et eo ipſo. poſt Bart. quem allegat in l. & ſi certus, §. Si vnus, ff. ad Sillanian. Firman. in repert. in verbo Mors. num. 23. & 64. Herculan. in tract. de Negatiua, num. 290. verſ. Item per 30. Vbi tamen requirit quod quis non fuerit repertus ſaltim per annos quinque.

329 Contrarium quod Mors alicuius non cenſeatur probata ex eo quod diligenter requiſitus non reperiatur, voluerunt Ancharan. & Soccin. in locis relatis per Monticell. in ſuo repert. de teſtibus. in verbo Mors. fol. mihi 400. col. 2. verſ. finali.

330 MORS etiam cenſetur probata per lapſum quinquennij poſtquam venit nouum de Morte alicuius. Cappell. Tholoſ. quæſt. 313. nu. 3. in fin. poſt Bar. in loco per eum relato. Maſcard. cum allegatis per eum de probat. lib. 2. concluſ. 1072. num. 5. Cephal. conſ. 65. num. 44. lib. 1. Vbi tamen loquitur in Morte Hominis rixoſi, & Banniti. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. n. 15. & 16.

331 MORS probatur iuramento quando agitur de præiudicio læuiſſimo. Bart. in l. 2. §. ſi dubitetur, ff. Quemadmodum teſtamenta aperiantur vbi tamen Bald. dicit id verum cum vno teſte, ſequitur Cappell. Tholoſ. deciſ. 313. num. 1. in fin. Firman. in repert. in verbo Mors. num. 13. in l. fin. num. 28. in fin. C. de edict. diu. Adr. toll. & ibi etiam Zucchar. num. 250. Lanfranc. in c. quoniam contra, in titulo de teſtibus. num. 189. de probat. Maſcard. de prob. lib. 2. concluſ. 1072. numer. 1. Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 4. num. 971.

332 MORS cenſetur probata ex eo quod conſtat Teſtamentum eſſe publicatum, & penes hæredem, quia niſi teſtator obijſſet, iudex non dediſſet licentiam Notario illud publicandi. Bart. in l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen. num. 21. & ibi etiam Paul. de Caſtr. num. 9. in fin. Iaſ. num. 13. Dec. numer. 27. Corn. num. 18. Maran. in prima lectura, num 113.

Curt. iun. num. 54. vbi de communi Zuccard. numer. 247. Alex. conſ. 101. num. 9. verſ. Quo autem ad ſecundam cauſam. lib. 5. Marſil. in rubr. de probat. num. 176. Aretin. in §. quadrupli. num. 15. in fin. inſtit. de action. Cappell. Tholoſ. quæſt. 313. numer. 3. verſ. Et etiam mors probatur. Firman. in repert. in verbo Mors. num. 21. Herculan. in tract. de negatiua, num. 290. verſ. Et per productionem teſtamenti. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1069. numer. 6.

333 Verum quia contrarium voluit Alex. in d. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. roll. num. 17. & ibi etiam Fulgoſ. num. 10. & Sebaſtian. Sapia num. 23. & Papien. in loco relato per Maſcard. d. concluſ. 1069. nu. 7. Ideò pro concordia diſtingue vt per Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. nu. 669. vt prima opinio procedat quando Hæres exhibet teſtamentum ſibi datum à Notario auctore Prætore. Contraria verò procedat quando hæres aliunde, quàm à Notario de mandato Iudicis teſtamentum habuit, & hanc diſtinctionem refert etiam, & ſequitur Maſcard. dicta concluſ. 1069. num. 8. & vide etiam Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucenſ. 49. per tot. vbi arguit pro, & contra, & poſtea tenet opinionem negatiuam, quod ſcilicet, & per productionem teſtamenti mors non ſit concludenter probata, & hanc ſententiam melioribus rationibus fundatam forſan communem, & in practica tenendam teſtatur, & deinde concordan. opiniones dixit affirmatiuam ſententiam procedere in teſtamento in ſcriptis negatiuam verò quam ipſe tenet habere locum affirmat in teſtamento nuncupatiuo, & huius diſtinctionis optimam reddit rationem.

334 MORS probatur per inſcriptionem monumenti, in quo quis eſt ſepultus Boer. deciſ. 288. num. 8. verſ. Aut etiam per inſcriptiones monumentorum.

335 MORS Hominis probatur per Nuncios, & exploratores à Iudice miſſos ad effectum vt perquirant an quis ſit Viuus, vel mortuus, qui ſi retulerint nihil certi de eius vita habuiſſe, dicitur probata Mors. Bart. Alex. & alij in locis relatis per Gozzad. conſ. 68. num. 9. Petr. de Soncen. in conſ. matrimonial. 25. num. 4. verſ. item probabitur per Nuncium. Vbi tamen id totum remittit arbitrio Iudicis ex qualitate Nuncij, & alijs circumſtantijs Herculan. in tract. de negatiua. num. 290. verſ. Item ex miſſione exploratorum Maſcard. cum alleg. per eum de probat. lib. 2. concluſ. 1072. nu. 2. & 3. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 490. num. 14.

336 MORS probatur per librum Rectorum Eccleſiæ, in quo ſepultorum mors deſcribitur Aym. de antiquitate temporum p. 1. ſectione vidimus abunde. Vbi tamen dixit credendum eſſe huic libro ſi ita dictat conſuetudo, ceſſante autem conſuetudine non credi niſi vbi agitur de modico præiudicio, licet omni caſu aliquam præſumptionem faciat. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1072. num. 4. Vbi refert, & ſequitur Aymonem in loco præallegato. vide Seraphin. dec. 1456. num. 2. parte 2. vbi quod Mors probatur ex fide libri Hoſpitalis, quando ad illud acceſſit infirmus, & deinde quando obijt.

337 MORS cenſetur probata ſi de ea fiat mentio in aliquo inſtrumento cum aduerbio quondam. Bal. conſ. 407. in q. num. 9. verſ. Tangitur 4. lib. 1. ex allegat. per Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1072. num. 7. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 13.

Verum hanc concluſionem intelligas in caſu in quo enunciatiua inſtrumenti verba de iure probant, alias ſecus.

ARGVMENTVM.

De probatione MORTIS per famam.

SVMMARIVM.

Mors cenſetur probata per teſtes deponentes de publica voce, & fama. num. 338.

Mors alicuius magni Domini, ſeu Principis probatur per famam. num. 338. in fine.

Mors probatur per publicam famam, vbi agitur de modico præiudicio ſecus ſi de magno declara. vt numer. 339.

Mors probatur per famam quando agitur de morte ſequuta in partibus longinquis ſecus in loco Iudicij, vel vicino. num. 340.

Mors cenſetur probata per famam, quando agitur de morte antiqua; ſecus ſi de morte recenti. nu. 341.

Mors probatur per famam iunctis adminiculis, ſecus ſine adminiculis. num. 342.

Mors probatur per famam ad effectum vacationis beneficij ſecus ad effectum reſeruationis. num. 343.

Mors cenſetur probata per famam ſi teſtes ſuper eo deponentes firmiter deponant alias ſecus. nu. 344.

338 MORS probatur per teſtes deponentes de publica voce, & fama. Gloſ. & Doctores in l. ſi quidem. C. ſolut. marr. & in cap. quoniam frequenter, §. fin. autem vt lit. non conteſt. Bart. & Ang. l. quoties. C. de Naufragijs. lib. 11. cum alijs per Oldrad. conſ. 304. num. 7. verſ. Non obſtat. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 1. Com. in conſ. 10. num. 4. lib. 1. & conſ. 204. num. 6. lib. 3. Duen. regul. 299. in 9. limitatione in prin. cum allegatis per eum. Aym. conſ. 127. num. 17. Cephal. conſ. 65. num. 45. lib. 1. qui tamen loquitur, vbi agitur de commodo pecuniario. Bal. Iaſ. Alex. & alij plures relati per Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1070. num. 1. & ſeq. Vbi amplius quod fama mortis alicuius excuſat à pœna impetrantis beneficium viuentis. Rot. coram Seraphino. dec. 1441. num. 9. p. 2. Vide alios allegatos ſupra de indicijs & tortura. quæſt. 47. numer. 97.

Et

Et hæc regula præſertim locum habet quando agitur de probanda Morte alicuius magni Domini, ſeu Principis ex alleg. per Boer. dec. 288. num. 2. Firman. in repert. in verbo Mors. num. 19.

Hæc regula patitur plures infraſcriptas limitationes.

339 MORS probatur per teſtes deponentes de publica voce & fama, vbi agitur de modico præiudicio, ſecus vbi agitur de magno præiudicio. Corn. conſ. 10. num. 11. lib. 1. Boer. deciſ. 288. num. 1. Vbi magnum præiudicium exemplificat quando agitur de aliqua hæreditate, aut beneficio, & num. 2. in fin. verſ. Si vero agitur de maximo præiudicio. Vbi loquitur quando criminaliter agitur contra aliquem de homicidio, Firman. in repertor. in verbo Mors. num. 11. & ſeq. Alex. conſ. 187. num. 5. lib. 6. Franc. Marc. deciſ. 183. num. 2. p. 2. Duen. reg. 299. in nona limitatione cum allegatis per eum. Maſcard. cum allegatis per eum de probat. lib. 2. concluſ. 1070. num. 3. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. nu. 672. Et dixi hac de re iterum ſupra in tit. de inditijs, & tortura. quæſt. 47. num. 99.

Vide tamen Card. Tuſc. & allegatos per eum pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 5. & 6. Vbi quod Mors probatur per famam, & etiam quod agatur ex teſtamento ad hæreditatem, in qua quis inſtitutus fuit.

340 MORS cenſetur probata per famam quando agitur de morte ſequuta in partibus longinquis; ſecus ſi in loco iudicij ſeu vicino, Cappell. Tholoſ. quæſt. 313. ſub num. 2. & num. 3. verſ. Et etiam Bart. Boer. deciſ. 288. nu. 2. ante med. verſ. Et idem ſi agatur de morte alicuius, qui in longinquo, & remoto loco deceſſit. Firman. in verbo Mors. in repertorio. num. 15. & num. 20. Herculan. in tract. de negatiua. num. 290. poſt princ. Vbi etiam quando dicatur locus longinquus. Card. Tuſc. cum allegatis per eum practicar. concluſ. in verbo Mors con* cluſ. 400. num. 2. & num. 7. & num. 26. vbi de communi.

341 MORS pariter cenſetur probata per famam quando agitur de morte antiqua; ſecus ſi de morte recenti. Cappell. Tholoſ. quæſt. 313. ſub num. 3. Boer. dec. 288. num. 2. Aym. conſ. 127. Fran. Marc. dec. 183. num. 30. p. 2. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 672. Maſcard. de prob. lib. 2. concluſ. 1070. num. 4. Rot. coram Seraphino dec. 1456. numer. 1. par. 2. vbi loquitur quando teſtes examinantur per decem annos poſt exortam famam. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 3. & num. 26. vbi de communi, & num. 28.

342 MORS probatur per famam cum adminiculis, ſecus autem ſine adminiculis. Boer. deciſ. 288. numer. 2. ad med. Duen. cum allegat. per eum regul. 299. in nona limitatione. Herculan. in tract. de negatiua. num. 290. in princ. verſ. Per famam quoque. Maſcard. de prob. lib. 2. concluſ. 1070. nu. 7. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concl. 400. n. 2.

343 MORS per famam dicitur concludenter probata ad effectum vacationis beneficij, ſecus ad effectum reſeruationis quando puta agitur de vacatione beneficij in menſe Apoſtolico, quia tunc probatio debet eſſe concludens, nec ſufficiunt teſtes deponentes de fama. deciſ. diuerſ. 46. p. 2. num. 1. & num. 3. & dec. 53. num. 1. & num. 2. Vbi declaratur niſi mors contigiſſet in mari.

344 MORS vt per famã probata dicatur teſtes debẽt ſuper ea formiter deponere cum requiſitis ad probationem famæ de quibus ſuo loco dixi. Corn. conſ. 10. num. 11. lib. 1. Vbi propterea concludit non ſufficere quod teſtes deponant, ſe ita publicè dici audiuiſſe, niſi etiam addant à maiori parte hominum loci. Boer. dec. 288. num. 2. verſ. Et hoc quando teſtes, vbi quod teſtes debent deponere dici audiuiſſe, & teneri à maiori parte perſonarum. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1070. numer. 6. Vbi propterea quod iſto caſu fama nõ probat mortem, quando originem non habuit à perſonis grauibus, & fide dignis, & num. 8. Vbi amplius quod debet cum fama concurrere rationabilis cauſa ex qua potuit ortum habere, & num. 10. Vbi quod teſtes debent dicere maiorem partem Populi ſic ſentire, nec ſufficere ſi dicant eſſe publicam vocem & famam, imò & quod debent nominare perſonas à quibus fama originem habuit & à quibus teſtes ita audiuerint. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 672. in fin. verſ. Quod intelligitur, vbi pariter declarat famam probare mortem quando prouenit à viris grauibus, & fide dignis, originemq; habuit à cauſa non leui, aliàs ſecus, vide quæ iterum hac de re dixi ſupra in titulo de indicijs, & tortura. quæſt. 47. num. 98. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 10. Vbi quid ſi teſtes interrogati quid ſit fama dicant ſe neſcire, & nu. 29. vbi pariter quod teſtes debent deponere à quibus famam originem habuit, & famæ cauſas.

ARGVMENTVM.

De probatione MORTIS per teſtes.

SVMMARIVM.

Teſtes deponentes de morte alicuius ad hoc vt eam probent quomodo deponere debeant, & quæ requirantur. num. 345. & ſeqq.

Mors probatur per teſtes dicentes vidiſse aliquem mori. num. 346. & ſeq.

Mors cenſetur probata per teſtes deponentes vidiſse cadauer portari ad ſepulturam, & multo magis ſi dixerint ſuiſſe præſentes quando cadauer fuit ſepultum. declara vt num. 348. & 349.

Mors probatur per vicinos, num. 350. Declara, vt num. 351.

Mors, & vita hominis probatur per teſtes conſanguineos, & affines. num. 352.

Mors

Mors an cenſeatur probata per vnicum teſtem iunctio iuramento, vel fama. num. 358. & ſeq.

Mors, & vita nunquid cenſeatur probata per teſtes de auditu. num. 356. & ſeq.

345 MORS & vita Hominis quomodo per teſtes probetur. vide omnino Corn. in conſ. 10. lib. 1. per tot. in diſcurſu, vbi in occurrenti caſu ponderat plures, & diuerſas teſtium depoſitiones.

346 MORS probatur per teſtes de viſu, puta dicentes vidiſſe quem mortuum. Bart. in l. 2. §. ſed ſi dubitetur, num. 1. verſ. Aduertendum tamen. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. & in l. Si quidem. num. 2. verſ. item ſufficit. C. ſolut. matrim. Alberic. in l. Conditionem, num. 1. ff. de condit. & demonſtrat. Corn. conſ. 10. num. 2. verſ. Et videtur primo aſpectu, lib. 1. Vbi facit concluſionem generalem, quod ex viſu cognoſcitur, & iudicatur vita & mors Hominis, & quod talis redditio cauſæ eſt bona redditio. Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 4. num. 675. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1071. num. 2. & quod Mors probetur per teſtes de viſu, voluit Rot. coram Illuſtriſſimo D. Seraphino. deciſ. 1199. num. 1. par. 2.

347 Et hoc locum habet ſi teſtes dicant vidiſſe aliquem mori, licet non dicant eum mortuum tex. eſt in l. ſi quidem, C. ſolut. matrim. in illis verbis qui mori eum viderit. Soccin. in l. Sed & illo §. circa num. 2. ff. de rebus dubijs. Fulgoſ. in l. Ait Prætor. §. Hæc verba, num. 7. ff. de negoc. geſt. Boer. deciſ. 288. ſub num. 1. Firman. in repert. in verbo Mors. nu. 16. Monticell. in repert. Teſtium. in verbo Mors. fol. mihi 401. col. 1. verſ. 1. vbi remiſſiuè. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1071. numer. 4. Quamuis Angelus in d. l. Si quidem dixerit teſtem deponentem vidiſſe aliquem mori non probare mortem ſed ſolum eum in extremis laborare.

348 MORS cenſetur probata per teſtes deponentes vidiſſe portari cadauer ad ſepulturam, & multo magis ſi dixerint fuiſſe præſentes quando cadauer fuit ſepultum. Gloſ. Barr. Bal. Ang. Salic. & Fulgoſ. in l. ſi quidem. C. ſolut. matrim. Vbi dicunt hāc mortis probationem eſſe directam. Corn. conſ. 10. num. 2. ante fin. verſ. Nam Chriſtophorus. lib. 1. Cappell. Tholoſ. quæſt. 313. num. 3. verſ. Et etiam probatur eo quod fuit portatus ad ſepulturam. Boer. deciſ. 288. poſt nu. 1. Vbi tamen quærit quid ſi cadauer ad ſepulturam deferretur velatum, vel in capſa clauſa. Firman. in repertor. in verbo Mors, num. 22. Herculan. de negatiua, nu. 290. verſ. Item probatur Mors Monticell. in repert. Teſtium in verbo Mors. fol. mihi 401. col. 1. verſ. 3. & ſeqq. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1071. num. 6. poſt Bart. & Campeg. per eum relat. Menoc. de adipiſc. poſſ. rem. 4. num. 675. Vbi quod hoc tranſit ſine controuerſia.

349 Vide Corn. d. conſ. 10. num. 3. & num. 12. lib. 1. Vbi quod Mors vt cenſeatur probata per teſtes de viſu cadaueris debent cognoſcere nomen cadaueris, alias ſi ſolum de auditu cuius nam eſſet cadauer deponant, Mortem concludenter non probabunt.

350 MORS maximè probatur per vicinos, vicinus enim præſumitur habere notitiam de morte, & vita vicinorum. arg. tex. in l. Si vicinis. C. de Nuptijs. Corn. conſ. 10. nu. 2. ad medium, verſ. Item D. Lucia. lib. 1. Boer. deciſ. 288. numer. 1. poſt med. verſ. Quia in probanda morte ſufficit ratio hæc, quia vicinus ex Bart. Alex. & Purpurat. in locis per eum allegatis. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1071. num. 7. cum allegatis per eum.

351 Vide tamen pro declaratione præmiſſæ concluſionis Corn. d. conſ. 10. num. 10. ad fin. verſ. Nec obſtat. lib. 1. vbi declarat eam non procedere quando teſtis ſui dicti aliam reddit rationem, quam vicinitatis, & inſuper vbi etiam declarat niſi deponat de morte ſequuta tempore peſtis. His enim duobus caſibus ratio teſtis, quia vicinus non probat mortem. vt ibi per eum.

352 MORS & vita probatur etiam per teſtes conſanguineos, & affines mortui, & viuentis. arg. tex. in l. de tutela. C. de in integr. reſt. minor. & l. octaui. ff. vnde cognati. Corn. conſ. 10. num. 3. verſ. & profecto conſanguinei. lib. 1. & conſ. 204. num. 6. verſ. Cum itaque apud conſanguineos, & numer. 8. verſ. Ex quo apud vxorem. lib. 3. & conſil. 96. numer. 6. lib. 4. vbi facit generalem concluſionem, quod mors cenſetur probata ex eo quod quis fuit habitus, & reputatus pro mortuo inter conſanguineos. Boer. deciſ. 288. numer. 2. verſ. & etiam per coniecturas quando inter conſanguineos. Corſett. ſingulari in verbo Mors. num. 1. vbi quod mortis probatio fit ſi probetur quod inter liberos & conſanguineos, vel ſocios habeatur quis pro mortuo addo & Herculan. cum allegatis per eum in tract. de negatiua num. 290. poſt princ. & in verſ. Item ſi conſanguinei habuerint aliquem pro mortuo. Aym. conſ. 127. in fine. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 675. Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 1071. num. 3.

353 MORS dicitur probata per vnum teſtem iunctio iuramento quando agitur de læuiſſimo præiudicio. Cappell. Tholoſ. deciſ. 313. n. 1. in fi. poſt Bald. quem allegat. in l. ſi quidem C. ſolut. matrim.

Item teſtis vnus iuncta fama probat mortem. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 2. ex Bald. quem allegat. in conſ. 398. lib. 2.

354 MORS licet per vnum teſtem nō dicatur plenè probata facit tamen iſte teſtis præſumptionem, & ſic tollit illam præſumptionem quod quis viuere præſumatur centum annis. Firman. in repertorio in verbo Mors. num. 50. Aym. in tract. de antiq. temp. par. 1. ſect. vidimus & abundè. nu. 1. poſt Iaſ. quem allegat in l. fin. circa fin. C. de ſacroſanctis eccleſijs. Gabriell. tit. de præſumpt. lib. 1. concluſ. 16. num. 11. Monticell. in repertorio teſtium. in verbo Mors.

Mors. fol. mihi 401. columm. 1. verſ. penultim. & final.

355 MORS occulta probatur per vnum teſtem ſecundum Felyn. in c. Veniens. col. fin. de teſtibus allegat Bald. in l. vbi numerus. ff. de teſtibus qui non loquitur de probatione mortis, ſed tantum vt quis excuſetur à crimine vel negligentia, prout benè aduertit Iacob. Filipp. Port. in commun. opin. lib. 1. concluſ. 5. poſt verſ. Fallit ſecundum Anton. & Gabriell. tit. de teſtib. concluſ. 1. num. 35. in 14. limit. refert eum Maſcard. ſed non completè de probat. lib. 2. concluſ. 1071. num. 5.

356 MORS nunquid cenſeatur probata per teſtes de auditu vide Corn. in conſ. 10. num. 3. lib. 1. Vbi tenet quod ſic dummodo ipſe teſtis audierit à Medicis illum quem vidit ad ſepulturam portari eſſe talem; quia vt ipſe dicit non ſolet hac in re dici mendacium, & ſic loquitur quando cum teſtimonio de auditu adeſt etiam teſtimonium de viſu.

357 Regulariter autem mors non cenſetur probata per teſtes deponentes de auditu alieno. Corn. conſ. 10. num. 12. lib. 1. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 400. num. 9. Ex Alex. quem allegat. in conſ. 117. viſo proceſſu lib. 4.

ARGVMENTVM.

MORTIS appellatione nunquid veniat MORS ciuilis, quæ dicatur Mors ciuilis, & quando æquiparetur naturali.

SVMMARIVM.

Mors Ciuilis quæ ſit quando dicatur, & quæ dicantur perſonæ ciuiliter mortuæ. num. 358.

Deportatus, ſeu in Metallum condemnatus nunquid dicatur ciuiliter mortuus. num. 359.

Monachus Religionem ingreſſus dicitur mortuus ciuiliter. num. 360.

Mortis appellatione, an veniat mors ciuilis, an verò ſola naturalis generaliter de materia. num. 361. Dic regulariter mortis appellatione non venire niſi mortem naturalem. num. 362.

Monaci poſt ingreſſum Religionis, & profeſſionem teſtamentum antea factum confirmatur. num. 363.

Mors ciuilis propter ingreſſum Religionis non æquiparatur naturali ad effectũ amittendi vſumfructũ.

Mors ciuilis, an & quando æquiparetur naturali generaliter de materia. num. 365. vbi quod regulariter mors ciuilis æquiparatur naturali.

Mors ciuilis non æquiparatur naturali niſi in caſibus à iure expreſſis. num. 366.

Mors ciuilis non æquiparatur naturali, in ſpolijs Prælatorum in obligationibus, & in conditionibus. num. 367.

Mors ciuilis æquiparatur naturali, vbi adeſt eadem ratio ſecus ſi diuerſa. num. 368.

Mors ciuilis æquiparatur naturali quando operatur eundem effectum, quem operatur mors naturalis. num. 369.

Statutum de lucro dotis propter mortem coniugis, an habeat locum in morte ciuili. num. 369. & ſeq.

Mors ciuilis non æquiparatur naturali in diſpoſitione conditionali. num. 371. Idem in materia fideicommiſſaria. num. 372. Declara. vt num. 373. & ſeqq.

Monaſterium quando ſuccedat in fideicommiſſis loco filij. num. 374. & ſeqq. pluribus.

358 MORS ciuilis quæ ſit, & quando dicatur vide Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 292. per tot. vbi ponit omnes perſonas ciuiliter mortuas.

359 Deportatus, & ſeu in metallum condemnatus dicitur mortuus ciuiliter. Alex. conſ. 13. nu. 2. lib. 3. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 392. num. 10. Decian. cum allegatis per eum. conſ. 86. ſub num. 38. lib. 3. Villalob. in commun. opin. in verbo Mors. nu. 131. Vbi de exulato in perpetuum. Peregr. de iure Fiſci. lib. 3. cap. 5. num. 17. & ſeqq. Vbi latè diſputat, an & quando deportatus habeatur pro Mortuo. Vide omnino Surd. conſ. 90. per tot. lib. 1. Vbi latè diſputat nunquid deportatus, ſeu damnatus in metallum vel etiam Bannitus in pœnam capitis cum confiſcatione bonorum habeatur pro mortuo ciuiliter ad effectum vt habeat locum fideicommiſſum, & ſubſtitutio facta in caſu mortis, & videtur concludere quod non niſi fideicommiſſum, ſeu ſubſtitutio eſſet facta per verba prægnantia, & vniuerſalia, includentia non ſolum mortem naturalem, ſed etiam ciuilem. & ibi per eum. numer. 45. & eſt in materia pulchrum, & magiſtrale conſilium.

360 Sic ingreſſus religionem, & profeſſus dicitur ciuiliter mortuus. cap. placuit. 16. qu. 1. Alex. conſ. 139. Viſo themate in princ. lib. 2. & conſ. 13. circa 1. in princ. lib. 3. cum alijs per Card. Tuſc. practic. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 392. per tot. vbi pluribus modis hanc concluſionem ampliat. Lud. Zunt. in conſ. pro vxore. num. 893. & ſeqq. pluribus. vbi loquens in fortioribus terminis dixit, Monacum, & eum qui cælibem & caſtam vitam agere deſtinauit quo ad ſuſceptionem filiorum, & conſeruationem familiæ haberi pro mortuo. Villalob. in commun. opin. in verbo Mors. num. 131. Peregr. de iure Fiſc. lib. 3. c. 5. num. 21. Vbi de ingreſſu in Monaſterium incapax bonorum in proprio, & in communi quod per ingreſſum huiuſmodi purificetur fideicommiſſum factum in caſu mortis alias morte naturali non expectata. Ad quam materiam, an ſcilicet, & quando monacus Religionem ingreſſus, & profeſſus habeatur pro mortuo tractant Doctor. in l. Deo nobis. C. de Epiſcopis, & Clericis, vide generaliter Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 392. num. 13. & concluſ. 393. per tot. in diſcurſu.

MOR-

361 MORTIS appellatione, & vbi de morte facta eſt mentio in aliqua diſpoſitione, an veniat etiam ciuilis, an verò ſola naturalis & generaliter de materia vide Cardin. Tuſc. in verbo Mors. concluſ. 394. & vide etiam quæ dixi ſupra. quæſt. 19. n. 13.

362 Dic regulariter quod vbi eſt facta mentio in aliqua diſpoſitione de morte intelligitur de morte naturali non autem de ciuili. l. final. C. de ijs qui veniam ætat. impetr. l. ex ea. §. Inſulam. ff. de verbor. obligationib. l. ſed & ſi mors §. tam igitur. ff. de donation. inter vir. & vxorem. l. cum Pater. §. Hæreditatem. ff. de leg. 2. l. Statius. §. Cornelio. & ibi Bart. ff. de iure Fiſci. Oldrad. conſ. 284. num. 4. verſ. de Abbate. Alex. conſ. 139. num. 4. verſ. Secundò quia. lib. 2. Federic. de Sen. conſ. 35. num. 2. in fin. verſ. Præterea, cum de morte. late Calder. conſil. 376. alias 47. de Teſtamentis quod reperitur duplicatũ in conſ. 465. alias 1. qui filij ſint legitimi. in prin. Vbi multa ponit exempla in quibus diſpoſitio intelligitur de cauſa, & actu naturali, & vero; quos ſic dicentes refert & ſequitur Card. Tuſc. practic. concl. in verbo Mors. concluſ. 394. num. 1. & nu. 9. & num. 2. Vbi ampliat in reſeruatione ſpoliorum Prælatorum morientium, & num. 3. vbi pariter ampliat in ſtipulatione concepta in caſu mortis. & numer. 5. vbi ampliat in ſubſtitutione fideicommiſſaria. de quo vide infra. col. 62. p. 3. & num. 7. Vbi ampliat in conditionibus implendis de quo vide infra col. 63. par. 1. Pract. Conrad. cum alleg. per eum in tit. de contumacibus & bannitis. nu. 24. Peregr. de iure Fiſci. lib. 7. c. 5. num. 18. Surd. conſ. 90. numer. 23. & 24. lib. 1.

363 MORTVVS ciuiliter vt dixi reputatur monachus religionem ingreſſus, & profeſſus hinc infertur quod per ingreſſum Religionis teſtamentum antea factum confirmatur & ſuos operatur effectus, ac ſi idem profeſſus mortuus eſſet. quod an verum ſit & quando, vide omnino plures diſtinguen. caſus, Rubeum Alexandrin. in 155. per tot. Card. Tuſc. cum alleg. per eum practic. concluſ. Iuris in verbo Mors. concluſ. 392. num. 9. & concluſ. 393. num. 10. & ſeq. Surd. conſ. 90. num. 7. & ſeqq. Vbi pluribus relatis Doctorum auctoritatibus probat fideicommiſſum in caſu mortis purificari per ingreſſum Religionis.

364 MORS ciuilis propter ingreſſum religionis non æquiparatur naturali ad effectum amittendi vſumfructum, ſeu alium rerum vſum, vt puta in dotem, & legatum alimentorum. Alex. conſ. 129. numer. 5. verſ. Pro hoc facit. lib. 2. Gemin. conſ. 80. per tot. & præſertim. num. 14. Ancharan. conſ. 273. in princ. & conſ. 396. num. 3. Card. Tuſc. pract. concl. in verbo Mors. concluſ. 393. num. 3. & ſeqq. & numer. 8. & 9. & num. 13. & concluſ. 394. num. 8.

365. MORS ciuilis, an & quando æquiparetur naturali, & generaliter de materia vide Doctores omnes & repetentes in l. Gallus, §. Quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 393. per tot. vbi plura alia vltra infraſcripta, & vide etiam pulchrum conſilium Surdi 90. per tot. lib. 1. vbi exactiſſimè materiam declarat.

Regulariter autem mortem ciuilem æquiparari morti naturali allegatur tex. l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. §. penultimo. ff. de bonor. poſſeſſ. contra Iacob. per quæ iura ſic regulam ponit Bellon. in commun. opinion. in verſ. Mors ciuilis, & naturalis æquiparantur, faciunt ad idẽ iura allegata per Surd. conſ. 91. num. 6. lib. 1. poſt plures quos allegat Doctores dixit communem Ludouic. Zunt. in ſuo reſponſ. pro vxore. num. 900.

366 MORS ciuilis non æquiparatur naturali, nec appellatione mortis venit mors ciuilis, niſi in caſibus à iure expreſſis. Gloſ. in cap. placuit. in verbo Mortuus. 16. quæſt. 1. & in cap. ſuſceptum. in verbo Non morte. de reſcriptis in 6. Iaſ. in Auth. ſi qua mulier. nu. 15. ver. Sicut in ſimili. C. de ſacroſ. Eccleſijs. Imol. & Cuman. in l. ex ea parte. §. in Inſulam. ff. de verbor. obligation. Idem Iaſ. in l. 1. nu. 1. verſ. ſeptimo limita. C. de hæredibus inſtituendis. Oldrad. conſ. 284. in fin. Alex. conſ. 139. Viſo themate. nu. 4. lib. 2. Anchar. conſ. 438. incip. Ego autem, num. 8. Calder. conſ. 26. quod eſt 3. in titulo de Reſcriptis. in fin. & conſ. 264. quod eſt 2. de rebus Eccleſiæ non alienandis in fine. vbi de communi. Aretin. in §. Cum autem. nu. 6. inſtit. quib. mod. iur. patr. pot. ſoluitur vbi propterea infert quod grauatus de reſtituendo bona poſt mortem verificatur hoc fideicommiſſum in morte naturali non autem in morte ciuili per ingreſſum religionis ſiue per deportationem. Boer. dec. 223. num. 6. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors ciuilis. concluſ. 393. num. 1. & 2. Vbi infert ad mortem ciuilem per ingreſſum Religionis quod pariter non æquiparetur naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis. Pacia. conſ. 19. numer. 10. lib. 1. Vbi præſertim hanc concluſionem procedere affirmat quando agimus de conditione voluntaria collata in tempus mortis. Natt. conſ. 282. num. 8. ante fin. verſ. vel ſecundo poteſt reſpondere Petr. à Placha in epithom. delict. lib. 1. c. 23. num. 11. verſ. de morte ciuili. Surd. conſ. 90. num. 23. & 24. lib. 1.

367 MORS ciuilis non æquiparatur naturali in tribus caſibus. Primo in ſpolijs Prælatorum per eorum mortem Cameræ Apoſtol. applicatis. Secundò in obligationibus contractis, Tertiò in conditionibus implendis, ex allegat. per Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 393. num. 18. & ſeqq.

368 MORS ciuilis æquiparatur naturali, quando in morte ciuili vrget eadem ratio quæ in naturali, alias ſecus. Soccin. iun. in l. Gallus, §. Quid ſi tantum. nu. 16. & 17. ff. de lib. & poſth. Vbi huius concluſionis ponit exempla, refert eum & ſequitur Ludouic. Zunt. in ſuo reſponſ. pro vxore, num. 901. & numero 905. & ante eum ſic etiam declarauit Aretin. in §. Cum autem. poſt numero ſeptimo. Inſtit.

ftit. quib. mod. Ius patr. poteſt. ſoluitur.

369 MORS ciuilis æquiparatur naturali, diſpoſitioq; loquens ſimpliciter de morte, verificatur etiam in Morte ciuili, quando ipſa ciuilis Mors quo ad id de quo agitur, operatur eundem effectum quem Mors naturalis. vt in ſocietate quæ Morte ciuili finitur, ſiue Morte naturali. l. Actione, §. Publicatione. ff. pro ſocio. §. pro Socio. §. ſoluitur. Inſtitut. de Societate. Iacob. Butrig. poſt Dyn. quem allegat in l. Det nobis. verſ. ſecundo oppono. C. de Epiſc. & Cleric. & ibi Cyn. num. 2. verſ. Quidam voluerunt. Bal. num. 10. colum. final. verſ. Contra hoc oppono. Alberic. nu. 10. Vel dic ſecundum D. Oldrad. & Salyc. num. 4. colum. 1. verſ. Item nota. Bar. in l. ex ea parte. §. in Inſulam, & ibi etiam Alberic. in princ. ff. de verbor. obligationib. Angel. in l. ex facto. verſ. Ille autem. ff. ad Trebellian. Crot. in l. Gallus. §. Quid ſi tantum. in ſecundo notabili. verſ. Quarta eſt Doctrina. ff. de liber. & poſthum. Vbi de communi. Dec. in c. in præſentia. num. 261. verſ. Prædicta concluſio limitatur, extra de probationibus. Aret. in §. Cum autem. num. 5. Inſtit. quib. mod. ius patr. pot. ſoluitur. Et declarat, tunc demum mortem ciuilem operari eundem effectum ſicut mors naturalis, quando ſumus in his quæ iuris ſunt, non ſic in his quæ ſunt facti. Alex. conſ. 139. Viſo Themate. num. 8. verſ. Quinto probatur. lib. 2. & conſ. 13. circa primu n. in princ. lib. 3. Boſſ. in tit. de Bonorum publicatione. num. 35. verſ. & Mors ciuilis. Pacian. conſ. 19. num. 1. lib. 1. & nu. 10. & ſeq. Vbi quod hæc concluſio habet locum etiã in diſpoſitione nominis conditionali. Et num. 12. ampliat etiam in caſibus non expreſſis, teſtaturq; de veriori Doctorum ſententia. Decian. conſ. 66. numer. 39. lib. 3. Vbi pariter ampliat Mortem ciuilem æquiparari naturali, quando in vtraq; eſt idẽ effectus quo ad id de quo quæritur etiam in caſibus à iure non expreſſis. Natt. conſ. 282. num. 8. Vbi benè declarat quando Mors ciuilis operetur vel non operetur eundem effectum, ſicut Mors naturalis. & ponit exemplum in Statuto de lucrando dotem, vel Donationem propter nuptias propter mortem coniugis, quod verificatur, & habet locum etiam in morte ciuili per ingreſſum Religionis, propter quem Matrimonium eſt diſſolutum. Villalob. in Commun. opin. in verbo Mors. num. 130. vbi de communi. Pract. Conrad. rubr. de Contumacib. & Bannitis. nu. 23. & 24. Vbi ponit exempla. Peregr. de Iure Fiſci. lib. 3. cap. 5. num. 19. Surd. conſ. 90. num. 27. lib. 1. Vbi alijs pluribus relatis teſtatur de communi Doct. ſententia.

370 MORS ciuilis æquiparatur naturali, & appellatione Mortis, venit etiam Mors ciuilis in Statuto de lucro dotis per mortem coniugis. Natt. conſ. 282. n. 8. Surd. conſ. 90. nu. 10. lib. 1.

371 MORS ciuilis non æquiparatur naturali, nec appellatione mortis, venit Mors ciuilis quando ſumus in diſpoſitione conditionali. conditio enim purificari debet in caſu vero, non in ficto. l. Qui Hæredi. §. Meuius. ff. de condit. & demonſtrat. Mors autem ciuilis eſt Mors ficta, & non vera. l. 1. §. fin. ff. de bonorum poſſeſſion. contra Tabulas. cum alijs allegatis per Surd. conſ. 90. n. 24. & 25. lib. 1. & num. 31.

372 MORS ciuilis non æquiparatur naturali, & appellatione mortis non venit ciuilis, ſed tantum naturalis, in materia fideicõmiſſaria. & ideo ſubſtitutus in caſu mortis, nõ admittitur per mortem ciuilem inſtituti. ex allegatis per Surd. conſ. 90. per tot. lib. 1. Vbi pluribus hanc probat ſententiam, proponit contraria, & illis reſpondet.

373 MORS ciuilis, per ingreſſum, & profeſſionem Religionis, non æquiparatur naturali in ſubſtitutione, ſeu fideicommiſſo, Si ſine filijs deceſſerit, quando quis deceſſit cum filio Monacho profeſſo. ſecundum Ancharan. conſ. 396. per tot. Bald. conſ. 6. num. 2. lib. 4. Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Mors. concluſ. 393. num. 15. & num. 20. concluſ. 394. num. 6.

374 Imò fideicommiſſum, ſeu ſubſtitutio facta Si ſine filijs deceſſerit, non habet locum quando inſtitutus ingreſſus fuit Monaſterium. Iſto enim caſu Monaſterium ſuccedit loco filij, & ſic excludit ſubſtitutum. in deciſ. Pedem. 126. num. 1. & ſeqq. vbi de communi. Card. Tuſc. qui ad huius regulæ comprobationem plures adducit concordantes, & de communi opinione, & obſeruantia teſtatur, licet aliquos contrarium tenentes referat, Pract. Concluſ. in verbo Monaſterium. concluſ. 344. num. 1. & 2.

375 Ad quam materiam, quando ſcilicet Monaſterium ſuccedat loco filij, & ſic quando ſubſtitutus excludatur per Monaſterium, videas pulchrè per Tiraq. de reuoc. donat. pag. mihi 728. & ſeqq. pluribus. Couarr. var. reſolut. pag. mihi 339. num. 6. & ſeqq. & ſub num. 11. Emilia. conſ. 109. per tot. Viu. in comm. opin. pag. mihi 244. Rolan. conſ. 35. num. 12. vol. 3. omnino præter infraſcriptos. Mantien. in tract. de coniectur. lib. 11. tit. 7. & omnino etiam latè per Card. Tuſcum in verbo Monaſterium. concl. 344. per tot. vbi facit regulam affirmatiuam, eamque ampliat, & limitat pluribus modis.

376 Præmiſſa autem concluſio, quod Monaſterium ſuccedit loco filij, & excludit ſubſtitutum ſi ſine filijs deceſſerit, habet plures limitationes. & primo declaratur, id non procedere quando apparet de contraria mente teſtatoris. puta ſi expreſsè dixit quod ingreſſus Religionem non excludat ſubſtitutum. quia tunc Monaſterium non ſuccedit loco filij, & voluntas teſtatoris erit ſeruanda, ſecundum æquiorem & veriorem opinionem, de qua per Marzar. de fideicom. quæſt. 31.

licet aliqui ibi per eum relati, contrarium tenuerint. Adde pro hac prima limitatione, Cardin. Tuſc. d. concluſ. 344. num. 39.

377 Hinc infertur, quod ſi teſtator dixit, Si deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, vel Si ſine liberis ex ſuo corpore procreatis, tunc ex coniecturata mente teſtatoris, Monaſterium non excludit ſubſtitutum, vt in d. deciſ. Pedem. 126. nu. 11. & ſeqq. & num. 24. licet multi ibi per eum relati nu. 8. contrarium dixerint. Adde ad hanc eandem limitationem plures concordantes, & plures alios Doctores contrarium tenentes relatos per Card. Tuſc. pract. concluſ. iuris, in verbo Monaſterium. concluſ. 344. num. 5. & 6. & nu. 13. 14. 16. 19. & ſeq.

378 Secundò, eadem regula non procedit in filio effecto clerico, quia Capitulum Eccleſiæ nō ſuccedit loco filij prout ſuccedit Monaſterium, vt per Viu. in comm. opin. d. pag. mihi 244.

379 Tertiò, non procedit in ſubſtituto filio, vel alio deſcendente, qui non excluduntur per Monaſterium, vt in d. deciſ. Pedem. 126. nu. 17. 18. 26. & 27. in fine. licet aliqui ibi per eum relati num. 8. & 9. contrarium dixerint.

380 Quartò, nec etiam procedit in Monaſterio incapace bonorum, quod nunquam ſuccedit loco filij. d. deciſ. Pedem. 126. num. 26. Card. Tuſc. cum allegatis per eum. Pract. concluſ. in verbo Monaſterium. concluſ. 344. num. 18. & nu. 21. Vbi alijs relatis, teſtatur de communi. & num. 43. vbi etiam de communi.

381 Quintò, nec etiam procedit quando teſtator cogitauit aliquo modo de Monaſterio, & de eo mentionem non fecit, quia tunc ex coniecturata mente teſtatoris, Monaſterium non ſuccedit loco filij, nec ſubſtitutum excludit, ſecundum veriorem, & æquiorem opinionem, de qua per Marzar. de fideicomm. quæſt. 31. licet aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint.

382 Sextò, Monaſterium ſuccedit loco filij in vltimis voluntatibus quo ad excluſionem ſubſtituti, ſecus in alijs caſibus in iure non expreſſis. Couar. var. reſolut. cap. 19. num. 6. lib. 1. Placa lib. 1. cap. 42. ſub num. 16. & 17. Tiraq. de reuocan. donat. verbo Suſcepit liberos. num. 40. ſeq. Deciſ. Pedem. 126. num. 20. Conſ. vlt. volunt. 161. num. 24. Natt. conſ. 282. num. 13. Viu. in com. opin. pag. 244. à tergo verſ. ſubſtitutus ſub conditione. Ideò in contractibus non ſuccedit loco filij. Rolan. conſ. 58. nu. 66. vol. 3. & conſ. 59. num. 24. eod. vol.

383 Septimò, Monaſterium ſuccedit loco filij ficte, & non vere, vt in Conſ. vlt. volunt. 161. nu. 30. & 38. Cardin. Tuſch. cum relatis per eum pract. concluſ. in verbo Monaſterium. concluſ. 344. num. 8.

384 Octauò, ſi quis in articulo mortis ingrediatur Religionem, tunc per Monaſterium non excluditur ſubſtitutus, vt per Sarmien. ſelect. interpret. cap. 6. num. 599. lib. 1.

385 Nonò, regula procedit in vltimis voluntatibus, ſecus in contractu, ſeu diſpoſitione inter viuos. Card. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Monaſterium. concluſ. 344. num. 30. & num. 12. Vbi tamen hanc limitationem declarat non procedere in donatione, ſeu quacunque fauorabili diſpoſitione.

386 Decimò, in fideicommiſſo, ſeu ſubſtitutione facta filijs ad fauorem piæ cauſæ, vt puta ad fauorem Eccleſiæ, Hoſpitalis, vel alterius Monaſterij. Monaſterium in quem ingreſſus eſt inſtitutus non ſuccedit loco filij, ex allegatis per Cardinal. Tuſch. pract. concluſ. in verbo Monaſterium. concluſ. 344. num. 35. & ſeqq. Vbi hanc limitationem ampliat pluribus modis. & in verbo Mors concluſ. 393. num. 7. vbi dixit quod licet Monaſterium non habeatur loco filij contra piam cauſam, tamen ingreſſus, & profeſſus, non habetur pro mortuo, ſed eſt expectanda Mors naturalis talis profeſſi, ad hoc vt dicatur deceſſiſſe. ex Bald. quem allegat in conſ. 280. Factum ſic ſe habet. lib. 1. & conſ. 482. frater minor. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Meretrix, An & quando habeat teſtamenti factionem, actiuam & paſſiuam, & quando bonorum ſuorum adminiſtratio ſibi interdici poſſit.

SVMMARIVM.

Meretrix licet turpiter faciat lucrum, tamen quod meretricando facit, non turpiter accipit, nec turpiter retinet, nec propterea reſtituere tenetur, ſed de illo poteſt ad libitum diſponere. num. 287.

Meretricis teſtamentum de turpiter acquiſitis valet, & tenet. num. 387. & ſeq. Declara vt nu. 392. & ſeq.

Meretrix habet teſtamenti factionem non ſolum actiuam, ſed etiam paſſiuam. num. 389.

Meretrici facta donatio ex cauſa libidinis, nunquid valeat. num. 390.

Mulier meretrix, & inhoneſta, nunquid agere poſſit ad ſibi promiſſa ex turpi cauſa. num. 391.

Mulier teſtari poteſt niſi ſibi ſuorum bonorum adminiſtratio interdicta ſit. num. 393. Declara vt num. 394. & ſeq.

Meretrix quæ iam fuit, ſi meretricari deſierit, non dicitur amplius meretrix. num. 396.

387 MVLIER inhoneſta & meretrix, licet inhoneſte viuendo, & meretricando turpiter faciat lucrum tamen quod inde accipit

pit non turpiter accipit, nec etiam turpiter retinet, nec propterea reſtituere tenetur, ſed illud poteſt in ſuos vſus conuertere. Imò, & de eo eleemoſinam dare, & alia ad ſui libitum facere. text. eſt in l. 4. in fin. princ. ff. de condictione ob turpem cauſam. & in l. 2. C. eodem, & ibi communiter notant Doctores omnes. voluit Gloſ. in c. ex tranſmiſſa de decimis. & Archid. in c. Qui venatoribus. 1. quæſt. 1. 85 diſtinct. Ferrat. cautel. 6. num. 1. Card. Tuſc. pract. concluſ. iuris in verbo Meretrix. num. 8. Vbi alijs relatis teſtatur de magis communi Doct. ſententia. & num. 12. Vbi quod meretrix non turpiter retinet non ſolum tradita vere, ſed etiam per conſtitutum. per text. quem allegat in l. in ædibus. ff. de donation.

388 Hinc propterea meretricem de eo quod in meretricio lucrata eſt teſtari poſſe, voluerunt Bal. Cyn. & alij per Ferrat. relati d. cautel. 16. n. 2. Iaſ. conſ. 37. col. 2. verſ. Confirmantur prædicta lib. 3. Aym. conſ. 203. num. 25. Cardin. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Meretrix. concluſ. 211. num. 6.

389 MVLIER meretrix habet teſtamenti factionem, non ſolum actiuam ſed etiam paſsiuam, & ideo à quocunq; inſtitui poteſt hæres. Iaſ. in conſ. 37. colum. 2. verſ. Ad idem. lib. 3. & in l. 4. §. ſed & quod meretrici. ff. de condictione ob turp. cauſam. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Meretrix. concluſ. 211. num. 7. & 8. Vbi etiam quod eſt capax cuiuslibet legati, & nu. 10. Vbi quod ſuccedit ab inteſtato ſicut quilibet alius, quia turpitudo perſonæ non excludit à beneficio iuris communis. ex Dec. quem allegat in l. Procurator. in fin. C. de edendo.

390 MVLIERI autem meretrici facta donatio ex cauſa libidinis nunquid valeat, & an res donata poſſit ab ea licite retineri, dic quod ſic. l. Affectionis. ff. de donation. Iaſ. conſ. 37. colum. 2. verſ. Ad idem. lib. 3. cum alijs per Cardin. Tuſc. pract. concluſ. iuris in verbo Meretrix. concl. 211. num. 8. Vbi teſtatur de magis communi Doctorum ſententia. & num. 9. vbi declarat niſi mulier eſſet etiam adultera, quia tunc eidem legatum aut donatio facta, vel etiam hæredis inſtitutio minime valet. & num. 10. Vbi etiam declarat niſi donatio fuiſſet facta à milite clerico, & ſimilibus. & num. 13. Vbi pariter declarat niſi eſſet facta à Monacho. & num. 18. Vbi dat aliàs duas declarationes. Sed de hac re dixi iterum ſupra in eiſdem Fragmentis in verſ. Concubinæ. vbi vide.

Nunquid autem è contra, donatio facta per meretricem ſuo amaſio valeat, vide per Cardin. Tuſc. cum allegatis per eum pract. concluſ. in verbo Meretrix. d. concluſ. 211. num. 17.

391 MVLIER meretrix licet non turpiter accipiat, & accepta retineat vt ſupra dixi, nunquid tamen agere poſsit ad ſibi promiſſa ex turpi cauſa, vide Salyc. & alios in l. cum te. C. de condictione ob turpem cauſam. Abb. in c. Quia pleriq; num. 11. & ſeq. de immunitate eccleſiarum. Iaſ. in l. 4. §. ſed & quod meretrici. ff. de condict. ob turpem cauſam.

392 MVLIER autem quæ inhoneſta ſit non tamen meretricio more viuat, & ſic quæ proprie non dicatur Meretrix, teſtari non poteſt de quæſitis ab ea ex turpi quæſtu, quia Fiſcus aufert tanquam ab indigno. Bal. In l. 1. C. de condictione ob turpem cauſam. Iaſ. in l. Miles. num. 17. ff. de re iud. Dec. in l. 1. nu. 6. C. de ſecundis nuptijs. Boſſ. in tit. de his quibus vt indignis nu. 8. vbi remiſsiuè. Natt. conſ. 560. à me quæſitum fuit. Quos ſic dicentes refert, & ſequitur Ioſeph. Ludouic. in commun. opin. concluſ. 64. col. 1. verſ. Primo. Nec diſſentit Card. Tuſc. pract. concluſ. iuris in verbo Meretrix. concluſ. 211. n. 22. in fin. poſt Iaſ. in loco per eum relato.

393 MVLIER meretrix licet vt dixi de bonis ſuis etiam in meretricio acquiſitis teſtari poſſit, hoc tamen fallit quando à iudice ipſi interdicta eſt ſuorum bonorum adminiſtratio. quod iure fieri poſſe probat tex. & ibi Gloſ. in l. & mulieri. ff. de curatore furioſi. per quam interdictionem non ſolum tollitur facultas contrahendi inter viuos, vt in l. Is cui bonis. ff. de verbor. obligat. ſed etiam facultas teſtandi. l. is cui lege. ff. de teſtamentis. §. item prodigus inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. in tantum quod iſto caſu, nec etiam teſtari poterit ad pias cauſas, vt per Bal. Anchar. Imol. & Abb. in locis relatis per Ferrett. qui relatis contrarium tenentibus hanc magis communem Doctorum ſententiam teſtatur d. cautel. 6. num. 3. verſ. Dic quod cautela eſt. Rip. in d. l. is cui bonis. num. 16. ff. de verbor. obligation. Ioan. Dilect. de arte teſtandi tit. 1. cautel. 12. Ioſeph. Ludouic. in commun. opin. concluſ. 64. verſ. Cautela eſt. & verſ. Verior tamen. Vbi dixit hanc cautelam communiter recipi & approbari, reprobato Pinello contrarium tenente in l. 4. num. 21. C. de bonis maternis. eiuſq; rationi quam affert reſpõdet. & in verſ. Non tamen poteſt. declarat hanc cautelam locum habere non in omnibus mulieribus inhoneſtis, & luxurioſe viuentibus, ſed tantummodo in illis quæ proprie ſunt meretrices, de quibus ibi per eum, & dixi Ego ſupra quæſt. 136. nu. 470. & ſeqq.

394 MVLIER meretrix teſtari poteſt, niſi ſibi bonorum adminiſtratio interdicta fuerit, vt ſupra dixi. Hæc autem ſuorum bonorum adminiſtrationis interdictio ei fieri poteſt, licet non ſteterit in lupanari loco meretricibus aſſignato, ſed in propria domo meretricis exercitium agendo. Alex. conſ. 99. num. 12. lib. 6. Ioſeph. Ludouic. d. concluſ. 64. vol. 4. in prima ampliatione.

Quod & idem procedit in muliere maritata; meretriciam tamen vitam agente. Corn. conſ. 232. nu. 2. lib. 2. Ioſeph. Ludouic. d. concl. 64. col. 4. in 2. ampliatione.

395 Et rurſus quæ ſupra dicta ſunt, procedũt etiã in meretrice non publica ſed ſecreta, quæ puta noctis tempore plurium virorum amplexus patiebatur. l. Imperialis. C. de nuptijs. Ghirlan. de pœn. omni coit. q. 10. num. 27. Ioſeph. Ludou. d. concl. 64. col. 4. in 3. ampliatione.

396 MVLIER meretrix quæ iam fuit, ſi meretricari deſierit, non dicitur amplius Meretrix. & propterea non obſtante bonorum ſuorum adminiſtrationis interdictione, teſtari poterit de bonis in meretricio acquiſitis. Ioſeph. Ludouic. concl. 64. col. 4. verſ. Fallit quando.

ARGVMENTVM.

De pœnis mulieris ſecundo nubentis poſt mortem primi Viri, & præſertim infra annum luctus, non petito tutore ſuis filijs pupillis.

SVMMARIVM.

Mulier, & vxor tranſiens ad ſecunda vota infra annum luctus, quas pœnas incurrat, generaliter de materia. num. 397.

Muliere, ſeu vxori ſecundo nubenti infra annum luctus, omnes pœnæ impoſitæ à iure ciuili fuerunt ſublatæ, & correctæ de iure canonico. nu. 398.

Mulier, ſeu vxor tranſiens ad ſecunda vota, amittit omnia ea quæ à viro accepit ex eius teſtamento. num. 399. & ſeqq. Vbi præſertim quod amittit legatum factum ſub cõditione ſi caſte vixerit.

Mulier, ſeu vxor tranſiens ad ſecunda vota, priuatur hereditate filij; & in nu. 402.

Mulier, ſeu vxor tranſiens ad ſecunda vota infra annum luctus de licentia mariti; An euitet pœnas ſecundo nubentis. nu. 403. & quid ſi tranſeat ad ſecunda vota de voluntate filiorum. num. 404.

Maritus tranſiens ad ſecunda vota infra annum luctus poſt mortem vxoris, An & quas pœnas incurrat. num. 405.

Mater tutrix tranſiens ad ſecunda vota, amittit tutelam filiorum, & quando. num. 406.

397 MVLIER tranſiens ad ſecunda vota maxime infra annum luctus, quas pœnas, & quando incurrat, & generaliter de hac materia, vltra infraſcripta. vide text. in l. 1. & ſeqq. C. de ſecundis nuptijs. & ibi Doctores omnes. Abbat. Felyn. & alios. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. extra de conſtitutionibus. & eundem Abb. in c. fin. de ſecundis nuptijs. vbi enumerat omnes pœnas quæ imponuntur mulieribus, ſic infra annum luctus nubentibus. & in c. penult. eod. tit. Iaſ. in l. filium. num. 12. & ſeq. C. famil. ercïſcund. Signorol. conſ. 37. nu. 5. lib. 2. Neuizzan. in Sylua nuptiali. §. Viduæ non eſt nubendum. num. 46. & ſeqq. Cepoll. conſil. 238. Roman. ſingular. 222. & 251. Socin. reg. 272. Gabriell. lib. 3. rubr. de ſecundis nuptijs. concluſ. 5. Villalob. in commun. opin. littera B. num. 12. & ſeqq. Rolan. de lucro dotis. quæſt. 86. per tot. Viu. in commun. opin. verſ. Mulier ad ſecundas nuptias. & Card. Tuſc. pract. concluſ. in verbo Nuptiæ. concluſ. 162. & 163. & in verbo Mater. concluſ. 112. & in verbo Matrimonium. concluſ. 113. Quos omnes Doctores in occurrenti caſu omnino. vide quia per me non fuerunt reportati.

398 MVLIERI ſecundo nubenti infra annum luctus, omnes pœnæ impoſitæ à iure ciuili fuerunt ſublatæ & correctæ de iure canonico, illæ ſcilicet ex quibus nulla filijs poteſt reſultare vtilitas. illæ vero quæ ad fauorem filiorum introductæ ſunt, & eorum commodo, & vtilitati cadunt de iure canonico correctæ non fuerunt. ex allegatis per Cephal. conſ. 123. num. 6. & ſeqq. lib. 1. vbi exemplificat. & eſt communis concluſio legiſtarum, & canoniſtarum. teſte Abbate in d. cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ. ſub num. 15. verſ. Exemplum ſecundi. & communem dicit Sarmien. ſelectar. interpret. c. 4. num. 4. lib. 1. & de communi etiam Neuizzan. in Sylua in §. diuiti, ſeu viduæ non eſt nuben. num. 78. Roland. conſ. 95. num. 6. & 14. lib. 1. Et ad hanc materiam vltra præallegatos, vide in ſpecie Aym. conſ. 36. nu. 1. & conſ. 142. nu. 2. & nu. 8. Cepoll. cautel. 238. Anchar. in c. fin. de ſecundis nuptijs, vbi nu. 9. declarat quænam ſint pœnæ inductę fauore filiorum, & quæ in odium matrimonij. Anan. conſ. 73. & ibi Bolognin. in addition. Ancaran. conſ. 201. Paul. de Caſtro in conſ. 164. & 366. lib. 2. Dec. in rubr. C. de ſecundis nuptijs. num. 8. & in l. 1. eod. tit. Viu. in commun. opin. in d. verſ. Mulier ad ſecundas.

399 MVLIER tranſiens ad ſecunda vota, amittit omnia ea quæ à viro accepit ex eius teſtamento, & aliàs. text. eſt in l. 2. C. de ſecundis nuptijs. Iaſ. in l. filium. ſub num. 12. & ſeqq. C. famil. erciſcund. Cæphal. conſ. 123. num. 6. lib. 1.

400 Et particulariter quod vxor tranſiens ad ſecũda vota poſt mortem viri, amittat legatum ſibi à viro factum, voluit Ioſeph. Ludouic. in commun. opin. concluſ. 24. in 12. ampliatione. verſ. Item dicitur tacite.

401 Præſertim ſi legatum fuerit vxori factum ſi caſte vixerit. hæc enim conditio intelligitur etiã ſi ſecundo non nupſerit. quod An verum ſit, & quando vide Bald. in l. Deo nobis in fin. C. de Epiſcop. & Cleric. Franc. Arnol. ſingul. 3. Villalob.

lob. in commun. opin. in verbo Legatum. nu. 12. littera V. nu. 75. & latius per Mantic. de coniecturis lib. 11. tit. 19.

402 MVLIER tranſiens ad ſecunda vota, priuatur etiam hæreditate filij, hoc modo videlicet quod in bonis Paternis ipſi filio obuentis, non ſuccedit niſi in vſumfructum, proprietate autem priuatur propter dictas ſecundas nuptias. totaq; hæreditas ad fratrem ſuperſtitem pertinet, cum alias æqualiter cũ alijs filijs ſuccederet filio mortuo. tex. eſt in l. mater. C. ad Tertullian. cum alijs per Rolan. conſ. 81. num. 2. & ſeqq. lib. 3. Declara vt per Corn. conſ. 198. in fin. lib. 1. & per Doctores allegatos ſupra in primo verſ. huius præpoſitæ materiæ.

403 MVLIER licet tranſeat ad ſecunda vota de licentia mariti infra annum luctus, talis licentia non valet, nec tollit pœnam quam ipſa incurrit per tranſitum ad ſecunda vota. vt per Iaſ. in d. l. filium. nu. 12. & ſeqq. C. famil. erciſcund. Cæpha'. conſ. 59. num. 10. lib. 1. Sarmient. Selectar. interpræt. num. 1. cap. 4. Quod ſi maritus dederit licentiam vxori nubendi poſt annum luctus, talis vtiq; licentia valet, & tollit omnes pœnas mulieri ſecundo nubenti impoſitæ. Rol. conſ. 81. nu. 12. & ſeqq. lib. 3. vbi de communi. & conſ. 62. nu. 26. & ſeq. lib. 1. Vbi amplius quod ſufficit tacita licentia. & idem tradit Cæph. in conſ. 59. num. 2. & 7. lib. 1. Vide ad hæc Sarmien. in loco præallegato.

404 MVLIER ſi tranſeat ad ſecunda vota de voluntate filiorum, euitat omnes pœnas a lege ad fauorem filiorum impoſitas ſecundo nubenti. Rol. conſ. 81. nu. 10. & ſeqq. lib. 3. vbi nu. 13. & ſeqq. Ampliat etiam in tacito filij conſenſu. & ibi pulchre ponit, ex quibus iſte tacitus conſenſus colligatur. ſed vide Sarmient. ſelect. interpret. lib. 1. c. 4. vbi tenet quod nec expreſſus, nec tacitus conſenſus filiorum nuptijs maternis ipſis vllo pacto præiudicat quo ad lucrum eiſdem proueniens propter ſecundas nuptias. licet aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint. Adde præmiſſis Rolan. conſ. 95. nu. 17. & ſeqq. lib. 1. vbi tàm de matre quam de patre ad ſecũdas nuptias tranſeunte, quando ſcilicet eis per filios cenſeatur remiſſa talis iniuria. & idem num. 45. & ſeqq. & adde etiam Menoch. de adipiſc. poſſeſ. in ſecundo remedio. num. 34. vbi quod mater incõſulto filio, ſecundo nubens ſi idem filius omiſſa accuſatione mortuus fuerit inteſtatus, non priuatur eius ſucceſſione, quia tacite videtur remiſſa iniuria ſibi à matre illata.

405 Et in propoſito ſcias, quòd omnes pœnæ introductæ contra mulierem ſecundo nubentem habent etiam locum contra virum ad ſecundas nuptias tranſeuntem. l. generaliter. C. de ſecundis nuptijs. & eſt communis opinio, vt ibi per Bal. & per Socin. conſ. 65. nu. 9. lib. 1. Ad quam materiam vide Roland. d. conſ. 95. num. 1. & ſeqq. vſque ad num. 16. lib. 1. Villalob. in commun. opin. littera B. nu. 23. & Viu. in commun. opin. in verſ. Statutum ſimpliciter in diſcurſu, vbi particulariter, An per tranſitum ad ſecunda vota maritus amittat lucrum dotis.

406 MVLIER tranſiens ad ſecunda vota, vltra alias pœnas amittit tutelam filiorum, & amplius ſucceſſione filiorum priuatur, niſi prius tutorem filio dari petierit, & rationem ſuæ adminiſtrationis reddiderit. tex. eſt in l. omnem. C. ad Tertullian. Ad quam materiam vide omnino Iraol. ampliantem, & limitantem lib 5. concluſ. 5. Pariſ. conſ. 86. num. 21. lib. 1. Roman. ſingul. 105. & 224. Marſil. ſingul. 302. Diaz reg. 458. Ioach. Miſinger. obſeruat. 83. centur. 3. vbi particulariter. An mortuo ſecundo viro, mater reacquirat tutelam iam amiſſam. de quo per Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limitatione 12. num. 8. & ſeq. Neuizzan. in Sylua vbi ſupra num. 51. Menoch. de arbitrar. quæſt. caſu 151. num. 7. Vbi quod ſi mulier contraxit tantum ſponſalia, vel deſuper obtinuit reſcriptum Principis, nõ per hoc perdit filiorum tutelam. & num. 1. & ſeqq. vbi an iſto caſu iudex dare tutorem nominatum à matre volente tranſire ad ſecunda vota, An vero debeat alium dare. Nouell. reg. 239. Vbi quod ſicut mulier amittit tutelam filiorum propter trãſitum ad ſecunda vota, multo magis eam amittit propter ſtuprum. Et vide eundem Menoch. d. arbitrar. caſu 194. num. 66. vbi amplius quod eadem mulier debet curare, vt tutor datus inuentarium faciat. & num. 26. & ſeq. vbi An mulier iſto caſu propter ruſticitatem excuſetur. Peregr. de iure fiſci lib. 3. tit. 16. Apud quos etiam reperies quod mater, & ſi ad ſecunda vota tranſire noluerit, tenetur tamen filio impuberi infra annũ luctus, petere & inſtare apud iudicem dare tutorẽ, alias ab eius ſucceſſione cadit, quę proximioribus in gradu applicatur. quod quando verum ſit vide pariter ampliantem, & limitantem. Imol. d. lib. 5. concluſ. 5. ſeu verius per Gabriel. lib. 6. tit. de tutelis. concluſ. 1. per tot.

ARGVMENTVM.

De Muliere inhoneſta, & Meretrice, An & quando, & ad cuius inſtantiam ex vicinia expelli poſsit.

SVMMARIVM.

Mulier inhoneſta, & meretrix, expelli poteſt ex vicinia. nu. 407. declara vt expelli poſſit ad inſtantiam vicinorum habitantium in ipſa vicinia, licet in domo aliena. num. 408. Item declara in muliere ſoluta, ſecus in muliere nupta habitante cum viro. num. 409.

407 MV-

407 MVLIER inhoneſta & meretrix, expelli poteſt ex vicinia, in qua ad habitandum venit. Tum propter ſcandalum quod ex eius mala vita vicinis infertur. Tum ne vicinas eodem morbo inficiat. argumento. text. in auth. de lenonibus. §. non enim permittimus. collat. 7. & in l. nullus. C. de ſumma Trinitate, & fide Catholica. & ibi præſertim Paul. de Caſtro num. 50. Ang. in l. Ancillarum. ff. de petitione hæreditatis. Gloſ. & Doctor. in l. non aliter. ff. de vſufructu. Item gloſ. in c. 1. in verbo Expellant, de vſuris in 6. Franc. Arnon. ſingul. 67. in fin. Cepoll. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. c. 9. rubr. de iure paſcendi. quæſt. 1. num. 21. & de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum. rubr. de ſeruitute vſus c. 5. n. 5. verſ. ſed in ſpecie. Barbat. conſ. 23. lib. 1. Rip. in tract. de peſte par. 1. vltimæ partis principalis. tit. de remedijs præſeruatiuis contra peſtem nu. 164. verſ. Nam vicinis. Dec. in l. ſemper in contractibus. num. 3. in fin. ff. de reg. iur. & alijs relatis concordantibus. Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. c. 34. num. 18. Anton. Gomez de delictis tit. de iniurijs num. 17. vbi teſtatur ita dixiſſe, & conſuluiſſe in quæſtione de facto, in cauſa ſibi commiſſa in illa Ciuitate. Couar. in 4. decretal. c. 8. §. 11. ſub num. 5. poſt verſic. Hinc etiam deducitur. Peguer deciſ. crimin. 12. per tot. Vinc. de Franch. deciſ. 516. in princip. par. 2. Petrus Caball. reſol. crimin. tom. 1. caſu 184. num. 1.

408 MVLIER inhoneſta & meretrix, expelli poteſt à vicinia, intellige vt hoc procedat ad inſtantiam vicinorum habitantium in ipſa vicinia, licet domus quas inhabitant ſint alienæ, non autem ad inſtantiam dominorum earumdem domuum, quas ipſi non inhabitant, ſed alijs locant. Hoc enim ius expellendi meretrices ex vicinia competit ratione habitationis, & vicinitatis, & eſt optima declaratio, non autem dominij ipſarum domuum. ſic enim poſt Franc. in loco per eum relato. declarat Petr. à Plach. d. c. 34. eod. num. 10. in fine.

409 MVLIER inhoneſta & meretrix, licet vt dixi poſſit ex vicinia expelli, hoc tamen etiam intelligitur in muliere ſoluta, non autem in muliere nupta. Quæ ſi cum viro habitat quantumcunq; ſit meretrix expelli non poteſt. ex allegatis per Palat. Ruuios in c. per veſtras. §. 21. ſub nu. 21. & ſeq. verſ. Adde etiam. de donation. inter virum, & vxorem. Duen. reg. 312. in verbo Fœmina in 1. limitatione verſ. Quod tamen. Ioan. Baptiſta de Sancto Seuerino in tract. de debitore ſuſpecto, & fugitiuo. quæſt. 5. num. 23. verſ. Vnde infert. Roman. in l. ſi vero §. de viro nu. 23. verſ. Aduerte quia. ff. ſoluto matrimonio. Capic. deciſ. 44. num. 1. & ſeqq. Couar. in 4. decretal. c. 8. §. 11. ſub num. 6. verſ. Hoc tamen. quos ſic dicentes refert, & ſequitur Petr. Caball. reſol. crim. tom. 1. d. caſu 184. num. 3. & 4. Vbi ſubdeclarat, niſi forſan hæc maritata meretrix, publice quæſtum faceret, haberetq; maritum lenonem & infamem, quia tunc matrimonium ſibi non ſuffragatur, ex allegatis per eumdem Caball. caſu 179. num. 9.

FINIS FRAGMENTORVM.

Series Chartarum.

De Immunit. Eccleſ.

* A B C D E F G H.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg.

Fragment. Crimin.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z.

aa bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo.

Omnes ſunt Terniones, præter *, & Oo, Duerniones, H, & Gg, Quaterniones, & principium Fragmentorum fol. ſimplex.



ROMAE,

Ex Typographia Cameræ Apoſtolicæ. M. DCXX.

PERMISSV SVPERIORVM.